BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVII
II
13
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem PAGII; *& Epiſtola conſularis Henrici* CARD. NORISII.
In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.
Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.

Tomus Duodecimus.



LUCÆ
Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXLII.
De Superiorum Licentia.

Digitized by Google

ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS	AGATHONIS PAP. ANNUS	CONST. POGON. IMP. ANNUS
680.	3.	13.

I. *Synodus Rom. ſub Agathone Papa.*

ANNUS qui ſequitur Redemptoris ſexcenteſimus octogeſimus Indictione octava inſcribitur: quo ab Agathone Pontifice Romæ generalis Synodus veris tempore (puto poſt Paſcha) adverſus Monothelitas coacta eſt, cui interfuerunt centum viginriquinque Epiſcopi, qui omnes Synodalibus litteris ſubſcripti leguntur in quarta Actione Sextæ Synodi, ubi eædem recitantur, & nomina ſingulorum ſubſcribentium Epiſcoporum: inter quos legati leguntur miſſi a Synodo in Galliis habita, nempe Felix Arelatenſis, Adeodatus Leucorum Epiſcopus, & Taurinus diaconus Eccleſiæ Tolonenſis. Sed & ex Britannia S. Wilfridus interfuit Epiſcopus Eboracenſis: ipſe enim titulo legationis inter alios ſubſcriptus Synodo reperitur, licet primum non legationis, ſed appellationis cauſa cum anno ſuperiori Romam divina providentia perduxiſſet.

II. (a) *Beda l. 4. c. 18.*

Miſſus namque fuerat in Britanniam (ut teſtatur Beda *a*) Joannes archicantor Eccleſiæ ſancti Petri & Abbas monaſterii ſancti Martini, & quidem (ut ex epiſtola ipſius Agathonis Papæ ad Imperatores colligitur) ut Theodorum ipſum Angliæ Primatem vocaret ad Synodum: ait enim (*b*): *Sperabamus de Britannia Theodorum conſervulum atque coepiſcopum noſtrum, magnæ inſulæ Britanniæ Archiepiſcopum & philoſophum, cum aliis, qui ibidem uſque hactenus demorantur, exinde ad noſtram humilitatem conjungere.* Hæc & alia ad excuſationem tarditatis Agatho ſcribit ad Conſtantinum & fratres Auguſtos. Quod autem Theodorus occupatione illius tunc coaleſcentis magnæ Eccleſiæ minime venire potuiſſet, Synodum ipſe ea de cauſa adverſus ejuſmodi hæreticos celebravit in Anglia (ut dictum eſt) ex qua legationem videtur decreviſſe Vvilfrido, quem alia cauſa ante annum Romam perduxerat; licet nihil de legatione Beda, qui de eodem Romano Concilio his verbis meminit (*c*): *Eo tempore idem Papa Agatho, cum Synodum congregaret Romæ centum viginti quinque Epiſcoporum adverſus eos, qui unam in Domino Salvatore voluntatem atque operationem dogmatizabant,*

Vocatus fruſtra Theodorus.

(b) Extat in Sext. Syn. Act. 4.

(c) Beda l. 5. c. 20.

Wilfridus Synodo interfuit.

PAGIUS SÆC. VII.

Anno Eræ Hiſpan. DCCXVIII. Anno Hegiræ LXI. inchoato die 30. Septemb. fer. 1. A.C. 680.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6173.

☉ 17. AG. ☽ 16. P. 25. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 680.

AGATHONIS PAPÆ 3.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 13.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XXVII. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus XIII. & Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum anno XXII.*

II. *Synodus Romana contra Monothelitas.*

A num. I. ad XXXII. Baronius, quem omnes ſecuti ſunt, Synodum Romanam ab *Agathone* Papa adverſus Monothelitas indictam hoc anno conſignavit. De ea tamen nobis agendum fuit anno ſuperiori, quo ea celebrata, ne rerum in cauſa Sancti *Vvilfridi* Archiepiſcopi Eboracenſis geſtarum ſeries perturbaretur. Quare vide dicta num. XIV.

baat, vocori juſſit & Voilfridum, atque inter Epiſcopos confidentem dicere fidem ſuam ſimul & provincia, ſive inſula, de qua venerat. Cumque Catholicus fide cum ſuis eſſet inventus, placuit hoc inter cætera ejuſdem Synodi geſtis inſeri, ſcriptumque eſt hoc modo: Voilfridus Deo amabilis Epiſcopus Eboracenſis civitatis, Apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertiſque rebus abſolutus, & cum aliis centum viginti coepiſcopis in Synodo in judicii ſede conſtitutus, & pro omni Aquilonari parte Britanniæ & Hiberniæ inſulis, quæ ab Anglorum & Britonum, necnon Scotorum & Pictorum gentibus incoluntur, veram & Catholicam fidem confeſſus eſt, & conſcriptione ſua corroboravit. Hæc de his Beda: jamque ſatis de legationibus e Gallia atque Britannia & aliis Borealibus inſulis.

III. Epiſcopi ſanctitate clari qui Synodo interfuerunt.

De reliquis modo agamus Epiſcopis, qui ex Italiæ diverſis Eccleſiis Synodo interfuerunt, de illis inquam, qui celebriori ſanctitatis nomine claruerunt. Præter enim Manſuetum Mediolanenſis Eccleſiæ ſpectatæ ſanctitatis Antiſtitem, interfuit etiam Barbatus Beneventanus in Album ſanctorum relatus: itemque Joannes Epiſcopus Bergomas æquo ſanctitate celebris eidem interfuiſſe Synodo reperitur, de quo & ſuperius dictum eſt: celebrat etiam eum Paulus diaconus, ex quo iſta habet (*a*): *Per idem quoque tempus Joannes Epiſcopus Bergomatis Eccleſiæ vir miræ ſanctitatis extitit: qui cum Regem Cunibertum in convivio, dum ſermocinaretur, offendiſſet, Rex ei ad hoſpitium revertenti equum ferocem & indomitum, qui immenſo fremitu ſuper ſe ſedentes terra allidere ſolebat, præparari fecit: cui cum Epiſcopus ſuperſediſſet, ita manſuetus extitit, ut eum blando inceſſu uſque ad domum propriam deportaret. Quod Rex audiens, & Epiſcopum ex eo die honore debito coluit, & ei ſuum equum, quem ſua ſeſſione dedicaverat, dono largitus eſt.* Hæc Paulus de Joanne, qui (ut diximus) eumdem ſacrum Patrum conventum præſens ornavit; inſuper & Decoroſus Epiſcopus Capuanus, qui in numerum ſanctorum reperitur adſcriptus decimaquinta die menſis Februarii. His adde Felicem Spoletinum Epiſcopum, cujus diem natalem Eccleſia Catholica celebrat decimaoctava Maii. Sanctus Anaſtaſius præterea Ticinenſis Epiſcopus æque ſanctitate conſpicuus præſens fuit, cujus memoria in Eccleſiis colitur trigeſima die ejuſdem menſis. Interfuerunt & alii præclari virtute Epiſcopi, adeo ut tanta corona Patrum ejuſmodi Synodus magno fuerit honore digna. Corrigendum vero (quod obiter dicendum occurrit) ubi poſt Saturninum

(*a*) *Paul. diac. l. 6. c.* 8.

Valerianus Soranus Epiſcopus.

Alatrinæ Eccleſiæ Epiſcopum legitur in cuſo codice Valerianus Epiſcopus Roſanæ Eccleſiæ: ſed pro Roſanæ, reſtitue ex codice ſcripto, Soranæ: nam etſi cætera deeſſent teſtimonia codicum; cum ipſa ſubſcriptio poſita legatur ſecundum ordinem provinciarum, nulla ratio perſuadet ut poſt Alatrinum & ante Signinum Roſanus, ſive Roſanenſis ponatur Epiſcopus ex Calabriæ provincia; ſed reſtituendus, Soranus, juxta nominatum locum civitatis Alatrinæ, itemque Signinæ. Erat præterea Valerianus, ſive Valerius, nomen commune ſatis Soranis civibus: nam & ipſa civitas dicta a Juvenale reperitur Domus Valeriorum, eo quod cum colonia illuc eſt Romanorum deducta, Valeriorum familiæ plurimi migraverunt. At hæc de nominibus ſatis.

IV. De rebus geſtis in Synodo.

De rebus autem in hac Synodo geſtis, nihil præterea reperitur, niſi epiſtola Agathonis ad Conſtantinum Imperatorem & fratres ejus de fide Catholica contra Monothelitas, ſed & alia epiſtola ad eoſdem nomine totius Synodi de fide Catholica conſervanda. Canon nullus in ea ſancitus legitur; quod non ob aliam cauſam fuerat convocata, quam ad fidem Catholicam confirmandam, & legationem Conſtantinopolim ad Synodum œcumenicam decernendam: & cum a utrumque quam diligentiſſime reperiatur impletum, nihil eſt quod ab ea amplius fuerit requiſitum. Delecti ſunt autem in eodem Concilio legati Conſtantinopolim profecturi, Joannes Epiſcopus Portuenſis, Abundantius Epiſcopus Paternenſis, & Joannes Epiſcopus Regitanus, ſive Regienſis: hi tres a Concilio Romano miſſi fuerunt; ſed & ab Epiſcopo Ravennate Theodoro miſſus eſt Theodorus presbyter. Hæc quidem ex Actis ipſius Sextæ Synodi conſtant. Quod vero Anaſtaſius Bibliothecarius univerſos, qui cum iiſdem profecti ſunt legatis recenſens, poſt tres ex dicto Concilio legatos miſſos, hos addit, dicens: *Miſit Agatho, & Theodorum & Georgium presbyteros, Joannem diaconum, & Conſtantinum ſubdiaconum, Theodorum presbyterum Ravennatem, atque reliquos ſervos Dei monachos.* Iidem etiam in litteris Agathonis nominati reperiantur. Sed eſt ſciendum, duas miſſas eſſe legationes, ab Agathone Pontifice unam, alteram vero ab ipſo Romano Concilio ſeorſum, licet eaſdem ſimul contigerit proficiſci. Teſtantur id quidem ejuſdem Imperatoris litteræ ad Georgium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, in quibus & iſta leguntur (*b*):

Duplex Legatio.

(*b*) *Extat in præambulis Sextæ Synodi.*

V.

Jam enim ſuper hoc adhortati ſumus per pios noſtros apices adhuc inter vivos exiſtentem & Donum ſanctiſſimum Apoſtolica

Digitized by Google

aa ſedis antiqua Roma Præſulem: & illo ex hoc ſaeculo migrante Agatho ſanctiſſimus nuper ordiaatas Papa ia Apoſtolica ſede prædicta antiqua Roma hujuſmodi noſtros pios ſuſcipiens apices, deſtinavit in præſenti propriam ejus indutos perſonum Theodoram & Georgium Deo amabiles presbyteros, & Joannem Deo amabilem diaconum; ex perſona vero totius ejus Concilii Joannem, & Abandantium, & Joannem venerabiles Epiſcopos cum cæteris clericis, & monachis, &c. Sicat ergo diſcretæ duæ miſſæ ſunt eodem tempore legationes ad Conſtantinum ac fratres Imperatores; ita duæ ad eoſdem miſſæ ſunt epiſtolæ, altera privatim Agathonis Papæ, altera vero ejuſdem Agathonis ac Synodi Romæ habitæ, ut earumdem præſeferunt inſcriptiones, quarum prior ſic ſe habet:

VI. *Dominis piiſſimis, & ſereniſſimis victoribas ac triumphatoribus, cariſſimis filiis, amatoribas Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, Conſtantino majori Imperatori, Heraclio, & Tiberio Auguſtis, Agatho Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Agathonis Epiſt. ad Imperatores.

Conſideranti mihi humanæ vitæ diverſos angores, & ante Deum, qui novit & verus eſt, cum vehementia fletuum ingemeati, ut conſolutionem animæ fluctuanti divinæ miſerationis imperttret inſtinctus, & de profundo mæroris, & anguſtia potentia ſuæ dexteræ ſublevaret: magnam atque mirabilem cum indeſinenti gratiarum actione, ſereniſſimi domini filii, confiteor, conſolationis opportunitatem exhibere dignatus eſt, piiſſimum tranquillæ manſuetudinis veſtræ propoſitum quod ad ſtabilitatem divinitus commiſſæ Reipublicæ Chriſtianæ ejus conceſſit dignatio, at Imperialis virtus atque clementia de Deo, per quem Reges (a) *regnant* (a) Prov. 8. *& qui Rex regum & Dominus dominantium eſt, & caret & quærat immaculatæ fidei veritatem, ut ab Apoſtolis atque Apoſtolicis eſt Patribus tradita, inquirere vigilanter; atque ut vera traditio continet, inſtantiſſime deſideret in omnibus Eccleſiis obtinere.*

VII. *Et ne quemquam tam pia lateret intentio audientium, humanave ſuſpicio perterreret, æſtimantium poteſtate nos eſſe compulſos, & non plena ſerenitate ad ſatisfaciendam ſuper Evangelicæ, & Apoſtolicæ noſtræ fidei prædicatione communitos: divales apices ad Apoſtolicæ memoriæ Donum Pontificem noſtræ puſillitatis prædeceſſorem, cunctis populis ac gentibus per noſtrum miniſterium patefecerunt ac patefaciunt *, quos gratia ſancti Spiritus Imperialis linguæ calamo de puro cordis theſauro dictavit, commonentis, non opprimentis; ſatisfacientis, non perterrentes; non affligentis, ſed exhortantis, & ad ea quæ Dei ſunt, ſecundam Deum invitantis. Quia & ipſe conditor omnium ac Redemptor cum poſſet in ſuæ divinitatis majeſtate in ſæculum veniendo mortales perterrere, humanitate magis inæſtimabilis clementiæ humiliter ad noſtra deſcendens, quos creavit, dignatus eſt & redimere. Qui & ſpontaneam de nobis veræ de ſe fidei confeſſionem expectat: quod & B. Petrus Apoſtolorum princeps commonet* (b): *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Chriſti non coacte ſed ſponte, ſecundum Deum exhortantes.* (b) 1. Petri 5.

* ſatisfaciunt.

*His itaque, manſuetiſſimi rerum domini, divalibus apicibus animatus, & ad ſpem conſolationis de profundis angoribus alleviatus *, ſum meliori reſectus confidentia paulatim, & his quæ per manſuetiſſimæ fortitudinis veſtræ ſacram dudum præcepta ſunt, efficaciter promptam obſequentium exhibere; ut perſonas, quales ſecundum temporis hujus defectum ac ſervilis provinciæ qualitatem poterant inveniri, pro obedientiæ ſatisfactione inquirerem, & cum conſilio conſamulorum meorum Epiſcoporum tam de propinqua hujus Apoſtolicæ ſedis Synodo, quamque de familiari clero, amatores Chriſtiani Imperii, & ſequenter de religioſis ſervis Dei, ut ad piiſſima tranquillitatis veſtræ veſtigia properarent, hortarer. Et niſi longos provinciarum ambitus, in quibus humilitatis noſtræ Concilium conſtitutum eſt, tanti temporis protelationem ingereret, olim hoc, quod vix tandem nunc fieri potuit, ſtudioſa obedientia noſter famulatus impleſſet. Sed dum de diverſis provinciis familiare nobiſcum Concilium congregatur, & dum perſonas quaſdam quidem de hac ſervili veſtri ſereniſſimi principatus Romana urbe, vel proximo dirigere procuramus, quaſdam de longe poſitis provinciis, in quibus verbum Chriſtianæ fidei ab Apoſtolicis exiguitatis meæ prædeceſſoribus miſſi prædicabant, remeare præſtolamur, non parvus temporum curſus elapſus eſt: ut corporales ægritudines mei famulatus ſilentio tranſeam, quibus nec vivere licet, nec libet aſſiduis ægrimoniis laborantem.* VIII.

* elevatus

Legati haud adeo imbuti ſcientiis,

Quem audis, lector, expectatum e longinquis regionibus, hunc fuiſſe ſcias Theodorum in Angliam antea miſſum, qui aliis litteris a Synodo Romana datis nominatim explicatur. Sed pergit de legatis miſſis:

Idcoque, Chriſtianiſſimi domini filii, ſecundum piiſſimam juſſionem a Deo protegenda manſuetudinis veſtræ, pro obedientia quam debuimus, non pro confidentia eorum ſcientiæ quos dirigimus, præſentes famulos noſtros Abundantium, & Joannem reverendiſſimos fratres noſtros Epiſcopos, Theodorum, & Georgium dilectiſſimos filios noſtros presbyteros cum dilectiſſimo filio noſtro Joanne diacono, & IX.

Conſtantino ſubdiacono ſanctæ hujus ſpiritalis matris Apoſtolicæ ſedis, necnon, & Theodorum presbyterum legatum ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ, & religioſos

Rude ſæculum deploratur.

*ſervos Dei monachos cum ſcripturarum cordis devotione curavimus demandare: nam apud homines in medio gentium poſitos, & de labore corporis quotidianum victum cum ſumma hæſitatione * conquirentes, quomodo ad plenum poterit inveniri ſcripturarum ſcientia, niſi quæ regulariter a ſanctis atque Apoſtolicis prædeceſſoribus, & venerabilibus quinque Conciliis definita ſunt, cum ſimplicitate cordis & ſine ambiguitate a Patribus tradita fidei conſervamus, unum ac præcipuum bonum habere ſemper optantes atque ſtudentes, ut nihil de iis quæ regulariter definita ſunt, minuatur, nihil mutetur vel augeatur, ſed eadem & verbis & ſenſibus illibata a nobis cuſtodiantur?*

* vel exercitatione.

Intelligis probe, lector, quantum deploret Agatho Pontifex temporis hujus bonarum litterarum ſterilitatem, cum ob aſſiduos Longobardorum motus, exculta Latinitas & ipſa Italia fœcunda ſcientiis, fuerint omnino iiſdem incultæ & ſteriles redditæ: ut opus fuerit e Britannia Theodorum accerſire Theologum, quem nec habere licuit. Habes præterea ex iiſdem Agathonis Pontificis verbis, in quantam Eccleſiæ redactæ eſſent paupertatem, ut neceſſarium fuerit earum miniſtris corporali exercitatione ſibi victum comparare. Sed & illud pariter obſervatione dignum conſidera, quod cum in Eccleſia deſunt homines ſacris litteris ſumme eruditi, tunc pro ſecuritate ad tutum portum eſſe confugiendum, nimirum ad prædeceſſorum, & ſanctorum ſcripta Patrum in omnibus ſemper, & ante omnia antiquis traditionibus firmiter inhærendo. Sed audi reliqua Agathonis epiſtolæ id ipſum præſtantis dum collectas in unum ſanctorum Patrum ſententias, & quæ a prædeceſſoribus definita fuiſſent, dedit iiſdem legatis Conſtantinopolim perferenda: nam ſubdit:

Quid agendum, cum deeſt litterarum peritia.

X. Quid conceſſum legatis.

Quibus portitoribus, & teſtimonia aliquorum ſanctorum Patrum, quos hæc Apoſtolica Chriſti Eccleſia ſuſcipit, cum eorum libris tradidimus: ut facultatem ſuggerendi a benigniſſimo veſtræ Chriſtianitatis Imperio conſecuti, ex his dumtaxat ſatisfacere ſtudeant, dum Imperialis manſuetudo percipiat quid hæc ſpiritalis mater eorum ac a Deo propagati Imperii Apoſtolica Chriſti Eccleſia credat & prædicet, non per eloquentiam ſæcularem, quæ nec ſuppetit idiotis hominibus, ſed per ſinceritatem Apoſtolicæ fidei, in qua & ab incunabulis edocti uſque in finem propagatori veſtri Chriſtiani Imperii cœli Domino omnes nobiſcum deprecantur, ſervire, & obedire. Licentiam proinde eis ſive auctoritatem dedimus apud tranquilliſſimum veſtrum Imperium, dum juſſerit ejus clementia, ſimpliciter ſatisfaciendi, in quantum eis dumtaxat injunctum eſt, ut nihil profecto præſumant augere, minuere, vel mutare, ſed traditionem hujus Apoſtolicæ ſedis, ut a prædeceſſoribus Apoſtolicis Pontificibus inſtituta eſt, ſinceriter enarrare.

Pro quibus flexo mentis poplite ſuppliciter veſtram ad manſuetudinem ſemper intentam clementiam deprecamur, ut juxta benigniſſimam atque Auguſtiſſimam Imperialis Sacræ promiſſionem acceptione eos dignos efficiat Chriſti imitabilis veſtra tranquillitas, atque placabiles auditus eorum humiliter ſuggeſtionibus accommodare dignetur: ſic aures Dei omnipotentis ſuis precibus ad exaudiendum inveniat veſtra manſuetiſſima pietas reſeratas: illæſaſque tam in rectitudine noſtræ Apoſtolicæ fidei, quamque corporum ſoſpitate in propriis reſtituere jubeat: ſic reſtituat ſuperna majeſtas per fortiſſimos atque invictiſſimos labores veſtra a Deo corroboratæ clementiæ ſub benigni veſtri principatus regimine totam Chriſtianam Rempublicam, & fortiſſimis veſtris ſceptris adverſas ſubigat nationes; ut ex hoc omni animæ atque omnibus gentibus ſatisfiat: quia quod per auguſtiſſimos apices de immunitate atque illæſione eorum, Deo ſibi aſpirante, polliceri dignata eſt, adimpleat in omnibus. Non enim nobis verum ſcientia confidentiam dedit, ut ad pia veſtra veſtigia eos auderemus dirigere, ſed hoc Imperialis veſtra benignitas clementer jubens hortata eſt, & noſtra puſillitas, quod juſſum eſt, obſequenter implevit. XI. Commendat Legatos.

Hæc prælocutus, ſubiicit Catholicæ fidei regulam ab omnibus cuſtodiendam, verbis iſtis:

Ut autem veſtræ divinitus inſtructæ pietati, quid Apoſtolicæ noſtræ fidei vigor contineat, breviter intimemus, quam percepimus per Apoſtolicam Apoſtolicarumque Pontificum traditionem, & ſanctarum quinque univerſalium Synodorum, per quas fundamenta Catholicæ Chriſti Eccleſiæ firmata atque ſtabilita ſunt. Hic igitur ſtatus eſt Evangelicæ, & Apoſtolicæ fidei, regularisque traditio, ut confitenter ſanctam, & inſeparabilem Trinitatem, id eſt, Patrem & Filium & ſanctum Spiritum, unius eſſe Deitatis, unius naturæ, & ſubſtantiæ ſive eſſentiæ, unius eam prædicemus, & naturalis voluntatis, virtutis, operationis, dominationis, majeſtatis, poteſtatis, & gloriæ. Et quicquid de eadem ſancta Trinitate eſſentialiter dicitur ſingulari numero, tamquam de una natura trium conſubſtantialium perſonarum, comprehendamur, regulari ratione inſtitui. Cum vero de tribus earum- XII. Fidei Catholicæ regula.

eundem trium perſonarum ipſius ſanctæ Trinitatis, Filio Dei, Deo Verbo, & de myſterio admiranda ejus ſecundum carnem diſpenſationis confitemur, omnia duplicia unius ejuſdemque Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Evangelicam traditionem aſſerimus, id eſt, duas ejus naturas prædicamus, divinam ſcilicet, & humanam, ex quibus & in quibus etiam poſt admirabilem atque inſeparabilem unitionem ſubſiſtit: & unamquamque ejus naturam proprietatem naturalem habere confitemur, & habere divinam omnia quæ divina ſunt, & humanam omnia quæ humana ſunt, abſque ullo peccato: & utraſque unius ejuſdem Dei Verbi incarnati, id eſt humanati, inconfuſe, inſeparabiliter, immutabiliter eſſe cognoſcimus, ſola intelligentia, quæ unita ſunt diſcernentes, propter confuſionis duntaxat errorem: æqualiter enim, & diviſionis, & commixtionis deteſtamur blaſphemiam. Cum duas autem naturas, duaſque naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto, non contrarias eas, nec adverſas ad alterutram dicimus (ſicut a via veritatis errantes Apoſtolicam traditionem accuſant: abſit hæc impietas a fidelium cordibus) nec tanquam ſeparatas in duabus perſonis vel ſubſiſtentiis, ſed duas dicimus unum eundemque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſicut naturas: ita & naturales in ſe voluntates & operationes habere, divinam ſcilicet & humanam: divinam quidem voluntatem & operationem habere ex æterno cum coeſſentiali Patre communem, humanam temporaliter ex nobis cum noſtra natura ſuſceptam.

XIII. *Hæc eſt Apoſtolica atque Evangelica traditio, quam tenet ſpiritalis veſtri feliciſſimi Imperii mater Apoſtolica Chriſti Eccleſia: hæc eſt vera confeſſio pietatis: hæc eſt Chriſtianæ religionis vera atque immaculata profeſſio, quam non humana adinvenit verſutia, ſed Spiritus ſanctus per Apoſtolorum Principes docuit: hæc eſt firma, & irreprehenſibilis ſanctorum Apoſtolorum doctrina, cujus ſincera pietatis integritas quoaduſque libere * prædicatur in Republica Chriſtiana, veſtræ tranquillitatis Imperium tuebitur ſtabilitum, & exultans & felix (ut perfecte * confidimus) demonſtrabit. Credite humillimo mihi, Chriſtianiſſimi domini filii, quia pro ſtabilitate & exultatione ejus has cum fletibus preces effundo. Et hoc (licet indignus & exiguus) ſinceriter diligendo, præſumo conſulere: quia veſtra a Deo concedenda victoria, noſtra ſalus eſt: veſtræ tranquillitatis felicitas, noſtra lætitia eſt: veſtræ manſuetudinis ſoſpitas, noſtræ parvitatis ſecuritas eſt.*

* libenter

* profecto

XIV. *Et ideo cum corde contrito, & profluentibus lacrymis, mente proſtratus exoro, porrigere dignemini clementiſſimam dexteram Apoſtolicæ doctrinæ, quam cooperator piorum laborum veſtrorum B. Petrus Apoſtolus tradidit, non ut ſub modio condatur, ſed ut tuba clarius in toto orbe prædicetur: quia ejus vera confeſſio a Patre de cælis eſt revelata, pro qua a Domino omnium (a) beatus eſſe pronunciatus eſt Petrus, qui & ſpiritales oves Eccleſiæ ab ipſo Redemptore omnium terna commendatione paſcendas ſuſcepit. Cujus adnitente præſidio, hæc Apoſtolica ejus Eccleſia nunquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt: cujus auctoritatem, utpote Apoſtolorum omnium Principis, ſemper omnis Catholica Chriſti Eccleſia, & univerſales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis ſecutæ ſunt, omneſque venerabiles Patres Apoſtolicam ejus doctrinam amplexi, per quam & probatiſſima Eccleſiæ Chriſti luminaria claruerunt, & ſancti quidem doctores Orthodoxi venerati atque ſecuti ſunt, hæretici autem falſis criminationibus ac derogationum odiis inſecuti.*

(a) Mat. 16.

Romanæ Eccleſiæ præconia.

XV. *Hæc eſt Apoſtolorum Chriſti viva traditio, quam ubique ejus tenet Eccleſia, quæ præcipue diligenda atque fovenda, & fiducialiter prædicanda eſt: quæ per veridicam confeſſionem Deo conciliat: quæ & Chriſto Domino commendabilem facit: quæ clementiæ veſtræ Chriſtianum conſervat Imperium: quæ a cœlis Domino largas victoriæ veſtræ piiſſimæ fortitudinis confirmat: quæ comitatur in præliis, & expugnat adverſos: quæ veſtrum a Deo propagatum Imperium ubique ut murus inexpugnabilis protegat: quæ terrorem in contrarias nationes immittit, & ira divina percellat: quæ & in bellis triumphales palmas de hoſtium dejectione atque ſubjectione cælitus tribuat, & in pace ſecurum, & hilarem veſtrum fideliſſimum principatum ſemper cuſtodiat.*

XVI. *Hæc eſt enim vera fidei regula, quam & in proſperis & in adverſis vivaciter tenuit ac defendit: hæc ſpiritalis mater veſtri tranquilliſſimi Imperii Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probabitur, nec hæreticis novitatibus depravata ſuccubuit; ſed ut ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata fine tenus permanet ſecundum ipſius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, quam ſuorum diſcipulorum principi in ſacris Evangeliis fatus eſt (b): Petre, Petre, inquiens, ecce Satan expetivit, ut cribraret vos, ſicut qui cribrat triticum: ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Conſideret itaque veſtra*

(b) Luc. 22.

Omnes Romani Pontifices immunes ab hæreſi. *ſtræ tranquillæ clementiæ, quoniam Dominus, & Salvator omnium, cujus fides eſt, qui fidem Petri non defecturam promiſit, confirmare eum fratres ſuos admonuit: quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum: quorum & puſillitas mea, licet impar & minima, pro ſuſcepta tamen divina dignatione miniſterio pediſſequa cupit exiſtere. Væ enim mihi erit, ſi veritatem Domini mei, quam illi ſinceriter prædicarunt, prædicare neglexero.*

XVII. Audiſti, lector, quam libere afferat ac fortiter inculcet, firmiterque aſſeveret ſanctiſſimus Agatho Papa, nulla hæreticæ pravitatis ſuſpicionis labe hactenus aſperſam fuiſſe Apoſtolicam ſedem, nullum prædeceſſorem defeciſſe a Catholicæ pietatis aſſertione atque defenſione. At quomodo iſta tam libere potuiſſet tantus Pontifex conteſtari, ſi in eadem hæreſi, quam ſua epiſtola ipſe Agatho adeo valide inſectatur, Honorius, cujus recens adhuc memoria erat, iiſdem hæreticis ignominioſe manus dediſſet, & eumdem cum illis errorem confoviſſet? Honorii fides Catholica cognita. Sed quæ Agatho, hæc ante ipſum ſanctus Martinus Papa & martyr, & ſucceſſores qui poſthac fuerunt ſummi Pontifices, ut Nicolaus & alii, eadem pariter libertate atque ſecuritate profeſſi ſunt: id ipſum (ne longius recedamus) & ipſa Romana Synodus [illegible] ſiquinque Epiſcoporum hoc anno Romæ celebrata in ſua ad eoſdem Imperatores ſcripta Synodali epiſtola profitetur. Videas ergo, quam inconſiderate agant, qui hæreſis accuſant Honorium Papam. Sed de his ſatis ſuperius diximus in Honorio, in Joanne ejus ſucceſſore, necnon in Theodoro Romanis Pontificibus, ſed & inferius dicturi ſumus. Pergit vero Agatho:

XVIII. Rom. Pontificis eſſe Impp. monere. *Væ mihi erit, ſi ſilentio texero veritatem, quam erogare nummulariis juſſus ſum, id eſt, Chriſtianum populum imbuere & docere. Quid dicam in ipſius Chriſti futuro examine, ſi hic (quod abſit) prædicare ejus ſermonum veritatem confundor? Quid de me ipſo, quid de commiſſis animabus ſatisfacium, dum de officio ſuſcepto rationem diſtrictam exegerit? Quis igitur, clementiſſimi atque piiſſimi domini filii (quod tremens & conſternatus ſpiritu dico) non provocetur illa admirabili pollicitatione, qua fidelibus repromittit (a): Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, inquiens, confitebor, & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt? Et quem infidelium ſaltem non perterreat illa ſeveriſſima comminatio, qua indignaturum ſe proteſtatur & aſſerit, inquiens: Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt? &c.*

(a) Matt. 10. Marc. 8. Luc. 12.

Poſt hæc rurſum prædeceſſorum diligentiam commendans in admonendis Epiſcopis Conſtantinopolitanis, & horum condemnans improbitatem in aſſertione unius voluntatis, & operationis in Chriſto, doctrinam Catholicam rurſus inculcans, eamdem tum divinæ Scripturæ, tum ſanctorum Patrum aſſertionibus teſtatam reddit; addens, hæreticorum dumtaxat eſſe unam voluntatem, & operationem in Chriſto fateri quos iſta delirantes nominatim recenſet: nos autem ea cuncta referre prolixitatis nimiæ vitandæ cauſa deſiuimus.

XIX. Quorum omnium recenſitis ineptiis, hujuſmodi argumento idem Agatho compellat eoſdem Imperatores: *Attendat igitur*, inquit, *a Deo inſtitutum veſtræ clementiæ faſtigium interno diſcretionis illius oculo, quem ad diſpenſandum populos Chriſtianos, divina gratia illuſtrante, percipere meruit, quemnam talium doctorum ſequendum cenſeat populus Chriſtianus, cujus horum doctrinam debeat amplecti, ut poſſit ſalvari, qui & omnes & alterutrum unuſquiſque eorum condemnat, ſicut variæ eorum & inſtabiles definitiones in ſcriptis aſſeverant, modo unam voluntatem, & unam operationem, modo nec unam nec duas operationes, modo & unam voluntatem, & operationem, & rurſum duas voluntates & duas operationes, itemque unam voluntatem & unam operationem, & rurſum nec unam, nec duas, & alias unam & duas:* Hæreticorum ſemper inconſtans ſententia. ſecundum aſſertiones recenſitas diverſorum hæreticorum. Digna plane tanto Pontifice Romano ſententia, qua una quis poſſit omnes hæreſes confutare, dum nemo inveniet alicujus hæreſis ſectatores in una eademque ſententia fuiſſe perſtantes, ſed mobiles & quoquoverſum volubiles: contra vero (quod una ſit veritas) Catholicorum una eademque fuit & erit in omnibus, de quibus eſt dubitatum, aſſertio. At eoſdem rurſus Imperatores hortans, hæc ſubdit:

XX. *Quis exiſtimans *, piiſſimi domini, tantæ cæcitatis errores non abominetur & caveat, ſiquique ſalvari deſiderat, & immaculatam ſuæ fidei rectitudinem venienti Domino cupit afferre? Eximenda proinde ac ſummis conatibus cum Dei præſidio liberanda eſt ſancta Dei Eccleſia Chriſtianiſſimi veſtri Imperii de talium doctorum erroribus, ut Evangelicam atque Apoſtolicam Orthodoxæ fidei rectitudinem, quæ fundata eſt ſuper firmam petram hujus beati Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiæ, quæ ejus gratia atque præſidio ab omni errore illibata permanet, omnis Præſulum numerus ac ſacerdotum, cleri, & populorum unanimiter ad placendum Deo, animamque ſalvandam, veritatis formulam*

* exæſtuani.

Apo-

Apoſtolicæ traditionis nobiſcum confiteatur, & prædicet.

Hæc autem noſtra humillima ſuggeſtioni innectere curavimus, afflicti atque inceſſabiliter ingemeſcentes de tantis Eccleſiæ ſacerdotum erroribus propria magis quærentium, quam veritatem fidei ſtatuere, & fraternæ admonitionis ſinceritatem ad proprium contemptum pertinere cenſentium, non invido (ſicut Deus teſtis eſt) animo, neque per elationem jactantiæ, neque per contentionis adverſitatem, neque inaniter eorum doctrinam cupientes reprehendere, neque quamlibet quis ſuſpicetur humanæ delectationis arrogantiam, ſed pro ipſius veritatis, in qua ſalvari nos confidimus, rectitudine, & pro ipſius puræ Evangelicæ confeſſionis regula, pro ſalute videlicet animarum, ac Reipublicæ Chriſtianæ ſtabilitate, pro ſoſpitate Romani Imperii gubernacula diſpenſantium, meæ humilitatis Apoſtolicos prædeceſſores commonuiſſe, rogaſſe, increpaſſe, obſecraſſe, arguiſſe, & omnem modum exhortationis exercuiſſe, quatenus medelam poſſet recens vulnus accipere.

XXI. *Nec poſt inoliti erroris diuturnitatem a commonitione ſiluerunt, ſed ſemper hortati ſunt ac conteſtati, & hoc ex fraterna charitate, non per malitiam vel pertinaciam odioſam (abſit, abſit a corde Chriſtiano, ut inulterius lapſum graſſetur, cum Dominus omnium doceat (a): Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat: qui gaudet (b) ſuper unum pœnitentem magis, quam ſupra nonagintanovem juſtos: qui ad liberandam ovem perditam, ſuæ majeſtatis inclinans potentiam, de cælis ad terras deſcendit) ſed expanſis ſpiritualibus ulnis optantes atque exhortantes eos in Orthodoxæ fidei unanimitate remeantes amplecti, eorumque converſionem ad integram Orthodoxæ fidei rectitudinem præſtolantes: quatenus noſtro conſortio, immo B. Petri Apoſtoli, cujus licet indigni miniſterio fungimur, & traditionis formulam prædicamus, ſe ipſos non facerent alienos, ſed concorditer nobiſcum immaculatam hoſtiam pro ſtabilitate fortiſſimi ac ſereniſſimi Imperii indeſinenter Chriſtum Dominum exorent.*

(a) Ezech. 18.
(b) Luc. 15.

XXII. *Credimus, piiſſimi rerum domini, nullam ambiguitatis caliginem remanſiſſe, quæ ad diſcernendum poſſit obſiſtere, quod ſecuti ſunt novi dogmatis inventores. Nam & ſuavitas ſpiritalis intelligentiæ, quam Patrum redolent dicta, coram oculis conſtituta, & hæreticorum abominabilis fœtor ab omnibus fidelibus aſpernandus innotuit. Et quia novi dogmatis inventores, hæreticorum ſectatores oſtenſi ſunt, & non ſanctorum Patrum pediſſequi, nec hoc remanſit incognitum. Igitur quantumcumque ſuum colorare velit quiſquam errorem, a luce veritatis arguitur, ſicut & Apoſtolus Gentium docet (c): Omne quod revelatur, lumen eſt: quia veritas conſtans ſemper, & eadem permanet, ſemper autem falſitas variatur, & ſibi ipſi, variando, approbatur ac redarguitur eſſe contraria. Ex hoc enim, & ſibi ipſis adverſa docuiſſe novi dogmatis inventores oſtenſi ſunt, quia Evangelicæ atque Apoſtolicæ fidei ſectatores eſſe noluerunt.*

(c) Ephes. 5.

XXIII. Ut pellantur hæretici monet Agatho.

Quapropter quia & veritas claruit a Deo inſpiratis veſtræ pietatis obtutibus, & falſitas denotata, & qua digna eſt, abominationem conſecuta: reſtat ut a Deo coronatæ veſtræ clementiæ piis favoribus victoriæ coronam redimita veritas fulgeat, & novitatis error cum ſuis inventoribus & his quorum doctrinam ſecuti ſunt, propriæ præſumptionis pœnam exolvant, & de medio Orthodoxorum Antiſtitum pro ſuæ novitatis hæretica pravitate pellantur, quam intra unam ſanctam Catholicam atque Apoſtolicam Chriſti Eccleſiam conati ſunt introducere, & individuum atque illibatum corpus Eccleſiæ contagione pravitatis hæreticæ maculare. Nec enim æquum eſt ut nocentes innocentibus noceant, aut immunes aliorum delicta percellant; cum etſi in hoc ſæculo condemnatis parcatur, ſicut ipſi quibus parcitur, nullum in Dei judicio ſentiunt parcendo beneficium; ita parcentibus non minimum ingerunt pro illicita compaſſione periculum.

XXIV. *Hæc autem ideo Deum omnipotentem felicibus veſtræ manſuetudinis ad emendandum credimus reſervaſſe temporibus, ut locum, & zelum ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui veſtrum Imperium coronare dignatus eſt, facientes in terris, pro ejus Evangelica atque Apoſtolica veritate juſtum judicium proferatis: quia dum humani generis Redemptor atque Salvator ſit injuriam paſſus, nunc uſque ſuſtinuit, veſtræque fortitudinis aſpiravit Imperio, ut ejus fidei cauſam, ſicut æquitas exigit, & ſanctorum Patrum ſacrarumque generalium quinque Synodorum decretis inſtructio, exequi dignemini, & Redemptoris ac conregnatoris injuriam de ſuæ fidei contemptoribus, per ejus præſidium ulciſcamini, propheticum illud vaticinium cum Imperiali clementia magnanimiter adimplentes, quo Rex & propheta David ad Deum loquitur (d): Zelus domus tuæ, inquiens, comedit me. Unde pro tali Deo placitu zelo collaudatus, illam beatam vocem audire a Creatore omnium meruit (e): Inveni David virum ſecundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Cui & in Pſalmis pollicetur (f): Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum: ut cujus cauſam conflagranti ſtudio elaborat Chriſtianæ cle-*

(d) Pſ. 68.
(e) Act. 13.
(f) Pſ. 88.

clementia veſtra piiſſimus principatus efficere, remunerationis gratia omnes actus fortiſſimi eorum Imperii felices, & proſperos faciat, qui in ſuis ſacris Evangeliis repromittit, inquiens (a): Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.

(a) Mat. 6.

XXV. *Omnes enim ad quos ſacrorum apicum pervenit notitia, & quia ſic benigniter auguſtæ magnanimitatis veſtræ manſuetudinis eſt demonſtratus intentus, innumeras gratiarum actiones, & inceſſabiles laudes, admirati de tanta clementiæ magnitudine, propagatori veſtri fortiſſimi Imperii perſolverunt: quia vere ut piiſſimi, & æquiſſimi Principes, quæ Dei ſunt, cum Dei timore dignati eſtis peragere, omnem immunitatem a noſtra parvitate dirigendis perſonis polliciti. Et confidimus quia quæ promiſit veſtra pia clementia, potens eſt efficere: quatenus quod Deo a veſtræ Chriſtianitatis Imperio religioſa humanitate devotum eſt & promiſſum, nihilominus ejus auxiliante omnipotentia impleatur. Unde & laus ab omnibus nationibus Chriſtianis, & perennis memoria, & frequens oratio pro ſoſpitate, triumphalibus ac perfectis victoriis concedendis, ante Chriſtum Dominum, cujus cauſa eſt, effundatur: quatenus ſupernæ majeſtatis terrore perculſæ gentium nationes, ſub ſceptris veſtri robuſtiſſimi principatus humiliter colla proſternant, ut piiſſimi veſtri regni conteratur potentia, dum temporali Imperio, æterni regni ſuccedit perennis felicitas.*

XXVI. Quid magis commendet Principem. *Nec enim poterit aliud ſimillimum inveniri, quod veſtræ invictiſſimæ fortitudinis Divinæ majeſtati commendet clementiam, quam ut repulſis a regula veritatis erroribus, Evangelica atque Apoſtolica noſtra fidei ubique illuſtretur & prædicetur integritas. Propterea, piiſſimi & a Deo inſtructi Domini filii, ſi hunc ſacrarum ſcripturarum, venerabilium Synodorum, ſpiritualium Patrum irreprehenſibilem Apoſtolici dogmatis regulam, juxta Evangelicam eorum intelligentiam, per quam veritatis nobis formula, Spiritu reſerante, monſtrata eſt, Conſtantinopolitana Præſul Eccleſia tenere nobiſcum ac prædicare delegerit (b): pax multa erit diligentibus nomen Dei, & ullum non remanebit diſſenſionis ſcandalum, & fiet quod eſt in Actibus Apoſtolorum (c), dum per gratiam ſancti Spiritus populus ad cognitionem Chriſtianitatis acceſſerit, omnibus nobis cor unum & anima una.*

(b) Pſal. 118.

(c) Act. 4.

XXVII. *Sin autem (quod porro longe ſit) novitatem nuper ab aliis introductam amplecti maluerit, & alienis a regula veritatis Orthodoxæ atque Apoſtolicæ noſtræ fidei ſeſe irretire doctrinis, quam utpote animabus noxiam declinare indeſinenter ab Apoſtolicis meæ humilitatis prædeceſſoribus exhortati atque commoniti uſque hactenus diſtulerunt: ipſo noverit quod de tali contemptu in divino Chriſti examine ſatisfaciet apud Judicem omnium, qui in Cælis eſt, cui & nos ipſi pro ſuſcepto veræ prædicationis miniſterio, vel præſumptione Chriſtianæ religioni contraria, dum ad judicandum advenerit, reddituri ſumus rationem: nobiſque (quod ſuppliciter exoro) liceat Apoſtolicam atque Evangelicam rectæ fidei regulam, ut ab exordio percepimus, inconcuſſe & libere cum ſimplici puritate integram atque illibatam ſervare.*

Proinde veſtra auguſtiſſima ſerenitati pro affectu ac reverentia Catholicæ atque Apoſtolicæ rectæ fidei ab ipſo conregnatore Chriſtiani Imperii a Domino noſtro Jeſu Chriſto, cujus veram confeſſionem intemeratam capitis conſervare, perfecta piorum laborum reportabitur [a] merces, quia nihil in aliquo neglectum eſt, vel omiſſum a veſtra a Deo coronata clementia, quod non poſſit ſolo integritate veſtræ fidei ad Eccleſiarum concordiam pertinere. Quia Judex omnium Deus propoſitum mentis exquirit, & ſtudium pietatis acceptat, qui cauſarum exitus, ſicut expedire judicat, & diſpenſat.

[a] reputabitur.

XXVIII. Preces enixæ Pon. *Obſecro itaque, piiſſimi ac clementiſſimi Auguſti, atque una cum mea exiguitate omnes anima Chriſtiana flexo genu ſuppliciter deprecatur, ut omnibus Deo placitis bonis atque admirandis Imperialibus beneficiis quæ per eorum Deo acceptabile ſtudium ſuperna dignatio humano generi concedere dignata eſt, etiam hoc ad redintegrationem perfectæ pietatis conregnatori Chriſto Domino hoſtiam acceptabilem offerre jubeatis, verbum impunitatis concedentes, & liberam loquendi facultatem unicuique loqui volenti & verbum impendere pro fide, quam credit & tenet: quatenus ab omnibus manifeſtiſſime cognoſcatur, quod nullo terrore, nulla poteſtate, nulla comminatione vel averſione quiſquam pro veritate Catholica, & Apoſtolica fidei loqui volens prohibitus aut repulſus eſt: quatenus omnes unanimiter pro tanto & tam ineſtimabili bono per cunctum ſuæ vitæ ſpatium Divinam majeſtatem glorificent, & pro incolumitate atque exaltatione fortiſſimi veſtri Imperii unanimiter inceſſabiles Chriſto Domino preces effundant.* Et ſubſcriptio. *Piiſſimorum Dominorum Imperium gratia ſuperna cuſtodiat, uſque omnium gentium colla ſubſternat.* Hactenus epiſtola Agathonis Papæ: qui cum ſtatum Eccleſiæ Orientalis deploratiſſimum eſſe ſciret, ad conſarcinandam ſciſſam penitus communionem Catholicam magnis opus eſſe remediis intelligens, enixius (ut vidiſti) Imperatores precibus interpellat,

ve-

veritus ne quid accideret adverſus legatos Apoſtolicos, cum non ignoraret quid alias adverſus eoſdem, immo & adverſus Romanos Pontifices S. Silverium, Vigilium, atque S. Martinum ab Imperatoribus ſacrilege factum eſſet. Ita igitur ea animi ſubmiſſione, non dejectione, humiliat ſe adeo Imperatori Agatho Pontifex, ut jacentem proſtratam penitus Orientalem Eccleſiam erigat.

XXIX. Sicut autem (ut dictum eſt) duæ legationes Roma miſſæ ſunt ad Imperatorem Conſtantinopolim, altera ab Agathone Pontifice, a Synodo altera: ita & duæ Epiſtolæ ad ipſum & fratres ejus conſortes Imperii eiſdem legatis datæ fuere, altera ab eodem Agathone Papa, altera vero ab ipſa Synodo centum viginti quinque Epiſcoporum: ita tamen, ut ipſe qui præerat Synodo Agatho, idem primo loco in eadem epiſtola ſit inſcriptus in hunc modum:

Synodalis epiſtola ex Concilio Rom.

Piiſſimis Dominis & ſereniſſimis victoribus ac triumphatoribus dilectis filiis Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti Conſtantino magno Imperatori, Heraclio, & Tiberio Auguſtis, Agatho Epiſcopus ſervus ſervorum Dei cum univerſis Synodis ſubjacentibus Concilio Apoſtolicæ ſedis. Hæc idcirco de Synodis, quod ſcilicet contigiſſet (ut diximus) ea de re monitos ab ipſo Agathone Eccleſiæ Occidentalis Epiſcopos in diverſis provinciis Synodos celebraſſe. Quænam provincia expers Synodi eſſe potuit, ſi in Britannia in Anglicana Eccleſia fuit etiam celebrata? Et poſt multa iſta ſubiungentes ajunt: *Credimus autem, quia quod paucis, raroque conceſſum eſt, a Deo coronato veſtro Imperio divinitus concedetur, ut per ipſum Catholicæ, & Apoſtolicæ veræ noſtræ fidei ſplendidiſſimum in omnium mentibus emicet lumen, quod ex veri luminis fonte tamquam de radio vivifici fulgoris per miniſtros B. Petrum & Paulum Apoſtolorum principes, eorumque diſcipulos & Apoſtolicos ſucceſſores gradatim uſque ad noſtram parvitatem, Dei opitulatione ſervatum eſt, nulla hæretici erroris tetra caligine tenebratum, nec falſitatis nebulis confœdatum, nec intermixtis hæreticis pravitatibus velut caliginoſis nebulis perumbratum, immune atque ſincerum, & ſuis radiis perluſtratum piiſſimis conatibus conſervare cupit veſtrum a Deo coronatum faſtigium*

XXX. *In hoc enim tam Apoſtolicæ ſedis quamque noſtri exigui famulatus prædeceſſores uſque hactenus non ſine periculis deſudarunt, nunc decretali commonitione cum Apoſtolicis Pontificibus conſulentes, nunc Synodali definitione, quæ veritatis regula continebat omnibus innoteſcentes; & terminos quos tranſgredi nefas eſt, uſque ad animæ ipſius exitum conſtanter defendentes, non ſeducti blanditiis, non periculis territi, ut illam in Evangeliis Domini noſtri ſententiam operibus demonſtrarent, qua ſententialiter præcipit, dicens (a): Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego illum coram Patre meo qui in cælis eſt: & ſubſequenti pœna deterret, quia ſevere comminatur: Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt. Execratur enim vera confeſſio pietatis juxta diverſitates temporum variari, ſicut nec ipſe varietatem admittit, de quo eſt ipſa vera confeſſio, qui dicit (b): Ego ſum, & non ſum mutatus.*

(a) Matth. 10. Marc. 8. Luc. 12.

(b) Malach. 3.

XXXI. *Igitur quia tranquilliſſimæ fortitudinis veſtræ clementia perſonas de Epiſcopali numero dirigi juſſit vita atque ſcientia omnium ſcripturarum præditas: de vita quidem puritate quamvis quiſquam munditer vixerit, confidere tamen non præſumit: perfecta vero ſcientia ſi ad veræ pietatis ſcientiam redigatur, ſolius * eſt veritatis cognitio: ſi ad eloquentiam ſecularem, non æſtimamus quemquam temporibus noſtris reperiri poſſe, qui de ſummitate ſcientiæ glorietur: quandoquidem in noſtris regionibus diverſarum gentium quotidie æſtuat furor, nunc confligendo, nunc diſcurrendo ac rapiendo. Unde tota vita noſtra ſolicitudinibus plena eſt, quos gentium manus circumdat, & de labore corporis victus eſt, eo quod priſtina eccleſiarum ſuſtentatio paulatim per diverſas calamitates deficiendo ſuccubuit: & ſola eſt noſtra ſubſtantia fides noſtra, cum qua nobis vivere ſumma eſt gloria: pro qua etiam mori lucrum æternum eſt. Hæc eſt perfecta noſtra ſcientia, ut terminos Catholicæ atque Apoſtolicæ fidei quoſque hactenus Apoſtolica ſedes nobiſcum & tenet & tradit, tota mentis cuſtodia conſervemus, credentes in Deum, &c.* Integram enim ſubiiciunt fidei Catholicæ confeſſionem.

* ſola.

Status miſerandus Eccleſiarum Occidentalium.

XXXII. Porro in ea, quæ a S. Synodo in eadem Synodali epiſtola ſcribitur, Catholicæ fidei ſincera confeſſione ſtylus ſcri-

PAGIUS III. Ad num. XXXII. Baronius, ut oſtendat Acta Sextæ Synodi generalis depravata fuiſſe, ait in Synodica Concilii Romani ſub Agathone legi: *Credimus & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, ex Patre Filioque procedentem;* ſed quendam impoſtorem abraſo nomine *filioque*, reliquiſſe tantum *ex Patre procedentem*. Addit detectam fuiſſe hujuſmodi Græcorum impoſturam in Concilio Florentino a Juliano S. R. E. Cardinali, in Diſputatione, quam habuit contra Græcos, eorumque errores. Sed ut animadvertit Combefiſius in Hiſt. Hæreſis Monothelitarum Diſp. 2. cap. 1. paragrapho 3. in Actis Florentinæ Synodi ac Juliani in ea dictis, ni-

Proceſſio Spiritus Sancti a Filio in VI. Synodo non memorata.

Græci corruptores Sexi. Synodi. barum mendaa operatus eſt falſitatem: dum enim ibi legeretur: *Credimus & in Spiritum ſanctum Dominum & vivificatorem, ex Patre Filioque procedentem*: abraſo nomine, *Filioque*, a Patre procedentem tantum relictum eſt. Detecta fuit ejuſmodi impoſtura Græcorum in Concilio Florentino a Juliano S. R. E. Cardinale in diſputatione quam habuit contra Græcos: quod ipſum longe ante Julianum advertit & ſugillavit Emmanuel Caleca Græcus auctor in commentariis adverſus Græcorum errores conſcriptis. Hæc ingerimus, & conſideranda tibi lector veritatis cultor ob oculos ponimus, ne mirum adeo tibi ſit, cum in nonnullis aliis, in iiſque præſertim, quæ de Honorio Romano Pontifice tradunt, a Græcis eſſe depravata dicemus. Deſcripta vero integra Catholicæ fidei regula, hæc ad finem ipſius habent:

XXXIII. *Hanc igitur meræ Catholicæ atque Apoſtolicæ confeſſionis regulam, & ſanctum Concilium quod in hanc Romanam urbem ſervilem veſtri Chriſtianiſſimi Imperii ſub Apoſtolicæ memoriæ Martino Papa convenit, prædicaſſe ſynodice, conſtanter defendiſſe, omnes nos (quiſquis ubique eſt) humillimi Eccleſiarum Chriſti Antiſtites cognoſcimus: in qua & noſtræ parvitatis prædeceſſores convenientes, Apoſtolicam confeſſionem, quam a principio perceperunt, etiam Synodali præconio prædicarunt, & abſque cujuſpiam novitatis errore citra ambiguitatem determinarunt*, &c. Multa addunt, quæ & in ſuperiori æque reperiuntur epiſtola Agathonis.

Quid Legatis conceſſum agere. Demum vero quid auctoritatis traditum ſit legatis Conſtantinopolim profecturis, ita declarant: *Perſonas autem de noſtræ humilitatis ordine prævidimus dirigere ad veſtra a Deo protegendæ fortitudinis veſtigia, quæ omnium noſtrum, ideſt univerſorum per Septemtrionales, vel Occiduas regiones, Epiſcoporum ſuggeſtionem, in qua & Apoſtolicæ noſtræ fidei confeſſionem prælibavimus, offerre debeant; non tamen tamquam de incertis contendere, ſed ut certa atque immutabilia compendioſa definitione proferre: ſupplicıter obſecrantes, ut a Deo coronato veſtra Imperia favente, hæc eadem omnibus prædicari, atque apud omnes obtinere jubeatis*, &c. Plura ſubdunt in commendatione legatorum.

XXXIV. Sed vel hac ex parte etiam de Honorii condemnatione, quæ in Actis ſextæ Synodi reperitur, tu lector detegas impoſturam. Quonam pacto, rogo te, *Impoſtura detegitur.* legati, quibus vetitum eſt diſputare, ſed ſolum bene ſancita in Romana Synodo proferre, iidem tantum ſibi ſumpſerint auctoritatis, ut de cauſa Honorii Papæ diſcernerent, immo inconſulta Romana Synodo ipſoque Romano Pontifice Agathone, damnare (quod hactenus inauditum fuit) inſigni temeritate præſumerent? Num, quantumvis perfrictæ frontis illi fuiſſent, de his ante conſulere Agathonem omittere potuiſſent? Sed de his alias.

Qui recipiendi ſint ab Apoſtolica ſede & qui ſecus. Quod igitur (ut dictum eſt) non diſputandi gratia, ſed docendi quæ eſſet Catholica fides, Romanum Concilium, necnon ipſe Pontifex legatos mitterent; in iiſdem Synodalibus litteris ejuſmodi ſententiam ſubiiciunt indelebilem: *Quicumque proinde ſacerdotum hæc, quæ in hac noſtræ humilitatis confeſſione continentur, nobiſcum ſinceriter prædicare deſiderant: ut noſtræ Apoſtolicæ fidei concordes, ut conſacerdotes, & commiſtros ejuſdem fidei, & (ut ſimpliciter dicamus) ut ſpiritales fratres, & coepiſcopos noſtros ſuſcipimus. Qui vero hæc conſiteri noluerint, ut infeſtos Catholicæ, atque Apoſtolicæ confeſſioni, perpetuæ condemnationis reos eſſe cenſemus; nec aliquando tales in noſtræ humilitatis collegio, niſi correctos ſuſcipere patimur*, &c. Hæc ſancta Synodus, quæ Synodali eidem epiſtolæ omnium qui Synodo interfuerunt nomina Epiſcoporum una cum eorumdem ſingulorum ſubſcriptione ſubiici voluit: quæ omnia in ſexta Synodo, Actione quarta habentur intexta.

XXXV. *De Eccleſia Ravennate Romanæ ſubjecta.* In hac præterea Synodo actum eſſe de ſubjectione Ravennatis Eccleſiæ Romano Pontifici, ex Anaſtaſio intelligere poſſumus: haud enim contumacia illa a Mauro Epiſcopo cœpta, & uſque ad Theodorum ejuſdem civitatis Epiſcupum propagata, ejus generis erat, ut diſſimulari aliquo modo poſſet. Quonam pacto iſta de Ravennate Epiſcopo ferrent Romani Pontifices, qui ejuſmodi rei cauſa hactenus adverſati fuerant Conſtantinopolitanis Epiſcopis, non ſe ab obedientia & ſubjectione Apoſtolicæ ſedis ſubtrahentibus, ſed aliis ſe præferentibus ſedibus ut ſæpe ſuperius dictum eſt? Quod igitur Ravennatis Eccleſiæ Annales habent ſequenti anno ſubjeciſſe omnino ſe Ravennatem Eccleſiam Romanæ: haud aliter quam arbitrio ſanctæ Synodi id eſſe factum, æquum eſt exiſtimare. Quomodo non oportuit de his actum eſſe

PAGIUS nihil occurrit, non magna reverentia a Græcis pariter & Latinis, de Sexta Synodo, ejuſque Actis affectum; & in ea actum tantum de Septima Synodo Generali, de ejus nimirum Actione VII. in confeſſione fidei, in qua Græcis abeſt vox, *Filioque*, quam habeat Latina edita, cum Anaſtaſio, tum vulgata. Quare nihil inde adverſus ſinceritatem Actorum Sextæ Synodi inferri poteſt.

A num.

eſſe in Synodo, ſi eidem reperitur interfuiſſe Ravennatis Eccleſiæ Tehodorus Epiſcopus? Immo non ob aliam cauſam veniſſe Theodorum Romam ad Agathonem Pontificem, niſi ut ſe illi ſubiiceret, teſtatur Anaſtaſius: Quod cum hoc anno factum ſit quo Synodus Romæ eſt celebrata, eodem pariter anno reſtitutionem Ravennatis Eccleſiæ ad Catholicam & Apoſtolicam communionem referendam putamus.

XXXVI. Legati perveniunt Conſtantinopolim.

Cum autem adeo honorificus Patrum conventus abſolutus ſumma concordia eſſet; qui decreti fuerant a ſancta Synodo & ab Apoſtolica ſede legati, Conſtantinopolim profecti ſunt æſtatis tempore, perveneruntque illuc ad finem menſis Auguſti, vel inchoato Septembri, ut colligitur ex Sacra Imperatoris ad Georgium Patriarcham, de qua proxime acturi ſumus. Venerunt quidem expectati diu: etenim jam ferme biennium elapſum videbatur, ex quo ad prædeceſſorem Agathonis Donum Papam ipſe Conſtantinus Imperator litteras dederat. Quomodo vero qui a Concilio Romano & Agathone Pontifice miſſi ſunt legati, bene habiti fuerint ab Imperatore, ex iis quæ de ipſis ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius, intelligere poſſumus: ſic enim ſe habent: *Suprascripti vero Miſſi ſedis Apoſtolicæ, qui directi fuerant, regiam urbem ingredientes die decima menſis Novembris, nona Indictione, Domino ſolatiante, atque Principe Apoſtolorum comitante ſuſcepti ſunt a Principe in oratorio intra palatium, porrigentes et & ſcripta Pontificis. Quæ cum ſuſcepiſſet, commonuit eos atque adhortatus eſt, ut non per ſchiſma aut furorem, ſed pacifica diſpoſitione, remittentes philoſophicas aſſertiones, puram ſanctarum ſcripturarum Patrumque probatam fidem per ſynodalia decreta ſatisfacerent; & tribuens eis inducias ad tractanda ſcripta, tribuit eis omnia quæ ad ſubſtentationem ſufficiebant in eorum expenſas, in Domo, quæ Placidias dicebatur.*

Die decimooctavo ſupraſcripti menſis, die Dominico, advocati ſunt in proceſſione ad ſanctam Dei genitricem in Blachernis in tanta honorificentia, ut etiam de palatio caballos ſtratos dirigeret cum obſequio pietas Imperialis, ut ſic eos ſuſciperet, ea ipſa commonens, ut pacificæ aſſertionis teſtimonia venerabilium Patrum proponerent. Hæc ſunt quæ Synodum præceſſerunt. Sed in eo (ut dictum eſt) corrigendus omnino Anaſtaſius, ſive codex depravatus emendandus, dum habet adventum legatorum Conſtantinopolim contigiſſe die decima menſis Novembris: repugnant his enim Acta Synodalia ipſius Sextæ œcumenicæ Synodi, quibus conſtat eam inchoatam hoc anno fuiſſe die ſeptima menſis Novembris, cum jam eidem præſentes eſſent dicti Apoſtolicæ ſedis legati: quamobrem corrigendum eſt, ut dicere debeat, decima die Septembris. Si enim epiſtola ſcripta ab Imperatore ad Georgium Patriarcham Conſtantinopolitanum poſt adventum legatorum, data habetur quarto Idus Septembris: certe ante illud tempus oportuit perveniſſe legatos Conſtantinopolim. Ubi enim Conſtantinopolim pervenerunt Apo-

XXXVII. Qui honor Legatis exhibitus.

PAGIUS IV. *Epiſcopi throno Conſtantinop. ſubjecti vocantur ad VI. Synodum.*

A num. XXXVI. ad XLI. *Georgio* Patriarchæ Conſtantinopolitano novam Imperator Sacram direxit pro diſponendis rebus Synodi, ac convocandis ad eam ſubjectis Throno Conſtantinopolitano Epiſcopis, cum jam Pontificis Romani Legati adveniſſent, ac Miſſi a Synodo Occidentali, quorum nomina in ea Divali Sacra exprimuntur. Hujus ſuperſcriptio eſt in exemplaribus Latinis: *Imperator pius, pacificus, Flavius Conſtantinus, Georgio Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopoleos, & univerſali Patriarchæ, data quarto Idus Septembris Conſtantinop. Imperante Domino Piiſſimo Perpetuo Auguſto Conſtantino Imperatore anno vigeſimo octavo, & Poſt Conſulatum ejus anno XII.* Sed hæc verba, *quarto Idus Septemb.* & ſequentia uſque ad finem, non leguntur in Græco, ideoque ab Interprete addita, ſed non ſine *errore*. Nam *Conſtantinus* Collega Imperii a patre Conſtante dictus eſt anno DCLIV. ante diem XXVI. menſis Aprilis, patrique ſucceſſit, ac Conſulatum perpetuum capeſſiit, anno DCLXVIII poſt diem XVI. menſis Septemb. & ante diem VII. Novemb. Quare in locum, *anno XXVIII.* legendum, *anno XXVII.* ut manifeſtum fit ex prima Actione Sextæ Synodi, quæ dicitur cœpta die ſeptima menſis Novembris, ac anno Conſtantini XXVII. *Conſulatus ejus XIII.* qui annus XIII. fraudi Baronio fuit; nam num. XXXVIII. exiſtimat, in hac Epiſtola loco *Poſt Conſulatum ejus anno XII.* legendum eſſe, *Poſt Conſulatum ejus anno XIII.* uti in laudato loco; cum tamen Epiſtola anno XII. Poſt Conſulatum data ſit, & prima Actio Synodi *anno XIII. Poſt Conſulatum* habita fuerit. Præterea Baronius ibidem loco, *anno vigeſimo octavo*, indicat in margine legendum eſſe, *Anno XIII.* non animadvertens Cardinalis doctiſſimus annum Conſulatus a morte patris, annum vero XXVIII. ſeu, ut legi debet XXVII. ab anno, quo ab eo in Imperii conſortium allectus eſt, proficiſci.

V. *Locus corruptus Anaſtaſii reſtitutus.*

Corruptus eſt & Anaſtaſii locus in Vita Agathonis Papæ, ubi dicitur, Legatos Sedis Apoſtolicæ Conſtantinopolim ingreſſos eſſe *die X. menſis Novemb. Indictione IX.* præſenti ſcilicet anno, quo incœpta eſt prima Actio die ſeptima menſis Novembris, Indictione nona, præſentibus Legatis Agathonis Papæ, quod fieri non potuiſſet, ſi Legati die tantum decima ejuſdem menſis Urbem Regiam introiſſent. Itaque apud Anaſtaſium loco, *menſis Novembris*, legendum, *menſis Septembris*. Qua emendatione poſita cum præfata ſubſcriptione convenit Anaſtaſius, conſtatque Sacram Divalem quarto Idus Septembris exaratam eſſe, die ſcilicet qua Legati Occidentalium Conſtantinopolim adventarunt; ac poſt duos menſes primam Concilii Actionem habitam; cum jam Imperator annum

ſtolicæ ſedis legati, confeſtim Imperator Conſtantinus epiſtolam dedit, ſeu edictum Inſcripſit ad ipſum Patriarcham Conſtantinopolitanum, quo ſignificavit, ut quantocyus Metropolitani Epiſcopi juberentur ſe conferre Conſtantinopolim. Eſt autem ejus iſta inſcriptio (a):

(a) *Extant in præambulis Sextæ Synodi.* XXXVIII.

In nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Imperator pius pacificus Fl. Conſtantinus, fidelis in Jeſu Chriſto Deo, Georgio ſanctiſſimo ac beatiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopoleos, & univerſali Patriarchæ. Data quarto Idus Septemb. Conſtantinopoli, imperante domino piiſſimo perpetuo Auguſto Conſtantino Imperatore anno vigeſimooctavo *, *& poſt Conſulatum ejus anno duodecimo* *. Sed corrigas ut in margine ex Actis ipſis Sextæ Synodi. Epiſtola vero eſt hujuſmodi:

* XIII.
* XIII.

Epiſt. Imper. ad Georgium Epiſc. Conſtant.

Quamquam ſolicitudinibus tam militaribus quamque civilibus indeſinenter noſtra ſerenitas coarctetur: attamen omnes Chriſto amabilis noſtræ Reipublicæ cauſas inſequendo ob Chriſtianam noſtram fidem ponentes, quam & in bellis propugnatricem tam noſtri quamque Chriſto dilectorum noſtrorum exercituum habemus, neceſſarium judicavimus præſenti noſtra pia Sacra ad veſtram paternam beatitudinem uti, per quam adhortantes eam, ſancimus congregare veſtram paternam beatitudinem omnes qui ad ejus ſanctiſſimam ſedem pertinent, ſanctiſſimos Metropolitas & Epiſcopos in hanc a Deo conſervandam noſtram regiam urbem, quatenus, cooperante omnipotente & miſericorde Deo noſtro, diligentiſſima inquiſitio dogmatis fiat, quod olim ante multum tempus exortum eſt de voluntate & operatione in diſpenſatione incarnationis unius de ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri; quod & diſſidium non minimum per quaſdam perſonas ſanctæ Dei Eccleſiæ intulit. Innoteſcere quoque ſuper hoc & Macario venerabili Archiepiſcopo Antiochenæ magnæ civitatis, quatenus & ipſe de propria Synodo Deo amabiles Metropolitanos & Epiſcopos præparatos faciat pro hoc ipſo huc congregari.

Jam enim ſuper hoc adhortati fuimus per pios noſtros apices adhuc inter vivos exiſtentem, & Donum ſanctiſſimum Apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ Præſulem: & illo de hoc ſæculo migrante, Agatho ſanctus nuper ordinatus Papa in Apoſtolica ſede prædicta antiquæ Romæ hujuſmodi noſtros pios ſuſcipiens apices, deſtinavit in præſenti propriam ejus indutos perſonam Theodorum & Georgium Deo amabiles presbyteros, & Joannem Deo amabilem diaconum, ex perſona vero totius ejus Concilii Joannem & Abundantium & Joannem venerabiles Epiſcopos cum cæteris clericis & monachis, qui debeant invenire in prædicto capitulo quæſtionem: qui & nunc ad noſtra convenerunt veſtigia, porrigentes nobis etiam duas ſuggeſtiones, unam quidem ejuſdem ſanctiſſimi Agathonis Papæ, aliam vero Concilii ejus. Sciens igitur veſtra paterna beatitudo, quia primum nobis & præcipuum (ut prædiximus) hoc Orthodoxiæ exiſtit capitulum, feſtinet prædictos venerabiles Metropolitanos Epiſcopos celeriter advenire in hanc a Deo conſervandam noſtram regiam urbem, quatenus prædictum tractetur capitulum, & majorum donorum datore atque coronatore noſtro Deo cooperante, cauta atque Orthodoxa definitio hujuſmodi dogmati imponatur. XXXIX. Et ſubſcriptio. *Divinitas te ſervet per multos annos, ſanctiſſime ac beatiſſime Pa-*

PAGIUS

Conſulatus ſui XIII. inchoaſſet, & viceſimus ſeptimus ejus Imperii vivente patre, ſuſcepti, a menſe circiter Aprili curreret.

VI. *Anaſtaſii locus mendi explicatus.*

Vidit hunc errorem Anaſtaſii Papebrocius in Conatu Chron-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum, atque Legatos Indictione VIII. die X. Martii Conſtantinopolim appulſos eſſe: ſiquidem, inquit, *proxime ſubſequens Dominica qua eos Imperator in Blachernas ſolemniſſima pompa deduxit, fuit dies XVIII. menſis, teſte Anaſtaſio. Id autem toto tempore Synodi inchoationem prægreſſo, non contigit niſi in menſe Martio.* Verum error cubat tantum in menſe non vero etiam in die ac Indictione. Anaſtaſius autem aſſerit quidem Legatos die Dominica ab Imperatore in Blachernas deductos fuiſſe, ſed non dicit id factum eſſe die XVIII. menſis. Ait itaque Anaſtaſius, Miſſos Sedis Apoſtolicæ in Regiam Urbem ingreſſos eſſe *die X. menſis Novemb.* (lege Septemb.) nona Indictione, & deinde addit: *Et dans inducias ad retractanda Scripta, tribuit eis omnia, quæ ad ſuſtentationem ſufficiebant in eorum expenſas in domo, quæ appellatur Placidia, die XVIII. menſis ſupraſcripti, die Dominico advocati ſunt in proceſſione ad Sanctam Dei Genitricem in Blachernas in tanta honorificentia, ut etiam de Palatio caballos ſtratos dirigeret cum obſequio pietas Imperialis, & ſic eos ſuſciperet.* Advenerunt ergo Legati die X. menſis Septembris, Indictione nona, hoc ſcilicet anno, & ſtatim ab illorum adventu Imperator Epiſcopos convocavit, duobus ſc. menſibus ante Synodi celebrationem. Tum die XVIII. ejuſdem menſis, quæ in feriam tertiam cadebat, tribuit Legatis omnia, quæ ad ſuſtentationem ſufficiebant in eorum expenſas, in domo Placidia. Deinde die Dominico advocati ſunt in proceſſione, &c. Die ſcilicet viceſima tertia Septembris in quam Dominica incidit. Quamobrem poſt iſta verba *die XVIII. menſis ſupraſcripti*, punctum apponendum eſt. Sequentia enim verba cum præcedentibus connexionem non habent. Hinc in quibuſdam MSS. Anaſtaſianis in fine editionis Regiæ pag. 271. citatis, loco, *die Dominico*, rectius legitur: *die vero Dominico*. Et hæc ſine dubio vera hujus loci emendatio.

Corrigendum & alterum mendum in eodem Anaſtaſio, qui ait: *Die viceſima ſecunda menſis Novembris* in Baſilica ſuſceptos eſſe Miſſos Sedis Apoſtolicæ. Nam cum Acta Synodalia habeant VII.

Digitized by Google

Pater. Hactenus Conſtantinus ad Georgium Patriarcham Conſtantinopolitanum.

XL. Sexta Synodus quando cœpta.

His ſcriptis ab imperatore litteris, omni adhibita diligentia curatum eſt negotium, ut quam citiſſime iidem vocati Epiſcopi Conſtantinopolim properarent; factumque eſt, ut antequam menſes duo integri implerentur, nempe ſeptima die Novembris cœptæ jam indictionis nonæ, Synodus œcumenica inchoari potuerit. Numerus autem Epiſcoporum, qui Synodo interfuiſſe dicuntur, diverſus a diverſis auctoribus ponitur: ducentos octogintanovem habent Annales Græcorum tam apud Cedrenam, quam apud Theophanem: Photius in epiſtola ſive libello de Synodis numerat centum ſeptuaginta, centum vero quinquaginta Paulus (a) diaconus: Theodorus Balſamo ponit centum ſeptuaginta & unum. In ultima autem Actione ejuſdem Synodi numerantur ſubſcripti omnes Epiſcopi cum legatis presbyteris & diaconis centum ſexagintaſex: verum ipſo Synodi exordio longe minor numerus habetur, quod Epiſcopi omnes tanta brevitate temporis minime pervenire potuerint Conſtantinopolim.

(a) *Paul. diac. de geſt. Longob. l. 6. c. 4.*

XLI. De loco Synodi Trullo dicto.

Locus autem ubi celebrata eſt Synodus, fuit (ut habent Acta) Secretarium ſacri palatii, quod cognominatum eſt Trullus. Sed quid Trullus proprie ſit, petenda eſt iſtius vocis interpretatio ab iis, qui ſcripſerunt de ædificiis, præſertim vero ipſius Conſtantinopolitanæ civitatis. Omittimus dicere de Trulla, quod eſt genus vaſis, ſive quod ſignificat cæmentariorum inſtrumentum. In eo autem, quod vox iſta ad ædificium aliquod pertinet, dictam eam reperimus tam in feminino genere, quam maſculino, ſignificareque ſublimem fornicem deſuper in altum porrectum & in rotundum concameratum, quem italice dicimus, Cuppula: in quo ſenſu hæc apud Anaſtaſium in Sergio Papa: *Trullum vere ejus Eccleſiæ*, ſcilicet SS. Coſmæ & Damiani apud templum pacis Romæ, *fuſis chartis plumbeis, cooperuit*. Extat adhuc locus, & ex his quæ videntur etiam hodie, intelligi probe poteſt, quid Trullus ſignificet. In Chronico etiam de rebus patriis Conſtantinopolitanis a Godino edito, ubi agitur de admirabili templo a Juſtiniano Imp. erecto, frequentiſſima mentio eſt de Trulla in feminino genere, eodem ſenſu accepta. Sic igitur locus Synodi fuit palatii Secretarium, quod ejuſmodi Trullo ſeu Trulla faſtigiatum, teſtudine ſurſum erecta ſui rotunditate conficiens emiſphærium, ab ipſo ædificii genere, Trullus fuerit nominatum.

XLII. Prima actio Sextæ Synodi.

Quod vero ſpectat ad tempus Synodi, cœpta prima Seſſio fuit (uti dictum eſt) ſeptima die menſis Novembris, indictione nona, hoc ipſo videlicet Redemptoris anno ſeſcenteſimo octogeſimo, decimotertio anno Imperii, eodemque numero notato poſt Conſulatum Conſtantini, ex quo ab obitu patris ſolus cum fratribus imperare cœpit, ex quo vero imperare cœpit vivo parente, anno vigeſimoſecundo. Hæc quæ ex ipſis Actis.

Conſeſſus quomodo diſpoſitus.

Seſſio autem ita diſpoſita eſt, ſicut & in Concilio Chalcedonenſi, nempe ut digniori loco, a ſiniſtris ſcilicet ſederent Apoſtolicæ ſedis legati, a dextris vero Conſtantinopolitanus Epiſcopus, necnon Antiochenus, atque legatus ſedis Alexandrinæ. Quod vero in eo conſeſſu digniorem locum legati Apoſtolicæ ſedis obtinuerint, nulli dubium eſſe poteſt, ſi Acta Synodi Chalcedonenſis perlegerit, ubi & de his egimus. Sed præter exempla alia, id quiſque intelliget ex rebus in hac Synodo geſtis, ſi quis eas conſideret, videlicet, quomodo iidem primo loco ſententiam dicant, primoque ſubſcribant, & alia hujuſmodi, quibus primarius illis delatus honor in omnibus intelligatur more majorum. Eminentiori loco Conſtantinus imperator cum ſuis magiſtratibus poſitus erat, locus vero medius Synodi ex more datus ſacroſanctis Dei Evangeliis ſuper ſedem ornatam poſitis, Chriſtum ipſum repræſentantibus. Patriarchatum autem præſentes tantum

PAGIUS

Alter Anaſtaſii locus reſtitutus.

beant primam Actionem præſentibus Legatis Apoſtolicis, *die ſeptima menſis Novembris*, inceptam, illud verum eſſe non poteſt. Textum vero Anaſtaſii, non ipſa Acta, vitiatum ex notis temporariis priorum Actionum elicio. Nam Actio II. die X. Novemb. III. die XIII. quarta die XV. ejuſdem menſis, quinta denique die VII. Decembris celebrata, ut in Actis legitur. Quare mendum in Anaſtaſio reſidet; alioquin omnes illi numeri priorum Actionum, quod ſine fundamento aſſereretur, depravati eſſent. Loco igitur, *die vigeſima ſecunda*, legendum, *die ſeptima*; & ſic inter Acta & Anaſtaſium conveniet. Nullus porro error eſt quoad numeros in textu Græco, neque in anno Conſulatus Conſtantini, neque in annis ejus aut fratrum imperii, in omnibus XVIII. Actionibus, ex quibus Sexta Synodus conſtat.

VIII. *Locus in quo VI. Synodus habita.*

Ad num. XLI. Celebrata eſt Sexta Synodus in *Trullo*, ut legitur in Actione prima. Quid autem ſit *Trullus* ſeu *Tholus*, explicat Ducangius in Conſtantinopoli Chriſtiana paragr. 32. & ſeq. libri tertii, dum deſcribit ædem Sanctæ Sophiæ. Quatuor majoribus arcubus incumbit ingens hemiſpherium, quod *Trullum* aut Trullam vulgo vocant, ſeu ædificium rotundum ac teres, quod in immenſam altitudinem educitur. Hujus parietem, qui in orbem fertur, ſuſtinetque teſtudinem orbiculatam, Codinus tradit, confectum fuiſſe ex lateribus tenuibus, ſpongioſis ac candidis. In eo ædificio habita Sexta Synodus, illudque ab Anaſtaſio in Agathone, *Baſilica*, & in Leone II. *Palatium* appellatur. Rem mirandam, inquit Silentiarius part. 2. verſ. 78. intueri licet, ut inferne latior, ſenſim deficiat, & in

rum fuere Georgius Conſtantinopolitanus, & Macarius Antiochenus; duo reliqui, nempe Alexandrinus, atque Hieroſolymitanus, per legatos: nimirum ex parte Theodori locum tenentia Hieroſolymorum Epiſcopi qui primus legitur poſtquam a Sarracenis civitas illa capta eſt, ejus civitatis Vicarius Epiſcopi vacante adhuc ſede ipſa, miſſus ponitur Georgius monachus & Petrus, itidem monachus pro ſede Alexandrina paſtore vacante.

XLIII. Quæ in prima actione geſta. His ita diſpoſitis, qui primum in Synodo locum tenebant Apoſtolicæ ſedis legati aggreſſi ſunt loqui, ſui ipſorum adventus cauſam edocentes, querentes pariter, quod quatuor Conſtantinopolitanæ ſedis Patriarchæ, nempe Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus, & cum eis Cyrus Alexandrinus Epiſcopus una cum Theodoro Epiſcopo Pharan, novam invexiſſent hæreſim in Eccleſiam de una in Chriſto voluntate atque operatione; petieruntque dicere erroris cauſam & originem novitatis. Jubente ergo Imperatore cauſam ab adverſa parte reddi Apoſtolicæ ſedis legatis, coryphæus ejus ſectæ Macarius Epiſcopus Antiochenus reſpondit, & cum eo alii pro Conſtantinopolitana ſede cauſam agentes, nullam a ſe novitatem eſſe in Eccleſiam introductam, ſed quæ a ſacris Synodis & ſanctis Patribus eſſent accepta, ea in medium protuliſſe: quæ enim a dictis Epiſcopis Conſtantinopolitanis [illegible] ſive ab Honorio Papa, vel Cyro Alexandrino dicta eſſent, ſe credere & prædicare profeſſi ſunt: ita quidem illi calumnioſe (ut ſæpe ſuperius perſpicue eſt demonſtratum) cum damnatis hæreticis admiſcentes Honorium Romanum Pontificem.

XLIV. Joannis Macarii teſtificatio ex Concilio Epheſino. His auditis Imperator, non paſſurum ſe in Synodo reſidere Macarium, dixit, niſi quæ propoſuiſſet, omnino probaret. Id vero pollicitus eſt Macarius, rogans proferri codices ex Patriarchio, in quibus quinque Synodi œcumenicæ ſcriptæ eſſent: quod & factum eſt. Allatiſque in Synodum codicibus lecta eſt a Macarii diſcipulo Stephano tertia Synodus, Epheſina prima dicta: ubi cum ventum eſſet ad locum Cyrilli, quo ait: *Eſt enim ejus omnipotens voluntas.* Macarius de una voluntate teſtimonium eſſe locum illum non erubuit affirmare. Sed demonſtratum eſt ab Apoſtolicæ ſedis legatis & aliis, necnon a Judicibus cognitoribus, inepte admodum locum Cyrilli in ſuam ipſius ſententiam a Macario detorqueri, cum manifeſte appareret de divina natura, quam communem cum Patre & Spiritu ſancto Filius habet, intellexiſſe, dum ejus omnipotentem dixit voluntatem, ſingulari numero minime pluralitatem excludens. Cum vero poſt hæc quæ reliqua eſſent voluminis Concilii Epheſini lecta in Synodo fuiſſent, pluribus in his impenſis horis, reliquorum œcumenicorum Conciliorum lectio juſſu Imperatoris in ſequentem Seſſionem dilata eſt, ſicque primæ Seſſionis periodus finem accepit.

Secunda vero Actio habita eſt eodem in loco, eodemque anno, die decima ejuſdem menſis Novembris, iiſdemque qui ſupra præſentibus Imperatore, magiſtratibus, & Epiſcopis, ubi (ut in ſuperiori Actione decretum fuit) lectum eſt ſacroſanctum Chalcedonenſe Concilium, ad cognoſcendum num verum eſſet, quod impudens Macarius Epiſcopus Antiochenus magna jactantia effudiſſet, in univerſalibus Conciliis Monothelitarum hæreſis aſſertas ſententias reperiri. Quoniam autem prolixum ſatis Chalcedonenſe Concilium eſt, conſumpta in ea lectione Actio iſta fuit; ſed nihil inveniri potuit, quod contra fidem Catholicam de una aſſerta voluntate a Macario obiici potuiſſet. Contra vero dum ventum eſſet ad lectionem epiſtolæ S. Leonis, qua expreſſe duæ in Chriſto operationes, ſicut duæ naturæ prædicantur: legati Apoſtolicæ ſedis Monothelitis exprobraverunt, quod adeo turpiter mentiti eſſent, in Actis Synodalibus illis unam in Chriſto aſſeri operationem ac voluntatem. His confuſus Macarius, confugit ad illud Dionyſii Areopagitæ, ut Dei virilem tantum, non numero duas operationes dici debere, aſſereret. Lecto vero quod reliquum erat Chalcedonenſis Concilii, clauſa eſt Actio ejus diei; reliquis Synodalibus Actis Quintæ, quæ ſequebatur ordine, Synodi, in ſequentem Seſſionem dilatis. XLV. Secunda Actio.

XLVI. Tertia Actio. Eodem anno & menſe Novembri decimatertia ejus die, rurſus in Trullum iidem qui ſupra ad Synodum convenere Epiſcopi, Imperator, & magiſtratus: eodem-

PAGIUS & in orbem veluti cœlum convolvatur teſtudo. Ita autem ſeorſim tenuatur & deficit teſtudo, ut cymbali figuram effingat. Quæ cæterorum *Trullorum* forma etiam fuit, ut nempe inferne latiores ſenſim in ſphæram deſinerent, atque adeo ovi formam referrent. Quæ quidem teſtudo ita parieti tereti innititur, ut propter illius tenuitatem, non firmæ inniti fabricæ, ſed aurea catena de cœlo pendere videatur, ut refert Procopius:

IX. *Duæ extant editiones V. Synodi.* A num. XLVI. ad LI. *Quinta Synodi* duæ fuere antiquitus editiones Latinæ, una publicata a Surio, aliiſque Conciliorum Collectoribus, alteraque a Baluzio in nova Collectione Conciliorum Tomo I. Hæc Acta Baluziana recens e tenebris eruta ſeptimo Eccleſiæ ſæculo ex Occidente in Orientem retulit Philippus Magiſter militum Imperialis obſequii, ut diſcimus ex Actione XIV. Concilii Sexti in Tomo

demque ordine diſpoſita ſeſſione, juſſæ ſunt (ut decretum ante fuerat) legi Quintæ Synodi Actiones. In cujus exordio ubi lecta eſſet epiſtola Mennæ Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Vigilium Papam, lectum eſt ex ea, quod una ſit in Chriſto voluntas. Tunc exurgentes legati Apoſtolicæ ſedis, vitiatum eſſe codicem a Monothelitis exclamarunt, additamque illam eſſe Mennæ nomine ad Vigilium epiſtolam, ſive libellum, eo quod Acta ipſa germana id non haberent: ejuſque rei certum illud attulerunt argumentum, quod Mennas diem obierit vigeſimoprimo anno Juſtiniani Imperatoris, Quinta vero Synodus anno ejuſdem Imperatoris vigeſimoſexto coacta ſit. Sed & quomodo adeo patens tunc detecta ſit impoſtura, ex Actis ipſis ſic accipe, ubi hæc habentur:

XLVII. Quomodo impoſtura detecta. *Et inſpicientes tam piiſſimus Imperator, quam glorioſiſſimi Judices una cum quibuſdam ex ſancta Synodo Deo amabilibus Epiſcopis, & aperientes ac diſcernentes, invenerunt tres quaterniones in principio libri additos non habentes ſubnotationem numeri, qui ſecundum conſuetudinem affigitur in quaternionibus, ſed in quarto quaternione habente primum numerum, & in ſequenti quaternione ſecundum, & tertium atque quartum ſubſequenter: alias vero & diſſimiles eſſe litteras eorumdem in exordiis ſubmiſſorum quaternionum, in quibus continebatur ſermo, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, ex litteris quæ prius ſcriptæ erant in eodem codice.* Quod cum dilucide adeo declaratum eſſet, juſſum eſt ab Imperatore præteriri quod reliquum erat lectionis ejuſdem epiſtolæ, ſed ipſam Quintam Synodum legi: quod & factum eſt. Cum vero ventum eſſet ad ſeptimam Actionem, ubi contigit percurri ſcripta Vigilii in anathematiſmo adverſus Theodorum Mopſueſtenum, quod non confiteretur unam in Chriſto perſonam, lectum fuit ex additamento Monothelitarum, *Et unam operationem*.

At legati audientes impoſturam, reſtiterunt, & exclamarunt, nihil hujuſmodi eſſe Vigilii, ſed falſos illos eſſe libellos, partuſque ſuppoſitos nomine Vigilii. Si enim cum unius operationis aſſertione Vigilius receptus eſſet a Synodo, oportuiſſet, & Synodum ejuſdem errorem eſſe profeſſam: quod cum non poſſit dici, utique neque de Vigilio id ſentiendum. His diſputatis, probeque cognitis interlocuti ſunt Patres & ipſi Judices cognitores, nihil inventum eſſe (ut vaniloquus jactabat Macarius Antiochenus) in Synodis œcumenicis, quod faveret Monothelitis: tantum reliquum eſſe, ut (quod Macarius pollicitus erat) id, ſi poſſet, probaret ex Patribus. Interlocutus vero Georgius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & reliqui Epiſcopi qui ſub ipſo erant, petierunt ante omnia legi in Synodo debere, quæ Roma ab Agathone Pontifice, necnon quæ a Synodo Romæ coacta ad Imperatorem ſcripta fuiſſent: quod & obtentum eſt, verum dilatum in Actionem ſequentem. XLVIII.

Uno interlapſo die, decimaquinta Novembris cum in Trullum conveniſſent omnes qui ſupra nominati ſunt Epiſcopi & magiſtratus, facta eſt editio litterarum tum Agathonis Pontificis, tum etiam Romani Concilii, eædemque in Græcum converſæ ſunt lectæ: in quibus cum conſtans eſſet aſſertio de Romanæ Eccleſiæ in fide Catholica integritate, in qua nullus hactenus extitiſſet Pontifex, qui vel leviter Catholicam fidem labefactaſſet, nihil penitus ab adverſariis ex adverſo ſtantibus Monothelitis in Honorium Romanum pontificem aut alios objectum eſt. XLIX. Actio quarta.

Quod

PAGIUS mo VI. Concil. pag. 981. & 984. in qua Actione etiam legimus, eorumdem Actorum exemplar Latinum inventum fuiſſe Conſtantinopoli in Bibliotheca Patriarchii. Continet ea editio nonnulla de quibus actum eſt ingentibus animis in Sexta Synodo, ubi ea falſitatis ſunt accuſata. Nam in actione tertia, dum relegeretur ſeptima Seſſio Quintæ Synodi, ubi ventum eſt ad Epiſtolas *Vigilii* ad Juſtinianum Imp. & Theodoram ejus uxorem, quæ extant in eadem Nova Collectione Baluziana, & in quibus Tria Capitula damnantur, Legati Apoſtolicæ Sedis exclamaverunt, eas non eſſe *Vigilii*, & falſatum eſſe hunc librum Geſtorum Quintæ Synodi; Quod etiam confirmatur ex iis, quæ referuntur in Actione XII. & in XIV. Sextæ Synodi. Quare cum examinarentur Codices *Quintæ Synodi*, in quibus Epiſtolæ illæ *Vigilii* extabant, conſtitit illas olim deſideratas fuiſſe in antiquis, additoſque non ita multo ante fuiſſe tres quaterniones novos in initio Synodi: in ſeptima vero Actione, in qua continentur duæ illæ *Vigilii* Epiſtolæ, mutatum fuiſſe quintum decimum quaternionem, adjectumque eſſe quadrifolium non ſuperſcriptum ante decimum ſextum quaternionem, in quo feruntur duo Libelli ſeu Epiſtolæ *Vigilii*. Quamobrem Patres decrevere, chartaceum volumen quod falſatum erat, caſſari in locis, in quibus adjectiones erant factæ, & anathema dixerunt libellis, qui dicuntur ſcripti fuiſſe a *Vigilio* ad Juſtinianum & Theodoram.

Verum hæc Epiſtolis illis *Vigilii* auctoritatem non abjudicant; non enim falſæ illæ dicuntur, ſed falſatæ & corruptæ ab iis, qui teſtimoniis illarum abuti volebant ad confirmandam opinionem ſuam de una in Chriſto voluntate & operatione. Primum quippe ex verbis *Georgii Monachi* relatis in Actione XIV. apparet, partia Libellorum ſeu Epiſtolarum accepta fuiſſe de Patriarchio, illos poſtea in quaternionibus fuiſſe ſcriptos, & Imperatori *Conſtantino Pogonato* oblatos Latine verſos a *Conſtantino Grammatico*, poſtremo adjectum fuiſſe quadrifolium idest quaternionem ante decimum ſextum quaternionem quintæ Synodi, & in hoc quadrifo- X. *Duæ Epiſtolæ Vigilii PP. ad Juſtinianum & uxorem falſatæ.*

Quod vero litteræ prolixæ admodum fuerint, nihil præterea in Actione tractatum eſt, ſed claudi Synodum oportuit, & in ſequentem Actionem referri, quæ a Macario ſuggeſta erant de Patribus, quos dicebat aſſertores eſſe unius in Chriſto voluntatis & operationis.

Actio quinta. Quinto rurſum convenerunt ibidem Patres una cum Imperatore & magiſtratibus, iiſdem Judicibus cognitoribus, eodem anno, ſeptima die menſis Decembris: ubi facta eſt a Macario editio duorum codicum, quibus (ut aſſerebat) teſtimonia continebantur de unica in Chriſto voluntate atque operatione: quibus lectis, in ſequentem Seſſionem reliquorum de eadem ſententia teſtimoniorum dilata eſt editio.

Sexta Actio. Sexta vero quæ ſequitur Actio, habita eſt eodem in loco, iiſdemque præſentibus duodecima die ejuſdem menſis Decembris: ſactaque eſt ab eodem Macario Antiocheno Epiſcopo editio codicilli, in quo quæ ſupererant teſtimonia Patrum (ut ajebat) de unica voluntate in Chriſto Domino, ſcripta erant. Quibus lectis, juſſa ſunt ab Imperatore tam quæ a legatis Apoſtolicæ ſedis, quam quæ a Macario & aliis ejus ſectæ ſunt edita, ſigillo conſignari, ac cuſtodiri. Porro ad tantam nubem teſtimoniorum penitus diſſipandam, iſta tunc ab Apoſtolicæ ſedis legatis dicta ſunt: *Ipſa teſtimonia, quæ protulerunt coram veſtra pietate ac ſancta Synodo, detruncaverunt: & quæ ad Trinitatis quidem pertinent rationem de una voluntate, pro incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti protulerunt: quæ vero conveniunt, & quæ proprie pro hujuſmodi incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti poſita ſunt, tam ſenſum quam verba detruncaverunt. Unde petimus veſtram piiſſimam fortitudinem, authenticos codices prolatorum ab eis paternorum teſtimoniorum proferri ex venerabili Patriarchio hujus almæ civitatis, & conferri cum codicibus ab eis oblatis; & demonſtramus quæ ab eis in his facta eſt celatio, &c.* Juſſu igitur Imperatorio in ſequentem conventum dilata eſt collatio codicum. Porro ſequens Actio in ſequentem annum producta reperitur, nempe in diem decimam tertiam menſis Februarii anni Redemptoris ſexcenteſimi octogeſimi primi: agemus nos de ea ſequenti anno ſuo loco, modo autem quæ reliqua ſunt anni hujus digna memoria percurramus. Legati detegunt impoſturam.

LI. Hoc anno menſe Julio poſt Lunæ eclipſim peſtis ingens vaſtavit Urbem, & alias

PAGIUS falſo ſcriptos fuiſſe duos illos libros *Vigilii* ad Juſtinianum & Theodoram. Mirum autem non eſt ignotos fuiſſe Legatis Apoſtolicæ Sedis; cum certe eos defuiſſe in Codice, quem ex Occidente adductum a *Philippo Magiſtro militum* jam diximus. Nam hinc colligi poteſt, habuiſſe tunc Occidentem exemplaria quinti Concilii, in quibus Epiſtolæ illæ *Vigilii* non extabant, aut eorum quopiam uſos eſſe Legatos, aut non ſatis explicatam recordationem habuiſſe earum rerum quas legerant in his Geſtis.

XI. *Semper utraque extitit in Archivio publico.* Deerant ſane Libelli illi in Codice Latino Bibliothecæ Patriarchalis Conſtantinopolitanæ uſque ad tempora *Pauli Patriarchæ*, qui anno DCXLI. ſedere cœpit. Verum tametſi deſcripti non eſſent in illo Codice, extabant in Græco authentico, uti nunc extant Tomo VI. Concil. pag. 984. & ex eo rurſum accepti videntur tempore *Theodori Patriarchæ*, qui a Triennio depoſitus fuit. Colligi iſtud poteſt ex his verbis Georgii Monachi Tomo VI. Concil. pag. 982. *Quando ergo facta eſt quæſtio inter Theodorum, qui fuerat Patriarcha hujus Deo conſervandæ hujus Regiæ Urbis, & præfatum Macarium de fide, tulerunt partem Libellorum, qui dicuntur Vigilii de Patriarchio, ſicut dixerunt Macarius & Stephanus, & ſcripſimus in quaterniones & oblati ſunt ab eis Piiſſimo noſtro Principi.* Accepti ergo fuerunt ex Archivo publico, & ex Sacro Scrinio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ubi poſt tam luculentum teſtimonium eos extitiſſe dubium eſſe non poteſt.

XII. Sed dicet aliquis, ſi duæ illæ *Vigilii* Epiſtolæ veræ ſunt ac genuinæ, quomodo fieri poteſt, ut Patres Sextæ Synodi illas damnarint falſitatis ad Legatorum Sedis Apoſtolicæ ſuggeſtionem? Reſpondeo ideo illas accuſatas falſitatis eſſe, quod ea pars in qua de una Chriſti operatione agebatur a Monothelitis addita erat, ut ſuam de una Chriſti voluntate opinionem fulcirent etiam teſtimonio Papæ Vigilii, ut agnovit *Baronius num. XLVII. Ubi contigit*, inquit, *percurri Scripta Vigilii in anathematiſmo adverſus Theodorum Mopſueſtenum, quod non confiteretur unam in Chriſto perſonam, lectum fuit ex additamento Monothelitarum*, ET UNAM OPERATIONEM. Sane Legati non dixerunt, has Epiſtolas eſſe falſas, ſed cum ad eam partem ventum eſt, in qua Vigilius ſtatuitur docens unam in Chriſto operationem, tum exclamaverunt: *Non faciat Deus, Domine. Non dixit Vigilius unam operationem. Non ſunt libelli Vigilii. Falſatus eſt hic liber*, ut legitur Tomo VI. Concil. pag. 613. Legati itaque actionem falſi inſtituerunt adverſus eam tantum partem Epiſtolarum Vigilii, in qua mentio erat unius operationis in Chriſto. Confirmant hanc obſervationem Epiſcopi in eadem Actione XIV. ibid. pag. 980. ubi ajunt Monothelitas hujus fraudis eſſe auctores, *ex illorum vocabulis malitioſe adverſus recta dogmata hæc interſicientes*; ob eamque cauſam paulo poſt jubent, *libros etiam eos obelis obduci in locis in quibus depravati ſunt*, ut notavit Baluzius in Præfatione ad Acta Quintæ Synodi, ex qua hæc excerpſi. *Non ſunt damnatæ falſitatis in VI. Synodo.*

XIII. *Luna Eclypſim paſſa eſt Roma.* Ad num. LI. & ſeq. Anaſtaſius in Vita Agathonis Papæ ait: *Hujus temporibus, Indictione VIII. Luna Eclypſim pertulit menſe Junio die XXVIII. Similiter & mortalitas major atque graviſſima peſtis ſubſecuta eſt menſe ſupraſcripto, Julio, Auguſto & Septemb. in Urbe Roma.* Accidit ea Eclypſis juxta Calviſium in Opere Chronologico die XVIII. Junii, feriæ ſecunda ineunte, hora tantum dimidia poſt mediam noctem. Quare nume-

alias nonullas Italiæ civitates; de qua (a) Paul. diac. l. 6. c. 5. iſta habet Paulus (a) diaconus: *His temporibus per Indictionem octavam Luna eclipſim paſſa eſt. Solis quoque eclipſis eodem pene tempore hora diei quaſi decima,* De peſte quæ in Italia graſſata eſt. *quinta Nonas Majas, effecta eſt: moxque ſecuta eſt graviſſima peſtis tribus menſibus, hoc eſt, Julio, Auguſto, & Septembri. Tantaque fuit multitudo morientium, ut etiam parentes cum filiis, atque fratres cum ſororibus bini per feretra poſiti apud urbem Romam in ſepulcra deducerentur. Pari etiam modo hæc peſtilentia Ticinum quoque depopulata eſt: ita ut cunctis civibus per juga montium, ſeu per diverſa loca fugientibus, in foro, & per plateas civitatis herbæ & fructeta naſcerentur.*

LII. Quæ viſiones apparuere. *Tuncque viſibiliter multis apparuit, quia bonus & malus Angelus noctu per civitatem pergerent, & ex juſſu boni Angeli malus Angelus, qui videbatur venabulum in manu ferre, quotiens de venabulo oſtium cujuſcumque domus percuſſiſſet, tot de eadem domo die ſequenti homines interirent. Tunc per revelationem cuidam dictum eſt, quod peſtis ipſa prius non quieſceret quam in baſilica, quæ beati Petri ad Vincula dicitur, S. Sebaſtiani martyris altarium poneretur. Factumque eſt, & delatis ab urbe* * *Roma B. Sebaſtiani martyris reliquiis, mox ut in jam dicta baſilica altarium conſtitutum eſt, peſtis ipſa quievit.* Hucuſque Paulus. Extat adhuc integrum ipſum altare, necnon ejuſdem ſancti martyris imago muſivo opere expreſſa. Sed ex hoc propagata ad poſteros religio eſt, ut peſtis tempore voti cauſa imago ejuſdem ſancti Sebaſtiani diverſis in locis pingi ſoleret, ſed & in ejus memoriam altaria erigi, immo etiam & eccleſias fabricari. Eadem de tempore & peſte habet Anaſtaſius in Agathone Pontifice.

* ad urbem Romam

(b) Beda l. 4. c. 23. & in epi.

LIII. Eodem anno (ut auctor eſt Beda b) magni nominis femina regalis ſtemmatis re-

PAGIUS

meri mendoſi ſunt apud Anaſtaſium. Paulus Diaconus lib. 4. cap. 5. de eadem Eclypſi, aliaque Solari loquitur: *Per Indictionem octavam Luna Eclypſim paſſa eſt. Solis quoque Eclypſis eodem quoque pene tempore, hora diei quaſi decima, quinto Nonas Majas effecta eſt. Moxque ſubſecuta eſt graviſſima peſtis tribus menſibus, hoc eſt Julio, Auguſto & Septembri.* Verum hæc Eclypſis Solis Lunarem præceſſit, factaque eſt anno Chriſti ſuperiori, ſed die decima tertia Julii, feria quarta, horis quatuor poſt meridiem, ut habet Calviſius. Ceſſavit peſtis, delatis ad Urbem Romam *Sancti Sebaſtiani* Martyris Reliquiis ut teſtatur idem Paulus: indeque, ut notat Baronius, propagata eſt ad poſteros religio, ut peſtis tempore hic Sanctus invocetur; ob quam etiam propulſatam ſolemnis ejus veneratio eſt Capuæ, Mediolani, & in aliis Urbibus, ut refert Bollandus in Notis ad Vitam Sancti Sebaſtiani Martyris, ad diem XX. Januarii.

XIV. *Moritur S. Hilda Abbatiſſa Pharenſis.* A num. LIII. ad LVI. Beda tam in Epitome quam in Hiſtoria lib. 5. cap. 23. refert mortem *Hildæ* Sanctiſſimæ Virginis & Pharenſis Monaſterii Abbatiſſæ, quæ Northumbriæ Provinciam, in qua nata erat, & omnem Britanniam inſigniter illuſtravit; ſed duo de ea habet, in quorum altero a pleriſque male expoſitus, & in altero ipſemet hallucinatur, ut uterque error uperlatus, ejus verba hic recitanda ſunt, illis reſecatis quæ ad neutrius difficultatis declarationem conferunt. *Anno*, inquit Beda, *Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo octogeſimo, religioſiſſima Chriſti famula Hilda, Abbatiſſa Monaſterii, quod dicitur Streaneshalch,* (ſeu Pharenſe in Comitatu Eboracenſi ſitum) *poſt multa, quæ fecit in terris opera cœleſtia, ad percipienda præmia Vitæ Cœleſtis, de terris ablata tranſivit die quinta decima Kalendarum Decembrium, cum eſſet annorum ſexaginta ſex: quibus æqua portione diviſis, triginta tres primos in ſæculari habitu nobiliſſime converſata complevit,* (ideſt, uſque ad annum Chriſti DCXLVII.) *& totidem ſequentes nobilius in Monachica vita Domino conſecravit, &c. quæ cum relicto habitu ſæculari illi ſoli ſervire decreviſſet, ſeceſſit ad Provinciam Orientalium Anglorum; (erat namque propinqua Regis illius) deſiderans exinde, ſi quomodo poſſet, derelicta patria, & omnibus quæcumque habuerat, in Galliam pervenire, atque in Monaſterio Cale peregrinam pro Domino vitam ducere, &c. Nam & in eodem Monaſterio ſoror ipſius Hereſwid, mater Aldulfi Regis Orientalium Anglorum, regularibus ſubdita diſciplinis, ipſo tempore coronam expectabat æternam: cujus æmulata exemplum, & ipſa propoſito peregrinandi, annum totum in præfata Provincia retenta eſt; deinde ab Aidano Epiſcopo in patriam revocata, accepit locum unius familiæ ad Septentrionalem plagam Vuiri fluminis, ubi æque anno uno Monachicam cum perpaucis ſociis vitam agebat, &c. Contigit eam ſuſcipere conſtruendum ſive ordinandum Monaſterium in loco, qui vocatur Streaneshalch, quod opus ſibi injunctum non ſegniter implevit.* Fuſe poſtea agit Beda de egregiis *Hildæ* virtutibus, & de ſancta ejus morte.

XV. *Hereſuvida Regina Kale Monialis non fuit.* Certum eſſe debet primo, *Hildam* anno DCXLVII. aut ſaltem inſequenti, Sanctimonialem factam. II. *Annam* Orientalium Anglorum Regem, & *Hereſuvitæ* conjugem anno DCLIV. occiſum. III. *Aidanum* Lindisfarnenſem Epiſcopum anno DCLI. ad Deum migraſſe. IV. Monaſterium *Kalenſe* a Sancta *Bathilde* poſt Clodovei II. Regis Neuſtriæ & Burgundiæ mortem, quæ anno DCLVI. contigit, ædificatum eſſe; quæ omnia ſuis locis a nobis demonſtrata ſunt, partim hoc, partim in ſequenti ſæculo. Cum hæc itaque ita ſint, quomodo potuit *Hereſuvita* Regina anno DCXLVII. vitam ducere religioſam in Monaſterio Kalenſi; cum *Anna* Orientalium Anglorum Rex maritus ejus per ſeptennium adhuc ſuperſtes fuerit, & Monaſterium illud nonniſi poſt annum DCLVI. conſtructum ſit? Neque dici poteſt, *Hereſuvitam* poſt conjugis mortem in illud Monaſterium veniſſe, & *Hildam* ad eam proficiſcendi conſilium ſuſcepiſſe; hæc enim ab Aidano Epiſcopo anno DCLI. demortuo, in patriam revocata eſt. Hinc manifeſtum redditur, Bedam in aliqua hujus Hiſtoriæ circumſtantia peccaſſe, in eo nempe quod Monaſterium aliquod in Gallia conditum pro Monaſterio Kalenſi ſumpſerit. Cum enim Beda in Northumbria, ſicuti & Hilda, vixerit, in iis quæ eo in Regno geſta, vix errare potuit; facile vero in iis quæ extra illud contigere.

De obitu S. Hildæ Abbatiſſæ. religioſiſſimæ ſanctæ Hildæ Abbatiſſæ quintodecimo Kalendas Decembris ex hac vita in cælum migravit, ubi trigintatres annos in monaſtica vita tranſegiſſet. Ejus vitæ periodum brevi compendio complexus eſt idem Beda; at nobis ſat erit ipſius feliciſſimum ad Deum tranſitum ex eodem auctore referre, qui ait: *Septimo ſuæ infirmitatis anno, converſo ad interanea dolore, ad diem pervenit ultimum, & circa galli cantum percepto viatico ſacroſanctæ communionis, cum accerſitis ancillis Chriſti quæ erant in eodem monaſterio, de ſervanda inter eas invicem, immo cum omnibus pace Evangelica admoneret, inter verba exhortationis læta mortem vidit, immo (ut verbis Domini loquar) de morte tranſivit ad vitam. Quæ videlicet nocte Dominus omnipotens obitum ipſius in alio longius poſito monaſterio, quod ipſa eodem anno conſtruxerat, & appellatur Hacanos, manifeſta viſione revelare dignatus eſt.*

LIV. Viſio divinitus oſtenſa de anima S. Hildæ Abbatiſſæ. *Erat in eodem monaſterio quædam ſanctimonialis femina, nomine Bega, quæ triginta, & amplius annos, dedicata Domino virginitate, in monachica converſatione ſerviebat. Hæc tunc in dormitorio ſororum pauſans, audivit ſubito in aere notum campanæ ſonum, quo ad orationes excitari vel convocari ſolebant, cum quis eorum de ſæculo fuiſſet evocatus: apertiſque (ut ſibi videbatur) oculis aſpexit, detecto domus culmine, fuſam deſuper lucem omnia repleviſſe: cui videlicet luci cum ſolicita intenderet, vidit animam præfatæ Dei famulæ in ipſa luce, comitantibus ac ducentibus eam Angelis, ad cælum ferri. Cumque ſomno excuſſa videret ceteras pauſantes circa ſe ſorores, intellexit vel in ſomnio vel in viſione mentis oſtenſum ſibi eſſe quod viderat. Statimque exurgens nimio timore perterrita, cucurrit ad virginem, quæ tunc monaſterio Abbatiſſæ vice præfuit, cui nomen erat Frigit: fletuque ac lacrymis*

PAGIUS Ad hunc Bedæ errorem nullus huc uſque animum advertit, obſervavitque, *Hereſwitam* jam ante annum DCXLVII. quo conſtat Kalenſe Monaſterium nondum conſtructum fuiſſe, habitum ſæcularem reliquiſſe, & in Monaſterium ſeceſſiſſe.

XVI. *Hereſwida Monacha Jotrenſis & Kalenſis credita.* Exiſtimabam, Monaſterium in quo *Hereſwita* vixit & mortua eſt, me repeririſſe, quando apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino, in Elogio Hiſtorico Sanctæ Theodechildis primæ Abbatiſſæ Monaſterii Jotri, ſexto milliari ſupra Meldas Civitatem, haud procul a fluvio Matrona ſiti, hæc verba legi: *In peranti quo & eleganti S. Pauli primi Eremitæ Oratorio, quod in cæmeterio Jotrenſis Eccleſiæ Parochialis hodieque ſubſiſtit, columnis marmoreis ſubnixum, viſuntur tumuli ſeu e terra prominentes, in quibus ſepulti fuiſſe dicuntur Sancta Theodechildis, S. Agilbertus Pariſiorum Epiſcopus, Theodechildis frater; S. Ebregiſilus Meldenſis Epiſcopus; S. Agilberta & S. Balda Abbatiſſæ Jotrenſes, S. Hereſwida ſoror S. Hildæ, mater Adulfi Regis Anglorum Orientalium*, quam tamen Venerabilis Beda in Hiſt. lib. 4. cap. 23. in Monaſterio Kala peregrinam pro Domino vitam duxiſſe ſcribit. *Sextus ingentis molis tumulus, cujus ſit, ignoratur.* Idem Mabillonius in Obſervat. præviis ad Vitam Sanctæ Bathildis Reginæ Francorum, poſtea Sanctimonialis Kalenſis rurſus ſcribit: *Hereſwidæ ſepulcrum in Monaſterio Jotro oſtenditur in Oratorio S. Pauli: quod mirum videtur; ſiquidem apud Kalam Sanctimonialis vixit.* De propoſita difficultate cum V. C. Claudio Caſtellano Metropolitanæ Eccleſiæ Pariſienſis Canonico, in Hiſtoria Eccleſiaſtica Rerum Francicarum exercitatiſſimo contuli, & hujus conſultationis hoc conſectarium fuit. Antequam Sæculum Benedictinum II. lucem vidiſſet, neque in Archivis, neque in Kalendariis Monaſterii Kalenſis, *Hildæ* & *Hereſwitæ* memoria ulla erat. Verum anno MDCLXXII. Abbatiſſa & Sanctimoniales Illuſtriſſimum Franciſcum *de Harlay* Archiepiſcopum Pariſienſem inſtanter rogarunt, ut *Hildam* & Hereſwidam Officio Eccleſiaſtico colere ſibi liceret. Cauſam hanc V. Cl. Jacobo a Sancto *Beuvo* Pariſienſis Univerſitatis Doctori, & olim in eadem Sacræ Theologiæ Profeſſori examinandam Præſul non minori pietate, quam doctrina præditus commiſit. Poſtquam vero Vir doctiſſimus *Hildam*, non vero *Hereſwidam*, in aliquibus Eccleſiis cultam fuiſſe in Scriptis teſtatus eſt, Illuſtriſſimus Præſul Abbatiſſæ & Monialibus facultatem in Scriptis fecit *Hildam* Officio Eccleſiaſtico celebrandi, eamque Caſtellano laudato tradidit, iſque ad Abbatiſſam miſit. Ab eo itaque tantum anno Sanctæ *Hildæ* in Monaſterio Kalenſi die XXVII. menſis Novembris *cultus*, licet die XVII. *ejuſdem* menſis ad Deum migrarit; *Hereſwida* vero inſcripta tantum ad diem IX. menſis Decembris in *Kalendario* Kalenſi in Sacriſtia appenſo; cum tamen neutra in Kalenſi Monaſterio morata ſit.

XVII. *Hilda nunquam Kalæ fuit.* Licet enim *Hildam* in Galliam trajeciſſe, & in Monaſterio Kalenſi per annum commoratam eſſe, donec a Sancto *Aidano* Epiſcopo in patriam revocaretur, aſſerant Thomas Elienſis Monachus in Vita Sanctæ Etheldritæ Reginæ, filiæ Hereſwidæ etiam Reginæ, ac primæ Abbatiſſæ Elienſis cap. 7. num. 19. Harpsfeldius capite 36. Septimi Sæculi, & Menardus lib. 2. Obſervat. ad diem XVII. Novemb. (qui tamen fatetur locum Bedæ a nobis in medium adductum, obſcurum videri) non dubito tamen, quin hallucinati fuerint, & cum Matthæus Weſtmonaſterienſis ad annum DCLXXX. hæc Bedæ citati verba, in quibus tota difficultas ſita, *in præfata Provincia retenta eſt*; de Anglia Orientali rectius interpretatus fuerit; ideoque quin *Hilda* in Monaſterium Kalenſe nunquam venerit. Quiſquis enim attente totum Bedæ locum ſupra recitatum legerit, intelliget, *Bedam nihil* aliud indicare quam *Hildam* ex Northumbria patria ſua in Angliam perrexiſſe; & ibi cum de profectione in Galliam ſuſcipienda cogitaret, per annum manſiſſe, donec revocata eſt ab *Aidano* in patriam, ſeu in Northumbriam. Propoſitum itaque peregrinandi extra Britanniam executioni non mandavit *Hilda*; cum illud Beda non affirmet; imo ſcribat, *illam retentam eſſe in eadem Provincia*, ideoque in Provincia Orientalium Anglorum, de qua locutus fuerat, non vero in Gallia, quam Beda antea Provinciam non appellarat. Fallitur enim Thomas Elienſis loco laudato, ubi ait, poſt mortem

An-

mis multam perfuſa, ac ſuſpiria longa trabens, nunciavit matrem illarum omnium Hildam Abbatiſſam jam migraſſe de ſæculo, & ſe aſpectante, cum luce immenſa, ducibus Angelis, ad æternæ limina lucis & supernorum conſortia civium aſcendiſſe. Quod cum illa audiſſet, ſuſcitavit cunctas ſorores, & in eccleſiam convocatas orationibus ac pſalmis pro anima matris operam dare monuit.

LV. *Quod cum reſiduo noctis tempore diligenter agerent, venerunt primo diluculo fratres, qui ejus obitum nunciarent, a loco ubi defuncta eſt. At illæ reſpondentes dixerunt, ſe prius eadem cognoviſſe: & cum exponerent per ordinem quomodo hæc vel quando didiciſſent inventum eſt, eadem hora tranſitum ejus iller oſtenſum eſſe per viſionem, qua illam referebant exiſſe de mundo: pulchraque rerum concordia procuratum eſt divinitus, ut cum illi exitum ejus de hac vita viderent, tunc iſtæ introitum ejus in perpetuam animarum vitam cognoſcerent. Diſtant autem inter ſe monaſteria hæc tredecim ferme millibus paſſuum.* Idem ſubiicit de alia viſione alteri virgini oſtenſa: ſed hæc modo ſatis ad indicandam magnam divinæ benignitatis clementiam, qua novellam Eccleſiam Deus iſtiuſmodi de æternæ vitæ præmii certitudine veluti lacte quodam alere voluit, quo plantata ſemel ibi fides altas figeret in operatione radices: plurima enim id genus a Beda referuntur, quæ nos vel ex parte ſaltem, certis annis quibus facta noſcuntur, referemus.

PAGIUS Annæ Regis, *turbatis rebus Orientis Angliæ*; Hereſvvidam Reginam apud Gallias peregrinam in Monaſterium Kalæ receſſiſſe. Nam, ut ex dictis liquet, tam Hereſvvida Regina, quam *Hilda* ejus ſoror nunquam Monachæ Kalenſes fuere; &, ut mox videbimus, *Hereſvvida* ante mariti mortem, quæ anno DCLIV. contigit, in aliquo alio Galliarum Monaſterio ſe ſe incluſit, quo anno DCXLVII. eam adire *Hilda* in animo deſtinarat.

XVIII. *Hereſvvida vivente marito Monaſterium ingreſſa.* Nullus quidem rerum Anglicarum ſcriptor, nec ullus alius, memoravit *Hereſvvidam*, Anna marito adhuc vivente Monaſticæ vitæ ſtudio ab eo ſejunctam fuiſſe; verum id Beda diſerte innuit, cum ſcribit, *Hildam, relicto ſæculo decreviſſe vivere impoſterum in Monaſterio cum Hereſvvida* ſorore; hoc enim illa conſilium cepit anno DCXLVII. quo ante duodecim & amplius annos, quam Kalenſe Monaſterium ædificaretur, vitam Monaſticam amplexa eſt; & tamen *Anna* per ſeptem poſtea annos in vivis fuit. Nec mirum videri debet, *Hereſvvidam*, mariti conſenſu Monacham effectam; cum ſimilia exempla tam in Hiſtoria Gallica, quam Anglicana obvia ſint. Etenim Sancta *Kineburga* uxor Alfridi Senioris, filii Oſvvii Northumbriæ Regis & S. *Cuthburga* uxor Alfridi Nothi Northumbriæ Regis Hereſvvidæ exemplum poſtea ſecutæ ſunt, ut in hoc Opere ſuis locis oſtendimus.

XIX. *Hereſvvida Jotri ſepulta non eſt.* Ante Mabillonium *Hereſvvidam* Jotri, Gallice *Jouarre*, ſepultam fuiſſe, nullos in literas miſerat, immo eruditiſſimus Caſtellanus aſſerit, ſe Jotri fuiſſe, omneſque Monachas ſibi aſſeruiſſe, ſe nunquam, aut fama aut traditione accepiſſe, eam apud ſe tumulum habere. Verum quidem eſt, in crypta S. Pauli Eremitæ, (quam Mabillonius Oratorium vocat, quia ſc. hoc ei ſuperſtructum) extare figuram cujuſdam Reginæ in latus jacentis, in habitu religioſo repræſentatæ, & corona redimitæ; ſed tam Jotrenſium incolarum, quam Sanctimonialium traditio eſt hanc eſſe *Oſannam* Scotiæ Reginam, quam tamen Jotrenſem Monacham non fuiſſe exiſtimant, neque Officio Eccleſiaſtico colunt; prætereaque traditio hæc valde incerta. Caſtellanus in crypta prædicta novem tumulos numeravit, licet Mabillonius ſex tantum meminerit, iiſque nulla, vel nomina, vel Epitaphia inſculpta præterquam Monumento S. Theodlecheldis primæ Monaſterii Abbatiſſæ, quod cum corrupte deſcriptum ad Mabillonium miſſum fuerit, hic prout jacet illud repræſentabo.

✠ HOC MEMBRA POST ULTIMA TEGUNTUR FATA SEPULCRO BEATAE
THEODLECHELDIS INTEMERATAE VIRGINIS GENERE NOBILIS MERETIS
FULGENS STENUA MORIBUS. FLAGRAVIT IN DOGMATE ALM·

In alia tumuli parte:

CENUBII HUJUS MATER SACRATAS DŌ VIR.. hic lapis fractus eſt.
...., TES OLEUM CUM LAMPADIBUS PRUDENTE....
......FILIAS OCCURRI REX P. M. HAEC DEMUM EXVIT ATRA a. A O

XX. *Theodlecheldes non Theodecheldes prima Jotri Abbatiſſa.* Hinc liquet, Sanctam hanc Abbatiſſam, *Theodlecheldem* appellatam fuiſſe, non vero *Theodecheldem*, ut in Epitaphio a Mabillonio relato, aut *Teutehildem*, ut in Vita S. Bertilæ Abbatiſſæ Kalenſis primæ ſæculo II. Benedictino relatæ vocatur. Caſtellanus enim in legendis, explicandiſque veteribus inſcriptionibus verſatiſſimus lapidem ſepulcralem aqua diligentiſſime emundavit, nullamque literam, aut prætermiſit, aut addidit, obſervavitque incolas *Jotri*, vicinoſque hanc Sanctam vulgo appellare *S. Telechilde*, vel, *S. Tolechilde*, conſervata ſc. litera L. Quamvis autem *Angilbertum*, alioſque prænominatos in aliis Monumentis conditos fuiſſe, nulla ſepulcralis inſcriptio oſtendat, illud tamen veriſimilitudine non caret. Id certe aſſerit Sauſſaius de Angilberto in Martyrologio Gallicano ad diem XI. menſis Octob. & in Panoplia Clericali part. 2. lib. 2. cap. 6. ſcribit: *Cum apud Jotrum eſſem, celebre Virginum Sacrarum Monaſterium, anno currente ſalutis MDCXXXI. corpus S. Agilberti Epiſcopi Pariſienſis, cujus meminit Beda repertum fuit in crypta S. Pauli Eremitæ, (quam condiderat) ſepultum cum Pontificiis indumentis contextis ex ferico cum fimbriis aureis, quarum particulæ ad-*

hue

LVI. *Wambæ Regis abdicatio, & Eruigii ſubſtitutio.*

Eodem anno, novo exemplo, Vvamba Hiſpaniarum Rex, cum regnaſſet annos octo & menſem unum, abdicans ſe, monaſticam amplexus eſt inſtitutum; in cujus locum ſubrogatur Eruigius pridie Idus Octobris. Quomodo autem iſta ſe habuerint, reddam totum quod ſcribitur a Juliano Toletano, relatam a Luca Tudenſi his verbis: *Quia malignitatis auctor per bonorum diſcordiam ſemper tendit: tempore bonæ memoriæ Cindaſuindi Regis ex Græcia venit vir quidam nomine Andabaſtus, Græcorum genere nobilis, qui ab Imperatore ſuo expulſus in Hiſpaniam eſt, quem Receſuinthus Rex magnifice ſuſcepit, & ei in conjugium conſobrinam ſuam dedit, ex quo conjugio natus eſt ei filius nomine Ervigius. Qui cum eſſet in palatio regio nutritus & honore Comitis ſublimatus, elatus ſuperbia, callide adverſus Regem Bambanem excogitavit, & potionem lethiferam dedit ei, ex qua Rex officium memoriæ perdidit. Cumque Epiſcopus civitatis, & optimates palatii, qui erant fideles Regis, quos potionis cauſa latebat, vidiſſent Regem jacentem abſque memoria, cauſa pietatis commoti, pœnitentiam volentes illi perficere, unctionem ſancti olei, & communionem Chriſti corporis obtulerunt. Sed factum eſt, ut Rex a potione liberatus, cum præſenſiſſet, quod ille extremæ unctionis Epiſcopus peregerit ſacramentum, ad monaſterium perrexit, ibique in Chriſtiana religione permanſit.* Hæc ibi. Additur his ex primo canone Concilii Toletani (a) anno ſequenti celebrati eumdem Vvambam Regem ſcriptis ſuis pronunciaſſe regni ſucceſſorem eumdem Eruigium, præceptionemque ab eo factam Juliano Toletano Epiſcopo, ut eum in Regem ungere deberet: quo etiam canone declaratur quod dictum eſt de ſuſcepta ab Wamba Rege pœnitentia, nempe ipſum fuiſſe monaſtico indutum habitu, atque tonſura initiatum in ſignum monaſticæ profeſſionis: ſequenti vero canone (b) ſignificatur eam tunc in Hiſpaniarum Eccleſiis viguiſſe conſuetudinem, ut urgente ægritudine, cum ſe quis proximo moriturum putaret, ejuſmodi pœnitentiam peteret: quam ſi etiam extra mentis integram ſenſum conſtitutus ab Antiſtite miniſtratam accepiſſet, haud ulterius ad ſæculum reverti ipſi liceret, ſed teneretur monachus permanere, etiam ſi eam minime petiiſſet, ſed neſciens accepiſſet; licet pœna dignus cenſeretur ſacerdos, qui eam non petenti vel aliquo ſaltem ſigno ſe id cupere ſignificanti tribuiſſet ac miniſtraſſet: ſicuti Vvambæ Regi contigiſſe apparet, cui,

(a) Conc. Tolet. 12. c. 1.

(b) Conc. Tolet. eod. c. 2.

PAGIUS

hæc fulgidas & rutilantes propriis conſpexi oculis, & manibus contrectavi. Concludo itaque Hildam numquam in Gallia fuiſſe, & Bedam, qui *Ætherium* Lugdunenſem Epiſcopum, Arelatenſem credidit, ſimili errore *Hereſwidam* incerti alicujus Galliarum Monaſterii Monacham, Kalenſem exiſtimaſſe.

XXI. *Origo Monachatus Kalenſis S. Hereſwida.*

Errandi occaſionem Bedæ præbuere hæc verba, quæ leguntur in Vita S. Bertilæ, num. V. *Nec ſolummodo ex vicina Provincia; ſed etiam ex tranſmarinis partibus, Sancta hujus feminæ felici fama percurrente, ad eam relictis parentibus & patria cum ſummo amoris deſiderio plurimi viri ac feminæ feſtinabant, quos ipſa Dei famula Bertila affectu piiſſimo, velut propria genitrix dilectos parvulos omnes recipiebat,* &c. Autumavit enim Beda *Hereſwidam* unam fuiſſe ex illis primariis mulieribus, quæ ad Monaſterium Kalenſe vitam Monaſticam profeſſuræ ex Anglia venere. Verum Auctor Vitæ S. Bertilæ loquitur de re, quæ diu poſtquam *Hereſwida* hoc vivendi genus amplexa eſt, contigit. Is etiam locus fucum fecit Mabillonio Viro oculatiſſimo, qui in Notis ad illum ait: *Has inter fuere SS. Hilda Hereſwita, & alia ex Britannia inſula.* Quare non mirum ſi eadem verba Bedam in errorem induxerint.

XXII. *Ervigius fit Rex Hiſpaniarum.*

Ad num. LVI. & ſeqq. Cum *Ervigius* ambitione regnandi *VVambæ* Hiſpaniarum Regi venenum præbendum curaſſet, & is videretur jam animam agere, poſita coma atque in Sacerdotis morem detonſus Monachi ritu cucullum induit, ut tradunt Vaſæus in Chronico, & Mariana lib. 6. cap. 14. qui notat id contigiſſe *pridie Idus Octobris, die Dominico*, ideoque currenti Chriſti anno. Quare recte ſcripſit *Wlſa* in Chronico, *VVambam* regnaſſe annos VIII. menſem unum, *dies XIV.* Addit Sebaſtianus Salmanticenſis in Chron. ſeu verius Alphonſus III. Ovetenſium Rex, Vvambam poſtea in Monaſterium vixiſſe *annos VII. menſes tres.* Regnum malis artibus quæſitum *recte & prudenter adminiſtravit Ervigius*, inquit Mariana.

XXIII. *Profeſſio Monaſtica in extremis facta.*

Mabillonius in Præfatione ſecundæ partis IV. Sæculi Benedictini num. 188. & ſeqq. oſtendit, duplex hominum genus olim fuiſſe, qui veſtes Monaſticas ſuſcipiebant. Alii cum firmo perſeverandi propoſito, alii ſolo Probationis animo in Monaſteria ſecedebant. Primis tanta inerat, morum, ætatis, ac judicii gravitas, ut de eorum perſeverandi propoſito nulla poſſet ſupereſſe ſuſpicio: ideoque ſtatim iis profitendi copia concedebatur; aliis annua probatio ſubeunda erat. Priorem ob cauſam hi, qui in extremis poſiti, pœnitentiæ cauſa religioſis veſtibus induebantur, in Profeſſorum numero cenſebantur, ſi poſtmodum ex morbo convaluiſſent. Nam publica illa pœnitentiæ proteſtatio irrita fuiſſet, niſi ſæculo nuncium remittendi firmus animus acceſſiſſet, ideoque is citra apoſtaſiæ culpam ad ſæculum denuo redire nefas erat: cujus rei ſexcenta exempla apud Veteres occurrunt, immo Imperatorum & Epiſcoporum. *Petrus Damiani* hoc argumentum ſuſe ac ſolide pertractavit in Opuſculo XVI. ad Giſlerium Epiſcopum Auximanum. Inaudierat Petrus quemdam Epiſcopum hanc opinionem in vulgus ſpargere, licere nimirum illis qui Monaſticum habitum in morbo extremo appetiiſſent, ad ſæcularem vitam, ſi vellent denuo reverti. Res tanti ei viſa, ut eam ad Pontificem Romanum detulerit, & Opuſculum ediderit in Epiſcopum

Ano-

Digitized by Google

cui, cum ea potione jam ſenſibus eſſet alienatus, proximeque moriturus crederetur, ab Epiſcopo ejuſmodi pœnitentia collata eſt.

LVII. Reſtitutus vero ipſe ſenſibus, cum ſe repente monachum ex Rege factum perſenſiſſet, bene uſus ea occaſione (quod ſummæ religionis indicium fuit) collatum eo modo monaſticum habitum numquam amplius abiicere voluit, ſed ad vitæ finem monachus permanere delegit, ſucceſſorem ſcripto ſubſtituens: in quo vitæ inſtituto tranſegiſſe uſque ad obitum annos ſeptem atque tres menſes, tradunt; in nuper vero citato codice ex Juliano anni duodecim ponuntur. Sic igitur Vvamba Dei-judicio aſſumptus in regnum, hominis fraude, magis vero ſua religione illo ſe abdicavit: cujus ſicut in electione & regni adminiſtratione laudatur ſapientia & fortitudo, ita in abdicando ſummæ ſpecimen edidit pietatis, magis deligens regno cedere, quam collatum per imaginem neſcienti ſibi monaſticum habitum exuere, ſponte ſcripto ſignificans (quod Synodalia Acta teſtantur) quem vellet ſibi ſuccedere Regem, injuriæ immemor, regni magis paci conſulens, quam quicquam affectui privato concedens.

Laudatur Wamba Rex Hiſp.

LVIII. Inter alia vero ejuſdem Regis maxime pii egregia monumenta, poſteris diu integra manſit illa, quam diximus, ejus opera in generali Toletano Concilio cujuſque Epiſcopatus facta diſtinctio, finiumque cujuſque diœceſis certa partitio, quam idem qui ſupra recitat Julianus. Relicimus autem longe longius, quæ eodem argumento ſcripta (a) feruntur nomine cujuſdam Raſis Arabis, dum tribuit Conſtantino Magno diviſionem, immo & inſtitutionem ſedium Epiſcopalium in Hiſpania. Mirati ſumus creditum id a prudentibus, & veluti quoddam nobile antiquitatis monumentum in medium allatam hujuſmodi partitionem, quam auctor ille aſſerit a Conſtantino Magno factam. At quid de rebus antiquis Eccleſiarum Hiſpaniæ Arabes noſſe potuerunt? Quæ rerum cognitio, niſi eum ipſi venientes in Africam poſt hæc tempora inde Hiſpanias occuparunt? Sed in pluribus mendax auctor eſſe convincitur, ut eum inter alias Hiſpaniarum Eccleſias tradit eumdem Imp. Narbonæ dediſſe Epiſcopum, eidemque ſubjeciſſe alias ſeptem Eccleſias, Biterrenſem, Toloſanam, Magalonenſem, Nemauſenſem, Carcaſonenſem, Lutebanenſem, & Helanenſem. At quis ignoret ejuſmodi Eccleſias Galliæ Narbonenſis non prius numeratas eſſe inter Hiſpaniarum Eccleſias, quam ubi ea regione potiti ſunt Gothi, qui poſtea regnum in Hiſpanias propaga-

(a) *Recitantur a Joan. Marian. de reb. Hiſp. l. 6. c. 16.*

PAGIUS Anonymum. Siquidem Auctor ignotus erat, validiſque rationibus probaverit, ejuſmodi hominibus non licere remeare in ſæculum: quippe *tanta veneratione tanta cuſtodia tenſuram Monachicum habitum Sancti Patres dignum eſſe cenſuerunt, ut pene quocumque modo illum quis induerit, relinquendi poſtmodum licentiam non haberet.* Neque ad hoc neceſſariam eſſe annuam probationem: *Non enim jam probatio expedit ubi qui probandus eſt, perſpicaciter manifeſtus: ſed is de cujus mente, quo ſpiritu ducatur, ambigitur, valde neceſſarium eſt ut probetur.* Alii qui, qui extra morbum habitum Monachalem induebant, nulla facta probatione ubi admiſſi erant in Monaſterium, ſtatim Regulam profitebantur; neque repetendi facultatem habebant. Quod maxime locum habuit in iis, qui ut Abbates fierent, Monachum induebant. Id contigit de *Sancto Germano* Pariſienſi Epiſcopo, qui cum Presbyter Eccleſiæ Æduenſis eſſet, factus eſt Abbas Sancti Symphoriani, ſimulque Monachus: ſiquidem adeptus *gradum curæ Paſtoralis*, teſte Fortunato in ejus Vita, *de reliquo Monachus perſiſtebat.* Idem etiam contigit in S. *Leodegario* Abbate Cœnobii S. Maxentii, dein Epiſc. Æduenſi, ut in ejus Vita legitur.

XXIV. *Monaſtica veſtis ſine Profeſſione data.* Sed, ut quæ ad habitum & Profeſſionem Monaſticam faciunt, uno tenore abſolvam, tametſi paſſim Monaſticus habitus nonniſi poſt decurſum probationis annum tribueretur, is tamen ſtatim ab ingreſſu Monaſterii quibuſdam datus fuiſſe reperitur, licet Regula S. Benedicti, & Synodus Aquiſgranenſis, aliter præſcribant. Patet illud de S. *VVillelmo Duce*, Monacho Gellonenſi, qui ſtatim ab ingreſſu Monaſterii religioſis veſtibus indutus eſt. Idem de S. Benedicto *Anianenſi* non obſcure innuit Ardo in ejus Vita. Qui vero eo modo religioſis veſtibus mox inſigniebantur, non ſtatim Monaſticis inſtitutis addicti erant, niſi expreſſa Regulæ Profeſſio acceſſiſſet. Id perſpicuum fit ex Actis S. *Liudgeri* Epiſcopi, qui licet in Caſinenſi Monaſterio duos annos & dimidium ut Monachus ſub Monaſticis veſtibus degiſſet, *cucullam tamen poſtea portare deſiit, eo quod promiſſionem obſervationis Regulæ Monachorum non fecerat.* Longe recentius exemplum habemus in *VVladiſlao* Caſimiri [illegible]cenſis Ducis filio apud Spondanum anno 1373. n. III. inquit Mabillonius laudatus, apud quem plura hac de re habentur.

Hoc anno obiit S. *Berarius* Epiſcopus Cenomanenſis, qui aliquot monaſteria in ſua Diœceſi fundavit & ea bonis propriis dotavit, quique corpus S. *Scholaſticæ* S. Benedicti ſororis e Monaſterio Caſinenſi tunc deſerto in ſuam Diœceſim transferendum curavit. In Geſtis Cenomanenſium Epiſcoporum a Mabillonio Tomo III. Veter Analect. publicatis cap. 13. de Berario legitur: *ſedit in prædicta Sede annos XXVI. menſes IV. dies XIV. & obiit in pace XVI. Kal. Novembris in Aquitania.* Quare cum anno DCLIV. Epiſcopus dictus fuerit, uſque ad hunc annum vitam propagavit. Huic ſucceſſit *Aiglibertus*, & *Aigliberto*, de quo infra, non *Herlemundus*, ut San-Marthani, Cointius, aliique omnes habent, ſed *Berarius* Junior, ut liquet ex laudatis Geſtis cap. 15. ubi *Herlemundus* dicitur Succeſſor poſterioris Domni Berarii.

XXV. *Moritur S. Berarius Epiſc. Cenomanenſis.*

Ce-

garunt? Sed & quis neſciat, longe ante tempora Conſtantini, ipſorum ferme Apoſtolorum tempore, Narbonæ Paulum datum Epiſcopum? Et quis dubitet complures Hiſpaniæ Eccleſias ab eodem auctore nominatas, eodem fere Apoſtolorum tempore, ſive ab Apoſtolis ipſis, ſive ab Apoſtolorum diſcipulis eſſe conſecutas Epiſcopos? Sed Arabis & infidelis eſt ſomnium, ut ab Imperatore darentur Epiſcopi civitatibus atque provinciis. Faceſſat igitur hominis Sarraceni rerum noſtrarum ignari leviſſimum ex ſua conjectura excogitatum commentum antiquioribus penitus inauditum.

An-

PAGIUS

XXVI. *Concilium Anglo-Saxonicum.* Celebratum hoc anno Concilium *Anglo-Saxonicum* adverſus Monothelitas, ut anno ſuperiori n. VI. diximus. *Mavia* Saracenorum Califa hoc anno extinctus eſt, ut anno DCLXXVIII. n. VI. vidimus.

XXVII. *Moritur Theodo I. Bajoariæ Dux.* Hoc circiter anno ſupremum diem obiit *Theodo* primus hujus nominis Bajoariæ Dux, eique ſucceſſit *Theodo* Secundus, Vir ex eadem familia, ſed non ex eadem ſtirpe, ut infra videbimus. *Theodo* Primus *S. Emmerammi* Monaſterium Ratiſponæ condidit, etiamnum florentiſſimum. Sed rerum Boicarum Scriptores utrumque Theodonem in unum confundentes mortem prioris uſque ad annum DCCII. quo *Theodebertum* Præfecturam Bojoariæ geſſiſſe certum, magno errore differunt, & Monaſterii Sancti Emmerammi fundationem in annum DCXCVII. conferunt, indeque *Apollonii* Abbatis primi, & Succeſſorum Chronotaxim pervertunt. Verum Sancti *Rudberti* Apoſtolatu, & Tetrarchia Boioarica, de qua infra, ſuis annis redditis, Hiſtoria Boioarica nitori ſuo reſtituitur.

Digitized by Google

I. Actio ſeptima ſextæ Synodi.

ANno qui ſequitur Domini ſexcenteſimo octogeſimoprimo Indictione nona, quod reliquum fuit Sextæ œcumenicæ Synodi expletum eſt: cum enim duodecima die menſis Decembris Actio ſexta fuerit habita, ceſſatum eſt a comitiis ſacris per duos menſes, uſque ſcilicet ad decimam tertiam Februarii diem, quando iidem qui ſupra Epiſcopi & Imperator cum magiſtratibus convenientes in Trullum, quæ jam cœpta erant proſecuti ſunt, nempe ut (ſicut decretum fuerat in proxima ſexta Actione) editio fieret ab Apoſtolicæ ſedis legatis locorum ſanctorum Patrum, quibus de Filio Dei Domino noſtro Jeſu Chriſto duæ aſſererentur voluntates ac totidem operationes, rurſumque loca hæreticorum, quibus una in Chriſto voluntas cum operatione affirmaretur: quod & factum eſt, edituſque a legatis codex hac inſcriptione notatus: *Teſtimonia ſanctorum ac probabilium Patrum demonſtrantia duas voluntates, & duas operationes in Domino Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto*. Quo integre lecto in Synodo, item lecta eſt ſeries hæreticorum aſſerentium ſcriptis ſuis unicum voluntatem atque operationem in Chriſto. Quibus auditis, petitione Georgii Epiſcopi Conſtantinop. & Macarii Antiocheni, juſſum eſt, ut loca citata conferrentur cum codicibus Patriarchii, ut ſciretur num conſona eſſent Latina exemplaria cum Græcis: ſignatiſque ſcriptis, juſſa eſt collatio quam exactiſſima fieri ab eiſdem Georgio atque Macario, præſentibus aliis Epiſcopis: huncque finem præſens Actio habuit.

II. Hic te monuiſſe, lector, oportet, reperiri apud Anaſtaſium Bibliothecarium compendium ſeu epitomen Sextæ Synodi, in quo complura inveniantur quæ in ipſa Sexta Synodo deſiderantur, contra vero deſint complura, quæ in ejuſdem Synodi Actis, quæ extant, ſcripta reperiuntur. Poſt Actionem enim diei decimætertiæ Februarii, rurſum ſequenti die decimaquarta ejuſdem menſis ibidem loci conventum eſſe, Anaſtaſius habet.

Quæ deſiderentur in ſextæ Synodi actionibus.

Quæ autem in ea Actione facta ſint, quæ deſiderantur in editis Synodalibus Actis, hæc ſunt; *Protulit*, inquit, *piiſſimus & sereniſſimus princeps tomum ad relegendum, in quo vanum hæreticum dogma Macarii erat conſcriptum & ejus manu ſubſcriptum, apertiſſime unam voluntatem in Domino affirmantem. Sub ipſius ſubſcriptione, & Theodori Patriarchæ utique juxta eum tenorem ibi ſubſcriptio erat. Et interrogatus Georgius Patriarcha, ſi eam fidem, quam docet ſedes Apoſtolica, amplectitur juxta ſcripta venerandi Agathonis Papæ, ſeu ſanctorum ac venerabilium Patrum? Qui reſpondens petiit, ut accepta licentia, in ſcriptis, quæ opportuna eſſent reſponderet.*

III. *Et in his recedentes, die decimaſeptima menſis Februarii die Dominico intra oraculum* * *ſancti Petri intra palatium convenere, & aſtante Syncleto* * *ſimul cum Patriarcha legatus Apoſtolicæ ſedis ſuſcepit relegens ſuggeſtionem pro eorum condemnatione a ſanctiſſimo Papa Agathone directam. Qui Georgius ſanctiſſimus Patriarcha profeſſus eſt eo die in ſcriptis duas naturas, duas voluntates & operationes credere & prædicare, ſicut ſedes Apoſtolica, anathematizans eos, qui unam naturam, voluntatem, & operationem in Domino Jeſu Chriſto dicunt.* Hæc ibi. Pergit inſuper Anaſtaſius: *Die vigeſimaquinta menſis Februarii, reſidente Synodo una cum pio Principe ſimul & legatis ſedis Apoſtolicæ, Macarium adeſſe juſſerunt. Et data a Principe licentia, ut ſe in eas partes, in quas quis vellet, divideret, Georgius Patriarcha regiæ civitatis cum ſuis in partibus Orthodoxorum ſtetit, Macarius vero cum ſuis a parte hæreticorum. Et adducentes in medium profeſſionem Georgii Pa-*

* oratorium * Syncello

Georgius fidem Catholicam profitetur.

Diviſi Georgius & Macarius.

PAGIUS SÆC. VII

Anno Æræ Hiſp. DCCXIX. Anno Hegiræ LXII inchoato die 10. Septemb. fer. 6. A.C. 681.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6174.

☉ 18. F. ☽ 17. P. 14. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 681.

AGATHONIS PAPÆ 4.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 14.

I. Poſtconſulatus.

HIC annus iſta formula notatus: *XXVIII. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus XIV. & imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum anno XXIII.*

II. VI. Actio hoc anno habita.

A num. I. ad XXVII. Anno ſuperiori quinque priores Actiones Sextæ Synodi habitæ; hoc vero anno reliquæ tredecim. Actio ſexta his verbis inchoatur: *Imperantibus a Deo coronatis Sereniſſimis noſtris Dominis Flaviis, Conſtantino quidem Piiſſimo, & a Deo decreto magno Principe perpetuo Auguſto & Imperatore anno XXVII. & poſt Conſulatum ejus anno XIII. Heraclio vero atque Tiberio a Deo conſervandis ejus fratribus anno XXII. duodecima die menſis Februarii, Indictione nona*. Ex quibus temporariis notis inter ſeſe copulatis liquet, tum annos Conſtantini, quam ejus fratrum a nobis recte conſignatos fuiſſe, & Conſulatum perpetuum ipſo die, quo Conſtantinus patri Conſtanti ſucceſſit, ab illo ſuſceptum fuiſſe, quod & in-

Patriarchæ, quam fecerat, porrecta eſt Principi, & relecta eſt. Hæc apud Anaſtaſium, quæ deſiderantur in Actionibus Sextæ Synodi, Theodori Epiſc. Conſtantinopolitani mutilatione, quod ex illis ipſe oſtenderetur hæreticus, ut ſuo loco dicemus.

IV. Actio octava. Eodem anno, ſeptima die menſis Martii iterum conventum eſt ab iiſdem in Trullum: ubi primum Georgius Epiſcopus Conſtantinopolitanus retulit a ſe cognita loca ſingula ſanctorum Patrum de duabus in Chriſto voluntatibus, & operationibus citata in codice a legatis Apoſtolicæ ſedis in Synodo edito, & inveniſſe ea omnia in omnibus eſſe illis conſentientia: quapropter & ſe profiteri teſtati ſunt cum ſanctis Patribus duas in Chriſto voluntates & operationes: reliqui etiam Epiſcopi, qui interfuerunt cum facta collatio fuit, id ipſum ſinguli profeſſi ſunt, & quidem non ſine præconio Agathonis Romani Pontificis, ut cum Domitius Epiſcopus Pruſiados ita dixit: *Directas ſuggeſtiones a patre noſtro Agathone ſanctiſſimo Archiepiſcopo Apoſtolicæ & principalis ſedis antiquæ Romæ ad a Deo coronatum & manſuetiſſimum noſtrum dominum, & magnum victorem Imperatorem, tanquam ex Spiritu ſancto dictatas per os ſancti ac beatiſſimi Principis Apoſtolorum Petri, & digito ter beatiſſimi Papæ Agathonis ſcriptas, ſuſcipio & amplector, & ita credo, &c.*

V. Poſt omnes autem Theodorus Epiſcopus Melitinæ prætendens ruſticitatem in dicenda ſententia, libellum obtulit legendum in Synodo, quo continebatur, nihil in fide decernendum, præter quam in ſanctis œcumenicis Synodis decretum eſſet, ac proinde tacendum de duabus in Chriſto voluntatibus, ſed ſatis eſſe unum operatorem confiteri in duabus naturis. Interrogatus autem ab Imperatore, quis ea dediſſet, dixit ſe ab hæretico Monothelita ſocio Macarii Antiocheni Stephano Abbate accepiſſe. His cognitis, reliqui epiſcopi contulere ſuffragia de duabus voluntatibus ex Agathonis Pontificis ſcriptis editis, ita & reliqui omnes, Macario tantum cum ſuis excepto. Cum autem quæreretur a ſancta Synodo de eo quod dixerat, ſe a Stephano Abbate ea accepiſſe, quæ obtulerat pro Monothelitis: exurgentes Macarii diſcipuli conteſtati ſunt, Theodorum Melitenum Epiſcopum eſſe mentitum, paratos autem ſe eſſe Catholicam fidem profiteri. Sed juſſi ſunt, ſcripto libello, fidem quam tenerent, ſequenti Actione in Synodo edere.

Inter hæc autem interlocutus Georgius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſuggeſſit Imperatori, ut redderetur nomen Vitaliani Pontificis in diptycha, eo quod ea de cauſa complures ſe ab Eccleſia Catholica ſeparaſſent: quod ſi reſtitueretur, fieret ut plurimi Eccleſiæ Catholicæ ſe conjungerent. Annuit Imperator: cujus rei gratia honorificæ dictæ ſunt a ſancta Synodo acclamationes eidem Conſtantino Imperatori. Poſtea percontata eſt S. Synodus Macarium Antiochenum Epiſcopum, an conſentiret litteris ab Agathone conſcriptis. Refragatus eſt ipſe, ſeque in Chriſto duas voluntates omnino negare; ſed Epiſcopi Syriæ illi ſubjecti, ſe omnes fidei Catholicæ aſſentire, publice profeſſi ſunt. VI. Nomen Vitaliani reſtitutum in diptycha.

Poſt hæc juſſa ſunt legi loca Patrum a Macario collecta, in quibus falſo affirmabat unicam in Chriſto poſitam fuiſſe voluntatem: ſed inter legendum detectæ ſunt veteruoſi hæretici technæ; ſive quia cum de unica voluntate divina Patres dixerunt, attribuerat ipſe dictum de Chriſti perſona; ſive quod interciſas recitaſſet ſententias, quibus ſenſus depravaretur auctoris. Sic itaque manifeſta luce detectus, juſſus eſt idem Macarius edere fidei profeſſionem, quam quidem contrariam fidei Catholicæ inventam noluit retractare; & cum rogaretur ab Imperatore duas in Chriſto confiteri voluntates, reſiliens ipſe obſtinatus iſta reſpondit: *Non dico duas naturales voluntates, aut duas operationes naturales in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec ſi membratim incidar, & mittar in mare.* Tanta procacis hominis animi duritie patefacta, Conſtantinus Imper. juſſit cum Synodo, ut libelli de Patrum ſententiis a Macario oblati fieret cum aliis codicibus e Patriarchio ſumptis collatio: ſed & (ut in aliis accidit) compertæ ſunt Macarii ſententiæ interciſæ poſitæ eſſe, demptis ab ipſo illis, quibus ſenſus Catholicus auctoris cognoſci integre potuiſſet. Qui-

PAGIUS & in ſequentibus Imperatoribus obſervatum fuit. In ſexta illa Actione decretum, ut loca Patrum pro unica Domini voluntate atque operatione in medium adducerentur: ſed quæ protulere Hæretici, truncata reperta ſunt.

III. VII. Actio hoc etiam anno habita. Tum die XIII. Februarii habita *Septima* Actio, in qua, ut ſatisfieret Imperatoris promiſſo & Legatorum Romanorum voluntati, lecta ſunt teſtimonia & Sanctorum Patrum & Hæreticorum. Hujus Actionis Septimæ & diei, quo ea celebrata, meminit Anaſtaſius in Agathone, ubi epitomen Sextæ Synodi exhibet. Baronius anno DCLXXX. num. L. & hoc anno num. II. & ſeq. ait, Actionem *Sextam* factam fuiſſe die XII. Decembris anni elapſi, & hoc anno *Septimam* die *XIII.* Februarii peractam. Sed non ita eſt: ex ipſis enim Actis liquet, Sextam Actionem die duodecima Februarii currentis anni inchoatam, cujus quidem Actionis Anaſtaſius non meminit, ſed eam non negat, quam tamen videtur Baronius negare; cum ſcribit, a XII. Decembris die, quo dicit habitam *Sextam* Actio-

VII. Quibus omnibus probe perſpectis, hæc ſancta Synodus dixit: *Non congruit Orthodoxis ita circumtruncatas ſanctorum Patrum voces deflorare: hæreticorum potius proprium hoc eſt. Macarius venerabilis Archiepiſcopus dixit: Etiam dixi, quia quærens ſtabilire intentionem meam, hoc modo defloravi. Sancta Synodus exclamavit: Hæreticum ſe ipſum manifeſte demonſtravit: Novo Dioſcoro anathema: Hujuſmodi deponatur: Novum Dioſcorum foras mitte: Novo Apollinario malos annos: Merito ab Epiſcopatu alienetur: Nudetur circumpoſito ei pallio.*

Macarius Antioch. pallio audatur.

Et denudato eo, atque in medio aſtante una cum Stephano ejus diſcipulo, Theophanes venerabilis presbyter & Abbas monaſterii Bajas (venerat hic cum legatis Apoſtolicæ ſedis) *interrogavit eoſdem, Macarium & Stephanum ſcilicet: Habuit voluntatem humanam Dominus noſter, &c.* Sed antequam diſputatio longius traheretur, viſum eſt Imperatori finem imperare illius diei Actioni.

VIII. His vero addenda ſunt quæ habet Anaſtaſius Bibliothecarius in Agathone hiſce verbis: *Ea hora ſancta Synodus una cum Principe ejus oraria auferri juſſit. Et exiliens Baſilius Cretenſis Epiſcopus, ejus orarium abſtulit. Anathematizantes eum, dicebant: Foras Synodum procedant, ſimulque & thronum ejus. Stephanum autem diſcipulum ejus cervicibus a ſancta Synodo clerici Romani ejicientes, expulerunt. Ea hora tantæ telæ aranearum nigerrimæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, eo quod ſordes hæreſeos expulſæ eſſent, & Deo auxiliante unitæ ſunt ſanctæ Dei Eccleſiæ.* Hæc Anaſtaſius.

De telis aranearum, decidentibus portentum.

Nona actio.

Convenit vero rurſus ſancta Synodus octava die menſis Martii eodem anno: ubi reliquis ſanctorum Patrum locis a Macario citatis cum aliis exemplaribus collatis, cognitiſque dolo malo ab eo detruncatis, corruptiſque eorumdem ſanctorum Patrum ſententiis, in ipſum atque Stephanum ſententia damnationis lata eſt his verbis:

IX. *Sancta Synodus dixit: Tu Stephane, & tuus magiſter Macarius non oſtendiſtis unam in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Jeſu-Chriſti veri Dei noſtri, per codicillum a vobis oblatum; ſed & duas voluntates in teſtimoniis in eodem Concilio poſitis invenimus aperte, clamante Athanaſio laudabili, quamvis detruncata, & obcelata ſint, juxta quod ſoliti eſtis, eadem teſtimonia, quæ perverſo interpretantes protuliſtis. Definimus igitur, poſtquam aperte probati eſtis ad ſubverſionem divinorum dogmatum feſtinare, & ſanctorum ac probabilium Patrum doctrinas corrumpere, & hæreticorum magis ſenſum aſſumere, & quæque ab eis dogmatizata ſunt ſectari ad contagium Orthodoxæ plebis, ab omni vos ſacerdotali dignitate & miniſterio alienos exiſtere. Eos autem qui jam pœnitentiam egerunt, & ſuperius nominatos tam Epiſcopos, quam clericos, & nunc in medio aſſiſtunt, & recte una nobiſcum confitentur, prævidimus quidem in propriis locis reſidere: libellos autem quos promiſerunt propriæ eorum fidei cum jurejurando, in ſubſequenti nobis offerrent.* Hac lata ſententia, dictæ ſunt acclamationes Imperatori, & declamatum a Patribus: *Hæreticum foras mitte: Novo Eutychi malos annos: Novo Apollinari malos annos: Hæreticum foras mitte. Et impulſus eſt Stephanus diſcipulus Macarii, & foras miſſus eſt.* Impoſituſque eſt finis ejus diei Collationi, in ſequentem vero dilata oblatio libellorum eorum qui deteſtati ſunt errorem, ſimulque collatio locorum, quæ de duabus voluntatibus in litteris Apoſtolicæ ſedis citata invenirentur.

Sententia in Macarium & Stephanum.

Decima Actio Synodi decimaoctava die ejuſdem menſis Martii habita eſt, qua primum facta eſt collatio locorum, quæ citata fuerunt ex ſanctis Patribus in litteris Apoſtolicæ ſedis & Romani Concilii ſub Agathone, cum codicibus Patriarchii, omniaque inventa ſunt in omnibus eſſe certa fide conſtantia & convenientia Græcis codicibus, prorſuſque eiſdem conſentientia. Quibus cognitis lecta eſt fidei confeſſio Petri Epiſcopi Nicomediæ, qui palinodiam recantarat, quæ inventa eſt in omnibus Catholicæ fidei conſentire. Demum vero a legato Hieroſolymorum Eccleſiæ Theodoro petitum eſt, ut legeretur Synodalis epiſtola Sophronii olim ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi ad Sergium tunc Conſtantinopolitanum Antiſtitem data, ſed ab eo minime ſuſcepta; cujus lectio in ſequentem dilata eſt Actionem. X.

Actio decima.

PAGIUS Actionem, ceſſatum eſſe a Comitiis per duos menſes, ad diem XIII. Februarii hujus anni, qua Actione factam affirmat editionem teſtimoniorum Sanctorum Patrum, *ſicut*, inquit, *decretum erat in proxima ſexta Actione*. Sed, ut obſervat Combefiſius in Diſput. Apolog. pro Actis Sextæ Synodi cap. 2. parag. 2. Acta habent, *die XII. menſis Februarii*, ut reapſe præſtitum eſt. Nam die XII. Februarii ſtatutum fuit, ut laudata teſtimonia legerentur, & ſtatim die ſequenti Paolus a Secretis dixit: *Meminit a Deo inſtructum veſtrum Imperium, quod heſterno die polliciti ſunt Theodorus*, &c. quare ordo Actionum in Actis Concilii recte digeſtus eſt.

In reliquis undecim Actionibus, non tantum dogmata Monothelitarum damnata; verum etiam perſonæ, ac inter mortuos *Theodorus* Pharanitanos, *Cyrus* Alexandrinus, *Sergius*, *Pyrrhus*, IV.

XI. *Actio undecima.* Undecima ſequitur Actio eodem in loco a ſancta Synodo celebrata die vigeſima menſis Martii: ibique primum omnium edita, & lecta eſt epiſtola Sophronii Hieroſolymorum Epiſcopi: qua conſentire Catholicis dogmatibus reperta, ſuggeſtum eſt ab Apoſtolicæ ſedis legatis, ut ſcripta Macarii Antiocheni olim Epiſcopi, & Stephani ejus diſcipuli legerentur in Synodo, quo eorum hæreſis magis perſpecta omnibus fieret. Editi itaque ſunt libelli ejuſdem Macarii, quorum unius erat titulus, Sermo acclamatorius piiſſimo, & pacifico magno Imperatori Conſtantino: quem contra morem antea vulgarat ille Romæ & in Sardinia, aliiſque in locis, Imperatori vero, cui inſcriptus erat, nequaquam obtulerat. Lectus itaque in Synodo liber inventus eſt totus confertus blaſphemiis de una voluntate & operatione hæreſim firmans, & roborans: itemque lectus liber ejuſdem ad Lucam presbyterum, & monachum in Africa, quem ſcripſerat de nova hæreſi Maximinianorum, & pariter repertus eſt hæreticas continere blaſphemias: adeo ut iterum a Synodo juſſa ſit lectio interrumpi; penituſque ceſſari, eo quod noxia admodum animabus eſſet ob hæreſum portentoſos errores; judicatumque eaſdem ſimul jungi cum aliis blaſphemiis hæreticorum, qui recenſiti eſſent in litteris Agathonis ab Apoſtolicæ ſedis legatis in deteſtationem hæreſis Monothelitarum.

XII. Quod cum fieri juſſum eſſet, collectæ ſunt ex recitatis ſcriptis Macarii blaſphemiæ in illis inſertæ, & inter alia excerptus locus, quo Honorius hæreſis crimine accuſatur, dum eædem Macarii blaſphemiæ recitantur his verbis: *Macarii hæretici de ſermone qui dicitur acclamatorius ad piiſſimum Imperatorem, cujus eſt initium: Mirum quid invictiſſime domine: Eos qui contraria eis aſtruxerunt, ſanctos Patres noſtros condemnaverunt, & anathematizaverunt abſolute omnes qui unam voluntatem Domini aſtruxerunt, quorum unus extitit Honorius Romanus: qui unam voluntatem manifeſtiſſime prædicavit.*

Honorius falſo accuſatus ab hæreticis. Vetus eſt iſta calumnia Monothelitarum hæreticorum, qua Honorium in ſuas attrahere partes (ut ſæpe dictum eſt) conati ſunt: verum tum a Joanne Pontifice Honorii ſucceſſore, tum a Maximo diſputante cum Pyrrho convicta eſt. Sed amabo te, quid ſibi vult adeo tenax in Apoſtolicæ ſedis legatis ſilentium, ut ne verbum quidem fecerint pro Honorii defenſione? Omittimus dicere, quantum hæc adverſentur iis, quæ ſcripta ſunt in litteris Agathonis, & Concilii Romani ſuperius Actione quarta recitatis, in quibus de prædeceſſoribus Romanis Pontificibus publica facta eſt atteſtatio, neminem in errorem hæreſis lapſum aliquando fuiſſe: ut iſthæc a legatis Apoſtolicæ ſedis abſque levi ſaltem defenſione audita in Synodo fuerint, cum viderimus etiam de quibuſcumque minimis in reliquis ſuperioribus Seſſionibus altercatum fuiſſe, atque accuratiſſime diſputatum.

Hæc diximus, quod haud iſta careant impoſturæ vehementi ſuſpicione: nempe hæc & omnia quæ ſequuntur de Honorio in duabus ſequentibus Seſſionibus, manifeſtum fuiſſe additamentum Græcorum hæreticorum: appoſuiſſe, inquam, eos ad germanam Sextam Synodum totidem quaterniones, quot fuiſſe ab iiſdem additos ad Quintam Synodum eſt demonſtratum. In hujus Synodi tertia Actione. In qua & cum viderimus eoſdem Apoſtolicæ ſedis legatos conſtanti animo aſſurrexiſſe pro Vigilio calumniam paſſo, in crimenque hæreſis itidem Monothelitarum vocato, nec ceſſaſſe, quouſque ipſum ab eadem calumnia penitus vindicarent, atque a quavis erroris ſuſpicione immunem oſtenderent: quomodo, rogo, iidem pro juſta atque legitima Honorii defenſione redditi penitus reperiuntur elingues, & ceſſiſſe perditiſſimi hæretici teſtificationi de Honorio nota hæreſis ſugillato, cum ad ejus defenſionem (ut dictum eſt) plura ſuppeterent argumenta ſuperius inculcata? Et quomodo credi poteſt, quod adeo ignaviter ſiverint ſententia unius hæretici exauctorati relinqui in Synodalibus Actis Honorium tanta affectum ignominia? At impoſturæ hujus auctorem Theodorum depoſitum hæreticum Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſuo loco aperiemus inferius Actione ſequenti: modo proſequamur, quod eſt reliquum Seſſionis hujus Actorum. Recitatis poſt hæc aliis locis ea Macarii hæretici ſcriptis, imponi finem Actioni ejus die Imperator juſſit: quodque negotiis Reipublicæ occuparetur, reſidere in Synodo pro ſe voluit Conſtantium, & Anaſtaſium Patricios, necnon Polyeuctum, & Petrum Exconſules. Augent hæc de Imperatoris ab- XIII. *Manifeſtam calumniam paſſus Honorius Papa.*

PAGIUS *Non ſolum dogmata ſed & perſona in VI. Synodo damnata.* *Paulus*, & *Petrus* Conſtantinopolitani Epiſcopi, nec non *Honorius* Papa Romanus, non quidem propter hæreſim, ſed quod eam exorientem non compreſſiſſet, ut fuſe ſuo loco oſtendimus. Inter vivos anteſignanos fuit *Macarius* Patriarcha Antiochenus Monothelitarum peſſimus, & ejus diſcipulus *Stephanus*; quin & *Polychronius* ſenex delirus ac miraculorum ſomniator, aliique minoris notæ ac conſiderationis. *Georgius* vero Conſtantinopolitanus Epiſcopus, licet ante Concilium ſaperet Monothelitam, in eo tamen hæreſim abjuravit, unde correctus eſt, ut teſtatur Beda lib. de Sex Mundi Ætatibus dicens: *Isto conſilio, Georgius correctus eſt; Macarius vero cum ſuis*

abſentia in quinque ſequentibus Seſſionibus de impoſtura ſuſpicionem: etenim ſiluiſſe bellicos tumultus uſque ad obitum ejus, Theophanes tradit.

XIV. Actio duodecima. Duodecima quæ ſequitur Actio mendum in die continet, utpote quæ celebrata dicatur die itidem vigeſima Martii, qua præcedentem Actionem habitam eſſe, eadem Acta Synodalia continent. Congregatis autem ex more in unum Patribus, miſſæ ſunt ab Imperatore ad Synodum chartæ quas ſe a Macario accepiſſe in ſuperiori Actione teſtatus fuerat: quarum aliquæ cum inventæ eſſent nihil præterea continere, quam ſermonem illum acclamatorium, qui lectus antea fuerat, ejus eſt lectio prætermiſſa. Quod vero inter alias chartas ab Imperatore miſſas, inventa eſt epiſtola Sergii olim Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Cyrum Epiſcopum Alexandrinum; ea in Synodo lecta eſt: ſed quæ ſimul in ea intexta erant Mennæ, & Vigilii Papæ nomine ſcripta de unica voluntate, commenticia eſſe, in ſuperioribus Synodalibus Actis fuerant judicata. Poſt hæc in eadem Actione ex edito codice a Joanne Patricio, nomine Imperatoris, lecta eſt Sergii Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Honorium Romanum Pontificem epiſtola, necnon alia ipſius Honorii ad eumdem Sergium reddita, quas nos ſuo loco ſuperius eodem quo ſunt anno ſcriptæ retulimus, atque exacte diſcuſſimus. Quibus collatis cum codicibus Patriarchii, inventiſque ſimul conſentientibus, in Macarium rurſum declamatum eſt a ſancta Synodo, utpote indignum qui amplius inveniretur cum Orthodoxis in Synodo ſedens. Tunc Syriæ Epiſcopi, & clerici reliqui petiere, ut in locum ejus alius ſubrogaretur Antiochenus Epiſcopus Orthodoxus. Quæ omnia in ſequentem relata ſunt Actionem.

XV. Actio decimatertia. Deinde vero vigeſima octava menſis Martii rurſum convenere Patres a quibus ſtatim ſententia lata reperitur adverſus hæreticos Monothelitas, ſed quæ (ut oſtendemus inferius ſuo loco) manu impii Theodori appareat depravata, appoſito Honorii nomine, ac ſuo ſublato: ipſa vero ut legitur, ita hic redditur verbis iſtis:

Sanctum Concilium dixit: Secundam promiſſionem quæ a nobis ad veſtram gloriam facta eſt retractantes dogmaticas epiſtolas, quæ a Sergio quondam Patriarcha hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis ſcriptæ ſunt tam ad Cyrum, qui tunc fuerat Epiſcopus Phaſidis, quam ad Honorium quondam Papam antiquæ Romæ; ſimiliter autem & epiſtolam ab illo, id eſt, Honorio reſcriptam ad eumdem Sergium: haſque invenientes omnino alienas exiſtere ab Apoſtolicis dogmatibus, & a definitionibus ſanctorum Conciliorum, & cunctorum probabilium Patrum, ſequi vero falſas doctrinas hæreticorum: eas omnimodo abjicimus, & tamquam animæ noxias execramur. Quorum autem (id eſt, eorumdem) impia execramur dogmata, horum & nomina a ſancta Dei Eccleſia projici judicavimus, id eſt, Sergii quondam Præſulis hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis, qui aggreſſus eſt de hujuſmodi impio dogmate conſcribere Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri, & Pauli, qui & ipſi præſulatu functi ſunt in ſede hujus a Deo conſervandæ civitatis, & ſimilia eis ſenſerunt; ad hæc & Theodori quondam Epiſcopi Pharan: quarum omnium ſuprascriptarum perſonarum mentionem fecit Agatho ſanctiſſimus ac ter beatiſſimus Papa antiquæ Romæ in ſuggeſtione quam fecit ad piiſſimum & a Deo confirmatum dominum noſtrum, & magnum Imperatorem, eoſque abjicit, utpote contraria rectæ fidei ſentientes, quos anathemati ſubmitti definimus. Cum his vero ſimul projici a ſancta Dei Catholica Eccleſia, ſimulque anathematizari prævidimus & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ; eo quod invenimus per ſcripta quæ ab eo facta ſunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem ſecutus eſt, & impia dogmata confirmavit. Hactenus quæ fertur ſententia adverſus hæreticos in Synodo condemnatos.

Senteatia Synodi in Monothelitas Ep.

XVI. Agatho defenſor Honorii. Hic rogo, lector, ſiſte mecum iſta conſiderans, quo in tantæ rei hiſtoria nullus ſit locus mendacio & falſitati, ſed ipſa pura ſinceraque veritas fraudibus omnibus, & impoſturis ſuperior ſemper appareat. Si in recitata ſententia in condemnatione hæreticorum Patriarcharum, & aliorum Agathonis Romani Pontificis ſe exemplum, & auctoritatem ſecutam Synodus profitetur, dum quos prædamnatos ait ab Agathone Pontifice in epiſtola ad Imperatorem, eoſdem condemnatos confirmat: quare contra eamdem Agathonis epiſtolam ab eadem Synodo ad-

PAGIUS *ſuis ſequacibus*, &c. Idem habet Paulus Diaconus lib. 6. cap. 4. *Et Gregorius quidem Patriarcha correctus eſt; cæteri vero in ſua defenſione perſeverantes anathematis ultione perculſi*, ubi perperam Gregorium vocat, qui in Actis Synodalibus *Georgius* appellatur, quem in errorem etiam incidit Humbertus Cardinalis Sylvæ Candidæ lib. contra Nicetam: *Gregorius quidem*, ait, *correctus eſt; Macarius vero cum ſuis ſequacibus, ſimulque Prædeceſſoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo, & Petro anathematizati*. Ubi vides, *Humbertum* inter anathematizatos *Honorium* reponere. Quod vero jam ipſe, quam Paulus Diaconus Gregorium loco Georgii ſcripſerint fecit, viciatas nominum, quæ Scriptoribus ſæpe fucum fecit.

De

additur Honorii condemnatio? Si non latuere Synodum quæ in ea eſſent epiſtola de condemnatione dictorum Epiſcoporum hæreticorum: utique neque potuerunt latuiſſe quæ pro Honorio in eadem legerentur in conteſtatione validiſſima illa iterum atque iterum repetita, qua firmiſſime aſtrueret, neminem ſuorum prædeceſſorum Romanorum Pontificum quid minimum in Catholicam fidem peccaſſe.

XVII. Sed accipe hic rurſum recitata magna ex parte ſuperius (quod id exigat neceſſitas argumenti) Agathonis in ea epiſtola verba: *Hæc*, inquit, *Apoſtolica Eccleſia numquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt*. Et rurſum inferius de eadem Romana Eccleſia: *Hæc eſt veræ fidei regula, quam & in proſperis & in adverſis vivaciter tenuit ac defendit, hæc ſpiritualis mater veſtri tranquilliſſimi Imperii Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probabitur, nec hæreticis novitatibus depravata ſuccubuit: ſed ut ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti Principibus, illibata finetenus permanet, ſecundum ipſius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, quam ſuorum diſcipulorum Principi in ſacris Evangeliis fatus eſt: (a) Petre, Petre (inquiens) ecce Satan expetivit ut cribraret vos, ſicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Conſideret itaque veſtra tranquilla clementia, quoniam Dominus & Salvator omnium, cujus fides eſt, qui fidem Petri non defecturam promiſit, confirmare eum fratres ſuos admonuit: quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum.* Habes igitur ex recitatis Agathonis verbis, non ſolum prædeceſſores omnes Romanos Pontifices procul fuiſſe ab omni ſuſpicione hæreticæ pravitatis, ſed omnes pariter adverſus hæreſes inſurrexiſſe; inſuper (quod majus his omnibus æſtimari debet) Agathonem ipſum hæc ſibi vendicare ex Domini (ut ait) pollicitatione, qua dixit: *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*: quæ irrita nullo modo reddi poſſit ipſo teſtante, qui ait: (b) *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*. Unde intelligas quam ſolido nitatur fundamento aſſertio illa de Romanorum Pontificum fide Catholica nullo fermento hæreſis aliquando labefactata.

(a) Luc. 22.

(b) Marc. 13.

XVIII. Vides igitur quantum iſta pro Honorio Papa ſtent inconcuſſa. Sed & quod idem Agatho Pontifex eadem epiſtola texens catalogum omnium hæreticorum, qui aſſertores unius fuerint voluntatis, nec inter eos Honorium nominat, qui primus omnium nominandus fuiſſet pariter & execrandus: plane haud dubium reliquit, extra ejuſmodi nefandorum conſortium Honorium collocatum; nam & ſubdit: *Eximenda proinde, ac ſummis conatibus cum Dei præſidio liberanda eſt ſancta Dei Eccleſia Chriſtianiſſimi veſtri Imperii de talium doctorum erroribus; ut Evangelicam atque Apoſtolicam Orthodoxæ fidei rectitudinem, quæ fundata eſt ſuper petram hujus B. Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiæ, quæ ejus gratia atque præſidio ab omni errore illibata permanet, omnis Præſulum numerus ac ſacerdotum, cleri ac populorum unanimiter ad placendum Deo, unimumque ſalvandam, veritatis formulam Apoſtolicæ traditionis nobiſcum confiteatur, & prædicet*. Et paulo poſt rurſum de prædeceſſoribus verba faciens; hæc inculcat: *Meæ humilitatis prædeceſſores commonuiſſe, rogaſſe, increpaſſe, obſecraſſe, arguiſſe, & omnem modum exhortationis exercuiſſe, quatenus medelam poſſet recens vulnus accipere, &c.* Quis ex his non intelligat, haberi debere pro monſtro, ut cum ex præſcripto Agathonis epiſtolæ dicat Synodus nominatos ſe hæreticos condemnare, eadem ipſa illis conjungat Honorium ex dicta epiſtola tot argumentis probatiſſimum redditum Orthodoxum?

XIX. Inſuper quod ad eam ſententiam in Honorium latam ſpectat, dum ejus damnationis illa una cauſa exprimitur, quod (ut ibi dicitur) reſcribens ad Sergium, mentem ejus ſecutus eſt, & impia dogmata confirmavit: quam id longe procul ſit a veritate, quæ diffuſe ſuperius dicta ſunt, dum ſuo loco & tempore eamdem

PAGIUS V. *Non confundendi Patres Synodi VI. cum patribus Nicænæ.*

De numero Epiſcoporum Orientis, qui Concilio Oecumenico Conſtantinopolitano III. interfuere, nihil diximus, quia de eo non ſatis inter Scriptores convenit, ſed hic non prætermittenda obſervatio Emin. Card. Noriſii in Diſſert. IV. de Epochis Syro-Macedonum cap. I. pag. 313. Labbeum ſcilicet Tom. II. Concil. pag. 14. & ſeq. poſt eas ſubſcriptiones, quæ vulgo apponuntur Synodo Nicænæ Primæ, aſſerere ſe exhibere *nomina quorumdam Patrum magna illius Nicænæ Synodi ex Charta Niliaca, quam ferunt fuiſſe antiquiſſimam apud Joannem Sambucum*; cum tamen Tomo VI. Concil. pag. 1060. editionis ipſiuſmet Labbei, legantur omnia ea Epiſcoporum nomina, quæ in illa Niliaca Charta memorantur, & Urbes in quibus ſederunt recte deſcribantur, quæ in eadem Charta Ægyptiaca atratis characteribus exarantur. Quod fuſius Eruditiſſimus Cardinalis demonſtrat.

Digitized by Google

De impoſtura valida argumenta.

dem epiſtolam recitavimus, dilucide ſatis oſtendunt, ut tu ipſe eadem repetendo poteris intelligere. Sed eſto, demus eamdem Honorii epiſtolam convictam fuiſſe (quod dici non poteſt) hæreticam eſſe: numquid ex ea continuo damnandus a Synodo erat ipſe Honorius, & non more majorum diſquirendum, an inveniri poſſet ipſum recantaſſe palinodiam, vel potius in eodem errore eſſe defunctum? Sed & quod ſciretur extare poſterior ejuſdem Honorii epiſtola ad eumdem Sergium reddita: cur non expectata eſt ejus editio atque lectio, quæ in ſequenti Seſſione poſtea ſecuta eſt, ex qua certo argumento demonſtraretur idem Pontifex aſſertor eſſe duarum operationum & totidem in Chriſto voluntatum, ut ſuperius, cum de ea egimus, perſpicue eſt demonſtratum? Quem non de impoſtura ſuſpectum reddat præcox iſta atque præpoſtera, immo veloci impetu præcipitata de Romana ſedis Pontificis condemnatione ſententia?

XX. Inſuper qui præſidebant, Synodo Apoſtolicæ ſedis legati, ſi hæc vere facta fuiſſent, quomodo potuerunt omnino ea præteriiſſe ſilentio? Repete lectiones ſuperiores cunctas hactenus habitas Synodales Actiones & vide ſi eſt reperiri aliquam, in qua etiam in levioribus cauſis non fuerint legati ſedis Apoſtolicæ interlocuti. Et quomodo in re tam gravi, ubi damnatio tractaretur Summi Pontificis, in re tam aperta, ubi interceſſiſſet de ea epiſtola Honorii Papæ præcedens judicium Joannis Romani Pontificis miſſum Conſtantinopolim, itemque germana interpretatio Maximi martyris in publico conventu toti orbi notiſſimo promulgata: quonam modo tam profundo letargo potuerunt non unus vel alter ſed ſimul omnes iidem eſſe ſepulti legati, ut iſta non ſenſerint, ac nullus ex ipſis vindex inſurrexerit ſaltem pro litteris Agathonis, quas ipſi detulerant Conſtantinopolim; cum præſertim ex iiſdem acceperint, nihil ab ipſis decernendum, præterquam illa tantum ipſa quæ iiſdem litteris continerentur?

XXI. Mandatum Agathonis datum legatis.

Sed mandatum ipſum Agathonis eiſdem litteris præſcriptum legatis hic inſpiciendum reddamus: *Portitoribus*, inquit, *& teſtimonia aliquorum ſanctorum Patrum, quos hæc Apoſtolica Chriſti Eccleſia ſuſcipit, cum eorum libris tradidimus, ut facultatem ſuggerendi a benigniſſimo veſtræ Chriſtianitatis Imperio conſecuti, ex his dumtaxat ſatisfacere ſtudeant*. Et paulo poſt: *Licentiam proinde eis ſive auctoritatem dedimus apud tranquilliſſimum veſtrum Imperium (dum juſſerit ejus clementia) ſimpliciter ſatisfaciendi, in quantum eis dumtaxat injunctum eſt, ut nihil profecto præſumant augere, minuere, vel mutare; ſed traditionem hujus Apoſtolicæ ſedis, ut a prædeceſſoribus Apoſtolicis Pontificibus inſtituta eſt, ſinceriter enarrare*: nimirum ea tantum, quæ eadem prolixa dogmatica epiſtola continentur, qua nihil magis quam prædeceſſorum fides integra commendatur: ut plane nihil adeo alienum fuerit a mente verbiſque Agathonis Pontificis, quam ut Honorius Papa in Synodo damnaretur.

Quod quidem ſi a Synodo factum eſſet, ut Acta, quæ extant, edocent: nihil iniquius, nihil imprudentius vel ineptius poteſt excogitari. Si enim ob damnationem muſcæ mortuæ (ita dixerim Theodorum Mopſueſtenum) & condemnationem ſcriptorum Theodoreti & Ibæ Orientalium ſub aliis ſedibus conſtitutorum Epiſcoporum, totum orbem terrarum oportuit commoveri, Synodumque œcumenicam congregari, & non ſine maximo labore id vix tandem obtineri valuit: quomodo accidere potuit, ut unius dumtaxat lectione epiſtolæ, tamquam cælo ſereno repente fulmine miſſo, condemnatus fuerit primariæ ſedis Antiſtes, de qua illa eſſe conſuevit omnium vox in Synodis, *Prima ſedes omnes judicat, & a nemine judicatur*? Quomodo lecta epiſtola antea cum auctore damnata fuit, quam examinata? Sed & ſi examinata fuiſſet, & hæretica inventa eſſet: nonne antequam cum ea damnaretur ipſius auctor, oportuiſſet exacte diſquiri, num uſque ad obitum in eadem ſententia perſtitiſſet? Quem certe non perſtitiſſe, illud neceſſario demonſtrabat, quod ſemper Romæ Catholicus habitus, in Catholica pariter communicatione diem clauſiſſet extremum (id enim toti Chriſtiano orbi notiſſimum erat) quodque uſque in hanc diem tot Romani Pontifices ejus ſucceſſores, & inter alios ſanctiſſimus Papa martyrque Martinus ejus memoriam ſicut aliorum Pontificum honorifice in Synodo fuerint proſecuti. XXII.

An non decebat (ut in rebus minoris momenti in aliis Synodis factum legimus) ut antea de his Agatho Papa conſuleretur, quam de eo damnationis ſententia proferretur? Siccine in cauſa tanti momenti abſque defenſore, abſque perendina ulla dilatione, abſque aliqua alia facta de Honorii fide perveſtigatione, uno eodemque contextu, non rogatis ſententiis ſingulorum, præcipitata eſt potius quam prolata de ejus damnatione ſententia? Non ſic vel clericulus quiſpiam conſuevit aliquando damnari, non laicus homo, defunctus præſertim, ab Eccleſia ejici; dixerim amplius, non famoſus hæreticus, immo nec hæreſiarcha (ut eſt exemplum de Theodoro Mopſueſteno) ita uno impetu, ductu uno calami condemnari, niſi multo temporis ſpatio antea judicio ventilato, iterum repetito, XXIII. Convincitur manifeſta impoſtura.

tito, diſcuſſo ſæpius, & quæ obiici contra potuiſſent, diligentius examinatis atque ſolutis. Nihil hujuſmodi in Honorio, non ſecus ac ſi agendum fuiſſet de homine in aliis ſæpe Synodis prædamnato, utque ab omnibus & ubique exectrationibus impetito.

Quam multa ſequantur abſurda.

Abſit, abſit ut tantam ignominiæ indelebilem notam ſubeat œcumenica Synodus ut ita damnaſſe credatur non dico Romanum Pontificem, ſed minimum quemlibet Epiſcoporum. Abſit ut tantum dedecus tot tantoſque tum ab Agathone tum a Romano Concilio legatos miſſos perpetuo ſubſequatur, ut paſſi fuerint abſque ulla non inquam defenſione, ſed nec judiciali cognitione, poſt damnationem hæreticorum veluti corollarium adiici condemnationem Honorii, quaſi nullius eſſet momenti cauſa, in qua periclitaretur & fama tum ipſius Agathonis, tum ejus prædeceſſorum Romanorum Pontificum, utpote qui mendacii arguendi eſſent & nugacitatis, quod Romanam Eccleſiam in prædeceſſoribus Romanis Pontificibus ab omni labe putam perſeveraſſe, ore pleniſſimo prædicarint, quæ (ſic hæc vera eſſent) reperta eſſet in Honorio adeo conſpurcata.

XXIV. Aliud argumentum de innocentia Honorii.

Verum cum e contra ipſæ litteræ Conſtantini hoc anno, abſoluta Synodo, Romam ſcriptæ ad Concilium ibidem congregatum, commendent dictam Agathonis epiſtolam, ut quæ ſit omnino conſentiens veritati, quam (ut teſtatur) in omnibus tum ipſe tum ſancta Synodus ſuſcepiſſet: manifeſte Honorii innocentia probata redditur: nam audi; *Suſcepimus enim non tantum ex beatitudine ejus*, nempe Agathonis, *verum etiam a ſanctitudine veſtra directas nobis litteras; quæ prolatæ, lecta ſunt, & veritatis ſtylum declaraverunt, Orthodoxamque fidem depinxerunt. Tota enim convenienter & non differenter poſita ſunt ad imitationem, & tam Synodicis quam paternis doctrinis conſentiunt: neque enim neglieximus, ſed diligentius eas comparavimus. Idcirco omnes conſonanter mente & lingua concredimus, & ſimiliter confeſſi ſumus; & tamquam ipſius divini Petri vocem, Agathonis relationem ſupermirati ſumus.* Hæc de Agathonis litteris Imperator, in quibus (ut dictum eſt) iterum atque iterum fides ſincera prædeceſſorum omnium Romanorum Pontificum commendatur, & nec aliquando vel levem erroris maculam in ſedem Apoſtolicam irrepſiſſe, idem Pontifex (ut vidimus) teſtatus fuit.

XXV. Theodorus actorum Synodi corruptor.

Sed quod condemnatio Honorii manifeſtæ ex multis arguatur impoſturæ: Quomodo, dices, in Acta Synodalia pluribus in locis iſta de Honorio potuerunt irrepſiſſe? Attente, rogo, audi lector, & oſtendam tibi furem, qui aliunde ad hoc tantum in ovile deſcendit ovium, ut furetur & mactet; lupumque in veſtimentis ovium demonſtrabo, ſubdole ad gregem aditum ſibi paraſſe, atque ita ea quæ ſibi ſunt viſa e Synodo ſubtraxiſſe, & alia ex animi ſententia addidiſſe, quorum ſi primum quam apertiſſime aperuero, puto de ſecundo nullus tibi reliquus erit dubitandi locus. Revoca in memoriam Theodorum illum Conſtantinopolitanum Epiſcopum prædeceſſorem Georgii hujus, qui huic interfuit œcumenicæ Synodo: ac pariter mente repete quæ de ipſo ſuperius narrata ſunt, ipſum ſcilicet Monothelitarum hæreſis fuiſſe audaciſſimum defenſorem) utpote qui contra ipſius Conſtantini Imperatoris mandatum e ſacris diptychis abſtulerit nomen Vitaliani Romani Pontificis, quique Macario Antiocheno impietate non impar manus cum eo junxerat ad expugnandam, ſi licuiſſet, Catholicam fidem, ut ſuperius dictum eſt ex epiſtola Imperatoris ad Donum Pontificem) huncque ipſum e throno depoſitum, inque locum ejus ſubrogatum ipſum quem diximus Georgium: hæc inquam omnia ſuperius ſuis locis ſunt certis aſſertionibus enarrata atque probata; ut nulla de his dubitatio eſſe poſſit.

Cum igitur iſta ſic ſe habuiſſe, haud dubium aliquod ſit: modo appello te, quid in cauſa, quod cum in hac ſancta œcumenica Synodo omnes Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopi Monothelitæ nominatim ſinguli damnati eſſe reperiantur, ut Sergius, Pyrrhus, & Paulus, & Petrus, ipſe tamen Theodorus ejuſdem hæreſis cauſa e gradu jam dimotus, & in ordinem redactus, nequaquam inter alios damnatos Patriarchas hæreticos nominetur? In quorum claſſem ipſum fuiſſe reiiciendum, vel ex eo præter alia, quæ ſuperius ſunt dicta percipies, dum de omnibus ejuſdem Eccleſiæ Patriarchis, qui a tempore exortæ hæreſis eidem præfuerunt, eadem Synodus judicium habens, aliquos ex eis condemnaſſe reperitur, quos diximus, Sergium, Pyrrhum, Petrum, & Paulum; alios vero ut Orthodoxos nulla hæreſeos labe pollutos ſignificaſſe, nempe Thomam, Joannem, & Conſtantinum, ut habet ejuſdem Synodi hæc ipſa Actio decimatertia inferius. Quid eſt igitur, quod qui nominari minime potuit inter Catholicos, nec recenſitus invenitur inter hæreticos qui ut hæreticus ejectus e ſede fuit? Certe quidem cum ſancta Synodus catalogum ſæpe texuit omnium Epiſcoporum Monothelitarum, qui eidem hæreſi patrocinati ſunt, haud potuit prætermiſiſſe Theodorum, quin ipſum una cum illis toties adnumerarit, quoties contigit de eiſdem fieri mentionem.

XXVI. Nomen Theodori damnati demptum ex actis.

Quod

XXVII. *Theodorus æque ac Macarius damnatus.* Quod autem re vera in Actis Synodi Theodorus Patriarcha inter hæreticos fuerit nominatus, & ex iiſdem Synodalibus Actis poſtea ab ipſo depravatis expunctus, accipe teſtificationem Anaſtaſii Bibliothecarii, qui Actiones ejuſdem Sextæ Synodi in compendium redigens, iſta habet: *Deinde*, inquit, *protulit piiſſimus & ſereniſſimus Princeps tomum ad relegendum, in quo uno hæreticum dogma Macarii erat conſcriptum, & ejus manu ſubſcriptum, apertiſſime unam voluntatem in Domino affirmantem: ſub ipſius ſubſcriptione & Theodori Patriarchæ utique juxta eum tenorem ibi ſubſcriptio erat*. Vidiſti Anaſtaſii teſtificatione id ex Actis Synodalibus proferentis, ejuſdem in Synodo fuiſſe criminis reos Theodorum Patriarcham & Macarium Antiochenum? & tamen nihil hujuſmodi eſt reperiri in Actis Synodi, quæ præ manibus habentur: ut nihil dubites Synodum paſſam eſſe conciſionem, demptaque omnino fuiſſe, quæ infamiam videbantur irrogare Theodoro. Sed quomodo, dices, accidit ut ipſo fecerit ne uſquam reperiatur cum illis in Synodi Actionibus nominatus? Rem geſtam ſic accipe.

XXVIII. *Quomodo Theodorus Synodi acta corruperit.* Nicephorus, & ipſe Conſtantinopolitanus Epiſcopus teſtatur in Chronico, Georgium hunc ipſum, qui Synodo interfuit, Patriarcham, ubi ſediſſet annos tres ac menſes totidem, eſſe defunctum, in locumque ipſius ſubrogatum fuiſſe, qui ante fuerat redactus in ordinem, hunc de quo agimus Theodorum, Catholicæ fidei emiſſa profeſſione, cum ipſi aliter ad thronum, e quo ob hæreſim antea ejectus fuerat, aditus non pateret: quod fieri contigit anno ſequenti. Hunc igitur reſtitutum in thronum, ſumma rerum potitum, Synodi prototypum nactum, nomen ſuum e damnatorum numero delevisſe (quod inter eos non legatur) affirmare neceſſe eſſe, neminem, qui hæc quæ ſunt dicta conſideret, inficias iturum puto. Cum igitur derectum tibi oſtenderimus impoſtorem, habes plane cui inventam tribuas impoſturam: ut nullatenus dubites, quod cujus fuit ex Synodalibus Actis ſui damnationem auferre, ejuſdem quoque fuerit alia pro arbitrio addere; ac proinde qui e damnatorum numero ſuum ſubduxit nomen, idem inter damnatos adeo inconcione appoſuerit nomen Honorii ob odium quod conceperat adverſus Apoſtolicam ſedem: quod tunc potiſſimum declaravit, quando repugnante etiam Imperatore, abſtulit (ut dictum eſt) e diptychis nomen Vitaliani Romani Pontificis, ſic etiam leviorem conatus reddere culpam ſuam ſuorumque prædeceſſorum Monothelitarum, quod exemplo Romani Pontificis, quem ſequi deberent, ipſi peccaſſent. Sic igitur nihil eſt quod dubites Sextam Synodum in his quæ dicta ſunt, paſſam eſſe naufragium, in eo autem integram remanſiſſe damnationem hæreſis Monothelitarum; cujus cauſa fuerat congregata; de Honorio autem quæ in ea ſcripta leguntur, omnino apparere Theodori eſſe invidia ſuperaddita.

XXIX. *Honorius neceſſario comprobatur Catholicus.* Iſta ſi receperis, veritatis ſtudioſiſſime lector, probe quidem, gratulabor tibi, mihique quod haud fruſtra in his meum ingenium deſudarit: ſin minus, ſed adhuc animo reſilies refractario, haud putes ob id Honorium ipſum Romanum Pontificem cauſa cadere, ut jacere ſepultus debeat inter hæreticos. Tantum enim poſſibile erit, ut ipſe, qui Catholicus ſemper fuit, dici poſſit hæreticus quantum ut vere Catholica ab eo aſſerta doctrina, ex qua ponitur damnatus hæreticus, eadem dici poſſit hæretica. Etenim ſi non aliunde (ut demus Acta Synodi incorrupta ſervata) Honorius eſt condemnatus hæreticus, quam quod ejus prior epiſtola ad Sergium ſcripta hæretica fuerit exiſtimata: cum e contra eadem in omnibus Orthodoxa probetur, evaneſcet penitus illa de ejus damnatione ſententia. *Multipliciter Honorius Orthodoxus oſtenſus.* Certe quidem judicio Maximi in diſputatione cum Pyrrho, eam eſſe probatam Catholicam & ex interpretatione germana facta ab auctore qui ſcripſerat, æque oſtenſam in omnibus Orthodoxam a Joanne Romano Pontifice, ſuperius demonſtratum eſt; & cum de eadem epiſtola ſuo loco ſermo eſt habitus, pariter palam factum, ipſam in omnibus

bus

PAGIUS VI. *Theodorus ob hæreſim Sede Conſtantinopol. depoſitus non eſt.* A num. XXVII. ad XLII. Baronius contendit, *Theodorum* Patriarcham Conſtantinopolitanum ante ſextæ Synodi celebrationem cauſa fidei depoſitum fuiſſe. Verum *Conſtantinus* Auguſtus ea œconomia uſus eſt, ut Monothelitas omnes bene habuerit, donec per Concilium Generale proſcriptus eſt Monotheliſmus. Neque videtur credibile *Theodorum* ob hæreſis cauſam fuiſſe Patriarchatu ſpoliatum, ſimulque in ejus locum ſubrogatum *Georgium*, ipſum quoque Monothelitam, qui per Concilium correctus eſt. Nec etiam credibile eſt, eum fuiſſe depoſitum ob expunctionem *Vitaliani* Pontificis Romani a Sacris Diptychis, inſcio vel invito *Conſtantino*, quia, ut ſupra dixi, eodem Imperatore connivente id factum. Tum etiam quia ſi *Conſtantinus* in pœnam temeritatis *Theodorum* Patriarcham ſpoliavit; cur inde *Macarium* Antiochenum ſocium Theodori in expunctione Vitaliani, atque illo deteriorem, nedum non depoſuit; verum etiam honorifice habuit, ſpecioſiſque titulis inſignivit, donec de ejuſdem pertinacia in hæreſi tuenda conſtitit? cum itaque poſt celebratam Sextam Synodum *Georgio* mortuo ſuffectus fuerit *Theodorus*, conjicere licet eum ab hæreſi reſipuiſſe, & *Georgium*, qui correctus eſt a Concilio, hæreſim abjuraſſe.

Ba-

bus eſſe Catholicam, neque ulla ex parte periclitari poſſe: quæ quidem etiam communis eſt ſententia recentiorum Orthodoxorum ſcriptorum, qui eam exacte diſquirunt; quod egregie inter alios præſtitit doctiſſimus Robertus Bellarminus. Quibus ſi nec ſtandum quis obſtinate contenderit: in promptu eſt, ut de eo integrum judicium poſſit, & afferantur in medium eædem ab Honorio ſcriptæ epiſtolæ: ut iiſdem inſpectis, an mereatur ex eis Honorius condemnari quiſque arbiter æquus accedens, ſententiam ferre poſſit. Extant illæ ipſæ integræ iiſdem Actis inſertæ, & Dei magno beneficio conſervatæ, ut qualis Honorius fuerit, ex iiſdem probe intelligi poſſit.

XXX. De Synodis quæ revocatæ ſunt in judicium.

Sed dicat aliquis: Si vere aſſentimur ita de Honorio eſſe decretum a ſancta œcumenica Synodo, haud fas erit in controverſiam rem deducere, & aliter quam ſtatutum eſt a Synodo, velle decernere. Id ipſum dixerim in iis quæ ad fidem ſpectant: ut plane religio ſit vel latum unguem ab iis quæ in ſancta Synodo ſunt ſtatuta recedere; at in iis quæ ad perſonas pertinent & ſcripta ipſarum, non ita rigide reperitur cuſtodita cenſura: cujus patens exemplum eſt de Quinta Synodo, quæ Tria capitula condemnavit, de quibus a ſacroſancto Chalcedonenſi Concilio videri poterat aliter actum, nempe de Theodoro, Theodoreto, & Iba. In his enim quæ facti ſunt, unumquemque contingere poſſe falli, nemini dubium eſt: & tunc illud Pauli ad Corinthios uſurpari poſſit (a): *Non enim poſſumus aliquid adverſus veritatem, ſed pro veritate.*

(a) 2. Cor. 13.

XXXI. Corrigendæ calumniæ de Honorio.

At iſta dixerimus, ut quoquo verſum oſtenderemus Honorium omni ex parte ab hæreſis vindicatum errore: cum tamen numquam prorſus rem talem Synodo maxime indignam tot refragantibus teſtimoniis, eidem adſcripſerimus, ut tam propere atque præpoſtere tamque inconſulte, ac demum injuſte facta ab ea fuerit condemnatio Romani Pontificis; cum præſertim qui antiquior cæteris atque fidelior hujus temporis res geſtas ſcriptis mandavit Theophanes, nullum penitus de Honorii condemnatione verbum habuerit, quæ velut portentum magnum fuerat oſtentanda, quod numquam hactenus accidiſſet, ut a Catholicis in Synodo Romanus Pontifex damnaretur. En quibus omnibus corrigendi ſint, qui poſt promulgatas Synodi Actiones a Theodoro (ut diximus) depravatas, id de Honorio affirmarunt, ſecundum quod in eis repererint eſſe ſcriptum, nulla altiori de veritate facta indagine, ſive hi fuerint Græci, ſive Latini, & inter hos recentior auctor, quem voluiſſem ſenſibus potius canum (b), quam nomine, totus præceps in ferenda de re tanta ſententia, dum leviter admodum fuiſſe Honorium hæreticum (nondum inſpecta & dijudicata ejus epiſtola, cujus cauſa ponitur eſſe damnatus) affirmat. Sed & quod in epiſtolis quibuſdam ſucceſſoris Agathonis S. Leonis Papæ, ſive aliis, æque ac in Synodo adnumeratus habetur Honorius inter hæreticos condemnatos: eas ex pluribus argumentis ſpurias eſſe convinci, ſuo loco dicturi ſumus; tu de illis interim tuum ſuſpende judicium.

(b) Melchior. Canus de loc. lib. 4. c. 11.

XXXII. Honorius cognitus ſemper Catholicus.

Ut demum frenum orationi imponam magna veritatis fiducia longius excurrenti, hoc unum tantum iis quæ dicta ſunt adiiciam veluti corollarium ad ejus fidem Catholicam comprobandam. Si cuncta, quæ in juſtiſſimam Honorii defenſionem ſunt allata, ceſſarent: ſatis eſſe debet illud, quod fuit ſemper de Honorio Eccleſiæ Romanæ judicium; ipſum videlicet in Eccleſiæ Catholicæ communione, dum vixit, etiam poſt ſcriptas dictas epiſtolas fuiſſe retentum, in eademque communicatione clauſiſſe diem extremum, & poſt mortem ſepultum cum Orthodoxis Pontificibus in baſilica ſancti Petri, eodemque nomine in poſterum perſeveraſſe, numquam abraſum ex Albo Orthodoxorum Pontificum, ejuſque imaginem muſivo contextam in apſide quam inſtauravit ſanctæ Agnetis eccleſiæ, via Nu-

PAGIUS VII. *Acta VI. Synodi interpolata non fuere.*

Baronius videns, *Sanctum Maximum* Martyrem, aliosque magnæ pietatis & auctoritatis Viros hæreſeos labem ab *Honorio* abſterſiſſe, huncque tamen in Actis Concilii, qualia nunc habentur, anathemate implicatum reperiri, opinatus eſt ea ad nos ſincera non perveniſſe; quam opinionem pluribus Viris doctis perſuaſit: Verum Sextæ Synodi Acta quæ habentur ſincera eſſe noſtra ætate non videtur in dubium revocari poſſe, ut oſtendunt Combefiſius in Hiſtoria Monothelitarum Diſſert. Apologet. pro Actis Sextæ Synodi, Lupus in Diſſert. de Sexta Synodo Generali ad Actionem XVIII. nuperus Auctor Anonymus Hiſtoriæ Monothelitarum in Scrutin. VI. Natalis Alexander in Diſſert. II. Sæculi Septimi, Garnerius in Appendice ad Notas capitis 2. Libri Diurni Romanorum Pontificum, aliique. Ait Baronius nullam fuiſſe cauſam ex parte *Honorii* cur damnaretur; cum duæ ejus Epiſtolæ nihil contineant, quod Catholicum non ſit. Verum anno DCXXXIII. oſtendimus, *Honorium* erroris quidem purum fuiſſe, nihilominus tamen in Sexta Synodo damnatum, quod peccaſſet ſua illa œconomia, qua voluit de una vel gemina operatione taceri; cum tamen religionis cauſa tunc exigeret, aperte geminam defendere.

VIII. Dicit ſecundo Baronius, poteſtatem Synodum non habuiſſe, qua primam Sedem judicaret. At Hadrianus ſecundus qui Pontificatum iniit anno DCCCLXVII. atque adeo Profeſſionem fidei

Numeotana poſitæ, hactenus cerni publice venerationi Chriſtianorum expoſitam: cum tamen auctore Anaſtaſio ſciamus, Synodo abſoluta, omoium damnatorum Patriarcharum oomina fuiſſe deleta, ipſorumque imagines de eccleſiis fuiſſe ſublatas.

XXXIII. Sed jam quæ hujus Actionis decimætertiæ ſunt reliqua videamus. Recitata ſententia de damnatione Monothelitarum Epiſcoporum, commendataque fide Catholica Sophronii olim defuncti Patriarchæ Hieroſolymitani, dilataque io ſequentem Seſſionem electione novi Epiſcopi Antiocheni in locum damnati Macarii ſubrogandi, juſſa eſt editio fieri reliquarum epiſtolarum, aliorumque ſcriptorum in Patriarchio aſſervatorum, eorum ſcilicet hæreticorum, quos Agatho Pontifex in ſuis litteris miſſis Conſtantinopolim ſugillaſſet. Sic igitur lecta eſt primum epiſtola Cyri Epiſcopi Alexandrini ad Sergium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, indeque alia ſcripta ejuſdem, & inter alia novem capitula, quibus latenter hæreſim promulgavit: lectus eſt & liber dogmaticus Pyrrhi Epiſcopi Conſtantinopolitani, necnon Pauli ejuſdem ſedis Epiſcopi alia ſcripta, alia Petri ejuſdem civitatis Antiſtitis item hæretici, necnon Thomæ, Joannis, & Conſtantini ejuſdem Eccleſiæ Epiſcoporum, ex quibus tres hi noviſſimi probati dicuntur Orthodoxi.

XXXIV. *Acta ea multis depravata convincuntur.* Demum vero facta eſt editio poſterioris Honorii Papæ epiſtolæ ad Sergium Patriarcham, eademque recitata: nihil vero de ea reperitur in Actis interlocutum eſſe Concilium: ut non dubites ea eſſe paſſa conciſionem: ſiquidem (ut ſuo loco fuſius dictum eſt, cum de ea epiſtola egimus tempore quo ſcripta fuit) ſi quid erratum dici potuiſſet in priori, vel ambigue dictum, in poſteriori iſta plane invenitur elucidatum, nimirum Honorium una cum Eccleſia Catholica eſſe profeſſum in Chriſto in eo quod reſpicit unam perſonam, eſſe unum volentem, quod vero ad duas naturas ſpectat, pro oaturarum diſtinctione duas eſſe operationes: ut plane turpe valde fuiſſet (ſi ea Acta vera eſſent) ante ſcriptorum plenam editionem damnare hominem, qui ex eis veniſſet penitus abſolvendus. Poſt hæc vero lecta eſt epiſtola Pyrrhi Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Joannem Romanum Pontificem: quæ omnia volumina edita, a Synodo impietatis condemnata, juſſa ſunt igne cremari. Huncque finem accepiſſe præſentem Actionem, ex iis quæ in ea ſcripta extant, apparet.

Cæterum ſicut veriſimile ſatis eſt complura addita & detruncata a Theodoro Patriarcha Conſtantinopolitano, ut ſuperius eſt demonſtratum; ita deſiderari Acta illa, quæ fieri contigerunt io electione ſuceſſoris Macarii Epiſcopi Antiocheni, certum eſt. Etenim conſtat in locum ejus eſſe ſubrogatum Theophanem hac ipſa Actione: ſiquidem idem Theophanes in ſingulis ſequentibus Actionibus reperitur titulo Epiſcopi Antiocheni nominatus: adeo ut plane nulla de his dubitatio eſſe poſſit; ſicque intelligas, lector, non eſſe inanem aſſertionem de Actis Sextæ Synodi depravatis.

XXXV. *Actio decimaquarta.* Rurſus die ſecunda menſis Aprilis Synodus in Trulli ſecretario convenit, ubi lecta ſunt Mennæ & Vigilii Papæ ſcripta de unica voluntate, eademque eſſe ſuppoſita redarguta, atque anathemati tradita. Poſt hæc autem Cypri inſulæ Epiſcopi tomum ſancti Athanaſii protulerunt, ex quo de duabus voluntatibus & operationibus ex inductione e longe petita prodiret argumentum. Cujus occaſione hic appello te, lector, ſi cognitus Patribus fuiſſet ſermo qui Athanaſii dicitur de ſanctiſſima Deipara, quam opportunum fuiſſet, illam citare ſententiam ibi poſitam verbis iſtis: *Ita fit ut Chriſtus duo pariter ſit, & unum ſingulare, unuſque item ſit, & non duo: & rurſum duo, & nequaquam unum eſt ſecundum rationem duarum naturarum, & unus non duo ſecundum unitatem ſubſiſtendi. Ideoque duas voluntates prædicamus, ſed nequaquam duos volentes, nec duos operantes,* ſed

PAGIUS *Honorius nominis primæ Sedis auctoritate damnatus.* fidei emiſit, quæ extat in Libro Diurno Romanorum Pontificum cap. II. tit. IX. (ubi Honorius damnatur) cum primum ſedere cœpit, ita de Honorio loquitur in Synodo Romana, quæ refertur in VIII. Concilii Generali Actione VII. *Intolerabilis eſt iſta præſumptio, & hanc aures præcordiorum, fateor, ſuſtinere non poſſunt. Quis autem veſtrum tale quid, precor, audivit, vel quis hujuſmodi temeritatis, ſaltem lectione immenſitatem invenit! Siquidem Romanum Pontificem de omnium Eccleſiarum Præſulibus judicaſſe legimus, de eo vero quemquam judicaſſe non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus poſt mortem anathema ſit dictum, ſciendum tamen eſt, quia fuerat ſuper hæreſi accuſatus, propter quam ſolam licitum eſt minoribus Majorum ſuorum motibus reſiſtendi, vel pravos ſenſus libere reſpuendi, quamvis & ibi, nec Patriarcharum, nec cæterorum Antiſtitum cuipiam de eo quamlibet fas fuerit proferendi ſententiam, niſi ejuſdem primæ Sedis præceſſiſſet auctoritas*, quia ſcilicet, ut notat Lupus laudatus cap. 7. Legatis in privatis inſtructionibus ab *Agathone* Papa datis mandabatur, ut ſi Orthodoxi Græcorum Epiſcopi *Honorium* in profanis Hæreticorum Diptychis ubique radiantem vellent damnatum, alias in Eccleſiarum pacem non conſenſuri, eum diſpenſatorie damnari, & pro plurimorum ſalute immolari, utpote quia aliquid cauſæ dederat, permitterent.

Di-

Digitized by Google

ſed unum volentem ſecundum unitatem perſonæ: contra, duas voluntates & duas operationes ſecundum peculiarem utriuſque naturæ rationem. Hoc igitur modo divinum incarnationis myſterium deprædicantes, hæreticorum blaſphemias repudiamus; in quibus & eos inter ſe diverſos relinquentes, tranſeamus ad ea, &c. Si Athanaſii iſta fuiſſent, quomodo latuere Catholicos ſingulas Athanaſii ſyllabas perſcrutatos? At recentiorem videas auctorem egregie perſtringere Monothelitas iiſdem *ipſis* vocibus, quibus Eccleſia Catholica adverſus eos uti conſuevit. Sed ad decimamquintam tranſeamus Actionem.

XXXVI. Actio decimaquinta. Die vigeſimaſexta menſis Aprilis ejuſdem nonæ Indictionis, decimaquinta Actio habita eſt, in qua Polychronii cujuſdam presbyteri & monachi Monothelitæ cauſa pertractata eſt ex ſuggeſtione Donati Epiſcopi Pruſiados, eo quod homo inſanus ſuis ſtultiloquiis, falſis dæmonum illuſionibus deceptus, magnam populi multitudinem decipiens per erroris devia traduxiſſet, cum ad corroborandam perfidiam quam prædicaret, ſe divinitus per Angelos admonitum diceret, pollicereturque ſe eo nomine miracula editurum. Deſcribemus hic inter ſeria ludum, quem vanus homo velut in ſcena non in Synodo tantum coram Patribus, ſed univerſa ſpectante civitate, hac ipſa die exhibuit: ſic enim iſta ſe habent:

Polychronii cauſa tractatur. *Cum advenissent Patres, nunciatum eſt pro foribus aſtare Polychronium expectantem audiri. Juſſus ingredi, & quid de fide ſentiret rogatus a Judicibus cognitoribus, ita reſpondit: Ego expoſitionem fidei meæ do in opere mortui, rogans pro eo Filium Dei, ut ſuſcitet eum. Sin autem non reſurrexerit, ecce Concilium & Imperator, quæ eis placuerint, in me faciant. Sanctum Concilium dixit: Qualem expoſitionem fidei vis ſupra mortuum ponere, ut reſurgat, agnoſcere volumus. Polychronius religioſus presbyter & monachus dixit: Ego pono expoſitionem meam ſupra mortuum, & tunc eam relegetis. Sanctum Concilium dixit: Ecce mortuus præparatus eſt. Expoſitionem ergo fidei tuæ profer, quæ debeat ſuperponi mortuo, ut ſuſcitet eum, ſicut dixiſti.*

XXXVII. Chartula Polychronii. *Et protulit idem religioſus Polychronius chartulam bullatam, bulla exprimente monogrammum Polychronii confeſſoris, quæ habebat hanc ſuperſcriptionem: Conſtantino a Deo coronato & ſapientiſſimo magno Principi Polychronius. Et dixit: In hoc eſt fides mea, & ita mihi oſtendit Deus, ut ponam eam ſuper mortuum: & ſi non ſurrexerit ut prædixi, ecce qui Imperator eſt & Concilium & quomodo juſſerint, judicent. Sanctum Concilium dixit: Chartula, quæ prolata eſt a Polychronio religioſo monacho, diſbulletur ac relegatur. Et diſbullata eſt hujuſmodi chartula; quam accipiens Antiochus religioſus lector & notarius ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopoleos, relegit prædictam cartulam habentem his verbis ita:*

Perfidia Polychronii innoteſcit. *Conſtantino a Deo cornato ac manſuetiſſimo magno Principi. Ego Polychronius tamquam præſens ſaluto & adoro. Et quia vidi multitudinem virorum & candidatorum, & in medio virum cujus virtutem narrare non valeo dicentem mihi: Quia novam fidem componis, feſtina, & dic Imperatori Conſtantino: Non facias novam fidem, neque acquieſcas. Et veniente me ab Heraclea Chryſopolim, & ſtante me in ſolario (hora erat quaſi ſeptima diei) vidi virum terribilem, candidatum valde, & ſtetit coram me, dicens: Quia qui non confitetur unam voluntatem & Deivirilem operationem, non eſt Chriſtianus. Ego autem dixi: Hoc & Conſtantinus ſapientiſſimus Imperator præfinivit unam voluntatem, & Deivirilem operationem. Illa autem dixit: Multum bene, & Deo placite.* His lectis interlocutum eſt Concilium verbis iſtis:

XXXVIII. *Edicat Polychronius religioſus monachus, ſi litteræ quæ in præſenti continentur*

PAGIUS IX. *Legatis datum in mandatis, ut Honorii damnationi non obſtarent.* Dicit tertio Baronius non fuiſſe tacituros, qui aderant Sedis Apoſtolicæ Legatos, ſi quid ejuſmodi attentatum fuiſſet. Verum non deſunt qui Legatos timiditatis accuſent, ut qui meticuloſe ceſſerint Orientalibus, *Sergii* ſui, quem mirifice colerent, ne ſubducere poſſent anathemati, dedecus communione damnationis cum Romano Pontifice minuere volentibus. Deinde ſunt, qui prudentem œconomiam, laudi dent, ſiquidem communem univerſæ Eccleſiæ pacem unius hominis honori prætulerint. Tertio, nihil aliud forſan in Concilio factum *Honorio*, quam quod in Synodo Romana, & in Agathonis literis; niſi quod Conſtantinopoli patentius & expreſſius actum, quod in Synodo Romana ipſiſque Agathonis literis implicite & ſubobſcure. Verum ut ex teſtimonio Hadriani Papæ mox in medium adducto liquet, id Legatis Apoſtolicis in mandatis datum fuit. Hæc enim ratio veroſimilior.

X. *Theodorus Expatriarcha Conſtantinopol. Acta VI. Synodi corrumpere non potuit.* Dicit denique Baronius, neque adulteratorem, neque adulterandi cauſas latere. At ut inquit Garnerius laudatus, quod dicitur de *Theodoro* Actorum corruptore, fidem fere omnem omni ex parte ſuperat. Nam etſi ficte profeſſus dicatur Catholicam fidem cupiditate Sedis recipiendæ, etſi retinuerit animo non tantum errorem; ſed etiam odium in Sedem Apoſtolicam, qua ratione tandem potuit, quamvis maxime tentaverit, toties, Acta vitiare, quoties *Honorii* mentio facta eſt? quomodo licuit homini uni Profeſſionem fidei Epiſcoporum manibus ſubſcriptam, ipſiſque *Conſtantini* Imp. literas adulterare? Annon erat fides ſigillis obſignata? Annon ſuas literas *Conſtantinus* apprime Catholicus manu ſua ſubſcripſit? An præcipiti imprudentia, & non matura potius ut in re tanti momenti par erat, lectione recognovit, quod ſubſcriberet? An ipſe etiam

Digitized by Google

Concedit Synodus periculum fieri. *tur chartula propriæ ejus manus exiſtunt, & ſi ipſa eſt chartula, quæ debeat ſuper mortuum poni & reſuſcitare eum. Polychronius religioſus monachus dixit: Ita eſt, domini: propriæ meæ manus exiſtunt, & iſta eſt chartula, quæ debeat a me ſuperponi mortuo, eumque reſuſcitare. Glorioſiſſimi Judices & ſanctum Concilium dixerunt: Prævidimus, ut chartula quæ relecta eſt, ſuper mortuum poni debeat ab eodem Polychronio juxta propoſitionem, quæ ab eo facta eſt, extra hoc ſacrum palatium, in loco publico, in præſentia noſtra & plebis, quæque inventa fuerit, ad ſatisfactionem Chriſto amabilis populi, qualiter Deus veritatem demonſtrent.*

XXXIX. Spectaculum de reſuſcitando mortuo editur. *Et egredientibus tam glorioſiſſimis Judicibus & ſancto Concilio & plurimo populo congregato in atrio publici lavacri, quod dicitur Zeuxippus, appoſitus eſt ei in argenteo exequiali feretro mortuus: ſimiliter coram glorioſiſſimis Judicibus, & iis qui erant ex ſancto Concilio, & plurimo Chriſto amabili populo ibidem invento ſuperaſſiſtens idem Polychronius, poſuit ſupra ipſum mortuum ejuſmodi fidei ſuæ chartulam: perque plures horas perſeverans & inſuſurrans ei, nihil horum quæ ab eo ſtolide ac blaſpheme promiſſa fuerant, valens peragere, idem Polychronius dixit nullatenus ſe poſſe mortuum ſuſcitare. Populus itaque, qui ibidem aderat, exclamavit dicens: Novo Simoni anathema: Polychronio ſeductori populi anathema. Et iterum ingredientes & glorioſiſſimi Judices & ſanctum ac univerſale Concilium in ſecretario ſacri palatii, quod appellatur Trullus, præſente eodem religioſo presbytero & monacho, dixerunt: Edicat iterum Polychronius monachus, ſi confitetur duas naturales voluntates & duas naturales operationes in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, qui unus eſt de ſancta Trinitate. Polychronius religioſus monachus dixit: Sicut continet chartula, quam obtuli & poſui ſupra mortuum, ita credo unam voluntatem & Deivirilem operationem, & alterum quid non dico. Glorioſiſſimi Judices & ſanctum Concilium dixerunt: Chartam, quam obtuliſti, quis ſcripſit? Polychronius dixit: Propria mea manus exiſtit. Sanctum Concilium dixit.*

Poſtquam Polychronius monachus in propria errore uſque in ſenium perſeveravit; nunc autem etiam a nobis commonitus, quomodo ſentiat de humanatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, conatus eſt, tentare Spiritum ſanctum, & blaſphemam componens chartulam, obſtinanter affatus eſt ponere eam ſuper mortuum, & ad firmitatem blaſphemiæ, quæ in ea fuerat ſcripta (ut non dicamus fidei) hujuſmodi mortuum reſurrecturum: nos (juxta quod dictum eſt a ſancto Paulo Apoſtolo a) anathemati jam hunc ſecundum animam (interitum carnis ſcilicet) ſubmiſimus: ſed ad ſatisfactionem Chriſto amabilium populorum, quorum plurimos præteritis temporibus tam ipſe quam ejus conſentanei deceperant, permiſimus talem ejus præſumptionem, dæmoniacamque ac temerariam propoſitionem publice fieri, & mortuum quem quæſierat, in medium deduci in præſentia noſtra & glorioſiſſimorum Judicum, & multitudinis Chriſto amabilis populi. Ille propoſuit tale ejus impium ſcriptum ſuperponens, & plurimam horam, quantum ipſe voluit ſuperaſſiſtens eidem mortuo, & ſuperſuſurrans intra ſemetipſum quæque putavit, donec dixit, non ſe poſſe facere. Quomodo namque eſſet poſſibile, blaſphemantem in Deum virtutes operari? Unde prævidimus, hunc tamquam ſeductorem populi & deceptorem & manifeſtum hæreticum, omni ſacerdotali ordine & officia denudari. Et depoſito eo ſanctum Concilium exclamavit: Polychronio hæretico & conſentaneis ejus anathema: Macario & Stephano ſimilibus Polychronio anathema: Trinitas iſtos tres depoſuit. Hac-

XL. Sententia in Polychronium

(a) 1. Cor. 5.

PAGIUS

tiam Imperator, quem *Conſtantino Magno* Synodus parem dixit, venit in ſocietatem facinoris cum *Theodoro*? quis ſibi, quis aliis perſuadeat, id tentatum a Principe tam pio, tamque ardenter Catholico, ut ipſiuſmet parentis typum, avique Ecthesim proſcripſerit?

XI. *Joannes V. Acta corrupta in Occidentem non attuliſſet.* *Joannes* V. qui duodecimus ab *Honorio* Pontificatum geſſit, unuſque fuit Legatorum Agathonis ad Sextam Synodum, cum Romam Conſtantinopoli reverteretur, attulit Acta Synodi quæ cum litteris Imperatoris deferenda Romam accepit. Qualia vero accepit? Integra an vitiata? Si integra, cur revocantur in dubium, quæ ſcripſit *Leo* II. integris Actis de *Honorio* conſona? ſi vitiata, quomodo facinus non agnovit, cum rerum pars magna fuerit? ſi agnovit quomodo non admonuit Summum Pontificem, queſtuſque eſt de nefario ſcelere? quomodo Summus ipſe Pontifex in re tam infanda conticuit? quomodo corruptorem non poſtulavit nefandi ſceleris apud Imperatorem? quomodo conſentanea Actis & Imperator ſcripſit, & ipſe Pontifex reſcripſit? quo crimine Vir Sanctiſſimus Acta vitiata, Sedi Apoſtolicæ injurioſa, plenaque calumniis in *Honorium*, non approbavit tantum; ſed etiam retento vitio, Latina fecit, Hiſpaniſque recipienda pariter ac Galliis miſit? quomodo vitium iſtud in profeſſionem fidei, a Summis Pontificibus emittendam induxit? Si hæc incredibilia non ſunt, qualia tandem ſunt?

XII. *Acta corrupta fuiſſe non videtur credibile.* Jam vero quid faciemus aliis aliarum Sedium magnarum Legatis? Retuleruntne, & ipſi ſuas in Provincias Acta vitiata, an integra? Si integra, quomodo ex iis emendata non ſunt, quæ vitium paſſa erant, maxime cum Septima & Octava Synodi cogerentur ex Orbe toto? Si vitiata, qui fieri potuit, ut de vitio nullus ex ſeptuaginta quinque ſupra centum Epiſcopis, nullus e Presbyterorum infinita pene multitudine

tenus ſpectaculum de Polychronio.

XLI. Quæ utilitas ea repræſentato ſpectaculo. In quo quidem, ſicut evenire ſolet, ut in iis, quæ exhibentur populo, compoſitis jocis plurima contineantur ſeria, ipſique populoque maxime utilia: ita plane accidit in Polychronii facto. Etenim evenit ſecundum illud Davidicum: (a) *Mentita eſt iniquitas ſibi*. Siquidem etſi (a) Pſal. 29. permiſit Deus deludi hominem inanibus phantaſmatibus, ſuiſis ſtultiſque viſionibus ac revelationibus; ubi tamen cauſa fidei in examen venit, haud ſivit divina ſapientia præſtigiis decipi homines: experimentoque probatum eſt, quod Apoſtolus Galatis ingerit: (b) *Etſi Angelus de cœlo annunciaverit vobis præter id quod annunciatum eſt, anathema ſit*. (b) Galat. 1.

Cæterum cum indignam licet ſancta Synodus coacta eſt conditionem ſubire, ne fidei ſacramentum, leviſſimi hominis petulantia, in diſcrimen adduceretur, ex eo quod nefandus impoſtor falſorum miraculorum promiſſione populum decepiſſet, & ſecum in errorem pariter induxiſſet: quo caſu ſcimus Eliam (c) (c) 3. Reg. 18. prophetam ejuſmodi de miraculis non oblatam ſubiiſſe, ſed obtuliſſe conditionem Baal prophetis, ne videlicet populus Dei perſuaſionibus ipſorum deceptus, contineretur in impietatis errore. Illud præterea de iis, quæ accidiſſe Polychronio dicta ſunt, conſideratione dignum eſſe videtur, ſimulac quis averſione contentioſa (ut propheta ait (d)) (d) Hier. 8. a Deo recedit, eumdem mox tradi nequiſſimis ſpiritibus illudendum, ſecundum illud quod adverſus apoſtatam Achab a Domino dictum ſcimus: (e) *Quis decipiet Achab Regem Iſrael? &c.* (e) 3. Reg. 22.

XLII. Actio decimaſexta. Quæ autem ſequitur ordine Actio decimaſexta, habita reperitur die nona Auguſti: in qua procax hæreticus Monothelita, licentia accepta dicendi, ita locutus eſt: *Conſtantinus dicit: presbyter ſum ſanctiſſimæ Dei Apameenſis Eccleſiæ ſecundæ Syrorum provinciæ ordinatus ab Abrahamio Epiſcopo Arethuſio. Veni ad ſanctum Dei nutu congregatum veſtrum Concilium, ut inſtruam vos. Quia ſi auditus eſſem hoc anno, non habuiſſemus perpeti hoc quod paſſi ſumus in prælio.* Ita arrogans iſte ſui exiſtimatione tumidus, ad docendum ſacroſanctam Synodum ſe veniſſe profeſſus.

Quod vero ad tam longum morum pertinet, qua Actio iſta poſt ſuperiorem ultra tres menſes eſt celebrata: Annales Græcorum licet nullum hoc anno referunt bellum, quo fuerit Romanum Imperium laceſſitum, tamen hoc anno, cum videlicet nondum adhuc decimus tertius Imperatoris Conſtantini annus abſolutus eſſet, domeſticis ſuſpicionibus laboratum oſtendunt, ob quas Imperator fratres ſuos & collegas Heraclium & Tiberium in ſuſpicionem rerum novandarum adductos amovit, ſoluſque ipſe cum Juſtiniano filio imperavit. Verum non id factum apparet ante diem decimam ſextam menſis Septembris: ſiquidem in reliquis hujus Synodi Actionibus ad dictum uſque diem cum Conſtantino nominati reperiuntur iidem, qui ſupra fratres Imperatores Heraclius atque Tiberius. Quamobrem cum in ejus fine dictæ ſint laudes & acclamationes tantummodo Conſtantino, eo quidem tempore id de fratribus accidiſſe credendum eſt. Docet id etiam quod reperitur ejus Imperatoris edictum ad finem Synodi poſitum, ubi nullius fratrum nomen habetur; ſed ipſius tantummodo Conſtantini, ſicut etiam in datis ab eo ad Synodum litteris.

Sed res geſtas in Synodo hac Actione videamus, & proſequamur, quæ dici cœpta ſunt de Conſtantino presbytero atque ac Polychronio ſatuo. Hic (ut dictum eſt) ad docendam Synodum ſe veniſſe profeſſus putavit ſe modum inveniſſe ac temperamentum quoddam, quo concordari poſſent atque uniri ſimul Monothelitæ atque Catholici, hac ſcilicet ratio XLIII.

PAGIUS dine verbum diceret, ſcriberetque? Ac totus Orbis ea tempeſtate obſtupuerat eo uſque, ut & vitium & facinus agnoſcere non poſſet, tot Epiſcopis, totque Clericis Actorum Synodi conſciis, & accuſare valentibus: vel ſi agnoſceret, uni homini neque potentiſſimo, neque optimæ famæ, neque gratioſiſſimo Principibus adularetur? quid plura? quid conſequentium ſæculorum, quid Summorum Pontificum, Conciliorum Generalium, illuſtrium Scriptorum, aut Honorii condemnationem, aut de corruptione Actorum ſilentium? quid Eccleſiæ ipſiuſmet Romanæ tam diuturnam in Officio Sancti Leonis II. confeſſionem, quod in Sexta Synodo condemnati ſunt Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, &c.? quid infinita ejuſmodi argumenta? Omitto dicere, non ſolum de Sancto Leone II. qui Synodum, etiam qua parte accuſatur Honorius, Latinis & legendam & recipiendam exhibuit; ſed etiam de Gallicanis Hiſpaniſque Præſulibus, qui exhibitam recepere; immo & de Collectoribus Canonum doctiſſimis, Ivone, Anſelmo, Deuſdedit, & Gratiano, qui Sextam Synodum accenſuerunt aliis, ſine exceptione ulla aut animadverſione. Annon erat utraque maxime opus, ſi vel ſpuria ſit Sexta Synodus, vel erroris, uſurpatæque auctoritatis rea? Ita Garnerius citatus, ex quo hæc deſumta. Concludit itaque *Honorium* a Synodo perculſum eſſe anathemate, non quidem propterea quod unicam in Chriſto voluntatem docuiſſet, aut de ejus Orthodoxia dubitaretur, ſed tantum quod unicam in Chriſto voluntatem docentibus faverit, docendique opportunitatem ſuppeditaverit: ac denique Acta Sextæ Synodi minime interpolata fuiſſe.

Ad num. XLII. Recte obſervat Baronius, Impe- XIII.

tione, ut dicerentur in Chriſto duæ operationes, voluntas vero una. Interrogatus autem a Synodo dixit, humanam voluntatem deſeruiſſe Chriſtum cum carne & ſanguine Crucis tempore. Sed expoloſu atque damnata eſt iſtu aſſertio tamquam Manichæorum, ipſeque cum eam parem damnationis ſententium accepit, foruſque ejectus eſt. His peractis, ſecutæ ſunt ex more acclamationes Imperatori, Agathoni Papæ, & univerſo Concilio, dictumque anathema ſingulis nominatis hæreticis: ſicque præſens Actio finem accepit.

XLIV. Actio decimaſeptima. Decimaſeptima Actio ſequitur, habitu undecima menſis Septembris jam inchoata decima Indictione, in qua Orthodoxæ fidei decretum confirmatum a Patribus publice lectum eſt, quo Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe, & quintum univerſalia Concilia confirmata ſunt, eorumdemque ſymbola recitata, ac demum appoſitu eſt damnatio Monothelitarum hæreticorum, ex præſcripto epiſtolæ Agathonis Romani Pontificis, utque Synodi Romæ ab eodem coactæ. In quibus etiam de impoſtura augeatur illa ſuſpicio, cum videlicet ſibi ipſi adverſari decretum fidei cenſeas, dum primum in eo inter damnatorum nomina recenſetur verbis expreſſis

De Epiſcoporum decreto fidei. Honorius Romanus Pontifex, & paulo inferius ſecundum epiſtolam Agathonis cuncta eſſe definita, & nominatim damnatos in ea fuiſſe hæreticos ejus hæreſis ſive inventores, ſive defenſores, aſſeritur: cum tamen certum ſit, non ſolum in ea non eſſe nominatum inter damnatos Honorium, immo cum aliis Catholicæ veritatis defenſoribus collaudatum, dum (quod dictum & repetitum ſæpe ſuperius eſt) omnium prædeceſſorum ſuorum Agatho Catholicam fidem commendat, quam ſequi ſe profitetur, haud vane gloriatus numquam hactenus eſſe repertum, ut Romana Eccleſia vel minimum quidem a fide Catholica aberrarit. Sunt inquam plane ſibi invicem adverſantia, iſta aſſeri & in eodem fidei decreto inter hæreticos Honorium Romanum Pontificem nominari. Sed reddamus hic ejuſdem verba decreti, quo iſta manifeſtiora reddantur. Ubi enim primum damnatorum recitata ſunt nomina hæreticorum, hæc ſubiiciuntur:

Præſens ſancta & univerſalis Synodus fideliter ſuſcipiens & expanſis manibus amplectens tam ſuggeſtionem, quæ a ſanctiſſimo atque beatiſſimo Agathone Papa antiquæ Romæ facta eſt ad Conſtantinum piiſſimum atque fideliſſimum noſtrum Imperatorem, quæ nominatim abiecit eos, qui docuerunt vel prædicaverunt (ſicut ſuperius dictum eſt) unam voluntatem & unam operationem in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, adæque amplexa eſt & alteram Synodalem ſuggeſtionem, quæ miſſa eſt a ſacro Concilio, quod ſub eodem ſanctiſſimo Papa centum viginti quinque Deo amabilium Epiſcoporum, &c. XLV.

Repugnant igitur, ut in eadem fidei definitione Honorius legatur inter hæreticos, & quod epiſtolæ Roma miſſæ in omnibus comprobatæ dicantur, ipſaque Synodus in damnatis perſonis ſe Agathonis epiſtolam profiteatur eſſe ſecutam, qua omnium Romanorum Pontificum fides Catholica commendatur. Hæc ſæpe meminiſſe, rurſumque obitur nova occaſione ingeſſiſſe, haud ſuperfluum puto, quo tum eamdem Synodum lancinatam opera Theodori Monothelitæ deplores, hominis (ut diximus) in Romanam Eccleſiam infenſiſſimi. Demum vero (quod reliquum eſt hujus Actionis) de uno volente & operante in duabus operationibus & voluntatibus doctrina ex ſanctorum Patrum ſententiis approbata, finem Patres impoſuerunt Actioni, quæ omnium, qui aderant Epiſcoporum chirographo conſignata eſt. De impoſtura ingens argumentum.

Ultima vero Seſſio ejuſdem ſanctæ Synodi celebrata eſt decimaſexta die ejuſdem menſis Septembris, inchoata nuper decima Indictione: in qua interfuit Imperator Conſtantinus, cui fauſtæ, honorificæque & Orthodoxo dignæ Imperatore acclamationes dictæ ſunt; cum & ipſe Imperator ſui inſtituti in cogenda Synodo, ut Catholicæ Eccleſiæ bene conſultum eſſet, attulit rationem: lectuſque eſt acclamatorius ſermo ejuſdem ſanctæ Synodi ad ipſum Imperatorem, quo iterum ſancta Synodus in definitione Catholici dogmatis profeſſa eſt ſequi Agathonis epiſtolam & Synodales litteras Ro- XLVI. Actio decima octava & ultima. De ſermone acclamatorio a Synodo dato Imperatori.

PAGIUS Conſtantinus fratres ſuos ab Imperio removet. peratorem fratres ſuos & Collegas *Heraclium* & *Tiberium* in ſuſpicionem rerum novandarum adductos ab Imperio amoviſſe, poſt diem XVI. menſis Septembris, quod uſque ad dictam diem uterque cum Conſtantino fratre Synodi Actionibus nominatus reperiatur, & poſtea utriuſque nomen taceatur. Theophanes enim anno Incarnat. ſecundum Alex. DCLXXIII. Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno Conſtantinus fratres ſuos Heraclium & Tiberium ab Imperii dignitate removet, ſoluſque cum Juſtiniano filio imperavit.* Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis Nummum *Conſtantini Pogonati* exhibet, in cujus antica legitur, DN. CONTONSP. ubi viſitur Imperator cum ſtemmate criſtato. In poſtica exhibetur Crux inſiſtens gradibus inter duos Impp. paludatos ſtantes. Ibidem extat alius *Conſtantini Pogonati* Nummus, in cujus antica legitur, CONSTANTINUS, & cernuntur duæ breviores protomæ Imperatorum, quarum prior altior, altera pueri. In poſtica XX. infra ROM. natus erat tunc *Juſtinianus* annos XII. ut infra videbimus.

Romani Concilii, his verbis: *Proinde inſpiratione ſancti Spiritus conſpirantes, & adinvicem omnes conſonantes atque conſentientes, & Agathonis ſanctiſſimi Patris noſtri & ſummi Papæ dogmaticis litteris ad veſtram fortitudinem miſſis conſentientes, &c.* Ruſumque inferius de eodem Agathone ita magnifice: *Summus autem nobiſcum concertabat Apoſtolorum princeps: illius enim imitatorem, & ſedis ſucceſſorem habuimus fautorem, & divini ſacramenti myſterium illuſtrantem per litteras. Confeſſionem tibi a Deo inſcriptam illa Romana antiqua civitas obtulit, & dogmatum diem a veſpertinis partibus extulit: charta & atramentum videbatur, ſed per Agathonem Petrus loquebatur; & cum omnipotenti conregnatore pius Imperator ſimul decernebat tu, qui a Deo decoratus es. Et Simon quidem reſupinus volutatus corruebat, & ſtat ruina ejus ſtatua: fides vero reſurgit, plebiſque concordia in proprium reſtituitur decus, &c.* Sequitur poſt hæc edictum ejuſdem Imperatoris Conſtantini de fide Catholica.

XLVII. De epiſtola Conſtantini Imp. ad Rom. Concil.

Reperitur ad finem ejuſdem Actionis decimæoctavæ epiſtola ipſius Conſtantini appoſita, data illa tamen non eodem die quo ipſa celebrata eſt Actio, ſed longe poſtea, nempe decimo Kalendas Januarias eadem Indictione decima: qua commendans illorum qui convenerunt ſtudium in defendenda una cum Romano Pontifice fide Catholica, hæc inter alia habet: *Interfuiſtis namque & vos cum univerſali principe paſtorum, ſimul cum ipſo divinitus loquentes tam in ſpiritu, quam littera. Suſcepimus enim non tantum ex beatitudine ejus, verum etiam a ſanctitate veſtra directas nobis litteras: quæ prolatæ, lectæ ſunt, & veritatis verum ſtylum declaraverunt, Orthodoxamque fidem depinxerunt.* Et paulo poſt de iiſdem: *Tamquam ipſius divini Petri vocem, Agathonis relationem ſupermirati ſumus, &c.* Pergit dicere de impio Macario Antiocheno Epiſcopo, qui reſilivit, ejuſque diſcipulis eum ſecutis, de quibus in fine: *Univerſalis conventionis communi ſententia de ſacerdotali dignitate repulſi ſunt, & probationi ſanctiſſimi Papæ traditi ſunt.*

XLVIII. Damnati appellant ſedem Apoſtolicam.

Cur autem damnati in Synodo Epiſcopi miſſi ſint Romam, cum nulla afferatur in dicta epiſtola cauſa, ex alia Imperatoris epiſtola ſcripta ad Leonem Papam Agathonis ſucceſſorem accipere licet, nempe quod ipſi damnati id petierint, appellantes Romanum Pontificem, a quo audiri petierant: licet Anaſtaſius opinatus ſit eos in exilium Romam miſſos: hæc enim habet in fine: *Macarius vero cum ſuis amatoribus id eſt, Stephano, Anaſtaſio expresbytero, Leontio exdiacono, Polychronio, Epiphanio, & Anaſtaſio alio expresbyteris & incluſis, in exilio in Romanam directi ſunt civitatem.* Hæc de his ipſe. Ceterum appellationem præceſſiſſe, litteræ ejuſdem Conſtantini Imper. ad Leonem docent his verbis, dum ait de Macario, & aliis damnatis hæreticis: *Ipſi autem ſcriptis precibus ſerenitatem noſtram communiter omnes deprecati ſunt, ut ſe ad veſtram beatitudinem mitteremus. Sic igitur fecimus, eoſque ad vos miſimus, veſtro paterno judicio omnem ipſorum cauſam permittentes.* Hæc Imperator: quibus cum judicio Rom. Pontificis omnem ipſorum cauſam remittere ſe teſtetur, pendere eorum judicium obice appellationis oſtendit. Certe quidem ſi id non fuiſſet, in Oaſenam ſolitudinem potius, uti Neſtorius, hi deportandi fuiſſent, non autem Romam ad delicias: nam nullum antehac extare recordamur exemplum, ut exilio relegandis damnatis improbis hæreticis, pro loco exilii decreta fuerit Urbs. Hactenus de Actionibus Sextæ Synodi, quæ reperiuntur tum in Græcis, tum etiam Latinis codicibus, in quibus cum multa invidioſe depravata invenerimus atque calumnioſe corrupta, illud quidem certum atque integrum indubitatumque relictum ſcimus, damnationem videlicet Monothelitarum hæreticorum: quam Patrum ſententiam, ut ſacroſanctam Eccleſia Catholica cuſtodivit, hactenuſque cuſtodit.

XLIX.

Deſideratur inter Acta Synodalia hujus noviſſimæ Seſſionis epiſtola Synodalis ab eodem Concilio ſcripta ad Agathonem Romanum Pontificem, quæ inter epiſtolas ejus ſucceſſoris Leonis Papæ prima ordine ponitur; quam hic reſtituendam neceſſario duximus, eo quod ſancta Synodus potiſſimum petat ab ipſo Romano Pontifice confirmari, quæ in eadem Synodo fuerunt conſtituta: Sic enim ſe habet:

Epiſt. Synodalis ad Agathonem Papam.

*Sanctum & univerſale Concilium, quod per Dei gratiam & piam ſanctionem piiſſimi ac fideliſſimi magni Imperatoris Conſtantini congregatum eſt in hac a Deo conſervanda, & regia Conſtantinopoli nova Roma in ſecreto * palatii dicto Trullo, ſanctiſſimo ac beatiſſimo Papæ ſenioris Romæ Agathoni in Domino ſalutem.*

* ſecretario.

Maximi morbi majoribus indigent auxiliis, ut ſcitis, beatiſſimi: atque idcirco Chriſtus verus Deus noſter, virtus vere rerum omnium conditrix, & gubernatrix, ſapientem dedit medicum, veſtram a Deo honoratam ſanctitatem, contagia hæretica luis fortiter propulſantem remediis Orthodoxiæ, ac valetudinis robur membris Eccleſiæ largientem. Itaque tibi, ut primæ ſedis Antiſtiti univerſalis Eccleſiæ, quid gerendum ſit permittimus ſtanti ſu-

pra

Romanus Pont. ſummus & auctoritate & honore.

pra firmum fidei petram, acquieſcentes veræ confeſſionis litteris a veſtra paterna beatitudine ad piiſſimum Imperatorem miſſis, quas ut a ſummo Apoſtolorum vertice divinitus ſcriptas agnoſcimus: per quas exortam nuper multiplicis erroris hæreticam ſectam depulimus, Conſtantino nobis ad decertandum hortatore, qui divine imperat, ſceptraque clementiſſime regit; quo adjutore, impietatis errorem evertimus, hæreticorum nefariam doctrinam quaſi obſidione adorti.

L. *Inde fundamenta execrandæ eorum hæreſeos prorſus convellentes, eoſque armis ſpiritualibus paterniſque aggredientes, & linguas eorum, ne inter ſe accomodata loquerentur, confundentes, extructam ab iis impiiſſimæ hæreſis turrim ſubruimus, ac ipſos ut lapſos circa fidem ac peccatores extra caſtra utriorum Dei (ut Davidice loquimur) anathematibus interfecimus ex ſententia per ſacras veſtras litteras de eis lata, videlicet Theodorum Epiſcopum Pharan, Sergium, Honorium, Cyrum, Paulum, Pyrrhum, Petrum.* Hæc dum Patres habent, & profitentur (ut ſæpe dictum eſt), ſe ex litteris ipſius Agathonis nominatos homines condemnaſſe, certe de nomine Honorii ſuperaddito vehemens eſt de impoſtura ſuſpicio: ſiquidem in litteris Agathonis nulla penitus de Honorio ignominioſa mentio facta eſt, ſed honorifica potius, dum eum non excipit a laude omnium prædeceſſorum, quorum prædicat illibatam Catholicam fidem. Sed pergit Synodus:

LI. *Ad hos autem & poſt eos anathematibus hæreticorum juſte ſubjecimus & eos qui vivunt ſuſcepta illorum impietate, vel (ut apertius dicatur) Apollinaris, & Severi, & Themiſtii exoſorum Deo: Macarium, qui fuit Antiochenſium magnæ urbis Epiſcopus, quem, & paſtoritia pelle merito ipſius denudavimus propter impœnitentiam ejus circa Orthodoxam fidem, & obſtinatam pervicaciam: & Stephanum ejus ad amentiam diſcipulum, & ad impietatem doctorem: item Polychronium, qui in dogmatibus hæreticis nomini ſuo reſpondeat, inveteravit, & fuit πολυχρόνιος: eos demum qui ſimilia atque hi impœnitenter docuerunt, aut docent, aut ſentiunt, aut ſenſerunt. Hactenus igitur mœror nobis, & triſtitia & multæ lacrymæ fuere: non enim adjutavimus proximorum ruinas, aut eos præcipitantes impulimus, nec effrenato eorum furore læti exultavimus, nec idcirco ſumus elati, ut eam ob rem gravius caderemus.*

LII. *Non ſic in his, o venerabile, & ſacrum caput, docti ſumus, qui univerſitatis Dominum Chriſtum humanum ac ſumme bonum & benignum habemus, qui & hortatur nos, ut ſicut bonos decet, ſacerdotalium ipſius legum ſimus imitatores, ſortiumque obtineamus paſtoralis ejus & conciliatricis gubernationis. Sed & ad pœnitentiæ converſionem tum ſereniſſimus Imperator, tum nos eos variè adhortati ſumus, omniaque geſſimus religione & diligentia ſingulari, non commotis gratia, non odio: quemadmodum ex iis cognoſcere poteſtis, quæ in unoquoque negotio ſunt pertractata, & relata in commentarios, & in præſentia ad veſtram beatitudinem mittuntur: ac intelligetis a Vicariis ſanctitatis veſtræ Theodoro ac Gregorio dilectis Deo presbyteris, & Joanne religioſiſſimo diacono, & Conſtantino venerabili hypodiacono, veſtris ſpiritualibus filiis, noſtriſque dilectis fratribus, tum ab iis, qui a ſancta veſtra Synodo miſſi ſunt, ſanctis Epiſcopis, qui recte ac probe ex veſtra diſciplina in primo fidei capitulo una nobiſcum decertarunt.*

LIII. *Sic nos ſancto Spiritu illuſtrati, veſtraque inſtituti doctrina, infeſta dogmata impietatis depulimus, rectiſſimam Orthodoxiæ ſemitam complanantes, piiſſimo ac ſereniſſimo noſtro Imperatore Conſtantino ſapienter, & divinitus confovente nos ac tuente; deinde uno ex nobis regnantis hujus Conſtantinopoleos ſanctiſſimo Præſule aſſentiente in primis miſſo a vobis ad piiſſimum Imperatorem Orthodoxiæ ſcripto, ut in omnibus convenienti probabilibus a Deo inſtitutis Patribus, ac ſanctis, & univerſalibus quinque Conciliis. Et quidem nos omnes, Chriſto Deo continente, & adjuvante, quod ſtudebamus, facile confecimus: Deus enim movebat, Deus coronabat conceſſum. Iſtinc igitur in nos ſancti Spiritus gratia illuxit, poteſtatem largiens per aſſiduas veſtras preces cuncta zizania & omnem arborem non facientem fructum bonum excidendi, & in igne conſumendi. Et corde nos & lingua & manu convenientes, omnis erroris expertem, certamque nec fallentem definitionem, vivifici Spiritus ope, edidimus non transferentes (ſicut ſcriptum eſt) terminos antiquos, abſit, ſed in ſanctorum probabilium Patrum teſtimoniis, & auctoritatibus permanentes, ac definientes, ut ſicut ex duabus & in duabus naturis, divinitate atque humanitate, ex quibus compoſitus eſt & ex quibus exiſtit Chriſtus verus Deus noſter prædicatur a nobis & glorificatur inſeparabiliter, inconvertibiliter, inconfuſe & indiviſe, ita duas naturales operationes indiviſe, inconvertibiliter, inconfuſe, impartibiliter, prædicemus: quemadmodum in iis quæ a nobis ſynodaliter definita ſunt, declaratum eſt: quibus & Deum imitantis Imperatoris noſtri poteſtas annuens, propria manu ſubſignavit: abſcindenteſque (ut dictum eſt) impiiſſimam & imaginariam de una voluntate, unaque operatione in diſpenſatione incarnationis Chriſti veri Dei noſtri, & condemnantes hæ-*

re-

reſim, ex eo confundentium ac dividentium turbas compreſſimus, inflammatamque procellam cæterarum hæreſeon extinximus, Orthodoxa autem fidei ſplendidum lucem vobiſcum clare prædicavimus: quam etiam ut per honorabilia veſtra reſcripta confirmetis, veſtram oramus paternam ſanctitatem: per quam bona ſpe in Chriſtum freti, confidimus, miſericordem ejus benignitatem largituram Romanæ Reipublicæ clementiſſimo Imperatori noſtro commiſſæ perennem ſtabilitatem, exornaturumque diuturnis jugibuſque victoriis ſerenam ejus manſuetudinem: veſtram autem Dei imitatricem ſanctitatem, quæ rebus noſtris affuerit, ac defenderit tremendam ejus voluntatem, ſinceréque ac vere fidem confeſſa ſit, tueatur incolumem, & conſervantem creditos ipſi a Deo Orthodoxos greges. Univerſam quæ cum veſtra eſt beatitudine in Chriſto fraternitatem nos, & qui nobiſcum ſunt, plurimum ſalutamus. Hucuſque epiſtola Synodalis.

Confirmatio fidei Catholicæ ſancitæ petitur a Romano Pontif.

LIV. De Anaſtaſii Synodi compendio.

His recenſitis, quæ de eadem Synodo extra poſita reperiuntur, hic addenda putamus. Anaſtaſius Bibliothecarius de ipſa agens in Agathone, plura cum addat, quæ non reperiuntur in Actis quæ extant; longe plura prætermittit, dum ſex tantum in eas habitas refert Actiones, ipſamque penitus abſolutam ante Paſchale tempus; & nihil prorſus de Actionibus, in quibus habetur condemnatus Honorius, neque de aliis ſequentibus. Ad poſtremum vero poſt damnationem hæreticorum ibidem factam, hæc addit: *Deinde*, inquit, *abſtulerunt de diptychis eccleſiarum nomina Patriarcharum, vel eorum picturas de eccleſiis, aut de foribus ejus, aut ubi eſſe poterant, auferentes, id eſt, Cyri, Sergii, Pyrrhi, necnon Petri, per quos error iſte Orthodoxa fidei uſque nunc pullulavit.* Vides, lector, nullam hic haberi de Honorio Pontifice mentionem, quem in eorum diptychis inſcriptum vidimus. Sed pergit auctor: *Tanta autem gratia Dei omnipotentis conceſſa eſt Miſſis ſedis Apoſtolicæ, ut ad lætitiam populi vel ſanctis Concilii, qui in regia urbe erat Joannes Epiſcopus Portuenſis Dominico die octavarum Paſcha in Eccleſia ſanctæ Sophiæ publicas Miſſas coram Principe & Patriarcha Latine celebraret, & omnes unanimes in laudes & victorias piiſſimorum Imperatorum idem Latinis vocibus exclamarent.*

LV. Eccl. Romana liberatur a ſolutione pecuniæ pro ordinatione Rom. Pont.

Addit his præterea Anaſtaſius per eoſdem legatos ſcriptam ab eodem Conſtantino Imperatore epiſtolam, quam Sacram vocant, ad Agathonem Romanum Pontificem, qua ſignificavit, liberare ſe Romanam Eccleſiam a penſitatione iſta pecuniæ, quam primum impii Gothorum Reges Ariani perſolvendam recens creatis Romanis Pontificibus indixerant, quæque poſt illos extinctos ab Orientalibus Imperatoribus exigi ſolita erat, ut ſuperius ſæpius dictum eſt, præſertim vero cum de ea querelas ſancti Gregorii Papæ recenſuimus. Ejuſmodi igitur iniquiſſimam exactionem cum Conſtantinus Imperator penitus abrogandam cenſuiſſet, retinere tamen voluit jus confirmationis antiquitus (ut ſuperius dictum eſt) tyrannnice uſurpatum. Habet autem hæc verbis iſtis Anaſtaſius de Agathone Pontifice: *Hic ſuſcepit divalem juſſionem ſecundum ſuam poſtulationem, ut ſuggeſſit: per quam relevata eſt quantitas, quæ ſolita erat dari pro ordinatione Pontificis facienda* (quod ſcilicet non ſinerent electus ordinari, niſi ea quantitate ſoluta pecunia) *ſic tamen, ut ſi contigeret poſt ejus tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, niſi decretum generale introducatur in regiam urbem ſecundum antiquam conſuetudinem, ut cum eorum juſſione & ſcientia deberet ordinatio provenire.* Hæc Anaſtaſius: quando autem & ab hac etiam tyrannica ſervitute penitus Eccleſia Romana fuerit liberata, ſuo loco dicturi ſumus.

LVI.

Quod vero pertinet ad canones, qui nomine Sextæ Synodi a Græcis tempore Juſtiniani junioris conſcripti ſunt, ſuo loco pluribus acturi ſumus. Hic jam tibi

PAGIUS XIV. *Miſſa Latine coram Imperatore celebrata.*

Ad num. LIV. Refert Baronius ex Anaſtaſio in Agathone Papa, Joannem Epiſcopum Portuenſem Dominico die octavarum Paſchæ publicas Miſſas coram Principe & Patriarcha Latine celebraſſe; quod adverſus oppoſitum aſſerentes confirmavit Hilario Monachus Oratione Dialectica de Pane Græcorum Myſtico, & Azymo Latinorum: *undenam itaque*, inquit, *ſomnia meum nata ſunt, qui dixerunt in Sexta Synodo ſub Conſtantino Imperatore Agathonem Papam, & Gregorium Agrigantinorum Epiſcopum contra Azyma legem tuliſſe, ne ea ſcilicet in poſterum ab aliquo fideli conficerentur? Ab eo etenim tempore, quo Latini ſacrificium in Azymo conficere cœperunt, nunquam ab eo deſtiterunt. Quinimo de Sexta Synodo apud Patres legi, poſtquam Monothelitarum hæreſis condemnata fuiſſet, in octava Paſcha, Conſtantinopoli in Templo S. Sophia Deo gratias Latine celebraſſe, Græcis omnibus modum Latini Sacrificii collaudantibus.* Ita Hilario Monachus Græcus Scriptor.

XV. *Decretum Conſtantini Imp. pro ordinatione Pontiff. Rom.*

Ad num. LV. Anaſtaſius in Agathone ſcribit: *Hic ſuſcepit divalem juſſionem ſecundum ſuam poſtulationem ut ſuggeſſit, per quam relevata eſt quantitas, qua ſolita erat dari pro ordinatione Pontificis facienda. Sic tamen, ut ſi contigerit poſt ejus tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, niſi prius Decretum generale introducatur in Regiam Urbem ſecundum antiquam conſuetudinem, & cum eorum conſcientia & juſſione debeat ordinatio provenire.* Quare Conſtantinus Pogonatus poteſtatem Electos Romæ Pontifices confirmandi Exarchis Ravennatenſibus, quibus a ſuis Deceſſoribus conceſſa fuerat, ademit & ad ſe retraxit;

Digitized by Google

Satis eſſe ſcire ex hac Synodo damnatam hæreſim Monothel. bi finis, lector Synodalium rerum geſtarum, quas inveniſti undique fraudulentia hæreticorum depravatas, corruptas, atque vitiatas: cum tamen illud unum ſaltem certum indubitatumque ex eis colligas, hac ſacroſancta œcumenica Synodo eſſe Monothelitarum hæreſim condemnatam: quod ſatis eſſe poteſt ad pietatem fidemque Catholicam inſinuandam, cum ad hoc tantum & nullius alterius rei cauſa ipſa œcumenica Synodus fuerit convocata, nimirum ut nova hæreſis, totius Catholicæ Eccleſiæ communicato conſilio, & unito conſenſu, penitus damnaretur. Fuit plane res haud mediocris momenti, cui niſi divino auxilio cito occurſum eſſet, cuniculis ad invadendum perdendumque prorſus ſacroſanctum Chalcedonenſe Concilium ab impiis Eutychianis effoſſis utique ab iiſdem conſpirantibus una ſimul conclamata fuiſſet ejuſdem Chalcedonenſis Concilii condemnatio, licet nihil ſe minus cogitare ſignificarent, dum ex ejus præſcripto duas, & ipſi in Chriſto naturas aſſerere profiterentur.

LVII. Cujus beneficio revixit fides extincta in Oriente. Vidiſti lector, in tanta Orientalis Eccleſiæ clade, cum ſi qua vix pertenuis, ſcintilla veritatis ſupereſſet, denſis nubium globis obducta lateret, Patriarchalibus in errorem collapſis Eccleſiis, cum nec ſibi tantum virium ut reſurgerent, neque voluntas eſſet, obnitentibus potius in adverſum qui ipſis præerant Eccleſiis, non aliunde quam ab Eccleſia Romana ſperare ſalutem licuiſſe? Vidiſti, inquam, in tanto diſcrimine laboranti Eccleſiæ non aliunde ſubventum, quam ab ea, in qua Petrus ſedere in ſucceſſoribus comprobatur ipſa Romana Eccleſia; quæ longe antequam ab excitatis longo ſomno ſtertentibus Orientalibus rogaretur adeſſe, jam ipſo ferme ejuſdem naſcentis erroris exordio hæreſim condemnarat, & Catholicam etiam Pontificis Romani martyrio ſanciverat diſciplinam; quam litteris demum Agathonis Pontificis conſignatam, reſipiſcentes, factique tandem ſui compotes Orientales quam religioſiſſime ſuſcepere: quibus & reliquus Catholicus orbis adgavisus eſt, Deo gratias agens, quod quam a majoribus fidem acceperat illibatamque ſervaverat, eamdem œcumenicæ Synodi decreto firmatam cognoſceret, & ab errore revocatos eſſe fratres, quos ut mortuos deplorarat. At de Orientalibus rebus hactenus: quæ interim hoc eodem anno geſta ſint in Occidente, videamus.

Hoc pariter anno, quarto Idus Januarii, celebratum eſt in Hiſpania Concilium Toletanum ordine duodecimum numeratum æra ſeptingenteſima undevigeſima, anno primo Eruigii Regis, ipſis fermo ejus regni primordiis, ad hoc (ut apparet) ejuſdem Regis voluntate collectum, ut ipſi regnum Hiſpaniarum confirmaretur ab Epiſcopis, quibus his temporibus in Hiſpania tantum tribuit Chriſtiana religio, ut abſque ipſorum conſenſu non liceret regnare cuiquam, quamvis hæres eſſe defuncti Principis videretur. LVIII. Concilium Tolet. XII. Collecti ſunt Epiſcopi triginta quinque præter tres alios, qui per vicarios interfuerunt, & Abbates quatuor, ſancitique canones tredecim. Conſummatum vero eſt Concilium (ut ultimus canon habet) octavo Kal. Februarias ejuſdem anni primi Eruigii Regis, dicta æra ſeptingenteſima decimanona. Sed audi, quam ſapienter de utilitate Conciliorum primo loco præfatus ſit Rex verbis iſtis: *Non dubium eſt, ſanctiſſimi Patres, quod optima Conciliorum adjutoria ruenti mundo ſubveniant, ſi offixioſis quæ corrigenda ſunt, ſtudiis peragantur*, &c. Ita præfatus, obtulit legendum in Synodo ſcriptum, quo de nuper ſuſcepto regno reddens rationem, petiit, ut quod eorumdem aſſenſu acceperat, ipſorum precibus, & conſiliis muniretur, pariter rogans per eos corrigi pravos mores, Judæoſque invaleſcentes nimis comprimi, inſuper & alia emendari. His auditis, Patres primum omnium (a) fide Catholica cognita & ſtabilita, ejuſdem Regis confirmarunt electionem, quam ſuo ſcripto jam Vvamba ſignificaverat, conſenſuque probaverat.

(a) Conc. Tolet. 12. c. 1. n. 3.

LIX. Quæ ſtatuta in Conc. Tolet. XII. Sequenti vero decreto de iis egerunt Patres, qui conſentientes acciperent in extremis (ut dictum eſt) pœnitentiam, mutatione habitus facta, tonſuraque & veſte religioſa ſuſcepta, ne ejuſmodi poſſet violari utcumque facta profeſſio. Hæc autem idcirco Synodus, ne Regis Eruigii poſſet labefactari creatio, eſſetve ſpes ulla, ut Vvamba iterum repeteret regnum: pœnam tamen unius anni excommunicationis ſtatuerunt ſacerdoti, qui cuilibet non petenti neque ſentienti hujuſce-

PAGIUS xit; quam tamen ante mortem penitus dimiſit. Anaſtaſius enim in Benedicto II. ait. *Hic ſuſcepit divales juſſiones clementiſſimi Conſtantini magni Principis ad venerabilem Clerum, & populum atque feliciſſimum exercitum Romanæ civitatis, per quas conceſſit, ut perſona qui electus fuerit, ad Sedem Apoſtolicam e veſtigio abſque tarditate Pontifex ordinetur.* Videtur tamen Juſtinianus II. Conſtantino Pogonato patri ſuccedens nullam rationem habuiſſe Privilegii Benedicto II. conceſſi, & inhæſiſſe ei, quod Conſtantinus pater largitus fuerat *Agathoni*; cum Interpontificium plerumque fuerit duorum, aut etiam plurium menſium.

XVI. A num. LVIII. ad LXI. Concilium Toletanum XII. habitum eſt *anno primo Ervigii Regis*, ſicuti Concilii initio dicitur, idque *ſub die VIII. Kalendarum Februariarum* ut ipſemet Rex in

cemodi tribueret pœnitentiam.

Quarto deinde canone novæ ſedes Epiſcopales juſſu Vvambæ Regis erectæ in diverſis Hiſpaniarum locis ſublatæ ſunt. Redarguti poſt hæc fuere in Synodo, (a) qui plures uno die Miſſas celebrantes, in ultima tantum, non in ſingulis communicarent.

(a) Can. 5.

LX. Nominatio a Rege facta a Synodo examinatur.

Actum præterea in eodem Concilio, ut Toletanus Antiſtes ordinaret, quem Rex nominaret Epiſcopum, qui ordinatus ſuo deberet ſe præſentare Metropolitano. Hæc ut evidentius pateant, illud non ignorandum, Gothorum Reges in Hiſpania nominationem ſibi vendicaſſe creandorum Epiſcoporum, quorum nominatio referebatur ad Concilium, ut de perſona, qualis eſſet, inquireret, digna ne ſede haberetur Epiſcopali. Conſtant hæc ex veterum ſcriptorum monumentis (b). Quoniam autem longe moræ ſolerent intercedere in his omnibus curandis atque perficiendis, ob idque contingere vacantes ſedes diutius abſque Epiſcopo permanere; id ſancitum eſt in hoc Concilio, ut quem Rex nominaret, unus Toletanus Epiſcopus poſſet, de perſona habita inveſtigatione ſolita, ordinare.

(b) Epiſt. Braulion. ad S. Iſid. Conc. Tol. & alii.

LXI. Hoc licet in hac fuerit decretum Synodo: tamen quod res admodum invidioſa eſſet eum in præjudicium reliquarum Archiepiſcopalium ſedium videretur id eſſe ſtatutum, adverſus ejuſmodi decretum conſtat, fuiſſe ab Hiſpaniarum reliquis Epiſcopis tumultuatum, ab eiſque in contrariam partem flexum Regem ſibi timentem, ne reliqui Hiſpaniarum Epiſcopi rebellarent. Etenim Epiſcopi ipſi egere cum Romano Pontifice, ut omnes a primæ ſedis eximerentur obedientia: hæc enim ita ſe habuiſſe, oſtendunt quæ his verbis apud Lucam Tudenſem ſcripta leguntur: *Multa cum Epiſcopis apud Toletum egit; leges, quæ a prædeceſſoribus ſuis conditæ fuerant, ex parte corrupit, & ex parte correxit, & ab Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo Hiſpaniarum Primate traditas ex nomine ſuo adnotare præcepit, vel antiquas vocavit, ne nomine Eccleſiæ forum judiciale agi videretur. Et Romani Pontificis aſſenſu ſtatuit, ut nullus Archiepiſcopus Hiſpaniarum ſubderetur alicui Primati, niſi Romano.* Hæc ibi: quibus intelligis arbitrio Romanorum Pontificum pro temporis, & perſonarum ratione dari, & demi conſueviſſe Eccleſiis privilegia, neque quicquam conſiſtere quod Rex de his ſtatuat, niſi Pontifex Romanus annuerit.

Epiſcopi Hiſpan. Rom. Pontifici autem ſubeſſe voluerunt.

Inſuper præter alia, reperiuntur in eodem Concilio, nono canone adverſus Judæos plurima cumulata, & inter cætera, ne Judæi libros legere audeant, quos fides Chriſtiana repudiat: Inſuper & ne ſæculares Judices de Judæorum exceſſibus abſque ſacerdotum conſenſu judicare præſumerent. Indulſit (c) pagiter

(c) Tolet. Synod. 12. c. 10.

PAGIUS Concilium XII. Toletanum.

in lege, qua illud confirmat, aſſerit. Quare cum *Ervigius* menſe Octobri ſuperioris Chriſti anni Rex renunciatus fuerit, recte hæc Synodus a Baronio conſignata. Celebrata ea a triginta quinque Epiſcopis, quatuor Abbatibus, & tribus Vicariis, Præſide Sancto *Iuliano* Archiepiſcopo Toletano, ac tredecim Capitula in ea ſancita.

XVII. S. Vilfridus e Mercia & e Saxonia Occidentali pellitur.

A num. LXI. ad LXV. Ex iis, quæ anno DCLXXIX. diximus, manifeſtum fit, *VVilfridum* Roma in Northumbriam reducem ab Ecgfrido Rege in carcerem conjectum fuiſſe, ubi *novem menſes ſine ullo honore* cuſtoditus eſt, inquit Eddius in ejus Vita. Quare liber dimiſſus eſt duabus aut tribus tantum hebdomadibus ante Concilium Hedfeldenſe anno ſuperiori menſe Septembri celebratum. De hac ſecunda Sancti Præſulis a Northumbria receſſione ita loquitur Eddius cap. 38. *Proficiſcente ergo Deo amabili VVilfrido Epiſcopo cum ſuis ſodalibus, patria rura deſerens* (nempe Northumbriam) *Auſtralia Regna in exilio quærens* (Merciam nempe ad Auſtrum Northumbriæ ſitam) *Dominus qui Sanctis ſuis in tentationibus adeſt, Præfectum, Virum nobili genere, & nomine Brorhtuald, filium fratris Ethelredi Regis Merciorum, mitiſſimo, animo ei obviam emiſit.* Addit Eddius, *Brorhtualdum* ei dediſſe locum, ubi ſtatim Wilfridus Monaſteriolum fundavit: ſed *Ethelredum* Regem & *Oſtrith* ejus uxorem & ſororem Ecgfridi Regis, *Brorhtualdo* mandaſſe, ut eum expelleret. Quare cum ante initium Septembris ſuperioris Chriſti anni *VVilfridus* in Merciam non pervenerit, ibique Monaſterium conſtruxerit, ante præſentem annum injuria illa affectus non eſt. Pergit Eddius narrare receſſionem S. Wilfridi in Saxoniam Occidentalem, ubi *Kentuinus* regnabat: *Deinde cum odia Pontifex noſter expulſus, manentibus tamen illic Monachis ſuis, Regem VVeſtſexna* (id eſt Saxonum Occidentalium) *adiit, nomine Centuvini, perparvumque ſpatium pro ſubſequente perſecutione ibi manebat. Nam ibi Regina ſoror Ermenburgæ Reginæ, odio oderat eum, ubi propter amicitiam Regum ſupradictorum trium dein fugatus abſceſſit.*

XVIII. Rex Saxonum Auſtralium anno DCLXI. baptizatus eſt.

Eddius cap. 39. refert poſtea converſionem Auſtralium Saxonum, ad quos Sanctus Wilfridus a Saxonia Occidentali expulſus venit, & quidem hoc anno. Beda enim lib. 4. cap. 13. ubi loquitur de adventu Wilfridi ad Provinciam Auſtralium Saxonum, & de converſione illius gentis ait: *Ipſe illis in partibus annos quinque, id eſt, uſque ad mortem Ecgfridi Regis, merito omnibus honorabilis officium Epiſcopatus & verbo exercebat & opere.* Ecgfridus vero Rex anno DCLXXXV. vita functus eſt. Ante ſcripſerat Beda: *devertens ad Provinciam Auſtralium Saxonum, quæ poſt Cantuarios ad Auſtrum, & ad Occidentem uſque & ad Occidentales Saxones pertingit, habens terram familiarum ſeptem millium, & eo adhuc tempore paganis cultibus ſerviebat; huic verbum fidei & Lavacrum ſalutis miniſtrabat. Erat autem Rex gentis illius Edilvalch, non multo ante baptizatus in Provincia Merciorum, præſente ac ſuggerente Rege VVlfhere, a quo etiam egreſſus de fonte loco filii ſuſceptus eſt: in cujus ſignum adoptionis duas illi Provincias donavit,* Ve-

Digitized by Google

riter S. Synodus ſpatium triginta paſſuum foras progrediendi confugientibus ad Eccleſiam. Hæc & alia in Synodo ſunt ſtatuta, quæ tu conſulas.

Hoc eodem anno gravi fame ac peſte laboratum in Anglia, teſtatur Beda (*a*), cum id contigiſſe tradat tres poſt annos ab apparitione cometæ illius, quæ menſibus tribus perduravit, ut ex eodem auctore (*b*) colligitur. Tunc accidit, ut S. Wilfridus Eboracenſis Epiſcopus, qui pulſus ſede, Romam profectus, Romanæ (ut vidimus) interfuit Synodo ſub Agathone Pontifice; reverſus in Angliam, cum recipere ſedem ſuam tyrannice occupatam non valeret, ad prædicandum Auſtralibus Saxonibus Evangelium converſus, eoſdem adhuc Gentiles reddiderit Chriſtianos. De his agens Beda (*c*), hæc habet poſt alia quæ ad famem ſpectant: *Evangelizans autem genti Epiſcopus VVelfridus, non ſolum eam ab ærumna perpetuæ damnationis, verum & a clade infanda temporalis interitus eripuit: ſiquidem tribus annis ante adventum ejus in provinciam, nulla illis in locis pluvia ceciderat: unde & fames acerbiſſima plebem invadens, impia nece proſtravit. Denique fertur, quia ſæpe quadraginta ſimul aut quinquaginta homines inedia macerati procederent ad præcipitium aliquod, ſive ripam maris, & junctis miſere manibus pariter omnes aut ruina perituri aut fluctibus abſorbendi deciderent. Verum ipſo die quo baptiſma fidei gens ſuſcepit illa, deſcendit pluvia ſerena, & copioſa, refloruit terra, redditque viridantibus arvis annus lætus & frugifer.* Et inferius narrat, eoſdem Saxones allevatos eſſe fame arte piſcandi; quam vir ſanctus Wilfridus eos ad omnes piſces capiendos edocuit. Subdit & de monaſterio ibidem ab eodem Wilfrido fundato.

(*a*) Beda l. 4. c. 13.

(*b*) Beda eod. l. c. 12.

(*c*) Beda l. 4. c. 13. Fames ingens in Anglia.

Converſio Saxonum Auſtralium.

LXII. Quod vero ad luem pertinet, quæ ex more famem ſecuta eſt, idem Beda quomodo ab ea liberati ſint ſervi Dei, narrat verbis iſtis (*d*): *Eodem ferme tempore, quo ipſa provincia nomen Chriſti ſuſceperat, multas Britanniæ provincias mortalitas ſæva corripiebat: quæ cum præfatum quoque monaſterium, cui tunc regendo reverendiſſimus ac religioſiſſimus Chriſti ſacerdos vocabulo Eappa præfuit, nutu divinæ diſpenſationis attingeret, multique ſive de his qui cum Antiſtite il-*

(*d*) Beda l. 4. c. 14. Peſtis in Anglia.

PAGIUS

Veſtam videlicet inſulam, & Meanuarorum Provinciam, in gente Occidentalium Saxonum. Itaque Epiſcopus, concedente, immo multum gaudente Rege, primos Provinciæ Duces ac milites ſacroſancto fonte abluebat, & cætera, quæ Baronius ex Beda narrat. Verum converſio Regis *Edilvach*, qui ex ſeptem Anglo-Saxonicis ultimus fuit, qui Chriſtianam fidem ſuſcepit, longe ante hunc annum contigit; cum *VVlferus* Merciorum Rex, quo ſuggerente ea peracta, anno DCLXXV. vivere deſierit. Fidem itaque *Edilvach* ſuſcepit anno ſexcenteſimo ſexageſimo primo, quo antiquior Auctor Chronologiæ Saxonicæ ſcribit: *Veſtam vaſtavit VVulferus Pendæ filius; nec non Veſta incolas Ethelvaldo Regi Suthſaxonum* (ideſt Saxonum Auſtralium) *donavit: quia illum VVlferus ad Baptiſmi fontem ſuſceperat. Et Eoppa Presbyter VVulferi juſſu, & ipſe Rex VVulferus Baptiſmum Veſtæ incolis primi attulerunt*. Hic Rex a Beda *Edilvalchius*, ab aliis *Ethelvvolfus*, ſive *Ethelvvoldus*; appellatur, ſive etiam *Ethelvualdus*, vel *Adelvvoldus*; quem ann. DCLXI. baptizatum fuiſſe, tradunt etiam Weſtmonaſterienſis, Wigornienſis, ac Huntindonienſis lib. 2. pag. 317. qui Kenevalchii Regis pugnam in Mercios, & cladem, quam eo anno paſſus eſt, Auſtralium Saxonum converſioni præmittit, additque anno poſt miſſionem Eoppæ tertio Solem obſcuratum eſſe die tertia Maii anno ſc. DCLXIV. Vide quæ de *Eoppa* anno DCLXIV. ex Charta fundationis Monaſterii Petroburgenſis in medium adduxi. Denique obſervatu dignum quod affirmat Huntindonienſis pag. 320. præterquam Adelwoldi, qui *primus nomen Chriſti agnovit*, cæterorum Auſtralium Regum nomina famam obſuram recondere, vel Scriptorum penuriam. Quare non mirum ſi de illis impoſterum taceamus.

XIX. Sed redeo ad ea, quæ hoc anno apud Auſtrales Saxones geſta ſunt a Sancto Wilfrido: *Tunc vero gentis noſtræ*, inquit Eddius cap. 39. *quædam Provincia Gentilis uſque ad illud tempus perſeverans vivit, quæ pro rupium multitudine & ſylvarum denſitate aliis Provinciis inexpugnabilis reſtiterat, & ad illos Paganos in Suthſexun* (ideſt Auſtralem Saxoniam) *Deo dirigente viam, & humano auxilio ceſſante, Sanctus Epiſcopus noſter confugit. Invento itaque Rege eorum, cujus nomen erat Ethelvvalch, totius exilii ſui auſteritatem per ordinem enarravit: cui ſtatim Rex ſub fœdere pacis talem amicitiam promiſit, ut nullus inimicorum ejus aut minaci hoſtis gladio belligerantis ſibi terrorem incuteret, aut munerum & donorum magnitudine pactum initum fœderis ſecum irritaret*. Addit Eddius, Wilfridum cum conſenſu Regis gentes, quibus ante prædicatum non erat, Verbum Dei annunciaſſe & Paganorum utriuſque ſexus, quoſdam voluntarie, alios vero coactos Regis Imperio, idololatriam deſeruiſſe: Regemque villam, in qua manebat, ad Epiſcopalem Sedem fundandam conceſſiſſe; ibique *VVilfridum* fratribus ſuis Cœnobium ad requiem fundaſſe. Locum illum Eddius vocat *Selaſiam*, Beda citatus, *Seleſen*, *quod*, inquit, *dicitur Latine Inſula Vituli Marini: qualis locus a Latinis Peninſula, a Græcis ſolet Cherroneſos vocari*. Sederunt in ea peninſula plures Epiſcopi, dicti *Selſeienſes*, poſtea tamen ſub annum MLXX. tranſlata Sedes eſt Lanceſtriam, quæ hodie *Chieſtria*, ubi etiamnum manet.

S. Vilfridus Converſioni Saxonum Auſtralium incumbit.

XX. Ad num. LXII. & ſeqq. De duplici peſte Beda loquitur, quæ diverſis temporibus contigit. Nam, lib. 4. cap. 7. de ea ſermonem habet, quæ S. *Edilburga* Abbatiſſa Berecingenſe Monaſterium in Orientali Saxonum Provincia regente ſævit, & lib. 4. cap. 14. de peſtifera mortalitate, quæ S. *Oſvvaldi* Regis interceſſione ſublata eſt, quando *Auſtrales Saxones* nomen Chriſto dedere. Quare hæc recte hoc anno a Baronio collocata; prior vero ad annum cir-

Miracula SS. Oſvvaldi & Edilburga.

ly venerant, ſive de illis qui de eadem provincia Saxonum nuper ad fidem fuerant vocati, paſſim de hac vita raperentur, viſum eſt fratribus triduanum jejunium agere, & divinam ſuppliciter obſecrare clementiam, ut miſericordiam ſibi dignaretur impendere, ſive periclitantes hoc morbo a præſenti morte liberaret, ſeu raptos e mundo a perpetua animæ damnatione ſervaret. Erat tunc temporis in eodem monaſterio puerulus quidam de natione Saxonum nuper vocatus ad fidem, qui eadem tactus infirmitate, non pauco tempore recubans in lectulo jacebat. Cum ergo ſecunda memorati jejunii ac ſupplicationum dies ageretur, contigit forte ipſum puerum hora ferme ſecunda diei, in loco in quo æger jacebat, ſolum inveniri. Cui divina diſpenſatione ſubito beatiſſimi Apoſtolorum Principes dignati ſunt apparere. Erat enim puer multum ſimplicis ac manſueti animi, ſinceraque devotione ſacramenta fidei, quæ ſuſceperat, ſervans.

LXIII. *Salutantes ergo illum verbis piiſſimis Apoſtoli dicebant: Noli timere, fili, mortem, pro qua ſollicitus es: non enim te hodierna die ad cœleſtia regna ſumus perducturi: ſed primum expectare habes, donec Miſſæ celebrentur, ac viatico Dominici corporis ac ſanguinis accepto, ſic infirmitate ſimul, & morte abſolutus ad æterna in cœlis gaudia ſubleveris. Clama ergo ad te presbyterum Eappum, & dicito illi, quia Dominus exaudivit preces veſtras, & devotionem ac jejunia propitius aſpexit: neque aliquis de hoc monaſterio, ſive de adjacentibus ei poſſeſſiunculis hac clade ultra moriturus eſt: ſed omnes qui alicubi de veſtris hac ægritudine laborant, reſurrecturi a languore ad priſtinam ſunt ſoſpitatem recuperandi, præter te ſolum, qui hodierna es die liberandus a morte, & ad viſionem Domini Chriſti, cui fideliter ſerviſti, perducendus in cœlum: quod divina vobis miſericordia per interceſſionem religioſi ac Deo dilecti Regis Oſwaldi, qui quondam genti Nordanhumbrorum, & regni temporalis auctoritate, & Chriſtianæ pietatis, quæ ad regnum perenne ducit, devotione ſublimiter præfuit, conferre dignata eſt: hac enim die idem Rex ab infidelibus in bello corporaliter extinctus, mox ad ſempiterna animarum gaudia aſſumptus in cœlum, & electorum eſt ſociatus agminibus. Quærant in ſuis codicibus in quibus defunctorum eſt adnotata depoſitio, & invenient illum hac (ut diximus) die raptum eſſe de ſæculo. Celebrent ergo Miſſas per cuncta monaſterii oratoria hujus ſive pro gratiarum actione exaudita ſuæ deprecationis, ſive etiam in memoriam præfati Regis Oſwaldi, qui quondam ipſorum genti præerat, ideoque pro eis quaſi pro ſuæ gentis*

Nuncium divinum de ſalute Monachorum.

PAGIUS circiter DCLXXVI. revocanda; quo anno *Edilburga* ad Deum migravit, ut anno DCLXXII. n. VI. diximus.

XXI. *Cunipertus fit conſors Regni Langobardici.* Quod vero dicit Baronius *Cunipertum* hoc anno in ſocietatem Regni Langobardici a patre vocatum eſſe, a nobis examinatum eſt anno DCLXXIX. n. IV.

XXII. *Moritur S. VVaningus.* Hoc circiter anno migravit ad Deum *S. VVaningus*, qui inter Proceres Palatii & Conſiliarios Clotarii Regis III. floruit quique non ſolum *VVandregiſilum* Abbatem in Cœnobio Fontanellenſi extruendo adjuvit, ut in hujus Vita dicitur; ſed etiam ei plurimas poſſeſſiones largitus eſt, & Monaſteria non pauca in agris ſuis ipſemet ædificavit. Omnium celeberrimum fuit *Fiſcamnenſe* in Diœceſi Rotomagenſi apud Caletes in Normannia & proſpectu maris ſitum, ubi Sacras Virgines trecentas ſexaginta ſex congregavit, & *S. Leodegarium* illuc ab *Ebroino* miſſum magno amore ſuſcepit. Monaſterium tamen illud pro puellis ædificatum, hodie etiam celeberrimum, modo Monachis Benedictinis Congregationis Sancti Mauri ſubeſt. Bollandus ad diem IX. Januarii quædam fragmenta Vitæ Sancti *VVaningi* publicavit, quibus aliud Mabillonius Sæculo ſecundo Benedictino addidit. Annus mortis ejus incertus.

XXIII. *S. Lanbertus fit Epiſc. Lugdunenſis.* *Sanctus Lanthertus*, qui anno DCLXVII. die XXVI. menſis Julii ex Monacho Fontanellenſi ejuſdem Monaſterii Abbas electus eſt, hoc anno ex Abbate Fontanellenſi creatus Epiſcopus *Lugdunenſis*, poſt mortem *S. Geneſii* illius urbis Epiſcopi, ut colligitur ex egregio fragmento Vitæ Sancti Lantberti a Mabillonio Sæculo III. Benedictino parte II. recitato, & ex eo ab Henſchenio ad diem XIV. menſis Aprilis, quo *S. Lanthertus* colitur. In illo enim fragmento dicitur: *perſeveravit in eodem Cœnobio annos tredecim, & menſes octo*; quod & in titulo fragmenti legitur; ideoque circa menſem Martii hujus anni eam dignitatem adeptus eſt, eique in Abbatiam Fontanellenſem ſucceſſit *S. Ansbertus*, poſtea Rotomagenſis Epiſcopus. Cum Sancto Lantberto Abbate Fontanellæ vixere *Erembertus* Epiſcopus Toloſanus, *Condedus* Presbyter, ac Anachoreta, & *Hemerlandus* Sanctitate celebres. Quo anno *Lanthertus* ad Deum migrarit, incompertum. Cum vero anno IV. ante mortem S. Vandregeſili Monachum induerit, ut in Fragmento illius Vitæ legitur, per annos XVII. in Monaſterio Deo ſervivit.

XXIV. *Floret S. Condedus, Anachoreta.* *Condedus* relicta magna Britannia patria ſua, ob Cœleſtis Patriæ amorem in Gallias venit, deſideriumque ſuum *Sancto Lantberto* Abbati Fontanellenſi aperuit proficiendi aliis in prædicatione ac bono exemplo. Tum inſulam *Belcinnacam* ſibi a *Theodorico* Francorum Rege conceſſam ingreſſus eſt, ubi contemplativam vitam agens, boniſque operibus ſine defectu inſiſtens ad æternæ felicitatis migravit requiem die duodecimo Kalendarum Novembrium. Sed cum progreſſu temporis inſula a mari ſubmerſa fuiſſet, corpus ejus *Fontanellam* tranſlatum eſt. Ita Auctor Anonymus ejus Vitæ Sæc. II. Benedictino.

XXV. Corrigendus hic error, qui irrepſit in Vitam illam, ex qua Henſchenius in Notis ad Vitam Sancti Ansberti ad diem IX. menſis Februarii hæc verba in medium adducit: *Præfatus vir bi-*

Digitized by Google

tis advenis ſupplex orabat ad Dominum; & cunctis convenientibus ad Eccleſiam fratribus, communicarat omnes ſacrificiis cæleſtibus, & ita ſoluto jejunio, corpus quoque ſuis reficiant alimentis.

LXIV. *Quæ verba cum omnia vocato ad ſe presbytero puer narraſſet, interrogavit eum ſolicitus, quales eſſent habitu vel ſpecie viri, qui ſibi apparuiſſent. Reſpondit: Præclari omnino habitu & vultu erant lætiſſimi ac pulcherrimi, quales nunquam ante videram, neque aliquos hominum tanti decoris ac venuſtatis eſſe poſſe credebam. Unus quidem attonſus erat*

Petrus & Paulus in viſione cogniti.

ut clericus, alius barbam habebat prolixam; dicebantque quod unus eorum Petrus, alius vocaretur Paulus, & ipſi eſſent miniſtri Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ad tuitionem noſtri monaſterii miſſi ab ipſo de cælis. Credidit ergo verbis pueri presbyter, & ſtatim egreſſus requiſivit in Annali ſuo, & invenit eadem ipſa die Oſuvaldum Regem fuiſſe peremptum. Vocatiſque fratribus, parare prandium, Miſſas fieri, atque omnes communicare more ſolito præcepit: ſimul & infirmanti puero de eodem ſacrificio Dominicæ oblationis particulam deferri mandavit. Quibus ita geſtis, non multo poſt, eadem ipſa die puer defunctus eſt, ſuaque morte probavit, vera fuiſſe verba, quæ ab Apoſtolis Chriſti audierat. Sed & hoc verbis ejus teſtimonium perhibuit, quod nemo præter ipſum tempore illo ex eodem eſt monaſterio raptus de mundo. Ex qua utrorum viſione multi qui hæc audire potuerunt, & ad exorandam in adverſis divinam clementiam, & ad ſalutaria jejuniorum remedia ſubeunda ſunt mirabiliter accenſi. Et ex eo tempore non ſolum in eodem monaſterio, ſed & in pleriſque locis aliis cœpit annuatim ejuſdem Regis ac militis Chriſti natalitius dies Miſſarum celebratione venerari. Hæc de his Beda.

Fuerunt eodem peſtis tempore aliæ complures emiſſæ cælitus viſiones oſtenſæ corde puris Dei ſervis: quæ cuncta quaſi imbrem ſuper plantatam recens Eccleſiam, ad eam multiplicandam Deus concedere voluit, quæ & ſcriptis fideliter poſteris tradi ad excitandam fidelium tepeſcentium pietatem æque conceſſit: ex quibus Beda ipſa deſcripſit, noſque ex multis hic ea ex ipſo reddemus, quæ eodem libro, cum agit de ſanctiſſima Abbatiſſa Edilburga, de ipſius & aliarum ad Deum tranſitu habet his verbis (a): *In hoc etenim monaſterio plura virtutum ſunt ſigna patrata, quæ & ad memoriam, ædificationemque ſequentium ab iis, qui novere, deſcripta habentur a multis, e quibus & nos aliqua hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ inſerere curavimus. Cum tempe-* LXV.

(a) *Beda l. 4. c. 7.* Chariſmata novæ Eccleſiæ Anglicanæ.

PAGIUS *bilis Sebiwerdus aliam dedit largitionis auctoritatem de Belcinnaca Inſula Monaſterio, & rebus ibidem pertinentibus, quæ celebrata eſt in Cœnobio Fontanella ſub anno ſeptimo Regis Theodorici gubernante anno ſecundo B. Anſberto Fontanellam Cœnobium, quoniam Vir Domini Lantbertus Præſulatum jam ſuſceperat Eccleſiæ Lugdunenſis.* Exiſtimavit Henſchenius, eo eo loco innoteſcere *Theodoricum* Francorum Regem anno DCLXXV. regnare cœpiſſe. Verum annus ſecundus *Anſberti* convenire non poteſt neque in initium Regni ejus Neuſtraſiani, cum *Theodoricus* anno DCLXXIII. Childerico fratri, anno DCLXXVIII. Dagoberto Secundo ſucceſſerit, ut me alibi demonſtraſſe exiſtimo. Quare loco *anno ſeptimo*, legendum, *anno decimo*, Regni ſcilicet Neuſtriæ ubi ſita fuit Belcinnaca Inſula fluminis Sequanæ, quæ ſeſqui milliarii a Fontanella diſtabat, & paucis abhinc annis ex undarum illuvie emerſit, quæ in Vita Sancti Audoeni a Fridegodo ſcripta dicitur *Inſula Belcinnaca*, in Diœceſi ſcilicet Rotomagenſi. Cum itaque Belcinnaca pertineat ad Regnum Neuſtriæ, ſcripta Charta illa anno DCLXXXII. quo ſecundus Anſberti Abbatis, & decimus Theodorici Regis annus inchoatus eſt.

Emendatur Vita S. Condedi error.

XXVI. Emendationem noſtram certam eſſe demonſtrant ſequentia verba: *Aderat illuſtris Vuaratto Major Domus Regiæ in Fontanella Cœnobio, quando harum rerum largitio a præfato S. Viro* (ſcilicet Condedo) *condita fuerat: qui etiam & conſenſit, & manus ſuæ ſignaculis roboravit.* Varatto autem anno DCLXXXI. Majoratum adeptus eſt, ut mox oſtendam. Et tamen Cointius anno DCLXXVIII. num. VI tradit, eo anno *Anſbertum* in Præfecturam Fontanellenſem ſucceſſiſſe, qua & in ſententia fuit Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. in Obſerv. præviis ad fragmentum Vitæ Sancti Lantberti, quia neuter illius loci corruptionem animadvertit. Præfatus error, qui irrepſit in Vitam S. Condedi, Henſchenium in alium induxit. Nam in ea annus III. *Theodorici* Regis cum anno nono *Lantberti Abbatis* Fontanellenſis, & die decima menſis Octobris conjungitur, & quidem accurate: Henſchenius tamen in Commentario prævio ad Vitam S. Lantberti ad diem XIV. Aprilis num. 2. aſſerit, annum IX. in XI. invertendum eſſe, quia ſcilicet laudato loco depravato innititur, ut probet, *Theodoricum* anno DCLXXV. Regnum iniiſſe, quod quibuſdam aliis perſuaſit. Cum tamen certum eſſe debeat non hunc ſecundum locum ſed priorem a nobis emendatum, a Librariis corruptum fuiſſe; nam alterutrum ex illis depravatum eſſe neceſſario dicendum.

Emendatur alius Error ex priori enatus.

Auctor Anonymus Vitæ S. Leodegarii anno DCLXXVIII. *Ebroini* Majoris Domus Palatii Theodorici Regis juſſu occiſi, ejuſdem Ebroini interitum cap. 17. his verbis narrat: *Tranſacto ſpatio trium pene annorum in ſemper lugendo Ebroino, qui hanc lucernam niſus fuerat extinguere, Sermo Divinus impletur. Nam qui multos gladio interemit, percuſſus gladio & ipſe periit. Infelix ac miſer, qui tantis honoribus ſublimatus in tribus mundi partibus dilatata fama induſtria ſua pollebat inter homines, quoniam noluit ſuis inimicis, Dei mandatum implendo indulgentiam tribuere, ulciſcendo ut multos ad Regna Cælorum fecit abire,* &c. Porro tertius aſt hic annus a Martyrio S. Leodegarii, quo poſt *Ebroini* mortem corpus ejus e ter-

XXVII. *Ebroini Majoris Domus Theodorici Regis interitus.*

peſtis ſæpe dictæ cladis late cuncta depopulans, etiam partem monaſterii hujus illam, qua viri tenebantur, invaſiſſet, & paſſim quotidie raperentur ad Dominum; ſolicita mater congregationis, quæ hora etiam monaſterii partem, qua ancillarum Dei caterva a virorum erat ſecreta contubernio, eadem plaga tangeret, crebrius in conventu ſororum perquirere cœpit, quo loco in monaſterio corpora ſua poni & cœmeterium fieri vellent, cum eas eodem quo cæteros exterminio raptari e mundo contingeret.

LXVI. De loco cœmeterii divinitus demonſtrato. *Cumque nihil certi reſponſi, tametſi ſæpius inquirens, a ſororibus accepiſſet: accepit ipſa cum omnibus certiſſimum ſupernæ proviſionis reſponſum. Cum enim nocte quadam, expletis matutinæ laudis pſalmodiis, egreſſæ de oratorio famulæ Chriſti ad ſepulcra fratrum, qui eas ex hac luce præceſſerant, ſolitas Domino laudes decantarent: ecce ſubito lux emiſſa cælitus, veluti linteum magnum venit ſuper omnes; tantoque eas ſtupore perculit, ut etiam canticum, quod canebant, tremefactæ intermitterent. Ipſe autem ſplendor emiſſæ lucis, in cujus comparatione Sol meridianus videri poſſet obſcurus, non multo poſt illo elevatus de loco, in meridianam monaſterii partem, hoc eſt, ad Occidentem oratorii ſeceſſit, ibique aliquamdiu remoratus, & ea loca operiens, ſic videntibus cunctis, ad cæli ſe alta ſubduxit, ut nulli eſſet dubium, quin ipſa lux, quæ animas famularum Chriſti eſſet ductura vel ſuſceptura in cælis, etiam corporibus earum locum, in quo requietura & diem reſurrectionis eſſent expectatura, monſtraret. Cujus radius lucis tantus extitit, ut quidam de fratribus ſenior, qui in ipſa hora in oratorio eorum cum alio juniore poſitus fuerat, referret, quod mane ingreſſi per rimas oſtiorum vel feneſtrarum radii lucis omnem diurni luminis viderentur ſuperare fulgorem.* Hæc de viſione indicante locum cœmeterii conſtruendi: quibus ſignificatum divinitus fuit, quod etſi *Domini* (a) *eſt terra & plenitudo ejus*, & in manu ejus omnes fines terræ, & ubicumque ſepulti fideles ſint, in manu Dei ſunt oſſa eorum: peculiari tamen ipſum membra ſui corporis proſequi cura ac providentia, monereque proinde mortales, eoſdem pio cultu venerari debere ſacros cineres, quorum locum deſuper tanto fulgore ipſa digna-

(a) Pſalm. 23.

PAGIUS terra levatum. Sepultus fuerat *quinto Nonas Octobris*, ut habet Anonymus in ejus Vita cap. 22. vel *die ſexto Nonarum Octobrium*, ut ſcribit Urſinus in ejus Vita cap. 27. qui addit: *In quo ſepulcro annis duobus & dimidio humatus fuiſſe dicitur*, in Attrebatibus ſcilicet. Ideoque paulo ante initium menſis Aprilis hujus anni Ebroinus interfectus fuerat, recteque in Chron. S. Medardi Sueſſionenſ. Tom. II. Spicilegii Dacheriani publicato interitus ejus cum hoc Chriſti anno connectitur. Qua de cauſa & a quo peremptus fuerit, narrant Anonymus laudatus, Continuatur Fredegarii cap. 98. & Auctor de geſtis Francorum cap. 47. Præfecturam Palatii ſub Clotario III. primum, ac deinde ſub *Theodorico* ejus fratre geſſit *Ebroinus*; Vir crudelis, rapax, perfidioſus, qui inimicos ſuos jugulare fas duceret, cunctoſque ſibi ſuſpectos perdere; quod ſub *Theodorico* Rege homine hebeti perfecit eo licentius atque facilius quod ei inani nomine ſervato Regni adminiſtrationem in ſe tranſtulerat. Sed de vitiis, ac quibuſdam virtutibus, quibus præditus erat, legendus Hadrianus Valeſius lib. XXII. Baronius ejus mortem differt uſque ad annum DCLXXXVII. quo de ea agit num. VI. ſed quia ſeries Majorum Domus Palatii Franciæ, penes quos ſumma rerum erat, interrumpenda non eſt, hic de ejus morte nobis agendum fuit. Legenda tamen quæ ibidem de eadem dicemus.

XXVIII. *Poſt Ebroini mortem Baſilica in honorem S. Leodegarii condita.* *Poſtquam infelix Ebroinus Vita finem dedit*, inquit Anonymus in Vita S. Leodegarii cap. 07. *quod invidia ductus de Dei ſervo abſconderat, magnis laudibus longe lateque percrebuit.* Subdit Anonymus, cœpiſſe Regem Theodoricum venerari ut Martyrem, *quem per accuſationem tyranni prius crediderat fuiſſe culpabilem*, tunc perlatum eſſe eum laude in Palatio, ubi erat multitudo magna Epiſcoporum ac Procerum; contentionem ortam inter *Anſoaldum* Pictavienſem Epiſcopum, in cujus Diœceſi natus erat Sanctus Martyr, *Hermenarium* ejus Succeſſorem in Epiſcopatum Auguſtodunenſem, & *Vindicianum* Præſulem Attrebatenſem, in cujus Diœceſi fuerat interfectus: ſed *Anſoaldum* forte accepiſſe Sanctum corpus, & Pictavos deferri curaſſe circa, ſcilicet menſis Aprilis initium ut ex dictis intelligitur. *In ipſius Beatiſſimi Martyris honore*, inquit Anonymus cap. 20. *juſſu Pontificis Domni Anſoaldi, opere Abbatis Audulfi Patris Monaſterii* (ſcilicet Sancti Maxentii) *miræ magnitudinis fabricata eſt domus, cujus fabrica ædificatio eſt diſſimilis omnibus Baſilicarum conſtructionibus. Quo ſupradictus Pontifex votum perficere volens, huic loco acceſſit cum omnibus ſuæ Eccleſiæ ſacerdotibus, ac turba Magnificorum, catervaque populi magna. Et quidem cum magnis laudibus ſanctum ſepelivit corpus B. Martyris*, &c. *Conſummatum eſt S. Leodegarii Martyrium quinto Nonas Octobris & dedicatio Baſilicæ ipſius tertio Kal. Novemb. Tranſlatio vero ſancti corporis medio menſe Martii.* Anno quidem ſexcenteſimo octogeſimo quarto littera Dominicali B. notato dies Dominica incidit in diem trigeſimam Octobris; ſed cum a die quo allatum fuit ſanctum corpus in Monaſterium Sancti Maxentii, uſque ad menſem Octobrem anni DCLXXXIV. tres tantum anni effluxerint, Baſilica miræ magnitudinis ac ſuperbæ fabricæ vix intra triennii ſpatium conſtrui potuit. Quare exiſtimo, hanc Dedicationem quæ aliquanto tempore corporis Sancti Martyris Tranſlationem præceſſit, peractam fuiſſe anno DCXC. littera Dominicali B. etiam inſignito, quod evidentius ex anno Tranſlationis patet.

Cum enim *medio menſe Martii*, ſive die decima ſexta, quæ ab anno DCLXXXII. uſque ad annum DCXCIII. non cadit in Dominicam, magna pompa facta fuerit, ea ad annum ſexcenteſimum nonageſimum tertium referenda, ideoque & Dedicatio ad annum DCXC. Utramque enim in Dominica peractam eſſe in dubium XXIX. *Tranſlatio S. Leodegarii.*

Digitized by Google

dignata eſt Divinitas illuſtrare. Subiicit his Beda alia de ſanctis virginibus e mortalibus erutis, ac demum de ipſa Aldiburga ex eadem lue perempta, atque in cælum una cum illis ad Deum perducta: quæ cuncta nos brevitatis gratia prætermittimus; tu ipſe velim conſulas ipſum, qui præ manibus fere omnium habetur auctor.

Ad poſtremum vero quod ſpectat ad regnum Longobardorum, hoc anno Cunipertus a patre Bertarido, regni ejus octavo, in regni conſortium adſciſcitur, regnavitque cum parente annis decem, ita Paulus diaconus habet (a).

(a) Paul. diac. l. 5. c. 25.

Se.

PAGIUS

bium revocari non poteſt. Porro *Anſoaldum* tam Dedicationis, quam Tranſlationis Auctorem, adhuc ſuperſtitem fuiſſe anno DCXCVII. conſtat ex Diplomate autographo Childeberti III. dato anno III. Regni ejuſdem Principis die XVI. Martii, recitato a Mabillonio lib. 6. de Re diplomatica num. 44. In nonnullis Martyrologiis ſolemnitas illius Tranſlationis *XVII. Kal. April.* ſeu die XVI. Martii annotatur, ut Henſchenius lib. 2. *de Tribus Dagobertis*, c. 16. obſervavit; ſed tam ipſe quam Cointius valde hallucinantur, autumantes Anonymum citatum loqui die XVI. menſis Martii anni illius, quo *Ebroinus* peremptus, & *S. Leodegarii* corpus e terra levatum. Hæc enim opinio eo minus ſuſtineri poteſt quo Tranſlationem illam Baſilicæ in S. Martyris honorem conſtructæ Dedicatio præceſſerit, ut idem Anonymus habet.

XXX. *VVarato Burgundia & Neuſtria, Pippinus Auſtraſiæ Majores Domus dicti.*

Poſt *Ebroini* cædem Franci ſeu Neuſtraſii Majorem Domus Regiæ conſtituerunt *VVaratonem*, qui pacem cum Pippino omnem Auſtraſiam fere adminiſtrante mox pepigit, ut legitur in Geſtis Francorum cap. 47. & in Continuatore Fredegarii cap. 98. qui ait: *Quo perempto* (nempe Ebroino) *ad Pippinum Ducem in Auſtriam cum muneribus ſuis pervenit* (nempe Ermenfridus nobilis Francus, qui Ebroinum occidit.) *Quo facto Franci accepto Concilio VVaradonem illuſtrem Virum loco ejus in honorem Majoris Domus conſtituerunt. Idcirco præfatus VVarado obſides a Pippino Duce accipiens* (inde colligitur Pippinum ſe ſe non ſolum Theodorico Regi, ſed Warattoni Majori Domus ſubjeciſſe) *pacem invicem patraverunt.*

XXXI. *S. Lambertus Eccleſiæ Trajectenſi reſtituitur.*

Ad *Pippini* ſortem facta eſt acceſſio Civitatum aliquot Auſtraſianarum, quæ vi coactæ partibus *Ebroini* hactenus adhæſerant; ſecutaque eſt inde maxima rerum mutatio in Diœceſi Trajectenſi. *Pippinus* enim *Lambertum* Trajectenſem Epiſcopum ſtatim ab exilio revocavit, ut docent Scriptores, qui hujus Sancti Vitam in literas miſere. Teſtantur enim evoluto Pſeudo-Faramundi Pontificis ſeptennio redditam fuiſſe pacem Eccleſiæ Trajectenſi, quia necatus eſt *Ebroinus*, ejectus *Faramundus*, ſuæque Sedi reſtitutus a Pippino *Lambertus*. Ita Anonymus S. Lamberto coætaneus, & Godeſchalcus Diaconus cap. 4. *Septem annis expletis, depoſitus eſt Faramundus de Sede Pontificale*, &c. Quare cum anno DCLXXIV. *Lambertus* depoſitus fuerit, ejus reſtitutio in priſtinam dignitatem ad hunc annum pertinet. Cointius hoc anno num. LXV. refellit Stephanum, Nicolaum, & Reneerum, qui in Vita S. Lamberti aſſerunt, hanc Eccleſiæ ſuæ redditum non fuiſſe, niſi cum *Pippinus* ſub Theodorico Rege Majoratum totius Franciæ ſolus obtineret.

I. *Agathonis Papæ obitus.* SEquitur annus Redemptoris ſexcenteſimus octogeſimusſecundus, Indictione decima, quo Agatho Papa quarto Idus Januarii ex hac vita migravit. Ita Anaſtaſius, ita & Romanum Martyrologium, ubi inter ſanctos ea die reperitur adſcriptus. Nec eſt quod ejus obitus ad annum ſuperiorem dicta die poſſit referri, quem poſt illud tempus ſuperſtitem fuiſſe, Synodi Sextæ Acta declarant [illegible]. Immo quæ poſt hæc eruta refoſſa eſt ex monumentis Floriacenſibus epiſtola Agathonis ad Archiepiſcopum Viennenſem, neceſſario affirmare cogit, eum diutius vixiſſe, atque hoc anno poſt reditum Legatorum ab Oriente Synodum Romæ ab eo habitam, ac deinde ſequentem dediſſe epiſtolam (*a*):

(a) Bibl. Flor. edit. a Joan. a Boſco Cœleſtino ult. par. pag. 39.

Agatho Epiſcopus, ſancto Edicto Viennenſi Archiepiſcopo.

Presbyter tuus Donatus in Synodo, ubi centum pene Epiſcopi reſidebant, Romæ de ſanitate tua nos lætificavit, cui rem geſtum apud Conſtantinopolim, ſicut Legati noſtri detulerunt ſanctitati tuæ deferendam dedimus: ubi reperies Antiochenum Epiſcopum pro errore ſuo damnatum. Hæc tu, frater beatiſſime, cum percurreris, omnibus Galliarum Epiſcopis legenda, & cavenda, ac tenenda tranſmitte. Scias autem loco ejus Theophanium Epiſcopum ordinatum. Data pridie Kalendas Martii, piiſſimo Conſt. Aug. Ex quibus plane conſtat, non (ut accepiſti) quarto Idus Januarii defunctum eſſe Agathonem, ſed vitam ulterius propagaſſe: & ac-

---

PAGIUS SÆC. VII Anno Æræ Hiſp. DCCXX. Anno Hegiræ LXIII. inchoata die 30. Sept. fer. 4. A. C. 682.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6175.

☉ 19. E. ☽ 18. *P.* 30. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 682.

LEONIS PAPÆ 1.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 25.

I. *Poſtconſulatus.* HIC annus iſta formula notatus: XXIX. *Conſtantini Aug. Poſt. Conſulatum ejus XV.* Eſt hic annus primus Juſtiniani II. ejus filii anno ſuperiori in conſortium Imperii adſciti, ut ibidem diximus; ſed cum nullibi occurrat exemplum annorum *Juſtiniani* ab eo anno deductorum, eorum mentionem non facimus.

II. *Moritur S. Agatho PP.* Ad num. I. Anaſtaſius tradit, *Agathonem* Papam ſediſſe *annos duos, menſes ſex, dies tres*, quod habent etiam varia exemplaria MSS. Anaſtaſiana, niſi quod in aliquibus loco, *dies III.* leguntur *dies IV.* uti tradunt Regino, Hermannus Contractus, Ordericus lib. 2. Catalogus Vaticano-Palatinus, & aliqui alii. Verum quartus & ſextus Catalogus Bibliothecæ Colbertinæ docent nos durationem Pontificatus Agathonis, ac veram Anaſtaſii lectionem nobis conſervarunt, ſaltem quoad *dies*; in iis enim legitur, *Agathonem* ſediſſe annos duos, menſes ſex, & dies quatuordecim. Nam quoad annos, certum videtur Anaſtaſium hallucinatum eſſe, annumque integrum *Agathonis* Sedi debitum, Interpontificio, quod poſt mortem ejus contigit, perperam adſcripſiſſe, & ex eo alios; alioquin *Agatho* die XXIX. menſis Decembris anni DCLXXX. hominem exuiſſet; cum tamen ex ipſomet Anaſtaſio conſtet, eum poſt abſolutam Sextam Synodum, cujus ultima Actio die XVI. menſis Septembris anni ſuperioris habita, mortuum eſſe. Quare cum die XXVII. menſis Junii anni DCLXXVIII. ordinatus fuerit, & ut habet Anaſtaſius, ſepultus ſit *ſub die IV. Idus Januarii*, die ſcilicet decima ejuſdem menſis, ſedit annos tres, menſes ſex, & dies quatuordecim, excluſo ſcilicet die emortuali, ad quem in Martyrologio Romano, aliiſque ad eumdem diem a Bollando citatis inſcribitur.

III. *S. Leo II. Agathoni ſuccedit.* Narrata *Agathonis* morte Anaſtaſius ait: *Ceſſavit Epiſcopatus annum unum, menſes ſeptem, dies quinque.* Verum cum *Agatho* Eccleſiam Romanam annos tres, & menſes aliquot adminiſtrarit, ut certum videtur, poſt ejus mortem Sedes tamdiu vacare non potuit. Quare Onuphrius in Chronico Interpontificium ad ſeptem menſes coarctavit, quot menſes etiam duraſſe Martinus Polonus in libello *de Mirabilibus Romæ* tradit, quod ab aliquo Auctore antiquo cujus opus ad nos non pervenit, eum ſumſiſſe non dubitandum. Immo anno ſequenti, die decima ſexta *menſis Aprilis Leonem II.* natione Siculum, *Agathonis* Succeſſorem Pontificatum geſſiſſe, ex ipſomet Anaſtaſio tunc demonſtrabimus. Illud itaque Interpontificium vel a Librariis male deſcriptum, vel etiam ab Anaſtaſio ipſo, ut alibi ſæpe, ignoratum. Unde cum *S. Leo* hujus nominis II. hoc anno die decima ſeptima menſis Auguſti, in quam Dominica cadebat ordinatus fuerit, ut in morte ejus conſtabit, vacavit Sedes tantum *menſes ſeptem, dies ſeptem*, mortuali excluſo.

IV. *Poſt Agathonis mortem Interpontificium non fuit annuum.* Baronius, qui annos tres, & menſes ut minimum quatuor Agathoni attribuit, vacaſſe Sedem uſque ad diem XV. menſis Auguſti anni ſequentis, ait oſtendere Epiſtolam ejuſdem Agathonis ad Sanctum *Edictum Viennenſem Epiſcopum pridie Kal. Martii* hoc anno datam; qua ſignificat ſe poſt reditum Legatorum a Synodo Oecumenica, Romæ Concilium celebraſſe centum circiter Epiſcoporum, cui *Donatus* Edicti Diaconus interfuerit. Ex quo infert, menſe Martio *Agathonem* adhuc in vivis fuiſſe, ideoque Interpontificium annum unum, menſibus ſeptem, ac diebus quinque duraſſe. At ſi, uti ipſe contendit, *Agatho* Kalendis Martii hujus anni adhuc in vivis erat, & *Leo* II. die XV. Auguſti anni ſequentis ordinatus fuit, tamdiu Interpontificium durare non potuit. Ea itaque Epiſtola ſuppoſititia eſt; nullus enim Edictus hoc tempore Viennæ ſedit, ut videre eſt apud San-Marthanos in Gallia Chriſtiana, & apud Cointium in Annal. Eccleſiaſt. Franc. indeque ea Epiſtola non memoratur a Labbeo in noviſſima editione Conciliorum, ſicuti nec Synodus Romana, cujus in ea mentio. Dicit præterea Baronius, *Leonem* II. Agathonis Succeſſorem, qui menſes ſolum X. & dies XVII. ſe-

Google

& accidiſſe potuit, ut loco Junii, Januarii errore librariorum ſit poſitum, ut alias ſæpe accidiſſe comperimus. Quod vero unius tantum Macarii Antiocheni Patriarchæ in Synodo condemnati in hac epiſtola mentio habeatur: ex hoc magis argue illapſam impoſturam in Sextam Synodum, qua cum aliis prædamnatis Patriarchis & iterum condemnatis miſcetur Honorius Papa ☞.

Porro de Agathone, præter illa quæ ſuperius ſunt enarrata, Anaſtaſius iſta habet: *Hic divisit omni clero rogam unam, & ad luminaria Apoſtolorum, & ſanctæ Mariæ ad Præſepe ſolidos mille centum ſexaginta. Fecit autem ordinationem unam, creavit Presbyteros decem, Diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca numero octodecim: qui ſepultus eſt ad beatum Petrum ſub die quarto Idus Januarii, & ceſſavit Epiſcopatus ejus annum unum, menſes ſeptem, dies quinque.* Hæc Anaſtaſius. ☞ Inter cæteras veteres Inſcriptiones magno labore collectas eſt reperiri jam diu ante deperditum Epitaphium, inciſum in ejoſdem ſancti Agathonis ſepolcro his verſibus (a):

(a) *Antiq. Inſcr. in Append. p. 1166. num. 3.*

Agathonis Papæ epitaphium. PONTIFICALIS APEX VIRTVTVM PONDERE FVLTVS
VT JVBARIS RADIAT, PERSONAT VT TONITRVS
QVÆ MODO HOC PERAGIT DOCTRINÆ FOMES ET ACTOR
FORMAT ENIM GESTIS QVOS DOCET ELOQVIIS
DVM SIMVL * ÆQVIPERAT VIRTVS ET CVLMEN HONORIS
OFFICIVM DECORAT MORIBVS ARTE GERIT
PRÆDITVS HIS MERITIS ANTISTES SVMMVS AGATHO
SEDIS APOSTOLICÆ FOEDERA FIRMA TENET
EN PIETAS EN PRISCA FIDES INSIGNIA PATRVM
INTEMERATA MANENT NISIBVS ALME TVIS
QVIS VERO * DINVMERET MORVM DOCVMENTA TVORVM
FORMVLA VIRTVTVM DVM TVA VITA FORET

* æquiparat. * numeret.

PAGIUS ſediſſe dicitur adhuc ſuperſtitem fuiſſe, cum habitum eſt Concilium Toletanum XIV. anno Chriſti DCLXXXIV. ideoque cum anno tantum ſequenti Pontificem renunciatum eſſe. Verum in eo Concilio cap. 3. *ſolum dicitur*, mandatum *Leonis* perlatum eſſe in Hiſpaniam, *cum tellus omnis hyemali ſtrictu gelu, glaciali nivium immenſitate* duruiſſet, & jam rediiſſent Patres a Concilio Toletano, ſcilicet XIII. celebrato ſub finem anni DCLXXXIII. Immo ex Epiſtola Benedicti II. Papæ Leonis II. Succeſſoris *ad Petrum Regionarium* iſtuc a Leone miſſum colligitur, antequam Concilium illud Toletanum XIV. congregaretur, mortuum fuiſſe *Leonem II.* cum eum hortetur *Benedictus* ad commiſſum ſibi ab illo miniſterium peragendum. Sed de his Leonis literis rurſus infra agetur.

V. Pontificium Leonis II. in Interpontificium perperam mutatum. Papebocrius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum arbitratur, difficultates, quæ in Chronologia Leonis II. videntur, prorſus ineluctabiles, ex eo oriri quod apud Anaſtaſium Interpontificii & Pontificii ſpatia commutata fuerint. Ait Anaſtaſius poſt *Agathonis* mortem Sedem vacaſſe annum I. menſes VII. dies V. Leonem vero ſediſſe *menſes X. dies XVII.* Quare Papebrocius Interpontificio aſſignavit menſes X. & dies VII. *Leonis* vero II. Pontificatui annum unum, menſes VII. dies V. converſis ſcilicet Interpontificii & Pontificii ſpatiis. Verum incidit Vir doctiſſimus in Syllam cupiens vitare Charybdim; ea enim ratione initia proximum quinque Succeſſorum Leonis II. corrumpere, eaque anno uno tardius conſignare coactus fuit, ut ex dicendis certo patebit. Recitat ibidem Papebrocius *Relationem de Electione ad Principes*, & ſermonem *in die ordinationis*, extantes inter antiquas formulas MSS. ſine Principum & Pontificis nominibus, quas adhuc lucem non vidiſſe arbitratur. Verum utraque jam legebatur in Libro Diurno Romanorum Pontificum, a Garnerio Pariſiis anno MDCLXXX. typis mandato: Relatio illa in eo libro habetur cap. 2. tit. 3 ubi tamen non *ad Principes*, ſed *ad Principem* miſſa dicitur. Sermo vero *in die ordinationis* legitur titulo nono, ſed ſub hoc titulo: *Tertia Profeſſio fidei poſt ordinationem*, ſcilicet Pontificis Romani. Ex qua titulorum diverſitate apparet, via divinari poſſe quibus annis eæ formulæ conditæ fuerint, & a quibus Pontificibu prolatæ; cum in laudata Relatione ſemper ſermo ſit de Principibus in plurali, in Libro vero Diurno ſemper de Principe in ſingulari.

Sigonius in Hiſtoria de Regno Italiæ ad annum DCLXXXII. ſcribit, ante Leonem II. ſoli Oſtienſi Epiſcopo aliquando tributum fuiſſe, ut ſecluſis aliis Epiſcopis Pontificem Romanum conſecrarit. Sed hanc opininnem refellit Mabillonius in Commentario prævio ad Ordinem Romanum, ex altero ex duobus libellis *de Ordinatione* a ſe publicatis: In eo enim, uti in Ordine Romano, trium Epiſcoporum mentio in Pontificis ordinatione habetur: *Et accedit unus Epiſcopus, & dat orationem ſuper eum, & recedit; & alter ſimiliter. Accedit tertius & conſecrat illum.* Atque hic libellus haud dubie ſcriptus eſt ante Pontificatum Leonis II. cujus ordinatio, ſi attente, prout in Geſtis Pontificum & Anaſtaſio deſcripta eſt, conſideretur, inde etiam idoneum contra Sigonium elicietur argumentum: *qui ſupraſcriptus Sanctiſſimus Vir*, inquit Anaſtaſius loquens de Leone II. *ordinatus eſt a tribus Epiſcopis, id eſt, Andrea Oſtienſi, Joanne Portuenſi, & Placentino Veliternienſi, pro eo quod Albanenſis Eccleſia Epiſcopum minime habuit.* Ubi cum rationem reddit Anaſtaſius quod pro Albanenſi Epiſcopo, cujus Sedes vacabat, ſuffectus ſit Veliternienſis; id argumento eſt, morem antea fuiſſe, ut cum Oſtienſi & Portuen-

VI. Pontifices Romani ſemper a tribus Epiſcopis ordinati.

Digitized by Google

Hæc de Agathone, poſt cujus obitum diu, ut audiſti, contigit Vacare Sedem. ☞

Tempus vacationis Sedis.

Porro de cauſa tam longæ vacationis verbum nullum: verum tamdiu ſedem vacaſſe Pontificiam Acta decimæquartæ Synodi Toletanæ æque ſignificant. Etenim cum conſtet eam Synodum celebratam anno Domini ſexcenteſimo octogeſimoquarto fuiſſe, in eaque afferi canone ſecundo, tunc S. Leonem Papam fuiſſe ſuperſtitem: cumque omnium teſtificatione certum ſit Leonem non amplius quam menſes decem ☜ & dies decem & ſeptem ☞ ſediſſe: utique affirmare neceſſe eſt, Leonis electionem non ante annum ſequentem contingere potuiſſe.

II. Tanta ſolitudo, ut tanto tempore viduata paſtore Romana Eccleſia perſeverarit, aliquid turbarum interceſſiſſe, argumento haud dubio demonſtrat; ſed unde emerſerint illæ, nihil invenimus declaratam. Verum novus rerum ſtatus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ de ejuſmodi novitate ſuſpicionem haud levem affert. Hoc namque anno (ut ea Nicephoro ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo habetur expreſſum) Georgius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cum ſediſſet annos tres ac totidem menſes, moritur, in quo locum ejus ſubrogatur Theodorus Syncellus, quem ante Georgium fuiſſe ex eodem throno depoſitum, ſuperius diximus. Hunc vero Monothelitarum hæreticorum fuiſſe patronum, & in impietate collegam Macarii Antiocheni infenſiſſimumque hoſtem Romanorum Pontificum, quæ dicta ſunt ſuperius, ſatis docent, cum & pariter demonſtratum eſt, hujus artibus Acta Sextæ Synodi paſſa eſſe jacturam haud levem. Ut enim iſte verſipellis, formas mutare doctos, Catholicam fidem ceu larvam ſuſcipiens, eam ad exhibendum ſe foris Catholicum aggreſſus eſt profiteri, ad Patriarchatum ſibi reditum præparavit: quem nactus, par eſt credere, quod omnia, per quæ in Actis ejuſdem œcumenicæ Synodi novit ſibi infamiam ob hæreſim irrogatam prorſus abſtulit, atque alia pro animi ſententia adjecit: cujus perfidi hominis impoſturas argumentis haud dubiis anno ſuperiori, cum de Honorio Papa egimus, aperte ſatis ſignificavimus.

Mortuo Georgio ſubrogatur Theodorus damnatus hæretic.

III. Quiſnam præter ipſam Imperatori potuit ingeſſiſſe, ut legatos Roma ad Synodum miſſos tamdiu poſt ipſam abſolutam Conſtantinopoli detineret, donec novus Romæ Pontifex crearetur: interim vero ea Synodalia Acta Conſtantinopoli dimoveri non ſinerentur: & procuraſſe ut tardius ordinaretur Romæ Pontifex ne eſſet qui interea ſuis molitionibus poſſet obſiſtere? adhuc enim apud ipſum Imperatorem repoſitum erat, quem clerus Romanus eligeret, confirmare. Magna fuit iſta tentatio, ut tunc in rebus ſummis Romana Eccleſia vexaretur, cum careret ipſa paſtore: quo, nemine contradicente, Acta Synodalia (ſalvo tamen fidei confirmato decreto, quod convellere non liceret) pro arbitrio Theodori pœnitentiam ſimulantis, hæretici bis impii, mutarentur. Quibus ipſe arietibus credendus eſt quatiiſſe mentem ſolidam Catholici Imperatoris, non ut a fide Orthodoxa divelleret (quod nec ſibi fruſtra tentandum putavit, quod ſciret abſque ſedis nuper recuperatæ diſpendio non licere) ſed ut Synodalia Acta, antequam ederentur, ne quid eſſet quod iiſdem poſſet objici, aptarentur? (niſi magis illo inconſulto, pro animi ſententia id aggreſſus) illud prætexens haud abſurdum debere exiſtimari, ſed pernéceſſarium duci, ſi præterita ſcandala revocarentur in mentem; nimirum cum ob Tria capitula inemendata in Concilio Chalcedonenſi, tanta eſſent in Eccleſia Catholica oborta diſſidia, ad quæ componenda, & perperam facta emendanda, opus fuerit tandem poſt tot Eccleſiæ damna aliam convocare Synodum œcumenicam, Quintam dictam, quæ corrigeret, quæ inemendata edita reperirentur in Quarta. Quanto vero majori ſuffundendi pudore Catholici eſſent, ſi bis in id ipſum (ut eſt in proverbio) relabi contingeret?

Deteguntur Theodori machinamenta.

IV. In memoriam revoca (dixiſſe putatur ille nequiſſimus ad Imperatorem) quanto turbarum motu univerſus Chriſtianus agitatus eſt orbis, quod homo diu ante defunctus licet, cum de ipſo haberi mentionem in Chalcedonenſi Concilio contigit, non inter hæreticos adnumeratus, neque cum illis ſententiam damnationis acceperit Theodorus Mopſueſtenus (ut modo dicere omittamus de Iba atque Theo-

Quo prætexto aggrediatur Synodalia acta corrumpere.

PAGIUS tuenſi Epiſcopis, Albanenſis etiam ordinationi Romani Pontificis miniſtraret. Certe ordinationes Epiſcoporum a tribus Epiſcopis, etiam ante Nicænum Concilium, Romæ factas fuiſſe colligitur ex facto *Novati*, qui accitos Romam tres Epiſcopos temulentos, hora decima incluſos, adumbrata quadam & inani manuum impoſitione, Epiſcopatum ſibi tradere coegit ſcribente Cornelio Papa in Epiſtola ad Fabianum Antiochenum apud Euſebium in lib. 6. cap. 43. unico contentus quidem futurus, ſi unus ad

conſecrandum Romanum Antiſtitem tum ſuffeciſſet. Plura hac de re Mabillonius.

VII. A num. II. ad X. Theophanes anno Incar. ſecundum Alex. DCLXXVI. Kalend. Septemb. anni DCLXXXIV. inchoato, *de Georgio Epiſcopo Conſtantinop.* loquens ait, annum ejus Patriarchatus tertium numeratum fuiſſe, cum ageretur Sancta Oecumenica Synodus, additque, ei *poſt Synodum* alios tres in dignitate exactos eſſe, & poſt hunc, *Theodorum* annos tres ſediſſe. Nicephorus vero in Chronico *Georgio* ad-

Theodorus anno ſequenti in Sedem Conſtantinopolitanam reſtitutus.

Theodoreto & ſcriptis ipſorum) adeo ut opus fuerit rurſum Concilium œcumenicum ad hoc potiſſimum cogi, ut idem Theodorus (quod non fecerat Synodus Chalcedonenſis) damnaretur hæreticus? At quomodo exiſtimas, Imperator, poſteros fore paſſuros, præſertim vero Orientales, cum lecturi ſunt in ipſis Sextæ hujus Synodi Actis Synodalibus, tot Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, necnon Alexandrinæ & Antiochenæ Patriarchas ſcientia ſublimes viros uno ſimul ictos anathematis fulmine cum dedecore jacere proſtratos, totius orbis ignominiæ expoſitos, & ad omnem locum, quo ipſa Acta contigerit pervenire, veluti unco tractos oſtentari damnatos, Honorium vero Romanum Pontificem prætermiſſum, qui a noſtris collega reperitur ejuſdem eſſe aſſertus erroris? Qui igitur ſedis prærogativa, & aliis ad lapſum cauſa fuit, utique inter illos primus fuerat adnumerandus, fortaſſe & ſolus.

V. Falſus prætextus ex Honorio ſumptus.

Quis enim non ſe bene de fide Catholica credere, vel leviter poterit dubitare, ſi quem ſequatur, nactus ſit Romanum Pontificem? Unde veniam merentur Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ prædeceſſores Patriarchæ (ut dicere modo prætermittamus de reliquis) ſi ſecuti ſunt in credendo, quem errare non poſſe, hactenus conſtantiſſime creditum & aſſertum firmiſſime in Eccleſia ſæpe fuit. Venia dignus & ego ipſe, qui Honorii non ut hominis alicujus ſed velut Petri, immo & Dei me putavi, ipſum in dogmatibus ſequens, ſecurum veſtigia conſectari: ſiquidem ſententia Domini, non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, & ſat erit diſcipulo, ſi ſit ſicut magiſter ejus. Ut merito a veritatis linea eos tunc exiſtimaverim aberraſe, qui cum Honorio minime conſenſiſſent; jureque extorres putaverim fidei Orthodoxæ ejus ſucceſſores, qui prædeceſſoris fidem minime conſervaſſent. Hinc mihi orta, Imperator, illa animi firma conſtantia, ut præter Honorium neminem ſucceſſorum Pontificum in ſacris legi diptychis paſſus fuerim, neque Vitalianum ipſum de Imperio Occidentali adeo bene meritum, tuo licet juſſu compelleter; ut potius paſſus ſim carere throno, quam a fide Catholica cadere, quam putabam, ſequens Honorium, conſervare. Ejuſdem quoque animi & conſilii fuiſſe prædeceſſores meos, Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum, ipſorum quæ adhuc extant ſcripta ſignificant, ſicut & Macarii Patriarchæ Antiocheni, quibus gloriabantur omnes ſe unum inſtar omnium habere Honorium Romanum Pontificem, quem ſequerentur dogmatis aſſertorem.

VI. Laborat ut Honorius inter damnatos recenſeatus.

At cum magno Dei beneficio veritas diu exulans œcumenici Concilii ſententia fuit nobis poſtliminio reſtituta, proditumque luce clara, ſero licet, nos omnes ſecutos Honorium, hactenus erraviſſe; æquo animo paſſi ſumus (Macario cum ſuis excepto) una cum hæreſi jure damnari. Sed reſipiſcentes, mirati ſumus inter nos & ante nos Honorium non numeratum, quem unum omnes in primis ſectæ prædicabamus Antiſtitem. Num quia mortuus damnari non debuit? Sed hac ratione nec tot prædeceſſores mei, quos diximus, damnari debuerunt ante defuncti. Verum ſolvit Quinta Synodus nodum iſtum, damnans hæreticos, qui ante plura ſæcula vixerant, hactenus indemnatos. Æque ergo omnes errantes vel teneat una ſententia, vel æque abſolvat indulgentia: nulla ſit acceptio perſonarum. Si eximitur a numero damnatorum Honorius, cur ego cum prædeceſſoribus meis perpetua infamiæ nota cum illis adnumeror? At ſi non requirant hæc mortui, poſſum ego ſuperſtes tanto inflicto vulnere non dolere? Sed licet ſileam, meum mœrorem devorans patientia: putas ne poſteros iſta adeo inæqualia præterituros eſſe ſilentio, cum tot viderint in ſacris diptychis expunctorum Patriarcharum nominum patere opprobrio ſempiterno Eccleſiæ noſtræ lacunas; contra vero tot Romanos Pontifices in eadem poſtea reſtitutos. Sed de his utpote Orthodoxis faceſſet invidia: de Honorio certe juſtæ numquam erunt ceſſaturæ querelæ adverſus Synodum, atque te ipſum, Imperator, qui Synodalibus Actis præſens fueris, & tacueris, cum tale vulnus inflictum eſt Synodo dum acceptione perſonarum, humano favore potius quam juſtitia actum eſſe intelligetur, quod inter hæreticos condemnatos non inveniatur numeratus Honorius.

PAGIUS adſcribit annos tres, menſes tres; *Theodoro reſtituto* annum unum, menſes tres. Verum major Theophani hac in re quam Nicephoro fides habenda quoad annos Sedis Theodori poſt ejus reſtitutionem. Ex utroque tamen Auctore conſtat, *Georgii* mortem & *Theodori* reſtitutionem ante annum ſequentem non contigiſſe; indeque ruunt omnes conjecturæ Baronii, quibus probatum exiſtimat, *Theodorum* Acta Sextæ Synodi falſaſſe, & cum in eis nomen ejus inter damnatos hæreticos legeretur, nomen *Honorii* in ſui locum ſubrogaſſe, ac Acta vitiata Legatis Romanis antequam ex Urbe Regia recederent, tradidiſſe; cum ea in poteſtate habuerit. Nam certum eſt, Legatos, vel ſuperioris anni fine, vel præſentis initio Romam perveniſſe; cum *Joannes Portuenſis* Epiſcopus, qui unus ex illis erat conſecrationi *Leonis* II. interfuerit, eoſque Acta Synodalia attuliſſe, quæ non multo poſt a Leone ad Epiſcopos Hiſpanos miſ-

VII. Suam cauſam Theodorus agit.

Ut demum perorans meam cauſam abſolvam: Qui abs te dignus ſum exiſtimatus, ut in priſtinam ampliſſimæ dignitatis ſedem rectæ fidei confeſſione reſtituar; idem ipſa non relinquar in Synodalibus Actis numeratus inter hæreticos. Si ad honores revocor, cur infamia ſigillatum chartæ indelebili nota me retinent? quæ & hac ex parte ea quoque efficiant contumelia, quod talem ad ſedem Patriarchalem provahendum curaveris, quem œcumenicæ Synodi Acta hæreticam eſſe conclament, & ut hæreticum damnent. Quem Patriarcham facis, hæreticum ſcriptam manere ne patiaris: ſit integra reſtitutio, ut ſit integrum beneficium, atque meæ omni ex parte conſultam ſit dignitati, ne & tui judicii æſtimatio de mea reſtitutione teſtimonio Actorum Synodalium apud poſteros mala audiat.

VIII. Quid fraudulenter actum per Theodorum. (a) Zac. 3.

Exigit & id abs te Eccleſia Conſtantinopolitana, quæ non ſine lacrymis jugiter te interpellat vocibus iſtis: Poſt tot funera meorum Antiſtitum, tua benignitate depoſui veſtem viduitatis meæ reducta ſponſo: Sed numquid (a) non iſte torris eſt erutus de igne? ſi eſt ſponſus, cur adhuc indutus ſordibus aſtat? cur inquam inter damnatos hæreticos computatur? Jubeas auferri ejuſmodi veſtimenta ſordida, atque indui candidis indumentis, & ſplendentem ſuper caput ejus imponi cydarim. Sic mihi placeat ſponſus meus, ut nec nomine tenus damnatis jungatur hæreticis. Iſta, inquam, & alia his majora Theodorum omnium malorum opificem adhibuiſſe machinamenta ad perficiendam quod cuperet, quiſque prudens facile exiſtimare poterit, cum ad perſuadendum Imperatori uteretur non eloquentia tantum, ſed comparatis ad decipiendum ſumma arte undique fraudibus: quouſque tandem voti compos factus, in ſuum arbitrium acceptis Synodalibus Actis, eadem (ut dictum eſt ſuperius) vitiavit atque corrupit, ſuum nomen e numero ſubtrahens damnatorum, adjungens eis Honorium Romanum Pontificem, prædeceſſores vero Patriarchas hæreticos Thomam & alios collocans inter pios.

IX.

Iſta quidem cum audis, haud puto, prudens lector, dices excogitatum a nobis eſſe figmentum, ſed firmiſſimum argumentum, ſi in memoriam revoces, quæ anno ſuperiori, cum de Honorio, ipſoque Theodoro, & aliis egimus, dicta ſunt. Si itaque veritatis adeo amator es, ut latentem etiam ſtudeas eam conſequi conjecturis, utique te eam nactum eſſe gaudebis, cum iſtud ipſa Acta Synodalia clament, lugeantque ſua vulnera, atque eſſe manu ſcorpii depravata, pluribus additis, atque itidem pluribus mutilatis, non ab alio, quam ab eo qui comprehenſus eſt fur, peſſimo Theodoro, deplorent. Neque enim in aliis, quam in his dices inſumptum eſſe Conſtantinopoli annum unum ac ſeptem menſes uſque ad ſucceſſoris Agathonis ordinationem, quando tandem dimiſſi ſunt ab Imperatore legati redire Romam ad novum Pontificem. Quæ autem poſt hæc ſecuta ſint, ſuo loco dicturi ſumus. Interea vero, quæ reliqua ſunt anni hujus rerum geſtarum, ordine temporis proſequamur.

X. Concilium Rothomagenſe.

Quod ad res Occidentalis Eccleſiæ ſpectat, nihil præterea memoria dignum Annales exhibent, niſi quod hoc anno celebratum fuiſſe reperitur in Gallia Concilium generale Rothomagenſe ſub ſancto Ansberto ejuſdem civitatis Epiſcopo, cujus Acta deſiderantur: tantum enim mentio de ipſo eſt apud Angradam monacham, dum ejus ſancti res geſtas eſt proſecutus, agenſque de rebus monaſterii Fontanellienſis, hæc habet (b) *Facta eſt autem hæc privilegii auctoritas ſub anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo octogeſimoſecundo, Indictione decima, qui eſt annus præfati glorioſi Regis Theodorici tertiuſdecimus, & præfati venerandi præſulis Pontificatus annus quintus, in Synodo generali Rothomaga urbe habita, ubi plurima Deo accepta & ſanctæ Eccleſiæ utilitatibus profutura diſputata ſunt. Affuerunt quoque & ſancti Pontifices, aliique venerabiles viri ab ipſo præcipuo Præſule evocati, quorum ſubter tenentur nomina adſcripta:*

(b) Extant apud Sur. die 9. Feb. to. 1.

XI.

Ansbertus Archiepiſcopus urbis Rothomagenſis huic Concilio præſui & ſubſcripſi

PAGIUS

miſſa ſunt. Neque Legati Acta vitiata Conſtantinopoli accipere voluiſſent. Quam ob rem S. Leo II. Hiſpanis & Gallis recipienda miſit, ac in Profeſſione fidei a Summis Pontificibus emittenda inter Sacra Decreta recenſeri voluit. Non potuit itaque *Theodorus* Acta, quæ jam in Occidente huc illuc circumferebantur, corrumpere. Sed hac de re jam anno ſuperiori locuti ſumus.

VIII. Synodus Rotomagenſis.

A num. X. ad XIII. *Sanctum Ansbertum* Rotomagenſem Epiſcopum inter alia celebrem reddit Synodus Rotomagenſis ab eo congregata, ſed ejus Epocha in magnam controverſiam vocata, quæ ut dirimi poſſit, referendi hic characteres Chronologici, quibus conſignatur in Vita S. Ansberti: *Sub anno Dominicæ Incarnat.* DCLXXXII. *Indict.* X. *qui erat annus præfati glorioſi Regis Theodorici* XIII. *& præfati venerandi præſulis Pontificatus quintus*, verum prior additiaus quia hoc tempore ſaltem in Actis publicis, anni Incarnationis a Francis non uſurpabantur, ut nunc extra controverſiam eſt. Quare is character, non ab *Angrado* Monacho Fontanellenſi, Auctore illius Vitæ fere æquali S. Ansberti notatus, ſed a poſterioribus intruſus. Præterea Vincentius Bellovacenſis in Speculo Hiſtoriali lib. 23. cap. 100. loco, *anno XIII. Theodorici*, habet *annum XVI.* at legere etiam Sirmondus in Codi-

Digitized by Google

Ep. Conc. Rothomagenſis. pſ. Radbertus Epiſcopus, Regulus Epiſcopus, Atradus Epiſcopus Carnotenæ urbis, Anſoaldus Epiſcopus Pictavienſis urbis, Aquilinus Epiſcopus Ebroicinæ urbis, Cadoenus Epiſcopus, Arnomus Epiſcopus, Salvius Epiſcopus, Deſiderius Epiſcopus, Fulcradinus Epiſcopus, Joannes Epiſcopus, Vvillebertus Epiſcopus, Gerobaldus Epiſcopus Bajocaſſinæ urbis, Taurinus Epiſcopus, Annobertus Epiſcopus Sagienſis urbis, Celſus Abba, Audomarus Abba, Seladio Abba, Boſochindus Abba, Genardus Vicedominus glorioſus antefati magni Pontificis. Ermentrannus, Ferrocinctus, & Fortianus Archidiaconi venerandi. Aderat quoque presbyterorum reſidentium & diaconorum circum aſtantium magnus numerus. Ragnomirus lector, hujus ſancti Concilii geſta, & hanc privilegii auctoritatem, ipſo S. Pontifice jubente, recognovit, & ſubſcripſit. Quodnam autem ejuſmodi privilegium eſſet, idem auctor paulo ſuperius his verbis ſignificat:

XII. Privilegii ſui auctoritatem eidem edidit, ut per ſuccedentia tempora (ſecundum ſancti Patris Benedicti regulam, & ut præcedentium Regum, Clodovei videlicet, & Clotharii, ſimulque Childerici, & Theodorici privilegiorum auctoritates docent) ex ſemetipſis ſibi perennibus temporibus Abbatem eligerent. In qua etiam juſtæ alligationis verbo præſentes futuroſque qui ibidem Domino militaturi erant, conſtringit, ut ſicut ſub ejus regimine, ita & deinceps & ipſi & poſteri eorum ſecundum regulam ſancti Patris Benedicti fideliter Chriſto deſervirent. Quod ſi aliquando, peccatis exigentibus, aut negligentia paſtorali a via rectitudinis, & obſervatione regulæ ſancti Benedicti in futuro deviare conarentur, aut cogerentur: tunc convocatio ſanctorum ſacerdotum, reliquorumque militum Chriſti unanimiter fieret, eorumque per conſilium in priſtinum reducerentur ſtatum. Si vero hac Pontificali auctoritate poſtpoſita, qualibet cavillatione ſiniſtram elegiſſent vitam ac converſationem tenere: ſub vinculo anathematis æternaliter ſe damnandos ſcirent. Hactenus ex Actis Rothomagenſis Concilii Angradus. De privilegio monaſterii Fontanellenſis.

XIII. Quem autem legiſti Audomarum Abbatem eidem Synodo interfuiſſe, hunc ſu-

PAGIUS dice MS. Monaſterii S. Michaelis in mari in Diœceſi Abricenſi ſiti, & Mabillonius Sæculo II. Benedictino, ubi refert Vitam S. Ansberti cum Codicibus MSS. collatam. Librarius cum detrita eſſent in infima parte lineamenta numeri V. loco XVI. legit XIII. qui error non raro occurrit. Quare cum annus XVI. Theodorici anno DCLXXXVIII. inchoatus fuerit, primuſque Ansberti proficiſcatur ab ann. DCLXXXIV. quo S. Audoeno ſucceſſit, Synodus Rotomagenſis anno ſexcenteſimo octogeſimo octavo, aut octogeſimo nono omnino celebrata, currente ſc. Indictione I. vel II. ideoque Indictio X. nonminus in Vitam S. Ansberti inſerta. In ea decretum, ut nemo in Abbatem Fontanellenſem promoveatur præter illius loci Monachos, idque ſtatuitur cum ex auctoritate Privilegiorum a Francorum Regibus conceſſorum tum ex Regula S. Benedicti; quæ ab ipſa origine Fontanellenſis Monaſterii Monachis impoſita fuerat, ut teſtatur Chronographus Fontanellenſis cap. 9. Secundo, decernit eadem Synodus, ut Monachi Fontanellenſes, ſi per Abbatum negligentiam ab eadem Regula recedant, in priſtinum ſtatum reducantur ab Epiſcopis. Synodo ſubſcripſere Epiſcopi ſexdecim, cum quatuor Abbatibus, ex quibus unus eſt Audomarus Abbas, quem Baronius eumdem eſſe putat ac Audomarum, poſtea Morinenſem Epiſcopum de quo mox ago. Verum Audomarus ille Abbas fuit incerti loci, & longe ante hunc annum Audomarum Morinenſem Epiſcopum mortuum ſtatim oſtendo.

IX. Floret S. Aquilinus Epiſc. Ebroicenſis. Ad num. XIII. Ex ſexdecim Epiſcopis, qui Concilio Rotomagenſi ſubſcripſere, ſeptem in Diœceſibus, quas rexere coluntur; Ansbertus in Rotomagenſi die nona Februarii, Aquilinus in Ebroicenſi die decima quinta ejuſdem menſis, qui tamen Martyrologio Romano ad diem XIX. menſis Octobris inſcribitur, ad quem etiam ejus Acta refert Surius; Annobertus in Sagienſi die XVI. menſis Maii; Regulus in Rhemenſi die tertia menſis Septembris; Deſiderius in Redonenſi die decima octava ejuſdem menſis; Salvius in Ambianenſi die vigeſima nona Octobris; & Gerebaldus in Bajocenſi, die ſeptima menſis Decembris. Baronius Aquilini tantum & Audomari meminit, de quibus ideo hic aliquid dicemus. S. Aquilini Vita ſcripta a Monacho Benedictino, inſcriptaque Audoeno ejuſdem Ordinis Monacho, ut conſtat ex ipſius Operis prologo. Aquilinus conjugem duxerat, ex qua liberos procreavit, ſed cum in bello quodam a Clodoveo Rege II. annos tres, menſeſque ſex meruiſſet, & uxor ejus tunc noviſſet, ſe toto anno cum illo continenter victuram, ſi ſalvus & incolumis rediret, Aquilinus poſt reditum non annuam ut illa ſed perpetuam continentiam promiſit, & ex illo die ſub uno tecto manſerunt animis conjuncti, carnali conſortio ſeparati. Quare mortuo Æterno Ebroicenſi Epiſcopo, cum in ipſo matrimonio jam mortuus eſſet mundo, factus eſt Aquilinus Epiſcopus Ebroicenſis, & cum duos & quadraginta annos Eccleſiam illam rexiſſet, ſpiritum Deo reddidit.

X. S. Audomarus Ep. Taruanenſis & Bononienſis ante hunc annum mortuus. Vitam S. Audomari ſcripſit Auctor Anonymus qui ante Normannorum cladem vixiſſe videtur, quam Surius contraxit ad diem VII. Septembris, & interpolavit Folcardus Abbas Sithivenſis, qui ſæculo X. floruit. Eam integram recitat Mabillonius Sæculo Secundo Benedictino reſtitutam ad Apographum Corbeienſe, quam interpolatam a Folcardo ſuſpicatur, quod diſerte ſcribit Cointius anno DCVIII. n. III. Quidquid ſit de Auctore Interpolationum anni quibus dicitur Audomarus Eccleſiam Taruanenſem rexiſſe, utrique Scriptori doctiſſimo impoſuere; ex eo enim quod in ea Sancti Vita aſſeratur, eum ordinatum eſſe regnante Dagoberto Rege, & rexiſſe Eccleſiam per ſpatia triginta annorum, Cointius eum Epiſcopum ſe-

S. Audomarus Abbas. fuiſſe putamus mirandæ ſanctitatis virum, qui alumnus fuit monaſterii Luxovienſis, & his temporibus monaſterio præerat; poſtea vero electus Morinenſis Epiſcopus, Apoſtolico munere in convertendis ad fidem Gentilibus claruit, licet in Actis ejus

PAGIUS renunciatum afferit anno DCXXXVII. qui penultimus Dagoberti fuit, mortuumque anno DCLXVIII. Mabillonius vero anno DCLXVII. Verum hæc verba: *Rexit Eccleſiam per ſpatia triginta annorum*, non ſolum non leguntur in Vita S. Audomari, & interpolata ſunt, ut recte animadvertit Mabillonius; ſed etiam a veritate aliena. Audomarus enim ſubſcripſit Privilegio a *Dranſione* Epiſcopo Sueſſionenſi Monaſterio puellarum extra muros Sueſſionenſes conſtructo, quod eiſdem Dranſius conceſſit Diplomate dato *Auguſta Sueſſionum, ſexto Kalendas Julii, anno decimoquarto Regni Clotarii glorioſiſſimi Regis*, ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo, ut ſuo loco oſtendimus. Auctor Vitæ S. Audomari diem emortualem ejus non memorat, ſed Interpolator affirmat, eum migraſſe ad Chriſtum *V. Idus Septemb.* quia ſcilicet videbat eo die de eo fieri Officium Eccleſiaſticum. Sed quidquid de die emortuali ſit, cum renunciatus fuerit Epiſcopus Teruanenſis Urbis regnante Dagoberto, & *S. Achario Noviomenſi Epiſcopo poſtulante*, ut inquit Anonymus, ideoque ante Dagoberti Regis mortem, quo tempore Acharius Noviomenſis Epiſcopus erat ab anno circiter DCXXI. manifeſtum eſt, *S. Audomarum* anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo adhuc in vivis fuiſſe; anno incerto vitam cum morte commutaſſe; & annos ad minus XXXIII. Epiſcopatum geſſiſſe.

XI. *Ejus zelus & labores.* *Morinenſis* Diœceſis duas amplectebatur Civitates *Theruanam* & *Bononiam*, & Epiſcopus pro temporum occaſione in alterutra ſedebat, ut oſtendit Malbrancus lib. 3. de Morinis. Utrobique *Audomarus* fervidas ad populum conciones habuit, magnam hominum multitudinem ad Chriſtianam fidem perduxit, & frequentibus miraculis ac Prophetiæ dono inclaruit. Sæviſſimæ perſecutiones, inquit Malbrancus citatus, & Sacerdotum penuria effecit, ut in gente Teruanenſi, quæ ſumpta indole, propter morum feritatem & inſolentiam ad pravum eſſet proclivior, vix ullum religionis veſtigium reſtaret. Siquidem Breviaria omnia & MSS. Codices tradunt, *Audomarum* Teruanenſes, cum eos primum adiit, omnino comperiiſſe depravatos, ſana ad ejus dicta obduruiſſe, plurimum denique deſudaſſe, priuſquam in lætum Eccleſiæ gremium adduxerit. *Teruana* ſeu *Terouana* a Carolo Quinto Hiſpaniarum Rege & Imperatore anno MDLIII. exciſa, Sedes tranſlata eſt *Bononiam*; parte tamen Prædii ſeu Diœceſis Epiſcopis Audomarenſi & Yprenſi contributa.

XII. *S. Benedictus Biſcopus fundat Monaſterium Girwenſe.* Beda in Vita S. Benedicti Biſcopi Abbatis Wiremuthenſis, & Succeſſorum ejus lib. 1. cap. 7. poſtquam locutus eſt de fundatione Monaſterii Wiremuthenſis, juvante Ecgfrido Northumbriæ Rege facta, ait: *Venerabilis Benedicti virtute, induſtria, ac religione Rex Ecgfridus non minimum delectatus, terram quam ad conſtruendum Monaſterium ei donaverat, quia bene ſe ac fructuoſe donaſſe conſpexit; quadraginta adhuc familiarum data poſſeſſione augmentare curavit* (familiæ nomine Beda carucatam intelligit, quæ erat terræ portio unius aratri culturæ quolibet anno ſufficiens): *ubi poſt annum miſſis Monachis numero ferme decem & ſeptem, & præpoſito Abbate ac Presbytero Ceolfrido, Benedictus conſulto, immo etiam juſſu præfati Regis Ecgfridi, Monaſterium B. Pauli Apoſtoli conſtruxit, ea duntaxat ratione, ut una utriuſque loci pax & concordia, eadem perpetua familiaritas conſervaretur & gratia*, &c. Situm erat Monaſterium illud S. Pauli ad Tinam fluvium Girvenſi, vulgo *Jarrow*, ex quo Girvenſe S. Pauli Monaſterium dictum eſt. Beda illud incoluit, ſed a Danis poſtea ſemel & iterum deſtructum fuit. Porro Monaſterium Girvenſe hoc anno fundatum, ut ſcribit Wigornienſis, & teſtatur vetus Inſcriptio parieti Eccleſiæ quondam inſculpta, recitata a Bollando in Vita S. Benedicti Biſcopi ad diem XII. Januarii, quo colitur: DEDICATIO BASILICÆ S. PAULI VIII. KL. MAII ANNO XVI. EGFRIDI REG. CEOLFRIDI ABB. EJUSDEMQ. ECCLES. DEO AUCTORE CONDITORIS ANNO IV. Regnum Northumbriæ, iniit, *Ecgfridus* ann. DCLXX. die XV. Februarii. Quare ea Inſcriptio poſita anno DCLXXXV. quo *S. Ceolfridus*, quem Beda citatus ait, *a primis inſtituti Monaſterii prioris exordiis* adjutorem Benedicto Biſcopo per omnia ſtrenuiſſimum adfuiſſe, ante diem XXIV. Aprilis annum IV. regiminis ſui inchoarat. Eamdem inſcriptionem refert Mabillonius in Notis ad Vitam S. Benedicti Biſcopi ex Waræo & Monaſtico Anglicano qui loco, *anno XVI. Ecgfridi Regis*, habent, *anno XV. Ecgfridi Regis*. Verum mendoſa ibi ea deſcripta, quia annus XV. Ecgfridi die XV. menſis Februarii anni DCLXXXV. terminatur, & hæc epigraphe ſcripta eſt eodem anno, die XXIV. menſis Aprilis, ideoque anno Regni ejus XVI. inchoato.

XIII. *Britanni a Kentuino Rege fugati.* *Britanni*, qui adhuc montes, & Inſulæ medullium occupabant, a Saxonibus jam numero pluribus, & potentia majoribus plerumque facile oppreſſi. Hinc Weſtmonaſterienſis ſcribit: *Anno gratiæ DCLXXXII. Kentuinus Occidentalium Saxonum Rex, Britones bello aggreſſus eſt, eoſque male reſiſtentes, victorioſus, ac vehementi cæde, & incendiis, uſque ad mare fugavit*, quod & Wigornienſis hoc anno habet, & Huntindonienſis lib. 2. pag. 318. qui hoc prælium cum anno VII. Regni Kentuini alligat, & Ethelwerdus lib. 2. cap. 9. qui dicit id contigiſſe *poſt biennium* a Concilio Hathfeldenſi, & obitu Abbatiſſæ *Hildæ*. Quare perperam in antiquiori & in recentiori Chronologia Saxonica prælium illud refertur ad annum præcedentem, qui ſextus tantum erat *Kentuini* Regis.

XIV. *Moritur S. Humbertus Abbas Maricolenſis.* Obiit hoc anno *S. Humbertus* Abbas Maricolenſis, quem Hucbaldus in Vita S. Aldegundis ait, depoſitionis ſuæ diem prænoſcentem, *lineas veſtes ad uſum exequiarum ſuarum ab ipſa Virgine* poſtulaſſe. Quare cum *S. Aldegundis* mortua videatur anno DCLXXXIV. ut ibidem dicemus, hujus Sancti obitus recte hoc anno a Cointio conſignatus. In loco ſecus alveum Sambræ, quem priores ruricolæ *Maricolas* dixere, vulgo *Maroilles*, impetrata a Cameracenſis Sedis Epiſcopo licentia, Oratorium conſtruxit, in quo Viros ſub habitu Monaſticæ converſationis conſtituit, & poſt aliquod tempus haud procul extruxit aliud Cœnobium, quod proceſſu temporis, pulſis Monachis, Clericis

S. Aquilinus Epiſcopus Ebroicen. jus de monaſtica præfectura verbum nullum. De Aquilino vero Ebroicenſi Epiſcopo, qui eidem Synodo interfuit, certum eſt ipſum egregia claruiſſe ſanctitate, & inter ſanctos relatum anniverſaria memoria, coli decimanona menſis Octobris. Extant ejus vitæ præclare Acta (a).

(a) Apud Sur. die 19. Octob. tom. 5.

An-

PAGIUS vicis Cameracenſibus conceſſum fuit. Hæc ex ejus Vita ab Anonymo Monacho Maricolenſi ſcripta, & a Bollando ad diem XXV. Martii, ac Mabillonio Secundo Sæculo Benedictino recitata.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 683.	LEONIS PAP. II. ANNUS 1.	CONST. POGON. IMP. ANNUS 16.

I. Leo II. Pap. creatur, ANnus Chriſti ſequitur ſexcenteſimus octogeſimuſtertius, Indictione undecima: quo, ubi Eccleſia Romana paſtore vacaſſet (ut diximus ex Anaſtaſio) anno uno, menſibus ſeptem, ac diebus quinque, tandem accepit Leonem Pontificem hujus nominis ſecundum, crearum, ſive potius ordinatum decimaquinta menſis Auguſti, De cujus ordinatione hæc apud eumdem Anaſtaſium: *Suprascriptus ſanctiſſimus vir ordinatus eſt a tribus Epiſcopis, id eſt, Andrea Oſtienſi, Joanne Portuenſi, & Placentino Veliternenſi, pro eo quod Eccleſia Albanenſis Epiſcopum minime habuit.* Hæc ipſe, qui & de ejus doctrina atque moribus iſta ſcribit: *Leo natione Siculus, ex patre Paulo, vir eloquentiſſimus, in divinis Scripturis ſufficienter inſtructus, Græca, Latinaque lingua eruditus, cantilena, & pſalmodia præcipuus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus, lingua quoque ſcholaſticus, eloquendi majori lectione polita, exhortator omnium bonorum operum, plerisque* * *florentiſſimam ingerens ſcientiam, paupertatis amator, & erga inopum proviſionem non ſolum mentis pietate, ſed & ſtudii ſui labore ſollicitus.* Hæc de ejus moribus atque ſcientia Anaſtaſius. Jam vero reliqua proſequamur.

* plebique.

II. Ubi autem arbitrio Imperatoris confirmantis electionem Romani Pontificis Leo Papa Pontificatum adminiſtrandum accepit, idem Imperator detentos hactenus legatos Apoſtolicæ ſedis Romam redire per-

---

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſp. DCCXXI. Anno Hegiræ LXIV inchoato die 30. Aug. fer. 2. A.C. 683.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6176.

☉ 20. D. ☽ 19. P. 29. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 683.

LEONIS II. PAPÆ 1.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 16.

HIc annus iſta formula notatur: *XXX. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus XVI.*

I. *Poſt conſulatus.* Ad num. I. Secundum Baronium, qui Sanctum Leonem Papam II. die tantum XV. menſis Auguſti hujus anni ordinatum exiſtimavit, Sedes uſque ad illud tempus vacavit. Verum

II. *Poſt Agathonis mortem Sedes non vacavit per annum & aliquot menſes.* *Leonem* conſecratum fuiſſe die XVII. menſis Auguſti anni ſuperioris, & uſque ad initium menſis Julii hujus anni Pontificatum geſſiſſe, certum videtur. Anaſtaſius enim in quo Baronius, aliique fundentur, nos hac de re dubitare non ſinit, cum ait: *Hujus temporibus die decima ſexta menſis Aprilis, Indictione undecima, Luna Eclypſim pertulit. Poſt Cœnam Domini nocte pene tota in ſanguineo vultu elaboravit, & niſi poſt galli cantum cœpit paulatim delimpidare & in ſuum reverti reſpectum.* Hoc anno Paſcha in diem XIX. Aprilis, & feria quinta in Cœna Domini in diem XVI. ejuſdem menſis incidit, quo ultimo die, ut docet Calviſius in Opere Chronologico hora decima ante mediam noctem Luna Eclypſim pati cœpit, quæ finita eſt fere ſeſquihora poſt mediam noctem, duravitque horis fere quatuor. Quare verum non eſt quod in vulgatis exemplaribus Anaſtaſii legitur, poſt *Agathonis* Papæ mortem Sedem vacaſſe annum unum, & menſes ſeptem; alioquin Eclypſis illa contigiſſet durante Interpontificio, non vero Leone ſedente, contra diſertum ipſiuſmet Anaſtaſii teſtimonium, qui ideo ex ſeipſo emendandus.

III. Secundo, Anaſtaſius de Leone II. antea ſcripſerat: *Hic fecit Eccleſiam in Urbe Roma juxta Sanctam Bibianam, ubi & corpora Sanctorum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis atque aliorum Martyrum recondidit, & ad nomen Beati Pauli Apoſtoli dedicavit, ſub die XXII. menſis Februarii:* hic enim dies ac menſis legitur in exemplaribus MSS. Anaſtaſii Thuaneo, duobus Preherianis, duobus Colbertinis, aliiſque in fine editionis Regiæ citatis. Hoc autem anno dies XXII. Februarii incidit in Dominicam, qua die Eccleſiæ dedicari ſolitæ erant. Quare menſe Februario currentis anni Sedes non vacabat, ſed *Leo* Eccleſiam Romanam adminiſtrabat. Nec refert quod dies XXII. Februarii in vulgatis Anaſtaſii editionibus deſideretur; eæ enim parum accuratæ: quod ſi is dies Vitæ Leonis II. additus eſt, is certe deſumptus eſt ex certo aliquo & authentico illius Eccleſiæ Monumento. Tertio, ipſis adverſariis fatentibus, Succeſſores *Leonis* II. tot annos ſedere, quot eis ab Anaſtaſio aſſignantur, & Interpontificia nec diuturniora nec breviora fuere, quam ab Anaſtaſio proditum, eſt, ut ſuis locis videbimus, dummodo Pontificatus Leonis II. a die XVII. menſis Auguſti ſuperioris Chriſti anni inchoetur; e contra enim ſi tardius differatur, Anaſtaſianam Pontificum Chronologiam ruere neceſſe eſt. Quare cum in his ſpatiis dimetiendis rectum veritatis tramitem ſecutus fuerit, evidens eſt, eum *Leonis* II. Pontificatum a die XVII. menſis Auguſti anni ſuperioris inchoaſſe, & in eo tantum peccaſſe, quod Pontificatum *Agathonis* anno uno minuerit, quem poſtea Interpontificio, quod poſt ejus mortem fuit, imprudenter vel memoriæ lapſu adſcripſit; qui error adeo torſit Labbeum, ut in editione Conciliorum poſt Leonis II. Vitam ſcripſerit: *In tota Pontificum Romanorum ſerie, vix quidquam, in priſcæ recentiſque memoriæ Scriptoribus occurrit intricatius, initio, geſtis, atque obitu Leonis Papæ II.* & Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico aſſeruerit, *Leonem* II. electum eſſe ante X. Januarii anni DCLXXXII. II. Octobris ejuſdem anni ordinatum, ſediſſe annum I. menſes VII. dies V. obiiſſe XXIII. Maii anno DCLXXXIV. ſepultum eſſe ad Sanctum Petrum XXVIII. Junii, ac ceſſaſſe Epiſcopatum menſes XI. & dies XXII. quæ omnia non minus ab Anaſtaſio, quam a veritate aliena, ut ex dictis, ac ex dicendis manifeſte patet. Hæc itaque difficultas tandem a me ſuperata.

Longum illud Interpontificium magis evertitur.

Ad num. II. & ſeq. Legati Agathonis Papæ, qui præfuere Sextæ Synodo Conſtantinop. non redire ex ea Urbe Romam, poſtquam *Leo* II. Pontifex ordinatus eſt, ut exiſtimat Baronius, IV.

Acta mutata Romam miſſa.

permiſit, quibus & Synodalia Acta a Theodoro (ut diximus) depravata, non (ut præſetulit) caſtigata, eademque Græce ſcripta, Romam ad Pontificem perferendā tradidit; quæ accepta Leo Latinitate donavit. Fuiſſe in eis nomen Honorii inter damnatos hæreticos numeratum inventum, prout eadem quæ præ manibus habentur Acta præſeferunt, æque Anaſtaſius aſſentitur, qui tamen in Agathone (ut vidimus) dum agit de eadem Synodo numeratque ſingulas Actiones, atque res geſtas in eis, recenſetque damnatos hæreticos ſingillatim, nullam de Honorio habuit mentionem: ut intelligas, in legitima Synodo, Actiſque ejus temporibus Agathonis nihil penitus (ut anno ſuperiori demonſtratum eſt) adverſus Honorium Papam fuiſſe a Patribus definitum, immo neque tentatum; ſecus vero poſtea, ubi ex hac vita ſubductus eſt Agatho. Quas enim invenit a majoribus ſcriptas collegit Anaſtaſius ipſe res geſtas Romanorum Pontificum, & quæ de ſingulis Sextæ Synodi Actis reperit narrata in Agathone, ea in lucem prodidit, & quæ in Leone pariter; ſed quæ in Agathone, eadem fuiſſe germana Synodi Acta ſummatim præſtricta liquet, quæ vero in Leone, eadem ex corruptis (ut vidimus) ejuſdem Sextæ Synodi Actis Romam miſſis, cum damnatione Honorii recepta eſſe a Leone Pontifice, credita ſunt a pluribus teſtificatione litterarum ipſius Leonis, exiſtimantes nimirum eas illius eſſe: nulla de illis habita exacta in re tanta (ut opus fuiſſet) inveſtigatione.

III. Quæ ſi germanæ probari poſſent, tunc alterum de duobus oportuit eveniſſe: vel quod eam iniquiſſimam conditionem neceſſitas temporis Leonem ſubire coegerit, ut ſi id non feciſſet, damnata hæreſis iterum revixiſſet, Actaque Synodalia adverſus eam abolenda fuiſſent: vel quod Leo prætetitarum rerum ignarus neſciſſet, ipſa Acta legitima Sextæ Synodi, atque ipſum præteriiſſet, quæ de ſcriptis Honorii epiſtolis vel per Joannem Pontificem, vel per Maximum Abbatem declaratio, ſive defenſio præceſſiſſet. Sed horum neutrum in Pontifice culpa caruiſſet. Cæterum verſamur in profunda rerum obſcuritate, ut nonniſi manu tentantes dubie incedere fas ſit, cum præſertim quæ reperiuntur Leonis epiſtolæ omnino fide careant, ut quæ dicentur inferius demonſtrabunt. Quicquid ſit, illud unum aſſertum ſæpe ſuperius & multipliciter demonſtratum, quod verum certumque exiſtat, firmiſſimum ſemper erit, & omni ea parte inconcuſſum atque ſolidum permanebit, nempe Honorium nequaquam fuiſſe hæreticum, neque in legitima Synodo eſſe damnatum, vel potuiſſe jure damnari: adeo ut quæcumque adverſus hæc, & a quocumque dicta fuerint, neceſſe ſit penitus evaneſcere. Quamobrem magis ipſe Leo, ſi quæ feruntur, vere ipſius eſſent epiſtolæ, indigerent apologia quod cedere viſus eſſet Græcorum impoſturæ de Honorii aſſerta falſa damnatione: at ipſæ eſſe adulterinæ, penitus convincuntur.

Honorii fides Catholica non poteſt labefactari.

IV. Sed antequam de fide Leonis epiſtolarum exacta diſcuſſio fiat; quæ acciderint condemnatis hæreticis Romam Conſtantinopoli miſſis, cum legati rediere in Urbem, ex Anaſtaſii verbis hic deſcribamus; ſic enim ſe habent: *Verumtamen ſupraſcriptos defenſores malorum hæreticos, Macarium, Stephanum, Polychronium, & Anaſtaſium, dum nollent a ſuo recedere propoſito, per diverſa monaſteria Leo retruſit. Quo prædictus ſanctiſſimus Leo abſolvit duos viros in percipienda communione, qui de regia urbe cum prædicto Macario, & cæteris in Romanam directi ſunt civitatem, necdum a Synodo anathematizatos, id eſt, Anaſtaſium presbyterum, ac Leontium diaconum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in die ſancto Theophaniæ, exponentes videlicet per propria ſcripta fidem ſuam, juxta quod & S. Synodus determinavit, anathematizantes videlicet omnes hæreticos, ſed & ſupraſcriptos viros complices, quos ſancta Synodus, vel ſedes Apoſtolica anathematizavit.* Hæc de reſtitutione lapſorum ex veterrimo Ec-

PAGIUS

Acta Sexta Synodi corrupta non fuere.

nius, ſed ante hujus Pontificis ordinationem; cum Joannes Portuenſis, qui ex Legatis unus fuit, unus etiam ex Ordinatoribus Leonis II. extiterit, ut diſertis verbis Anaſtaſius in Leone II. prodit: *Ordinatus eſt*, inquit, *a tribus Epiſcopis, id eſt, Andrea Oſtienſi, Joanne Portuenſi, & Placentino Veliternienſi*. Joannes vero Portuenſis, qui poſtea ſub nomine Joannis V. Pontifex Romanus fuit, Acta Sextæ Synodi accipere noluiſſet, ſi ea corrupta fuiſſent: immo corrupta non fuiſſe docet teſtis oculatus & integerrimæ fidei *Agatho* Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Scriniorum ejuſdem Theſaurarius qui in Sexta Synodo Notarii nomine fungebatur, ait enim in Peroratione poſt Baronii mortem publicata a Combefiſio in Hiſtoria Monothelitarum pag. 199. *Omnes Tomos Actorum præfatæ Synodi, mundo Codice, propria ipſe manu, Eccleſiaſticis literis conſignavi: qui etſi ſub ſignaculis una cum fidei definitione, quam Sancta Synodus palam edidiſſet, Patrum ſubſcriptione muniti, in Imperatoris Palatio fuerunt repoſiti, ac tuto ſervati: quin & quinque Patriarchalibus Sedibus traditæ definitionis ejuſdem, eadem Patrum ſubſcriptione munita exemplaria, eodem conſcripſi modo, ita jubente piæ recordationis Imperatore Conſtantino, ac ſic fieri præcipiente, quo fidei Orthodoxæ ſinceritas atque veritas nullis pateret inſidiis.* Aſſerit poſtea Agatho Diaconus Honorium cum Sergio & cæteris Monothelitis fuiſſe anathemate damnatum, & ex Sacris Diptychis expunctum; & ejus ac aliorum proſcripta nomina *Barda-*

nem

Digitized by Google

eleſiæ more, ut alicujus nominis hæretici palinodiam recantaturi ad Romanam Eccleſiam mitterentur.

V. Jam vero maximi momenti rem aggrediamur, diſquirere ſcilicet de fide epiſtolarum Leonis Pontificis; utpote quibus cum magnopere infametur nomen Honorii, tamen magis ipſius Leonis fama labefactatur: etenim prophetis improbis a Domino exprobatum eſt (*a*), quod occiderent qui non morerentur, & vivificarent eos qui non viverent, dum ſcilicet damnarent eos quos Deus ſalvaret, abſolverent vero illos quos divina juſtitia condemnaret. Antequam autem Leonis Papæ epiſtolarum lectio ſubiiciatur, hic reddendæ erunt litteræ Conſtantini Imperatoris ad eumdem Pontificem datæ, quibus dum de rebus in Synodo geſtis eumdem reddidit certiorem, ſe ejuſdem Synodi Acta ad ipſum miſiſſe ſignificat, rogatque demum, ut quam citius poſſit Apocriſarium Conſtantinopolim mittat. Eſt autem ejuſmodi Imperatoris epiſtolæ titulus:

(*a*) Ezech. 13.

VI. *Leoni ſanctiſſimo & beatiſſimo Archiepiſcopo veteris & clariſſimæ urbis Romæ & œcumenico Papæ.* Et poſt hæc iſta habet adjecta: *Miſſa eſt menſe Decembri, Indictione decima.* Hic jam inſurgunt difficultates, quæ de impoſtura ſuſpicionem ſaltem non levem ingerant. Etenim cum primæ ad Leonem miſſæ hæ litteræ cenſeantur, quibus de rebus in Synodo geſtis certior redditur; quomodo accidiſſe potuit, ut cum Leonem Pontificem menſe Auguſto (ut vidimus ex Anaſtaſio) creari contigerit, nonniſi poſt quatuor menſes ad eum ſcripſerit Imperator? Sed & quomodo decima Indictione ſcripta ab eo epiſtola dicitur, data hoc anno menſe Decembri, quo tempore duodecima eſſet indictio, quæ jam a menſe Septembri fuerat inchoata? Sed demus mendum in codicem irrepſiſſe, ut decima pro duodecima fuerit errore deſcripta: non enim adeo rigidi cenſores ſumus, ut pro uno vel altero, qui in numero reperiatur error, ſi alia concordent, mox arguamus epiſtolam eſſe ſpuriam, ac proinde reiiciendam; ſecus vero ſi quæ in ea leguntur, ex multis argui poſſint erroris. Ut autem in Græcorum ſcriptis haud ita ſecure abſque trepidatione libereque incedere liceat, ipſamet Sextæ Synodi Acta demonſtrant (ut alia ad hæc teſtimonia adducere non ſit opus) ubi de ternionibus ad Quintam Synodum additis publicam inſpectionem fieri contigit. Sed jam ipſam Imperatoris videamus epiſtolam, quæ Latine reddita ſic ſe habet (*b*):

(*b*) Extat t. 2. ep. Rom. Pont. in Leone 2.

VII. *Cælorum æternum regnum & beatitudinem expetentes, & ad ſpiritualem adoptionem pia noſtra conſilia dirigentes, ea meditamur ac gerimus, quibus ſtudia noſtra bene evenire poſſint. Quid igitur Dominus in Evangeliis (c) pollicitus eſt? Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Ad hoc autem promiſſum, quo ad divinam cognationem extollimur, & adoptionis nobilitatem aſſequimur, pervenire cupientes, ipſumque Chriſtum imitantes a quo ſumus corona redimiti, quique in ſe ipſa omnia Deo reconciliavit; ad pacem & concordiam adducere ſtudemus noſtram Chriſti amantiſſimam Rempublicam. Præcipue vero nobis cura eſt ſanctarum Dei Eccleſiarum ordo; aſſidueque hoc proſpicimus, ut unitatem fidei conciliemus. Quamobrem valde ſuccenſuimus, nec modice potuimus ferre tantum hoc, quod diuturnitate temporis corroboratum eſt diſſidium, ut ab infidelibus ii qui Chriſtum diligunt irriderentur, illiſque lætitiæ fuerint odia inter ſe Chriſtianorum. Nam illorum oppugnationem omittentes, alii in alios linguas quaſi novaculam acutam maledictis & conviciis armabant, fidemque diſſenſionibus diſcindebant.*

(*c*) Mat. 5.

Hæc ante ætatem noſtram cœpta, & ad tantum progreſſa malitiam, ut inſanabile illud malum eſſe videretur, comprimere, difficile ac moleſtum erat, moleſtius vero prætermittere. Irritabant Deum, noſtram quoque manſuetudinem irritabant. Non aliter igitur morbum Eccleſias opprimentem curare in animum induximus, quam ut Dei ſacerdotes & cultores, ta-

leum-

PAGIUS

... num tyrannum Synodi Sextæ hoſtem infenſiſſimum reſtituiſſe & imagines erexiſſe. Quare in dubium revocari non debent, neque Actorum integritas, neque *Honorii* damnatio, neque hujus juſta cauſa, alibi a nobis explicata.

V. *Neque Epiſtola Imperatoris ad Leonem II. ſuppoſititia eſt.*

A num. V. ad XIII. Baronius non ſolum Acta Sextæ Synodi; ſed etiam Epiſtolas, quæ poſt eandem Synodum in editione Conciliorum recitantur, ſuppoſitionis arguit, quod in quibuſdam illarum in conſignatione temporum error inſit. Verum error facile in numeros & menſes irrepit, ut alibi Baronius fatetur, & mille exemplis liquet. Prioris Epiſtolæ hic titulus eſt, tam in Græco, quam in Latino: *Exemplar Divinæ Sacræ piiſſimi & Chriſtum diligentis Imperatoris Conſtantini ad Leonem Sanctiſſimum & Beatiſſimum Papam Senioris Romæ, miſſum per eos, qui illinc directi erant a ſuperſtite Agathone ſanctæ memoriæ. Miſſa eſt menſis Decembris decimo tertio, Indictione decima*, quæ Kalend. Septembris anni DCLXXXI. inchoata eſt. Ait autem Baronius, *Quomodo accidiſſe potuit, ut cum Leonem Pontificem menſe Auguſto* (hujus ſcilicet Chriſti anni) *creari contigerit, nonniſi poſt quatuor menſes ad eum ſcripſerit Imperator?* Verum *Leo* II. ordinatus non eſt menſe Auguſto currentis anni, ſed menſe Auguſto ſuperioris. Cum itaque eas literas Legati Romam attulerint, & ex illis unus, nempe *Joannes Portuenſis*, Leonem II. conſecraverit, apparet, eas ſcri-

Digitized by Google

liumque curatores malorum ad delibera-tionem & conſilia habenda hortaremur. Complurics enim Eccleſia impreſſionibus hæreſum periculoſe ægrotavit: at non aliter orthodoxia accepit medicinam, quam piorum & Chriſti amantium Imperatorum adhortatione, ſacerdotum vero a Deo inſtitutorum conſiliis ac cœtibus.

VIII. *Quapropter ſancti Papæ Agathonis beatitudinem piis apicibus noſtris ſumus hortati, ut aliquos mitteret, qui ejus perſonam obtinerent.* Hic ſiſte gradum, quod offendiculum haud facile ſuperandum occurrit. Apertum ſiquidem convincitur eſſe mendacium, quod his litteris dicitur, de Synodo cogenda ſcriptas eſſe litteras Imperatoris ad Agathonem: ſiquidem nullæ ea de re ad Agathonem, ſed ad prædeceſſorem ejus Donum Pontificem eo argumento datæ fuerunt literæ, id teſtante ipſo Imperatore in litteris ad Georgium, idque pariter aſſerente Agathone in epiſtola ad Imperatores ſcripta, id etiam Actibus Synodalibus, id denique Anaſtaſio Bibliothecario & aliis affirmantibus. Sed reliqua proſequamur:

IX. *Cæteriſque ſanctiſſimis Præſulibus denunciavimus, ut ſibi quiſque ſubditos venerabiles ſacerdotes convocantes, omnes ſimul in noſtram a Deo conſervandam & regiam urbem convenirent, ut putrefacti, & ſcandalizantis membri inutilitatem exciderent, cum maxime nollent curam recipere, cæterumque Chriſti corroborarent corpus doctrina & cataplaſmatibus pietatis. Expedit enim (ut evangelice dicatur) ut unum membrum pereat, & conſervetur totius Eccleſiæ plenitudo. Et quidem ex noſtra advocatione & juſſione, cum & ii qui a parte ſunt veſtræ beatitudinis, & qui cum ipſa poſt ipſum ſolium obtinent ſanctiſſime Patriarcha, cæterique omnes almi Epiſcopi conveniſſent, & conſediſſent una cum noſtra pietatis ſtudioſa tranquillitate, de fide tractatus eſt habitus.*

Cumque protinus ſuggeſtionem ſanctæ Papæ Agathonis ad poteſtatem noſtram ii qui vice ejus fungebantur obtuliſſent, nempe Abundantius, & Joannes, ſanctiſſimi Epiſcopi, Theodorus, & Georgius Deo amabiliſſimi presbyteri, & Joannes Deo amabilis Archidiaconus, & Conſtantinus venerabilis hypodiaconus, & Theodorus Deo amabilis presbyter Eccleſiæ Ravennæ, quique cum ipſis eam ſerenitati noſtræ porrexerunt: quam cum juſſiſſemus omnibus audientibus recitari, ſane nec adulteratæ fidei characterem in ea perſpeximus.

Perpenſis enim Evangelicis & Apoſtolicis vocibus, comparatiſque cum ipſa iis quæ a ſanctis & univerſalibus Conciliis ſtatuta ac definita ſunt; collatis præterea teſtimoniis, quæ afferebat, cum paternis libris: nihil non concinens inventum eſt, ac nihilum immutata veræ confeſſionis ratio in ea perſpecta. Ac veluti principem Apoſtolici chori, primique loci Antiſtitem Petrum contuiti ſumus mentium noſtrarum oculis, totius diſpenſationis myſterium divinitus eloquentem, verbaque hæc per eas litteras Chriſto facientem (a): *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. Nam ipſum totum Chriſtum nobis ſacræ ejus litteræ diſſerendo exprimebant: quod omnes libentibus animis ſincereque accepimus.* (a) Matt. 16.

X. *Solus autem cum iis, quibuſcum abreptus eſt, defecit a nobis Macarius, qui pro ſuo nomine felix non eſt, is qui Antiochenſium urbis Præſul fuit: ob jugo Chriſti ſe ſubduxit, & a ſacerdotali conventu exiliit, ac renuit ſanctiſſimis Agathonis litteris aſſentiri, veluti in ipſum coryphæum ac principem Petrum inſaniens. Non defuere monita, crebra hortatio adhibita eſt ei: omnes enim converſionis vias monſtravimus, quid non dicentes? quid non molientes atque intentantes? eorum maxime quæ a ſacerdotali collegio ſeparant. Abeuntem ſequebamur ac retinebamus: ob commiſerationem viſcera noſtra dilacerabantur, cum ille disjungeretur a Domini grege. Sed facies meretricis facta eſt ei, ac inverecundiæ induit perſonam, unaque exhortationem, & pietatem depulit: non enim in-*

PAGIUS ſcriptas quidem eſſe *Indictione decima*, ſed alio menſe quam *Decembri*; cum *Agatho* mortuus ſit tantum menſe Januario anni DCLXXXII. currente Indictione X. Quare hyemarunt Conſtantinopoli Legati, ſollicitantes pro felici ſtatu Eccleſiæ Romanæ, aut ob alias cauſas nobis ignotas; ſed cum accepiſſent *Agathonis* mortem & Leonis electionem, quam ipſemet *Leo* Imperatori per literas ſignificavit, profecti ſunt Conſtantinopoli, deferentes Acta Synodalia, & Epiſtolam Imperatoris ad Leonem II. & eadem Indictione X. currente, menſe Julio Romam pervenere, ut mox videbimus, ubi *Joannes Portuenſis* cum duobus aliis Epiſcopis die XVII. menſis Auguſti ejuſdem anni ac Indictionis *Leonem* II. ordinavit. In titulo igitur laudatæ Epiſtolæ ad Leonem II. a Librariis, non vero ab Imperatore ſcripto, loco, *menſe Decembri*, ſubſtituendus eſt alius menſis, ut Librarii error corrigatur.

VI. *Ea magis explicatur.* Nec urget quod Baronius obſervat, *Conſtantinum* ſcilicet in iis literis aſſerere miſſas fuiſſe literas pro cogenda Synodo Univerſali ad *Agathonem*, quas liquet miſſas eſſe *Dono* Deceſſori ejus. Loquitur enim Imperator compendio hiſtorico, quia nempe *Agatho* literas, quas Imperator *Dono* miſerat, ipſemet poſt mortem *Doni* accepit, eiſque fecit ſatis. Nam inde haud abſone *Conſtantinus* ſcribit ad Leonem II. miſiſſe ſe literas ad Agathonem.

Anno

intellexit, at intelligeret, & verbum ſanctum abominatus eſt. Cur autem in hac narratione longiores ſumus, cum ea in Actis ſubtilius, & accuratius explicentur? Quæ cum ad vos miſſa ſint; omnium quæ mota, & tractata ſunt, cognitionem investigate. Quoniam vero ita obduruit, ac in nervum ferreum cervicem intendit, faciemque ſuam fecit ferream, aures aggravavit, ne audiret, & cor ſtatuit pervicax, ne exaudiret legem: Lex enim de Sion exit, ab Apoſtolico montis cacumine doctrina: propterea ſanctum, & univerſale Concilium eumdem inſanum Macarium cum ejus hæreſeos ſociis pontificali habitu nudavit.

XI. *Ipſi vero ſcriptis precibus ſerenitatem noſtram communiter amaci precati ſunt, ut ſe ad veſtram beatitudinem mitteremus. Sic igitur fecimus, eoſque ad vos miſimus, veſtro paterno judicio omnem ipſorum cauſam permittentes. Sacram autem ac venerabilem definitionem ſacrum Concilium edidit, cui & ſubſcripſimus, ac piis noſtris edictis eam ſancivimus, adhortati omnem Chriſti amantem populum noſtrum, ut fidei ibi perſcriptæ obſequeretur, nec ullam prorſus hæreticam ſectam comminiſceretur.*

Gloria Deo, qui glorioſa facit, ac fidem apud nos integram conſervavit. Quomodo enim id facturus non erat in ea petra, ſuper quam ipſe Eccleſiam fundavit, (a) *ac prædixit numquam fore ut portæ inferi hæreticis inſidiis adverſus eam prævalerent? a qua tamquam e cælorum convexis veræ confeſſionis ſermo effulſit, animas diligentium Chriſtum illuſtravit, ſuſcitavitque refrigeratam orthodoxiam. Hæc, reſpiciente nos & adjuvante Deo, confitemur, Chriſtique oves in unum gregem adduximus, quæ a mercenariis paſtoribus, qui nec paſtores ſunt, amplius non decipiuntur, nec luporum præda ſunt, ſed ab uno, & ſolo paſtore bono paſcuntur, quibus & vos paſcere ac pro ovibus animam ponere juſſi eſtis.*

(a) Mat. 16.

XII. *Quamobrem viriliter age, & confortare, & verbi gladio accingere, eumque exacue zelo divino: ſta firmus propugnator pietatis, omnemque hæreticam auditam & introductionem præcidere ſtude, quemadmodum & primitus Judaici auditus ſenſum gladio percutiens Petrus abſtulit, legalis, & ſervilis Synagogæ præ-ſignificans ſurditatem. Extende ſecurim ſpiritus, & omnem arborem ferentem fructus hæreſeos aut immaturæ erudiendo, aut canonicis pœnis excinde, & igni futuræ gehennæ tranſmitte: ut præciſis iis omnibus quæ fidem labefactant, valens ſit atque integrum Eccleſiæ corpus pace ſpiritus connexum & coagmentatum: qua ſtante, & immota, conquaſſatur inimicorum factio atque impugnatio. Per petram fidei confirmatur ſolium noſtræ ſerenitatis, conſilia & conatus poteſtatis noſtræ ad communem utilitatem diriguntur, ac totius Romanæ Reipublicæ ſtatus cum tranquillitate fidei tranquillatur.*

Hortamur porro veſtram ſacratiſſimam vertitem, ut quamprimum mittat deſignatum ab ea Apocriſarium, ut is in regia & a Deo conſervanda noſtra urbe degat, & in emergentibus ſive dogmaticis ſive canonicis ac prorſus in omnibus Eccleſiaſticis negotiis veſtræ ſanctitatis exprimat ac gerat perſonam. Vale in Domino beatiſſime, & pro poteſtate noſtra quam maximo ſtudio orare intende. Subſcriptio piiſſimi Imperatoris. *Deus te in multa tempora cuſtodiat, ſanctiſſime, & beatiſſime Pater.* Haſtenus ad Leonem Papam Imperatoris litteræ.

XIII. De epiſtola Leonis ad Conſtantinum Imp.

Quæ vero ad Conſtantinum reddita habetur Leonis epiſtola, arguitur in multis impoſtura eſſe: etenim ipſa in fine data ſcribitur Nonis Maii, Indictione decima. Verum in textu hæc his contraria habet: *Denique legatos hujus Apoſtolicæ ſedis matris veſtræ Romanæ Eccleſiæ, pietatis veſtræ famulos, id eſt, Theodorum, & Georgium presbyteros, & Joannem diaconum filios noſtros, atque Conſtantinum ſubdiaconum Regionarium ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, una cum perſonis quæ cum eis profectæ fuerant, quæ a prædeceſſore meo Apoſtolicæ memoriæ Agathone Papa per octavam Indictionem pro cauſa fidei, veſtra pietate jubente, illuc directæ fuerant, per nuper elapſam decimam Indictionem, menſe Julio, cum divalibus clementiæ veſtræ apicibus & Synodalibus geſtis cum magna jucunditatis gaudio in Domino exultantes ſuſcepimus.* Hæc, inquam, cum in ea ſcripta reperiantur, manifeſti erroris arguuntur. Etenim quomodo per elapſam decimam Indictionem, menſe Julio ſcribit ſe accepiſſe litteras & alia Synodi monumenta, ſi redditæ ipſæ

PAGIUS VII. Nota temporaria Epiſtolæ Leonis II. male addita.

A num. XIII. ad XVI. Epiſtolam Leonis II. ad *Conſtantinum* impoſturæ arguit Baronius, quod in ejus fine data dicatur *Nonis Maii, Indictione decima*, quæ obtinuit uſque ad Kal. Septemb. anni DCLXXXII. in textu vero dicat Sanctus Pontifex: *Legatos hujus Apoſtolicæ Sedis una cum perſonis, quæ cum eis profectæ fuerant, per nuper elapſam decimam Indictionem, menſe Julio cum divalibus Clementiæ veſtræ apicibus & Synodalibus geſtis cum magno jucunditatis gaudio in Domino exultantes ſuſcepimus.* Contrarietas, inquit Baronius, quod Epiſtola Leonis ſcripta ſit *Nonis Maii Indict. X.* dicanturque ſuſcepti Legati menſe Julio; ita ut Leo Acta confirmarit, antequam ea ſuſceperit. Verum hæc temporis obſignatio, *Nonis Maii, Indict. X.* Quæ exſtat in verſione Latina, deſideratur in textu Græco, ideoque addititia eſt, & ſoc-

ipſæ litteræ habentur menſe Majo, decima Indictione? Sed quomodo menſe Julio potuit Leo ſuſcepiſſe legatos anu cum litteris, ſi cum decem tantum menſes ſediſſe ipſe Pontifex reperiatur, ad dictum Julium menſa minime potuerit perveniſſe, quem creatum conſtat (ut dictum eſt) Auguſto menſe?

XIV. Leonis Papæ nomine ſictæ epiſtolæ.

Quæ præterea ratio temporis, ut ſcriptas litteras ab Imperatore ud Leonam menſe Decembri, inchoata jam duodecima Indictione, eas ipſa dicat ſe accepiſſe decima Indictione? Vides, lector, undique ontare, quæ ſolido veritatis fundamento carent. Sed levia dixeris plane hæc, cum audieris quæ in quatuor reliquis epiſtolis ejuſdem Leonis nomine ſcriptis reperiantur abſurda, & nonniſi manu impoſtoris formata portenta. Optaſſem quidem omnes has hic tibi ob oculos deſcriptas proponere epiſtolas, niſi veritus eſſem te caram fuiſſe nimiæ prolixitatis pertæſum, & penitus faſtidio ſuperatum: at præſtitiſſem hoc nihilominus, niſi ipſæ cuſæ ſecundo tomo epiſtolarum Romanorum Pontificum extarent, ubi quiſque pro animi arbitrio legere valeat. Sed ne videamur præteriiſſe ob id eas, quod nomen Honorii infametur; accipe quæ de eo cum aliis damnatis hæreticis habeantur in prima epiſtola ad Conſtantinum:

XV. *Pariter anathematizamus novi erroris inventores, id eſt, Theodorum Pharanitanum Epiſcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſucceſſores magis quam Præſules, necnon & Honorium, qui hanc Apoſtolicam Eccleſiam non Apoſtolicæ traditionis doctrina illuſtravit, ſed profana proditione immaculatam fidem ſubvertere conatus eſt. Et omnes qui in ſuo errore defuncti ſunt, ſimiliter anathematizamus.* Hæc ibi. At quantum ſunt iſta indigna Leone! Compello auctorem, qui ſcripſit: Quomodo tua ſententia inter damnatos Honorium numeras, ſi tuamet aſſertione eos tantum defunctos condemnare te dicis, qui in ſuo errore defuncti ſunt? Quid ais? In communicatione Catholica Honorius eſt defunctus, an non? Utique neceſſe habes aſſerere, in communicatione eſſe defunctum, quem publico funere Romana Eccleſia ſepelivit inter ſanctos Pontifices in eccleſia S. Petri, & ut Catholico Pontifici eidem in omnibus parentavit. Ergo etiam ſi dateras Honorium in errorem aliquando lapſum, oportuit ab errore deſiiſſe ante obitum ſuum, cum eum poſt obitum, ut Catholicum Eccleſia Romana coluerit; ob idque etiam tua ſententia vendicari idem Honorius e numero damnatorum debuiſſet.

Sed videamus cujus ſint fidei reliquæ quatuor quæ ejuſdem Leonis nomine datæ extant epiſtolæ in Hiſpaniam, quarum prima inſcripta legitur ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos, ſecunda ad Quiricum Epiſcopum, tertia ad Simplicium Comitem, quarta vero ad Eruigium Regem, omneſque ejuſdem argumenti, nimirum quod abſoluta œcumenica Synodo, ipſe in Hiſpaniam mittat per Petrum Notarium Regionarium ejus fidei definitionem, acclamatorium inſuper ſermonem Synodi ad Imperatorem, necnon ejuſdem Imperatoris edictum; quo ipſorum omnium ſubſcriptionibus munirentur, quæ in œcumenico Concilio ſtatuta fuiſſent. Parcimus, inquam, hic eas omnes deſcribere, ne nimia prolixitate (ut diximus) XVI.

te.

PAGIUS & flocci facienda. Ex laudatis porro verbis apparet, verum eſſe quod ſupra diximus, Epiſtolam *Conſtantini* ad Leonem II. miſſam eſſe *Indictione* X. anno ſc. DCLXXXII. menſe Julio ejuſdem anni Legatos Romam adveniſſe; & Epiſtolam Leonis II. ad Imperatorem ſcriptam eſſe poſt Kalendas Septembris illius Chriſti anni, ac poſt ſuam ordinationem; cum dicat *per nuper elapſam X. Indictionem*.

VIII. *Honorius ob culpabilem conniventiam in VI. Synodo damnatus.*

Ad num. XVI. & ſeq. Leonis II. in Hiſpaniam directas Epiſtolas Baronius ſuppoſititias credidit, quod eæ damnatum a Synodo ac ipſo Leone *Honorium* teſtentur. Verum Sanctus Leo non hæreſeos, ſed tantum negligentiæ & culpabilis conniventiæ Honorium perſtringit. In Epiſtola enim ad Epiſcopos Hiſpaniæ ait: *Æterna damnatione mulctati ſunt Theodorus, Cyrus, cum Honorio, qui flammam hæretici dogmatis, non ut decuit Apoſtolicam auctoritatem, incipientem extinxit, ſed negligendo confovit.* In Epiſtola vero ad Ervigium Regem Hiſpaniarum eadem inculcans, *de Catholica*, inquit, *Eccleſiæ adunatione privati ſunt Theodorus Pharanitanus*, &c. *& una cum eis Honorius Romanus, qui immaculatam traditionis regulam, quam a Prædeceſſoribus ſuis accepit, maculari conſenſit*, Præterea dicit Baronius, impoſturam detegi, ex eo quod in ſingulis Epiſtolis aſſeratur, ipſam Oecumenicam Synodum abſolutam fuiſſe *nona Indictione*, quam liquet jam inchoata decima Indictione terminatam poſt Kalendas nempe Septemb. anni DCLXXXI. Verum, ut jam Viris doctis obſervatum, nihil illæ Epiſtolæ continent, quod non omni rigore per nonam Indictionem factum intelligi poſſit. Prima ad Hiſpaniæ Epiſcopos Epiſtola habet: *Sciat veſtra ſinceritas, quia in Conſtantinopolitana Urbe clementiſſimus noſter, imo Beati Petri Apoſtoli filius Imperator, armatus zelo Dei, ut deſiderio pietatis accenſus, Epiſcopos ex totius mundi partibus aggregatis, quod ex multo tempore fideliter cupiebat, dum conſuit Majeſtas Superna, per nuper elapſam nonam Indictionem explevit.* Ait igitur Leo II. impleviſſe Imperatorem per nonam Indictionem, quod cupiebat ex longo tempore ut nimirum proſcripta novitate conciliaretur pax Eccleſiarum. Per nonam autem Indictionem id expletum fuiſſe, haud inficias ibit, qui totas XVI. Actiones per eam habitas recolet Thronum ſcilicet Conſtantinopolitanum Sedi Apoſtolicæ in *Georgio* conciliatum, nec non Antiochenum depulſo *Macario*, aliis etiam per Ti- IX. *VI. Synodus per IX. Indictionem celebrata dici poteſt.*

Ti-

te obrui conquerarir: habes ubi legas in tomo ſecundo epiſtolarum Romanorum Pontificum. Hic tibi tantum ex eis ea loca reddemus, quibus eædem poſſint argui impoſturæ.

XVII. Atque illud primum, quod ad tempus ſpectat, dum in ſingulis iſtis epiſtolis aſſeritur ipſam œcumenicam Synodum abſolutam fuiſſe nona Indictione; poſſet indulgendo ejuſmodi diſſimulari error, ſi ſemel id dictum, in unavu ipſarum tantum reperiretur aſſertum, incuſando librarii oſcitantiam, qui loco decimæ nonam poſuerit. Verum cum id in ſingulis haud obiter poſitam, ſed aſſertam & inculcatum ſæpius habeatur; non eas Leonis epiſtolas, quem ea quæ ſunt temporis minime præteriiſſe potuerunt, ſed potius Leonis nomine ſuppoſitas eſſe, quilibet poterit facile caiſtimare. Porro œcumenicam Synodum decima jam inchoata Indictione abſolutam fuiſſe, noviſſima ejuſdem Acta declarant: ut de his jure dubitari non poſſit. Hæc igitur cum in ſingulis inveniantur epiſtolis illis, ſingulas arguunt falſitatis. Jam vero graviora, quæ privatim reperiantur in ſingulis, videamus.

XVIII. In epiſtola, quæ ad Hiſpaniarum Præſules ſcripta eſt, hæc habentur: *De diverſis autem Conciliis huic S. Apoſtolicæ ſedi, cujus miniſterio fungimur, ſubjacentibus, Archiepiſcopi ſunt a nobis deſtinati, qui cum pio Principe, ſimul & omnibus qui ejus mandato convenerunt Eccleſiarum Præſulibus præſidentes ac conſidentes, primum quidem ſancta quinque univerſalia Concilia, &c.* Revolvantur Synodalia Acta ejus Sextæ œcumenicæ Synodi, an inveniri poſſit vel unus Archiepiſcopus, qui Roma miſſus Synodo interfuerit. Cum autem id minime ſit reperiri, valde hæc de impoſtura roborant argumentum. Sed & quod a ſe eos eſſe deſtinatos Archiepiſcopos dicat, ſeorſum hos ponens ab eis quos ab Agathone refert miſſos eſſe legatos: plane ſignificare videtur, temporibus ipſius Leonis etiam Synodum perduraſſe, quam quidem ante Agathonis obitum fuiſſe abſolutam, ejus Acta ſignificant. Videntur ne iſta tibi quæ diſſimulari ut levia queant, vel quæ poſſint adſcribi librariis dormitantibus? minime gentium puto. Sed reliqua diſquiramus.

De epiſtola ad Hiſpan. Epiſcopos.

XIX. Quæ ſequitur ordine epiſtola Leonis nomine, data legitur ad Quiricum fratrem, Epiſcopum utique in Hiſpania poſitum. Quod autem poſt generales litte-

De epiſtola ad Quiricum.

PAGIUS

rientem Epiſcopis veræ fidei aſſentientibus, omnibuſque ſpectantibus ad negotium fidei ante Indictionem decimam peractis, excepta tantum editione definitionis fidei, aliiſque XVIII. ſeu magis XVII. Actione geſtis, quibus non tantantum expletum quod cupiebat fidelis Imperator, quam declaratum fuiſſe jam ejus ac Præſulum Patrumque indefeſſo ſtudio, per nonam illam Indictionem expletum. Sic in Epiſtola ad *Quiricum* Epiſcopum, & in Epiſtola ad *Simplicium* Comitem, celebratum dicitur per nonam Indictionem Concilium, qua nihil verius, tametſi eidem impoſitus finis ſit editione definitionis fidei Indictione decima inchoante, Kalendis ſc. Septemb. anni DCLXXXI.

X. Ad num. XVIII. Ex alio etiam capite Leonis II. Epiſtolam ad Hiſpaniæ Epiſcopos ſuppoſititiam putat Baronius, quod in illis Sanctus Pontifex dicat: *De diverſis Conciliis, huic Sanctæ Apoſtolicæ Sedi, cujus miniſterio fungimur, ſubjacentibus Archiepiſcopi ſunt a nobis deſtinati*: ait enim ne vel unum Archiepiſcopum Roma ad Synodum Sextam miſſum. Sed leve hoc argumentum; ut enim Combefiſius in Hiſt. Monothel. in Differt. Apolog. pro Actis VI. Synodi cap. 5. paragrapho 6. & ibidem in Collatione Actorum VI. Synodi cum Tiliano MS. Codice, quando nullus eſſet Archiepiſcopus miſſus, hoc mendum Scribæ eam particulam præfigenti adſcribendum eſſet; cum etiam in his ipſis Actis quandoque non concordent Græca Latinis, aliis habentibus *Diaconus*, aliis *Archidiaconus*. Reſpondet ſecundo, veroſimile eſſe Pontificem Archiepiſcopos & Epiſcopos diſtinxiſſe, quos utroſque conſtat ex parte Sedis Apoſtolicæ eique ſubjectorum Epiſcoporum miſſos, ſicut diſtinxerat in propriis Romani ipſius Pontificis Legatis, ejuſque Tenentibus locum, ac velut Legatis a latere Presbyteros & Diaconos; ſed Scribam, ut in ejuſmodi ſolet, alteros omiſiſſe.

Archiepiſcopi Romæ ad VI. Synodum miſſi.

XI. Reſpondet demum Combefiſius interfuiſſe eidem Synodo ex parte Romanæ Sedis ac Synodi Archiepiſcopos, nempe Archiepiſcopum Corinthi, *ut habetur initio Actionis*, ubi recenſentur Patrum nomina; quemadmodum etiam *Baſilium* Metropolitam Gortynæ Civitatis Cretæ, ſtatim poſt *Stephanum* Corinthi, ſubſcriptum titulo *Legati totius Concilii Apoſtolicæ Sedis Antiquæ Romæ*; nec non *Joannem Rhegienſem* Archiepiſcopum Calabriæ; quos tres Acta adjunctos habent in ea Legatione Joanni Portuenſi Epiſcopo, & Abundantio Tempſanenſi. Et hi Archiepiſcopi ſufficiunt ad veritatem litterarum Leonis II. Porro cum Corinthius Primas iterum poſt Synodi acclamatorium ſermonem ſubſcribat; *Legatus Apoſtolici Throni & Senioris Romæ*, melius dicatur fuiſſe & Legatum Romanæ Synodi, & ipſius ſpeciatim Apoſtolicæ Sedis, velut erat Theſſalonicenſis, quam prærogativam maluerit ſubſcribendo exprimere, jam expreſſa altera a Notariis. Quod vero ait Baronius, quod dicat Leo, *a ſe* eos Archiepiſcopos deſtinatos eſſe, de impoſtura roborare argumentum; id eam ſolutionem habet, quam ipſemet Cardinalis eruditiſſimus nos alibi edocuit, *Leonem* ſcilicet intelligere *miſſos a nobis*, idest a Latinis ac Occidentalibus: vel, a Romana Sede; quæ explicatio certa.

Hæc difficultas magis explicata.

XII. Ad num. XIX. Contendit etiam Baronius, Epiſtolam ad *Quiricum Epiſcopum* miſſam, ſuppoſititiam eſſe; cum *Quiricus* Toletanus Epiſcopus Hiſpaniarum primarius, ad quem Epiſtola mitti debuit, jam a ſeptem annis demortuus eſſet. At *Quiricus* ille diverſus fuit a *Quirico* Epiſcopo Toletano; cum alii hoc nomen in Hiſpania hoc ſæculo tulerint. Refert Mabillonius Tomo II. Veter Analect. pag. 68. Epiſtolam *Tajonis* Epiſcopi Cæſarauguſtani ad *Quiricum* Barcinonenſem Antiſtitem, & hujus reſponſionem ad eumdem Tajonem; & Dacherius

Epiſtola Leonis II. ad Quiricum Epiſcopum ſuppoſititia non eſt.

teras ad omnes Hiſpaniarum Epiſcopos datas, alias ſeorſum ad Quiricum ſcripſerit; primarium hunc ipſum Hiſpaniarum par eſt exiſtimare. Sed quid hoc eſt? In generali Hiſpaniarum Concilio, quod hoc anno Toleti celebratum eſt quadraginta octo Epiſcoporum, præter vigintiſeptem, qui per vicarios interfuerunt; & in alio itidem Toleti anno ſequenti habito, inter Epiſcopos decem & ſeptem, qui præſentes fuerunt, nullus ejus nominis Quiricus reperitur ſubſcriptus alicujus civitatis Epiſcopus. Quis fuit ergo iſte Quiricus? Erit plane, lector, ut ex his etiam quam perſpicue coarguas imposturam. Quod enim ſciſſet qui eas litteras ſcripſit, ejus nominis Antiſtitem præfuiſſe Eccleſiæ Toletanæ, exiſtimavit eumdem adhuc his temporibus fuiſſe ſuperſtitem, ob idque ad ipſum Quiricum ut Primatem ſeorſum ab aliis honoris cauſa eodem argumento illas privatim dediſſe litteras; ſed falſa exiſtimatione deceptus: ſiquidem jam ante annos ſeptem (ut vidimus) vita functo Quirico, ſubrogatus illi fuerat Julianus qui Conciliis Toletanis, tam præſenti, quam ſequenti anno celebratis, primo loco reperitur eſſe ſubſcriptus, ſicut & ſuperius duodecimo Toletano, Quiricus autem undecimo Toletano celebrato anno Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimoquinto. Potuiſſet ne præterire Leonem Pontificem, jam longe ante eſſe defunctum Quiricum, & in locum ejus fuiſſe ſubrogatum Julianum? minime quidem, cum Metropolitani recens creati ſuæ profeſſionis ſtatim ſolerent ad Romanum Pontificem litteras dare, palliumque ab ipſo petere. Vides igitur, lector, quam perſpicue, toto (ut ajunt) cœlo, detegi callidas imposturas, ita veritate exigente, vindice Deo, ut mendacia non queant adeo colorari, quin aliqua ex parte, quæ ſint, poſſint intelligi.

XX. Ad Simplicium vero Comitem, quæ ſequitur Leonis nomine inſcripta habetur epiſtola. Ejus nominis nullus certe legitur in ſerie illa numeroſa Comitum, qui hoc anno interfuiſſe tertiodecimo Toletano Concilio in ejus Actis leguntur; omnes numero vigintiduo. Sed non adeo ſeveri cenſores ſumus, ut ob id unum rejiciendam eſſe eam putaremus epiſtolam. De ep. ad Simplicium Comitem.

Verum audi quæ non ferenda ſint in alia epiſtola, quæ data ab eodem Leone ponitur ad Eruigium Hiſpaniarum Regem, dum in ea iſta leguntur: *Per nonam nuper elapſam Indictionem piiſſimus atque Chriſtianiſſimus noſter, immo Dei Eccleſiæ filius Imperator ad Apoſtolicæ memoriæ noſtrum deceſſorem Agathonem Papam atque Pontificem ſcripta Imperialia dirigens, affatim hortatus eſt, ut ab ſancta Apoſtolicæ ſedis Eccleſia de omnibus adjacentibus ei reverendis Concilii legatos, tam de Eccleſiarum Præſulibus, quamque de aliis ordinibus Eccleſiaſticis, cum dogmaticis litteris, venerabiliumque Patrum libris ac teſtimoniis inſtructos, in regiam Conſtantinopolitanam urbem dirigeret, &c.* Quæ omnia falſitatis multipliciter arguuntur. De epiſt. ad Eruigium.

XXI. Primum enim omnium in his patens mendacium redarguitur, quod ejuſmodi argumenti litteras non ad Agathonem Imperator ſcripſit; ſed ad ejus prædeceſſorem Donum Pontificem, quod & ſuperius oſtendimus ex ipſis litteris Agathonis, & aliis ab Imperatore ad Georgium datis, nec non ex ipſis Actis Sextæ Synodi. Quod inſuper eas eſſe ſcriptas tradit ab Imperatore nona Indictione, æque falſiſſimum deprehenditur, eo quod illæ ad Donum litteræ Imperatoris datæ reperiantur Indictione ſexta, prid. Id. Aug. Sicque omni ex parte eædem litteræ convincuntur fuiſſe mendaces, atque plane quæ Leoni adſcribantur indignæ. At hæc non tam pro defenſione Honorii, quam Leonis, a nobis dicta ſint: ſiquidem Honorius his non indiget, qui iiſdem ſuis litteris, quibus videtur condemnatus, abſolvitur; Leo autem condemnando Honorium (ſi feciſſet) gravi ſe crimini obligans, in ſe ipſum potius ſententiam dixiſſet.

Quod

PAGIUS rius Tomo I. Spicilegii pag. 308. recitat reciprocas Sancti Ildefonſi Epiſcopi Toletani, & ejuſdem Quirici Epiſcopi Barcinonenſis litteras, qui uterque a paucis annis vita functus erat. Præterea cum Leo II. ſcripſerit ad *Simplicium Comitem*, ſcripſit & ad aliquem Epiſcopum particularem *Quiricum* appellatum, & Epiſtola ad Epiſcopum Toletanum ſcripta ad nos non pervenit, ſicuti multæ aliæ a Romanis Pontificibus datæ. Vel denique ea ad Quiricum Epiſtola miſſa eſt ad *Julianum* Epiſcopum Toletanum, jam a die vigeſima nona menſis Januarii anni DCLXXX. non vero a ſeptennio, ut perperam habet Baronius, quemadmodum infra demonſtrabo, Eccleſiam Toletanam regentem; errore autem Librariorum inſcriptio mutata; quod ſæpius contigiſſe, qui in Epiſtolis Romanorum Pontificum, aliorumque Antiſtitum legendis verſati ſunt, norunt; Hujus rei nullum hic affero exemplum cum tam in Annalibus Baronii, quam in hac Critica complura occurrant.

XIII. Ad num. XX. & ſeq. In Epiſtola ad *Ervigium* Hiſpaniarum Regem dicit Leo II. Conſtantini Imp. Epiſtolam miſſam eſſe ad Agathonem, idque *per nonam nuper elapſam Indictionem*, quam tamen miſſam conſtat Indictione VI. anno ſcilicet DCLXXVIII. Verum notæ numerales ſæpe mendoſe deſcribuntur, & Epiſtola dicitur ad Agathonem miſſa, quia Dono mortuo ipſe eam accepit, & ad eam reſpondit. *Neque ejus ad Ervigium Regem Epiſtola.*

Ad

Digitized by Google

Quod rurſum ſpectat ad eaſdem litteras a Leone in Hiſpanias miſſas, haud inficias imus aliquas ſcriptas eſſe de his epiſtolas ab eodem Pontifice in Hiſpanias: id enim Acta Synodalia decimaquartæ Synodi Toletanæ demonſtrant: ſed diverſas has ab illis fuiſſe, quæ ſunt ſuperius dicta, declarant. Quibus & ad evidentiorem demonſtrationem adiicias, quod cum in litteris illis dicantur mitti in Hiſpaniam non ipſa Synodalia Acta, ſed tantum definitio Synodi, edictum Imperatoris, & Synodi ſermo acclamatorius ad eundem, minima quidem Actorum pars; in Synodi vero Toletanæ decimæquartæ canone ſecundo teſtentur Epiſcopi, ſe accepiſſe cum Leonis Pontificis litteris ipſa integra geſta Synodalia, *Per quæ* (quod ipſi ajunt) *omnis ordo geſtorum, geſtaque ordinum dilucide, ut acta ſunt, noſtris ſenſibus patuerunt*: utique eas litteras diverſas eſſe ab illis, quæ vere Leo Pontifex ſcripſit, apparet. Sed jam agamus de ipſo Concilio Toletano.

XXII. Deſiderantur germanæ Leonis litteræ.

Toletanum Concilium decimumtertium. Hoc igitur anno pridie Nonas Novembris habita eſt Synodus Toletana decimatertia ordine poſita, ipſius Ervigii Regis anno quarto inchoato menſe Octobri, quo (ut dictum eſt ſuperius) creari contigit. In ſequenti Synodo Toletana nominatur iſtud Concilium generale, eo quod ex omnibus Hiſpaniæ provinciis una ſimul conveniſſent Epiſcopi omnes quadragintaocto, Vicarii vero Epiſcoporum vigintiſeptem.

XXIII. Res geſtæ in Synodo. Interfuit huic Toletano Concilio ipſe Ervigius Rex, prælocutuſque in Synodo, Patres hortatus eſt ad Eccleſiaſticam diſciplinam optime diſponendam; tomumque offerens legendum, inde e Patrum conſeſſu diſceſſit, liberam illis relinquens de omnibus agendi facultatem. Lectum deinde eſt volumen Regis, quo indulgentia continebatur conceſſa illis qui tempore prædeceſſoris Regis Vvambæ tyrannum fuerant conſectati, inſuper relaxatio tributorum uſque ad regni ſui annum primum debitorum.

Modeſtia antiquorum Regum Hiſpaniar. His & aliis auditis, ac recitatis quæ ad firmandam Catholicam fidem ſpectare viderentur, tredecim a Patribus ſanciti ſunt canones, tum de his quæ Rex ab eis decerni petierat, tum de aliis cauſis Eccleſiaſticis: in quibus plane eluxit modeſtia Regis, cum per Epiſcopos ſanciri vellet, quæ Regis videntur eſſe juris, nempe de reſtituendis in priſtinos honores, & bona, qui ſectati tyrannum fuiſſent, & alia hujuſmodi: ut nihil magis cupere viderentur ipſi Reges, quam civilia etiam quæque negotia ad Epiſcopale forum referre. Unde magis lector, deplores noſtra miſerrima tempora quibus nihil ſollicitius, vigilantius, ac vehementius Præſides provinciarum agunt, quam ut Eccleſiaſticum tribunal ſolitarium reddentes, cauſas Eccleſiaſticas in ſæculare judicium quibuſvis prætextibus trahant.

XXIV. De iis qui vindictam a Sanctis expetere ſolerent. Multa alia ſunt ejuſdem Concilii obſervatione digna, quæ brevitatis cauſa præterimus. Illud ſat erit referre, quod habetur in canone ſeptimo verbis iſtis: *Illos dicimus, qui obſtinatæ mentis dolſitate confuſi, cum aliqua eos moleſtia fraternorum jurgiorum pupugerit, inſana illico temeritate abrepti, altaria nudantes, ſacratis veſtibus exuunt, luminaria ſubtrahunt, ac divinorum ſacrificiorum cultum, malitia intercedente, ſubducunt: & quod in hominibus ſe vindicare non poſſunt, injuriam Deo (quod pejus eſt) inferunt, &c.* Prodiiſſe ſciendum eſt ejuſmodi pravum uſum ex ſanctorum exemplis male acceptis: quod enim illi divini Spiritus impulſu interdum zelo divino æſtuantes feciſſe leguntur, iſti amaritudine animi in vindictam fratrum perperam uſurpabant. Dictum eſt namque

---

PAGIUS XIV. Acta integra VI. Synodi in Hiſpaniam miſſa. Ad num. XXII. Alius Baronio ſcrupulus eſt in his verbis, quibus habetur miſſa pars tantum Actorum, eaque modica; cum tamen teſtentur Patres Concilii Toletani XIV. accepiſſe ſe Acta, nempe integra, inquit Baronius. Verum Canon II. Concilii Toletani XIV. in quo vim facit Cardinalis doctiſſimus, habet ſolum fuiſſe miſſa *Geſta Synodalia*, non vero miſſa fuiſſe; *integra Acta*. Integra tamen Acta his verbis a Leone expreſſa; cum quod miſit, virtute contineret, quidquid eſt Actorum. Nam licet ea pars ſit mole modica, longe tamen eſt virtute maxima, ſeu omnium Actorum finis ac ſumma. Non bene etiam Baronius invertit verba Patrum Concilii Toletani XIV. dicentibus enim illis: *Cum quibus etiam geſtis, Leonis quoque Antiquæ Romæ Pontificis invitatoria Epiſtolaris gratia Conſulta ſuſcepimus, per quæ omnis ordo geſtorum geſtaque ordinum dilucide, ut acta ſunt noſtris ſenſibus patuerunt*, dicentibus, inquam, Toletanis Patribus ea verba ut ſignificent didiciſſe ſe ex Leonis Epiſtola omnem geſtorum ordinem, ipſo Leone paucis perſtringente, ut res habuiſſet, quod videre eſt in illis ejus literis. Ait Baronius: *Teſtantur Epiſcopi ſe accepiſſe cum Leonis Pontificis literis ipſa integra Geſta Synodalia*, per quæ (*quod ipſi ajunt*) omnis ordo geſtorum, &c. At quamvis res ita ſe haberet, ac integra ipſa Acta fuiſſent miſſa, debuiſſet Leo ad ea remittere, ſicut etiam remiſit *Conſtantinus* ſcribens ad ipſum Leonem. Verum haud improbabile quod habent illæ literæ, nondum ſc. fuiſſe Acta integra Latine reddita, pro ſua ſcilicet mole; ideoque non potuiſſe mitti in Hiſpaniam, ubi Græca facile intellecta non fuiſſent.

XV. Concilium Toletanum XIII. Ad num. XXIII. & ſeqq. Concilium Toletanum XIII. quod provinciale fuit ac quadraginta & octo Epiſcoporum, dicitur in Præfatione celebratum *anno Regni quarto Sereniſſimi Ervigii Principis, ſub die pridie Nonas Novembris, Era DCCXXI.* ideoque hoc anno, quo quartus Ervigii Regis a die XIV. Octob. inchoatus erat. Porro literæ *Leonis II.* Actaque Se-

que ſuperiori tomo ex Gregorio Turonenſi de ſanctis Epiſcopis, quod adverſus potentiores bona Eccleſiæ invadentes eo modo ſolerent excitare ſanctos illos quorum eſſent ablata bona, poſt alia remedia fruſtra tentata: accidebatque ut propediem vindicta divinitus immiſſa pertingeret delinquentem. Quod vero ſemel aut iterum ſancti viri feciſſent magna ex cauſa, nec niſi divino impellente Spiritu, iſti paſſim ad privatam injuriam vindicandam impie uſurpabant: quod ne amplius quis tentare aliquando præſumeret, Patres ſancito canone vetuerunt. Sed miſſis his, reliqua in eodem Concilio conſtituta tu leges: nos rerum geſtarum ſeriem temporis ordine proſequamur.

XXV. Acta Synodalia miſſa ad Epiſcopos. Celebrato Concilio, cum jam reverſi eſſent ad ſuas Eccleſias qui interfuerant ſacerdotes, allatæ ſunt in Hiſpaniam litteræ Leonis Romani Pontificis, ſimulque Sextæ Synodi œcumenicæ Synodalia Acta ab ipſo miſſa: cum vero nec tempus opportunum eſſet, ingruente ſæva hyeme, eos iterum convocandi, viſum eſt in ſequentem annum differre ejuſmodi rei tractationem. Ne autem iſtiuſmodi mora aliquam inobedientiæ ſuſpicionem poſſet afferre, conſultum fuit, ut interim ea per Eccleſias ad Epiſcopos mitterentur, ut confirmatio rerum in œcumenico conventu geſtarum fieret, quæ una cum apologia de dilato negotio ad Romanum Pontificem daretur. Teſtantur hæc canones decimæquartæ Synodi Toletanæ anno ſequenti habitæ, quorum ſecundus de miſſis a S. Leone Papa Synodalibus Actis hæc primum habet:

De actis Synodalibus Roma miſſis. *Clara omnes notio populos Hiſpaniæ implet, quod decurrentis evoluti temporis ſerie per Romani Præſulis bajulum geſta Synodalia ſocietati noſtræ advecta ſunt; quibus Conſtantinopoli, Conſtantino pio & religioſo Principe mediante, magna & ſublimi copia aggregata Pontificum, Apollinaris dogma comperimus fuiſſe deſtructum. Cum quibus etiam geſtis, Leonis quoque antiquæ Romæ Pontificis invitatoria epiſtolaris gratia conſulta ſuſcepimus, per quæ omnis ordo geſtorum, geſtuque ordinum dilucide, ut acta ſunt, noſtris ſenſibus patuerunt. In cujus etiam gratioſo epiſtolæ tractu ad hoc omnes Præſules Hiſpaniæ invitati ſunt, ut prædicta Synodalia inſtituta, quæ miſerat, noſtri etiam vigoris manerent auctoritate ſuffulta, omnibuſque per nos ſub regno Hiſpaniæ conſiſtentibus pateſcerent divulganda.* Hæc de miſſis Synodalibus Actis una cum litteris Leonis Papæ tunc viventis. Excuſationem autem, quod non licuerit eis ſtatim convenire, ſimul continent ſequentes canones tertius & quartus; quos hic tibi pariter reddere, ratio exigit argumenti: ſic enim ſe habent:

Et hæc ſiquidem totius allegationis illatio exhibita nobis eſt, temporis infeſti urgente preſſura, quo non ſolum tellus omnis hyemali ſtricta gelu, glaciali nivium immenſitate duruerat; ſed & tunc, XXVI. De legatione miſſa ab Hiſpania ad Rom. Pont. *quando ex generali Concilio nos abſolutos jam eſſe conſtabat. Quo gemino abſiſtentis cauſæ obice præpediti, generaliter iterato tunc non quivimus aggregari, quos & vicina Concilii abſolutio propriis ſedibus reddiderat immunitos, & procelloſi temporis adverſitas non ſinebat iterum adunari diſperſos.* Quodnam autem remedium adhibitum ſit, ut abſque mora Romano Pontifici ſatisfacerent Hiſpaniarum Epiſcopi, ita ibidem dicere pergunt: *Sed licet in unum generaliter colligi per idem tempus Hiſpanorum omnium Præſulum ſocietas nequiviſſet, ſpar-*

PAGIUS Sextæ Synodi in Hiſpaniam allatæ ſunt jam celebrato Concilio, ut accurate notat Baronius. Duodecim in eo Conventu editi Canones, ut videre eſt in Actis: Concilio vero præfuit *Sanctus Julianus* Toletanus Archipræſul. Ex ſubſcriptionibus conſtat, *Ucetiam* & *Albiam* ſeu *Albigam* Galliæ Narbonenſis Civitates, *Ervigio* Viſigothorum Regi tunc paruiſſe.

XVI. *Interitus Iziti Saracenorum Kaliſæ.* Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alexand. DCLXXV. Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno Izid fato extinctus eſt.* Recitat poſtea tumultus inter Arabes ortos, & quomodo poſt aliquod tempus *Abimelech* Califatum inter Saracenos obtinuerit. Quod fuſius narrat Elmacinus in Hiſtoria Saracenica, ubi ſcribit, eum obiiſſe *die quarto menſis Rabii prioris, anno Hegiræ LXIV.* ideoque die nona Novembris currentis Chriſti anni feria ſecunda, annoque Incarnat. ſecundum Alexandrinos DCLXXVI. non DCLXXV. Hinc intelligimus, *Theophanem* adhuc annum unum minus numerare.

XVII. Mortua eſt hoc anno *Ebba* Coldinghamenſis Monaſterii Abbatiſſa, Virgo Regio Northumbrorum ſanguine nata. Fuit enim Ethelfridi Northambrorum Regis filia, ſoror Oſwii & Oſwaldi Regum, & amita Regis Ecgfridi. *Moritur Ebba Abbatiſſa.* *Sub ejus Magiſterio Regina Deo grata Etheldreda depoſito Regni diademate habitum Sacro religionis induit, & quæ Monaſticæ obſervationis ſunt, & obſervavit, & didicit,* inquit Thomas Elienſis Monachus in Vita Sanctæ Etheldredæ, ſeu Ethildritæ, cap. 8. Adhæc Beda in Vita Sancti Cuthberti Epiſcopi Lindisfarnenſis cap. 10. teſtatur, hunc Sanctum ſumme coluiſſe Ebbam; ait enim de ea: *Hæc ad Virum Dei mittens, rogavit, ut ſe ſuumque Monaſterium gratia exhortationis inviſere dignaretur; nec negare potuit quod ab eo charitas ex ancilla Dei corde popoſcit. Venit ergo ad locum, dieſque aliquot ibi permanens, viam juſtitiæ quam prædicabatur, omnibus actu pariter & ſermone pandebat.* Eam hoc anno octavo Kalend. Septemb. ad Deum migraſſe, quatuor annos ante Sanctum Cuthbertum, teſtatur Capgravius in ejus Vita. Poſt ejus mortem Coldinghamenſe Monaſterium in

ſit tamen ſedibus atque locis præfatas geſtorum regulas pertractandas ſuſcepimus, ſuſceptas perlegimus, approbantes in his de utrarumque Jeſu Chriſti Filii Dei differentia naturarum, quo gemina in eo voluntas, & operatio prædicatur, recte dogmatis ſenſum, inculpanda diſputationis edictum, Apoſtolicæ traditionis ſtylum. Placuit (a) proinde illo tunc tempore, apologeticæ defenſionis noſtræ reſponſis ſatisfacientes Romano Pontifici, ea ipſa geſta firmare, noſtræque fidei aſſenſum puriſſima verborum enodatione depromere. At non iſta tantum Hiſpaniarum Epiſcopi ad Romanum Pontificem nudo miniſterio tabellarii proſecuti ſunt, ſed honorificam ad eumdem legationem ornavere, de qua hæc ibidem:

(a) Can. 3. ejuſdem Conc. 14. Tolet.

Et quia illic de hac gemina voluntate, & operatione Jeſu Chriſti Filii Dei copioſe, & dilucide inſigniuntur, quæ vera ſunt, quæ jam utique Romanis partibus per legatos Hiſpaniæ deſtinata ſunt: nunc nobis id operis reſtat, & cætera. Hæc ab Hiſpaniarum Epiſcopis facta ſunt, ubi litteræ Leonis, & Acta Sextæ Synodi ad anni hujus finem in Hiſpaniam perlatæ fuere. Quæ vero præter hæc in his iidem Epiſcopi alia ſequenti anno præſtiterint, ſuo loco dicturi ſumus. De his hæc modo ſatis.

Sex.

PAGIUS

Scotia ac Provincia Marchia, ſeu Mercia ſitum, *per culpam incuria flammis abſumptum eſt*, inquit Beda lib. 4. cap. 25.

XVIII. *S. Filibertus ex exilio revocatus.*

Hoc anno *Sanctus Filibertus* Abbas, qui Ebruini dolis in exilium miſſus fuerat, Gemeticum rediit, cum in Diœceſi Pictavienſi per annos octo & amplius exulaſſet: *Cœpit Spiritus Sanctus B. Audoeni præcordia charitatis lampade inflammare, intantum ut ipſe pro Beato Filiberto Miſſos dirigeret, quatenus in vera pacis concordia ſe videre deberent: quo facto ſuum recepit Cœnobium*, inquit Monachus Gemeticenſis in Sancti Filiberti Vita cap. 26. qui addit: *Ingreſſus eſt namque Gemeticum anno peracto octavo* (nempe a ſua ingreſſione) *incipiente nono*: in exilium autem miſſus fuerat anno DCLXXV. *Eodem tempore Princeps Palatii Vuarato nomine in Caletico territorio* (Gallice, le pays de Caus) *Oppidum tradidit ad Monaſterium Virginum conſtruendum vocabulo Villare* (Gallice, Montivilliers) *ubi uſque hodie religionis norma fulget in loco*, inquit idem Anonymus. Filibertus anno ſequenti Pictavos reverſus eſt ad Anſoaldum Epiſcopum Pictavienſem, tandemque inſulam Herium repetiit, ubi *XIII. Kalend. Septemb.* migravit ad Chriſtum, inquit idem Anonymus, qui annum ejus emortualem non memorat. *Herienſe* Monaſterium poſt everſionem a Normannis factam converſum eſt in Prioratum, ſed *Gemeticenſe* floret etiamnum ſub adminiſtratione Benedictinorum Congregationis Sancti Mauri. Ejus Vita a laudato Monacho ſuppari legenda Sæculo Secundo Benedictino.

XIX. *Varato e Majoratu Domus Regiæ a filio exturbatus.*

Continuator Fredegarii cap. 98. rem narrat, quæ hoc anno accidiſſe videtur, depoſitionem ſcilicet Warattonis a Majoratu Domus Regiæ Theodorici: *Erat id temporis*, inquit, *memorato Vuaradoni filius valde efficax atque induſtrius, eruditus in conſilio, qui vice patris curam Palatii gerebat, nomine Ghiſlemarus, qui ob nimiam calliditatem ac ſagacitatem patrem ab honore proprio ſupplantavit, quem S. Audoenus Epiſcop. ſæpius ob eo increpabat, ut ad pacem vel patris indulgentiam remearet: qui audire renuit, & in duritia cordis permanſit.* Idem prorſus legitur in Geſtis Francorum cap. 47.

Mortuus eſt S. *Leo II.* Papa, ut anno ſequenti num. II. legere eſt.

JESU CHRISTI ANNUS 684.	BENEDICTI PAP. II. ANNUS 1.	CONST. POGON. IMP. ANNUS 17.

I. Leonis Papæ obitus.

SExcenteſimus octogeſimusquartus Redemptoris annus incipit Indictione duodecima: quo Leo Papa, ubi ſediſſet menſes decem & dies octo, moritur quarto Kalendas Julii, qua die in Eccleſiaſticis tabulis inter ſanctos adaumeratus habetur, anniverſario cultu celebrandus. De quo præter illa quæ anno ſuperiori dicta ſunt, hæc apud Anaſtaſium leguntur: *Hujus temporibus per currentes divales juſſiones clementiſſimi Principis reſtituta eſt Eccleſia Ravennas ſub ordinatione ſedis Apoſtolicæ, at defuncto Archiepiſcopo, qui electus fuerit, juxta antiquam conſuetudinem in civitatem Romanam veniat ordinandus. Hic fecit conſtitutum, quod archivo Eccleſiæ continetur, ut qui ordinatus fuerit Archiepiſcopus, nulla conſuetudine pro uſu pallii, aut diverſis officiis Eccleſiæ quicquam quis perſolvere debeat. Sed ne Mauri quondam Epiſcopi*, Ravennatis ſcilicet, *anniverſitas, aut agenda celebraretur, vetuit*. Fuit hic Archiepiſcopus Eccleſiæ Ravennatis in ſchiſmate vita functus: pergit Anaſtaſius: *Hic fecit eccleſiam in urbe Roma juxta ſanctam Bibianam, ubi & corpora ſanctorum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, atque aliorum martyrum recondidit, & ad nomen B. Pauli Apoſtoli dedicavit ſub die vigeſimaſecunda menſis Februarii, ubi & dona obtulit*. Et paulo poſt: *Hic fecit ordinationem unam per menſem Majum* * *die vigeſimaſeptima, creans presbyteros novem, diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca numero vigintitres. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum, ſub die quinto Nonas Julii* (alias & melius, quarto Kalendas Julii:) *& ceſſavit Epiſcopatus ejus menſem unum, & dies viginti duos*. Hucuſque Anaſtaſius.

* Junium

II. Benedictus Papa creatur.

Sicque hoc eodem anno die vigeſima Auguſti Benedictus creatur, de quo iſta idem Anaſtaſius: *Fuit iſte natione Romanus, ex patre Joanne. Hic ab ineunte ætate ſua Eccleſiæ militavit, atque ſe ſic in divinis Scripturis & cantilena a puerili ætate, & in presbyterii dignitate exhibuit, ut decet virum ſuo nomine dignum, in quo vere ſupernæ benedictionis gratia redundavit, ut nomine pariter & operibus dignus ad Pontificii regimen perveniret*,

Ann. Eccl. Tom. XII. I 2 pau-

PAGIUS SÆC. VII Anno Æræ Hiſpan. DCCXXII. Anno Hegiræ LXV inchoato die 18. Aug. fer. 5. A.C. 684.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6177.

☉ 21. C.L. ☽ 2. P. 10. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 684.

BENEDICTI II. PAPÆ 1.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 27.

HIc annus iſta formula notatus: *XXXI. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus XVII.*

I. *Poſſeſſus latus.*

Ad num. I. & ſeq. Anaſtaſius ſcribit, Leonem II. Papam ſediſſe *menſes decem, dies ſeptem & decem*, & ſepultum eſſe *ad B. Petrum Apoſtolum, ſub die quinto Nonas Julias*, quo etiam die eum obiiſſe Ordericus lib. 2. & Marianus Scotus in Chronico produnt. Tot menſes & dies eidem etiam aſſignant Hermannus Contractus, Luitprandus, Abbo, Ordericus, Honorius Auguſtodunenſis, & varii Catalogi; nec ullus in tota Antiquitate diuturniorem Sedem ei adſeripſit.

II. *Mortuus Leo II. Papa anno DCLXXXIII.*

Quare cum die XVII. menſis Auguſti anni ſexcenteſimi octogeſimi ſecundi ordinatus fuerit, mortuus eſt anno ſuperiori, & quidem die tertia menſis Julii. Is enim dies ad aliquam ejus Tranſlationem referri non poteſt; cum tam ex duratione ceſſationis Sedis poſt ejus mortem ſecutæ, quam ex die ordinationis & emortuali *Benedicti* ejus Succeſſoris manifeſtum ſit, illius mortem alia die non contigiſſe, nec alio anno, quam ſuperiori, ut habet Hermannus Contractus ex editione Caniſii. Nec refert quod in nullis Martyrologiis eo die memoretur, cum *Sanctus Leo Magnus* hujus nominis I. die, quo e vivis exceſſit, nulli Martyrologio inſcribatur. In quibuſdam quidem Anaſtaſii MSS. dicitur Leo II. ſepultus *IV. Kal. Julias*, ſed hæc verba ab exſcriptoribus addita. Baronius Leonis II. mortem in hunc annum differt, atque eum ſediſſe menſes X. & dies VIII. ac e vivis abiiſſe IV. Kalend. Julii, *qua die* inquit, *in Eccleſiaſticis Tabulis inter Sanctos adnumeratus habetur*, quia ſcilicet exiſtimabat, Sanctos iis diebus coli, quibus ad Deum migrarunt. Verum nec ejus mors in hunc annum differri, nec aliquid ex menſibus & diebus ei ab Anaſtaſio attributis detrahi poteſt, quin ſequentium Pontificum Chronologia perturbetur.

III. *Die III. Julii non vero XXVIII. Junii.*

Leo quidem II. die XXVIII. menſis Junii colitur, ſed ab uno, aut ad ſummum duobus ſæculis; nam antea dies ille in antiquis Eccleſiæ Monumentis ſacra fuit Leoni primo, ut pluribus oſtendit Queſnellus Tom. II. Operum Sancti Leonis Diſſert. I. de Vita & Rebus geſtis ejus ad annum CCCCLXI. cujus aſſertionis plures ex antiquis Hiſtoricis, Martyrologiis, Lectionariis, Breviariis, Miſſalibus, & Kalendariis probationes in medium adducit. Ibi tamen perperam contendit, Leonem II. ea die ad Deum migraſſe; quod inquit, vix alia ratio excogitari poſſit, cur huic potiſſimum diei affixum ſit Feſtum ejus, *etiam rejecta inde Leonis I. feſtivitate, quam quia conſtabat in Eccleſia Romana eo die obiiſſe Leonem II.* At ideo dies XXVIII. menſis Junii addictus fuit feſtivitati Leonis II. quia cum Sedi Apoſtolicæ placuit eum Officio Eccleſiaſtico exornare, dies ille cæteris prælatus, quod eodem per multa ſæcula cultus fuiſſet *Leo Magnus*, cujus tunc memoria diei XI. menſis Aprilis, quo prima ejus Tranſlatio contigerat, conſecrata fuit.

IV. *Cur Leo II. die IV. Kal. Julii mortuus creditus ſit?*

Rem magis explico. Sanctus *Leo Magnus* per plura ſæcula inſcriptus fuit variis Martyrologiis ad diem IV. Kalend. Julii, quod Sacræ ejus Reliquiæ a Sergio I. Papa ea die tranſlatæ fuiſſent, ut de morte ejus loquentes demonſtravimus. Hinc factum, ut lapſu temporis plures arbi-

Digitized by Google

pauperτatis amator, humilis, manſuetus, patientiam habens, atque manu largiſſimus. Et paulo inferius: *Hic ſuſcepit divales juſſiones clementiſſimi Conſtantini magni Principis ad venerabilem clerum & populum, atque feliciſſimum exercitum Romanæ civitatis, per quas conceſſit, ut perſona quæ electa fuerit in ſedem Apoſtolicam, e veſtigio abſque tarditate Pontifex ordinaretur.* Hucuſque Anaſtaſius.

Quod enim nuper poſt Agathonem, & alias ſæpe ante longiſſimi temporis vacationes ſedis Apoſtolicæ contigiſſent; expetiiſſe non clerus tantum, ſed & Senatus populuſque Romanus ab Imperatore videtur obtinere, ut libere tandem ſineretur Romana Eccleſia electum a ſe Pontificem conſecrare, nulla expectata confirmatione Imperatoris, quam (ut vidimus) uſurpatam primum a Gothorum Regibus, illis expulſis, Orientales ſibi vendicaverant Imperatores. Meruit itaque Benedictus Pontifex obtinere, quæ nullus ſanctiſſimorum prædeceſſorum Pontificum conſequi

Romana Eccleſia in libertatem priſtinam reſtituta.

PAGIUS bitrati fuerint, Sanctum Leonem Magnum eo die mortalitatem expleſſe. Sic Marianus Scotus, qui ſæculo XI. floruit, ejus mortem his verbis in Chron. conſignat: *Magnus Leo Papa obiit IV. Kal. Jul.* quia videbat eo die S *Leonem M.* Feſto ſummo, Miſſa & Officio celebrari; cumque non dubitaret, quin idem eſſet dies cultus & dies mortis Sanctorum, non dubitavit etiam, quin eodem die ad Dominum migraſſet. Antiquitus igitur, non *Leonem* II. ſed *Leonem* I. IV. Kal. Julii venerationem habuiſſe, creditumque fuiſſe Sanctos, quibus coluntur diebus, e vivis exceſſiſſe, teſtis iſte nealstus certe nos edocet. Dies ille S. Leoni M. ſacer fuit uſque ad Pontificatum Gregorii XIII. quo Galeſinius Protonotarius Apoſtolicus ejus mandato Martyrologium Romanum condens Feſtum ejus diei III. Idus April. affixit & diem IV. Kalend. Julii S. Leoni II. attribuit aſſerens in Notis ſe hac in re ſecutum eſſe auctoritatem Platinæ & Onuphrii, qui prioris Leonis mortem cum die XI. menſis April. copularant, poſterioris vero cum die XXVIII. menſis Junii. Poſt aliquot annos Baronius idem Martyrologium recognoſcens, nihil ea in parte mutavit, quia perſuaſum habuit, non ſolum Platinam & Onuphrium utriuſque Pontificis dies emortuales optime calluiſſe; ſed etiam Leonem ſecundum IV. Kal. Julii aliis Officio Eccleſiaſtico exornatum, & in variis Martyrologiis memoratum fuiſſe. Ob eandem rationem aliqui ex iis, qui Leonem ad diem *IV. Kal. Jul.* in Martyrologiis adſcriptum viderunt Leonem illum ſecundum hujus nominis fuiſſe credentes, Anaſtaſii exemplaria corrupere, & ubi dicitur, eum ſepultum fuiſſe *ſub die quinto Nonas Julias* poſuere, *ſub die IV. Kal. Julias.* Profecto ante noſtram ætatem facile non fuit e loco adeo ſcopuloſo emergere quis Sanctos diebus memoriæ eorum ſacris obiiſſe, communis ſententia ferebat, ſed fundamento illo inanimeris, certiſſimiſque exemplis nunc everſo conſtat utrumque Sanctum Pontificem aliis diebus, quam quibus eorum nomina in Breviariis, Miſſalibus, & Sacris Faſtis leguntur, ſpiritum Deo reddidiſſe. Eccleſia igitur eos dies cultui utriuſque Pontificis aſſignavit, quis *non tam conſtringitur lege temporum, quam vices ad ſuum exhibet nutum*, uti anno LXVII. num. XXII. vulgatem illam opinionem referentes cum Petro Damiani diximus.

V. Anaſtaſius in Leone II. ait: *Hic fecit ordinationem unam per menſem Junii die viceſima ſeptima, Presbyteros novem, Diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca numero viginti tres.* Hic locus Doctorum Virorum ingenia valde torſit. In aliquibus exemplaribus Anaſtaſii reponitur ad marginem menſis *Majus*, retenta die XXVII. & ſic Baronius, qui Leonem II. die XXVIII. Junii demortuum credidit, legit, ne cogatur ejus mortem eodem die conſignare, quo Sacros ordines contulerat. In Breviario Romano die XXVIII. menſis Junii, ſervatur menſis Junius, & diei nota expungitur: *Ordinatione una, menſe Junio, creavit Presbyteros novem, Diaconos tres, Epiſcopos diverſis in locis viginti tres.* Verum quicumque menſem *Junium* in menſem *Majum* mutare voluerunt nullo exemplari MS. Anaſtaſii innixi ſunt, & ſi ad Sabbatum Quatuor temporum poſt Pentecoſten proximum reſpexerint, ut eos reſpexiſſe apparet operam & oleum perdidere; quia neque anno currenti quo paſſim mortem Leonis II. conſignarant, neque anno ſuperiori, quo revera mors ejus contigit, Sabbatum proximum poſt Pentecoſten incidit in menſem Majum, ſed hoc anno concurrit cum die quarta Junii, anno ſuperiori cum die XIII. ejuſdem menſis. Cointius anno DCLXXXVI. num. XXXIII. hanc difficultatem examinat, & ſupponens Leonem II. præſenti anno vita functum eſſe, uti jam num. XXXI. oſtendere conatus fuerat, concludit, *Leonem ſecundum* ordinationem illam feciſſe hoc anno, *die quarta Junii*, ſeu Sabbato infra octavam Pentecoſtes. Exiſtimo itaque lectionem Anaſtaſii, quæ in omnibus ejus MSS. reperitur, non eſſe ſolicitandam, & ſicuti Rom. Pontifici ob Principem dignitatem id Privilegii conceſſum fuit, ut ſolus abſque aliis Epiſcopis conſecraret Epiſcopos, ut ſuo loco videbimus; ita propter eamdem rationem ſingulis Sabbatis Diaconos, Presbyteros & Epiſcopos ordinaſſe, ideoque *Leonem II* anno ſuperiori aliquot diebus antequam ad Deum migraret, die XXVII. menſis Junii quæ in Sabbatum cadebat, ordinationem illam, de qua loquitur Anaſtaſius, peregiſſe. Pontifices vero Romanos in conferendis ordinibus regulis communibus adſtrictos non fuiſſe oſtendit Alexander III. dum Bathonienſi Epiſcopo ſcribens, ait: *Subdiaconos nulli niſi Romano Pontifici licet diebus Dominicis ordinare*, quod in literis ad Epiſcopum Herefordenſem confirmat: *Ad ſubdiaconatum niſi in Quatuor Temporibus, aut in Sabbato Sancto, vel in Sabbato ante Dominicam de Paſſione, nulli Epiſcoporum præterquam Romano Pontifici licet aliquos ordinare.*

Pontifices Romani in Sacris Ordinibus conferendis regulis communibus non adſtricti.

Cæterum exiſtimandum non eſt, *Leonem II.* unica ordinatione feciſſe Presbyteros IX. Diaconos III. Epiſcopos XXIII. ſignificat enim Anaſtaſius, eum durante ſuo Pontificatu feciſſe ordinationem generalem, & quamdiu in Pontificatu vixit, Presbyteros IX. Diaconos III. Epiſcopos XXIII. ſed diverſis diebus ordinaſſe. Hanc eſſe genuinam Anaſtaſii mentem tam in hoc quam in cæteris Pontificatibus, ipſemet innuit. Nam in Joanne VI. ait: *Hic fecit ordinationem Presbyterorum ſeu Diaconorum unam,* id- VI.

Anaſtaſius diſtinguit ordinationes generales Pontif. Rom. a particularibus.

ſequi potuerat, reſtituta Romana Eccleſiu in priſtinam libertatem.

III. De epiſtolis Benedicti in Hiſpaniam miſſis.

Ferantur ejuſdem Benedicti nomine adhue presbyteri electi in Romanum Pontificem, nondum tamen conſecrati, duæ epiſtolæ: quarum altera data habetur ud Petrum Notarium Regionarium, ut ſuſceptum munus a *Leone* Pontifice proficiſcendi in Hiſpanius, ut Synoduliu decreta Seutæ Synodi ab *Hiſpaniarum* Epiſcopis ſubſcribendu deferret, proſequeretur: Altera vero ed Eruigium Regem inſcriptu, quu ſignificat, ſe Petrum Notarium Regionarium mittere, qui ſecum ferret Sextæ Synodi definitionem, ſimulque Conſtantini Imperutoris edictum, utque Synodi ad eumdem libellum acclamutorium. Verum haud hus litterus eſſe germanas, ſed nomine Benedicti faiſſe ſuppoſitus, Acta Synodelia decimiquarti Toletuni Concilii, de quo diuimus unno ſuperiori, epette luce teſtantur, dum ſe per enm, qui u Leone Pontifice miſſue eſt in *Hiſpanias*, jam accepiſſe ipſu ab eo data Synodalia Acta Conſtantinopolitani Concilii profitentur. Si ergo id Leo Pontifex jam antea præſtitiſſet, illique eadem accepiſſent: quid opus fuit Benedicto iterum mittere? Sed & ſi caſus eveniſſet, quo eadem rurſus mittere opus eſſet: utique iiſdem litteris exprimendum fuiſſet, nempe a *Leone* prædeceſſore anteu miſſa Acta Synodalie ſe iterum mittere, eum e contra ſe ea primnm mittere, litteris ad Eruigium heud obſcure ſignificet. Sed & eum ipſæ eſſe reperiuntur eædem, quæ titulo Leonis ipſius ad eumdem Regem habentur Inſcriptæ; de ejuſdem impoſtura cenſarum conſolus, quæ ſuperius poſita habetur. Quæ autem veræ legitimæque fue-

PAGIUS

ideſt Presbyteros novem, Diaconos duos. Fecit autem & per diverſa loca Epiſcopos quindecim, ubi vox *ordinatio* ad Presbyteros tantum & Diaconos, uon vero ad Epiſcopos, referri poteſt. Idem confirmat Anaſtaſius in Vita Sergii Primi: *Hic ordinavit per diverſas Provincias Epiſcopos nonaginta ſeptem. Fecit autem & ordinationes duas per menſem Martii Presbyteros XVIII. Diaconos quatuor*: ubi vox *ordinatio* & menſis Martius ad Presbyteros & Diaconos tantum, non vero ad Epiſcopos refertur. Hinc in Vitis Pontificum, in quibus nulla mentio ordinationis Presbyterorum & Diaconorum, numquam legitur, *fecit ordinationem*, &c. *per menſem*, &c. *in Quadrageſima*, &c. quia ſcilicet tempus & menſis reſpiciebant tantum ordinationes generales, in quibus Presbyteri & Diaconi conſecrabantur. In Vita Joannis primi habetur tantum: *Hic ordinavit Epiſcopos per diverſa loca num. XIII.* in Vita Sabiniani: *Hic Eccleſiam de Clero implevit. Hic Epiſcopos fecit per diverſa loca numero ſex & viginti.* Idem habetur in Vita Eugenii I. Benedicti II. Joannis V. & Cononis. Verum eſt in Vita Anteri legi: *Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembris, Epiſcopum unum*; ſed præterquamquod Anterus ibi per errorem præponitur Pontiano, locus ille corruptus eſt, legendumque cum uno MS. Freheriano: *Hic fecit unum Epiſcopum in Civitate Fundis Campania, per menſem Decembrem.*

VII. *Magis explicatur diſtinctio ordinationum generalium & privatarum.*

Ad hæc Pontifices Romani ordinare tenebantur omnes ſuburbicariarum Provinciarum Epiſcopos a Clero & populo Canonice electos abſque eo quod eorum conſecrationes diu differri poſſent, ne Eccleſiæ Paſtore viduatæ remanerent. Quod ſi Epiſcopi a Pontificibus Romanis, nonniſi diebus ordinationum generalium quibus Presbyteri ordinabantur, conſecrati fuiſſent, quale eſſet noſtrum judicium de *Gregorio* III. qui intra annos ſedecim quibus ſedit, ſemel Epiſcopos conſecraſſet, & quidem CL. uno eodemque die? Quale de *Hadriano* primo qui intra annos XXIV. quibus Eccleſiam Romanam rexit, bis tantum Epiſcopos ordinaſſet, & intra duos dies CLXXXV? Hæc omnia profecto abſurda. Quare omnino dicendum, Pontifices Romanos non ſolum Dominicis ſeu Sabbatis Quatuor Temporum, quod unum & idem eſt, ut ſupra oſtendi, ſed etiam omnibus aliis diebus Dominicis, ubi opus erat, Epiſcopos conſecraſſe, neque eos ſe ſe adſtrictos credidiſſe communi legi, quæ ſacras ordinationes Sabbatis Quatuor Temporum affigit.

VIII. *Benedictus II. ordinatur Pontifex Romanus.*

Poſt mortem Leonis II. quæ die tertia menſis Julii ſuperioris Chriſti anni contigit, *ceſſavit Epiſcopatus menſes XI. die XXII.* inquit Anaſtaſius. Quapropter *Benedictus II.* natione Romanus ordinatus eſt die XXVI. menſis Junii currentis anni, in quam Dominica cadebat; eo enim die illum conſecratum, tam Sedis ejus duratio quam dies emortualis certum reddunt, oſtenduntque Leonem II. non hoc annu ut Baronius, aliique docuere, ſed ſuperiori, animam Deo reddidiſſe, idque *die tertio menſis Julii*, non vero die XXVIII. menſis Junii quo coitur; alioquin Sedes vacaſſet menſes XI. & dies XXIX. non vero menſes XI. & dies XXII. In editione quidem Anaſtaſii, qua uſus eſt Baronius, ſcriptum erat, ut ipſe aſſerit, menſem unum & dies viginti duos. Verum ea editio corrupta; aliæ enim omnes, ſicuti & Codices MSS. Anaſtaſii, habent *menſes XI. & dies XXII.* Ex initio Benedicti II. recte conſignato, Leonis II. & Succeſſorum Benedicti II. Chronotaxis pendet. Baronius num. II. refert verba Anaſtaſii aſſerentis, *Conſtantinum Pogonatum* permiſiſſe Benedicto, ut electus Pontifex abſque tarditate impoſterum ordinaretur, ideſt, nulla Imperatoris confirmatione expectata. Verum, ut in *Cononis* electione videbimus, ad Exarchum electionis Decretum mittendum fuit, ideoque & mos, qui invaluerat ſervatus.

IX. *Prima Benedicti II. Epiſtola, germana.*

Ad num. III. Duæ *Benedicto* II. adſcribuntur literæ, quas Baronius ſuppoſititias contendit. Priorum hic eſt titulus: *Benedictus Presbyter & in Dei nomine Electus Sancta Sedis Apoſtolica, Petro Notario Regionario.* Has iſto argumento falſas demonſtrari poteſt Baronius, quod Patres Concilii Toletani XIV. ſub hujus anni finem celebrati, teſtentur ſe per eum, qui a Leone II. miſſus eſt in Hiſpanias, jam acce-
„ piſſe ipſa ab eo data Acta Sextæ Synodi. Si
„ ergo Leo II. jam antea præſtitiſſet, illique
„ eadem accepiſſent: quid opus fuit *Benedicto*
„ iterum mittere? Sed etſi caſus eveniſſet, quo
„ eadem rurſus mittere opus eſſet, utique iiſ-
„ dem literis exprimendum fuiſſet, nempe a
„ *Leone* Prædeceſſore antea miſſa Acta Synoda-
„ lia ſe iterum mittere; Ita Baronius. Verum

res

fuerint litteræ Benedicti Pontificis ad Hiſpaniarum Epiſcopos, dicturi ſumus anno ſequenti.

IV. Concilium Tolet. XIV. Hoc eodem anno, qui & quintus Ervigii Hiſpaniarum Regis numeratur, Æra ſeptingenteſima vigeſimaſecunda, celebrata eſt in Hiſpania Synodus Toletana, poſita numeri ordine decimaquarta, cœpta decimooctavo Kalendas Decembris, atque abſoluta duodecimo Kalendas ejuſdem prout in ipſius Actis ponitur, cum de obitu ſancti Leonis Papæ nondum nuncium accepiſſe viſi ſunt: ſiquidem de eo, ut adhuc vivente, mentionem faciunt; non ſic cum de Benedicto agunt in decimoquinto Concilio Toletano, quem cum ſciſſent eſſe defunctum, his verbis ejus meminerunt: *Ante hoc biennium beatæ memoriæ Romanus Papa Benedictus, &c.* Secus vero, cum in ſecundo canone de Leone egerunt Patres in hoc Concilio congregati, ut in dicto canone ſecundo videre potes anno ſuperiori recitato.

V. Porro huic Concilio interfuerunt Epiſcopi decem & ſeptem, atque alii per vicarios decem, ſexque Abbates. Hujus autem celebrandæ Synodi (ut dictum eſt anno ſuperiori) ea cauſa præceſſit, quod cum ad finem anni nuper elapſi miſſa eſſent a Leone Romano Pontifice Synodalia Acta Sextæ Synodi, quibus deberent omnes Hiſpaniarum Epiſcopi ſubſcribere, miſſis interea illis ad ſingulos Epiſcopos, qui ea cognoſcerent: hoc anno dicto menſe juſſi ſunt Epiſcopi provinciæ Carthaginenſis convenire Toletum, ubi ea de re Concilium cogeretur. Cum autem conveniſſent Patres, illud in primis præfati ſunt, quod cum in re tanta juſſu Regis, id expetente Romano Pontifice Leone, celebrandum foret generale Concilium, ſed minime licuiſſet propter diverſas in regnum ingruentes turbas; factum illud eſſet, ut ſaltem in unum convenirent Toleti Epiſcopi provinciæ Carthaginenſis, & quicquid ibi decretum fuiſſet, idem reliquarum provinciarum Synodales conventus eadem ex cauſa celebrandi æque probarent.

VI. Quinta pro Sexta Synodus nominata. Poſt hæc, cauſa Concilii hujus cogendi tribus capitibus patefacta eſt: additum inſuper, ut quæ hactenus ab ipſis facta fuiſſent, ſatisfaciendo (prout ferebat opportunitas temporis) Romano Pontifici, per legatos miſſos & litteras excuſatorias, ſi haud tam cito ut juſſerat conveniſſent, ſignificarent. Placuit & ut in hoc eodem conventu rurſus ad publicum examen

PAGIUS res ita ſe habuit: *Benedictus* II. ubi electus eſt, ſcripſit ad Petrum Regionarium in Hiſpania agentem, quo miſſus a Leone II. pervenerat poſt diem quartum Novemb. quo Concilium Toletanum XIII. anno ſuperiori celebratum eſt, ut juxta quod idem Leo eum in Hiſpaniam ire diſpoſuerat pro ſignificanda Sextæ Synodi definitione, commiſſum miniſterium peregerat, & ſubſcriptiones Epiſcoporum poſt eamdem Synodicam definitionem procuraret ſubjungi. Sed, ut teſtantur Patres Concilii Toletani XIV. ſub hujus anni finem congregati, Canone II. & III. cum ii Leonis Epiſtolam & Geſta Concilii accepiſſent, abſoluto jam Concilio Toletano XIII. non potuere iterum aggregari, tum quia jam ad propria redierant, tum propter proceſſoſi temporis adverſitatem, quia ſcilicet *tellus omnis hyemali ſtricta gelu, glaciali nivium immenſitate duruerat.* Addunt Patres, ſe ſe tamen ſparſis Sedibus atque locis approbaſſe quæ geſta fuerant in Sexta Synodo; & in Canone quarto ſubjungunt: *Placuit proinde illo tunc tempore apologetica defenſionis noſtra reſponſis ſatisfacientes, Romano Pontifici, ea ipſa geſta firmare*, ſub præcedentis ſc. anni finem, vel currentis initio.

X. Secunda ei perperam adſcripta. Quid porro mirum, ſi Concilium Toletanum XIV. non meminerit *Benedicti* II. ac cum hic electus tantum ac nec dum plene partes Pontificis agens, nihil ſibi putaverit immutandum in Deceſſoris literis, ne ipſe videretur, non Deceſſor Epiſcopos Hiſpaniæ ad ſuſcipiendam Sextam Synodum invitare? Veroſimile tamen eſt, *Benedictum* II. alias ad Hiſpaniæ Epiſcopos literas ſcripſiſſe, quibus explicarit cauſam miſſionis ejuſmodi Epiſtolarum Leonis; ſed eæ non extant, ſicuti neque eæ, quibus juſſi explicari Scripta a Juliano Epiſcopo Toletano de *Tribus Subſtantiis*, ut habetur in Concilio Toletano XV. quas paulo ante mortem ad eoſdem Hiſpaniæ Epiſcopos dedit. Qua de re plura Combefiſius in Hiſt. Monothel. in Differt. Apolog. pro *Actis VI. Synodi* cap. 2. Cæterum *Benedictus* II. non iterum per Petrum Notarium Regionarium Acta Sextæ Synodi miſit, nec ipſe id in ſua Epiſtola ad eum ſcripta dicit. Illud quidem refert Leo II. in Epiſtola ad *Ervigium* Hiſpaniarum Regem data, cujus initium: *Cum unus extet Rex omnium Deus*, &c. Verum ea Benedicto II. a Librariis perperam attribuia. Et tamen Baronius omnem vim facit in ea ad *Ervigium* Epiſtola, quaſi ad Epiſcopos Hiſpaniæ a Benedicto II. iterum miſſa fuiſſet cum Actis Sextæ Synodi, deceptus falſa inſcriptione ejus, quibuſdam exemplaribus *Leonis*, quibuſdam vero *Benedicti* nomen præferentibus; licet a ſolo Leone ea ſcripta fuerit.

XI. Concilium Toletan. XIV. A num. IV. ad VII. Concilium Toletanum XIV. celebratum a Præſulibus Carthaginis Provinciæ, aſſiſtentibus etiam Vicariis, *XVIII. Kal. Decemb.* in cujus fine legitur: *peractum Concilium die Dominico, ſub die XII. Kalend. Decembris*, ideoque hoc Chriſti anno, quo dies XX. menſis Novembris in Dominicam incidit, annoque quinto *Ervigii* Regis. Habitum illud Concilium, ut juxta literas Leonis II. Sexta Synodus per totam Hiſpaniam & Galliam Gothicam reciperetur, quod & factum eſt.

XII. Argumentum ex hoc Concilio a Baronio deductum ſolvitur. Baronius dicit, abſolutum Concilium, antequam de obitu Sancti Leonis II. Nuncium Epiſcopi accepiſſent: ſiquidem de eo, inquit, ut adhuc vivente mentionem faciunt; non ſic cum de *Benedicto* agunt in XV. Concilio Toletano, quem cum ſcirent eſſe defunctum, his verbis ejus meminerunt: *Ante hoc biennium beata memoria Romanus Papa Benedictus*, &c. Secus vero cum in ſecundo Canone de *Leone* egerunt Patres in hoc Concilio congregati. Verum ita Pa-

Digitized by Google

men Synodalia Acta revocarentur, ut rurſum eadem comprobarent. Sicque primum omnium illud fuit in Synodo conſtitutum, ut poſt quatuor ſacroſancta Concilia œcumenica, nempe Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe, hæc quæ Sexta dicitur, quinto loco ordine poneretur, decreto iſto appuſito (a):

(a) Conc. Tol. 14. c. 7.

Poſt Chalcedonenſe igitur Concilium hæc debito honore, loco, & ordine collocanda ſunt: ut cujus glorioſo themate fulgent, et & loci & ordinis coaptentur honore. Hæc idcirco Patres, non ut abiicerent Quintam Synodum: ſed cum in illa nihil de fide (ut ſæpe ſuperius dictum eſt) ſed de perſonis tantummodo actum eſſet, prætereunda ut non neceſſaria ad dogmata viſa eſt: nam de fidei definitionibus cum ageretur, illæ dumtaxat viſæ ſunt ſuo ordine numerandæ, in quibus quæ ad fidem Catholicam pertinerent, eſſent penitus definita. His decretis, de propoſita de Verbo incarnato doctrina actum eſt atque ſecundum ea quæ definita fuiſſent, de duabus in Chriſto voluntatibus, & totidem operationibus ſecundum duarum in ipſo naturarum proprietates, confirmata eſt ſententia, atque dogma firmatum. Sicque his conſtitutis, duodecimo Kal. Dec. ſacro conventui finis impoſitus eſt.

VII. Hoc pariter anno, qui præcedit obitum Conſtantini Imperatoris, dum Benedictus Papa ſederet, contigiſſe liquet, quæ Anaſtaſius narrat his verbis: *Hic* Benedictus ſcilicet, *una cum clero & exercitu ſuſcepit mallones capillorum domnorum Juſtiniani & Heraclii filiorum clementiſſimi Principis, ſimul & ejus juſſionem, per quam ſignificabat eoſdem capillos direxiſſe.* Hæc Anaſtaſius, per mallones cirros intelligens capillorum: μαλλός enim Græce, idem quod Latine, vellus. Quid autem hoc ſignificaretur ſymbolo, ex Pauli diaconi loco poſſumus intelligere, qui hæc ait (b): *Circa hæc tempora Carolus princeps Francorum Pipinum filium ſuum ad Luidprandum direxit, ut ejus (juxta morem) capillum ſuſciperet. Qui ejus cæſariem incidens ei pater effectus eſt, multiſque eum ditatum regiis muneribus genitori remiſit.* Hæc ipſe: ex quibus eam his temporibus videas conſuetudinem viguiſſe, ut per ejuſmodi exhibitionem capillorum quis alicui offerretur in filium, & qui eos acciperet, patris nomen conſequeretur. Sic igitur pius Imperator voluit, ut filii ſui ſcirent, ſe Romanum Pontificem peculiarem habere parentem, cujus monitis impenſius parere deberent, eumdemque ut patrem diligere, ac revereri.

Filii Imperatori in filios Benedicto Papæ.

(b) Paul. diac. lib. 6. c. 15. vet. edit. & nov. 53.

VIII. Hoc eodem anno Theodorus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus moritur, cum

PAGIUS Patres ſeu Scriba Concilii illius XV. ſcripſerint; nihil tamen cogit, ut etiam Patres vel Scriba Concilii XIV. eodem modo debuerint ſcribere, utraque loquendi forma libera pariter & uſitata. Sic *Conſtantinus* in Sacra ſua ad Donum, *Vitalianum* defunctum *Beatiſſimum* dumtaxat vocat, quo pariter nomine *Theodorum* Conſtantinop. & *Macarium* Antiochenum, qui tunc vivebant, appellat. In Sacra etiam ad Romanam Synodum Leone jam Pontifice data, ac poſt alteram Leoni ſcriptam legitur: *Tanquam ipſius Divini Petri vocem, ſupermirati ſumus libellum Agathonis.* Mitto infinita ejuſmodi exempla. *Leonis* itaque Epiſtolæ anno ſuperiori aliquot poſt ejus mortem menſes in Hiſpania acceptæ: nec latere potuit Patres Toletanos *Benedictum* Eccleſiam Romanam tunc gubernare, cum iis ad Petrum Notarium Regionarium, in Hiſpania ac fine circiter anni ſuperioris agentem, literas dederit.

XIII. *Mos tondendi pueros apud Europæos.* Ad. num. VII. Mabillonius in Præfatione ad partem primam Sæculi III. Benedictini num. XVII. obſervat, Laicorum tonſuram penes Europæos aliam *puerorum* fuiſſe, aliam *adultorum*. Pueri capillum intonſum aliquandiu gerebant; poſtea cincinnos a capite eorum demetebat Epiſcopus, aut certe is, qui *pater ſpiritalis* ob hoc dicebatur. *Mallones* autem, μαλλοὶ Græcis ſunt cirri, cincinni, ſeu implexi crines. Eſt enim Græcis μαλλὸς *Lana*, *vellus*, ſeu *coma demiſſa*, ut videre in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis, in voce *Mallones*. Sic Conſtantinus Pogonatus *mallones capillorum* Juſtiniani & Heraclii filiorum direxit ad Benedictum Papam II. teſte Anaſtaſio; Sic Carolus Princeps Francorum, Pippinum ſuum filium ad Liudprandum Langobardorum Regem *direxit, ut ejus juxta more capillum ſuſciperet; qui ejus Cæſariem incidens ei pater effectus eſt*, inquit Paulus Diaconus in lib. 6. de Geſt. Langob. cap. 53. Ab eo tempore videntur Reges Francorum capillos in orbem compoſitos geſtaſſe: nam antea, ut habet Agathias, qui ſæculo ſuperiori vixit, ſolemne erat Francorum Regibus intonſam habere comam a pueris, involitantibus utrimque in humeros capillorum cirris, anterioribus capillis a fronte diſcriminatis. Quippe in ceteris Regum Carolovingorum iconibus, capilli in orbem æquati ad humeros uſque apparent. Ritus ille *tondendi pueros* profectus videtur a Paganis, qui plerique primum puerorum capillum, alicui Deorum ſuorum deciſum offerebant. An mos iſte a pueris ab initio Chriſtianæ religionis frequentatus ſit, incertum: cum nulla fere iſtius rei exempla legantur ante ſæculum VIII. quo id *ex more* factum dicitur. Extant in Ordine Romano plures Orationes ad Capillaturam incidendam, & *ad puerum tonſurandum*, aliæ ab eis, quæ *ad Clericum faciendum* aſſignantur. Priores videntur uſurpatæ fuiſſe in ſolemni iſto ritu, quo pueri primum tondebantur extra ordinem Clericorum, qui a pueris illis comas ſecernebantur. Hæc Mabillonius citatus.

XIV. *Moritur Theodorus Patriarcha Conſtantinop.* Ad num. VIII. *Theodorus* Epiſcopus Conſtantinopolitanus in Sedem reſtitutus fuit anno ſuperiori, ut anno DCLXXXII. num. VII. oſtendimus. Quare cum teſte Theophane in Chronico ad annum XVII. Conſtantini Pogonati, (quod & in ejuſdem Theophanis laterculis legitur), poſt ſuam reſtitutionem annos tres ſederit, perveuit uſque ad annum ſexcente-

Theodorus Ep. Conſtant. moritur. cum ſediſſet annum & menſes decem: ita Nicephorus ejuſdem ſedis Epiſcopus. Haud diutius a Deo permiſſus eſt vivere omnium fabricator malorum ter impius Theodorus, ad ſupernum vocatus tribunal reddere de omnibus rationem. In ejus locum ſubrogatus eſt Paulus ex laico. Quis vero iſte fuerit, & quomodo hæc ſe habuerint ſcriptorum inopia latent.

IX. (a) Beda l. 4. c. 26. Hiberni ob Anglis vaſtantur. Sed jam longe poſitos inviſamus Hibernos, de quibus hæc Beda (a): *Anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo octogeſimoquarto, Egfridus Nordhumbrorum Rex, miſſo in Hiberniam cum exercitu duce Berto, vaſtavit miſere gentem innoxiam, & nationi Anglorum ſemper amiciſſimam, ita ut nec Eccleſiis quidem aut monaſteriis manus parceret hoſtilis. At inſulani & quantum valuere armis armis repellebant, & invocantes divinæ auxilium pietatis, cælitus ſe vindicari continuis diu imprecationibus poſtulabant. Et quamvis maledici regnum Dei poſſidere non poſſint; creditum tamen eſt, quod hi qui merito impietatis ſuæ maledicebantur, ocyus Domino vindice pœnas ſui reatus luerent.*

Siquidem anno poſt hunc proximo idem Rex cum temere exercitum ad vaſtandam Pictorum provinciam duxiſſet, multum prohibentibus amicis; & maxime beatæ memoriæ Cutberto, qui nuper fuerat ordinatus Epiſcopus, introductus eſt (ſimulantibus fugam hoſtibus) in anguſtias inacceſſorum montium, & cum maxima parte copiarum, quas ſecum adduxerat, extinctus, anno ætatis ſuæ quadrageſimo, regni autem quintodecimo, die decimotertio Kalend. Juniarum. Et quidem (ut dixi) prohibuerunt amici, ne hoc bellum iniret: ſed quomodo anno præcedente noluerat audire reverendiſſimum patrem Egbertum, ne Scotiam nil ſe lædentem impugnaret (vocat auctor Scotiam Hiberniam) *datum eſt illi ex pœna peccati illius, ne nunc eos, qui ipſum ab interitu revocare cupiebant, audiret. Ex* Angli dant pœnas de vaſtatis Hibernis.

quo

PAGIUS teſimum octogeſimum ſextum. Nicephorus quidem in Chronico tam juxta editionem Regiam, quam juxta Græcam Scaligerianam *Theodoro* reſtituto, tribuit tantum annum unum & menſes tres, non vero annum unum & menſes decem, ut habuit exemplar, quo Baronius uſus eſt. Verum longe major fides hac in re Theophani, quam Nicephoro adhibenda. In *Theodori* locum ſubrogatus eſt *Paulus ex Laico a Secretis*, inquit, idem Nicephorus; quod confirmat *Agatho* in ſua Peroratione, ubi ſcribit, ſe cum eodem *Paulo* tum laico & Imperatori a Secretis, univerſa in Sexta Synodo mota, quæſitaque ordine affectatum eſſe, ſeque Actorum VI. Synodi Scribam extitiſſe.

XV. *Egfridus Rex Northumbriæ ſævit in Hibernos.* Ad num. IX. Beda lib. 4. cap. 26. refert, *anno Dominicæ Incarnationis DCLXXXIV.* Egfridum Regem Northumbriæ, miſſo in Hiberniam exercitu, vaſtaſſe *miſere gentem innoxiam, & nationi Anglorum ſemper amiciſſimam: ut nec Eccleſiis, aut Monaſteriis manus parceret hoſtilis;* ſed pœnas ſui reatus luiſſe, & anno ſequenti extinctum eſſe. Verba Bedæ recitat Baronius. Incertum qua de cauſa *Egfridus* Hibernis bellum intentarit. Dum hæc in Northumbriæ Regno aguntur, tantum abeſt, ut Egfridus Rex *VVilfridum* Sedi Eboracenſi reſtitueret; ut decedentibus, qui ſubſtituti fuerant, Epiſcopis, alios ſubſtitueret, vocato in Northumbriam *Theodoro* Epiſcopo Doroverneuſi, qui hoc anno Synodum coegit, de qua loquitur Beda lib. 4. cap. 28. dum de S. Cuthberto verba facit: *Contigit, ut congregata Synodo non parva ſub præſentia Regis Egfridi, juxta fluvium Alna, &c. qui beatæ memoriæ Theodorus Archiepiſcopus præſidebat, uno animo, omniumque conſenſu ad Epiſcopatum Eccleſiæ Lindisfarnenſis eligeretur,* nempe Sanctus Cuthbertus qui tunc in ſuo Monaſterio vivebat, & vix e dulcibus ſuis latebris extrahi, atque in Synodum pertrahi potuit, quique tamen ad ſuſcipiendum Epiſcopatus officium, collum ſubmittere compulſus eſt. Subdit Beda: *Nec tamen ſtatim ordinatio decreta, ſed peracta hyeme, quæ imminebat, in ipſa ſolemnitate Paſchali completa eſt Eboraci ſub præſentia præfati Regis Egfridi.* Idem habet Beda in Vita Sancti Cuthberti cap. 24. *Cuthbertus* itaque anno ſequenti die XXVI. Martii, in quam Paſcha incidit, Epiſcopus Lindisfarnenſis a Theodoro & ſex aliis Epiſcopis conſecratus eſt, ut habet Beda citatus.

XVI. *Egfridus Rex occiditur.* Baronius, poſtquam de bello ab *Egfrido* Rege adverſus Hibernos illato locutus eſt, refert mortem ejuſdem Regis quæ tamen nonniſi anno ſequenti contigit ad quem ideo differenda erat. Beda enim narrata Hiberniæ depopulatione hoc anno facta, ait, *anno poſt hunc proximo* cum *Egfridus* temere exercitum ad vaſtandam Pictorum Provinciam duxiſſet, cum parte maxima copiarum extinctum eſſe *anno ætatis ſuæ quadrageſimo, Regni autem quinto decimo die XIII. Kalendarum Juniarum,* idque die Sabbati, ut prodit idem Beda in Vita S. Cuthberti cap. 27. ubi ſubdit, eum veniſſe ad Lugubaliam Civitatem, ut alloqueretur Reginam (nempe Ermenburgam), quam poſt receſſum S. Ethildritæ in Monaſterium, Egfridus duxerat: *Attamen confeſtim intravit ad Reginam: & ſecreto eam alloquens (erat autem dies Sabbati) Vide, inquit, mature illuceſcente ſecunda Sabbati aſcendas currum (quia die Dominico curru ire non licet:) vadaſque & Regiam Civitatem citiſſime introeas, ne forte occiſus ſit Rex,* ut inquit Beda, qui jam dixerat, Sancto Viro revelatam fuiſſe Egfridi mortem. Porro anno ſequenti dies viceſimus Maii, quo Egfridus occiſus, in Sabbatum incidit, & eo anno Beda in Epitome mortem eam collocat. Regnare cœperat die XV. menſis Februarii anni DCLXX. ideoque Regnum adminiſtravit annos quindecim, & aliquot menſes, quos Beda neglexit; Malmesburienſis lib. 1. de Reg. Angl. cap. 3. dicit, eum S. *Ethildritæ* uxoris meritis commendatiorem fuiſſe, quam ſuis, & quod B. Cuthbertum *lachrymis religioſa affectatione profuſis, in Epiſcopatum promoverit;* ſed valde reprehenſione dignum, quod *patriam clariſſimi* In-

quo tempore ſpes cæpit, & virtus regni Anglorum fluere, ac retro ſublapſa referri. Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS *lumine viduarit*, nempe Sancto Wilfrido & Hibernos gentem innocentem vaſta clade protriverit. [r]

XVII. *Alcfridus nothus fit Rex Northumbria.* *Ex eo tempore ſpes cæpit & virtus Regni Anglorum fluere, ac retro ſublapſa referri. Nam & Picti terram poſſeſſionis ſuæ quam tenuerunt Angli & Scoti, qui erant in Britannia, & Britonum quoque pars nonnulla, libertatem receperunt, quam & hactenus habent per annos circiter quadraginta ſex*, inquit Beda lib. 4. cap. 26. qui ideo Hiſtoriam Anglorum ſcripſit an. DCCXXXI. quia ab anno DCLXXXV. ad DCCXXXI. anni XLVI. intercurrunt. Beda in Vita Sancti Cuthberti capit. 24. ſcribit: *Ecgfridus poſt annum, Pictorum gladio trucidatur: & Aldfridus in Regnum frater ejus nothus ſubſtituitur, qui non paucis ante temporibus in Regionibus Scotorum lectioni operam dabat, ibi ob amorem ſapientiæ ſpontaneum paſſus exilium.* Alfredus anno DCLXXXVI. num. V. hunc *Aldfridum* nothum perperam confundit cum *Alefrido* altero fratre germano Regis *Ecgfridi*, indeque in varios errores incidit, ut obſervat Bollandus ad diem VI. Martii in Commentario Hiſtorico Sanctarum Virginum Kineburgæ & Kineſvvithæ, filiarum Pendæ Merciorum Regis. Primus enim Oſvvi Regis filius *Alcfridus*, qui S. Kineburgam, Cymburgam etiam appellatam, uxorem duxit, & Sancto Wilfrido amiciſſimus fuit. Ille ante patrem mortuus eſt, a quo Regni ſui aliquam partem acceperat. Secundus *Ecgfridus*, qui poſt patrem regnavit; tertius *Elfvvinus* anno DCLXXIX. ut oſtendimus, occiſus, & ultimus *Alcfridus* nothus, ut teſtatur Beda loco citato, & alibi ſæpe, & hic uxorem habuit Sanctam *Cuthburgam*, de qua in morte mariti, qui *Vilfridum* vexavit.

XVIII. *S. Audoenus inter Proceres Francorum pacem componit.* Continuator Fredegarii cap. 98. ait: *Fuerunt inter Pippinum & præfatum Giſlemarum* (filium Waratonis Majorem Domus Theodorici Regis) *diſcordiæ multæ, bella civilia plurima. Nam ad Caſtrum Namucum contra hoſtem Pippini Ducis* (legendum, Pippinum Ducem) *Giſlemarus conſurgens fraudulenter falſo juramento dato quamplurimos Viros nobiles occidit. Inde vero reverſus ob ſupplantationem patris vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetraverat, a Deo percuſſus prædictus Giſlemarus, ut dignus erat iniquiſſimum ſudet ſpiritum, illoque mortuo pater ejus Vvarato honorem priſtinum Majoris Domus recepit.* Idem legitur in Geſtis Francorum: Manucum, ſeu Mamucum, hodie Namurcum, Gallice *Namur* dicitur, ut docet Hadr. Valeſius in Not. Gall. in voce *Namucum*. Waratto recuperato Majorato pacem cum Auſtraſiis a *Giſlemare* filio fractam renovare voluit, uſuſque eſt Theodoricus Rex Internuncio *Audoeno* Rotomagenſi Epiſcopo, de cujus profectio-

ri. Nam & Picti terram poſſeſſionis ſuæ, quam tenuerunt Angli, & Scoti, qui erant

K

ne in Auſtraſiam ſic loquitur Anonymus, qui ſub Carolo Martello Vitam Sancti Audoeni edidit: *Sanctus Audoenus, dum pro pacis concordia decertare ſemper videretur, procedente tempore ortu eſt diſcordia inter Regem Francorum & Auſtraſios* (Theodoricum nempe, ſeu potius ejuſdem Palatii Principem Giſlemarum, & Pippinum Ducem Auſtraſiorum.) *Pergens itaque Vir Dei, &c. ad Urbem Coloniæ, &c. exinde ad Neuſtriam regrediens, pacis fœdere confirmato, Civitatem Verdunenſium advenit, &c. Exinde pervenit ad Palatia, & proſpera cuncta, ut geſſerat, indicavit, utque ita Regna unita pace populum pacatum Sacerdos verus reddere promeruit.* Ubi Palatiorum nomine Anonymus ille Clipiacum intelligit, ubi Sanctus Præſul obiit, ut idem Scriptor narrat: *dum vero*, inquit, *Clipiacum villam pro neceſſitate Regis & populorum adveniſſet, regnante Theoderico & Chrotilde Regina, & adminiſtrante Vvaratone Subregulo, &c. migravit ad Dominum.*

XIX. *S. Audoenus moritur.* Quare fœdus inter Orientales & Occidentales Francos ultimum fuit Operum Sancti Audoeni, ut Fridegodus in ejus Vita, Continuator Fredegarii, & Auctor de Geſtis Francorum etiam habent. Hæc vero Auctoris de Geſtis Francorum: *Sub his diebus Audoenus Rotomagenſis Epiſcopus plenus dierum atque virtutibus præclarus Clipiaco villa Regale in ſuburbano Pariſiorum Civitate migravit ad Dominum, cum magna gloria, Baſilica Sancti Petri Rotomago Civitate ſepultus eſt.* Addit Anonymus, qui Vitam ejus ſcripſit: *Igitur Rex cum Regina & Epiſcoporum Conventus atque Major Domus ſeu Priores Palatii pariter congregati Virum in feretro deportantes Sanctuſque Reliquias celebrantes, &c. Cumque uſque pontem Iniſa* (ſeu Iſaræ, vulgo Pontoyſe) *vigilias celebrantes perveniſſent, noctem totam in Domini laudibus peregerunt. Inde Regalis dignitas* (Theodoricus, Chrotildis, & Major Domus) *remeavit ad propria*, ſcilicet Clipiacum, ubi Conventus agebatur, qui continuatus fuit adhuc duobus ſaltem menſibus, ut intelligitur ex Aigrado in Vita S. Ausberti S. Audoeni Succeſſoris. *Tum vero conventione facta plurimorum Epiſcoporum una cum Venerabilium Sacerdotum & Clericorum multitudine ſeu illuſtrium Virorum Vulgaſinum Oppidum ingreſſi ſunt*, (Pontiſaram nempe Oppidum Velcaſſinenſe trans Iſaram fluvium ſitum) *beatum corpus humeris deportantes, &c. per loca ergo ſingula* (ſecus viam Regiam Rotomagenſem poſita) &c. *corpus deportatum apud Civitatem ſuam Rotomagum in Baſilica Beati Petri Apoſtoli ſepelierunt.*

XX. Neque Anonymus, qui Vitam S. Audoeni ſcripſit, neque alius ex Antiquis diem emortualem hujus Sancti memoravit. Fridegodus ta-

NOTÆ [s] Circa hoc tempus, labente ſcilicet ſæculo ſeptimo, Concilii cujuſdam Hiberniei ſola, & nuda mentio nobis ſupereſt ex Adamnano Authore Vitæ S. Columbæ Abbatis Hienſis, qui ſcriptor per hæc tempora florens narrat ſibi *eſt eo tempore poſt Hibernienſis Synodi condictum* ad propriis remeanti, promptam & ad miraculum celerem navigationem Viri Sancti patrocinio obveniſſe. Dein immunem ſe fuiſſe addit a lue, quæ ſub hæc tempora graſſabatur, ut incolumis legationem ad Regem Aldfridum obire potuerit. Porro cum legatio illa ad A. 686. conſignetur, hinc non futili conjectura deducimus Synodum illam Hibernicam ad illud vel ad unum alium e ſuperioribus annis pertinuiſſe. Ex ejuſdem vero Synodi, aliarumque hujus & ſuperioris ſæculi Canonibus conſtare arbitror Codicem, illum Hibernicum, cujus pars in Spicilegio Dacherii, pars vero in Anecdotis PP. Martene & Durand prodiit. MANSI

rant in Britannia, & Britonum quoque pars nonnulla, libertatem receperunt, *quam & hactenus habent per annos circiter quadragintaſex.* Hæc Beda, qui hæc ſcri-

PAGIUS

Dies emortualis S. Audoeni ignotus.

tamen natione Anglus, qui ſeculo decimo annis poſt obitum S. Præſulis CCL. vixit, arbitratus eſt *Audoenum* conſecratum fuiſſe Epiſcopum die XIV. menſis Maii, e vivis exceſſiſſe *IX. Kal. Septemb.* ſeu die XXIV. menſis Auguſti, tranſlatum vero *III. Nonas Maii*, quia ſcilicet in Kalendariis in dies Feſtis Conſecrationis, Natalis & Tranſlationis ejus aſſignabantur. Verum quemadmodum in die ordinationis, ut anno DCXL. vidimus ſic & in aliis diebus valde hallucinatus eſt, aliosque, in errorem induxit. Audoenus enim *IX. Kal. Septemb. Dominica*, ut ipſe ait, mortuus non eſt, cum teſtetur eum obiiſſe anno DCLXXVII. vel juxta Codicem MS. DCLXXVIII. poſtquam ſediſſet annos XLII. menſes tres, dies decem a die ſcilicet XIV. Maii anni DCXXXV. quo Fridegodus *Audoenum* ordinatum ſtatuit. Nam ut dies XXIV. Auguſti ſit Dominicus, neceſſe eſt, ut in curſu ſit littera E, quæ in neutrum annum incidit ante annum DCLXXXII. quo tamen menſe Auguſto adhuc in vivis erat *Audoenus*. Certe cum anno circiter integro vixerit *Filibertus* in Neuſtria ſuperſtite Audoeno, ſi Sanctus Præſul obiit anno DCLXXXII. ſaltem anno labente DCLXXXIII. receſſiſſet *Filibertus* in Aquitaniam, quo tamen profectus non eſt, antequam *Ebroinus* Majoratam recuperaſſet, ut ſuo loco oſtendimus. Poſt eum Chriſti annum littera Dominicalis E ante annum DCXCIII. non amplius recurrit. Cum vero Fridegodus, neque diem, neque annum ordinationis Audoeni calluerit, quot annis Eccleſiam Rotomagenſem rexit, eum ignoraſſe neceſſe eſt. Denique fallitur Pridegodus in die Tranſlationis ejus; ait enim tranſlatum eſſe *III. Nonas Maii in Feſto Aſcenſionis* Feſtum autem illud ab anno DCXXVIII. ad DCCVII. cum III. Nonas Maii non convenit.

XXI.

S. Audoeni Tranſlatio.

Cointius tamen anno DCLXXXVII. num. XI. *Fridegodum* interpretari, & excuſare conatus eſt. Nec ejus verba: „ Quia Chriſtus creditur „ paſſus octavo Kal. Martii (ſed legendum, „ *octavo Kal. April.* anni ſc. Eræ Chriſtianæ „ XXIX. quo Chriſtum paſſum eſſe vulgaris „ opinio fuit), reſurrexiſſe ſexto eaſdem Ka„ lendas, & aſcendiſſe in Cœlum tertio No„ nas Maii, Feſtum Aſcenſionis in pleriſque „ Martyrologiis tertio Nonas Maii celebratur, „ ut ex Bollando in Notis ad Vitam S. Ansber„ ti jam laudatis conſtat. Inde factum arbi„ tramur, ut dies ille tertius ante Nonas Ma„ ias Tranſlationi S. Audoeni dicaretur, quo „ corpus S. Audoeni tranſlatum eſt, Aſcenſio„ nem Domini *tertio Nonas Maii* celebratam „ fuiſſe. Ita Cointius. Eodem modo Chifletius in Diſſert. *de Annis Dagoberti I.* cap. 17. Fridegodum interpretatur, ac ſupponit juxta eum in die Aſcenſionis fixæ hanc Tranſlationem factam fuiſſe. Verum ſi ea mens fuit Fridegodi, valde deceptus eſt, cum is dies nullo Officio Eccleſiaſtico aut aliqua celebritate inſignis eſſet.

XXII.

Die Aſcenſionis peracta.

Verus dies Tranſlationis S. Audoeni, non ex Pridegodo, ſed ex vetuſtioribus Auctoribus eruendus. Anonymus Auctor Vitæ ejus ait: *Beati Viri corpus in loco, quem ipſe fabricaverat, requievit annis tribus & menſibus ſex. Poſt hæc viſum eſt Antiſtiti* (ſc. S. Ansberto) *Succeſſori ſuo, ut Beati Viri corpus transferret in excelſiorem locum vel gradum ante altare S. Petri Apoſtoli in parte Orientis.* Aigradus in Vita S. Lamberti teſtatur, Audoeni corpus fuiſſe tranſlatum in Solemnitate Aſcenſionis, die tamen menſis, in quam incidebat, non memorato: *qualiter* (ſc. Ansbertus)*... Audoeni corpus... in eminentiorem locum Eccleſiæ S. Petri quæ poſita eſt in Suburbano Urbis Rotomagenſis, tranſtulerit, narrare aggredimur. Cum ergo de diverſis provinciis congregaſſet artifices, condidit ſuper ejus ſepulchrum repam* (feretri ſcilicet operculum)*.... Conſtituta ergo die* IN SOLEMNITATE ASCENSIONIS DOMINI, *Sacerdotum ac Monachorum, reliquorumque Clericorum adunata multitudine, ipſum ſacrum corpus levari fecit cum reverentia magna, & hymnorum laudibus, Clero perſonante atque in abſide præfati S. Petri Apoſtoli feliciter recondidit*, &c. Sacrum ergo corpus menſe Maio tranſlatum certum eſſe debet: ab anno enim DCXLV. uſque ad DCXCI. ſemper Aſcenſio in hunc menſem incidit.

In priore tumulo requievit teſte vetuſtiſſimo Anonymo ſæpius laudato *annis tribus, menſibus ſex*: ſepultum itaque fuit corpus *Audoeni* menſe Novembri hujus Chriſti anni. At Cointius laudatus n. XII. contendit, ab obitu Audoeni uſque ad prædictam Tranſlationem lapſos eſſe annos tres, menſes octo, dies viginti tres, quia apud Fridegodum dicitur Beati Viri corpus in priori loco requieviſſe, *annis tribus & menſibus novem*. Sed quis, amabo, ferre poterit, Scriptorem vetuſtiſſimum & ſupparem Audoeno emendari a Pridegodo qui ducentis & amplius annis junior fuit, quemque in anno ordinationis & mortis Sancti Præſulis erraſſe certiſſimum eſt? quare non Anonymus noſter ex Fridegodo, ſed hic ex Anonymo corrigendus, & ab illis novem menſibus tres ſaltem incompleti reſecandi. Quibus rejectis comperimus, non menſe Auguſto, ſed menſe Novembri *Audoenum* fuiſſe ſepultum, & tranſlatum an. DCLXXXVIII. die ſeptima menſis Maii, in quam eo anno *Aſcenſio* cadebat. Remanſit in priori tumulo annis tribus, menſibus ſex, ideoque ſepultus fuerat hoc anno die aliqua Novembris, quæ in Dominicam competebat. Neque enim dubitandum, quin magna ſolemnitate depoſitus fuerit. Obiit itaque labente menſe Octobri: poſt ejus mortem aliquandiu Sedes Rotomagenſis vacavit, quia *Ansbertus* Abbas Fontanellenſis, qui a Clero & plebe electus fuerat, tam grave onus ſuis humeris imponere recuſabat, nonniſi multoties a Rege vocatus, (qui tunc, ut ait Aigradus, *morabatur in villa Clipiaco, quæ ſita eſt in Pariſiaco territorio, ubi conventum magnum populorum habens de utilitate ac tutela Regni tractabat*) illuc venit, ubi a Sancto Lamberto Epiſcopo Lugdunenſi, *aliiſque Sanctis Præſulibus, qui ad hoc generale Placitum* (ſcilicet Clipiacenſe) *convenerant in Pontificem* creatus eſt *Eccleſiæ Rotomagenſis*; quod fieri non potuit ante ultimos hujus anni dies, aut priores inſequentis. Baronius de morte Sancti Audoeni agit anno DCLXXVII. n. IV. & ſeq. ſicuti & de Francorum cum Auſtraſiis pace opera ejus inita, quia ſcilicet *Fridegodum* tantum legerat, qui tamen viam, quam ignorabat, alios docere non potuit. Baronii enim tempore Vita Audoeni ab Anonymo vivente Carolo Martello ſcripta adhuc in tenebris latebat.

XXXIII.

Anni Chriſti DCLXXXVIII.

Obiit

ſcribens, tempus pariter ſuæ ſcriptionis *Ann. Eccl. Tom. XII.*

oſtendit: reliqua autem ſequenti anno.

PAGIUS XXIV. *Moritur S. Aldegundis Abbatiſſa Melbodienſis.*

Obiit hoc circiter anno S. *Aldegundis* Abbatiſſa Melbodienſis prima, in loco nemoroſo ac deſerto, ubi ſcribit Hucbaldus ſæculi IX. Monachus Elnonenſis in ejus Vita, ubi nunc Oppidum eſt Hannoniæ in Belgio ad fluvium Sabin, quod *Melbodium* appellatur. Bollandus ad diem XXX. Januarii tres hujus Sanctæ Vitas edidit: primam Auctore Anonymo, qui aliam Vita *vetuſtiſſima* ſe uſum fatetur; ſecundam Auctore Hucbaldo, tertiam ab Anonymo Cellenſi ſeu Giſleniano Monacho deſcriptam. Vetuſtiſſimam illam Vitam, quam Bollandus non viderat, publicavit Mabillonius Sæculo Secundo Benedictino, ex qua, aliiſque citatis diſcimus, *Aldegundem*, Dagoberto primo regnante, ex nobiliſſima ſtirpe procreatam, & divinis viſionibus animatam ad mundi contemptum, matris nuptias ſuadentis blanditias reſpuiſſe. Facta Monialis Melbodii Monaſterium conſtruxit, in quo per plures annos ſanctiſſime vixit, hoc circiter anno demortua. Cointius quidem hoc anno num. I. & Mabillonius citatus mortem ejus cum hoc Chriſti anno illigant, quod in Cœnobio Melbodienſi colatur die XXX. Januarii, & ab uno ex ejus Vitæ Auctoribus die Sabbati eam ad Deum migraſſe aſſeratur: ſed leve illud fundamentum; cum pleromque Sancti aliis, quam quibus vita functi ſunt diebus, Officio Eccleſiaſtico celebrentur. De *Sancta Vualdetrude* ejus ſorore Abbatiſſa prima Caſtrilocenſi in Hannonia, & *Sancto Madelgario* hujus marito, antequam in Monaſterium ſecederet, egimus anno DCLIV. *Aldegundis* meminit Baronius an. DCLXI. num. I.

XXV. *Varia Collegia Canonicarum in Belgis.*

Nunc in Monaſterio Melbodienſi eſt celeberrimum Canonicarum Collegium, de quibus, aliiſque Miræus in Notis ad cap. 23. Cod. Donat. ſcribit: *Canonicarum nobili ſtirpe progenitarum, quæque ad nuptias tranſire poſſunt, Collegia in Hannonia ſunt duo, Montenſe* (ſeu Caſtrilocenſe) *& Melbodienſe: totidem in Comitatu Namurcenſi, Andennenſe & Monaſterienſe: & unum in Brabantia, Nivellenſe, omnium apud Belgas* (*ut opinor*) *antiquiſſimum*. De iſtis Canonicabus differit Mabillonius in Præfatione ad Sæculum II. Benedictinum paragrapho 3. aitque, *Sanctum Amandum* non ſolum Monaſteria Virorum in Belgio; verum etiam Cœnobia puellarum, Nivellenſe, Melbodienſe, Caſtrilocenſe, Marcianenſe, aliaque nonnulla ordinaſſe; ſed iis Monachas, non Canonicas impoſuiſſe Monachum ipſum: duplicem in unoquoque parthenone Conventum fuiſſe, Monachorum ſcilicet ac Puellarum, quæ ab illis de more regebantur. Sed quemadmodum in Belgica illa Cœnobia ſucceſſerunt Collegia Canonicarum Monachabus, ita & Monachis Canonicorum Conventus: ut ſicut primitus Monachi Monachabus, ita poſtmodum Canonici Canonicabus Sacramenta adminiſtrarent.

XXVI. *Exeunte Sæculo VIII. instituta.*

In Conciliis ſæculo VIII. convocatis *Canonicarum* mentio nulla, nec in Epiſt. nona Zachariæ Papæ ad Pippinum Francorum Regem cap. 5. nec in Reſponſionibus Stephani Papæ III. ad Gallos, neque in Capitulari Caroli Magni anno DCCLXXIX. condito, ubi aptiſſima Canonicarum commemoratio futura erat. In Concilio tamen Francofordienſi an. DCCXCIV. cap. 46. de illis ſermo eſt, ſed clarius in Concilio Moguntino anno DCCCXIII. celebrato. In Conc. Aquiſgranenſi an. DCCCXVI. poſt Regulam Canonicorum compoſita eſt in gratiam Canonicarum alia, quæ capitulis XXVIII. continetur. Et primitus quidem Canonicæ illæ ſæculares (ut credere par eſt) voto retento vota perpetua promittebant; at poſterioribus ſæculis ſolæ *Abbatiſſa* cum Officialibus (ut vocant) vota nuncupant, ſervatis alicubi Ordine & ritibus Benedictinis, quemadmodum in Eccleſia Romaricenſi, Gallice *Remiremont*, ubi Sanctimoniales Romaricenſes Ordini Benedictino ſubjectæ fuere ad uſque ſæculum proxime elapſum, quo *Canonicæ ſæculares* dici ac eſſe cœperunt, nec tamen ab Ordine Sancti Benedicti deſciverunt, ut oſtendit Mabillonius citatus, apud quem de his Canonicabus plura.

JESU CHRISTI ANNUS 685.	JOANNIS PAP. V. ANNUS 1.	JUSTINIANI JUN. IMP. ANNUS 1.

I. Conſt. Imp. moritur. Regnat Juſtinianus.

ANno Redemptoris ſexcenteſimo octogeſimoquinto, Indictione decimatertia, Conſtantinus Imperator, ubi imperaſſet annos decem & ſeptem, moritur, relicto Juſtiniano filio Imperii hærede, quem Anaſtaſius in Joanne tradit hoc anno, inchoante decimaquarta Indictione menſe Septembri imperare cœpiſſe: quando divino, veluti miraculo factum eſſe cognitum eſt, ut cum ipſo Imperator pene puer eſſet & levis, nullluſque conſilii, & jam crederetur Orientale Imperium nullo innixum fundamento penitus collapſurum, Deus ſua potentia non ſolum continuerit barbaros, ne adverſus eum moverent exercitus; ſed ſponte ipſi venerint inſtaurare ſancitam cum patre concordiam, aucto quod perſolvendum eſſet Imperatori, tributo: De his enim hæc in Annalibus Græcorum (a): *Primo ejus anno Abimelechus ad eum nuncios mittit confirmandæ pacis cauſa, conveniique ut Imperator Mardaitarum agmen in Libano, ejuſque impreſſiones compeſceret, eaque nomine Arabes Romanis penderent in ſingulos dies nummos mille, equum, & ſervum.* Et Theopanes: *Hoc primo anno*, inquit, *Juſtinianus Imperator miſit Leontium Prætorem in Armeniam cum Romano potentata: & Sarracenis illic exiſtentibus interemptis, ſubiicit hanc Romanis, ſimiliter & Iberiam, Albaniam, Hircaniam quoque atque Mediam; & ſub tributo regionibus actis plurimas pecunias Imperatori tranſmiſit.* Hæc de rebus proſperis anni hujus, cum ipſam teſtamento relictam pietatem nondum prodegiſſet Imperator: ea enim poſtea amiſſa, una cum ipſa omnia ſimul a ſe bona rejecit.

Sarraceni pacem petunt ab Imper.

(a) Cedr. in Juſt. num. 1.

Provinciæ recuperatæ Imperio Rom.

II. Idem Princeps aggreſſus eſt pariter inventos in Armenia exagitare Manichæos, de quibus Lucas Siculus vetus hiſtoricus inchoatam hiſtoriam ita proſequitur: *Gliſcente igitur inter Juſtum & Simeonem Manichæorum duces contentione, proficiſcitur Juſtus ad Epiſcopum Coloniæ Armeniæ, atque ut de Apoſtoli ſenſu, quod capiebat, audiret, omnia mox de ſe ſociiſque & quam inter ſe diſciplinam tenerent, liquido expoſuit. Re comperta, Epiſcopus nihil in his ſibi cunctandum ratus, de ſingulis e veſtigio refert ad Imperatorem Juſtinianum Auguſtum, qui poſt Heraclium Conſtantinum Imperii ſceptra gubernavit. Qui quidem ut audivit, omnes ſtatim in unum cogi Manichæos, ſeorſumque interrogari juſſit, atque flammis tradi, quotquot eſſent in errore pertinaces. Itaque extructo ad acervum ingenti rogo, incenſi & cremati omnes fuerunt, præter Paulum quemdam genere Arabem, cui duo filii erant Geneſius, & Theodorus, quibuſcum fuga ſe proripuit pater, & Epiſpaatim abiit jamdudum a nobis in prolixiori opere commemoratum, cum de Paulo & Joanne Samoſatenis Callinices filiis ageremus, de illo inquam, Paulo, a quo Pauliani pro Manichæis, mutato nomine, appellari cœperant. Producit ergo alter hic Paulus ad impietatis ſcholam filium Geneſium, cui Timothei nomen impoſuit. Sed brevi ſecuta eſt inter utrumque fratrem Geneſium, & Theodorum altercatio, cum iſte divinam Spiritus gratiam accepiſſe ſe aſſereret, ille contra de ſe ipſo idem affirmaret.* Quomodo autem inter ſe diſſidentes ſic animis odiiſque invicem ex-

Manichæi juſſi comburi.

Paulos, a quo Pauliani Manichæi.

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſp. DCCXXIII. An. Hegiræ LXVI. inchoato die 8. Aug. fer. 3. A. C. 685.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6178.

☉ 22. A. ☽ 2. P. 26. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 685.

JOANNIS V. PAPÆ 2.

JUSTINIANI JUN. IMP. 1.

I. Poſtconſulatus.

HIc annus iſta formola notatus: *XXXII. Imperii Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus XVII.* Poſt initium vero Septembris *Anno Juſtiniani Jun. 1. Poſt Conſulatum ejus I.* cum enim Conſulatum perpetuum ipſo natali Imperii die capeſſiſſe liquebit ex dicendis.

II. Moritur Conſtantinus Pogonatus.

Ad num. 1. Conſtantinus Pogonatus *initio menſis Septembris, Indict. XIV.* defunctus eſt, ut notavit Anaſtaſius in Joanne V. cum annos ſeptemdecim imperaſſet, ut habent Theophanes, Zonaras & Nicephorus in Hiſtoria qui addit: *Reliquit Imperii Succeſſorem Juſtinianum filium qui jam ſexdecim annos attigerat. Atque hic Imperium nactus, quæ a parente ſuo de pace ac reliqua Reipublicæ ordinatione conſtituta fuerant, omnia pervertit.* Non diſſimilia ſcribit Zonaras qui etiam eum annos XVI. natum fuiſſe teſtatur: *Poſt bellum Bulgaricum, res Romana ubique quieta fuit uſque ad obitum Conſtantini*, inquit Zonaras, cui ſuffragantur Theophanes & Nicephorus in Hiſtoria.

III. Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alex. DCLXXVIII. Kalendis Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoato, refert, *Abimelech Saracenorum Califam pacis ergo ad Juſtinianum Legatos miſiſſe*, eamque his conditionibus initam, ut Imperator Mardaitarum agmen comprimeret: *Abimelech vero in ſingulos dies mille nummos aureos, & equum & ſervum Imperatori penderet: & uterque Princeps juſtu & æquali portione Cypri, Armeniæ, & Iberiæ vectigalia inter ſe dividerent.* Addit Theophanes Imperatorem Mardaitas ad duodecim millia a loco priore ſuſtuliſſe, & Romanam potentiam eo facto mutilaſſe. Conveniunt omnes Hiſtorici Byzantini eam pacem Romanæ Reipublicæ valde

Juſtinianus pacem cum Saracenis ſancit Imperio Romano valde noxiam

exarſerunt impietatis incentores, ut ad mortem uſque ipſam perſtiterit diſcordia, idem ſubiicit auctor abunde ſatis: ſed quod non tempore hujus Imperatoris, ſed Leonis Iſaurici contigiſſe dicat, nos ſuo loco de illis acturi ſumus.

III. Errores Armeniorum. At non his tantum malis hoc tempore laboravit Armenia, ſed ut quæ hactenus ſub Sarracenis fuerat, Eccleſia poſita ibi ſilveſceret, oppleta fuit multis erroribus: videlicet in primis, quod vino tantum in ſacroſancto incruento ſacrificio uterentur, nulla admixta aqua; quodque ad ſacerdotium nullum admitterent Judæorum, niſi qui ex ſacerdotali genere orti eſſent: inſuper Quadrageſimæ tempore diebus ſabbati atque Dominicis caſeum, & ova comederent: ſed & quod more Judaico carnes intra altare aſſarent, eaſque populo comedendas diſtribuerent. Hæc quidem ita ſe habuiſſe, docent canones (a) Sextæ Synodi poſtea ſanciti. At de rebus Orientalibus hactenus.

(a) Can. 32. 33. 46. 100.

IV. De ſcriptis Benedicti Papæ ad Hiſpanos. Hoc eodem anno Benedictus Papa, ubi ſediſſet menſes octo, & dies decem, & ſeptem, moritur ſeptima die Maii, qua relatus inter ſanctos reperitur in tabulis Eccleſiaſticis. Antequam autem ex hac vita migraret contigit eum ſcribere ad Hiſpaniarum Epiſcopos, monens eos, ut corrigerent nonnulla quæ legiſſet in ſcriptis ab ipſis litteris, & Romam miſſis cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, quibus quæ decreta eſſent de fide Catholica in Conſtantinopolitana Synodo, probarentur. Dicturi de his, primum omnium quæ ad temporis rationem ſpectare noſcuntur, elucidemus. Eſt de his certa teſtificatio in Actis decimæquintæ Synodi Toletanæ celebratæ Æra ſeptingenteſima vigeſimaſexta, anno Domini ſcilicet ſexcenteſimo octogeſimooctavo, ubi aſſeruntur ante biennium eæ fuiſſe a Benedicto Pontifice litteræ ſcriptæ: habentur enim ibi hæc verba: *Poſt hujus igitur piæ confeſſionis prolatam devotis vocibus regulam, ad illa nos illico convertimus continenda capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium beatæ memoriæ Romanus Papa Benedictus nos litterarum ſuarum ſignificatione monuerat, &c.* Quæ igitur ante biennium datæ dicuntur Benedicti litteræ, hoc anno ipſas eſſe ſcriptas oportuit, nempe poſt duos expletos, anno inchoato jam tertio, quo Epiſcopi convenerunt. Hæc de his quæ ad tempus pertinent.

Quod vero dicunt Patres in eodem Concilio congregati, a Benedicto Pontifice litteris commonitos Hiſpaniarum Epiſcopos: apparet rem Chriſtiana charitate eſſe tranſactam, nempe nequaquam ab ipſo Romano Pontifice ſtatim eſſe reprobata atque damnata, quæ inveniſſet in ipſorum ſcriptis: ſed potius quæ ipſi ſubduriuſcula viſa eſſent, admonuiſſe voluit, ut vel corrigerent, vel declararent. V.

Benedictus defenditur a calumnia Roderici. Hæc autem dixiſſe voluimus, quod Rodericus inconſulte nimis affirmet, imprudenter id factum a Benedicto de libro a Juliano Epiſcopo Toletano conſcripto. Sunt hæc Roderici verba: *Ejus tempore librum de tribus ſubſtantiis, quem dudum, Romam miſerat ſanctiſſimus Julianus, & minus caute tractando Benedictus Papa Romanus indixerat reprobandum, ob id quod, Voluntas genuit voluntatem, ſanctus Julianus veridicis teſtimoniis in hoc Concilio ad exactionem præfati Principis per oracula eorum quæ Romam tranſmiſerat, verum eſſe firmavit, & apologeticum fecit, & Romam miſit per ſuos legatos presbyteros, diaconum, & ſubdiaconum viros eruditiſſimos.* Hæc cum ipſe dicat, ſane quidem ex iiſdem Toletani decimiquinti Concilii Actis correctione dignus oſtenditur.

Quæ enim Benedicto viſa ſunt corrigenda, vel ſaltem declaranda, non ſunt reperta in noviſſimis litteris ab Epiſcopis Hi- VI.

PAGIUS de perniciosam fuiſſe: hoc enim pacto Juſtinianus *aneum murum* deſtruxit, inquit Cedrenus, cum urbes munimentis infirmæ & habitatoribus vacuæ extiterint in illis partibus. Sed pax hæc rei Romanæ adeo noxia anno tantum ſequenti peracta juxta Theophanem.

IV. *Mardaitæ a Maronitis non diverſi.* Ex illa fortaſſe militum collectione, quos anno DCLXXVI. diximus Maronitarum Primates ex univerſa Phœnicia ſelegiſſe, ut tutiora loca occuparent illius partis Libani, quæ Giobbe vocitatur, putarunt aliqui, inter quos Joannes Morinus in Tractatu de Sacris Eccleſiæ Ordinationibus *Mardaitas*, quos diximus a *Maronitis* non differre, fuiſſe Monti Libano advenas, non autochthones. Verum, ut ait Fauſtus Naironus in Diſſert. de Origine & Religione Maronitarum num. XLVI. incumbebat illis onus probandi, unde in Libanum venerit, & quo inde pulſa receſſerit hæc natio, quæ tanquam Romani Imperii clypeus ac antemorale ab omnibus habebatur, ut ait Zonaras loquens de pace cum Saracenis hoc tempore promulgata; & tamen nullus extat Auctor, ut ipſemet fatetur Morinus, qui afferat quæ gens fuerint hi *Mardaitæ*, & quam Orbis partem inhabitarint, ac modo inhabitent. Quonam igitur pacto hæc natio ab Orbe evanuit, ut nihil penitus poſt Juſtinianum Imperatorem de ea neque ſcriptum inveniatur, neque memoria retentum? Imo neque ante *Conſtantinum Pogonatum*, aliquid in Hiſtoriis tam Orientis quam Occidentis de hoc *Mardaitarum* populo legitur, ſed eo tantum tempore mentio eorum in Libano, quo Maronitæ habiti ſunt Romano Imperio rebelles, ceſſavitque hæc Mardaitarum denominatio, cum Imperatoris obedientiæ fuerunt iidem Maronitæ reſtituti, inquit Naironus citatus.

V. A num. IV. ad XI. *Benedictus* II. Papa hoc an-

Hiſpaniarum datis, vel in libro Juliani de tribus ſubſtantiis; ſed in illis quas antea iidem reſcripſiſſent, dediſſentque Petro Regionario, qui illoc a prædeceſſore (ut vidimus) miſſus fuerat. Teſtantur enim idipſum Patres, qui eidem decimoquinto Toletano Concilio interfuerunt. Benedictos igitur quatuor illa notata capitula haud ſuis voluit inſeruiſſe litteris, utpote quod ſciret eum Catholicis ſe rem agere: qui nihil contentioſe acturi eſſent, vel pertinaciter aſſerturi; ſed (ut iidem teſtantur Patres) cuidam ipſorum homini credidit, non ſcriptis, ſed verbis ore tenus: ex quibus omnibus manifeſti erroris eumdem redarguas Rodericum.

VII. At quænam iſta eſſent a Benedicto notata, videamus. Quod igitur Romanus Pontifex cuſtos Catholicæ fidei eſſe ſemper vigilantiſſimus conſuevit: nihil quod vel in verbis vel in ſententiis dubium poſſet movere, deſpexit, & indiſcuſſum præteriri aliquando permiſit, ſed ambiguitates omnes ſolvi ambages elucidari, dubia in lucem prodi, & detegi velata curavit. Sic ergo ipſe Benedictus legens in Hiſpanorum Epiſcoporum litteris tres in Chriſto affirmari ineſſe ſubſtantias, ſubdividendo humanam in corpus, & animam; veritus ne ſecundum numerum ſubſtantiarum tres etiam ſtatuerent in Domino voluntates, divinam, rationalem, & ſenſualem, ne quid novi vel in verbis aſſereretur, cito occurrendum putavit. Rurſum vero quod itidem ipſi in ſuis litteris dixiſſent, Voluntas genuit voluntatem, ſicut, & ſapientia ſapientiam: ne eodem modo duæ dici a Catholicis voluntates ab aliquo vel ſuſpicari poſſet, hoc elucidatione indigere ſignificavit. Quod autem pio id ſen ſo aſſeruiſſent Hiſpani ex ſententia Auguſtini, diffuſius in ſcholis iſta invenies diſputata (a). Excuſaverunt id quidem poſtea in dicto Concilio poſt biennium celebrato ipſi Hiſpani Epiſcopi, id ſcilicet non a ſe dictum ſecundum relationem, ſed ſecundum ſubſtantiam. Quænam autem duo alia capita fuerint, quæ viderentur eidem Benedicto indigere exactiori elucidatione, neſcimus: ea tamen ex ſententia ſanctorum Patrum Ambroſii atque Fulgentii poſſe defendi, iidem Patres, qui dicto Concilio interfuere, teſtati ſunt. Hæc de his quæ ad Benedictum, & ad litteras in Hiſpaniam hoc anno ab ipſo datas pertinent, ſatis ſunto.

Quæ ambigue dicta declaratione indigerent.

(a) *Vide Mag. l. 1. diſt. 27. S. Tho. 1. p. q. 39. art. 5. 6. & alios.*

VIII. Rurſus vero quæ de eodem Benedicto Pontifice habent Acta Nicæni ſecundi Concilii; hic in medium adducamus. Quod enim hoc anno contigiſſet mori Theophanum Antiochenum Epiſcopum, ubi ſediſſet (ut tradit Nicephorus) annos quinque: optavit idem Pontifex Benedictus, ut Macarius olim Antiochenus Epiſcopus in ordinem redactus Romæ degens exul, damnata hæreſi, reſtitueretur in Antiochenam Eccleſiam: ſed cervicoſus homo contempſit. At reddamus hæc ex Synodalibus Actis (b) quæ ſic ſe habent: *Petrus ſtudioſiſſimus preſbyter & Apoſtolicæ ſedis Hadriani Papæ Vicarius dixit: Et Romæ quoque extorris erat Macarius a ſancta Synodo Sexta damnatus: verum piæ memorationis pater noſter Benedictus deliberandi ſpatium per triginta dies illi conceſſit: & quodam tempore Bonifacium conſiliarium ad eum miſit, quo verbis admonitione plenis ex ſacra Scriptura illum inſtrueret: verum ad meliorem mentem haudquaquam perduci potuit. Id autem pater beatus ob id egit, quo illum rurſus in priſtinum ſtatum reciperet.* Hæc Acta.

Theophanes Epiſc. Antioch. moritur.

(b) *Conc. Nic. 2. Act. 4.*

De

PAGIUS

S. Benedicti PP. ſupremum diem obiit.

anno ad Deum migravit, poſtquam *ſediſſet menſes decem, dies duodecim*, ut habet Anaſtaſius, cui ſuffragantur Ordericus lib. 2. Regino, Luitprandus, Abbo, Hermannus Contractus, Catalogus Vaticano-Palatinus, & alii, qui diem mortis includunt. Nam cum juxta Anaſtaſium ſepultus ſit *ſub die VIII. Idus Maii*, ſeu die octava ejuſdem menſis, & die XXVI. Junii anni antecedentis ordinatus fuerit, mortuus eſt die ſeptima Maii, dieque inſequenti ſepultus a iadeque Officio Eccleſiaſtico in Baſilica Vaticana Sancti Petri Apoſtoli, die VII. Maii celebratur, quo etiam die ejus memoria facta eſt in hodierno Martyrologio Romano apud Notkerum, Molanum in prima editione Additionum ad Uſuardum, Galeſinium, Caniſium, Ghinium in natalibus Sanctorum Canonicorum, alioſque Martyrologos a Pabebrocio ad diem VII. menſis Maii in elogio de Sancto Benedicto II. memoratos, qui & teſtatur, poſtridie, ſive die octava Maii memorari a Greveno in Additionibus ad Uſuardum, a Maurolyco etiam & Felicio. Nam juxta regulam a nobis cum de morte Divi Petri locuti ſumus ſtatutam, quando Martyrologi uno tantum die inter ſe differunt in alicujus Pontificis depoſitione conſignanda, alii ad diem eorum obitualem, alii ad diem, quo ſepulti ſunt, reſpiciunt. Baronius mortem Sancti Benedicti II. recte quidem hoc anno recitavit, ſed nullo teſte ſcribit, eum ſediſſe menſes octo, & dies decem & ſeptem. Papebrochius loco laudato dicit, in margine Anaſtaſii ex uno MS. notari menſes VIII. dies XVII. At Fabrotus in editione Anaſtaſii notavit hoc ex Baronio, non vero ex aliquo exemplari Anaſtaſiano. Idem Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Rom. autumat, *Benedictum* II. obiiſſe anno ſequenti die XXV. Martii, ſepultum vero eſſe ad Sanctum Petrum VIII. vel XV. Maji, ſolemni ſcilicet apparatu. Verum eum hoc anno demortuum, & ſolemnes Pontificum Romanorum poſt eorum mortem exequias dilatas non fuiſſe, certum eſſe debet.

VI. Paulo antequam vitam cum morte commutaret *Benedictus* II. ſcripſit ad Hiſpaniarum Epiſcopos, monuitque ut corrigerent nonnulla quæ

le.

IX. Reliquæ res geſtæ Benedicti. De eodem quoque Benedicto, præter hæc omnia, Anaſtaſius iſta habet: *Hic eccleſiam beati Petri Apoſtoli, ſed & beati Laurentii martyris, quæ appellatur Lucinæ, reſtauravit. Itemque in eccleſia beati Valentini via Flaminia fecit coopertorium ſuper altare cum clavis & faſtellis, & in circuitu palergium chryſoclavum pretioſiſſimum: ſimiliter & in eccleſia B. Mariæ ad Martyres alium coopertorium porphyreticum fecit cum Cruce ex gemmulis, quatuor chryſoclavos, & in circuitu palergium holoſericum pulcherrimum: necnon, & in Titulo ſupraſcripto Lucinæ aliud coopertorium ornatum holoſericum.* ☞ Extat ejuſdem Benedicti exaratum in ſepulcro ipſius hoc Epitaphium (a).

(a) Antiq. Inſcript. in Append. pag. 1166. num. 4.

Benedicti Papæ Epitaphium. * ſpeciem

MAGNA TVIS BENEDICTE PATER MONVMENTA RELINQVIS
VIRTVTVM TITVLOS O DECVS ATQVE DOLOR
FVLGVRIS IN * SPECIEN MENTIS SPLENDORE CORVSCAS
PLVRA SED EXIGVO TEMPORE CÆPTA FLVVNT
CVNCTA SACERDOTVM PRÆSTANTIA MVNIA COMPLES
ET QVO QVISQVE BONO CLARVIT VNVS HABES
QVIPPE QVOD A PARVO MERITIS RADIANTIBVS AVCTVS
IVRE PATRVM SOLIVM PONTIFICALE FOVES
NON HOC AMBITIO RAPTI TIBI PRÆSTAT HONORIS
INDOLIS EST FRVCTVS QVAM COMITATVR HONOS
ET QVIA SOLLERTER CHRISTI REGIS AGMINA PASTOR
PERCIPE SALVATI PRÆMIA CELSA GREGIS.

Pergit vero Anaſtaſius de eodem Benedicto ☞ *Fecit autem calices aureos miniſteriales duos penſantes ſingulos libras ſingulas.* Et inferius: *Clerum diverſis ordinibus in die ſancto Paſchæ honoribus ampliavit.* Et paulo poſt: *Hic dimiſit omni clero, monaſteriis, diaconiis, & manſionariis auri libras triginta. Fecit autem Epiſcopos per diverſa loca numero duodecim, qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum octavo Idus Maii: & ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes duos & dies quindecim.* Hæc Anaſtaſius, ex cujus ſententia, vigeſimaſecunda menſis Julii ſubrogatus eſt in locum ejus Joannes hujus nominis quintus, de quo iſta habet:

X. Joannes Papa Quintus creatur. *Joannes natione Syrus, ex provincia Antiochia, ex patre Cyriaco, vir fuit valde ſtrenuus, ac ſcientia præditus, & in omnibus modice moderatus. Hic poſt multorum Pontificum tempora, vel annorum, juxta priſcam conſuetudinem, a generalitate in eccleſia Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, electus eſt, atque exinde in Epiſcopium introductus. Hic dum eſſet diaconus, miſſus eſt a ſanctæ memoriæ Agathone Papa in regiam urbem, cum aliis ſacerdotibus repræſentans locum Apoſtolicæ ſedis in ſancta Sexta Synodo, &c.* Paulo poſt vero: *Secum*, inquit *detulit præter alia etiam divales juſſiones, relevantes annonæ capita patrimoniorum Siciliæ, & Calabriæ non pauca, ſed, & præceptum frumentum ſimiliter, vel alia diverſa, quæ Eccleſia Romana annue minime exurgebat * perſolvere. Hic conſecratus eſt a tribus Epiſcopis, Oſtienſe, Portuenſe, Veliterneuſe, ſicut prædeceſſor ejus Leo Papa.* Hucuſque Anaſtaſius: reliqua de eodem Pontifice inferius.

* ſufficiebat.

Hoc

PAGIUS legiſſet in ſcriptis ab ipſis literis, quibus quæ decreta eſſent in Sexta Synodo, probarentur.

Benedicti II. litera ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Tempus datarum a Benedicto II. literarum accurate Baronius notavit ex Concilio Toletano XV. die XI. menſis Maji anni DCLXXXVIII. celebrato, ubi dicunt Epiſcopi, Benedictum II. literis ſe ſe monuiſſe *ante hoc biennium*, nempe poſt annos duos expletos, tertiumque inchoatum. Ex quo colligere eſt, illarum literarum latorem in Hiſpaniam ultimis hujus anni menſibus perveniſſe, & Patres Toletanos, menſes qui ſupra biennium effluxerant, neglexiſſe. Cum tamen biennii nomine Antiqui, aliquando annos duos utrimque incompletos intelligant, aliquando vero duos annos fere completos: qui uſus loquendi modi Viros doctiſſimos ſæpius in errorem impulere. Hiſpaniæ Epiſcopi celebrato XIII. Concilio Toletano, initio menſis Novembris anni DCLXXXIII. Leonis II. Papæ literas accepere, quibus invitabantur, ut Acta Sextæ Synodi per totam Hiſpaniam promulgarent; quod cum propter hyemis acerbitatem non potuiſſent, ſe ſe excuſarunt, quod ſatis habuerint *illo tempore Apologetica defenſionis reſponſis ſatisfacientes Romano Pontifice, ea ipſa geſta firmare*, ut Patres Concilii Toletani XIV. anno ſuperiori condti aſſerunt. Julianus itaque Epiſcopus Toletanus poſt ſolutum Concilium Toletanum XIII. Acta Sextæ Synodi cum Leonis II. literis accepit, quibus repoſuit *Apologetica defenſionis reſponſum*, quod a Synodo Toletana XIV. probatum fuit, decretumque *cum omnibus Hiſpaniæ Provinciis communicandum, & Synodico iterum examinatione devoquendum.* Hujus primæ Juliani Reſponſionis meminit Felix Epiſcopus Toletanus in Vita Sancti Juliani apud Bollandum ad diem VIII. Martii, ubi Scriptorum ejus Catalogum texens ſecundo loco nominat *Apologeticum fidei, quod Benedicto Romanæ Urbis Papæ directum eſt.* Benedictus II. in Reſponſo Juliani unum alterumque caput modeſte notavit, cui altero Apologetico *Julianus* ſatisfecit, ut videre eſt in Actis XV. Concilii Toletani. Hujus Apologetici tertio loco in laudato Catalogo mentio eſt his verbis: *Item aliud Apologeticum de Tribus Capitulis, de quibus Romanæ Urbis Præſul fru-*

Digitized by Google

XI. *Conc. tyrannicum Gallicanum.*

Hoc eodem anno Domini ſexcenteſimo octogeſimoquinto Synodus in Galliis cogitur a Rege Theodorico opera Ebroini Magiſtri domus, quæ vero tyrannica dicenda fuit: etenim ad hoc coacta eſt, ut de Epiſcopis tyrannus pœnas ſumeret. Sigebertus enim hoc ipſo anno Domini ſexcenteſimo octogeſimoquinto hæc de his habet in Chronico (a): *Theodoricus Rex Ebroinum in gratiam recipit, ejus conſilio Synodum Epiſcoporum cogit, & in hac multos eorum ex ſententia Ebroini Epiſcopatu privat, aliquos etiam eorum irrevocabili exilio damnat ſub tam procelloſo domeſtica perſecutionis tumultu. Sanctus etiam Lambertus a Trajectenſi amotus Epiſcopatu, in cœnobio Stabulenſi monachicæ quietis expetit portum, ibique per ſeptem annos habitavit ſecum. Sanctus Leodegarius diu ab Ebroino tormentatus, poſt famem & carceris ſqualorem, poſt oculorum evulſionem, poſt plantarum conciſionem, poſt linguæ & labiorum exciſionem, tandem conſummavit martyrium per capitis abſciſſionem. Anſegiſus pater Pipini a Gunduino perimitur, quem inventum, & nutritum de ſacro fonte ſuſceperat.* Hæc Sigebertus.

(a) *Sigeb. in Chron. hoc anno.*

XII. At hæc de ſancti Epiſcopi exilio atque cæde per Ebroinum curata paulo fuſiorem ſermonem poſtulant: ſunt enim digna memoratu, non ſolum ob gloriam tanti martyris, ſed ut Dei juſtitia ad ulciſcendum vigilans demonſtretur. Extant ejus res præclare geſtæ memoriæ commendatæ (b) quam fideliſſime ab Urſino juſſu Arcoaldi Epiſcopi Pictavienſis, ejuſdem ſancti Leodegarii æqualis; qui diram Ebroini tyrannidem, & in ſanctum Leodegarium effuſam ſævitiam ita deſcribit: *Ebroinus a Theodorico Rege in priſtinum ſtatum reſtitutus, & Major domus effectus, cogitare cœpit, de ulciſcendis inimicis, qui eum noluiſſent habere Subregulum* (ut auctor loquitur) *id eſt Majorem domus, vel palatii principem. Itaque inſtar leonis rugientis, per Francorum terras rugitus ejus inſonuit; cunctique, qui olim adverſus eum egerant, qui tamen cædem effugere potuere, fuga præſidia capturunt.*

(b) *Extant apud Sur. die 2. Oct. tom. 5.* Ebroini tyrannis.

XIII. Perſecutio in S. Leodegarium.

Porro vir Dei Leodegarius inſtaurandæ plebi ſuæ intra urbem ſuam Heduam, ſive Auguſtodunum intentus erat. Reminiſcens autem Ebroinus malorum omnium, quæ cum Childerico Rege illum ſuſpicabatur ſibi intuliſſe, adhibitis in conſilium hominibus nequiſſimis, cum eis tractare cœpit qua ratione illum Epiſcopum perdere poſſet. Ex iis vero duo, Diddo & Guaime-

PAGIUS

fruſtra viſus eſt dubitaſſe. De hac controverſia plura Baronius & Bollandus.

VII. *Joannes V. ordinatur Pont. Rom.*

Poſt Sancti Benedicti II. mortem ceſſavit Epiſcopatus *menſes duos, dies quindecim*, ut habet Anaſtaſius, & ex eo Ordericus citatus, ideoque *Joannes* V. natione Syrus ordinatus eſt die vigeſima tertia menſis Julii currentis anni, in quam Dominica cadebat, non vero die XXII. ejuſdem menſis, ut habet Baronius, qui non animadverterat, Anaſtaſium diem emortualem Benedicti ex Interpontificio excludere, & ordinationes Romanorum Pontificum diebus Dominicis fieri ſolitas fuiſſe.

VIII. *Obitus Theophanis Epiſc. Antioch.*

Theophanes Antiochenus Epiſcopus hoc anno mortuus eſt, ut recte Baronius ex Synodo Secunda Nicæna oſtendit: ea enim habet, Benedictum II. Macarium a VI. Synodo damnatum Antiochenis præficere cogitaſſe, ſi is ad meliorem mentem perduceretur, qui nihilominus in prava ſua ſententia perſtitit. Quare cum *Benedictus* II. die VII. menſis Maii hujus anni vivere deſierit, hoc vel ſuperiori anno *Theophanes* vita functus fuit. Baronius ait, Nicephorum ei attribuere annos quinque: verum Nicephorus in utroque Anaſtaſio Epiſcopis Antiochenis Catalogum Epiſcoporum illius Patriarchatus abſolvit. Id itaque ab aliquo alio Auctore & quidem recentiori deſumptum.

IX. *S. Leodegarius ante ſeptennium Martyrium conſummavit.*

Ad num. XI. & ſeqq. quæ Baronius uno tenore narrat de perſecutionibus adverſus *Sanctum Leodegarium* Epiſcopum Auguſtodunenſem ab *Ebroino* excitatis, & de ejus Martyrio, per ſuo annos diſtribuimus, & de his egimus annis DCLXXIV. DCLXXVI. & DCLXXVIII.

X. De exilio *Sancti Lamberti* Epiſcopi Trajectenſis anno DCLXXIV. de reſtitutione ejus in priſtinam dignitatem anno DCLXXXI. diſſeruimus. De exilio *Sancti Amati* Epiſcopi Senonenſis anno DCLXXIV. & de exilio *Sancti Filiberti* eodem anno; de reſtitutione vero ejus in Abbatiam Gemeticenſem anno DCLXXXIII. quia ſi hæc omnia in hunc annum diſtuliſſemus, hæ noſtræ animadverſiones minus utiles fuiſſent.

SS. Lambertus, Filibertus, & Amatus in exilium miſſi.

XI. *Moritur Lotherus Cantii Rex.*

Hoc anno Egfrido Northumbriæ Rege extincto *Alcfridus* frater ejus nothus Regnum Northumbriæ ſuſcepit, ut anno ſuperiori Baronii ordinem ſequentes oſtendimus: *Quo videlicet anno*, inquit Beda lib. 4. cap. 26. *qui eſt ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimus octogeſimus quintus Hlotheri Cantuariorum Rex, cum poſt Egbertum fratrem ſuum, qui novem annis regnaverat, ipſe duodecim annis regnaſſet, mortuus erat octavo Idus Februarii. Vulneratus namque eſt in pugna Auſtralium Saxonum, quos contra eum, Edric, filius Egberti aggregarat, & inter medendum defunctus eſt. At poſt eum idem Edric anno uno & dimidio regnavit: quo defuncto Regnum illud per aliquod temporis ſpatium Reges dubii vel externi diſperdiderunt: donec legitimus Rex Victred, id eſt filius Egberti, confortatus in Regno religione ſimul & induſtria gentem ſuam ab extranea invaſione liberaret*, idque menſe Octobri anni DCXC. ut anno DCXCII. videbimus. Beda lib. 4. cap. 5. accuratius annos, quibus *Hlotherus* in Cantia regnavit, expreſſit: ait enim Ecbertum, menſe Julio anni DCLXXIII. mortuum eſſe, *ſuccedente in Regnum Hlothero, quod ipſe annos undecim & menſes ſeptem tenuit.* Quare Hlotherus die ſexta menſis Februarii hujus anni extinctus eſt; & licet iſtæ voces *VIII. Id. Feb.* non legantur in Paraphraſi Saxonica, ſed in Latinis tantum omnibus editionibus, retinendæ tamen ſunt. Atque hinc manifeſte conſtat, Bedam annos Incarnationis, neque a Paſcha-

Digitized by Google

merus caput malitiæ effecti, ajunt ſe illum rapere poſſe ex urbe ejus, in eumque exercere vindictam, qua Ebroini malitiam exatiet. Illorum promiſſis exhilaratus Ebroinus, copioſum valde exercitum eis tradidit, cum quo illi feſtini abiere Heduam, & urbem circa mœnia vaſtare cœperunt. Id cernens vir Dei Leodegarius, zelo magno accenſus erga plebem ſibi commiſſam, & Domini exemplo malens animam ſuam ponere pro ovibus ſuis, eaſque lucrificare potius, quam aut ſuæ temporariæ ſaluti conſulere, collecto totius civitatis clero, cum Reliquiis, Crucibus, & pſallentium choris, Deique laudibus obviam proceſſit hoſtibus ſuis, ſponteque ſe obtulit ad obeundum martyrium, ſi voluntas percuſſore non defuiſſet. At illi qui ejus capiendi cauſa venerant, nulla erga ſacras reliquias moti reverentia, eum comprehenderunt. Fertur tunc exclamans dixiſſe: Gratias ago omnipotenti Deo Redemptori meo, quod me hodie dignatus eſt glorificare. Ductus eſt autem ab illis extra urbem, atque illic, ut Ebroinus juſſerat, eruti ſunt oculi ejus. Et humano quidem illum orbarunt lumine extrinſecus, at intus manſit illi divinum lumen. Cumque eum cuſtodibus tradidiſſent, in quoddam cœnobium perduxerunt, ubi biennium fere latuit, & magnum reliquit patientiæ & humilitatis exemplum.

S. Leodegarius capitur ab hoſtibus.

XIV. Eodem tempore Gairinus * frater ejus, qui ob metum Ebroini cum aliis ab eo profligatis Francorum proceribus aliis in locis degebat, juſſu Regis Theodorici & Principis Ebroini ad palatium reverti compulſus eſt. Simul etiam beatus Leodegarius ex monaſterio, in quo tenebatur abſconditus, in Regis Theodorici præſentiam adduci juſſus eſt. Cumque ambo fratres in Principum conſpectum veniſſent, multis contumeliis, & opprobriis affecti ab Ebroino, illi ſic reſpondiſſe feruntur: Nos quidem digne hæc patimur, quia peccavimus Domino: ſed major tamen ejus clementia eſt, qui nos dignatus eſt ad tantam gloriam vocare. Tu vero miſer Ebroine, qui tantam injuriam irrogas Francorum genti, tu ipſum potius ulciſceris, dum aliis vitam auferre cupis. Multos quidem decepiſti, & a paterno ſolo exulare compuliſti: at tu ipſe magis etiam exul eris, quandoquidem & temporalem & æternam gloriam cito perdes: dum cum totius Franciæ homines excellere meditaris, tuam, qua indignus præditus es, gloriam amittis.

* Gerinus.

Prædictio de Ebroino.

XV. Hæc ut audivit Ebroinus, furore magno correptus, juſſit miniſtris, ut Gairinum a Leodegario ſepararent, ut ſeparatim punirentur, nec poſſent conjunctim ejuſmodi ſermones proferre. Cum ergo abduceretur Gairinus, beatus Leodegarius dixit ei: Æquo feras animo, frater cariſſime, quod nos iſtæc pati oporteat. Non enim (a) ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Peccata quidem noſtra multa ſunt, ſed ſupereminet magna Dei omnipotentis miſericordia, qui ad abluenda ſe laudantium delicta ſemper paratus eſt. Et nos ad breve tempus hæc patimur, quia mortis debitores ſumus: ſed ſi patienter tulerimus, illa nos expectat vita, ubi ſine fine lætabimur in cæleſti gloria. Deinde miniſtri ad palum alligatum Gairinum lapidibus obruere cœperunt. At ille deprecabatur Dominum, ita dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui non veniſti vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, ſuſcipe ſpiritum ſervi tui: & qui me ea gra-

(a) Rom. 8.

Gairinus lapidatur.

PAGIUS

ſchate uti Galli, neque ab Annunciatione Beatæ Virginis, ut quidam alii, ipſique Franci ſub tertia Regum ſuorum ſtirpe, ſed a Nativitate Chriſti exordiri; alioquin menſis Februarius non ad principium anni, ſed ad ejus finem pertineret.

XII. Mortuus eſt & hoc anno *Kentuinus* Occidentalium Saxonum Rex, ut habet Wigornienſis, & indicat Malmeſburienſis lib. 1. pag. 14. ubi ait Imperium ejus *non ultra novennium prorogatum* fuiſſe, quod & iterat pag. 519. Regnum autem inierat anno DCLXXVI. ut ſuo loco dixi. Fuit Princeps pius & erga Monaſterium Glaſtonienſe liberalis, ut liquet ex Charta *Ina* Regis Occidentalium Saxonum, quam recitat Henſchenius ad diem VI. Februarii, in Elogio ejus Hiſtorico num. 10. In Poemation tertio, Alcuini nomine perperam edito, ſed regnante eodem Ina condito, laudatur tam a bellis, quæ geſſit, quam a pietate ac vita Monaſtica. Recitat illud Mabillonius Sæculo Tertio Benedictino parte I. in Vita Sancti Inæ Regis. Huntindonienſis lib. 2. pag. 318. ait, *Huntuino Rege defuncto, venit Cedwalla ad Regnum*, & quidem hoc anno, ut legitur in antiquiori Chronologia Saxonica: *Hic Cedwalla cœpit denuo Regnum occupare*. Hunc in Regno adipiſcendo adjuvit Sanctus Wilfridus, ut narrat Eddius in ejus Vita cap. 40. *Venit quidam exul nobili genere de deſertis Ciltine* (Weſt-Saxonum Provincia) *& Ondred nomine Cedwala ſancti parentis noſtri amicitiam diligenter poſcens, ut ei eſſet in doctrina & auxilio pater fidelis*, &c. Qui addit, Wilfridum eum adjuvaſſe uſque dum corroboratus Regnum conſequi poſſet, & totam Occidentalis Regionis Monarchiam tenere. Nam ſub Saxonum Regulis Saxonum Occidentalibus fuerat ab anno circiter DCLXXIV. quo mortua *Sexburga* Regina, occupata eſt. Hoc autem anno *Cedwalla* Regnum paternum recepit. Quare annis decem completis & undecim incompletis rerum potiti ſunt Reguli illi, unde Beda lib. 4. cap. 12. dicit, *annis circiter decem*, ubi *decem* per exceſſum explicandum eſt, id eſt *fere undecim*. De *Cedwalla* victoriis plura anno ſequenti.

Obitus Kentuini Saxonum Occidentalium Regis.

XIII. Hoc anno Theodoricus III. Francorum Rex inſigne Privilegium *Aiglilberto* Epiſcopo Cenomanenſi, ejuſque Succeſſoribus conceſſit, jus ſcilicet cudendæ monetæ. Mabillonius Tomo III. Ve-

gratia dignatus es, ut inſtar martyrum lapidibus vitam iſtam mortalem amitterem, mihi quoque clementiſſime des veniam ſcelerum meorum. Hæc dicens, inter verba orationis ſupremum efflavit ſpiritum.

XVI. S. Leodegarius dira paſſus. *Et beatus quidem Leodegarius cupiebat cum fratre ſanguinem fundere, ut ſimul mererentur coronari: ſed Ebroinus ejus obitum differre volens, ut per pœnas diu productas ei æternas quoque conciliaret, & ne corona frueretur martyrii, immo vero etiam præmiis gloriæ ſempiternæ privaretur, juſſit eum nudis pedibus per quamdam piſcinam traduci, in qua erant petræ inſtar clavorum acutæ: Deinde evulſis jam oculis, humi eum proſterni, linguamque ac labia incidi: ut ablatis oculis, pedibus contritis & conſciſſis, lingua & labiis inciſis, membrorum uſu erepto, corporis viribus omni ex parte enervatis, nec oculis poſſet terram cernere, nec pedibus ingredi, nec lingua officio laudare Creatorem, tandem in blaſphemiam rueret; atque ita ſalute omni privaretur, quam, laudando Deum, ſibi ingentem cælitus obtinuiſſet. At vero qui ſine voce corda audit Deus, magiſque rogatur corde contrito, quam elatione ſuperborum, vocem tacentis propenſius audivit, quam elate loquentis. Ille enim vir ſanctus divinum implorabat auxilium; non ſono vocis, ſed cordis humilitate: nam cum ſe omni humano præſidio deſtitutum cerneret, totis viribus divinum ſibi adeſſe popoſcit. Itaque quantum humana impietas eum a ſupernis abſtrahere moliebatur, tantum pietas divina erigebat ad cæleſtia.*

XVII. *Porro Ebroinus Vvaningum quemdam ad ſe vocans: Tu accipe Leodegarium, inquit, quem aliquando vidiſti virum ſuperbum, & tuta eum cuſtodia ſerva. Aderit enim quandoque tempus, ut ab inimicis ſuis recipiat quod meretur. Vvaningus vero eum ad ſuum perduxit monaſterium, quod Fiſcanum vocant, in quo erat ſanctimonialium cœtus, quibus præerat Childomara Chriſti ancilla. In eo monaſterio B. Leodegarius multis diebus manſit, adhibitis ei cuſtodibus. At vero lingua ejus præciſa ſuum recepit officium, & magnum doctrinæ ſemen ſparſit in populo. Quando autem ad virgines accedebat, tanta (ut fertur) ab ejus ore ſermonis ſuavitas manabat, ut mirarentur quicumque audirent, tanta per illum efficere clementiſſimum Deum; & morum ſuorum pravitate damnata, quamprimum ad pœnitentiæ fructus & remedia advolarent. Ille enim vir beatus die noctuque in Dei laudibus pervigil aſtabat, ut vix parumper ab Eccleſia ad corporis res neceſſarias interdum recederet, aut quippiam vel cibi, vel ſomni perciperet.* Hucuſque auctor de rebus geſtis ante præſentem annum: quæ vero ſubiicit, ad hunc annum pertinent, quo (ut diximus) Synodus Epiſcoporum collecta eſt, de qua iſta habet:

Ea tempeſtate Theodoricus Rex & Ebroinus Synodum multorum Epiſcoporum ad quamdam villam convocarunt. Et ecce inter cæteros evocatum Diddonem, qui ſanctum virum Leodegarium cum Guaimero ab ejus ſede abſtraxerant, pœnis ſubdiderunt, & condemnatum ac decalvatum expulerunt a ſancta congregatione: deinde actus in exilium, & tandem capite damnatus pœnas eorum luit, quæ in ſanctum Epiſcopum doloſe perpetrarat. Alii quoque Epiſcopi a Re- XVIII. De Synodo tyrannica.

PAGIUS Prima mentio Archicapellani Domus Regiæ Francorum. Veter. Analect. pag. 500. ejuſdem Regis Præceptum recitat, in quo dicitur: *Vir Sanctiſſimus & religione atque ſapientia, generoque nobiliſſimus Aiglibertus, Cenomannicæ Urbis Archiepiſcopus, nos deprecatus eſt, uti monetam publicam in ſua Civitate, & in nomine Sancti Gervaſii ac noſtro ei concederemus. Quod ita & fecimus*, &c. *Datum die VI. Kal. April. XII. Regni noſtri Compendii*, ideoque hoc anno, quo XII. Theodorici Regis menſe Martio adhuc in curſu erat. In Geſtis vero Epiſcoporum Cenomanenſium in eodem Tomo relatis pag. 1003. legitur: *Ipſe Domnus Aiglibertus Archicapellanus & Princeps Epiſcoporum Regni erat. Ideo ei conceſſum erat, ut haberet adjutorem ſibi & Chorepiſcopum, ut quando ipſe præoccupatus in ſervitiis Regali erat, prædictus Chorepiſcopus ei adjutorium procuraret aliquod.* Aiglibertus *Archicapellanus & Archiepiſcopus* vocatur, quod Regalis capellæ Presbyteris aliiſque miniſtris præeſſet. Archicapellanus autem ſeu Summus Capellanus rebus Eccleſiaſticis diſcutiendis imminebat, ut docet Marca lib. 4. de Concordia cap. 7. num. 3. & ſeqq. ex Adalardo apud Hincmarum Epiſt. 14. cap. 19. Refert Auctor iſte potiores in Palatio fuiſſe duos Regios miniſtros, Capellanum & Comitem Palatii: *E quibus præcipue duo, idest Apocriſarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel Palatii Cuſtos, de omnibus negotiis Eccleſiaſticis vel miniſtris Eccleſiæ, & Comes Palatii de omnibus ſecularibus cauſis vel judiciis, ſuſcipiendi curam inſtanter habebant; ut nec Eccleſiaſtici, nec Sæculares, prius Domnum Regem abſque eorum conſultu inquietare neceſſe haberent, quouſque illi præviderent, ſi neceſſitas eſſet, ut cauſa ante Regem merito venire deberet.* Ita Adalardus Abbas Corbeienſis, propinquus & Conſiliarius Caroli Magni, qui librum ediderat *de Ordine Palatii*, cujus ſynopſim retulit Hincmarus. Deinde *Summi Capellani* munus in iis verſari docet Adalardus, quæ pertinent ad Officia Eccleſiaſtica, & cætera ſpiritualia in Palatio procuranda. Dicitur *Apocriſarius*, exemplo Reſponſalium, qui morabantur in Urbe Conſtantinopolitana, a Romana Sede aut a cæteris Patriarchis miſſi, ut rebus Eccleſiaſticis proſpicerent: Regius tamen Capellanus in Gallia jus dicebat, ſed *Reſponſales* illi negotiis præcipue procurandis in Urbe Regia vacabant, ut explicat Marca lib. 5. cap. 16. & ſeqq. Ex ſummis Capella-

nis

a Rege per Ebroinum ſimili fere pœna mulctati in perpetuum exilium deportati ſunt. Porro Gaimeras, qui Diddoni ſocius fuerat ad exequenda in ſanctum virum Ebroini juſſa, cum ab eodem Ebroino, quod ejus tyrannidi aſſenſiſſet, per fraudem eſſet in Epiſcopum promotus, in ejus indignationem, Dei (ut putatur) nutu, incurrit, multis flagellis cæſus, turpiſſimeque (ut decebat juſti proditorem) condemnatus laqueo ſuſpenſus eſt, & tranſmiſſus in tartarum. Morabatur eo tempore beatus Leodegarius in virginum ſupradicto monaſterio: juſſus eſt autem etiam ipſe accerſiri ad Synodum: non tamen (ut ajunt) Concilio interfuit, ſed ſeorſum Rex & Ebroinus cum eo ſermonem contuliſſe feruntur, multaque ab eo futura illis prædicta fuiſſe, quæ eveniſſe manifeſtum eſt.

XIX. Summa nequitia Ebroini in S. Leodegarium. *Ebroinus vero in ſua malignitate perſeverans: Multum te (ait ad virum Dei) grandiloquentia tua ad dicendum extimulat: martyrem te fore ſuſpicaris, idcirco hac temeritate uteris: multum vero te extendis, ſed fruſtra tale præmium expetis: at enim commeritus es, ita martyrio potieris.* Quaſi non eſſet paſſurus ut martyr innocens, ſed ut criminum reus, ſicque haud promeriturus eſſet martyrii coronam. Sed pergit auctor: *Cupiebat Ebroinus ſanctum virum in anima & corpore perdere, & cui jam omnem ſæculi gloriam ereptam cernebat, a ſanctorum quoque meritis excludere. Sed quibus rebus ille ſibi videbatur eum a Chriſto avellere, iis ipſis id efficiebat, ut Chriſto, quem deſiderabat, magis adhæreret: quantum enim creſcebat ejus pœna, tantum etiam præmia augebantur.*

Tradidit autem illum cuidam Chrodoberto, jubens, ut eum multa cura cuſtodiret: Veniet enim quandoque (ait) tempus, quo tollatur e medio. Ille acceptum eum duxit ad domum ſuam. Cernens vero eum ex itinere & morbo defeſſum, juſſit refocillandi ejus cauſa potum ei præberi. Sed priuſquam ad eum pincerna veniret, ingens lux inſtar circuli e cælo deſcendens, ſuper caput ejus reſplenduit. Tum illi qui aderant: Quid ſibi vult, ajunt, domine, quod ſuper caput tuum ſpherica figura apparet cæluus lapſum lumen ſplendidiſſimum, cujus nos antehac nunquam ſimile vidimus? Ille vero in terram proſtratus: Gratias ago tibi, inquit, omnipotens Deus omnium conſolator, qui ſuper me ſervum tuum tale dignatus es oſtendere miraculum. Porro reliqui omnes, conſpecto eo lumine, tamquam extra ſe in ecſtaſim rapti, tandem collectis viribus ſimul laudaverunt Deum, & ad ſe mutuo converſi, dixerunt: Re vera hic homo ſervus Dei eſt. Simulque promiſerunt, ſe toto corde velle ad Deum converti: atque ita ejus ſermonibus pene omnes qui in illa domo erant, paterfamilias, ejus conjux, & familia tota converſi ſunt ad Dei cultum. Quotquot autem ejus famam percepere in XX. Signum ſuper caput S. Leodegarii.

PAGIUS nis *Agilbertus* in Monumentis Gallicis primis occurrit.

XIV. *S. Berebarius Abbas Dervenſis occiſus.* Hoc anno Martyrium ſubiit *Sanctus Berebarius* Abbas Dervenſis Monaſterii in Partenſi Campaniæ pago ſiti, cujus Vitam ſeu *Paſſionem* ſcripſere Auctores duo, unus vulgatus a Camuzato in Promptuario Antiquitatum Tricaſſinæ Diœceſis, a Surio ad diem XVI. Octob. & a Mabillonio Sæculo II. Benedictino: alter ineditus nempe *Adſo* Abbas Dervenſis, quem Camuzatus qui illum habuit, dicit referre *Sanctum Berebarium eo die, qui Chriſti reſurgentis Solemnitas celebratur, e vita exceſſiſſe anno DCLXXXV.* Nec plura de Sancto Berchario ab Adſono narrata hactenus in lucem prodiere. Mabillonius, qui Paſſionem illam attribuit Adſoni Abbati Dervenſi, qui anno DCCCCXCII. obiit, eidem Paſſioni ſubjungit parvam quamdam Appendicem ex MS. Dervenſi deſumtam. Refert idem Camuzatus continuationem libri ejuſdem Adſonis ab Auctore Anonymo, qui poſt annum milleſimum vixit, compoſitam, quæ & extat apud Mabillonium. Sanctus Bercharius cultello percuſſus fuit a quodam Daguino, *quem de ſacro fonte ſuſceptum Monachum eſſe ſtatuerat*, quod is indigne ferret doctrinalia Sancti Patris objurgamina; idque factum *jam Paſchali inſtante Solemnitate feria quinta, qua Cœna Domini habebatur*, ut legitur in hujus Sancti Vita. Subditur ibidem: *Beatus Bercharius diutiſſimo angore vulneris morbidus, tandem carne ſolutus, cæleſtis vitæ gaudia exultanti ſpiritu felix petivit.* Verum loco *diutiſſime*, legendum *duriſſimi*, ut liquet ex prioribus verbis laudatæ Appendicis: *Beatus Bercharius duriſſimi langore vulneris morbidus, licet trahens longa ſuſpiria vix proloqueretur*, &c. *Dominica ipſius Sacroſancta ab inferis Reſurrectionis carne ſolutus*, &c. Hæc emendatio certa; alioquin Bercharius die Paſchatis ſpiritum Deo non reddidiſſet; cum triduo ante vulneratus fuerit, ſeu paucis diebus ante mortem ſuam. Continuator ejuſdem Paſſionis num. 7. loquens de die XVII. Kalend. Novemb. quo oſſa Sancti Bercharii recondita ſunt in loco, ubi antea aſſervabantur, ait: *Hic dies eo loco* (id eſt, in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli a Berchario olim extructa) *celeberrimus habebatur ab antiquo, anniverſario Dedicationis ejuſdem Baſilicæ operatione B. Bercharii ipſius Dei ordinatione conſecratæ in honore ac nomine Sancti Salvatoris. Geminata itaque præſcripti diei Solemnitate, auctoritate præſentium Sacerdotum decretum eſt, perpetuo celebrari ipſo die natalis Paſſionis glorioſi Martyris Bercharii, quam conſtat eveniſſe inſtante Feſtivitate Paſchali ob quam rem manebat incelebris more Chriſtianæ religionis. Hinc inolevit jocunditas hujus præclaræ celebritatis, qua hactenus exhilarantur tempora noſtræ ætatis.* Editum illud Decretum tempore Rodulphi Francorum Regis, ut ibidem dicitur. Adhæc Mabillonius refert in MS. ex quo laudata Appendix deſcripta hæc legi: *Extremum vitæ diem obiit hic B. P. Bercharius anno ab Incarnat. Domini DCLXXXV. Indict. XIII. Epacta*

XI.

locis adjacentibus, ad eum concurrebant, verba ſalutis audituri. Ille vero non ceſſabat ſua prædicatione docere omnes, quemadmodum ad regna cælorum poſſent pervenire.

XXI. *Sed non multo evoluto tempore, cum jam præpotens Deus pro tam inſigni patientia decreviſſet remunerare fidelem ſervum ſuum: Ebroinus jam obſtinatus, volens ſuam in eum crudelitatem perficere, velociſſimos poſt eum equites miſit, qui eum neci darent. Illi ergo acceptum eum e domo viri illius, cui cuſtodiendus datus erat, abduxerant per loca ignota.*

S. Leodegarii Martyrium. *Cumque ad certum locum ventum eſſet, ille conſiſtit, ita dicens: Non opus eſt, filii, ut diutius vos fatigetis. Cujus cauſa huc veniſtis, id ocyus perpetrate, ut ſatisfiat voto veſtro. Ad ejus autem cædem quatuor miſſi erant, e quibus tres provoluti ad pedes ejus rogabant ut ipſis veniam daret, & ſuam benedictionem impertiret: quartus vero ſuperbe erectus, diſtricto gladio paratus erat ad perpetrandam cædem. Poſtquam autem data benedictione, percuſſoribus ſuis bene precatus eſt vir Dei, & verbum Dei eis miniſtravit, in preces incumbens ait:*

XXII. *Domine Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, te benedico, te glorifico, qui me dignatus es ad hunc certaminis perducere diem: oro & obſecro te Domine, ut tua pietate miſericordiam mihi impertias, & ſanctorum tuorum meritis dignum me facias, & eorum participem, vitæque æternæ conſortem. Ignoſce illis qui affligunt me: quandoquidem ego, clementiſſime Pater, per eos credo me in conſpectu tuo glorificandum.* Oratio S. Leodegarii.

Dum hæc diceret, percuſſor ſublato gladio amputavit caput ejus. Ferunt tum erexiſſe ſeſe corpus ejus, & quaſi horæ unius ſpatio ſtetiſſe. Id conſpicatus percuſſor ejus, pede eum truſit, ut citius in terram corrueret: ſed miſer ille non diu poſt arreptus a dæmonibus & mente captus, divina in eum ultione animadvertente in ignem ſe conjecit, & mortuus eſt. Juſſu autem conjugis viri hujus Chrodoberti in villam Sarcingenſem magno omnium luctu deportatus a miniſtris, & cum veſtibus in quibus trucidatus fuerat, in exiguo oratorio beatus martyr ſepultus eſt ſexta Nonas Octobris, &c. Subdit vero auctor de miraculis ad ejus corpus exhibitis, deque miſerando exitu Ebroini, & tranſlatione ejuſdem martyris atque aliis miraculis tunc repertis. S. Amatus exulat. Exarſit pariter odium ejuſdem Ebroini adverſus Philibertum Abbatem ejus monitorem: ſan-

PAGIUS *XI. VI. Kal. April. mane ſacro Dominica Reſurrectionis.* Sed legendum, *VII. Kal. April.* in quem diem hoc anno Paſcha incidit.

XV. *Et quidem hoc anno.* Quibus ex verbis intelligimus, mortem *S. Bercharii* non ſolum in diem Paſchatis; ſed etiam in præſentem annum incidiſſe. Præterea in Catalogo Dervenſium Abbatum a Ducheſnio in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem publicato, legitur: *Sanctus Bercharius Abbas Dervenſis Monaſterii anno Domini DCLXIV. accepit donum & Privilegium a Childerico Rege Francorum. Poſt viginti & unum annos Sancto Berchario de hoc ſeculo tranſlato Synaulius Abbas ſucceſſit anno Verbi Incarnati DCL. & XXX. & V. tempore Theoderici fratris Childerici.* Denique Mabillonius loco laudato pag. 863. Refert ex MS. Cod. Dervenſi Syllabum ejuſdem Monaſterii Abbatum Indice a Ducheſnio edito accuratiorem, in quo habetur: *S. Bercharius abbas & Martyr obiit DCXXCV.* Cointius anno DCLXXXV. ait, jure dubitari poſſe, an dies XVII. Kalendas Novembris quo *Bercharius* in Tabulis Eccleſiaſticis colitur Martyrio ſit inſignis, an Tranſlatione; cum illo die Tranſlationem notet Molanus in Additionibus ad Uſuardum, & in Vita ſeu Paſſione Berchari dicatur, eum *diutiſſime angore vulneris* morbidum fuiſſe. Verum ex dictis conſtat locum illum corruptum eſſe, & loco *diutiſſime angore vulneris*, legendum eſſe *duriſſimo angore vulneris*, ac Bercharium ipſo Reſurrectionis die animam Deo reddidiſſe.

XVI. Dicit ſecundo corrigendum eſſe locum prioris Indicis Abbatum Dervenſium, a nobis mox in medium adducti, in quo dicitur anno DCLXIV. Bercharium accepiſſe Privilegium a *Childerico* Rege, legendumque, *anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo*, & loco, *poſt viginti & unum annos*, legendum, *poſt quatuordecim annos*, quia ſcilicet exiſtimat Cointius annum III. Childerici Regis in ejus Privilegio memoratum intelligi debere de Regnis ejus Neuſtraſiæ & Burgundiæ, annoque Chriſti DCLXXI. in quem tertius annus ejus Monarchiæ incidit. Verum ann. DCLXIII. demonſtravimus, *Childerici* Regis Diploma intelligendum eſſe de anno III. Regni ejus Auſtraſiani, quia ſylva Dervenſis, in qua *Berchari* Monaſterium ædificatum poſita erat in Auſtriæ Regno. Præterquamquod ſi illud a *Childerico* emiſſum eſſet, dum in univerſa Francia regnabat, pertineret ad annum DCLXXIII. ut ex dictis liquet. Annum itaque tertium *Childerici* in eo Privilegio expreſſum, a Regno ejus Auſtraſiano deduci recte vidit Auctor illius Catalogi, qui tamen ſatis non diſtinxit tempus dati Diplomatis a tempore Præfecturæ Berchari. Illud enim, ut ſuo loco dixi, *IV. Non. Jul. anno III. Regni Childerici Regis* datum, ideoque anno Chriſti DCLXIII. annoque DCLXIV. Monaſterii fundamenta jacta, a quo ad præſentem anni XXI. intericiuntur. Sicuti enim anni Sancti *Vvandregiſili* Abbatis Fontanellenſis a die, quo ejus Monaſterii fundamenta poſita, ut ſuo loco oſtendi, numerati ſunt; ita & anni Præfecturæ Berchari a die fundationis ſui Monaſterii numerandi ſunt. Cæterum Continuator Paſſionis *Sancti Berchari*, ſeu Auctor Anonymus lib. II. *de ejus Miraculis* num. XI. refert, *Bercharium*, dum viveret, Hieroſolymam profectum eſſe, *qui adiens*, inquit, *Hieroſolymam fertur duxiſſe ſe cum Vvaimerum tormentorum Sancti Leodegarii reum*, qui Waimerus diverſus eſt a *Vvaimero* de quo in Vita Sancti Leodegarii Auctore Anonymo ſcripta, qui primum S. Bercharius anno DCLXIV. Abbas Dervenſis dictus. Dux

Digitized by Google

ſanctus quoque Amatus Epiſcopus Senonenſis ab eodem mittitur in exilium. Hæc & alia a truculenta beſtia adverſus Dei ſervos perpetrata ſunt: ſed quas pœnas ipſe dederit, ſuo loco dicturi ſumus.

Se-

PAGIUS Dux Campaniæ, & poſtea Epiſcopus Trecenſis fuit, & Epiſcopatu a *Theoderico* Rege depoſitus morte turpiſſima vitam finivit anno DCLXXVIII. Iſte itaque *Vvaimerus* fuit aliquis Waimeri Epiſcopi conſanguineus, cui *Sanctus Leodegarius* inedia conſumendus commiſſus eſt, quem ideo *Berchárius* ad meliorem frugem perduxerat.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 686.	CONONIS PAP. ANNUS 1.	JUSTINIANI JUN. IMP. ANNUS 2.

I. Joannis Papæ obitus. SEquitur ordine temporis annus Domini ſexcenteſimus octogeſimus ſextus, Indictione decimaquarta: quo Joannes Papa, ubi ſediſſet annum unum & dies undecim (ut Anaſtaſius habet) moritur die ſecunda Auguſti: de quo, præter illa quæ certo ſunt tempore conſignata, hæc ſcribit Anaſtaſius: *Hic poſt multorum annorum curricula propter tranſgreſſionem ordinationis Eccleſiæ Turitanæ in Sardinia, quam ſine auctoritate Pontificis fecerat Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus, pro eo quod unicuique ordinatio fuit ſedis Apoſtolicæ, & ad tempus conceſſa fuerat ipſius ordinatio eidem Eccleſiæ, poſtmodum protervia faciente Archiepiſcoporum, præcepto Pontificum ab eadem ordinatione ſuſpenſi ſunt juxta determinationem ſanctæ memoriæ Martini Papæ; & facto Concilio ſacerdotum, novellum Epiſcopum, qui ab eodem Archiepiſcopo ordinatus fuerat, ſub ditione ſedis Apoſtolicæ redintegravit atque firmavit: quorum chirographa in archivo Eccleſiæ retinetur. Qui ſanctiſſimus vir diutina infirmitate detentus eſt, ut etiam vix ordinationem ſacerdotum explere potuiſſet. Hic dimiſit omni clero, monaſteriis, diaconiis* * *, & manſionariis ſolidos mille nongentos. Fecit autem Epiſcopos per diverſa loca numero tredecim: qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum ſub die ſecunda menſis Auguſti. Ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes duos, dies decem & octo.* Hactenus de Joanne Anaſtaſius: cujus ſententia die vigeſima Octobris ſucceſſor ejus Conon creatus eſt Pontifex, cum ſchiſma conflatum eſſet inter Theodorum presbyterum atque Petrum Archipresbyterum, de quo hæc ſcribit idem Anaſtaſius:

* diaconibus.

II. Conon Papa. *In Cononis electione, dum ad Epiſcopatum quæreretur, non minima contentio facta eſt, eo quod clerus in Petrum Archipresbyterum intenderet, exercitus inſequente ejus presbyterum Theodorum. Et clerus quidem adunctus ante fores baſilicæ Conſtantinianæ ſubſiſtebat, eo quod qui miſſi fuerant de exercitu ad cuſtodiendas regiæ baſilicæ valvas, obſervabant, & neminem ingredi permittebant. Exercitus autem omnes in baſilica ſancti Stephani protomartyris ſimiliter fuerant adunati: & neque illi clero conſentiebant, neque clerus exercitui acquieſcebat pro ſupradictis presbyterorum perſonis. Sed dum miſſa ab utriſque partibus reſponſa irent diutius & redirent, & nihil proficerent* ad

PAGIUS SÆC. VII

Anno Æræ Hiſp. DCCXX. IV.

Anno Hegiræ LXVII. inchoato die 28. Jul. fer. 7.

A. C. 686.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6279.

☉ 23. G. ☽. 5. P. 15. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 686.

CONONIS PAPÆ 1.

JUSTINIANI JUN. IMP. 2.

HIC annus iſta formola notatur: *Anno Juſtiniani Jun. II. Poſt Conſulatum ejus II.*

I. Poſtconſulatus. A num. I. ad VI. Anaſtaſius aſſerit, *Joannem* V. Papam ſediſſe *annum unum, dies novem*, quod & Luitprandus, Ordericus libr. 2. Regino, Hermannus Contractus, variique Pontificum Catalogi habent. Verum mendoſe quoad dies; legendum enim, *dies decem*, ut habent

II. Joannes V. PP. moritur. Catalogus Corbeienſis a Mabillonio editus Tomo III. Veter. Analect. & exemplar MS. Anaſtaſii Mazarineum, quod duratio Interpontificii, & dies emortualis *Cononis*, Joannis V. Succeſſoris, demonſtrant. Addit Anaſtaſius, eum ſepultum eſſe ad B. Petrum Apoſtolum *ſub die II. menſis Auguſti*. Quare Joannes V. qui die XXIII. menſis Julii anni elapſi ordinatus fuerat, præſenti e vivis exceſſit die ſecunda menſis Auguſti, eademque ſepultus eſt. Baronius ait, Joannem mortuum eſſe die ſecunda Auguſti, & Anaſtaſium ſcribere eum ſediſſe *annum unum & dies undecim*; verum in Codicem mendoſum Anaſtaſii inciderat. Papebrocius vero in Conatu Chronic. Hiſtorico ad Catal. Pont. Rom. Joannis V. mortem in annum ſequentem differt quod, ex dicendis in Vita Sergii Papæ ſubſiſtere non poſſe, certo conſtabit. Ceſſavit Epiſcopatus *menſes duos, dies XVIII.* inquit Anaſtaſius. Quare *Conon genere* Thrax ordinatus eſt Pontifex Romanus die vigeſima prima menſis Octobris, in quam Dominica incidebat. Ex Interpontificio autem tam diem mortis Joannis, quam diem ordinationis Cononis excludit Anaſtaſius. In ejus enim Codicibus MSS. Orderico citato, variiſque Catalogis Pontificum Rom. legitur, ceſſaſſe Epiſcopatum *menſes II. dies XVIII.* & in nullo dies XIX. quod tamen dicendum eſſet, ſi *Joannes* V. præter annum, ſediſſet tantum dies IX.

III. Juſtinianus II. Sextam Synodum confirmat. Papebrocius loco citato contendit, Baronium mortem *Joannis* male hoc anno collocaſſe, quod Anaſtaſius in Conone ſcribit: *Hic ſuſcepit divalem juſſionem Domini Juſtiniani Principis, per quam ſignificat reperiſſe Acta Sancta Sextæ Synodi, & apud ſe habere, quam piæ memoriæ Dominus Conſtantinus genitor ejus Deo auxiliante fecerat.* Hæc autem divina juſſio directa ad Joannem Papam in confirmationem Sextæ Synodi extat Tomo VI. Concil. edit. Labbeanæ, cujus hæc eſt ſubſcriptio: *data decimo tertio Kalendas Martias, Conſtantinopoli in Imperiali Domo, piiſſimoque & perpetuo Auguſto Juſtiniano Imperatore, anno ſecundo, & poſt Conſulatum ejus anno ſecundo, Indictione decima quinta* ideoque ſequenti Chriſti anno, uſque ad quem Joannem ſuperſtitem fuiſſe ex hac divali deduci putat Papebrocius. Verum inde tantum colligendum, Imperatorem non confirmaſſe electionem *Cononis*, ſed Exarcham Ravennatenſem, quod mox probabimus, & per menſes ſex & aliquot dies *Joannis* V. mortem Conſtantinopoli ignora-

* conſilio ducti. *ad concordiam: continuo * electi ſacerdotes & clerus unanimiter ingrediuntur in Epiſcopium Lateranenſe, & elegerunt & demonſtraverunt tertiam perſonam ſupradicti Pontificis Cononis, in quo vere aſpectus Angelicus, veneranda canicies, ſermo verus, provecta ætas, ſimplex animus, quieti mores, religioſa vita, qui numquam ſe in cauſis actibuſque ſæcularibus immiſcuerat.* Cononis probatur electio. *Eveſtigio autem omnes Judices una cum primatibus exercitus pariter ad ejus ſalutationem venientes, in ejus laudem ſimul omnes acclamavere. Videns autem exercitus unanimitatem cleri populique in decreto ejus ſubſcribentium, poſt aliquot dies & ipſi flexi ſunt, & conſenſere in perſonam prædicti ſanctiſſimi viri, atque in ejus decreto devota mente ſubſcripſerunt; & Miſſos,* (nuncios videlicet,) *pariter una cum clericis & ex populo ad excellentiſſimum Theodorum Exarchum (ut mos eſt) direxerunt.* Hæc Anaſtaſius, qui Cononem fuiſſe genere Thracem, educatum in Sicilia, inde vero in Eccleſia Romana inter presbyteros meruiſſe tradit.

III. Exarchi conſenſus in electione Pont. Cum autem ſe amplius immiſcendi in confirmatione electionis Romanorum Pontificum nullam ſibi reliquam eſſe facultatem, illa remiſſa, & in priſtinam libertatem Romana Eccleſia vendicata, Juſtinianus Imperator aſpiceret, alia eam ſibi via uſurpare quæſivit, nimirum ne non crearetur Pontifex abſque Exarchi conſenſu, dum ſcilicet per militares copias ipſe faceret, ut non alius, quam qui ſibi cordi eſſet, Romanus Pontifex crearetur: ex quo & illud obortum eſt malum, ut ambientes Pontificatum, per Exarchi miniſterium illum conſequi conarentur, ſive muneribus, ſive aliis officiis hominem demerentes. Factumque eſt, ut clero Romano in contrarium adnitente, ſæpe ſchiſmata conflarentur, prout hic contigiſſe vidimus, & in ejus ſucceſſoris electione, ut proxime dicturi ſumus.

Quod

PAGIUS ratam fuiſſe, ſive propter itinerum difficultates, ſive ob alia impedimenta nobis ignota. Certe Anaſtaſius in Proœmio Synodi Sextæ refert, Legatos Romam revertentes a prædonibus ſpoliatos, etiam authenticum Actorum Codicem amiſiſſe. Neque deſunt exempla, quibus liquet geſta Romæ, etiam quæ ſummi momenti erant, poſt plures menſes Conſtantinopoli ignorata fuiſſe, & vice verſa geſta Conſtantinopoli, nonniſi poſt plures menſes Romæ innotuiſſe. Cujus rei memini me jam exempla notaſſe. Interim obſerva, *Juſtinianum* non plures Imperii, quam Conſulatus annos numeraſſe, quia ſcilicet utrumque eodem die acceperat, uti Conſtantinus Pogonatus pater, & cæteri deinceps Imperatores uſque ad Leonem Sapientem. Porro hanc divalem Baronius non vidit.

IV. *Ordinatio & inthronizatio Papæ quomodo fieret.* In creatione *Cononis* ritus in conſecratione Pontificis Romani ante ſæculum XI. ſervari ſolitos explicat Mabillonius in Commentario ad Ordinem Romanum paragrapho 18. Electioni Pontificis ſuccedebat ejuſdem inſtitutio duabus rebus peracta, ordinatione ſcilicet ac inthronizatione. *Ordinatio* in Vaticana Sancti Petri Baſilica, *inthronizatio* in Lateranenſi fieri conſueverat. In his non conſtans ordo: nam etſi inthronizationem conſecratio præcedere ſolebat; nonnunquam tamen inthronizatio præmittebatur. Quinam ritus cum in inthronizatione, tum in ordinatione tunc obſervati ſint, ex Anaſtaſio & ex Ordinis Romani libellis diſcimus.

V. In Cononis creatione hæc Anaſtaſius commemorat: *Cononem Sacerdotes & Clerus* unanimiter apud Lateranum elegerant. Mox *omnes Judices una cum Primatibus exercitus ad ejus ſalutationem venientes, in ejus laudes acclamaverunt. Videns exercitus unanimitatem Cleri & populi*, electioni factæ *conſenſerunt, atque in ejus Decreto cum eiſdem ſubſcripſerunt*. Denuo iiſdem una cum Clero & populo, *Miſſos ſuos ad Exarchum, ut mos erat, direxerunt*. [1] Electio itaque primo fiebat per Clerum; deinde ſalutatio & acclamatio per Judices & Primates. Sequebatur conſenſus exercitus: omnium denique ſubſcriptio in Decreto, quod ad *Exarchum*, & aliquando etiam ad *Imperatorem* mittebatur. Ritus in Cononis PP. creatione ſervatus. Addit Anaſtaſius, in creatione Stephani II. quem Mabillonius appellat III. quæ in Eccleſia B. Mariæ ad Præſepe facta eſt, Stephanum inde in Baſilicam Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, deportatum; atque inde inductum in Patriarchium, *juxta morem* inthronizatum fuiſſe.

VI. *Salutatio novo Pontifici fieri ſolita.* Quænam fuerit novo Pontifici facta ſalutatio, ſignantius explicat idem Auctor, ubi de *Valentini* electione agit in Palatio Lateranenſi facta. Electus *condignis gloriæ laudibus & honoris amplitudine ad Lateranenſe Patriarchium deductus* memoratur, *& in Pontificali poſitus Throno: ejuſque pedes omnis Romanorum Senatus oſculatus eſt*: quod etiam in Leone IV. ſervatum juxta *morem antiquum*: id vero *ſalutationis* nomine appellat Anaſtaſius. Poſtero die facta eſt Valentini conſecratio in Baſilica Sancti Petri, ut idem tradit; atque adeo inthronizatio conſe-

NOTÆ [1] CL. Cenni in Notis chronologicis ad quartum tomum Anaſtaſii ad Cononem pag. 122. recte notat, miſſos quidem fuiſſe poſt Cononis electionem a Romanis legatos ad Exarchum, non tamen ad confirmationem electi Pontificis petendam, ſed honoris gratia, ut ipſe cum cæteris electum Pontificem agnoſceret. Nam Conſtantinus Pogonatus liberam Romanis electionem & ordinationem Pontificis permiſerat, adeout deinceps nullius confirmatio expectanda eſſet, nec ſane deinceps expectata fuit, ut in electione Sergii apparuit. Tunc enim, teſte Anaſtaſio, Exarchus ab æmulo quodam Paſchalis electi inſtigatus, Romam actutum ſe contulit, ut electo reſiſteret; quod præſtare non valuit, poſtquam comperit vota electorum in Sergium colliniaſſe. Neceſſaria igitur non erat Exarchi confirmatio; alioqui Exarchus facile electi depoſitionem impetraſſet. MANSI

IV. Quod rurſus ad Juſtinianum Imperatorem ſpectat, hæc de eo Anaſtaſius: *Hic*, Conon Pontifex ſcilicet, *ſuſcepit divalem juſſionem domini Juſtiniani Principis, per quam ſignificat reperiſſe Acta Sextæ Synodi, & apud ſe habere, quam piæ memoriæ domnus Conſtantinus pater ejus fecerat, & promiſit ejus pietas illibatum & inconcuſſum perenniter cuſtodire & conſervare*. Hæc cum dicat Anaſtaſius, ex litteris tamen Nicolai Pontificis ad Michaelem Imperatorem conſtat, haud ſanæ fidei extitiſſe, ſed & adverſatum fuiſſe eumdem Imperatorem ipſi Cononi, cum legatos ejus Conſtantinopolim miſſos prævaricari coegiſſet. Sed Nicolai verba accipe, dum invehitur in improbos Imperatores de Eccleſia Romana male merentes: *Tantæ*, inquit, *ſalutis oblatæ miniſtros duplici modo interemiſtis: quoniam aut participes illos ſui erroris effectos ſpiritualiter occiderunt, ſicut tempore reverendæ memoriæ Cononis contigit*, &c. Arguunt quidem iſta diverſæ fidei eſſe cœpiſſe Juſtinianum a Romano Pontifice, ob idque conſtat ſenſiſſe numen iratum, omniaque in deteriora labi cœpiſſe: ſiquidem hoc anno ingentem famem vexaſſe Syros & ruptam fuiſſe pacem ſancitam cum Bulgaris, Theopanes docet. Quod autem Cedrenus hoc anno tradat, formam a Conſtantino patre conſcriptam, per Juſtinianum perturbatam, nihil aliud quam firmatam fidem Catholicam adverſus hæreticos per Juſtinianum emotam, intelligere voluiſſe, ejuſdem Imperatoris exitus declaravit.

Juſtinianus fidei Catholicæ proditor.

V. In reliquis ſcimus, eodem Anaſtaſio auctore, ipſum Juſtinianum voluiſſe videri de Eccleſia Romana benemereri, dum ex parte minuit tributum illud (quod capitatio dicebatur) patrimonii quod Romana Eccleſia apud Brutios poſſidebat; relevaſſeque etiam ea penſitatione tradit alia patrimonia, quæ habebat eadem Romana Eccleſia in Sicilia.

Relaxata tributa Eccleſiæ Romanæ.

Quod rurſum ad Cononis res geſtas pertinet, illud perperam factum ab eo Anaſtaſius tradit, quod cum morte Theophanis vacaret Eccleſia Antiochena paſtore, quorumdam Eccleſiaſticorum perſuaſione, inconſulto Romanæ Eccleſiæ clero, ordinarit Conſtantinum Diaconum Eccleſiæ Syracuſanæ, rectorem tunc patrimonii Romanæ Eccleſiæ in Sicilia, eique pallium ex more conceſſerit. Sed factum eſt, ut cum qualis ille eſſet, detectus fuiſſet, nempe factioſus homo, & ad conflandas diſcordias natus; ejus rei gratia arcta cuſtodia idem aſſervari juſſus fuerit ab Imperatoriis magiſtratibus, qui Siciliam adminiſtrabant. Hæc quidem notam tunc inſſerunt Cononi, quod præter morem (ut ait Anaſtaſius) in his agendis clerum Romanum minime conſuluiſſet.

Conſulendus a Pontifice Clerus in rebus agendis.

Illu-

PAGIUS

ſecrationem præceſſit, uti etiam in Benedicto III. Qua ritu celebrata ſit ejuſdem Valentini conſecratio, docet idem Auctor his verbis: *Ejus conſecrationis die ſereno jam illuceſcente, cum lumine jam dictum Antiſtitem ad B. Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiam omnes pariter Romani a Palatio deducentes, Majeſtate Divina auxiliante in alto throno Summum conſecravere Pontificem, qui mox almifica Sedis culmina ſcandens B. Petri Apoſtoli & Cœleſtis Regni Clavigeri, divinis Deo laudibus & ſacrificiis pie oblatis amplo & magnifico Romanorum cœtu ad Palatium*, ſcilicet Lateranenſe, *cum ingenti gaudio remeavit, atque lautiſſimis dapibus ſumtis multis & diverſis munerum donis ſacram plebem & Senatum, populumque Romanum optime ditavit*. Tunc ergo hi erant conſecrationis ritus, nempe ipſa novi Pontificis conſecratio ad Sanctum Petrum; impoſitio ejuſdem in Sedem Sancti Petri, oblatio Sacrificii per novum Pontificem, convivium; munera in Senatum & populum erogata; quæ *Presbyteria* vulgari nomine appellabant. Hæc Mabillonius citatus. An in Pontificis inthroniſatione ullis ſit ante ſæculum XI. mentio Sedis illius quam vulgus *Stercorarium* vocat examinabimus infra.

VII. *Cononis PP. Legati Conſtantinop. in errorem inducti.* Antequam a Conone Papa diſcedam, duo ſilentio præterire non debeo. Primum, exprobrare Nicolaum I. Papam in Epiſtola VIII. ad Michaelem III. Imperatorem, quod *Anteceſſores ejus per tot annorum curricula diverſarum hæreſeon morbis languentes medicinale remedium non quæſierint: quin potius medicinam ſponte ſibi porrectam, quaſi deſperati, vel quaſi cor impœnitens gerentes ab ipſis faucibus projecerint; dum tanta ſalutis oblata miniſtros duplici modo interemerunt: quoniam aut participes illos ſui erroris effectos ſpiritaliter occiderunt; ſicut tempore Reverendæ memoriæ Cononis Papæ contigit, qui poſt Sextam Synodum extitit, aut certe corporaliter illos non conſentientes ſibi necaverunt, ſicut ſub Venerabili Papa Gregorio* (hujus ſc. nominis II. ut videre eſt in Annalibus) *qui poſt Sextam Synodum fuit; quando pro zelo fidei & Sanctorum Imaginum reverentia religioſi Viri ac Dei famuli directi in exilium miſſi ſunt, & bona confeſſione hujus mundi finierunt vitam*. De illo facinore neque Anaſtaſius, neque alii Hiſtorici mentionem faciunt.

VIII. *Poſt Joannem V. confirmatio ab Exarcho petenda fuit.* Secundum, *Theodori Exarchi* confirmatione Cononis ordinationem peractam eſſe. Anaſtaſius enim, ubi loquutus eſt de contentione quæ accidit in ejus electione, ait: *poſt aliquot dies & ipſi flexi ſunt* (Judices ſcilicet & Primates exercitus) *& conſenſerunt in perſona prædicti Sanctiſſimi Viri, atque in ejus Decreto devota mente ſubſcripſerunt, & miſſos pariter una cum Clericis, & ex populo ad excellentiſſimum Theodorum Exarchum, ut mos eſt, direxerunt*. Conſtantinus quidem Pogonatus conceſſerat, Benedicto II. petente, ut abſque mora poſt electionem fieret ordinatio Pontificis, ut ex Anaſtaſio oſtendimus; idque locum habuit in electione *Joannis V.* ſed *Cononis* Succeſſoris electio miſſa fuit ad Exarchum, *ut mos eſt*. Quibus ex verbis inferri poteſt, liberatos Romanos ab onere mittendi Decreti Conſtantinopolim, ſed obnoxios remanſiſſe Exarchorum examini, donec ipſi ſæculo ſequenti Exarchi defecere, ut notat Marca lib. 8. de Concordia cap. 9. n. 10.

Hinc

VI. Illuſtrat vero e contra Cononis nomen apoſtolatus S. Kiliani martyris, qui ab ipſo Epiſcopus eſt ordinatus. Accidit enim temporibus iſtis, ut in Hibernia, ubi vigebat monaſtica diſciplina, cum nonnulli ex monachis exolviſſent numeros omnes Eccleſiaſticæ inſtitutionis, ad majora anhelarent, ſecundum illud Apoſtoli (a): *Æmulamini charismata meliora, magis autem ut prophetetis*: cuperentque Evangelium annunciare gentibus, quæ illias reperirentur expertes; ſed ita ut conſulto precibus numine, ad opus aſſurgerent, divini Spiritus inſtinctu. Eminebat inter eos, quem diximus Kilianus nobilibus parentibus natus, ſacris litteris probe imbutus, virtutibuſque pariter exornatus, qui quod mente conceperat propoſitum, ſociis communicans, invenit omnes non tantum conſentientes, ſed divini Spiritus calore ſuccenſos, ipſum qui hortabatur ad opus impellentes.

(a) 1. Cor. 12.

De S. Kiliani Apoſtolatu.

VII. Inito igitur una conſilio, ea fuit una ſententia, ut primum regiones, quibus Chriſtum prædicaturi eſſent, inviſerent, agrumque conſiderarent, in quem verbi ſemen ſparſuri eſſent, atque inde ad excolendam eam a domino acciperent, ab eo ſcilicet quem ſcirent vice Chriſti univerſæ Catholicæ Eccleſiæ eſſe præpoſitum, ipſo, inquam, Romano Pontifice, ne (quod de ſe dicit Apoſtolus *b*) in vacuum cucurriſſent; nefas eſſe ſcientes, tantum miniſterium ſibi ſumere, & non ab eo, cujus eſſet hoc impertire, ſuſcipere, ſecundum illud ejuſdem Apoſtoli: (c) *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Sed quomodo hæc ſe habuerint, audi qui Kiliani res geſtas, ſicut breviter, ita & fideliter proſecutus eſt (*d*): ubi enim ejus vitæ ſanctæ primordia percurrit, iſta ſubiicit: *Inde*, inquit, *profectus eſt in Germaniæ provinciam, quæ ab incolis terræ illius, Orientalis Francia vocitatur; ibique in oppido, quod lingua illorum Vvirtzburg dicitur, morari conſtituit, non veritus incredulæ gentis feritatem; quippe qui animo intrepido coronam martyrii appeteret. Interim tamen a verbo prædicationis abſtinuit, donec ſe Romano Pontifici præſentaret, ut apud Romanam ſedem & integrum Chriſtianæ religionis dogma, & licentiam acciperet prædicandi. Hibernia ſiquidem olim Pelagiana fœdata fuerat hæreſi, Apoſtolicaque cenſura damnata, quæ niſi Romano judicio ſolvi non poterat. Itaque vir ſanctiſſimus coram Primate Apoſtolicæ ſedis, ejuſdemque miniſtris, ut ipſi ſemina divini verbi Gentilibus erogare liceret, ſtudio divini amoris expetivit.*

(b) Galat. 2.

(c) Rom. 10.

(d) Apud Sur. die 8. Jul. to. 4.

Kilianus Romam proficiſcitur.

VIII. *Tunc autem præerat Romanæ Eccleſiæ Conon Pontifex, humanis diviniſque litteris pollens, Pontificali officio congruus, in ordinandis Eccleſiaſticis rebus diſcretor idoneus. Is, audita fide jam dicti viri charitatis nexibus alligata, Deo quidem gratias egit, illi vero ſeſe charitatis benevolentia impertivit, exultans, ſemina divini eloquii ab inſularibus, & longe poſitis doctoribus propagari. Erat, inquam, apud egregium Pontificem non modica exultatio, quod cerneret paulatim evacuari fraudes antiqui hoſtis, creſcentibus miniſteriis divinæ operationis. Itaque conſenſu totius Urbis beatiſſimum virum in præſulatus officio conſtituit, quo & chriſma conficere, & eccleſias dedicare, & ſacros ordines conferre irreprehenſibiliter valeret. Atque his ita peractis, dimiſit eum, monens ut cœpto operi inſiſteret, a Domino parato ſibi præmio æternæ retributionis. Beatus igitur Kilianus Urbe egreſſus, emenſo itinere longiſſimo cum Colomanno presbytero, & Totnano Levita, ad locum ſibi deſtinatum pervenit.* Hæc de ordinatione ipſius. Quomodo autem Franconiam gentem una cum Duce ad Chriſti fidem convertit, ita idem deſcribit auctor, ſic pergens:

Conon Papa ordinat Kilianum Epiſcop.

IX. *Veniens autem ad prædictum oppidum Orientalis Franciæ Vvirtzburg, non eum quem prius in ea provincia Ducem invenit, ſed alium, Goſbertum nomine. Cœpit ergo venerabilis vir paulatim divini verbi pabula incredulis populis miniſtrare. Tantam enim gratiam Dominus ei contulerat, ut brevi tempore, & gentis idioma perdiſceret, & eis ipſorum lingua veri-*

Prædicatio Kiliani ad Franconios.

PAGIUS Hinc factum, ut a Joanne V. uſque ad Zachariam, infra tertium ab obitu Pontificis menſem Succeſſoris ordinatio ſemper facta in Anaſtaſio legatur.

IX. A num. VI. ad XI. Vitam *Sancti Kiliani* Epiſcopi & Martyris cum ſociis in Franconia publicavit Henricus Caniſius Tomo IV. Antiq. Lection. ſed interpolatam. Publicata & alia brevior optimæ notæ, Sæculo II. Benedictino repræſentata. In hac ultima legitur, *Kilianum* in Scotia, (ut tunc Hibernia vocabatur) natum cum aliquot ſociis veniſſe in Franciam Orientalem ad Urbem Herbipolenſem, vulgo *Vvirtzburg* ad Mœnum fluvium ſitam, ubi regnabat *Goſbertus* Dux, qui, ſicuti & populus ei ſubjectus, idola colebat. Nec mora, cum ſociis, ut ibi prædicaret nomen Chriſti, ad *Joannem* Papam Romam ſe contulit, ubi a *Conone Papa* honorifice ſuſcepti ſunt, quia *Joannes* V. e vivis exceſſerat, & *Conon* Pontificatum Romanum gerebat. Accepta itaque annunciandi Evangelii facultate Herbipolim rediere. Interpolator Vitæ Sancti Kiliani aſſerit, eum Romæ a *Conone* Epiſcopum ordinatum eſſe, nulli ſcilicet Sedi adſtrictum, ſed tantum, ut quocumque vellet, proficiſceretur Evangelium Gentibus prædicaturus. Addit Interpolator, quod & ex Vita Sancti Kiliani Baronius habet, *Kilianum* venientem in Fran-

S. Kilianus ex Hibernia Herbipolim venit.

tatis ſemina jactaret. Mirabantur autem omnes non ſolum doctrinæ novitatem, ſed magnam quoque eloquentiæ vim & copiam. Porro ſermonis facundiam virtutis efficacia comitabatur. Impletumque eſt in illo, quod Veritas Apoſtolis promiſit: Ego, inquiens (a), dabo vobis os & ſapientiam. Et item (b): Opera quæ ego facio, & vos facietis. Sed cum jam divini eloquii ſemina ſuccreſcerent & in plebe ſenſim minuerentur errores gentilitatis, uſque ad principes populi ſancti viri fama perlata eſt: adeo ut ipſum quoque Ducem provinciæ non lateret, qui ſanctum virum ſibi præſentare juſſit, experiri cupiens, quænam eſſet hæc doctrina, quam prædicaret, hactenus ipſi incognita. Erat vero is Princeps magno ingenio præditus, licet gentilitatis erroribus ſudatus. Ut autem ad eum pervenit vir beatus, conſtanter veræ dogma religionis ei cœpit proponere, docens unum Deum eſſe in perſonarum trinitate, viſibilium & inviſibilium creatorem, & auctorem, per quem rationalis creatura, invidi hoſtis fraude decepta, ſit miſericorditer reparata.

(a) Luc. 21.
(b) Jo. 14.

X. Converſio Franconiorum.

Princeps admirans tanti viri conſtantiam & ſermonum inſuperabilem veritatem, quia (ut diximus) naturali pollebat ingenio, veris ſe ſententiis ſuperatum videns ad tempus ejus diſtulit auditionem, volens crebra apud ſe tractare inquiſitione, utrum ejus quem Kilianus prædicabat, vel Dianæ potius cultus præferendus eſſet: Diana namque apud illum in ſumma veneratione habebatur. Interim egregius vir jugi inſtantia connitebatur Domino lucrari animas, quas diabolus perdere volebat. Ita lucerna ſuper candelabrum poſita omnibus reſplendebat, & civitas in monte conſtituta ab omnibus videbatur. Porro Dux cernens egregii viri perſeverantiam, ſecreto venit ad eum, cupiens doctrina ejus inſtitui, ut cognito veritatis tramite, declinare poſſet anfractus erroris. Sic igitur a beatiſſimo viro Catholicæ fidei documentis diligenter inſtructus, proximo Dominicæ reſurrectionis die cum multis aliis dato nomine, aqua lotus baptiſmatis, abſolutionem priſtini promeruit erroris: atque ita factum eſt, ut tota pene Orientalis Franciæ provincia, relicto dæmonum cultu, divinæ religioni operam daret. Hucuſque de converſione Gentilium: reliqua vero quæ ad ejus martyrium pertinent, ſuo loco dicenda erunt. Hic autem monendum, diverſum ab iſto eſſe illum alium Kilianum item Hibernum, qui gloria confeſſionis illuſtris claruit in territorio Atrebatenſi, cujus natalis in Belgio agitur decimatertia menſis Novembris, de quo Molanum conſule.

Kiliani duo.

XI. Juliani Tolet. lucubrationes adverſus Judæos.

Vexabantur id temporis Hiſpaniarum Eccleſiæ multitudine Judæorum ibi degentium, & in Chriſtianos etiam inſultantium: haud enim valuerunt Regum legibus, Synodalibuſque decretis coerceri, aliiſve remediis ſæpe tentatis in officio contineri, quin ſuam perfidiam retinerent, quam & tueri non deſiſterent. Inter alia autem exprobrare ſolebant his temporibus Chriſtianis falſam annorum ſupputationem ab origine mundi, ob idque eos falli, quod ante tempus Meſſiam receperint, cujus adventus nondum tempus adeſſet. Ad horum petulantiam atque procaciam retundendam, Ervigius Rex Hiſpaniarum rogavit S. Julianum Epiſcopum, ut ſuis ſcriptis eoſdem redargueret. Præſtitit id ipſe quam fideliſſime tres eo argumento adverſus Judæos libros edens, qui extant; quos ſe abſolviſſe hoc anno verbis iſtis ſignificat (c): *Nunc,* (inquit) *acclamatur Æra ſeptingenteſima vigeſimaquarta. Emenſis igitur triginta & octo annis, ex quo Æra inventa eſt, uſque ad nativitatem Chriſti reſidui ſunt ſexcenti octogintaſex anni.* Et paulo inferius: *Ab initio mundi uſque ad Chriſtum computatos diximus, quinque mille trecentos vigintiquinque annos: quibus ſi addantur anni ab incarnatione Domini ſexcenti octoginta ſex, uſque ad præſentem diem, id eſt, quando ſereniſſimus Princeps Ervigius Imperii ſui videtur habere annum ſeptimum, computati ſunt ſex mille & undecim anni.* Hæc de tem-

(c) Julian. adv. Jud. l. 3. in fin.

PAGIUS

Franciam Orientalem ad Herbipolim Oppidum, *non eum, quem prius in ea Provincia Ducem invenit, ſed alium Goſbertum nomine* inveniſſe. Sed hæc in eo Interpolatorem falli oſtendit brevior Vita, cui inhæremus. Goſbertus *baptizatus eſt ab illo, & confirmatus eſt omnis populus, qui ſub illius poteſtate erant*, inquit Auctor brevioris illius Vitæ. Reliqua ad annum DCLXXXIX. remittimus. Ex his intelligimus, hoc vel ſuperiori anno *Kilianum* relicta Hibernia in Franciam appulſum eſſe, indeque Romam perrexiſſe.

X. Ad num. XI. & ſeqq. *Sanctus Julianus* Epiſcopus Toletanus hoc anno libros tres adverſus Judæos, quorum non parvus numerus in Hiſpania erat, compoſuit. Extant hi in Bibliotheca Veterum Patrum. In fine libri tertii dicit Julianus: *Ab initio mundi uſque ad Chriſtum computatos diximus quinque mille trecentos viginti quinque annos: quibus ſi addantur anni ab Incarnatione Domini ſexcenti octoginta ſex, uſque ad præſentem diem, id eſt, quando Sereniſſimus Princeps Ervigius Imperii ſui videtur habere annum ſeptimum, computati ſunt ſex mille & undecim anni.* Quare cum libri illi hoc anno, qui ſeptimus eſt Ervigii Regis, elucubrati fuerint, apparet Eram Dionyſianam hoc tempore a Scriptoribus Hiſpanicis jam uſurpatam fuiſſe. Ea certe in Anglia hoc ſæculo etiam in Actis publicis, Regumque Diplomatis adhibita fuit, ut ex dictis liquet. *Sanctus Auguſtinus* Anglorum Apoſtolus eam ſupputandi rationem Anglos edocuit, eamque a die Natali Chriſti exorſus eſt, quia An-

Julianus Epiſc. Toletanus adverſus Judæos ſcribit.

tempore ipſe, quibus & invenis chronologiam per Æram in Hiſpania receptam noſtræ huic ſupputationi in omnibus adſtipulari.

XII. Sed hic obiter refellimus (quod & alias (a) pluribus diſſeruimus) manifeſto errore inſetibi in commentariis a Juliano Epiſcopo Toletano editis, Julianum Pomerium: ſiquidem qui Pomerii nomine recenſetur inter ſcriptores Eccleſiaſticos, „ ante ducentos ferme annos vixit, tempore videlicet Gelaſii Romani Pontificis, ut auctore Gennadio, qui ſcribit de ipſo, comperies: cum alioqui nihil commune cum Juliano hoc Pomerius ille habeat: etenim ille natione Maurus, & presbyter tantum fuit, atque vixit in Galliis, necnon fide Catholica haud integer, Tertulliani hæreſi inquinatus: quæ quidem nequaquam de Juliano, de quo agitur, dici poſſunt. Sed ut ambo hi unus idemque crederentur, inde fluxiſſe videtur erroris occaſio, quod uterque eodem titulo commentarios edidit, nempe Prognoſticon, quos tamen ab invicem diſcriminent qui in eis citati reperiuntur auctores: ſiquidem cum in libris Prognoſticon Juliani Epiſcopi Toletani citati legantur auctores qui poſt Pomerii ætatem vixerunt, non illius eſſe poſſe eos commentarios, quiſque cognoſcit.

(a) Notat in Rom. Martyrol. die 8. Mart. f. Julianus Epiſc. Tolet. diverſus a Pomerio.

Sed & quod Julianus diaconus Eccleſiæ Toletanæ, cujus eſt præfatio illa ſuperius recitata in libros S. Ildefonſi de laudibus S. Mariæ, æque cognomine inſcriptus Pomerius reperitur: ne quis exiſti- XIII. Julianus diac. Toletan.

PAGIUS


Angli a die XXV. Decembris, antequam fidem reciperent annum inchoabant. Præterquam quod Romæ annus a die Natali Chriſti exordium ſumebat, uti poſtea apud Gallos, qui tamen ultimi fuere, qui Eram Dionyſianam in Actis publicis adhibuerint, paulo videlicet poſt initium ſæculi octavi, quo hujus rei exempla primum occurrunt. Copulat Julianus annum mundi 5325. cum anno Juliano XLVI. a quo Era Dionyſiana initium ſumit; qua in re veram Eram Septuaginta Interpretum non ſequitur; in hac enim annus primus Eræ Dionyſianæ & Julianus XLVI. concurrit cum anno mundi 5202. quem Galli, & forſan alii a Paſchate ejuſdem anni primi Eræ Chriſtianæ auſpicabantur. Porro Sanctum Julianum Antiſtitem Toletanum perperam a poſterioribus vocatum fuiſſe *Julianum Pomerium*, confuſumque cum Juliano Pomerio, qui longe ante hoc tempus floruit, recte oſtendit Baronius, jamque ſæculo elapſo obſervarat Vaſæus in ſuo Chronico, ubi de Ervigio Rege loquitur.

XI. Cointius anno DCLXXXIV. num. V. exiſtimat, eo anno *VVaratonem* mortuum eſſe, quia Continuator Fredegarii Audoeni morte narrata cap. 99. ait: *In illo itidem tempore VVarado Major Domus obiit*. Verum hic Auctor barbarus non raro res plurium annorum intervallo diſſitas his loquendi formulis conjungit, *hoc tempore*, *eo tempore*, *in illo tempore*. Certe Auctor Geſtorum Francorum cap. 48. poſtquam capite præcedenti Audoeni mortem retulit, ait: *Succedente quippe temporum curriculo prædictus VVaratus defunctus eſt*. Eadem leguntur apud Ducheſnium Tomo III. in Chronico Moiſſiacenſe. In Annalibus Metenſibus, qui ibidem extant, dicitur *Bertharium* Succeſſorem Waratonis fuiſſe conſtitutum Majorem Domus anno, qui prælium Textricianenſe præceſſit. *Erat ſtatura parvus, intellectu modicus, levis atque citatus Francorum amicitiam atque conſilia ſæpe contemnens*, inquit Continuator Fredegarii cap. 99. quod & in Geſtis Francorum habetur cap. 48.

XI. Bertharius ſuccedit in Majoratum Neuſtriæ.

XII. *Bertharius* jam hoc anno III. Kal. Novembris Major Domus erat, cum *Theodoricus* Præceptum dedit de Latiniaco villa Monaſterio Sancti Dionyſii conceſſo anno XIV. Regni ſui. Verum quidem eſt, Mabillonium lib. 6. de Re Diplomatica pag. 472. ubi illud refert, legere, *datum ſub die tertio Kal. Novembris, annum XVI. regni noſtri Compendio*, & notare Bertharium anno Theodorici XVI. adhuc Majorem Domus fuiſſe; ac proinde eam conceſſionem factam eſſe, ſi non ante ſuitem paulo poſt pugnam Textricianenſem, poſtquam *Bertharius* ſeu Bercharius interfectus eſt: *niſi*, inquit Mabillonius, *ſi Theodoricus eo mortuo id fecit, cujus faciendi auctor Bercharius adhuc vivens & inſtigator fuerit*. Verum certum eſt, Textricienſe prælium anno ſequenti commiſſum eſſe, Berchariumque occiſum primo vere anni DCLXXXVIII. & conjecturam Viri doctiſſimi ſtare non poſſe, ſi Theodorici verba attente legantur, *Villa*, &c. *Latiniaco*, &c. *qui fuit inluſtribus Viris Ebroino, Vvarattune, & Ghiſlemaro* QUONDAM *Majoris domus noſtros & poſt diſceſſum* (id eſt obitum) *ipſius Vvarattune in fiſco noſtro fuerat revocata: nos ipſa villa de fiſco noſtro ad ſuggeſtionem præcelſa Regina noſtra Chrodechilde ſed & inluſtri Viro Berchario Majorem domus noſtra, ad monaſthirio ſancti domni Dioniſiae*. Ubi diſerte tradit Theodoricus Rex præcedentes Majores Domus fuiſſe mortuos, & Bercharium conjungens Reginæ Chrotildi, quæ in vivis erat, demonſtrat, ambos ſuperſtites fuiſſe. Præterea nequaquam legendum in ſubſcriptione Chartæ *an. XVI. regni noſtri*, ſed *an XIV. regni noſtri*. En characteres Merovingicos poſt vocem *an* ſunt tres numer. Primus eſt X. ſecun-

XII. Charta Theodorici Regis in qua VVaratonis jam demortui mentio.



dus I. annexus præcedenti & ſubſequenti, & tertius eſt V. annexus præcedenti. Similes numeros Merovingicos anno DCLXVIII. in medium adduximus, ex quibus Mabillonius inferebat, Clotarium III. annum Regni XVI. attigiſſe.

XIII. *Cedvualla* Regii ſanguinis Princeps, qui factione conſpiratorum in exilium actus fuerat, juxta Wigornienſem in Regnum Auſtralium Saxonum anno ſuperiori irrupit: *Ceadvalla, juvenis ſtrenuiſſimus, de regio genere Geviſſorum Ethelvaldum* (ſeu Edilvalchium) *Regem Auſtralium Saxonum improviſe cum exercitu ſuperveniens, interfecit: ſed mox expulſus eſt a Ducibus Regis Bertuno, & Aethelhuno, qui deinceps Regnum Provinciæ tenuerunt*, quæ omnia Vigornienſis a Beda lib. 4. capit. 15. tranſcripſit. Quare Kentuino Occidentalium Saxonum Rege ſub id tempus mortuo, Cedwalla Regno præfectus eſt. Addit Beda, *Cedvuallam*, poſtquam obtinuit Saxonum Occidentalium Regnum, priorem occidiſſe, & poſteriorem poſt Ced-

XIII. Vectis inſula opera S. Vilfridi fidem amplectitur.

ſtimet illum eſſe eumdem cum Juliano Epiſcopo Toletano, de quo agitur, quaſi qui ibi diaconus nominatur, idem poſtea fuerit ejuſdem Eccleſiæ creatus Epiſcopus: etenim cum in ea præfatione meminerit Siſberti Archiepiſcopi Toletani, qui poſt Julianum defunctum eamdem Eccleſiam rexit, utique ſe diverſum ab iſto omnino conſtituit. Nec rurſus eſt, quod commentarii Juliani adverſus Judæos Juliano diacono cognomento Pomerio adſcribi jure poſſint, cum auctor ſe fuiſſe Epiſcopum illis verbis manifeſte indicet, quibus ait: *Periculoſum eſt paſtori, ſi tacrat, &c.* Idem dixerimus de libris Prognoſticon, dum præfando ad Idalium Epiſcopum Barcinonenſem, fratrem eum appellat, utique coepiſcopum. Sed de his hactenus.

An-

PAGIUS Cedvvallam regnaſſe. *Poſtquam*, ſubdit Beda cap. 16. *Cedvvalla Regno potitus eſt Geviſſorum, cepit & inſulam Vectam, quæ hactenus erat tota idololatriæ dedita; ac ſtragica cæde omnes indigenas exterminare, ac ſuæ Provinciæ homines pro his ſubſtituere contendit, voto ſe obligans, quamvis nondum regeneratus (ut fertur) in Chriſto; quia ſi cepiſſet inſulam, quartam partem ejus, ſimul & prædæ, Domino daret. Quod ita ſolvit, ut tam Vvilfrido Epiſcopo, qui tunc forte de gente ſua ſuperveniens aderat, utendam pro Domino offerret, &c. Hoc ergo ordine, poſtquam omnes Britanniarum Provinciæ fidem Chriſti ſuſceperant, ſuſcepit & inſula Vecta.* Quod Baronius refert anno DCLXXXIX. num. VI.

XIV. *S. Vvilfridus a Cedvvalla Rege valde amatus.* Eddius Stephanus in Vita Sancti Wilfridi cap. 40. hæc ad rem noſtram habet: *Regnante Cedvvala occiſis & ſuperatis inimicis ejus* (nempe Ethelvalcho, ſeu Edilvalcho Auſtralium Saxonum Rege, & Bertono Weſtaſaxonici Regni invaſore) *totam Vveſſexenam* (Saxoniam Occidentalem) *Regionis Monarchiam tenens, ſtatim Sanctum Vvilfridum Epiſcopum noſtrum, gentilem populum Southſexum* (ideſt Auſtralium Saxonum) *bene ad Dominum convertentem, & nomen Domini per ſe magnifice glorificantem, patrem ſuum venerabilem & ſuper omnes chariſſimum ad ſe venire humiliter accerſivit; jam jamque Sancto & Venerabili Patre noſtro veniente Rex Cedvvala in omni Regno ſuo excelſum Conſiliarium mox illum compoſuit.*

XV. *Pax inter Theodorum Archiep. Cantuar. & Vvilfridum compoſita.* Tum cap. ſequenti Eddius ſcribit: *Eodem quoque tempore Theodorus gratia Dei Archiepiſcopus auctoritatem Apoſtolicæ Sedis, a qua miſſus erat, mota agitante honorificans cum Beato VVilfrido Epiſcopo noſtro diu exule ſpoliato, veræ amicitiam ratæ dilationis moratus non diſtulit. Nam cum Theodorus Archiepiſcopus in ſenectute uberi* (annum ſcilicet agens LXXXV.) *frequenti infirmitate anxiatus eſt, ad Lundoniam Civitatem VVilfridum & Ercenvvaldum* (ſeu Erchenwaldum vel Earchonwaldum Londonienſem Antiſtitem) *ſunt Epiſcopos ad ſe invitavit. Venientibus autem illis Archiepiſcopus ſapienter totius vitæ ſuæ curſum cum confeſſione coram Domino pure revelavit dicens: Et hoc maxime ſcrupulum me premit, quod in te, Sanctiſſime Epiſcope, commiſi, conſentiens Regibus, ſine cauſa peccati propriis ſubſtantiis ſpoliantibus te, & mærentibus ſubjectis tuis in longum exilium exterminantes (heu proh dolor) omnis mali. Et nunc confiteor Domino, & Sancto Petro Apoſtolo. Et vos, Sancti Epiſcopi mei, teſtes eſtote, ut cunctos amicos meos Regales & Principes eorum ubique ad amicitiam tuam, pro remiſſione peccati mei, per omnem modum volentes nolenteſque conſtringens attraho. Scio enim poſt hunc annum appropinquantem vitæ meæ terminum ſecundum Domini revelationem, & ideo adjuro te per Dominum & Sanctum Petrum mihi conſentire, ut in Sedem meam Archiepiſcopalem ſuperſtitem & hæredem vivens te conſtituam: quia veraciter in omni ſapientia & in judiciis Romanorum eruditiſſimum te veſtra gentis agnovi.*

XVI. *Theodorus Archiep. ad Reges Northumbriæ & Merciæ pro Vvilfrido ſcribit.* *Deinde Archiepiſcopus* (ſcilicet Theodorus) *poſt pactum veræ pacis initum ad Alfridum Regem Aquilonalium* (ſeu Northumbriæ) *miſit literas per quas adjuravit eum, ut propter timorem Domini præceptaque Apoſtolicæ Sedis Præſulum, & pro redemptione animæ Egfridi Regis, qui prius Epiſcopum noſtrum privatum omnibus de patria innocentem exterminavit, reconciliare ſub fœdere pacis ad multorum ſalutem cum eo dignatus ſit. Non ſolum autem hunc Regem Archiepiſcopus ad concordiam incitavit: ſed ſibi ubique amicos, quaſi prius inimicos facere diligenter excogitavit. Nam & Aelfledam Sanctam Virginem & Abbatiſſam* (Parthenonis nempe Strehaneſalenſis) *litteras emiſit, in quibus commendans ſecundum auctoritatem Apoſtolicæ Sedis, ut pacem cum Sancto Vvilfrido ſine dubio iniret: necnon Ethelredum Regem Merciorum adjurans, & in ſua & Chriſti charitate, ſecundum quod prius in mente habebat, ſuſcipere eum his ſequentibus dictis præcepit.* Refert poſtea Eddius litteras Theodori Archiepiſcopi ad Ethelredum Merciorum Regem, additque: *quid plura dicam; poſtquam Ethelredus Rex propter auctoritatem Beatiſſimorum Pontificum, Agathonis ſcilicet & Benedicti, Sergiique percipientium dignitatem Apoſtolicæ Sedis, canonice libenter Pontificem noſtrum ſuſcipiens, multa Monaſteria & Regiones proprii juris reddens, habenſque illum in ſummo honore dignitatis, uſque ad finem vitæ fidelis amicus indeſinenter perſeveravit.* De Wilfridi reſtitutione in Epiſcopatum ſuo loco agetur.

JESU CHRISTI ANNUS 687.	CONONIS PAP. ANNUS item 1.	JUSTINIANI JUN. IMP. ANNUS 3.

I. Cononis Papæ obitus.

ANno Redemptoris ſexcenteſimo octogeſimoſeptimo, Indictione decimaquinta, Conon ſanctiſſimus Papa moritur decimatertia menſis Octobris, cum ſediſſet menſes undecim, & dies viginti-tres, ut Anaſtaſius tradit, quem potius ſequimur, quam alios, qui Anaſtaſio antiquiorem non habent aliquem, cui inhæreant & ſequantur. De eodem ipſe teſtatur, fuiſſe relictam ab ipſo tum clero, tum monaſteriis eam auri quantitatem, quam Papa Benedictus reliquerat: Idemque aſſerit, creatos ab ipſo Epiſcopos per diverſa loca numero ſexdecim, ſepultumque in baſilica S. Petri vigeſimaſecunda * menſis Octobris, ceſſaſſeque Epiſcopatum ipſius menſes duos, & dies tredecim: quo tempore dirum conflatum eſt ſchiſma inter Theodorum Archipresbyterum & Paſchalem Archidiaconum, qui malis artibus ſibi ad Pontificatum viam paravit: de eo enim hæc Anaſtaſius in Conone: *Hujus Archidiaconus videns eumdem Cononem Pontificem infirmitate conſtrictum, & cupiditate ductus prædicti legati relicti clero & monaſteriis ab ipſo Pontifice, cum nondum eſſet perſolutum, ſcripſit Ravennam glorioſo novo Exarcho, atque promiſit ejus dationem, ſi ad Pontificatum eligeretur.* Hæc de Archidiacono Anaſtaſius in Conone.

* XXI.

Conatus improbi Paſchalis.

II. Schiſma inter Theodorum, & Paſchalem.

Poſt cujus obitum quomodo Eccleſia Romana diviſa ſit ſchiſmate, idem Anaſtaſius in Sergio ita narrat: *Poſt ſeptem vero dies a defuncto beatæ memoriæ Conone Apoſtolicæ ſedis Præſule (ut fieri aſſolet) Romanus populus in duas partes diviſus eſt: & una quidem elegit Theodorum Archipresbyterum, alia vero pars Paſchalem Archidiaconum. Et quidem Theodorus Archipresbyter cum populo, qui ei favebat, præveniens, interiorem partem Patriarchii tenuit: Paſchalis vero exteriorem partem ab Oratorio S. Silveſtri, & baſilica domus Juliæ, quæ ſuper campum reſpicit, occupavit. Cumque unus alteri locum non cederet, ſed utrique immaniter perdurarent, ut unus alium ſuperaret: inito conſilio primates Judicum, & exercitus Romanæ militiæ, & cleri plurima pars, & præſertim ſacerdotum atque civium multitudo ad ſacrum Palatium perrexere, & diu pertractantes, quid fieri deberet, qualiterve duorum altercantium electorum ſopiretur contentio: Deo annuente, in perſonam denominati Sergii venerabilis tunc presbyteri concordantes ſe contulere, eumque de media populi tollentes, in Oraculum B. Cæſarii martyris Chriſti, quod eſt intra ſacroſanctum ſupraſcriptum Palatium, introduxerunt, & exinde in Lateranenſe Epiſcopium cum laudum acclamatione deduxerunt.*

Sergius Papa creatur.

III. Sed antequam ulterius progrediatur oratio, de ipſo loco Oratorii S. Cæſarii dicendum eſt: quod cum intra ſacrum Palatium fuiſſe dicatur, aliud plane a Lateranenſi Patriarchio illud fuiſſe, ex eodem verborum contextu perſpicuum redditur, dum illud a ſchiſmaticis occupatum fuiſſe ponitur, altero nempe ipſorum occupante partem exteriorem, interiorem vero altero: unde liquet ſacrum Palatium diverſum fuiſſe a Patriarchio, & quod ibi erat (ut ait) Oraculum, ſive diximus Oratorium dictum fuiſſe ſanctum Cæſarium intra Palatium, ſive in Palatio, de quo mentionem habitam a S. Gregorio, ſuperius vidimus, egimuſque de eo pluribus, cum de Imaginibus Auguſtorum Romam delatis, & in eodem Oratorio a S. Gregorio collocatis ſermonem habuimus. Sed redeamus ad Sergium.

Sergio cedunt ſchiſmatici.

Quidnam ipſe jam faceret, cum etſi electus, cathedræ tamen Pontificiæ expers eſſet, ſchiſmaticis eam occupatam vallantibus armis? Idem divinus Spiritus, qui ad ejus electionem populum clerumque

PAGIUS SÆC.VII Anno Eræ Hiſpan. DCCXXV. Anno Hegiræ LXVIII. inchoato die 12. Julii fer. 4. A. C. 687.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6180.

☉ 24. F. ☽ 4. P. 7. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 687.

SERGII PAPÆ 1.

JUSTINIANI JUN. IMP. 3.

I. Poſtconſulatus.

HIC annus iſtis formulis notatur: *Anno Juſtiniani Jun. III. Poſt Conſulatum ejus III.* A num. I. ad VI. Conon Papa hoc anno obiit, ut recte Baronius, non vero ſequenti, ut habet Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico.

II. Anaſtaſius vulgatus ait, cum ſediſſe *menſes undecim, & dies viginti tres*. Sed certum eſt, dies viginti tres intruſos eſſe, eumque ſediſſe tantum menſes undecim, ut habent Ordericus lib. 2. Honorius Auguſtodunenſis, Regino, Hermannus Contractus, Luitprandus, Abbo, duo exemplaria MSS. Anaſtaſii, unum Colbertinum, alterumque Thuaneum, omneſque fere veterum Pontificum Catalogi. Idem habuit Marianus Scottus, ſed errore Librariorum in eo leguntur *annus I. menſes XI.* Iiſdem Librariis imputandum, quod in quibuſdam MSS. Anaſtaſii, quæ ejus editores ſecuti ſunt, legatur Cononem ſediſſe menſes XI. dies XXIII. Cum enim Anaſtaſius tradat, Cononem ſepultum eſſe *ad B. Petrum Apoſtolum die viceſima prima menſis Septembris*, quo & Marianus Scottus eum obiiſſe ſcribit, non potuit ſedere menſes XI. & dies XXIII. alioquin poſt Joannis V. ejus De-

Obitus Cononis PP.

que permoverat, ut olim Samſonem in Philiſthæos, eoſdem adverſus ſchiſmaticos ad eorum cuneos irrumpendos excitans, fortes reddidit & intrepidos. Proficiſcentibus enim ipſis una ſimul ad Patriarchium Lateranenſe, ipſo aſpectu, qui ipſum foris obſidebant, ſtatim ſponte ceſſere, reſiſtere non valentes: ſed & ii qui intus erant, & Patriarchium in munitionem converterant, inviti licet atque nolentes, dedere locum; ſicque unus ab omnibus, exploſis reliquis, acceptus eſt Pontifex Sergius. Sed quæ habeat Anaſtaſius de Sergio ad Patriarchium accedente, audi:

IV. *Quamvis fores Palatii intrinſecus eſſent munitæ & clauſæ; tamen pars quæ ſupradictum venerabilem virum elegerat, quia validior erat, prævaluit, & ingreſſa eſt. Quo ingreſſo, unus de duobus electis, id eſt, Theodorus Archipresbyter illico quievit, & humiliavit ſe: Paſchalem vero nullo modo cordis duritia id facere ſinebat, donec coactus & confuſus, volens, nolens, ſuum dominum & electum ingreſſus ſalutaret. Qui etiam Paſchalis clanculo non ceſſavit Ravennam ſuos mittere Miſſos promiſſaque pecunia, vel aliis diverſis donis, Joannem Patricium & Exarcum cognomento Platyn, cum ſuis Judicibus, nemine ſciente, Romam venire perſuadere. Qui ſic abdite venit, ut nec ſigna, nec bandacum militia Romani exercitus occurriſſent ei juxta conſuetudinem in competenti loco, niſi e propinquo Romanæ civitatis. Qui dum veniſſet, & omnes in perſonam Sergii ſanctiſſimi inveniſſet; conſenſiſſe illi quidem ſuffragari non valuit: Eccleſiæ tamen B. Petri Apoſtoli idem Exarchus per ejuſdem Paſchalis miſeriam diſpendium & damnum intulit, quod ab eodem Paſchale ſuprascripto Exarcho promiſſum fuerat, id eſt, centum auri libras a parte Eccleſiæ expetente, Sergio ſanctiſſimo electo proclamante, quod neque promiſiſſet dare, neque poſſibilitas ſuppeteret: & ut ad compunctionem animos videntium commoveret, cantharos & coronas, quæ ante ſacrum altare & Confeſſionem B. Petri Apoſtoli ex antiquo pendebant, deponi fecit, & pignori tradi: ſed nec in hoc flexa eſt ejuſdem Exarchi duritia, donec centum (ut dictum eſt) auri libras accepit.*

Damna illata Romanæ Eccleſiæ per Exarchum Paſchalis opera.

V. *At licet (ut prædictum eſt) Eccleſiæ Chriſti adeo miſerrimus Paſchalis diſpendium & damnum inflixerit: tamen, Chriſto favente, Sergius presbyter & electus in ſede B. Petri Apoſtoli Pontifex ordinatus eſt: prædictus vero Paſchalis non poſt multum tempus ab officio Archidiaconatus pro aliquibus incantationibus, & lucis, quos colebat, vel ſortibus, quas cum aliis inſpectoribus tractabat, Dei, beatique Apoſtolorum principis Petri interveniente judicio, privatus eſt, & in monaſterium retruſus, & poſt quinquennium præ cordis duritia impœnitens defunctus eſt.* Hucuſque Anaſtaſius de ingreſſu Sergii, atque diſſidentium ejectione: quibus plane apparuit, haud levem eſſe eam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Apoſtolicæque ſedis perſecutionem, quam a domeſticis pati conſuevit; utpote quod qui ſemel cæpit ipſius Redemptoris adhuc tempore cribrare diſcipulos Satanas, numquam dimiſerit amplius cribrum, quo ſimul collidens juſtos cum improbis, magna agitatione ipſam conquaſſet Eccleſiam, ſed malorum damno, lucro vero juſtorum: etenim ejuſmodi miniſterio, qui probati ſunt, manifeſti fiunt, reprobis ſeorſum ut purgamentis ejectis. De perſona Sergii hæc idem Anaſtaſius habet.

Paſchalis miſerrimus finis.

Ser-

PAGIUS Deceſſoris mortem Sedes non vacaſſet menſes II. dies XVIII. Quare cum *Conon* die XXI. menſis Octobris ſuperioris Chriſti anni ordinatus fuerit, dieque XXI. Septemb. hujus anni e vita migrarit, ſedit tantum *menſes undecim*. Dies illi viginti tres, qui in vulgato Anaſtaſio ſuperflui ſunt, Baronium impulere, ut Cononis mortem uſque in diem XIII. menſis Octobris differret contra auctoritatem ejuſdem Anaſtaſii; cum tamen ipſemet hic recte moneat, eum in Chronologia Pontificia ſequendum eſſe.

III. Poſt *Cononis* mortem Schiſma extitit inter *Theodorum* Archipresbyterum & *Paſchalem* Archidiaconum, ut Baronius ex Anaſtaſio narrat. Ait Anaſtaſius, *Joannem* Patricium & Exarchum *cognomento Platyn* Romam veniſſe, & *Sergium* electum Pontificem, ut ſibi centum auri libræ traderentur, coegiſſe. Anaſtaſius in Conone Joannem *novum Exarchum* appellat. Quare is hoc anno Exarchatum ſuſcepit, ſucceſſitque *Theodoro* in Vita Cononis ab Anaſtaſio memorato; quem diverſum exiſtimo a *Theodoro Calliopa*, qui juxta Hermannum Contra-

Sergius ordinatur Pontifex Romanus.

ctum ea editione Caniſii anno DCLII. Olympio ſucceſſit. Recentiores Hiſtorici illum ab eo anno ad præſentem eam dignitatem geſſiſſe tradunt, ſed nullo teſte, eaque tantum de cauſa, quod neque in Anaſtaſio, neque in Paulo Diacono alterius Exarchæ mentio habeatur; quod fundamentum futile eſt, cum uterque nonniſi ex occaſione de Exarchis Ravennatenſibus agat. Ceſſavit Sedes *menſes duos*, *dies* XXIII. ut habet Anaſtaſius, & in variis Catalogis legitur, ſicuti & in Abbone, ac Orderico citato. Codices tamen tres MSS. Anaſtaſii in fine editionis Regiæ citati loco dies XXIII. habent dies XXIV. ſed cum Sergius *natione Syrus* ordinatus fuerit die decimaquinta Decembris, in quam Dominica hoc anno cadebat, ſi numeretur dies emortualis Cononis, vacavit Sedes menſes duos, dies XXIV. ſi excludatur, menſes duos, dies XXIII. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico *Cononis* mortem differt in diem XXX. menſis Auguſti ſequentis Chriſti anni, & ordinationem *Sergii* in diem XXII. Novembris illius anni. Sed infra demonſtrabimus an. DCLXXXIX. die XX. April. annum II.

Ser-

VI. Sergii Papæ primordia & vitæ inſtitutio. *Sergius natione Syrus, Antiochiæ ortus ex patre Tiberio, Panormi in Sicilia vixit: inde veniens Romam, a ſanctæ memoriæ Adeodato Pontifice inter clerum Romanæ Eccleſiæ connumeratus eſt. Et quia ſtudioſus erat & capax in officio cantilenæ piorum cantorum pro doctrina traditus eſt, & acolythus factus, per ordinem aſcendens, a ſanctæ memoriæ Leone Pontifice in titulo S. Suſannæ, quæ ad duas domos vocatur, presbyter ordinatus eſt. Hic tempore presbyteratus ſui impigre per cœmeteria diverſa Miſſarum ſolemnia celebrabat.* Hæc Anaſtaſius de Sergio, quem hoc anno vigeſimaſexta menſis Decembris creatum eſſe Romanum Pontificem, ejuſdem aſſertione redditur manifeſtum.

Ebroini interitus. Quod ad res Francorum pertinet, eodem anno, maximo malo purgantur Galliæ, cum truculentus carnifex, ſanctorum ſanguine ebrius, Ebroinus occiditur: tertio namque anno a S. Leodegarii martyrio trucidatur ab Ermenfrido. Sed quomodo, & ejus animam excepit locus infernus, Adonem Viennenſem iſta narrantem audi: *Erat*, inquit, *tunc temporis vir oculis cæcatus, unus de illis quibus Ebroinus effoderat lumina in inſula Lugdunenſis provinciæ, quæ Barbara dicitur: qui cum nocturno tempore ſuper ripam Sequanæ fluminis orandi gratia reſideret, audivit navigantium impetum, & magnum vi brachiorum contra impetum fluminis inſurgentium. Cumque interrogaret, quo navigium illud tenderet, vox in auribus ejus perſtrepuit: Ebroinus eſt, quem* De anima Ebroini. *ad Vulcaniam ollam deferimus: ibi enim facti ſui pœnas luet. Hoc vir audivit ad conſolationem ſui, ut ſciret quam pœnam perſecutores juſtorum ſentirent.* Se- (a) Pſ. 57. cundum illud Davidicum (a): *Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam:* ut dicant omnes (b): *Si utique eſt fructus* (b) Ibidem. *juſto, utique eſt Deus judicans eos in terra.* Ceterum neminem adeo obtuſæ mentis eſſe putamus, ut ignoret animas migrantes e corpore haud egere vectura nautica, ut ad ſupplicium perducantur; ſed hæc eſſe per viſum oſtenſa ſecundum mentis humanæ captum ejuſmodi formulis & ſpeciebus interdum ad rem cognoſcendam egentis. At inviſamus res Eccleſiæ Anglicanæ.

VII. De obitu S. Cudberti Epiſc. Hoc eodem anno, decimotertio Kalendas Aprilis moritur ille ſanctitate celebris, Anglorum decus, Cudbertus Epiſcopus Lindisfarnenſis, cujus vita ab infantia ad ſenectutem virtutibus micans, nec obitu potuit obſcurari, illuſtrata divinitus ejus ſanctitate miraculis, quæ Beda (c) recenſet in rebus geſtis Anglorum, copioſius autem, cum ejuſdem vitam proſecutus eſt carmine atque ſoluta oratione. Suffectus eſt ipſi Ædilvaldus, tanti prædeceſſoris haud indignus ſucceſſor. Tu de his ipſum conſulas Bedam.

(c) Bed. de geſt. Angl. l. 4 c. 27. 28. 29. 30. 32.

Ervigii Regis obitus, & Egicanis ſucceſſio. Contigit eodem tempore mori Ervigium Regem Hiſpaniarum, cum ageret ſui regni annum octavum incboatum: inque locum ejus ſubrogari Egicam, ſive Egicanem, cui (ut Tudenſis eſt auctor) filiam ſuam nomine Cixilonem Ervigius in matrimonium collocarat. Fuiſſe autem hunc conſobrinum Bambæ, idem auctor affirmat. Ceterum ipſum Egicanem conſobrinum Bambæ, Ervigii Regis fuiſſe generum, liquet: ejus enim meminit Concilium Toletanum decimumquintum celebratum anno ſequenti, ubi in tomo Synodo ab ipſo oblato, in quo eumdem & patrem appellat pietatis ergo, hæc leguntur: *Illud mihi primo dicendum erit, quod divi patris noſtri & ſoceri regale ſortientes faſtigium, &c.* Minus autem juſte adminiſtraſſe regnum Ervigium, ea quæ eodem tomo leguntur oſtendunt his verbis: *Additur ſuper hoc (ut fertur) preſſurarum ejus in pleroſque acerbitas, quos indebite rebus, & honore privavit,* quos

PAGIUS Sergii Papæ numeratum fuiſſe. Papebrocius ibidem exhibet formulam Profeſſionis fidei, quam dicit Holſtenium, a quo eam acceperat, putaſſe prolatam in electione Cononis vel Sergii ejus Succeſſoris, ſeque eam proponere, *ſi nec dum alibi inveniatur*. Verum extat ea in Libro Diurno Romanorum Pontificum cap. 2. tit. 9. mutuo collata cum ea, quam jam habebamus ad uſum noni ſæculi, auctam tamen utique interpolatam, & a Baronio an. DCCCLXIX. editam; ſed prolatam fuiſſe primum a Sergio, vel a Conone, nullum indicium oſtendit.

IV. Obitus Ebroini Majoris Domus. Ad num. VI. *Ebroinus* Major Domus Franciæ Theodorico regnante interiit an. DCLXXXI. ut eo anno oſtendimus, & poſt ejus mortem eam dignitatem geſſere *Vvarato Giſlemarus*, rurſumque *Vvarato*, & eo mortuo *Berthorius* ſeu Bercharius, de quo mox ſermo erit. Quod recitat Baronius ex Adone in ſuo Chronico, *Ebroinum* ſcilicet a nautis ad Vulcaniam ollam delatum fuiſſe, narraſſe quendam cui Ebroinus oculos effoderat, mere fabuloſum eſt. Licet enim multa ſcelera perpetrarit, in Catholica tamen communione mortuus eſt, & ut ait Hadrianus Valeſius lib. 22. Monaſterii Puellaris Sueſſionici conſtructione, ac Sanctorum Epiſcoporum Audoeni, Drauſionis, Regoli, Angilberti, aliorumque amicitia pietatem aliquam teſtatus eſt.

V. Moritur S. Cuthbertus Epiſc. Lindiſfarnenſis. Ad num. VII. & ſeq. Sanctus Cuthbertus Lindisfarnenſis in Regno Northumbriæ Epiſcopus, qui Feſtis Paſchalibus anni DCLXXXV. ordinatus fuerat, *duobus annis in regimine Epiſcopali tranſactis ſciens in ſpiritu appropinquare diem ſui tranſitus, abjecit pondus curæ Paſtoralis, atque ad dilectum eremiticæ converſationis agonem quantocius remeare curavit*, inquit Beda in ejus Vita cap. 36. Repetiit autem inſulam *Farne* appellatam poſt Natalitia Chriſti ſuperioris anni, ut ibidem Beda innuit. Dein feria quarta viceſima ſeptima Februarii cœpit ægrotare, ac poſt hebdomades tres etiam feria quar-

Digitized by Google

quos de nobili ſtatu in ſervitutem ſui juris implicuit, quos tormentis ſubegit, quos etiam violentis judiciis preſſit, &c.

VIII. Horum igitur gratia cum tam ipſe Ervigius, quam filii ejus odio haberentur; & omnium oculi conjicerentur in Wambæ conſobrinum, ſive (ut alii tradunt) filium, quem proditione exutum regno omnes miſerarentur, expectareturque avide, ut in ejus regnum vocaretur: id probe ſciens ipſe Ervigius, nempe poſt obitum ſuum poſthabendos ſuos filios Egicani, ipſum ſibi jungere voluit fœdere nuptiarum, tradens ei (ut dictum eſt) ſuam filiam

Ervigius generum obligat juramento.

PAGIUS quarta ad Deum migravit die vigeſima Martii currentis Chriſti anni, quo in feriam quartam tam dies XXVII. Februarii, quam XX. Martii conveniunt, ut notat Bollandus ad diem XX. Martii, ubi Vitam ejus a Beda ſcriptam recitat, & Notis illuſtrat, & ex laudatis feriis recte deducit, non a die conſecrationis an. DCLXXXV. ipſo Paſchæ Feſto die celebratæ, ſed ab ejus electione ſub finem anni præcedentis facta Bedam numerare; quam numerandi rationem quandoque alibi Beda etiam adhibet. *Cuthbertum* itaque hoc anno vita functum certum eſt. Ejus Vita a Monacho Lindisfarneaſi, Anonymo, teſte oculato ſcripta, & a Bollando ibidem recitata, quemadmodum & ea, quæ fuſius a Beda ſcripta eſt. Extat & hæc fuſior Vita Sæculo Secundo Benedictino. Totum Nordanhymbriorum Regnum cenſeri poteſt theatrum ſacrorum exercitiorum, virtutum ac miraculorum *Sancti Cuthberti*; cujus laboribus ſufficiens non fuit internum hujus Regni & continens Ditio, ſed inſulæ vicinæ, quæ in mari Germanico haud procul a Northumbria diſſident, ejus habitatione aut acceſſu illuſtriorem utriamaum exiſtunt, ut Bollandus laudatus explicat. *Lindisfarneanſis* inſula ſic appellatur a *Lindo* fluvio, cui ab ora Northumbriæ objecta eſt. *Farne* quæ inſula Lindisfarneaſi minor, altiſſimo Oceano incluſa, ubi *Sanctus Cuthbertus* obdormivit in Domino.

VI. Sancto *Cuthberto* ſucceſſit *Eadbertus*, ut teſtatur Beda lib. 4. Hiſt. cap. 29. non vero *Edilwaldus*, ſeu Ethelvaldus ut habet Baronius: Epiſcopatum Eccleſiæ illius, inquit Beda, anno uno ſervabat venerabilis Antiſtes *Vuilfrid*, donec eligeretur, qui pro Cuthberto Antiſtes ordinari deberet. Ordinatus eſt poſt hæc *Eadbertus*, Vir ſcientia Scripturarum, ſimul & Præceptorum Cœleſtium obſervantia, ac maxime eleemoſinarum operatione inſignis &c. Beda in cap. 25. Vitæ Sancti Cuthberti refert hujus Sancti corpus, cooperante Sancto Eadberto, *tranſactis ſepulturæ ejus annis undecim*, ideoque anno Chriſti DCXCVIII. elevatum fuiſſe, & corpus ejus totum, quaſi adhuc viveret, integrum inventum, & *non multo poſt, ideſt pridie Nonas Maias* etiam Eadbertum ad Dominum migraſſe. Facta ea Tranſlatio *Eadberti* Antiſtitis juſſu die depoſitionis ejus *quæ eſt tertia decima Kalendarum Aprilium*, quæ eo anno in feriam quartam incidebat. Sed ob Sancti *Cuthberti* honorem Eadbertus diem illum elegit. Edilwaldus ſucceſſit Viro Domini Cuthberto, in exercenda vita ſolitaria, quam in inſula *Farne* ante Epiſcopatus ſui tempora gerebat, inquit Beda lib. 5. cap. 1. qui addit, ibi manſiſſe *duodecim annis*, ibidemque defunctum eſſe, & narrat miraculum ab *Ediluvaldo*, dum viveret, factum. Obiter notabis, Sanctos alias die eorum emortuali ſæpe tranſlatos fuiſſe; cum jam ſupra alia hujus rei exempla indicaverimus, ex quibus quædam regula ad majorem Tranſlationum SS. notitiam inſtitui poteſt.

S. Eadbertus ſucceſſit S. Cuthberto.

VII. *Ervigius* Hiſpaniarum Rex, ne poſt mortem filii ſui a nobilibus opprimerentur, *Egicam* arcta cognatione Wambæ ſanguini annexum generum adoptavit, *Cixilone* filia in conjugium data; quibus ita conſtitutis obiit XVII. Kal. Decemb. qui dies Veneris erat, ſalutis anno DCLXXXVII. Regnavit annos VII. dies XXV. Unctionis *Egicæ* Succeſſoris ceremonia more per hæc tempora uſitato, poſt diem alterum, qui dies Dominicus erat, VIII. Kal. Decemb. peracta. Rerum potitus Egica uxorem *Cixilonem*, ex qua *Witiza* natus erat, in odium patris *Ervigii* repudiavit, & de Proceribus ſupplicium ſumpſit, quorum opera *Wambam* in fraudem impulſum atque de rerum culmine dejectum eſſe conſtabat. Hæc Mariana lib. 6. cap. 17. & ſeq. ex quo corrigendus Wlſa in Chronico, ubi ait, *Ervigium* Regnum depoſuiſſe XVII. Kal. Septemb. cum regnaſſet annos VII. dies XXV. Quod verum eſſe non poteſt, niſi loco XVII. *Kal. Septemb.* legatur, XVII *Kal. Decemb.* qui error Librariis attribuendus videtur.

Mors Ervigii Regis Hiſpaniæ.

VIII. Nunc enarranda pugna *Textritiana*, poſt quam Regibus Francorum nihil ex Majorum ſuorum Majeſtate præter ſpeciem nominis Regii retinentibus, ſumma Imperii Regnique opes & potentia penes Majores Domus fuerunt. Erchanbertus enim, qui ante medium ſequentis ſæculi Breviarium Regum Francorum ac Majorum Domus conſcripſit, de Berthario in ea pugna profligato loquens, ait: *Quo occiſo, Pippinus Junior, filius Anſegiſili, veniens de Auſtraſiis ſuccesſit in Principatum Majorum Domus. Exinde Reges nomen, non honorem habere cœperunt. Quibus tamen ubi conſtitutum fuerat, victus erat exuberans, cuſtodiaque jugis erga illos habebatur, ne aliquid jure poteſtatis agere poſſent.* Tota hujus belli cauſa refundenda in unum Bertharium, qui nec quiete Neuſtraſios regere, nec pacem cum Auſtraſiis fovere ſtuduit. *Pippinus* ut pleriſque Proceribus, quos *Bertharius* e Neuſtria Burgundiaque pepulerat, ſuæ facultates redderentur, enixe poſtulavit a Theodorico Rege, qui victoriæ, quam *Bertharius* certam ſpondebat, vana ſpe deluſus, erupit in minas, & Neuſtraſios Burgundioneſque, quos Pippinus contra jus & legem ſuſceperat, a ſe quandoque requirendos dixit. Pippinus congregatis Optimatibus ſuis reſponſum illud ſignificat; *lachrymas profugorum & miſerabiles ſupplicationes, qui in fidem ſuam ſe ſe crediderant, manifeſtat; minas improbi Principis ad memoriam revocat; periculum quoque, quod imminebat ſuæ patriæ pro recepta exulum, ni prius ſapienter, quam temere, vitaretur, exponit: quidque ſuper his agendum ſit, ſciſcitatur. Ducibus Pippini omnibus optime placuit arma capere pro miſeris ac ſpoliatis, qui dudum tam ſuam fidem, quam & defenſionem quæſierant, dimicare, patriamque non a populante hoſte, ſed in ſuis Sedibus requiſito defenſare*, inquit Auctor Annalium Metenſium a Ducheſnio Tomo III. Script. Franc. publicatus, qui Hiſtoriam ſuam perduxit uſque ad annum DCCCC. quique in eo peccat, quod *Pippinum* impenſe laudet, & in notatione temporum ſatis accuratus non ſit.

Poſt pugnam Textricianam ſumma rerum in Gallia penes Majores Domus fuit.

IX. Narrat poſtea, *Pippinum* collecto exercitu ad ſylvam Carbonariam, ideſt, ad limitem Auſtriæ

filiam Cixilonem in uxorem. At non his tantum ſtuduit eum vinculis obligare, ſed & ſtringere arctius voluit juramento, quo eum polliceri fecit pro defenſione filiorum ipſius cuncta peragere, nihilque contra eos moliri, vel ab aliis tentari permittere, & alia hujuſmodi, quo ſuis filiis in omnibus eſſet tuto conſultum. His igitur rite peractis, contigit ipſum Ervigium (ut dictum eſt) mori, exaltari vero tum ab Epiſcopis, tum a magiſtratibus in regnum, quem diximus, Egicanem: qui more patrio, antequam regni capeſſeret adminiſtrandas habenas, popu-

PAGIUS *A pugna Textriciana Pippinus trium Regnorum Major Domus fuit.* ſtriæ ac Neuſtriæ contendiſſe, ibique exercitui pro concione cauſas explicuiſſe, quibus ad arma ſumenda compellebatur: *Carbonariam ſylvam tranſeunt hoſtiliter cuncta vaſtantes, & ad interiores Regni illius partes intrepidi perveniunt, haud procul ab Oppido Vermandorum, juxta villam, cui vocabulum eſt Textricium* (Gallice Tertri) *caſtra poſuerunt. Theodoricus igitur cum audiſſet hoſtem in ſui Regni penetralibus commorantem, exercitum congregat, aciem contra Pippinum conſtruit, ex alia parte prædictæ villæ caſtra ponit.* Die inſequenti *commiſſo acerrimo prælio, Theodoricus cum Conſiliario ſuo Berthario in fugam verſus, cunctos Optimates in ore gladii interemptos dereliquit. Nec prius cœpta fuga curſum terminavit, quam Sequanæ amnis fluenta tranſiret. Bertharius quoque vagus & profugus timore perterritus per diverſa loca latitans ad ultimum a ſuis ſuam ſtultitiam non ferentibus interimitur. Pippinus igitur victor caſtra hoſtium invadens, ſpolia ampla Deo gratias referens ſuis fidelibus impertitur.* Ita Monachus Metenſis, a quo non diſſentiunt Continuator Fredegarii cap. 99. & Anonymus in Geſtis Regum Francorum cap. 48.

X. *Ea hoc anno habita.* Hæc pugna anno DCXC. ab eodem Monacho conſignatur, quem ex ipſomet corrigere debemus. Anno enim DCCXIV. ſcribit de Pippino: *In pace obiit XVII. Kal. Januar. Rexit autem populum Francorum annis XXVII. & menſibus ſex*, quod verum eſt, ut eo anno demonſtrabimus. Quare hoc anno, poſt devictum Bertharium, Principatum totius Franciæ menſe Junio aut Julio occupavit, & ex eo tempore Principatus Majorum Domus anni exactius ac diligentius, quam anni Regum Francorum ab Hiſtoricis Gallicis digeruntur. In brevi Chronico a Duſcheſnio Tomo III. Hiſt. Franc. ex Bibliotheca Thuana publicato legitur: *Franci primum habuere Regem Faramundum, cujus proles regnavit uſque ad DCLXXXVII. annum Verbi Incarnati. Tunc enim Pippinus filius Anſegiſi Princeps Francorum fuit.* Scripſit autem Anonymus ille anno MCXXXVII. In variis etiam Chronicis legitur, *Pippinum* obtinuiſſe Principatum annis XXVII. Denique in Chronico S. Medardi & in Annalibus Nazarianis legitur, *Pippinum* Principem & Ducem Francorum effectum fuiſſe hoc anno, niſi quod in prioribus Annalibus loco, *anno DCCVII.* reponendum, *anno DCXXCVII.* quia ſc. Librarius hos duos numeros XX. omiſit. [s] Hæc Epocha ideo hic ſtabilienda fuit, quod e Baronio prætermiſſa ſit, & Annalibus illuſtrandis, ut infra videbimus, ſæpe conducat.

XI. Hoc circiter anno mortua eſt Sancta *Riſtrudis* Abbatiſſa Marchianenſis in Gallo-Flandria, *completis ſeptuaginta quatuor incolatus ſui annis, quarto Idus Maji*, inquit Hucbaldus Monachus Elnonenſis in ejus Sanctæ Vita, qui huic lucubrationi manum admovit anno DCCCCVII. ut ipſemet in Prologo teſtatur. *Floret S. Riſtrudis Abbatiſſa Marchianenſis.* Extat in Sæculo Secundo Benedictino, & in Actis Bollandianis ad diem XII. menſis Maii. Nata eſt in Vaſconia nobilibus parentibus, nuptaque *Sancto Adalbaldo*, qui colitur die ſecunda Februarii, digno plane Viro, qui maritus exiſteret *Riſtrudis*. Fuit eis primogenitus nomine *Mauruntus*, poſtea Abbas & Levita, qui colitur die V. Maii, & filiæ tres Sacræ Virgines; *Clodſendis* poſt matrem Monaſterii Marchienenſis Rectrix, quæ in veteris Martyrologiis inſcribitur ad diem XXX. Junii; *Euſebia*, quæ duodennis præfecta eſt Monaſterio *Hamatico*, ubiitque die XVI. Martii, quo nomen ejus legitur in Martyrologiis. Poſt has nata eſt Aldaſendis, quæ colitur die XXIV. Decembris. Poſtquam *Adalbaldus* inſidiis malignorum, &, ut fertur, eorum quibus Sanctum diſplicuerat matrimonium, peremptus fuit, conſilio *Sancti Amandi* uſa, curis ſæcularibus depoſitis, corpus afflixit jejunio & cilicio, tandemque receſſit in Marchianenſe Monaſterium, quod *Sanctus Amandus* ad Scarpum fluvium inter Duacum & Amandopolim, ut nunc vocamus, conſtruxerat, receſſit, & in eo cum tribus ſuis filiabus Sanctimonialis effecta eſt. Sanctus Amandus *Mauruntum* ejus filium in Clericum totondit. Factus poſtea Monachus *Broilenſe* Monaſterium ædificavit in fundo ſuo, cujus primus Abbas fuit. *Riſtrudis* per annos aliquot Monaſterium Marchianenſe parum e Monaſterio Hamatico diſſitum ſanctiſſime rexit, & ut in omnibus ſe ſe perfectiſſimam exhiberet, ante mortem Abbatiam depoſuit, ut aliorum imperiis pareret, & ſe ipſam cunctis in humilitate ac in obedientia exemplum præberet. Annus mortis ejus incertus: ea tamen circa hunc annum contigit. Vixit *Riſtrudis* ſub Dagoberto Rege hujus nominis I. & ejus Succeſſoribus, ejuſque mentionem facit Baronius anno DCXXXII. num. II.

Hoc anno *Sanctus Vuilfridus* in Epiſcopatum Eboracenſem reſtitutus; quod ex eo conſtat, quod poſt annos quinque a ſuo reditu annoque DCXCII. rurſus expulſus fuerit. Rem geſtam narrat Eddius in ejus Vita cap. 42. qui de Alfrido Northumbriæ Rege loquens ait: *Sanctum Vuilfridum Epiſcopum noſtrum de exilio, ſecundo anno Regni ſui* (idem habet Beda lib. 5. cap. 20) *venerabiliter ſecundum præceptum Archiepiſcopi* (nempe Theodori) *ad ſe invitavit; & primum Cœnobium cum poſſeſſionibus adhærentibus in Haguſtaldeſa indulgens; & poſt intervallum temporis, ſecundum Beatiſſimi Agathonis Apoſtolicæ Se-* XII. *S. Vilfridus in Epiſcopatum Eboracenſem reſtituitur.*

NOTÆ [s] TExtricianam pugnam & Pippini exordium, quod ab ea pendet, anno huic recte Pagius illigavit, cui ſuffragium accedit ex auctoritate brevis Chronici Lemovicenſis, cujus pars potior ſcripta ab Authore ſæculi X. videtur, & vulgata eſt a P. Martene Anecdot. tom. 3. col. 1400. Ita vero ibi: *Anno DCLXXXVII. Pippinus primus regnum cœpit.* MANSI

lo præſtitit juramentum, juſtitiam illi ſinceriſſime ſe adminiſtraturum. Hæc omnia expreſſa habentur in dicto Concilio Toletano anno ſequenti habito, de quo mox dicturi ſumus.

Se-

PAGIUS *dis Præſulis, & Sanctæ Synodi Judicium, propriam Sedem Epiſcopalem in Eborica Civitate, & Monaſterium in Rypis cum redditibus ſuis reddidit, expulſis de eo alienis Epiſcopis; quod tantum quinque annis in gaudio ſubrectorum ſuorum de exilio ſicut Joannes Apoſtolus & Evangeliſta Epheſum rediens, ſecure poſſedit. Joannes*, qui ab Oppido Beverlaco *Joannes Beverlacenſis* appellatus eſt, *primipio Regni Alfridi, defuncto Eata*, ut tradit Beda lib. 5. cap. 2. Haguſtaldenſis Antiſtes conſecratus fuit, ideoque anno DCLXXXV. aut inſequenti DCLXXXVI. Riccardus Prior Haguſtaldenſis pag. 295. & Thomas Stubſ. in Actis Eboracenſium Pontificum produnt. Joannem *anno uno* præfuiſſe Eccleſiæ Hageſtaldenſi, indeque apparet, cum anno currenti, quo *S. Wilfridus* tam Eboracenſem, quam Haguſtaldenſem Epiſcopatus recuperavit, exauctoratum fuiſſe, & ſine Sede manſiſſe uſque ad annum DCXCII. quo Epiſcopatum Eboracenſem a S. Wilfrido dimiſſum iterum adeptus eſt. Nec hæc exauctoratio moleſta accidit eidem *Joanni*; cum poſtquam Eccleſiam Eboracenſem per annos plures rexit, *Wilfridum* juniorem Presbyterum ſuum ordinaverit, ipſe ad Monaſterium *Beverlacenſe* ſeceſſerit, ibique Sanctiſſime obierit; quæ omnia infra a nobis ſuis locis oſtendentur. Adhæc *Boſa*, qui in locum Wilfridi Epiſcopatum Eboracenſem obtinuerat, eo privatus fuit, & ſic *totius Northanimbrorum Regionis Epiſcopus* Wilfridus fuit, inquit Malmesburienſis lib. 3. de Pontif. pag. 269.

JESU CHRISTI ANNUS 688.	SERGII PAP. ANNUS 1.	JUSTINIANI JUN. IMP. ANNUS 4.

I. Conc. Toletanum XV. ſub Egicane Rege.

SEquitur annus Domini ſexcenteſimus octogeſimus octavus, Indictione prima, quo celebratum eſt in Hiſpania Concilium Toletanum numeratum ordine decimumquintum. Convenerunt Epiſcopi numero ſexaginta & unus, per vicarios vero, quinque, Abbates undecim, & Comites decem & ſeptem: quod enim Regis cauſa tractanda eſſet, frequens conventus adfuit. Cum igitur Rex maxime pius, & religionis tenaciſſimus caſtos ante ſuſceptum regnum duplici ſe obligatum intelligeret juramento, altero dato Ervigio de filiorum atque uxoris ejus defenſione, nec in eos quicquam damni inferri ab aliquo ſe paſſuram; altero quod populo ex debito præſtitiſſet de miniſtranda illi juſtitia abſque aliqua perſonarum acceptione: cum utrumque ſimul implere impoſſibile exiſtimaret, neque alteri abſque alterius diſpendio ſatisfacere poſſe: conſulendam Synodum ſtatuit, quid eſſet ſibi faciendum. Sic igitur hoc anno, qui & primus ejuſdem Regis numeratur, Æra ſeptingenteſima vigeſimaſexta, quinto Idus Majas, cum in unum dicti conveniſſent Epiſcopi in Eccleſia Apoſtolorum Petri, & Pauli, ipſe Rex ingreſſus eſt in Synodum, petitionemque ſuam ſcriptis conceptam legendam tradidit. Sed antequam de ipſa agamus, qualis fuerit religioſiſſimi Regis ingreſſus in locum ubi conſeſſus aderat ſanctorum Patrum, ex ejuſdem Synodi Actis hic deſcribamus in exemplum Orthodoxorum Principum: hæc enim ibi leguntur:

II. Dignum exemplum Catholici principis. *Adfuit idem ſereniſſimus Egica Princeps placida devotionis arce ſublimis, & ſtrenua culminis reclinatione laudabilis; quique in medio Pontificum poſitus, humoque proſtratus, ſacerdotum Dei ſe commendat orationibus. Deinde ſurgens, & ſufficienti exhortatione Concilium allocutus, innexa tomo ſui culminis vota Dei ſacerdotibus tradidit relegenda.* Erat ejus exordium: *Ecce beatiſſimi Patres, &c.*

Ann. Eccl. Tom. XII.

Habetur integer ipſe tomus Actorum primordiis poſitus. His acceptis, ex more Patres de iis, quæ ad fidem Catholicam ſpectant, agere aggreſſi ſunt, præmiſſaque ex ſacroſanctis œcumenicis Conciliis Catholica confeſſione, ea quæ ante biennium a Benedicto Romano Pontifice fuerant in ſuis ipſorum litteris adnotata examinantes, recte pieque atque ex Patrum ſententia eſſe prolata docuerunt.

Præter illa autem, quæ de his ſub Benedicto Pontifice de eadem controverſia dicta ſunt, hic non omittendum, in iſta Synodo ipſum Julianum Epiſcopum Toletanum, cui eadem omnia ejuſdem Concilii ſcripta tribuuntur, paulo licentius inſultaſſe in Romanum Pontificem. Senſit hoc atque ſugillavit veritatis amator & pietatis optimus cultor, qui erudito ſtylo poſtremam manum appoſuit rerum Hiſpanicarum hiſtoriæ, Hiſpanus & ipſe, ſed affectu privato carens, Joannes Mariana dignus profeſſor Societatis Jeſu, cujus ſunt hic mihi reddenda verba, ſed prius illa ponenda, quæ in Synodo ſcripta leguntur, quibus Julianus ipſorum auctor æſtimatus fuerit correctione dignus: ſunt hæc ipſa, dum de alimis capitibus a Benedicto Papa notatis agitur: *Tertium ſane, quartumque capitulum continentes, non ſolum ſenſum, ſed & ipſa pene verba ex libris beatorum Ambroſii atque Fulgentii nos prælibaſſe monſtravimus, quibus ea prædictos viros dogmatizaſſe ſcimus: quos quia celebres in toto orbe doctores ſeriata Eccleſiarum Dei vota percenſeunt, non illis eſt ſuccenſendum, ſed potius ſuccumbendum: quia omne quod contra illos ſapitur, a recta fidei regula abhorrere ſentitur.* Et paulo poſt: *Jam vero ſi poſt hæc & ab ipſis dogmatibus Patrum, quibus hæc prolata ſunt, in quocumque diſſentiant: non jam eſt cum illis amplius contendendum; ſed majorum, directo calle, inhærentes veſtigiis, erit per divinum judicium amatoribus veritatis re-* III. Julianus Toletanus correctione dignus.

N 2 *ſpon-*

PAGIUS SÆC. VII. | ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6181.

Anno Æræ Hiſpan. DCCXXVI. | ☉ 25. ED. ☽ 5. P. 29. Mart. Indict. 1.

Anno Hegiræ LXIX. inchoato die 6. Julii fer. 2. | JESU CHRISTI 688.

SERGII PAPÆ 2.

JUSTINIANI JUN. IMP. 4.

A.C. 688. I. Poſtconſulatus. II.

HIc annus iſta formula notatus: *Anno Juſtiniani Jun. IV. Poſt Conſulatum ejus IV.* A num. I. ad IX. Concilium Toletanum XV. celebratum eſt *anno primo Sereniſſimi & Orthodoxi Egicanis Principis, ſub die V. Iduum Majarum, Era DCCXXVI.* ut in eo legitur, ideoque a Baronio hoc anno recte conſignatum. Ei præfuit *Sanctus Julianus* Toletanus Antiſtes, & LX. alii Epiſcopi interfuere. Agitata in eo quæſtio non parum obſcura circa propoſitiones quaſdam ab Epiſcopis Hiſpaniæ prolatas, & *Benedicto* II. Papæ ſuſpectas. Epiſcopi enim de Divinis Perſonis loquentes dixerant: *Voluntas genuit Voluntatem;* ac præterea: *Sapientia genuit Sapientiam.* Agitata & quæſtio alia circa id quod illi affirmarant, tres ſubſtantias in Chriſto Dei Filio eſſe: quod Concilium multipliciter exponit, & quomodo Catholico ſenſu & abſque ullo errore dictum fuerit, oſtendit. In iſto præterea Concilio, rogante Rege *Egica*, de juramenti forma atque vi diſceptatum eſt: *Ervigius* enim ejus Deceſſor eum Regalque Proce- *Concilium Toletan. XV.*

ces

ſponſio noſtra ſublimis, etiam ſi ab ignorantibus æmulis cenſeatur indocilis. Iſta quidem ibi, ſed utrum dulcedine charitatis, an amaro zelo, ex guſtu ipſo facile eſt judicium facere: ſed & utrum ex ſpiritu veritatis, an erroris, provoco lectorem ad ea quæ ſæpe ſuperioribus tomis dicta ſunt, nimirum, omnium ſcriptorum Eccleſiaſticorum doctorum arbitrum eſſe Romanum Antiſtitem, atque de his ſingulis eſſe judicem Apoſtolicam ſedem.

IV. Probatur ſententia Joan. Mar. Sed audi modo Joannis de ejuſmodi Juliani ſententia judicium gravi lance perpenſum, atque ita prolatum: *Nobis*, inquit, *aliquanto liberior viſa eſt, quam ut Juliani modeſtiam erga Romanum Pontificem, ſummum Eccleſiæ doctorem deceret. Et nimirum de ingenii laude cui quicquam concedat, rarus eſt, & in ardore diſputandi modum tenere difficile. Erat enim Julianus eruditionis laude ea ætate celebris, ut ejus libri teſtantur, ac præſertim opus quod Prognoſticon ſæculi venturi nominavit, liberque de ſex ætatibus, qui libri ad noſtram ætatem conſervati ſunt, alii injuria temporum deſiderantur: Fuit ex Judæorum ſanguine propagatus, Eugenii tertii diſcipulus, &c.* Iſta quidem ipſe. Ex Judæis (ut vidimus) Julianus ad Eccleſiam veniens, doctrina fulgens, nomine celebris ad primariæ in Hiſpania Eccleſiæ Epiſcopatum ex neophyto evectus eſt, quod in primitiva Eccleſia nonniſi Apoſtolica indulgen-
(a) 1. Tim. 3. tia licuiſſet, prohibente Apoſtolo (a) ordinari neophytum, ne (ut ait) *in ſuperbiam elatus, in judicium incidat diaboli.* Nos reliqua proſequamur hiſtoriæ.

V. Probat Sergius factam declarationem. Cum autem quæ elucidata ſunt in hoc Concilio de objectionibus factis a Benedicto Pontifice innotuiſſent Sergio Papæ ab eodem magnis ſunt laudibus celebrata. Conſtat id quidem Roderici Toletani Epiſcopi teſtificatione. Sicque cognitum patefactumque fuit Romanam Eccleſiam haud ſerere lites diſſenſioneſque curare, ſed rectam ſententiam de fide Catholica ab omnibus exigere, exactamque recipere, gaudereque de filiorum in fide integra ſanitate: ut illud Joannis Apo-
(b) Joan. 3. ſtoli (b) In ore habeat, cordeque retineat: *Gaviſus ſum valde, quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate.* Addit idem Rodericus, miſiſſe poſt Synodum Julianum Epiſcopum Toletanum legatos Romam ad Pontificem: ait enim: *S. Julianus veridicto teſtimonii in hoc Concilio decimoquinto ad exactionem præfati Principis per oracula eorum, quæ Romam tranſmiſerat, verum eſſe affirmavit, & apologeticum fecit, & Romam miſit per ſuos legatos presbyterum, diaconum, & ſubdiaconum viros eruditiſſimos, & in omnibus Dei ſervos, & in divinis ſcripturis imbutos, cum verſibus etiam acclamatoriis, ſecundum quod & olim tranſmiſerat de laude Romani Imperii. Quod Roma digne & pie recipiens, cunctis legendum indixit; atque Imperator acclamando, Laus tua Deus in fines terræ, lectum ſæpius notum fecit.* Hic adverte, lector, loco Pontificis, in codicem irrepſiſſe nomen Imperatoris; ne fallaris: alioquin mendacii arguendus ipſe Rodericus eſſet, cum conſtet Imperatorem non Romæ, ſed Conſtatinopoli habitaſſe, nec Urbem unquam viſiſſe. Pergit vero de ipſo Romano Pontifice iſta dicere, ad quæ referenda ſunt ſuperiora: *Qui & reſcriptum domino Juliano per ſuprafatos legatos cum gratiarum actione & cum honore remiſit; & omnia quæcumque ſcripſit, juſta & pia eſſe deprompſit.* Fuit iſte, qui tunc Romanæ Eccleſiæ præerat Sergius Papa.

His vero pertractatis, de duobus ſibi invicem adverſantibus Regis juramentis VI.
facta eſt quam exactiſſima diſputatio. Itaque ad exactam rei cognitionem juſſa ſunt legi verba, quibus primum præſtitum Ervigio Regi conceptum tunc fuit juramentum; quæ hic deſcribenda putavimus: ſic enim ſe habent: *Circa cognatos meos, filios veſtros, quos de glorioſa conjuge veſtra, domina mea Leubigitone Regina progenitos habere videmini, tam carum me amicum in ſincera mentis dilectione ſine fraudolenta calliditate exhibere & eſſe polliceor, & ita cum eis in effectu dulcedinis & charitatis omnibus diebus vitæ meæ vivere ſpondeo, ut nec ipſos, nec partem eorum pro quibuſlibet capitulis, aut ordinibus, vel occaſionibus quolibet tempore inquietare aut ſtimulare debeam: nec ullum dolorem, ullamque malitiam in corde vel animo meo contra eos amodo, & deinceps quandoque retinebo, aut excogitabo: neque aliquam occaſionem aut argumentum enutribo, per quod aut præfata ancilla veſtra, ſponſa mea, ſive jam nominati filii veſtri, qui de totiens dicta clementiſſima conjuge veſtra domina mea Leubigitone Regina progeniti ſunt, aut in maximum, aut in modicum conturbeatur vel ſtimulentur, excepto propter juſtiſſimæ*

Juramentum Egicanic Ervigio præſtitum.

PAGIUS res adegerat, viduæ Reginæ & filiorum ejus præſidium incolumitatemque jurare. Quid decretum fuerit quoad juramentum, refert Baronius num. VII. Quoad vero quæſtiones mox memoratas, Patrum auctoritate ſancitum eſt, non eſſe adverſus Chriſtianam pietatem aſſerere in Deo voluntatem ex voluntate procedere, Chriſtumque Deum ex tribus ſubſtantiis conſtari: cum ſubſtantiæ nomen in naturæ eſſentiæque ſignificatione uſurpari conſueverit, & abſtractæ voces nempe formam ſignificantes, ſæpe pro concretis Veterum Scriptoram abuſu ſumantur.

Ad

*mas cauſas, unde legalis mihi veritas patuerit, quas ut cum charitatis affectu ad eoſdem cognatos meos quærere debeam, mihi licentiam reſervo, & tam de promiſſima dilectione & charitate eorum numquam recedam. Nam & pro cauſis eorum, quas aut ipſi contra quaſlibet perſonas habuerint, aut ſi quicumque contra eos pro quibuſdam rebus intenderint, ita uſque quoad vixero, in earumdem filiarum veſtrarum adjutorium cum omni mentis meæ intentione, in quantum valuero & Deus mihi dederit poſſe, exurgebo * & intendebo *, veluti ſi pro cauſa propria mea, ut nec illi damnum aut perditionem quamcumque ſuſtineant, & negotia earum cum Dei auxilio, me intendente, agente, & proſequente, celerem ad effectum perveniant.* Hactenus promiſſio ab Egicane Ervigio facta, ac juramento firmata.

* exurgam. * intendam.

VII. His auditis, cognita poſt hæc ſunt, quæ idem Rex itidem juramento populo ex more promiſit, nempe juſtitiam ſe illi integre redditurum, neque contra juſtitiam quemquam eſſe læſurum. Cum res deducta eſſet ad Synodale judicium, judicatum eſt ea ex parte promiſſionem, vel juramentum ſubſiſtere, qua filiis ejus eſt pollicitus adverſus omnes protectionem atque defenſionem: ea vero ex parte qua conſultum fuit juſtitiæ, & obſtructus aditus iniquitati, ſuo robore debere conſiſtere, utpote congrua iis, quæ ipſe populo juramento pariter promiſiſſet. His itaque in hunc modum ſententia Synodi definitis, optatus finis impoſitus eſt.

Sunt rerum Hiſpaniæ ſcriptores, qui eumdem Egicanem Regem odio plus æquo indulſiſſe tradant, ut qui filiam Ervigii in conjugem acceptam repudiaſſe dicunt, vindictamque ſumpſiſſe de nobilibus compluribus, quorum arte fuiſſet Vvamba Rex privatus regno. Quod autem ad repudium pertinet; ſi factum eſt, nonniſi ex cauſa ſacris legibus approbata factum oportuit. Quæ enim vigebat Hiſpanorum Epiſcoporum vigilantia in cuſtodia ſacrorum canonum, & in Regem præſcripta auctoritas id exiſtimare nos cogit: quod vero ad reliqua, etiam teſtificatio Synodalis eum liberum immunemque reddit. Accipe rogo, quæ de ipſo Patres habent in Concilio Toletano decimoſexto (a):

(a) Conc. Tol. 16. c. 8.

VIII. Egicania Regis virtutes.

Glorioſiſſimus etenim ac ſereniſſimus dominus noſter Egica Rex, ferventiſſimo amoris Chriſti igne ſuccenſus, & ſancta Chriſtianis ope perfunctus, inimicorum Chriſti perfidiam, illud propheticale vaticinium ſequens. Nonne (b) qui oderunt te Deus, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? utpote verus Chriſticola, obnoxias prætereo decernit, Eccleſiæ Dei ſtatum vigilanti inſtantia tueri diſponit, ſanctis Dei baſilicis ſe munificum exhibet, tributorum impenſiones populis moderamine diſcreto remittit, malignos contra ſe obſtinatione agentibus animi liberalitate gratiſſima ac piæ miſerationis ſubſtantia ignoſcere conſuevit; multos quoque qui conſtricti ſunt, liberos (ſecundum prophetam c) omne onus diſrumpendo, in ingenuitatis ſtatu reformat, atque in diverſis ſanctæ Eccleſiæ ſtudiis exercendo præpollet. Hæc patres, quos abſit credere turpiter adulatos. At de Concilio Toletano decimoquinto hactenus.

(b) Pſal. 138.

(c) Iſai. 58.

IX. Obitus Theodorici Regis.

Quod pertinet ad regnum Francorum: mortuo Theodorico, quem regnaſſe tradunt annos decem & novem, ſubrogatus eſt ejus filius Clodoveus hujus nominis tertius, tenuitque regnum annos quatuor. Rejiciunt vero alii obitum Theodorici in annum ſuperiorem: ſed magis huic chronologiæ aſſentiri videtur Angradus (d) monachus, dum annum decimumtertium ejuſdem jungit anno Domini ſexcenteſimo octogeſimo ſecundo: qua ratione, cum eum regnaſſe tradant annos (ut dictum eſt) decem & novem, ultimus hic annus numerabitur Theodorici, poſt quem incipiunt numerari anni

(d) Angr. in vit. S. Ansberti Epiſc. Rothom. apud Sur. die 9. Feb.

PAGIUS III. *Theodorici III. Regis Francorum obitus.*

Ad num. IX. De anno emortuali *Theodorici* III. Francorum Regis inter Eruditos non convenit. Hadrianus Valeſius lib. 22. annum DCXC. Cointius annum DCXCII. Henſchenius in Exegeſi ad Diatribam *de Tribus Dagobertis*, præfixa Tomo III. Sanctorum menſis Aprilis, eumdem annum vel inſequentem elegere. Verum eum anno ſexcenteſimo nonageſimo primo vivere deſiiſſe, impoſterum certum eſſe debet: cum ex iis, qui mortem *Theodorici* III. alio anno conſignarunt, alii Regnum ejus, alii annos *Clodovei* III. ejus filii ac Succeſſoris mutilare coacti fuerint, ut ſuo loco oſtendatur. Præterea *Theodorico* III. annos novemdecim attribuunt *Erchanbertus*, qui Breviarium Regum Francorum ac Majorum Domus Carolo Martello adhuc vivente publicavit, Auctor de Geſtis Regum Francorum Erchamberto antiquior cap. 49. & Ado. Quare cum anno DCLXXIII. regnare cœperit, anni illi XIX. utrimque incompleti intelligendi. Confirmat hanc ſententiam Continuator Fredegarii, qui cap. 101. de Theodorico ſcribit: *Regnavit annos XIV.* in tribus ſcilicet Franciæ Regnis, & ab anno DCLXXVIII. quo *Dagobertus* II. occiſus eſt. Sicuti enim Scriptor iſte annos tantum Monarchiæ Clotarii III. ita & ſolum annos Monarchiæ Theodorici III. numeravit. Nec eſt quod quis dicat, annos illos XIV. completos intelligendos eſſe, ideoque *Theodorici* mortem in annum DCXCII. differendam; obſtat enim initium *Clodovei* III. quod ab anno DCXCI. removeri non poteſt.

IV. *Ad annum DCXCI. differendus.*

Denique Annaliſta Metenſis ad annum DCXCIII. durationem Regni Theodorici Regis exacte numeravit: *Qui antequam vinceretur a Pippino annis XIV. victus vero ſub eodem regnavit III. annis, moritur. Cui ut jam dicta pietatis affectum, filium ejus parvulum nomine Clodoveum a Pippino ordinatur in Regem.*

An-

Clodoveus tertius Rex Francorum.

ni quatuor Clodovei ejus filii. Porro jam ipſi Francorum Reges, ſiva quod puerili ætate regnum caperent, ſiva ſocordia, val voluptuoſæ vitæ cupidine, jam imbelles penitus redditi, procul aberant ab adminiſtratione curaque regni: adeo ut in ducibus exercituum, quos Majores domus vocare conſueverunt, totum aſſet regimen collocatum. Ita quidem res uſqua ad annum Redemptoris ſeptingenteſimum quinquageſimum tranſtulerunt.

Chri-

PAGIUS [1] Anni illi XIV. ab anno DCLXXIII. quo Principatum ſuſcepit, ad menſem Junium vel Julium anni DCLXXXVII. ſuxere, integrique ſarce; ab eoque Chriſti anno uſque ad annum DCXCI. triennio, & aliquot menſibus ab iſto Annaliſta neglectis regnavit. Quæ mihi certa ſtabat ſententia, antequam annum Theodorici emortualem diserte notatum vidiſſem in Chron. Hermanni Contracti ex editione Caniſii ad annum DCXCI. *Apud Francos Theodoricus Rex anno Regni XIX. moritur*. Neque quidquam alicujus momenti adverſus hanc noſtram ſententiam, afferei poteſt. Baronius enim ideo *Theodorici* Regis mortem cum hoc anno alligavit, quia in Vita Sancti Audoeni ab *Aigrado* ſcripta, annus XIII. Theodorici cum anno DCLXXXII. coniungitur. Verum nota illa temporaria, aliæque in illam Vitam a poſterioribus infartæ, ut eo anno jam diai, quia Aigradi tempore, anno ſcilicet circiter DCC. Era Dionyſiana a Scriptoribus Gallicis non uſurpabatur, Vixit *Theodoricus* annos triginta novem; & e *Chrotilde* uxore tres ei filii nati, *Clodoveus* III. ejus Succeſſor, *Childebertus* III. & *Clotarius* IV. qui uterque etiam regnavit, ut ſuo loco diretur.

V. *Pippinus Heriſtallus Alpaidem ſibi ſociat.* Hoc circiter anno *Pippinus*, *Heriſtallus* vulgo cognominatus, *Alpaidem* ſibi conjugem ſociavit, ex qua ſuſcepit *Carolum Martellum*, qui cum mortuus ſit anno DCCXLI. jam quinquagenarius, & *Pippinum Brevem* filium natu minorem ex *Rotrude* genuerit anno DCCXIV. apparet hoc matrimonium hoc circiter anno peractum eſſe. Jam antea *Plectrudem* nobiliſſimam matronam conjugem habebat, & ex ea duos filios ſuſceperat, *Drogonem* ſeu Drocnm, & *Grimoaldum*, quorum prior Ducatum Campaniæ ad Auſtraſiam pertinentis, natu vero minor Palatii Neuſtraſiani Præfecturam poſtea accepit, ut teſtatur Continuator Fredegarii cap. 103. qui cap. 103. ait: *Pippinus aliam duxit uxorem nobilem & elegantem nomine Alpheidam, ex qua genuit filium, vocavitque nomen ejus lingua propria Carolum, crevitque puer elegans, atque egregius effectus*, quod & legitur in Geſtis Regum Francorum cap. 48. Quibus ex verbis Scriptores quidam ſæculi Eccleſiæ undecimo, & noſtra ætate Cointius hoc anno num. II. ac Hadrianus Valeſius lib. XXII. deduxere, *Plectrudem* a marito repudiatam fuiſſe; [2] cum tamen Pippinus *Alpaidem* concubinam toro ſuo tantum adſciverit, retenta ut prius legitima uxore, cujus honori & dignitati nihil diminutum eſt. Sub Merovingica enim ſtirpe Francorum Reges plures ſimul uxores ſæpe ducebant contra præcepta Religionis Chriſtianæ, licentia culpabili, quæ tamen cohiberi non poterat, ut de *Dagoberto* primo loquentes oſtendimus. Quare Cointius, & Valeſius a libello repudii, qui extat inter Marculfi Monachi formulas lib. 2. cap 30. decepti. Ea formula enim, quæ ibi recitatur, liquet, conſuetudinem illis temporibus invaluiſſe, ut poſt divortium mutuo conſenſu celebratum, vir & uxor matrimonium cum aliis contrahere poſſent. At tunc non tantum hæc conſuetudo, ſed & ea, de qua mox loquuti ſumus, vigebat. Hinc Auctores, qui ante undecimum Eccleſiæ ſæculum ſcripſere, *Alpaidem* uxorem Pippini, eamque legitimam vocant, nulla pellicatus mentione facta, non quod *Plectrudis* repudiata fuiſſet, ut male eos interpretantur Valeſius & Cointius citati; ſed quia revera *Alpais* ab eo in matrimonium ducta fuerat.

VI. *Corpus S. Leonis M. a Sergio PP. translatum.* Hoc anno *Sergius* Papa Sancti *Leonis* Papæ hujus nominis primi corpus, quod in abdito Inferioris Secretarii Baſilicæ Sancti Petri poſitum fuerat, in decentiorem locum tranſtulit, ut anno CCCCLXI. oſtendimus partim ex Anaſtaſio, partim ex Epitaphio ejus, in quo legitur: *depoſitus eſt III Idus .... & iterum translatus huc a Beato Papa Sergio IV. Kal. Indict. I.* quæ menſe Junio hujus anni in curſu erat. Præterea dies XXVIII. Junii in Dominicam incidit, quo die Tranſlationes de more factæ. Nomen menſis quod deſideratur, Aprilis eſt, cujus die XI. nunc Sanctus *Leo* Magnus Officio Eccleſiaſtico colitur. Ex hac Tranſlatione evertitur ſententia Papebrocii in Conatu Chronico-Hiſtorico ſcribentis, Sergium die XXII. menſis Novembris hujus anni Pontificem Romanum ordinatum eſſe; cum jam menſe Junio ea Tranſlatio ab eo facta fuerit. Legenda tamen quæ de ea anno CCCCLXI. diximus. Concilium *Rotomagenſe*, de quo anno DCLXXXII. locuti ſumus, huc revocandum. Ad hunc etiam annum pertinet mors *Bertaridi* Langobardiæ Regis, de qua anno DCXCI. ſermo erit.

NOTÆ [1] Sub hoc forte Clodoveo collocanda eſt Synodus illa Rothomagenſis, quam e MS. Beccenſi Codice vulgavit P. Beſſin in Collectione Conciliorum Normanniæ, & ex illa deducta eſt in amplam Conciliorum Collectionem Venetam, tom. 7. col. 402. In ejus titulo legitur acta ſub *Hlodoveo* glorioſo Rege, quo nomine Clodoveos ſæpe deſignatos fuiſſe, certum eſt. Extant hujus Canones 16. ad diſciplinam Eccleſiaſticam præſertim ſpectantes. MANSI

[2] Ea quæ hic Pagius ſimplici conjectura aſſeruit, de Plectrude, quam minime repudiatam a Pippino contendit, egregie confirmat, atque demonſtrat duplex Charta Pippini, quam e tabulario Epternacenſi exhibent Collectores Veterum Monumentorum tom. 2. col. 25. & 20. Altera ex illis data eſt III. Id Majas anno XII. Chilperici, ideſt anno 706. alia vero anno IV. Dagoberti, anno 714. de qua fuſius agemus in Nota ad A. 709. 9. Utrique vero Pippinus cum Plectrude, quam illuſtrem matronam ſuam, & conjugem idem Pippinus appellat conjunctim ſubſcribunt, quæ ſane indicia ſunt Mariti uxorem caſto amore proſequentis, non viri uxorem a toro repudiantis. MANSI

I. CHriſti annus ſexcenteſimus octugeſimusnonus ſecunda inchoatur Indictione, quo & ſecundum ſui Pontificatus annum Papa Sergius inchoavit: cum ſanctus Ceadualla Rex Occidentalium Saxonum pietatis ergo peregrinatus Romam ad limina Apoſtolorum, illic exoptatum diem clauſit extremum. Hæc Beda his verbis (*a*): *Anno autem regni Aldfridi tertio Ceadualla Rex Occidentalium Saxonum, cum genti ſuæ duobus annis ſtrenuiſſime præeſſet, relicto Imperio propter Dominum regnumque perpetuum, venit Romam*. Sed ante in itinere in minorem Britanniam navigio veniens, inviſit ſanctum Vulmarum Abbatem, a quo de rebus divinis abunde eruditus eſt: habent enim hæc pluribus ejuſdem ſanctiſſimi viri Acta (*b*). Inſuper auctor eſt Paulus (*c*) diaconus eumdem Regem Romam venientem in itinere exceptum hoſpitio fuiſſe a Cuniberto Longobardorum Rege, atque honorifice habitum.

Ceaduallæ Regis Anglor. peregrinatio, baptiſmus & obitus.

(*a*) Beda l. 5. c. 7.

(*b*) *Apud Sur. die 20. Julii.*

(*c*) *Paul. diac. l. 6. c. 15.*

II. Pergit vero Beda cœptam narrationem: *Venit Romam, hoc ſibi gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, ut ad limina beatorum Apoſtolorum fonte baptiſmatis ablueretur, in quo ſolo didicerat generi humano patere vitæ cæleſtis introitum; ſimul etiam ſperans, quia mox baptizatus, carne ſolutus, ad æterna gaudia jam mundus tranſiret: quod utrumque ut mente diſpoſuerat, Domino adiuvante, completum eſt. Etenim illo perveniens, Pontificatum agente Sergio, baptizatus eſt die ſancto ſabbati Paſchalis, anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo octogeſimonono; & in albis adhuc poſitus, languore correptus, duodecimo Kalendarum Majarum die ſolutus eſt a carne, & beatorum eſt conſortio ſociatus in cælis. Cui etiam tempore baptiſmatis Papa memoratus Petri nomen impoſuerat, ut beatiſſimi Apoſtolorum principis, ad cujus ſacratiſſimum corpus per longa locorum intervalla pio ductus amore venerat, etiam ſanctiſſimum nomen referret: qui in ejus quoque Eccleſia ſepultus eſt.*

III. *Et jubente Pontifice, epitaphium in ejus monumento ſcriptum eſt, ut & memoria devotionis ipſius fixa per ſæcula maneret, & legentes quoque vel audientes exemplum facti ad ſtudium religionis accenderet. Scriptum eſt ergo hoc modo:*

Epitaphium ſepulcri Ceadualla Regis.

Culmen, opes, ſobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuvias, proceres, mœnia, caſtra, lares,
Quaque patrum virtus, & quæ congeſſerat ipſe,
Ceadual armipotens liquit amore Dei:
Ut Petrum, ſedemque Petri Rex cerneret hoſpes,
Cujus fonte meras ſumeret almus aquas,
Splendifienmque jubar radianti carperet hauſtu,
Ex quo vivificus fulgor ubique fluit.
Percipienſque alacer redivivæ præmia vitæ,
Barbaricam rabiem, nomen & inde ſuum
Converſus convertit ovans, Petrumque vocari
Sergius Antiſtes juſſit ut ipſe pater.
Fonte renaſcentis, quem Chriſti gratia purgans,
*Protinus ablatum * vexit in arce poli.* * *albatum.*

Mi-

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſpan. DCCXXVII

Anno Hegiræ LXX. inchoato die 25. Junii fer. 6.

A.C. 689.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6182.

☉ 26. C. ☽ 6. P. 11. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 689.

SERGII PAPÆ 3.

JUSTINIANI JUN. IMP. 5.

HIc annus iſta formula notatur: *Anno Juſtiniani Jun. V. Poſt Conſulatum ejus V.*

I. *Poſtconſulatus.*

II. A num. I. ad IX. Beda in Epitome ſcribit: *Anno DCLXXXVIII. Cedwald Rex Occidentalium Saxonum Romam de Britannia pergit*. Juxta quæ verba explicandum quod habet lib. 5. cap. 7. *Anno Regni Aldfridi tertio, Cedualla Rex Occidentalium Saxonum, cum genti ſuæ duobus annis ſtrenuiſſime præeſſet, relicto Imperio propter Dominum, Regnumque perpetuum venit Romam*, quo baptizaretur a Sergio Papa, ut mox videbimus. Regnare cœpit in Northumbria *Alfridus* die XX Maii anni DCLXXXV. quo etiam anno *Cedvalla* Saxonum Occidentalium Regni poſſeſſionem iniit. Quare non hoc anno ſed ſuperiori, is Regnum abdicavit, Romamque profectus eſt: *Abeunte autem Romam Cedualla, ſucceſſit in Regnum Ine de ſtirpe Regia*, inquit ibidem Beda, ideoque Cedvalla annis duobus, & aliquot menſibus, antequam Regnum abdicaret, illo potitus fuerat. *Ina* tritavus fuit *Cerdicus*, qui Regnum Weſtſaxonum, ideſt, Occidentalium Saxonum primus adeptus eſt, ut docet Joannes Bromton in Libro de Regno Weſtſaxiæ. *Ina* ſorores fuere *Sancta Cuthburga* & *Coenburga* Abbatiſſæ, de quibus infra.

Cedvalla Rex Saxonum Occident. Regnum abdicat.

III. In Vita Sancti Wlmari Abbatis recitata a Surio ad diem XX. Jul. & ab Auctore Anonymo ſcripta, legitur, *anno Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo octogeſimo octavo* veniſſe ad illum Cedvallam jam in Britannia factum Catechumenum, *ut ab eo in fide Jeſu Chriſti magis inſtrue-*

Floret S. Vlmarus Abbas.

re-

Mira fides Regis, clementia maxima Chriſti,
Cujus conſilium nullus adire poteſt.
Soſpes enim veniens ſupremo ex orbe Britanni,
Per varias gentes, per freta, perque vias,
Urbem Romuleam vidit, templumque verendum
Aſpexit Petri, myſtica dona gerens.
Candidus inter oves Chriſti ſociabilis ibit:
Corpore nam tumulum, mente ſuperna tenet.
Commutaſſe magis ſceptrorum inſignia credas.
Quem regnum Chriſti promeruiſſe vides.

Poſt verſus hæc ſequebatur inſcriptio, qua & nota temporis ponebatur his verbis:

Tempus obitus.

HIC DEPOSITUS EST CEADVALLA QVI ET PETRVS REX SAXONVM SVB DIE DVODECIMO KALENDAR. MAIAR. INDICT. SECVNDA. QVI VIXIT ANNOS PLVS MINVS TRIGINTA. IMPERANTE DOMINO IVSTINIANO PIISSIMO AVGVSTO, ANNO EIVS CONSVLATVS QVARTO. PONTIFICANTE APOSTOLICO VIRO DOMINO SERGIO PAPA ANNO SECVNDO.

Eſt enim hic ipſe annus, quo Sergius Papa agit in Pontificatu annum ſecundum.

IV. Quod Ceadualla fuerit Rex Britannus.

Quod vero ad recitatum ſoluta oratione ſcriptum epitaphium pertinet, errorem irrepſiſſe putarunt aliqui; ſive quod ita depravatum illud acceperit Beda; ſive quod qui ab eo poſtea exſcripſit, gentilium ſuorum affectui plus ſatis indulgens, verba mutaverit, ut quem ſciret Regem eſſe Britannorum, fecerit eſſe Saxonum, id ipſumque in textu Bedæ mutarit. Abſit enim de adeo venerabili ſacerdote id vel leviter ſuſpicari, ut amore gentis ſuæ, detraxerit alienæ, arripiens quod ſuum non erat, ſuæque tribuens, quod ſciret alterius eſſe. Sane quidem, quod in epitaphio legitur, REX SAXONUM, legendum eſſe, REX BRITANNORUM, hiſtorici complures, qui res Britannorum ſunt proſecuti, teſtantur. Noviſſime vero doctiſſimus Sanderus, parcens Bedæ, modeſtiæ cauſa, in Paulum diaconum converſus, ait: *Paulus diaconus de geſtis Longobardorum: Ceadualdus, inquit, Rex Anglorum Saxonum (melius dixiſſet, Rex Britonum, ut eſt apud Ganfridum libro nono de geſtis Britannorum) ad Chriſtum converſus, Romam properavit, ubi a Sergio baptizatus, ad cælum tranſiit.* Hæc ipſe, nihil in Bedam. Verum potuit (ut ſuperius dictum eſt) ob devictos Saxones homo Britannus dici Rex Saxonum.

Porro a Beda tres ejuſdem nominis poſiti inveniuntur Reges Britanni: primus quidem ſub anno Domini ſexcenteſimo trigeſimotertio, quem interfectorem fuiſſe tradit Eduini Anglorum Regis, cumque Britonum fuiſſe Regem affirmat: ſecundum vero Ceaduallam fuiſſe illum re- V. De aliis Cedualis.

PAGIUS *retur, & confirmaretur.* Natus erat *Volmarus* in pago Bononienſi in Villa Sylviaco nuncupata, & tria jam Monaſteria conſtruxerat, *Ekenſe* in Diœceſi Morinenſi, & alia duo in ſuo prædio, *Sylviacenſe* Virorum, in ſua ſcilicet patria, & aliud puellare, quod inde vix uno lapide diſtabat, quod Willericuſe, nunc *Voirre*, appellatum fuit. Poſt illum cum Rege Saxonum congreſſum, nonnulla miracula, quibus inſignis ille Abbas inclaruit, commemorat Anonymus, & deinde de ejus morte loquitur, quam dicit contigiſſe *XIII. Kal. Auguſti*, non expreſſo anno. Verum Mabillonius *S. Volmari* Vitam, quam interpolatam edidit Surius, ex MS. Cod. Gerardimontenſi integram exhibet Sæculo Tertio Benedictino parte I. in eaque abſunt hæc verba, *XIII Kalend. Auguſti*, quæ ideo addita ſunt ab Interpolatore, quod ad eum diem ejus nomen inſcribi in quibuſdam Martyrologiis legiſſet, quibus ſimilibus additamentis non raro Vitæ Sanctorum reſperſæ. Mabillonius tamen dicit, certum eſſe Wimarum deceſſiſſe *XIII. Kalend. Auguſti*, quia eo die Uſuardi Martyrologium Auctoris ætate ſcriptum ſic præfert. At Sanctos aliis, quam quibus obierint diebus, ſæpe coli, mille exemplis liquet. Recte tamen obſervat Mabillonius, *Volmari* mortem contigiſſe circa an. DCCX. quia, ut ex ejus Vita num. 10. conſtat, Monaſterii *Sylviacenſis*, quod nunc unitum eſt Congregationi S. Mauri, anno DCLXXXVIII. fundamenta poſuit, & annis minimum viginti apud *Sylviacum* morari eum oportuit, ut duo triave Monaſteria numeroſo diſcipulorum cœtu impleret. Sed redeo ad Cedvallam.

IV. Cedvalla Rex baptizatur & moritur.

Paulus Diaconus lib. 6. cap. 15. refert eum in itinere a *Cuniberto* Langobardorum Rege honorifice ſuſceptum fuiſſe; ubi tamen perperam Cedvallam vocat *Theodoaldum, Regem Anglorum*. Porro hinc intelligimus *Bertaridum Cuniberti* Deceſſorem tunc vita functum fuiſſe, quem tamen Baronius ad annum DCXCI. perveniſſe exiſtimavit. *Cedvalla illo* (ſc. Romam) *perveniens, Pontificatum agente Sergio, baptizatus eſt die Sancto Sabbati Paſchalis, anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo octuageſimo nono: & in albis adhuc poſitus langore correptus, duodecimo Kalendarum Maiarum die ſolutus eſt a carne*, &c. inquit Beda citatus. Baronius Cedvallam *Sanctum* appellat, uti Auctor Martyrologii Anglicani in utraque editione, eumque ſecutus Alfordus in Annal. Eccleſiaſt. Angl. Verum, ut notat Bollandus in Prætermiſſis ad diem XX. Aprilis, Harpsfeldus Sæculo 7. cap. 24. ab omni titulo *Sancti & Beati* abſtinet; neque ejus meminere Witfordus in ſuo Martyrologio Anglice anno MDXXVI. excuſo; nec etiam Porterus in Floribus Præcipuorum Sanctorum Angliæ

(a) Beda l. 4. c. 15.

reperias, de quo idem meminit Beda (a) anno (ut colligitur ex ſcriptis ejus) ſexcenteſimo ſeptuageſimooctavo, quem dum tradit fuiſſe ætate juvenem, plane diverſum a ſeniore eſſe demonſtrat: ſed & cum ipſum ſuceeſſorem habuiſſe alium Ceaduallam tradat, diverſum ab eo, qui venit Romam, de quo eſt ſermo, fuiſſe docet. De primo dum agit, Britonum Regem appellat; & licet Chriſtianum, tamen vehementem fuiſſe perſecutorem Chriſtianorum Anglorum affirmat: nam de eo iſta ſubiicit (b): *Ceadualla quamvis nomen & profeſſionem haberet Chriſtiani, adeo tamen erat animo ac moribus barbarus, ut nec ſexui quidem muliebri, vel innocuæ parvulorum parceret ætati, quin univerſos atrocitate ferina morte per tormenta contraderet, multo tempore totas eorum provincias debacchando pervagatus, ac totum genus Anglorum Britanniæ finibus eraſurum ſe eſſe deliberans: ſed nec religioni Chriſtianæ, quæ apud eos exorta erat, aliquid impendebat honoris*, &c. In quibus tamen corrupte ſcias legi Carduella, pro Ceadualla, ſive Ceduaila, prout ex eodem auctore conſpicitur, ubi ait inferius ſequenti capite (c): *Nec mora utrumque*, nempe Oſrichum Regem Deirorum, & Eanfridum Regem Berniciorum, *Rex Britonum Ceadualla impia manu, ſed juſta ultione peremit*. Quæ cum acta eſſe teſtetur anno Domini ſexcenteſimo ſexageſimotertio, nihil eſt quod dici poſſit hunc eumdem eſſe eum Ceadualla, qui Romæ defunctus eſt, quem ipſa ſepulcralis inſcriptio fuiſſe ætate juvenem docet. Hæc de primo Ceadualla Britannorum Rege; at de ſecundo hæc libro quarto (d): *Interea ſuperveniens cum exercitu Ceadualla juvenis ſtrenuiſſimus de regio genere Geviſſorum*, &c. De tertio autem mox iſta eodem capite ſubdit: *Sed is qui poſt*

(b) Beda l. 2. c. 20.

(c) Beda l. 3. c. 1. Plures Ceduallæ.

(d) Beda l. 4. c. 15.

Ceaduallam regnavit, ſimili provinciam illam afflictione plurimo annorum tempore mancipavit. Quare factum eſt, ut toto illo tempore Epiſcopum proprium habere nequiverit, ſed revocato domum Vuilfrido primo ſuo Antiſtite, ipſi Epiſcopo Geviſſorum, id eſt, Occidentalium Saxonum, qui eſſent inventi in civitate, ſubjacerent. Iſta quidem ipſe Beda de tertio Ceadualla, quem hoc eodem dictum eſſe nomine, mox iſta ſubiiciens, ſatis docet (e):

(e) Beda l. 4. c. 16.

VI. De tertio Ceadualla quid Beda.

Poſtquam ergo Ceadualla regno potitus eſt Geviſſorum, capit & inſulam Vectam, quæ eatenus erat tota idololatriæ dedita, ac tragica cæde omnes indigenas exterminare, ac ſuæ provinciæ homines pro his ſubſtituere contendit, voto ſe obligans, quamvis nondum regeneratus (ut fertur), in Chriſto: quia ſi cepiſſet inſulam, quartam partem ejus ſimul & prædæ Domino daret. Quod ita ſolvit, ut hanc Vuilfrido Epiſcopo, qui tunc forte de gente ſua ſuperveniens aderat, utendam pro Domino offerret. Hæc Beda, quæ omnia optime convenire tertio Ceaduallæ, nemo non videt.

VII. Ceadualla Britannus cur dictus Rex Saxonum.

Hæc cum ita ſe habeant, in inſcriptione nihil immutatum vel depravatum dicere jure poſſumus: ut eum ibi dicatur Rex Saxonum, non ob id poſitum hoc ſit, quaſi Britannus non fuerit, ſed ob devictos Saxones ita potius dici voluerit ob majorem gloriæ titulum, quod hoſtes vicerit, a quibus Britanni victi fuiſſent: Geviſſorum enim regni Rex ipſe erat; Geviſſos autem eoſdem dictos eſſe Saxones Occidentales, idem Beda teſtatur (f): qui ea ratione fuerit excuſandus, quod quem legerit in epitaphio dictum Saxonum Regem, ipſe vere putaverit eſſe genere Saxonem. Hæc autem ad Bedæ excuſationem a nobis dicta ſunto, adverſus quem pari conſenſu, qui poſt ipſum proſecuti ſunt Anglorum & Britannorum hi-

(f) Beda l. 3. c. 7. & lib. 4. c. 15.

PAGIUS

gliæ Scotiæ & Hiberniæ anno MDCXXXII. impreſſis.

V. Ejus Epitaphium.

Beda ibidem Cedvallæ Epitaphium jubente Sergio Papa ſcriptum exhibet, quod his verbis deſinit: *Hic depoſitus eſt Cedval, qui & Petrus, Rex Saxonum, ſub die duodecimo Kalendarum Maiarum, Indictione ſecunda, qui vixit annos plus minus triginta, imperante Domno Juſtiniano Piiſſimo Auguſto, anno ejus Conſulatus quarto, Pontificante Apoſtolico Viro Domino Sergio Papa anno ſecundo*: ex quo liquet primo, *Juſtinianum* cum ipſo Imperio Conſulatum perpetuum iniiſſe; cum annus ejus Conſulatus quartus, quartus ejus Imperii etiam ſit. Liquet ſecundo, Papebrocium in Conatu Chronico Hiſtorico, perperam copulaſſe ordinationem *Sergii* Papæ cum die XXII. Novembr. ſuperioris Chriſti anni: Sic enim *Cedvvalla*, non ſecundo, ſed primo hujus Pontificis anno depoſitus fuiſſet. Quare vel ex hoc ſolo Epitaphio Chronologia noſtra Pontificia a Leone II. ad mortem Sergii & duorum priorum ejus Succeſſorum certa redditur.

VI. *Non Britannorum, ſed Saxonum Rex fuit.*

Sanderus a Baronio citatus exiſtimat, erraſſe Bedam, dum Cedvallam Regem Saxonum appellavit; cum Britannorum Rex potius dicendus eſſet, & culpam in Paulum Diaconum conjicit, quem ex Galfrido libro 9. corrigit. At Galfridus, qui ſeculo duodecimo vixit, adverſus Paulum quatuor fere ſeculis antiquiorem, multo minus adverſus Bedam non eſt audiendus. Baronius ad litem hanc dirimendam tres *Cedvallas* proponit: primum ſub anno DCXXXIII. vixiſſe tradit, eumque Britonum Regem fuiſſe affirmat. Secundum illum dicit, *de quo meminit Beda anno DCLXXVIII.* quem diverſum fuiſſe ait ab eo, qui venit Romam, & Succeſſorem habuiſſe alium *Ceadvallam*. Verum Alfordus anno DCLXXXVII. numer. X. oſtendit, Cardinalem doctiſſimum falli, tam in numero, quam in patria & genere Cedvallarum: Duo enim tantum *Cedvalla* fuere, & Cedvallæ Secundi Succeſſor, non Cedvalla, ſed *Ina* ſeu *Ine* appellatus fuit, ut ſupra dixi. Ex duobus Cedvallis unus revera Britannus, alter Saxo

ſtoriam, tradunt, ipſam Ceaduellam Regem Britennorum fuiſſe, eumdemque ejus gentis noviſſimum; quorum ſubiiciam nomine. Eſt inter alios Riccardus monachus Cluniacenſis Galles, id affirmens in libro, cujus titulus eſt, *Series Romanorum Pontificum*: id ipſum Rodalphus monechus Anglus in libro, cujus eſt titulus, *Polychronicon*; id etiem Gauſtidas Aſephenſis: tredit hoc ipſam Matthæus Vveſtmonaſterienſis Anglus, inſuper & liber ſcriptus eoriquus, cujus eſt titulus, *Summarium Chronicorum Angliæ*; qui temen omnes non Ceaduellem, ſed Ceduældradum appellant, filiumque Ceadualiæ Regis Britannorum, eumdemque ultimam ejus gentis effirmant, aliterque legunt verſum illum inditum ſepulturæ:

Ceadual armipotens liquit amore Dei.

Ut ita legi debeat:

Rex Ceduældradus liquit amore Dei.

Quod igitur non fuerit Angles, ſed Britennus, illud præterea efferant, quod e Britennis, non eb Anglis ei ſemper exhibitum cultum affirment; inſuper & conſueviſſe Britanoos ejuſmodi nomen Ceduældredum ſuis frequentiſſime imponere filiis: adduntque ejus nomine multes eſſe Eccleſias nuncupates in ipſius memoriam à Britannis extructes, non ita ab Anglis, penes quos neque ejus nomine ſacellum reperiri tredunt erectum.

VIII. *Magnum de mundi contemptu exemplum.* Magnum plane tunc datum eſt univerſo generi humeno de contemptu mundi hujus exemplum, dum Rex armiger, natura ſævus, hoſtium victor exiſtens, quem ſi non aliud, æmulatio ſaltem ipſe externorum ſibi Britenniem vendicantium retinere debuiſſet in armis, ut eos e patrio ſolo pelleret: horum nullam rationem ducens, lucrum maximam exiſtimevit, facere de iis omnibus pro cæleſti regno jacturam. Fuiſſe tantæ rei eggrediendæ ipſi adjumento ſeoctum Vvilfridum Archiepiſcopum Eboracenſem, licet Beda expreſſe noo dicet, conjecture quidem vehementi adduci poſſumus, ut credamus: etenim cum ipſo auctore conſtet, magnam inter eos neceſſitudinem intercesſiſſe, cum Vectam inſulem expugnatam Vvilfrido utendem Rex ipſe tradiderit; (a) ab eo pariter ipſum recepiſſe ſpiritualia dona, quis poterit dubitere? Sed & quod eodem auctore Beda liqueat, jam tertio Vvilfridum Romam conceſſiſſe; par eſt credere, ipſum de eadem ſæpe illi ſermonem habentem, eam edeundi ipſi deſiderium injeciſſe. Sebdit vero de ejus ſucceſſore Beda, ejuſdem conſectatum eſſe veſtigie; quod ſcilicet ubi ad eonos trigintaſeptem regni gubernecule propageſſet, illud ipſum poſteris relinquens, ad limina itidem Apoſtolorum peregrinetionem ſuſceperit: et de eo dicendum ſuo loco erit. Porro, & complures alios idem eſſe imitetos exemplum, idem euctor ita teſtatur: *Quod factum ſcilicet his temporibus plures de gente Anglorum nobiles, ignobileſque, laici & clerici, viri ac feminæ certatim facere conſueverunt.* Nimirum abdiceto ſæculo, convolare ed limina Apoſtolorum, ed ubera matris, a que ſe ſcirent eſſe progenitos. Sed de his ſatis.

(a) Beda l. 4. c. 16.

Hoc eodem anno tribus mertyribus felix Germania illuſtretur. Qui enim e Sergio Papa acceperent Evengelium ed prædicandum gentibus Borealibus, vix ſparſo verbi ſemine, illud ſuo ſanguine irrigerunt: Kilianus nempe Epiſcopus, Colomannus presbyter, & Totnanus diaconus hoc anno coronam ſunt martyrii conſecuti. Quod autem ed tempus ſpectet, erroris arguitur Sigebertus ex veteri inſcriptione eorum ſepulcro indita, quem poſuit in ſuis Notis ad horum martyrum Acta vir probitate, & doctrina notus Nicolaus Seratius Societatis Jeſu dignus profeſſor: nos eem peulo inferius reddituri ſumus. IX.

Kiliani, & ſociorum, martyrium.

Quod

PAGIUS fuit, [s] nec ſolum titulo tenus *Saxonum* Rex, quia Saxones debellavit, ut arbitratur Baronius; ſed quia de Regio Saxonum genere editus eſt, ut Scriptores Angli conſtanter aſſerunt.

VII. *Martyrium S. Kiliani & Sociorum.* Ad num. IX. & ſeqq. Hoc anno *Kilianus* Epiſcopus Apoſtolicus, *Kolomannus* Presbyter & *Totmannus* ſeu Totnanus Diaconus Martyrium paſſi ſunt Herbipoli, ſeu Wirziburgi, die incerta; cum in Kiliani Vita non memoretur. Inſcribitur tamen ad VIII. Idus Julias in Martyrologiis Wandalberti, Rabani, & Adonis. Hoc Martyrium ad præſentem annum pertinere certum faciunt Verſus, qui in ejus Epitaphio leguntur, a Baronio num. XVI. recit. ti. Martyrii cauſa hæc fuit. *Kilianus* Gozbertum Franconiæ Ducem admonuit, non licere ſibi conjugio frui uxoris fratris ſui, quæ *Geilana* vocabatur. Hæc vero duorum miniſtrorum ſuæ crudelitatis opera eoſdem interfici curavit, ut fuſe ex Vita Sancti Kiliani narrat Baronius.

Cum

NOTÆ [s] CEdvallas duos nedum tres diſtinguere ſi quis nollet, illi utique non leve argumentum ſuppeteret ex authoritate Admanni ſæculi ſeptimi adeoque longe antiquioris Beda Scriptoris, qui Vitam S. Columbæ Abbatis Hyenſis in Anglia literis conſignavit. Ille enim Regem illum Brittonum ab Oſuvaldo Rege victum, *Cathonem*, non *Cedvallam*, ut poſt Bedam omnes Anglici Scriptores, appellat. MANSI

Digitized by Google

Quod igitur ad hos martyres pertinet: In Franconiam ipſos diximus profectos eſſe, illicque iis qui adhuc Gentiles eſſent, Evangelium prædicaſſe, ducemque Gosbertum una cum aliis ad fidem Chriſtianam convertiſſe: ibique demum pro laboribus exantlatis coronam martyrii conſecuti ſunt eadem ex cauſa, qua præcurſor Domini S. Joanes Babptiſta ab Herode amputari capite juſſus eſt. Cum enim eumdem Gosbertum Ducem jam Chriſtianum redditum admoneret ſanctus Epiſcopus, quod non liceret ſibi conjugio frui uxoris fratris ſui, quam ante baptiſmum ſibi conjunxerat, ejuſdem feminæ in ſe odium acerbiſſimum concitavit, cujus & molitione idem cum ſociis clanculo occiſus eſt. Quomodo autem hæc geſta ſint, & deteſtandum facinus detectum divinitus fuerit, ex Actis antiquis fideliter ſcriptis hic enarremus: ſic enim ſe habent (a):

(a) Extant apud Sur. die 8. Jul. tom. 4.

X. Geila inſidiatur Sanctis.

Nefanda mulier, de qua nobis eſt ſermo (Geila nomen illi erat) *callida meditatione perquirebat, quemadmodum ſine populari ſtrepitu & vulgi cognitione ſanctos viros poſſet tollere e medio. Armabatur enim iræ impatientia, & libidinis furore: & quia diabolus iniqua cupientibus fomenta malitiæ ſubminiſtrat, inventi ſunt duo adminiſtri crudelitatis ejus, qui promitterent ſe ſatisfacturos Geilæ deſideriis, ſi munera darentur ipſis pro tanti perpetratione ſceleris. Ita factum eſt, ut accepto nefandi operis præmio, voto reſponderint femineæ crudelitatis. Solebat beatiſſimus martyr Kilianus poſt parvam dormitionem neceſſitatis, vigilare ad ſtudium propenſæ orationis.*

Viſio oſtenſa S. Kiliano.

Quadam vero nocte, cum leves carperet ſomnos, ita ut nec dormiret integre, nec vigilaret aperte, apparuit ei vir habitu formaque pulcherrimus, qui diceret: Amice Kiliane, ſurge: nolo te diutius laborare: dumtaxat certamine tangeris, & ſic victor jugiter mecum eris. His dictis, abſceſſit. Evigilans autem egregius vir, intelligens divinam eam eſſe viſitationem, convocatis fratribus, inquit: Fratres, vigilemus: cito aderit Dominus, & pulſabit januam. Cavendum nobis eſt, ne nos ſomno torpentes inveniat. Addamus oleum lampadibus, dum tempus eſt; ne ſi forte defecerit, tunc incipiamus quærere, quando non poterimus invenire. Illis itaque circa medium noctis orationi vacantibus, carnifices ſtrictis gladiis locum, in quo orabant, penetrarunt. Quos cum ſacer vir intuitus eſſet, ait: Amici, ad quid veniſtis? Vos implebitis præceptum: nos curſum conſummabimus. His dictis, interfecti ſunt, ibique terræ mandati, ne quis rem geſtam ſcire poſſet. Veſtimenta quoque, cum quibus divina peragebant officia, ſacrique libri, cum illis defoſſa ſunt, ne quod indicium necis eorum extaret, ſed clam diſceſſiſſe putarentur cauſa ſolitæ peregrinationis.

Sancti necantur.

XI.

Erat tamen nobilis quædam matrona, Burgunda nomine, quæ a principio prædicationis eorum ſanctis viris adhæſerat, habens cellulam juxta oratorium ſanctorum, quo facilius diviais laudibus intereſſe valeret. Hæc intenta vigiliis, quæ facta fuerant, diligenti ſtudio inveſtigavit, recedentibuſque carnificibus, linteolo mundo fuſum ſanctorum ſanguinem collegit, ac terra diligenter infodit, vigiliis & orationibus jugiter vacans, ubi ſanctorum corpora obruta noverat, excolebatque locum veneratione qua poterat, ſed occulte, ne (ſicut poſtea factum eſt) Geilæ juſſu removerentur. Ea enim ſceleratiſſima, mulier ſtratis planciis ſtabulum equorum in loco, ubi ſancti martyres humati fuerant, fieri juſſit, ne quo indicio ſacra corpora proderentur. Ferunt autem, ab iis qui tunc fuere, poſteris relatum jumenta eo in ſtabulo manentia ſuper ſepulcra martyrum nec ſtercus, nec urinam reddidiſſe, honorem mar-

Geila facinus occultare conatur.

PAGIUS

Cum vero *Kiliani* & Sociorum corpora in ſummo veneratione eſſent, & ad eorum ſepulcra multo fierent miracula; *illuſtrante Domino merita eorum, cum conſilio & præcepto Zachariæ Papæ, mediante Bonifacio Archiepiſcopo, de tumulo honorifice ſublevati ſunt, regnante Pippino primo Orientalium Francorum Rege*, inquit Auctor Anonymus brevioris Sancti Kiliani Vitæ a Mabillonio Sæc. II. Benedictino publicatæ. Quare facta hæc Tranſlatio anno DCCLII. (quo Kalendis Martiis *Pippinus* Rex Francorum renunciatus eſt, & Zacharias Papa die XIV. Martii ad Deum migravit) a Sancto Burchardo Epiſcopo Wirziburgenſi primo, ut refert Anonymus, qui ſæculo XI vixiſſe videtur, in Vita ejuſdem Sancti Burchardi recitata a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. I.

VIII. Baronius num. XV. refert Epitaphium SS. *Kiliani* & Sociorum Verſibus tabulæ lapideæ *inſculptum*, in quo eorum Martyrium cum currenti anno recte coniungitur. Verum illud pluribus poſt eorum Martyrium ſæculis exaratum, ut demonſtrant Verſus ſequentes ibidem recitati, inter quos hic legitur,

Epitaphium Kiliani & ſociorum antiquum non eſt.

Hi ſunt ſublati, rite quoque canonizati,

Canonizatio enim Sanctorum ante decimum ſæculum in uſu non fuit. Præterea Egilwardus Monachus Cœnobii Sancti Burhardi prope Wirzburgum hujus Sancti Vitam mox memoratam interpolavit, multiſque mendis fœdavit. Licet enim hic Sanctus Præſul anno DCCLIV. ad Deum migrarit, ut eo anno oſtendam, Egilvvardus tamen ait, eum obiiſſe *anno Incarnationis Domini DCCXCI*. quod falſum eſſe ſuo loco demonſtrabo, quodve tamen in illis Verſibus legitur, quorum duos priores hic ex Baronio exhibeo.

Septingenteſimo nonageſimo quoque primo
Burkardus moritur, corpuſque ſuum ſepelitur

An.

tyribus rubibentia; ut quod de capite propheta vaticinatus eſt, id in ejus membris quoque cerneretur. Cognovit (inquit Iſaias a) bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognovit. Tali ergo modo ſanctorum corpora hominibus propemodum ignota manſiſſent, niſi Burgunda, quam diximus, in extremo vita poſita, quibuſdam fidelibus ubi condita eſſent, revelaſſet.

(a) Iſai. 1.

XII. Ruaſu Geilæ Sancti non requiſiti.

Contigit autem, ut Dux a bello reverteretur ad locum, in quo ſanctos viros reliquerat: cumque eos non inveniret, ſtudioſe perquiſivit, quando & qua cauſa receſſiſſent, quave profecti eſſent. Tum uxor ejus, veneno malignitatis depravata, modo rubore perfuſa, modo pallore affecta, alias confidentia animata, multos anfractus ſua nequitia & fraudi prætexebat, dicens non ſe eos cuſtodiendos ſuſcepiſſe, neque iis cuſtodes adhibuiſſe: pro ſua voluntate illos, & veniſſe, & receſſiſſe, ut peregrinationis ſuæ inſtitutum ſequerentur. Sed quem femineæ voces non emolliunt? quem a ſtatu rectitudinis non retrahunt? Credulus itaque verbis ſuæ conjugis princeps, non nihil a cœpta inquiſitione remiſit.

(b) Matth. 10.

Ultio divina in ſacrilegos homicidas.

Sed juſta Dominicam vocem. (b) Nihil opertum, quod non reveletur, & occultum, quod non ſciatur. Cum ea quæ facta fuerant, paulatim oblivioni darentur, unus eorum, qui ſanctos viros gladio peremerat, ſubito a dæmone arreptus, ingenti voce clamare cœpit: Kiliane, acriter me perſequeris, Igne enim conſumor. Quod feci celare non poſſum. Video imminere mihi gladium tuo ſanguine reſperſum. Talia diu vociferans, & propriis ſe dentibus lanians a præſenti migravit ad pœnas æternas. De talibus quippe ſcriptum eſt: (c) Duplici contritione contere eos, Domine.

(c) Hier. 17.

XIII. Geila miſerrime perit.

Alter vero cædis ſanctorum conſcius, in rabiem verſus, gladio ſe petiit, effuſiſque viſceribus per tormenta præſentis temporis ad æterna pervenit. Quiſnam, Geila tibi cernenti talia ſenſus tunc erat infelix? cruciatibus aucta furebas. Non multo poſt & ipſa bellua, de qua loquimur, a dæmonibus arrepta, quanta poterat voce clamabat: Juſte torqueor, quæ ſanctis viris tortores adhibui. Recte crucior, quæ cruciatus illis paravi. Acriter juſtas, Kiliane: ignem accendis, Colomanne: fomenta miniſtras, Totnane. Sufficiat vobis viciſſe: nimis veſtras ulciſcimini injurias. A calice Kiliane dixeris: ſed valde amara mihi pocula infundis. His dictis, miſerabiliter vexabatur, ita ut a multis teneri vix poſſet. Tandem cum magno cruciatu ad cruciatus diabolo paratos migravit. Cernimus impletum, quod Veritas in Evangelio dicit: (d) Dominus non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Amen dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.

(d) Luc. 18.

XIV. Gosberti interitus.

His ita geſtis, ajunt Goſbertum a ſuis ſervis interemptum, filiumque ejus principatu dejectum, cognatos affineſque eorum contribulibus tanta perpeſſos, ut vix aliquo eis Reipublicæ dignitas in ea provincia relicta ſit. Qua autem horum cauſa fuerit, utrum quod fidem rectam colerent, ab iis, qui ab ea deviarant, talia paſſi ſint: an quod poſt cædem ſanctorum martyrum a veritatis tramite receſſerint, vindictam hanc divinitus illatam pertulerint: viderit ille, quem nullum latet ſecretum: modo nos nihil ejuſmodi aſſeramus, quod incompertum habemus. Huc uſque auctor veritatis tenaciſſimus pariter & modeſtiſſimus. Porro hos ipſos, quos Romana Eccleſia Apoſtolico munere decoravit, eoſdem corona martyrii inſignitos triumphatores excepit, retulitque in album purpuratorum martyrum, annua (quouſque mundus erit) memoria celebrandos, ea qua paſſi ſunt die, octavo Idus Julii cunctis fidelibus exhibens.

XV. Verum ut idem Serarius noſter, qui notationes ad Acta horum martyrum (ut diximus) ſcripſit, ejuſmodi antiquitus ſcriptum recitat epitaphium, rudi licet Minerva, ut ferebat illorum temporum ætas, inciſum (ut ait) lapideæ tabulæ poſitæ in ſepulcrali crypta juxta puteum ad Occidentem:

An-

PAGIUS IX. *Radbodum Chriſtianis infenſum Pippinus vincit.*

Auctor Annalium Metenſium narrat, *Pippinum* Majorem Domus occurriſſe *Radbodo* Friſionum Duci, qui contra ſe aciem parabat, huncque victum ac fugatum, obſidibus datis Pippini tributarium effectum eſſe. Quod hoc anno, vel ſequenti contigiſſe, colligitur ex Beda lib. 5. cap. 10. ubi ſcribit, Sanctum *VVilbrordum* in Friſiam advoniſſe, *quam nuper expulſo inde Radbodo Rege ceperat* Pippinus. Willebrordus autem ſeu Wilbrordus anno DCXCI. in Friſiam Citeriorem adventavit, Evangelium Gentilibus annunciaturus. Tunc Friſionum Regnum Oceano adjacebat, & a Rheno ad Eidoram uſque amnem protendebatur; Citerior Friſia Rhenum inter & Flevum, Ulterior Flevum inter & Eidoram erat. Ad Citeriorem pertinebat Trajectum, vulgo *Maſtric*, & Ultrajectum, vulgo *Utrecht*; ſeu Trajectum Inferius & Trajectum ad Rhenum. *Pippinus* Franciæ fines ultra Citeriorem Friſiam non dilatavit: *His itaque peractis*, ait Auctor Annalium Metenſium, id eſt, Citeriore Friſia in Francorum poteſtate redacta, *Synodum adunare præcepit, in qua utilitatibus Eccleſiarum, orphanorum ac viduarum conſideratis, ſe ſe inopinatiſſimis Regni ſui ſedibus cum ſuis fidelibus ad hyemandum locavit. Radbodus*, priuſquam cum Francis congrederetur, e ſuis Ditionibus abire juſſit omnes Evangelii Doctores, quorum alii

ex

Epitaphium de SS. Kiliano & Sociis.

Annis ſexcentis octogeniſque novenis
Iſtic Kyllenum ſcimus fontis prope venum,
Et Colonatum, necnon Totnanque beatum
Ob Salvatorem proprium fudiſſe cruorem.
Hinc fuit, eſt, & erit ſalus illi, qui pie quærit,
Eſt cæcus, mutus, claudus, ſurduſque ſolutus.

Qui autem ſequuntur verſus, ad ipſorum elevationem pertinent, factam per Bonifacium ſucceſſorem, qui, & recondidit Burkardum Epiſcopum Herbipolenſem:

Septingenteſimo quinquageſimoque ſecundo
A Bonifacio, Burkarde conſociato,
Hi ſunt ſublati rite quoque canonizati.
† *Hos pete devote, qui ſint † oramine pro te.*

Qui vero quatuor ſequuntur verſus Burkardi epitaphium continent, nomenque ejus qui poſuit, ita conſcriptum:

Septingenteſimo nonageſimo quoque primo.
Burkardus moritur, corpuſque ſuum ſepelitur
Juxta ſanctorum tumulum, ceu ſcribitur, horum
Per Megengaudum ſucceſſorem reverendum.

XVI. Quod his ſubditur hexaſticon de iiſdem ſanctis martyribus conſcriptum, extat in veſtibulo capitularis loci, qui Novi monaſterii templo cohæret, in ædificiorum parte ſuperiore, ad Septentrionale cryptæ latus, quod excultiorem poeticæ artis præfefert auctorem:

Hi ſunt, Herbipolis qui te docuere, magiſtri
Qua verum coleres religione Deum.
Impia quos tandem juſſit Geilana necari,
Celavitque ſub hunc corpora cæſa locum.
Ne turpi ſine laude ſitu defeſſa jacerent
Corpora, Burkardus ſub monumenta locat.

Hactenus de ſanctis martyribus, eorumdemque memoriis: quorum precibus factum non dubitamus, ut fides Catholica in eadem Eccleſia adhuc integra perſeveret in tanto naufragio fidei Germanarum provinciarum, bene culta laboribus, & bene cuſtodita vigiliis Julii ejus Epiſcopi, digni ſanctorum Præſulum ſucceſſoris. Se-

PAGIUS ex Francia, alii ex Hibernia venerant. Inter illos præcipuus erat *VVilfrannus*, inter hos *VVigbertus* ſeu *VVichberchtus*: de iſto Beda lib. 5. cap. 10. & de Wlframno Friſiorum Apoſtolo infra agetur. Radbodus Rex paganus videtur ſucceſſiſſe *Algiſo*, qui Sanctum Wilfridum ex Northumbria expulſum Romamque proficiſcentem honorifice ſuſcepit, ut ſupra vidimus.

X. *Juſtinianus* Imp. cum omnia, quæ a patre *Conſtantino Pogonato* de pace ac reliqua Reipublicæ ordinatione conſtituta fuerant, perverteret, pacem initam cum *Bulgaris* diſſolvit, *eiſque concurrens primo vicit, poſt ab eis exceptus vix evaſit*, inquit Sigebertus in Chronico hoc anno, quod Zonaras, & Nicephorus in Hiſtoria fuſius exponunt, & Theophanes conſignat anno incarnationis ſecundum Alex. DCLXXX. qui Kal. Septemb. ſuperioris Chriſti anni exorditur. Quare Sigebertus Theophanem recte expoſuit. *Juſtinianus pacem cum Bulgaris initam diſſolvit.*

JESU CHRISTI ANNUS 690.	SERGII PAP. ANNUS 3.	JUSTINIANI JUN. IMP. ANNUS 6.

I. Novi Apoſtoli decernuntur ad Evangelii prædicationem in Germaniam.

SEquens ſeacenteſimus nonageſimus Chriſti annus tertia Indictione inchoatur, quo Deus novos Apoſtolos decernit ad Germanorum converſionem, eoſdamque uumero duodecim. Etenim etſi olim iu illis Borealibus regionibus aliquando (ut dictum eſt ſuperius) Evangelium illuxiſſet, poſtea tamen barbarorum motibus ſæpius agitatæ provinciæ, atque bellorum aſſiduis cladibus deſolatæ, in ſolitudinem prope redactæ ſunt, cum excoli verbi Dei prædicatione deſiviſſent: cum & adhuc aliæ eſſent provinciæ, quibus tenebræ impietatis ex ignorantia veri Dei in cultu dæmonum perſeverarent. Sed haud oblitus miſereri Deus, qui ex ſemine illo puriſſimo in Anglia a S. Gregorio Romano Pontifice ſato pauca grana delegit, quæ mundo præmortua magnum proventum frugum afferrent. Quomodo autem hæc cœpta ſint, & nomina eorum qui miſſi fuerant, ex Marcellino qui interfuit, uniuſque ex iis ſuit, deſcribamus; ſimiliter, & ea quæ in eamdem ſententiam Beda & ipſe rerum ſui temporis ſcriptor poſteris commendavit, in medium afferamus.

II. Fuit autem tantæ molis præcipuus architectus numquam ſatis laudatus S. Ecbertus natione Anglus, qui monaſticam diſciplinam propenſiſſimo ſtudio aacoluit in Hibernia, ubi & ſacris littaris eſt imburus, de quo ex Beda (*a*) ſuperius mentionem fieri contigit: optaſſet & ipſe inter eoſdem Apoſtolos numerari, primuſque in Apoſtolico opere inveniri; verum divina voluntate alii fuit operi mancipatus. Sed audi quæ de ejus inſtituto tradit Beda (*b*): *Eo tempore*, inquit, *nempe ab incarnatione Domini* (ut paulo ſuperius numerat) *ſaxcenteſimo nonageſimo anno*, ſicut, & Marcallinus pariter computat, *venerabilis & cum omni honorificentia nominandus famulus Chriſti & ſacerdos Egbertus, quem in Hibernia inſula peregrinam ducere vitam pro adipiſcenda in cælis patria retulimus, propoſuit anima pluribus prodeſſe, id eſt, inita opere Apoſtolico, verbum Dei aliquibus earum, quæ nondum audierant, gentibus evangelizanda committere, quarum in Germania plurimas noverat eſſe nationes, a quibus Angli, vel Saxones, qui nunc Britanniam incolunt, & genus & originem duxiſſe noſcuntur: unde hactenus a vicina gente Britonum corrupte, Germani nuncupantur. Sunt autem Freſones, Ragini, Dani, Hunni, antiqui Saxones, Boruchtuarii: ſunt etiam alii perplures iiſdem in partibus populi Paganis adhuc ritibus ſervientes, ad quos venire præfatus Chriſti miles circumnavigata Britannia diſpoſuit, ſi quos forte ex illis ereptos Satanæ ad Chriſtum transferre valeret: vel ſi hoc fieri non poſſet, Romam venire ad videnda atque adoranda beatorum Apoſtolorum ac martyrum Chriſti limina cogitavit.*

S. Ecgbertus cupit proficiſci ad converſionem Gentilium.

(a) Beda l. 3. c. 27.

(b) Beda l. 5. c. 10.

III. Erat ipſi in menta, tentare ſi quod pateret oſtium Evangalio, ac Romam inde migrare ad accipiendum a ſede Apoſtolica apoſtolatum, ut poſtea factum dicemus ab iis, qui ab eodem miſſi ſunt: quod ſi nullus pateret aditus verbo Dei, lucrum ſaltem id peregrinatione caperet, ut inviſeret & veneraretur ſanctorum ſepulcra Apoſtolorum. Hunc plane fuiſſe ajus verborum ſenſum, quæ ſunt ſecuta declarant: ſed quibus ipſe fuerit retentus

Divino monitu Ecgbertus impeditur ab inſtituto.

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXXVIII. Anno Hegiræ LXXI. inchoata die 24. Julii fer. 3. A. C. 690.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6183.

☉ 27. B. ☽ 7. P. 3. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 690.

SERGII PAPÆ 4.

JUSTINIANI JUN. IMP. 6.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formola notatus: *Anno Juſtiniani Jun. VI. Poſt Conſulatum ejus VI.*

II. *Apoſtolica Miſſio S. VVillibrordi in Friſiam.*

A num. I. ad X. Apoſtolicam expeditionem *Sancti VVillibrordi* in Friſiam procuravit Sanctus *Egbertus* Presbyter, qui, ut refert Beda lib. 5. cap. 10. & ſeq. magno ſtudio ferebatur, ut Gentes Germanicæ, adhuc gentilibus erroribus obcæcatæ Evangelii luce illuſtrarentur. Agebat tunc vitam Monaſticam in Hibernia, unde primum *Sanctum VVigbertum* in Friſiam miſit, qui cum parum proficeret, *cum duobus annis continuis genti illi ac Regi illius Radbedo*, ſeu Radbodo, Verbum ſalutis prædicaſſet, ad Ecbertum rediit, qui Wilbrordum Presbyterum cum duodecim ſociis illuc miſit; & quidem anno ſequenti, & poſtquam hoc vel ſuperiori Radbodus a Pippino Majore Domus Franciæ victus fuiſſet. Mabillonius tamen Seculo Tertio Benedictino parte I. pag. 601. Vitam Sancti Willibrordi poſtea Epiſcopi Trajectenſis ad Rhenum, ab Alcuino Caroli Magni Principatu ſcriptam refert, & in Notis, Willibrordi adventum in Friſiam, quam hoc anno Joannem de Becka Canonicum Eccleſiæ Trajectinæ, alioſque omnes reponere ait, eo etiam contigiſſe hac ratione probat. *VVillibrordus* anno ætatis *triceſimo tertio*, ut habet Alcuinus, iter in Friſiam ſuſcepit. Obtenta a *Pippino* prædicandi licentia Romam primo perrexit, teſte Beda in lib. 5. cap. 11. indeque in Galliam reverſus eſt eodem anno, quo S. Suidbertus a S. Wilfrido Epiſcopus ordinatus eſt. Suidberti autem ordinatio an. DCXCII. peracta, Quare eo anno Romam profectus eſt Willibrordus *primis temporibus adventus eorum* in

tus nutu divino impedimentis, Beda ibidem ſic pergit dicere: *Sed ne aliquid horum perficeret, ſuperna illi oracula, ſimul, & opera reſtiterunt. Siquidem electis ſociis ſtrenuiſſimis, & ad prædicandum verbum idoneis, utpote actione ſimul, & eruditione præclaris, præparatiſque omnibus quæ navigantibus eſſe neceſſaria videbantur; venit die quadam mane primo ad eum unus de fratribus, diſcipulus quondam in Britannia & miniſter Deo dilecti ſacerdotis Boiſili, cum eſſet idem Boiſil præpoſitus monaſterii Mailroſenſis ſub Abbate Eata, ut ſupra narravimus, referens ei viſionem quæ ſibi eadem nocte apparuiſſet:*

IV. Quid agere debeat admonetur. *Cum expletis, inquiens, hymnis matutinalibus, in lecto membra depoſuiſſem, ac levis mihi ſomnus obrepſiſſet: apparuit magiſter quondam meus & nutritor amantiſſimus Boiſil, interrogavitque me, an eum cognoſcere poſſem: Ajo: Etiam: tu es enim Boiſil. At ille: Ad hoc, inquit, veni, ut reſponſum Domini Salvatoris Ecgberto afferam, quod te tamen referente oportet ad illum venire. Dic ergo illi, quia non valet iter, quod propoſuit, implere: Dei enim voluntas eſt, ut ad Columbæ monaſteria magis docenda pergat. Erat autem Columba primus doctor fidei Chriſtianæ Tranſmontanis Pictis ad Aquilonem, primuſque fundator monaſterii, quod in Hii inſula multis diu Scotorum Pictorumque populis venerabile manſit: qui videlicet Columba nunc a nonnullis, compoſito a cella & Columba nomine, Columcelli vocatur. Audiens autem verba viſionis Ecgbertus, præcepit fratri qui retulerat, ne cuiquam hæc alteri referret, ne forte illuſoria eſſet viſio: ipſe autem tacitus rem conſiderans, veracem eſſe timebat, nec tamen a parando itinere, quo ad gentes docendas iret, ceſſare volebat. At poſt paucos dies rurſum venit ad eum præfatus frater, dicens, quia & ea nocte ſibi poſt expletas matutinas Boiſil per viſum apparuerit, dicens: Quare tam negligenter ac tepide dixiſti Ecgberto, quæ tibi dicenda præcepi? At nunc vade, & dic illi, quia velit, nolit, debet ad monaſteria Columbæ venire: quia aratra eorum non recte incedunt; oportet autem eum ad rectum hæc tramitem revocare.*

*Qui hæc audiens, denuo præcepit fratri, ne hæc cuiquam patefaceret. Ipſe vero tametſi certus eſt factus de viſione, nihilominus tentavit iter diſpoſitum cum fratribus memoratis incipere. Cumque jam navi impoſuiſſent, quæ tanti itineris neceſſitas poſcebat, atque opportunos aliquot diebus ventos expectarent, facta eſt nocte quadam tam ſæva tempeſtas, quæ perditis nonnulla ex parte iis quæ in navi erant rebus, ipſam in latus jacentem inter undas relinqueret. Salvata ſunt tamen omnia quæ erant Ecgberti & ſociorum ejus. Tum ille quaſi propheticum illud dicens: quia propter me eſt tempeſtas hæc: ſubtraxit ſe illi profectioni, & remanere domi paſſus eſt. At vero unus de ſociis ejus, vocabulo Vuitbertus, cum eſſet & ipſe contemptu mundi ac doctrina ſcientia inſignis (nam multos annos in Hibernia peregrinus anachoreticam in magna perfectione vitam egerat) aſcendit navim & in Freſiam * perveniens, duobus annis continuis genti illi ac Regi illius Radbedo * verbum ſalutis prædicabat, neque aliquem tanti laboris fructum apud barbaros invenit auditores. Tunc reverſus ad dilectæ locum peregrinationis, ſolito in ſilentio Domino vacare cœpit: & quoniam externis prodeſſe ad fidem non poterat, ſuis amplius ex virtutum exemplis prodeſſe curabat.* V. Maris tempeſtate reiicitur Ecgbertus. * Friſiam * Radbodo

VI. Videre eſt ex ipſo rerum exitu rem miſandam, ſanctos viros a tanto opere ſæpius revocatos; quouſque eorum legitimus

PAGIUS *in Freſiam*, inquit Beda, Ideſt, anno uno aut altero poſt eorum adventum, ut loquendi modus Bedæ ſatis indicat. Ita Mabillonius. At cum *Suidbertus* anno tantum DCXCIII. Epiſcopus ordinatus fuerit, ut infra oſtendam, longe probabilius eſt quod afferit Weſtmonaſterienſis, *VVillebrordum* ſc. cum ſociis duodecim ab Anglia venientem in Galliam Sanctitate enituiſſe inſigni anno DCXCI. major enim fides Weſtmonaſterienſi, quam Joanni de Beka Scriptori recentiori habenda.

III. *Acta a SS. Vuillibror. de & Suidberto in Friſia a Pſeudo-Marcellino deſcripta.* *Suidbertus* unus fuit ex duodecim ſociis Willibrordi, indeque in ejus Vita *Marcellino* attributa pluribus de hac Miſſione agitur, & ex eo plura hoc ac ſequentibus annis Baronius in medium affert, exiſtimans Marcellinum unum ex illis duodecim fuiſſe, & omni fide res tunc geſtas memoriæ commendaſſe. At an *Marchelmus*, dictus etiam a poſteris *Marcellinus*, nomine ad Romanam ſpeciem aptato, quem a pueritia *Sanctus VVillibrordus* Sanctis moribus inſtruxit, Acta Sancti Suidberti conſcripſerit inter Eruditos hodie controverſia eſt. Alii enim, quos Cointius anno DCLXXXIX. num. I. ſequitur, exiſtimant quidem ſcriptam ab eo Hiſtoriam Suidbertinam, ſed eam a quodam Neoterico interpolatam, nævisque reſperſam fuiſſe. Alii vero Vitam illam, quam Surius in lucem edidit, & Baronius ſæpe laudat, fœtum recentioris Scriptoris arbitrantur, qui *Marchelmi* ſeu *Marcellini* glorioſo titulo facile legentibus impoſuerit. Verum enimvero tot mendis ſcatet Hiſtoria illa Suidbertina, ut Joannes Colganus ad diem primum Martii, quo Sanctus Suidbertus colitur, ex Actis Sanctorum Hiberniæ reſecandam duxerit, quem imitatus Henſchenius non ſolum idem præſtitit in Actis SS. Bollandianis; ſed etiam complura menda Pſeudo-Marcellini, variaque errata de SS. Columbano, Ceadvalla, Judoco, Winoco, Aidano, Wirone, Plechelmo, aliiſque, certis argumentis manifeſtavit. Nec aliter ſentit Mabillonius in Elogio hiſtorico Sancti Suidberti Epiſcopi Sæculo III. Benedictino parte I. ubi nonnullas profert rationes, qui-

mus efficeretur apoſtolatus: Etenim quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt. *Quomodo prædicabunt, niſi mittuntur?* inquit Apoſtolus (*a*). Quouſque enim a Romano Pontifice prædicandi Evangelium apoſtolatum non accepere, ipſorum labor minime optatum finem conſecutus eſt, ut ſcilicet ad fidem Chriſti barbaros aliquando converterent. Sed audi ex eodem auctore eorundem, antequam Romam ad Pontificem ſe conferrent, inanes progreſſus: pergit enim Beda (*b*): *Ut autem vidit vir Domini Ecgbertus, quia nec ipſe ad prædicandum gentibus venire permittebatur, retentus ob aliam ſanctæ Eccleſiæ utilitatem, de qua oraculo fuerat præmonitus, nec Vuitbertus illas deveniens in partes quicquam proficiebat: tentavit adhuc in opus verbi mittere viros ſanctos, & induſtrios, in quibus eximius Vuilbrordus presbyterii gradu, & merito præfulgebat. Qui cum illo advenissent (erant autem numero duodecim) divertentes ad Pipinum Ducem Francorum, gratanter ab illo ſuſcepti ſunt: & quia nuper citeriorem Freſiam*, expulſo inde Radbedo* Rege, ceperat, illo eos ad prædicandum miſit; ipſe quoque imperiali auctoritate juvans, ne quis prædicantibus quicquam moleſtiæ inferret, multiſque eos qui fidem ſuſcipere vellent, beneficiis attollens. Unde factum eſt, opitulante gratia divina, ut multos in brevi ab idololatria ad fidem converterent Chriſti.* Sed hæc poſtea, ut dicemus: pergit vero de duobus aliis idem inſtitutum ſectantibus dicere, de quibus nos ſuo loco acturi ſumus.

(a) Rom. 10.

(b) Beda l. 5. c. 12.

Duodecim deliguntur verbi prædicatores.

* Friſiam

* Radbodo

VII. At quid poſtea? ne in vacuum (ut dicit Apoſtolus (*c*) currerent, ubi ad verbi prædicationem jam patefactam viam viderent, decernunt mox ad eum quem vice Petri ſcirent univerſæ Catholicæ Eccleſiæ præeſſe Romanum Pontificem, legationem, qua apoſtolatum acciperent ad gentes licentiam ſcilicet atque auctoritatem Evangelii prædicandi. Quiſnam autem fuerit qui ad hoc Romam profectus eſt, idem Beda docet, dum rem geſtam deſcribit his verbis: (*d*) *Primis ſane temporibus adventus eorum in Freſium,* mox ut comperit Vuilbrordus datam ſibi a Principe licentiam ibidem prædicandi, acceleravit venire Romam, cujus ſedi Apoſtolicæ tunc Sergius Papa præerat, ut cum ejus licentia & benedictione deſideratum evangelizandi gentibus opus iniret: ſimul & reliquias beatorum Apoſtolorum ac martyrum Chriſti ab eo ſe ſperans accipere: ut dum in gente cui prædicaret, deſtructis idolis, eccleſias inſtitueret, haberet in promptu reliquias ſanctorum, quas ibi introduceret, quibuſque ibidem depoſitis, conſequenter in eorum honorem, quorum eſſent illa ſingula, quæque loca dedicaret. Sed & alia perplura, quæ tanti operis negotium quærebat vel ibi diſcere, vel inde accipere cupiebat.* Hæc de legatione ad Romanum Pontificem Sergium miſſa: quæ autem poſt hæc ſecuta ſunt, ſuis locis pro ratione temporis dicturi ſumus.

(c) Galat. 2.

A Pontifice Roman. Apoſtolatum accipiant.

(d) Beda l. 5. c. 11.

* Friſiam

VIII. Quoniam vero de perfecto Apoſtolicorum virorum numero duodenario trium dumtaxat hactenus ea ſcriptione nomina innotuerant, audiamus Marcellinum unum ex iis, qui omni fide ipſorum res geſtas tradidit poſteris ſcriptas (*e*). Breviter enim ea cuncta de apoſtolatu ipſorum pertingens ſcribit, & de S. Ecgberto horum omnium (ut dictum eſt) bonorum auctore: in quo illud, quod aliunde irrepſit, puto corrigendum, dum nominatur Archiepiſcopus Eboracenſis: nam nonniſi presbyterum fuiſſe, apud Bedam, & Martyrologia cuncta reperies. Ait igitur Marcellinus: *Magnificus Præſul S. Ecgbertus* ſitiens, & affectans ſalutem omnium hominum, & præcipue Paganorum Friſonum, & Saxonum, eo quod Angli ab eis & ex eis propagati ſunt, non deſiſtens a bonæ voluntatis inchoato propoſito, tentavit adhuc in opus verbi Dei mittere illuc ſanctos & induſtrios & ad prædicandum verbum vitæ ſtrenuos & idoneos viros, utpote actione & eruditione præclaros. Elegit ergo & congregavit, inſtar duodecim Apoſtolorum, duodecim Apoſtolicos viros in fide conſtantes ex diverſis monaſteriis ad prædicandum Germanis Catholicam fidem. Fuerunt autem hi miſſi Vuillebrordus, Suuibertus, Acca, Vuigbertus, Vuillibaldus, Vuinibaldus, Lebuinus, duo Euvaldi, Vuirenfridus, & ego minimus omnium Marcellinus, qui hanc hiſtoriam, ſicut & S. Vuillebrordi conſcripſi.*

(e) Marcell. Suuiberto apud Sur. tom. 2. die 1. Martii.

* Egbertus

Qui fuerint duodecim illi in Germaniam miſſi.

PAGIUS quibus manifeſta fit falſi Auctoris impoſtura, qui quando nonnulla in commentis illis genuina Sancti Suidberti geſta referret, ea ſecernere e falſis & incertis potis non eſſet. Hinc Pſeudo-Marcellini Veteres Scriptores qui de Sancto Suidberto egere, nunquam mentionem fecere, creditque Mabillonius Willelmum Heddam, hominem ſæculi proxime elapſi primum meminiſſe Vitæ a Marcellino confictæ in Gregorio Epiſcopo Ultrajectino. Hic itaque Pſeudo-Marcellini mendaciis diſcutiendis & refutandis non immorabor, ne actum agam, & in hujuſmodi figmentis confutandis tempus teram, ſed aliunde quam ex Actis illis fabuloſis Miſſionem hanc explicabo.

IV. Willibrordus Presbyter, e Friſia Citeriore Romam profectus eſt, ſed anno DCXCII. ut habet Wigornienſis. Hujus profectionis meminit Beda lib. 5. cap. 11. aitque: *primis ſane temporibus adventus eorum in Friſiam, mox ut comperit VVilbrordus datam ſibi a Principe*, ideſt a Pippino Majore Domus, *licentiam ibidem prædi-*

VVillibrordus Romam proficiſcitur.

ſi. Omnes præfati presbyteri & ſacerdotes fuerunt, ac ſanctiſſimus Adelbertus Levita filius Regis Deirorum, qui pro Chriſto dimittens regale patrimonium, cum prædictis ſanctis presbyteris electus a S. Egberto, amore Chriſti, peregrinum non recuſavit exilium.

IX. *Et quoniam hi ſancti doctores propagati fuerunt in Anglia de ſtirpe Friſonica, & Saxonica, ideo convenienter prædicare potuerunt Evangelium Chriſti in lingua Germanica. Quorum aliqui poſtmodum palma martyrii coronati fuerunt, alii prædicationibus continuis inter barbaros uſque ad obitum inſtiterant, alii vacantibus Epiſcopiis ſubrogati fuerunt, ut infra patebit. Igitur præparatis omnibus, quæ tantis viris neceſſaria videbantur, mox præfati duodecim egregii Dominici gregis arietes, ſalutatis amicis & parentibus, accepta benedictione tam eximii Archiepiſcopi, ſuperna comitante clementia, proſpero vento celeriter in Vviltemburg, ſive Trajectum advehuntur, anno ſcilicet ab incarnatione Domini ſexcenteſimo nonageſimo pontificante Romæ Apoſtolico viro S. Sergio Papa anno* De tempore prædicationis. *ſuo tertio, imperante piiſſimo Imperatore Juſtiniano, ac regnante in Anglia glorioſo Alfrido Rege Nordhumbrorum, qui Catholicos Eccleſiæ regulas ſequi ſemper & amare deſiderabat.* Hucuſque Marcellinus, qui cum ſe aſſerat ſcripſiſſe pariter vitam Vvillebrordi, ſive Vvilbrordi, non extat illa quidem; ſed quæ habetur præ manibus, Albini Flacci habet titulum; in qua multa deſiderantur, et inter alia primus acceſſus ipſius in Urbem ad Romanum Pontificem, de ſecundo tantum, quando factus eſt Epiſcopus mentione facta. Cæterum bis ipſum Romam ad Sergium Papam profectum eſſe, Beda eſt etiam fideliſſimus teſtis. Quod ad Adelbertum, cujus mentio facta eſt, pertinet, ſcias ejus vitæ extare Acta, (*a*) iis quæ dicta ſunt conſentientia: ſed de his alias inferius.

(*a*) *Extant apud Sur. die 25. Jun.*

Hoc quoque anno magnus ille Theodorus Roma miſſus in Angliam Dorovernenſis Archiepiſcopus legatuſque Apoſtolicæ ſedis, ſanctitate clarus, doctrina eximius moritur, de quo iſta Beda: (*b*) *Anno autem poſt hunc, quo Ceadualla Romæ defunctus eſt, proximo, id eſt, ſexcenteſimo nonageſimo incarnationis Dominicæ, Theodorus beatæ memoriæ Archiepiſcopus ſenex & plenus dierum, id eſt, annorum octoginta & octo, defunctus eſt: quem ſe numerum annorum fuiſſe habiturum, ipſe jamdudum ſomnii revelatione edoctus, ſuis prædicere ſolebat. Manſit autem in Epiſcopatu annis vigintiduobus, ſepultuſque eſt in Eccleſia Sancti Petri, in qua omnium Epiſcoporum Dorovernenſium ſunt corpora depoſita. De quo una cum conſortibus ejuſdem ſui gradus recte, & veraciter dici poteſt, quia corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum vivet in generatione & generationes. Ut enim breviter dicam, tantum profectus ſpiritalis tempore præſulatus illius Anglorum Eccleſiæ, quantum nunquam antea potuere, ceperunt. Cujus perſonam, vitam, ætatem, & obitum, epitaphium quoque monumenti ipſius verſibus heroicis triginta & quatuor palam ac lucide cunctis illo venientibus pandit: quorum primi ſunt hi:* X.

(*b*) *Bed. l. 5. c.8.*

S. Theodori Epiſc. Dorovern. obitus.

Theodori ſepulcralis Epitaphii verſus.

Hic ſacer in tumba pauſat cum corpore Præſul,
Quem Theodorum nunc lingua Pelaſga vocat:
Princeps Pontificum, felix, ſummuſque ſacerdos,
Limpida diſcipulis dogmata diſſeruit.

Ultimi autem hi:

Namque diem nonam decimam September habebat,
Cum carnis clauſtra ſpiritus egreditur:
Alma novæ ſcandens felix conſortia vitæ,
P Ci-

PAGIUS *dicandi, acceleravit venire Romam, cujus Sedi Apoſtolicæ tunc Sergius Papa præerat, ut cum ejus licentia & benedictione deſideratum evangelizandi gentibus opus iniret: ſimul & Reliquias Beatorum Apoſtolorum ac Martyrum Chriſti ab eo ſe ſperans accipere.* Subjungit Beda, Willibrordum Roma ad prædicandum rediiſſe, *quo tempore*, inquit, *fratres qui erant in Freſia Verbi miniſterio mancipati elegerunt ex ſuo numero Virum modeſtum moribus & manſueto corde Suidbertum.* Hic autem anno DCXCIII. Epiſcopus conſecratus eſt. Quare *VVillibrordus* ex Italia nondum redierat, cum *Suidbertus*, ut Epiſcopus ordinaretur, e Friſia Citeriore in Britanniam transfretavit. Alcuinus *VVillebrordo* duodecim ſocios tribuit, undecim Beda, cui propter antiquitatem major fides habenda; ſed præterquam duorum, Suidberti ſcilicet Presbyteri & Adalberti Diaconi, nomina aliorum ignorantur. Baronius num. VIII. Pſeudo-Marcellino innixus inter eoſdem numerat S. *Lebuinum* quem tamen ipſemet anno DCCLXXVIII. num. XI. ſcribit, veniſſe in Friſiam tempore Caroli M. quod verum eſſe anno DCCLXXII. demonſtravimus; adeo verum eſt nihil boni ex illo fabulatore erui poſſe.

V. Ad num. X. & ſeq. *Theodorus* Epiſcopus Cantuarienſis mortuus eſt quidem hoc anno die XIX. menſis Septemb, ut de utroque certos nos facit Beda lib. 5. cap. 8. qui cap. 9. Bertualdum ei ſucceſſiſſe prodit. Sed de eo anno DCXCII. verba faciemus. Scripſit Theodorus inſigne *Pœnitentiale*, quod ab Auctoribus ſæpius allegatur, & MS. aſſervatur in Bibliotheca Sancti Benedicti Cantabrigienſis. Ejus ſummaria capita refert Spelmannus in Collectione Conciliorum Angliæ. Præterea edidit *Capitula Eccleſiaſtica* quæ Tomo VI. edit. Labbeanæ Conciliorum pag. 1875.

Moritur Theodorus Archiep. Cantuarienſis.

Civibus Angelicis junctus in arce poli.

Hæc tantum Beda, nec nos aliquid amplius accepimus. Porro ipſius Theodori in ſanctorum numerum relati celebritas (*a*) anniverſaria die recurrit. Succeſſiſſe autem in ejus locum Berectuvaldum virum doctiſſimum auctor eſt; idem Beda: (*b*) quem Romam eſſe profectum, & accepiſſe ordinationem a Sergio Papa, Anaſtaſius Bibliothecarius in Sergio teſtatur.

(*a*) *Martyrol. Rom. die 19. Septemb.*
(*b*) *Beda lib. 5. c. 9.*

XI. Hadriani Abbatis obitus.

Sed & Hadrianus Abbas, pariter, qui cum eodem Theodoro a Vitaliano Papa miſſus fuerat, diem obiit: ita quidem Beda, dum ait, (*c*), poſt annum a tranſitu Vvilfridi ipſum eſſe defunctum.

(*c*) *Beda l. 5. c. 21.*

Moritur item hoc anno, octavo Idus Martii, S. Julianus Epiſcopus Toletanus, ubi ſediſſet annos decem, menſem unum, ac dies ſeptem: relatuſque inter ſanctos, annua memoria in Eccleſia celebratur. Subrogatus eſt in locum ejus Siſibertus, quem alii Sigebertum, Siſbertum vero alii nominant, de quo anno ſequenti dicturi ſumus.

XII.

Quod autem pertinet ad res Orientalis Imperii, Annales (*d*) hæc referunt, pacem cum Sarracenis pactam levi cauſa ab Imperatore eſſe ſolutam, quod ſcilicet pecunia ab illis tributi loco pendi ſolita, haud ex more cuſa eſſet ipſius Imperatoris imagine; ſicque nec oblatum in maſſa aurum accipere voluiſſe. Unde plane expertus tunc Oriens fuit, quod habet Eccleſiaſtes (*e*): *Væ tibi terra, cujus Rex eſt puer.* Adjecit aliud malum ad hæc Imperator: nam cum Cyprios omnes Sarracenorum patentes incurſionibus ab inſula tranſmigrare coegerit, horum haud modica pars naufragio periit & languore perempta eſt, in Cyprum vero pars reverſa eſt, reliqua autem pars habitavit in Helleſponto: Ad hos namque ſpectat canon triceſimusnonus Sextæ Synodi conſcriptus his verbis: *Cum frater & comminiſter noſter Joannes inſulæ Cypri Præſul una cum ſuo populo in Helleſpontiacam provinciam & propter barbaricas incurſiones, & ut a Gentilium ſervitute liberarentur, & Chriſtianiſſimæ potentiæ ſceptris pure ſubjicerentur, a prædicta inſula emigraverit, clementis Dei providentia, & pii Deique amantis Imperatoris noſtri labore: conſtituimus, ut citra ullam innovationem ſerventur, quæ a divinis Patribus, qui Epheſi convenerunt, prædicti viri throno privilegia conceſſa ſunt, ut nova Juſtinianopolis* (ita appellata ab ipſo Imper. civitas ipſis tradita incolenda) *Conſtantinopolis jus habeat, & qui in ea conſtituitur in primis pius ac religioſiſſimus Epiſcopus, præſit omnibus Helleſpontiorum provinciæ Epiſcopis, & a ſuis Epiſcopis eligatur ex antiqua conſuetudine. Mores enim, qui ſunt in unaquaque Eccleſia, divini etiam noſtri patres ſervandos cenſuerunt. Cyzicenorum civitatis Epiſcopo prædictæ Juſtiniani civitatis ſubjecta exiſtente ad imitationem reliquorum omnium Epiſcoporum, qui ſubſunt prædicto Dei amantiſſimo Præſuli Joanni; a quo, cum uſus poſtulaverit, etiam ipſius Cyzicenorum civitatis Epiſcopus ordinabitur.* Hæc Sexta Synodus. Canon vero generalis de aliis omnibus Epiſcopis eadem ex cauſa tranſmigrantibus ita ſancitus eſt (*f*):

(*d*) *Theophan. & Cedren. hoc ann. 6. Imp.*

Pax ſolvitur ab Imp.

(*e*) *Eccl. 10.*

Cyprii migrare coacti.

(*f*) *Sex. Syn. c. 37.*

XIII. De Epiſcopis ab hoſtibus fugatis.

Quoniam diverſis temporibus barbaricæ incurſiones fuere, & ex eo plurimæ civitates ab iniquis & ex legibus ſubjugatæ fuere, ut ideo non poſſit ejus civitatis Præſul, poſtquam ordinatus fuerit, ſuum thronum apprehendere, & in eo ſacerdotali conſtitutione collocari, & ſic pro ea quæ invaluit, conſuetudine ordinationes, & omnia quæ ad Epiſcopum pertinent agere & tractare: Nos honorem ac venerationem ſacerdotio ſervantes, & gentilem injuriam nequaquam ad Eccleſiaſticorum jurium perniciem poſſe quicquam agere volentes, eis qui ſic ordinati ſunt, & propter prædictam cauſam in ſuis thronis non ſunt conſtituti, ut abſque ullo ex ea re præjudicio conſerventur, decrevimus, ut & diverſorum clericorum ordinationes canonice faciant, & Pontificatus auctoritate in proprio termino utantur, & ſit firma ac legitima quæcumque ſub eo procedit adminiſtratio. Non enim a tempore neceſſitatis exacta juris obſervatione circum-

PAGIUS

1875. leguntur. Ex dictis liquet eum in facto Wilfridi humanum aliquid paſſum eſſe, licet Beda in lib. 5. cap. 20. ejus nomini parcat. Conatus eſt, eum habere Succeſſorem, quod præ modeſtia *Wilfridus* recuſavit. Illius nomen in antiquis Martyrologiis haud memoratur, apud Cantuarienſes tamen ſemper *Sancti* titulo exornatus eſt, ejuſque corpus una cum Sancti Auguſtini aliorumque Reliquiis levatum eſt anno MXCI. octavo Id. Septemb. teſte Goſſelino Monacho in lib. 2. Tranſlat. cap. 27. Mabillonius Sæculo II. Benedictino ejus Vitam ex variis Bedæ locis collectam exhibet, & non parum illuſtrat. Denique notabile eſt quod in novo Chronico Saxonico ab Edmundo Gibſono operi Oxonii publicato ad hunc annum legitur: *Hue uſque fuerant Romani Epiſcopi* (*Cantuarienſes*) *poſtea autem Angli.*

VI. *Hadrianus Abbas ſuperſtes Theodoro.*

Quoad *Hadrianum* Abbatem, qui cum Theodoro Roma in Britanniam venit, mortuus eſt quidem uno poſt Sanctum Wilfridum anno, ſed anno DCCX. ut ibidem monſtrabimus.

VII. *Obitus S. Juliani Archipræſulis Toletani.*

Mors tamen *Sancti Juliani* Epiſcopi Toletani recte hoc anno a Baronio conſignata. Recitat ejus Vitam ad diem VIII. Martii ſcriptam a Felice Epiſcopo Toletano Bollandus, obſervatque in Commentario prævio, *Felicem* qui Siſeberto proximo Succeſſori Sancti Juliani intra tri-

cumſcripta, diſpenſationis terminus circumſcribetur. Hæc ibi:

XIV. Porro quod ad Juſtinianum Imperatorem pertinet, quam citiſſime rupti fœderis damnum ſenſit: etenim hoc ipſo anno expertus eſt Abimelech (ita pro Habdimelech) Sarracenorum tyrannum infeſtum, de quo hæc ex Theophane Annales Græcorum habent (a): *Miſit Habdimelech ad ædificandum templum Mucham, & voluit auferre columnas S. Gethſemanis. Et rogaverunt eum Sergius quidam vir Chriſtianiſſimus, qui erat generalis Manſur Logotheta, & valde familiaris eidem Habdemelech, atque Patricius ſocius ejus, Chriſtianis qui erant in Palæſtina præpoſitus, qui cognominabatur Clauſus, poſtulantes ne hoc fieret, ſed per ſupplicationes ſuas perſuaderet Juſtiniano mittendi ſibi alias pro eis: quod & factum eſt.* Hæc Annales. Quod ſpectat ad vocem Manſur, nomen id erat familiæ, & non dignitas ſive magiſtratus: ut ſit verborum ſenſus, *Sergius Manſur generalis Logotheta &c.* Cum autem, & S. Joannes Damaſcenus cognomento dictus fuerit Manſur, teſte Suida & aliis antiquioribus, opinari licet fuiſſe hunc Sergium ejuſdem Joannis parentem: tali namque pio, nobili, ac libero progenitore ipſum natum, ejus Acta teſtantur.

(a) *Relat. in Miſcel. hoc anno.* Columnæ Gethſemanis ſervatæ.

PAGIUS triennium amoto, Epiſcopatum Toletanum adeptus eſt, ſcribere Sanctum Julianum *pridie Nonas Martii*, ſeu die ſexta Martii, mortuum eſſe; ad eumque diem memoriam ejus facere omnia ante Baronium Martyrologia; Sed Romanum Martyrologium, prout illud a Baronio recognitum auctumque habemus, ad diem VIII. Martii de eo agere, quo etiam Eccleſia Toletana annuam Feſti ejus ſolemnitatem celebrat. *Imo*, inquit Bollandus, *hæc ipſa Eccleſiæ Toletanæ conſuetudo facit, ut ſuſpicemur, vel ipſum Felicem, vel ejus Librarios non ſponte, ſed calami aberrantis vitio ſcripſiſſe*, pridie Nonas Martii, *ubi poſtridie ſcribi debuerat; indeque in exterarum Eccleſiarum Martyrologia fluxiſſe errorem, potius quam in Eccleſia Toletana; quæ prius Sancti Juliani Feſtum colendum aſſumpſerat, quam aliquid de ipſo Felix ſcriberet.* Verum ratio cur duobus illis diebus cultus reperiatur Sanctus Julianus, & ex die ejus emortuali, & ex die quo tumulatus eſt, repetenda. Ait enim Felix in fine Vitæ Sancti Juliani: *Præſulatus honorem & Sacerdotii dignitatem annis decem obtinuit, menſe uno, diebus ſeptem; quique etiam inevitabilis mortis preventus occaſu, anno tertio Egicani Principis, pridie Nonas Martii, Era ſeptingenteſima vigeſima octava diem vitæ clauſit extremum.* Julianus itaque anno ſexcenteſimo octogeſimo, die viceſima nona menſis Januarii in quam Dominica cadebat, conſecratus eſt Epiſcopus Toletanus in locum *Quirici* paulo ante defuncti; curſumque pridie Nonas Martii, ſeu die ſexta Martii e vivis exceſſit, poſtquam ſediſſet annos decem, menſem unum, dies ſeptem, dieque octava ejuſdem menſis in Baſilica Sanctæ Leocadiæ Virginis ſepultus eſt. Hinc aliquæ Eccleſiæ diem mortis, aliæ diem depoſitionis cultui ejus conſecrarunt. De libris a Sancto Juliano editis legendus Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt.

VIII. Ad num. XIV. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCLXXXIII. Kalend. Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoatis, refert, *Juſtinianum* Imp. ea animi dementia pacem compoſitam cum *Abimelech* Saracenorum Caliſa ſolviſſe; quod is Nummos figura recenter excogitata in vectigal ad eam miſiſſet; indeque contigit quod hoc anno ex Theophane narrat Baronius, cum tamen pertineat ad inſequentem. Juſtiniano itaque Juniori amiſſio Aſricæ attribuenda, ut ſequenti anno dicemus.

Juſtinianus pacem cum Saracenis initam diſſolvit.

Moritur hoc anno *Sanctus Benedictus Biſcopus* Abbas Wiremuthenſis, ut anno DCCIII. videbimus.

JESU CHRISTI ANNUS	SERGII PAP. ANNUS	JUSTINIANI JUN. IMP. ANNUS
691.	4.	7.

I. ANnus ſequitur nonageſimusprimus poſt ſexcenteſimum, Indictione quarta inchoatus, quo Kalendis Novembris celebratum habetur in Hiſpania Concilium Cæſaraugustanum, Æra nimirum ſeptingenteſima undetrigeſima, tertium ordine poſitum, in quo canones ſanciti dumtaxat quinque reperiuntur. Inter alia autem, quod etiam Toletanum decimumtertium Concilium (a) ſtatuerat de uxoribus Regum, ne poſt eorum obitum ad ſecunda vota pertranſeant, ne videlicet occaſio daretur alicui invadendæ tyrannidis: additum eſt præſenti Concilio (b) ut relicta Regis poſt ejus obitum veſtem regiam mutet religioſam induat, atque inter moniales in monaſterio vitam tranſigat. Ut autem in hanc ſollicitudinem Rex Egica conjiceretur, forte accidit ob ſuſpicionem rerum novandarum per Sisbertum Epiſcopum Toletanum; qui non ut ſe ſuper omnes in ſublimem cathedram elevatum ſenſit, elatus animo, mente improba de inferenda nece religioſiſſimo Regi cogitare cœpit: ſed quomodo detectos pœnas dederit, poſt ſequentem annum dicturi ſumus.

(a) Concil. Tolet. 13. c. 5.

(b) Concil. Cæſaraug. c. 5.

Sisberti epiſc. Toletani ſuperbia.

Moritur hoc anno Bertharidus Rex Longobardorum, cum regnaſſet ſolus annos ſeptem, decem autem cum filio Cuniperto. Hæc ex ſententia Pauli diaconi, (c) poſt quem idem Cunipertus ejus filius uſque ad duodecimum annum regnum tenuit. Porro de Bertharido laude digna hæc habet idem auctor: (d) *Erat vir pius, fide Catholicus, juſtitiæ tenax, pauperumque largiſſimus nutritor.* Et paulo poſt: *Ut regni jura ſuſcepit, in loco illo, qui a parte fluminis Ticini eſt unde ipſe olim fugerat, monaſterium, quod Novum appellatur, Domino & liberatori ſuo in honorem ſanctæ virginis & martyris Agathæ conſtruxit, in quo multas virgines aggregavit, rebuſque diverſis pariterque ornamentis eumdem locum ditavit. Regina vero ejus Rodelinda baſilicam ſanctæ Dei genitricis extra muros ejuſdem civitatis Ticinenſis, quæ ad Perticas appellatur, opere mirabili condidit, ornamentiſque mirificis decoravit.* II.

(c) Pauli diac. lib. 5. cap. 33. 34. 35. & 37.

(d) Paul. lib. 6. c. 17.

Berthari-di Regis Longob. obitus.

Regnum autem Cuniperti, (e) ubi ſolus remanſit, haud pacificum fuit, ſed ipſo ejus exordio adverſarium paſſus eſt tyrannum Alachim ducem Tridentinum ſub- III.

(e) Paul. diac. l. 5. c. 28. 29.

PAGIUS SÆC. VII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6184.

☉ 18. A. ☽ 8. P. 13. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 692.

SERGII PAPÆ 5.

JUSTINIANI JUN. IMP. 7.

Anno Eræ Hiſpan. DCCXXIX. Anno Hegiræ LXXII. inchoato die 4. Jun. fer. 2. A.C. 692.

HIC annus iſta formula notatus: *Anno Juſtiniani Jun. VII. Poſt Conſulatum ejus VII.*

I. *Poſtconſulatus.*

Ad num. I. In Præfatione Concilii Cæſaraugustani III. dicitur, illud habitum eſſe *ſub die Kalendarum Novemb. Era DCCXXIX. anno quarto Orthodoxi atque Sereniſſimi Domini noſtri Egicani Regis.* Quare recte a Baronio conſignatur. In eo quinque tantum capitula conſtituta.

II. *Concilium Cæſaraugustanum III.*

III. Ad num. II. Bertaridus Langobardorum Rex *cum decem & octo annis, & primum ſolus, & poſt cum filio, Regnum tenuiſſet, ab hac luce ſubtractus eſt*, inquit Paulus Diaconus lib. 5. cap. 37. qui anni incompleti intelligendi; quis Sigebertus in Chronico ei tantum annos XVII. attribuit. Quare cum anno DCLXXI. Regnum inierit, mors ejus contigit anno ſexcenteſimo octogeſimo octavo. Sigebertus, qui Bertharidi initium anno uno prævertit, mortem ejus in annum DCLXXXVII. conferre coactus fuit; qua tamen in re Hermannum Contractum ex editione Caniſii conſentientem habet. [1] Hic Princeps Sanctum Wilfridum, e Britannia expulſum & cum ſociis Romam pergentem honorifice excepit: *pervenerunt*, inquit Eddius in Vita Sancti Wilfridi cap. 27. *ad Berchtarum Regem Campania* (ideſt, Langobardiæ, ut ſupra demonſtravimus.) *Virum humilem & quietum, & trementem Sermones Dei: qui peregrinos ſecundum Præceptum Domini benigne ſuſcipiens Sancto Pontifici noſtro enunciavit, dicens: De Britannia inimici tui Nuncios ad me mittentes ſuis ſermonibus ſalutantes me, & dona mihi maxima promittentes, ſi te ſubterfugientem (ut dixerunt) Epiſcopum angarizarem, & ad Apoſtolicam Sedem ten-*

Moritur Bertaridus Langobardorum Rex.

NOTÆ [1] BErtharidi annum emortualem melius equidem ſupputat Cl. Saxius in Notis ad Regnum Italiæ Sigonii novæ editionis t. 2. col. 138. qui adducto teſtimonio Pauli Diaconi l. 5. c. 35. demonſtrat, Bertharitum *octavo jam anno Cunibertum filium ſuum* conſortem Regni adſciviſſe, *cum quo per decem annos regnaſſe* quæ verba ſunt Pauli, & ex illis pariter evincitur octavum illum annum computandum eſſe intra decem illos, quibus una cum Filio regnavit. His admiſſis, decem anni ducti ex anno 678. ad quem Cuniperti aſſumptionem pertinere idem Saxius ex diplomate Cuniperti dato anno Regni nono Indict. 15. nempe anno 686. elicit, referunt nos ad annum 687. MANSI

Digitized by Google

Alachim tyrannum patitur Cunipertus.

ſubditum ſuum, qui contra patrem Bertharidum jam inſurrexiſſet, hominem ſævum, clericis omnibus perinfenſum, contemptorem præcipue ſanctorum Epiſcoporum, contumelioſum in omnes miniſtros Eccleſiæ: cujus rei gratia in maximum ſunt timorem conjecti. Poſt multa ab eo damna illata, Zeno diaconus Eccleſiæ Ticinenſis novo exemplo haud probato, cum divino miniſterio altaris mancipatus eſſet, accinxit ſe gladio adverſus eum, obſequium putans præſtare Deo, dum ob ſalutem aliorum ſe devovit. Sed juſtiſſimum licet bellum aggreſſus fuerit, adverſus nimirum religionis perduellem atque tyrannum: nihilominus exitus declaravit, non placere Deo, ut facri altaris miniſtri pugnent armis, ſed ut potius agant apud ipſum precibus: etenim abſque aliquo emolumento idem pugnans, miſere interficitur. Narrat hæc plutibus ipſe Paulus (*a*).

(*a*) *Eod. l.* 5. *c.* 40.

IV. Cæterum nefarius tyrannus eo magis adverſus clericos exaſperatus, ejuſmodi (quod idem ait Paulus *b*) vota nefarium nuncupavit: *Tale itaque nunc facio votum, quod ſi mihi Deus iterum victoriam dederit, unum puteum de teſticulis impleam clericorum.* Ita barbarus animo ferus, religionis expers, immanitate protervus. Verum obſtitit Deus, qui eum in viſione perterruit: nam ait Paulus: *Cum prope eſſent exercitus ipſi invicem ſibi contrarii, & ſe utraque acies ad pugnandum contingerent, Cunipertus Rex ad Alachim iterato hæc verba mandavit: Ecce quantus populus ex utraque parte conſiſtit; quid opus eſt, ut tanta multitudo pereat? Conjungamus nos, ego & ille ſingulari certamine: & cui voluerit Dominus de nobis dare victoriam, omnem populum ſalvum, & incolumem poſſideat. Cumque Alachim ſui hortarentur, ut faceret quod Cunipertus illi mandavit, ipſe reſpondit: Hoc facere ego non poſſum, quia inter contos ſuos ſancti Archangeli Michaelis, ubi ego illi juravi, imaginem conſpicio. Tunc unus ex illis: Præ timore, inquit, cernis quod non eſt, & tibi jam tarde eſt modo iſta meditari. Conſerunt itaque acies, perſtrepentibus buccinis; & neutra parte locum dante, maxima populorum facta eſt ſtrages. Tandem crudelis tyrannus Alachis interiit; & Cunipertus, adjuvante Domino, victoriam capit.* Hæc Paulus diaconus.

(*b*) *Eod. l.* 5. *c.* 41.

Alachis contumelioſus Tyrannus dat pœnas.

Hoc pariter anno, ubi Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſediſſet annis ſeptem

PAGIUS *tendentem retinerem: quibus tam nefariam rem renuens, dixi: fui aliquando in die juventutis meæ exul de patria expulſus, ſub pagano quodam Rege Hunnorum degens, qui iniit mecum fœdus in Deo ſuo idolo, ut nunquam me inimicis meis prodidiſſet, vel dediſſet. Et poſt ſpatium temporis venerunt ad Regem Paganum ſermone inimicorum meorum Nuncii, promittentes ſibi dare ſub jurejurando ſolidorum aureorum modium plenum, ſi me illis ad internecionem dediſſet. Quibus non conſentiens dixit: ſine dubio Dii vitam ſuccidant, ſi hoc piaculum facio, irritans pactum Deorum meorum. Ego vero quanto magis, qui Deum verum ſcio, animam meam pro totius mundi lucro in perditionem non dabo? Tunc vero Sanctum Pontificem noſtrum & ſuos ſocios cum honore & Ducibus, ſicut eum Dominus ubique in peregrinatione protegens magnificavit, ad Apoſtolicam Sedem olim optatam in gratiarum actione emiſit.* Quibus verbis lucem accipit, quod narrat Paulus Diaconus lib. 5. cap. 2. Bertaridum nempe e Longobardia profugum Scythiam petiiſſe, & apud *Chaganum* Avarum Regem demoratum eſſe, cui *Grimoaldus*, qui Regnum Langobardorum uſurparat, per Legatos mandavit, ut eum expelleret, inquit Paulus, quem latuit quod Eddius hic narrat.

IV. *Obitus Pauli Epiſc. Conſtantinop.*

Ad num. IV. Nicephorus in Chronico *annos ſex, menſes VIII. Paulo* Epiſcopo Conſtantinopolitano; Theophanes vero ad annum XVII. Conſtantini Pogonati, *ſeptem annos* tribuit, quod & in Tabulis ejus Chronico inſertis legitur, ubi etiam *Callinici* ejus Succeſſoris initium recte copulatur cum anno Incarnat. ſecundum Alex. DCLXXXVI. quo Theophanes in viam redit, & annos Incarnationis accurate conſignare incipit; ideoque annus ille Incarnationis inchoatur Kalendis Septem. anni Chriſti DCXCIII. quo ex dicendis anno DCXCII. *Paulus* obiit. Neque enim mors ejus hoc anno, quo eam Baronius collocat, contingere potuit; cum Synodo Trullanæ anno currenti, ut infra dicetur, celebratæ ſubſcripſerit, non vero *Callinicus* ejus Succeſſor, ut putavit Baronius, qui ideo ait, hunc fuiſſe hominem novandarum rerum ſtudioſiſſimum, quia ei præfuiſſe arbitrabatur.

V. *Africa a Saracenis capta.*

Poſtquam anno ſuperiori *Abdulmelicus* Calipha *Meccam* Arabiæ Felicis Urbem, ubi viſitur Mahometis ſepulcrum, ſibi ſubjecit, idque menſe Octobri, ut docet Elmacinus in Hiſt. Sarac. lib. 1. de Africa occupanda cogitavit, & hanc expeditionem *Haſano* a ſe Duci Occidentis renunciato commiſit. Is hoc anno, ut tradit Novveirius Arabs, *Carthaginem* obſidione cinxit, & valida in eam impreſſione copiarum facta, Græci ad naves ſuas fugere, ſicque *Carthago* a Saracenis occupata, qui eam muris exuere, & incolas crudeliter & inhumane habuere. Cernens hanc cladem mulier quædam nobiliſſima *Haſano* fortiter reſiſtere decrevit, & agmen multorum Africanorum ducens, in montem quemdam perfugit, ut eo ſe tueretur, cumque eam & Africanos *Haſanus* aggreſſus eſſet, ejus exercitus diſſipatus, deletuſque, ipſeque anno ſequenti Africa derelicta in *Barcam* receſſit. *Haſanus* per annos quinque ibi moratus eſt; ſed cum poſtea *Abdulmelicus* Calipha ei exercitum miſiſſet, aliquot Oppida in ſuam poteſtatem redegit, indeque memoratam Heroinam invadens, eam, timidoſque ejus Africanos internecione delevit; Græci autem mari & terra oppugnati vere anni Chriſti DCXCVIII. in *Cretam* inſulam ſeceſſere, ſicque Africæ Urbes omni auxilio deſtitutæ, ſe ſe Saracenis dedidere. Theophanes, cujus verba anno DCXCVI. referemus, hæc omnia uno tenore refert, quæ ex

Nov.

ptem, moritur, & in locum ejus ſuffectus eſt Callinicus, homo novandarum rerum ſtudioſiſſimus, de quo ſequenti anno, & aliis dicturi ſumus. Fuerat iſte presbyter vaſorum ejuſdem Eccleſiæ cuſtos.

Qui

PAGIUS Novveirio Arabe magnam lucem accipiunt. *Theodoricus* III. Francorum Rex hoc anno moritur, eique *Clodoveus* III. filius ſuccedit, ut anno DCLXXXVIII. oſtendi.

JESU CHRISTI ANNUS 692. | SERGII PAP. ANNUS 5. | JUSTINIANI JUN. IMP. ANNUS 8.

I. Concil. Conſtantinop. appendix ad Sextum,

QUi ſequens eſt annus Domini ſexcenteſimus nonageſimus ſecundus, Indictione quinta notatur: quo celebratum eſt Conſtantinopoli Concilium, ſeu potius Conciliabulum, in quo nomine Sextæ Synodi centum & tres canones (quod numquam hactenus in aliquo factum Concilio legitur) ſanciti leguntur. Antequam autem de eo agamus, primum omnium de tempore habenda eſt diſcuſſio, quod ſciamus ab aliis errore poni habitum anno Domini ſexcenteſimo octogeſimoſexto: verum non ante præſentem annum habitum, ex ejuſdem Synodi canonibus certo affirmare poſſumus, nempe jam nuper tranſacta quarta Indictione; id enim ex tertio ipſius canone liquido demonſtratur, dum in eo bis poſita eſt Indictio, atque inter alia iſta leguntur:

De tempore pſeudoſynodi celebratæ.

Omnes ſimul decernimus, ut qui duobus quidem matrimoniis implicati fuere, & uſque ad decimumquintum præteriti menſis Januarii prætertitæ quartæ Indictionis, anni a mundo ſexmilleſimi centeſimi nonageſimi noni peccato ſervierunt, & non ab eo reſipiſcere voluerunt, depoſitioni canonicæ ſubiacere, &c. Sic igitur perſpicue apparet, non ante quintam Indictionem potuiſſe eam Synodum celebrari.

II.

Hæc autem cum ex ipſis canonibus habeantur qui Sextæ Synodi nomine nuncupantur, plus apud me valent, quam quæ a Taraſio (a) Conſtantinopolitano Epiſcopo abſque aliqua certa auctoritate narrantur, cum ſcilicet pro corroboratione ejuſmodi canonum iſta ait: *Quæ hic ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? ſcandalum eſt enim dubitare, num ſint Sextæ Synodi. Cognoſcant igitur tales, Sextam Synodum temporibus Conſtantini fuiſſe congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Chriſto collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, Orthodoxamque fidem confirmantes, ſub annum decimumquartum Conſtantini domum redierunt. Poſt annos igitur quatuor, vel quinque, iidem illi Patres ſub Juſtiniano Conſtantini filio congregati prædictos canones ediderunt: neque de hac re quiſquam dubitet.* Hæc Taraſius, quem redarguunt ipſimet (ut diximus) canones Sextæ Synodi nuncupati.

(a) *Apud Septimam Syn. Act. 2.*

Taraſii ſententia erroris arguitur.

III. Theophanis ſententia.

Redarguit etiam eumdem Taraſium Theophanes: ſed redarguendus & ipſe, dum non decem exactos, ſed vigintiſeptem annos enumerat a Sexta Synodo ſub Conſtantino uſque ad horum canonum ſan-

---

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſp. DCCXXX. Anno Hegiræ LXXIII. inchoato die 24. Maii fer. 3. A. C. 692.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6185.

☉ 2. GF. ☽ 9. P. 24. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 692.

SERGII PAPÆ 6.

JUSTINIANI JUN. IMP. 8.

I. Poſtconſulatus.

HIc annus iſta formula notatus: *Anno Juſtiniani Jun. VIII. Poſt Conſulatum ejus VIII.* A num. I. ad V. Habita Synodus Trullana in Trullo magni Palatii ut habet Balſamon, non vero in Trullo magnæ Eccleſiæ, ut quibuſdam perperam viſum. Ejus Epocha in controverſiam vocata, præſertim ob verba, quæ in tertio ejus Canone leguntur: *Mature*, inquiunt hujus Synodi Epiſcopi, *Concilii diſcuſſione prohabita, eos qui duobus conjugiis implicati fuere, & ad præteriti menſis Januarii diem decimum quintum, præterita quarta Indictionis, anni ſexies milleſimi centeſimi noni peccati ſervituti obnoxios ſe voluere, nec ullo pacto reſipiſcere, canonica depoſitioni ſubjicere decrevimus.*

II. Epocha Synodi Trullanæ controverſa.

Adhæc Taraſius laudatus in VII. Synodo dixit: *quidam ignoratione languentes ſcandalizantur in hos Canones, aſſerentes: Putas Sextæ Synodi ſunt? Cognoſcunt autem qui hujuſmodi ſunt, quod Sancta & Magna Sexta Synodus ſub Conſtantino fuerit celebrata contra illos, qui unam voluntatem & unam operationem dicebant in Chriſto, in qua hæretici anathematizati, & explanata fide, domum reverſi ſunt, decimo quarto anno Conſtantini. Ergo poſt quatuor, ſive quinque annos, iidem ipſi Patres convenientes ſub Juſtiniano filio Conſtantini, præſignatos Canones expoſuerunt, & nemo dubitat de illis. Illi enim, qui ſubſcripſerunt ſub Conſtantino, ipſi & ſub Juſtiniano præſenti Chartæ ſubſcripſerunt; ita ut hoc manifeſtum ſit ex eorum propria manus ſcriptura immutabili ſimilitudine.* Ita Taraſius.

III. *Tres de ea opiniones.*

Natæ inde de anno celebrationis hujus Synodi opiniones tres. Aliqui exiſtimant, ſtandum eſſe *Taraſio*, qui non multum ab ea diſſitus fuit, & quem quæ de ea in ſuæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Monumentis habebantur, legiſſe veriſimile dicunt. Quare hi exiſtimant, mendum in Canonem III. citatum irrepſiſſe, & *quartæ Indictionis* loco, *decimam quartam* reponendam, ideoque hanc Synodum figendam anno ſexcenteſimo octogeſimo ſexto, quinque circiter annis poſt Sextam Synodum Generalem. Secunda & tertia ſententia uno eodemque fundamento innititur, anno ſcilicet mundi ſexies milleſimo centeſimo nono in tertio Canone laudato, diſerte expreſſo. Fatetur utraque pars eum annorum numerum, licet a Balſamone & Zonara agnitum, mendoſe tamen in Actis hujus Synodi deſcriptum eſſe, & ex Theophane ad ann. Incarnationis ſecundum Alex. DCLXXVII. corrigendum; loco enim *anni ſexies milleſimi centeſimi noni*, legendum, *anni ſexies milleſimi centeſimi nonageſimi noni*, quia ſcilicet Librarii numerum XC. omiſerunt.

IV.

Porro annus ille mundanus referri poteſt, vel ad Eram Alexandrinam; ſicque inchoatur Kalendis Septemb. anni Chriſti ſeptingenteſimi ſexti: vel ad Eram Conſtantinop. eoque pacto auſpicatur Kalendis Septemb. anni Dionyſiani ſex-

ſanctionem ſub Juſtiniano; cujus hæc ſunt verba ex Græco Latine reddita a Turriano: *Illud oportet non ignorare caſſum & nugatorium eſſe, quod quidam dictitant, eos qui Sexti eſſe Concilii canones apud ipſos falſo feruntur, poſt quatuor annos editos fuiſſe. Ut enim in cæteris omnibus falſitatis arguuntur, ita in hac re quoque mentiuntur: ſic enim eſt vera temporis notatio. Habitum eſt Sextum Concilium maximum contra Monothelitas duodecimo anno Imperii Conſtantini, qui fuit Heraclii nepos, a mundo condito ſexmilleſimo centeſimo ſeptuageſimoſecundo. Imperavit autem poſtea idem Conſtantinus aliis quinque annis: eo vero defuncto vita, imperavit ejus filius Juſtinianus annis decem: quo ejecto, Leontius tenuit Imperium triennio. Leontio ſucceſſit Tiberius, qui Abſimarus etiam eſt nominatus, fuitque is in Imperio annis ſeptem. Deinde Juſtinianus is, qui fuerat expulſus, in Imperium reductus eſt, imperavitque rurſum ſex annis: ut jam ſecundo anno hujus poſterioris Imperii Juſtiniani deſcriptos fuiſſe canones, vel ex ipſo tertio canone evidens ſit, in quo ita cautum eſt: Decernimus de Concilii ſententia, ut qui bis uxorem duxerint, & ante hanc diem, quæ decimaquinta menſis Januarii numeratur quartæ Indictionis, anni ſexmilleſimi centeſimi nonageſiminoni, in hac culpa fuerint, atque eam maculam eluere noluerint, ut gradu moveantur.* Hucuſque Theophanes.

IV. Non probator Theophanis ſententia. Verum cum Sexta Synodus abſoluta habeatur (ut conſtat ex Actis ejus) Indictione decima inchoante, plane uſque ad hunc annum, quo quinta Indictio ponitur inchoata, anni dumtaxat intercedunt decem: Sed & quod nec Theophanis ſententia ſubſiſtere poſſit, ut quinta Indictio in ſequentem periodum Indictionum referatur, in annum videlicet ſe-

PAGIUS *Explicatur opinio de anno coactæ Synodi Trullanæ.* ſexcenteſimi nonageſimi: indeque Hiſtorici in eo interpretando diviſi. Theophanes loco laudato contendit, Patres Synodi Trullanæ uſos eſſe Era mundana Alexandrina, ideoque hunc annum mundi congruere cum anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos DCXCIX. qui uterque Alexandrinos annus tam mundi, quam Incarnationis inchoatur Kalend. Septemb. anni Eræ noſtræ Chriſtianæ ſeptingenteſimi ſexti: indeque conſequens eſt, Synodum iſtam juxta Theophanem pertinere ad annum Eræ Dionyſianæ DCCVI. a Kalendis Septembris & infra. Addit Theophanes, eam habitam anno Juſtiniani iterum imperantis ſecundo; a Sexta Synodo ad Trullanam fluxiſſe annos viginti ſeptem, & eos nugari *qui Scriptis ſuis celebratos Sexti Concilii Capitulares typos, exactis poſtmodum, annis quatuor, editos affirmant*, ubi Taraſium indicat. Communis tamen opinio annum illum mundi 6199. de Era mundana Conſtantinopolitana interpretatur, quam & Baronius ſequitur, & hic magis explicabimus.

V. *Refellitur prima opinio.* Primam opinionem jure merito reiicit Baronius, quia in III. Canone hujus Synodi mox recitato, dicitur, annum qui eam anteceſſit, fuiſſe mundi 6199. qui per quindecim diviſus reddit Indictionem quartam, quæ anno quarto aut quinto a celebratione Sextæ Synodi non conſentit; & ridiculum eſt affirmare errorem eſſe in Indictione, & loco *Indict. IV.* legendum eſſe, *Indict. XIV.* cum annus ille mundi cum Indictione XIV. componi non poſſit. Præterea verum non eſt quod aſſerit *Taraſius*, qui ſubſcripſere ſub Conſtantino, eoſdem & ſub Juſtiniano præſenti Synodo ſubſcripſiſſe, ut mox oſtendam. Quare memoria lapſus eſt S. Præſul. Dicit neminem de hujus Synodi Canonibus dubitare, cum tamen Latini eiſdem non præberent aſſenſum, imo, ut ipſe ait, ſcandalizarentur; quia ſcil. *Taraſius* volens veritatem certiſſimam, quæ in illis continetur de Imaginibus, valido ſubſidio conſtabilire, eos quoquo modo defendebat.

VI. *Refellitur ſecunda opinio.* Longe improbabilior Theophanis ſententia; cum *Paulus*, qui huic Synodo præfuit, anno ſequenti Sedem vacuam reliquerit *Callinico*, ipſo etiam Theophane teſte, qui ad id animum non adverterat. Secundo, Auctor Libelli Synodici, poſtquam locutus eſt de Synodo Trullana, ait: *cum autem Leontius Imperium invaſiſſet, & Juſtinianum abſciſſis naribus Cherſonem relegaſſet, Artemius, qui & Anaſtaſius dicitur, Leontio ſucceſſit*. Quare non anno Chriſti DCCVII. ſed ante annum DCXCV. quo Juſtinianus depoſitus eſt a Leontio, Synodus Trullana congregata. Tertio, Anaſtaſius Bibliothecarius diſertis verbis aſſerens hanc Synodum coactam Sergio Primo Eccleſiam Romanam adminiſtrante, evidenter oſtendit, Patres in ea adhibuiſſe Eram mundi Conſtantinopolitanam juxta quam annus 6199. reſpondet Pontificatui *Sergii* Primi, qui juxta Anaſtaſium anno Chriſti ſeptingenteſimo primo vitam cum morte commutavit. Profecto Anaſtaſius in Vita Sergii Papæ ita accurate narrat, quæ *Juſtiniano Auguſto* primum imperante Romæ geſta ſunt, quo Quiniſextæ Synodi Decretis *Sergius* ſubſcribere compelleretur, ut eum de hujus Synodi tempore probe edoctum fuiſſe certum videatur. Hinc Beda, qui hac ætate vivebat, lib. de Sex Ætatibus, Paulus Diaconus, qui ſæculo ſequenti floruit, lib. 6. de Geſtis Langobard. cap. 11. aliique idem quod Anaſtaſius docent: Beda autem & Paulus Theophane antiquiores fuere. Petavius in parte 2. Rationarii Temp. lib. 4. cap. 14. *Theophanis* ſententiæ adhæret, quod *Joannes* VII. Romæ anno Chriſti DCCVII. ſederet; quem & de Canonibus iſtis approbandis interpellatum a *Juſtiniano*, in Joanne VII. ſcribit Anaſtaſius. Verum perperam Petavius pro hac ſententia citat Anaſtaſium, qui eam penitus evertit. Nihil vero *Juſtinianus* a Joanne poſtulavit, quod a Conſtantino Papa etiam non poſtularit, quo tamen Eccleſiam adminiſtrante nullus dicet Synodum Trullanam coactam eſſe.

VII. *Synodus Trullana anno Superiori celebrata.* Certum itaque eſſe debet, annum illum mundi 6199. de Era mundana Conſtantinopolitana interpretandum. Verum quidem eſt hanc Eram, quam imperante *Heraclio* Seniori inſtitutam fuiſſe alibi diximus, in Actis publicis, quæ ad nos pervenere, ante hoc tempus non occurrere, ſed cum hactenus nullum hujus Synodi exemplar MS. prodierit, in quo is annorum numerus non legatur, & Theophanis Ano-

ſecundum (ut ait) ejuſdem Juſtiniani in Imperium reſtituti: evidens illud quoque eſt argumentum, quod Sergius Papa, ſub quo iſti ſanciti canones reperiuntur, nequaquam ad illud pervenit tempus, ſed longe ante deceſſit. Errandi vero occaſio data eſt Theophani ex depravata ſupputatione annorum ab origine mundi: ſed certior ipſa quæ fit per Indictiones ſupputatio eſt. Quod autem ejuſmodi conventus Epiſcoporum collectus fuerit Sergii Papæ tempore, qui ſancita ab ipſis recipere noluit: quæ hoc eodem anno inferius dicturi ſumus, manifeſtiſſime declarabunt.

V. Pſeudoſynodus intentata auſa eſt.

Cæterum quod ad pſeudoſynodum ipſam pertinet, nemo prudens dixerit eam in Spiritu ſancto legitime congregatam: tuque ipſe de his, lector, ſapiens judex eris, cum quæ dicenda erunt, æqua lance perpenderis. Primum quidem in ea, exploſa venerandæ antiquitate, cujus præſcripto cuncta bene geri in Eccleſia Catholica conſueverunt, omnia ſibi improba novitas arrogavit. Etenim ubi in primis auditum eſt, ut poſt decem annos a ſoluto Concilio œcumenico atque perfecto, dimiſſiſque omnino Patribus ejuſdem Synodi nomine ab alio coacto conventu canones ſanciantur? & non dico hoc inveniri poſſe poſt decennium præterlapſum, ſed nec poſt menſem, immo nec diem, ubi Synodus dimiſſa fuerit, ut apparet in Concilio Chalcedonenſi. Si vero ſanciendi aliqua occaſione fuerunt canones: quæ neceſſitas exigebat, ut nomine Synodi ante decennium habitæ cenſerentur?

VI. Pſeudoſynodus appendix ad duas Synodos.

Sed majorem his vide inſolentiam atque fatuitatem, ut non nomine tantum Sextæ, ſed & Quintæ Synodi iidem reperiantur ſanciti canones. Audi, quæſo, quæ in ea ad Imperatorem Juſtinianum præfati ſint, qui convenerunt Epiſcopi: ſunt hæc verba ipſorum: *Quoniam autem ſanctæ, & univerſales duæ Synodi in hac imperante, & Dei obſervatrice civitate congregatæ, una quidem temporibus divinæ recordationis Juſtiniani, altera vero ſub piæ memoriæ Imperatore Conſtantino tuæ manſuetudinis patre, ad paternæ declarandum fidei myſterium ſacros canones nequaquam conſcripſerunt, ſicut reliquæ ſanctæ quatuor univerſales Synodi, per quos populi quidem a deteriore & abjectiore vivendi ratione recedant, ad meliorem autem, & altiorem vitam ſe traducant, &c.* Stulte inſinuantes ſe neceſſitate coactos eſſe veluti appendicem ad dictas Synodos ponere novos canones.

VII. Synodus erratica dicta.

Scias tu autem, antequam ulterius progrediamur, juſte recteque a majoribus ejuſmodi conventiculum non œcumenicæ Synodi partem eſſe nominatam, ſed erraticam Synodum, omni penitus auctoritate carentem. Si enim ratione res agatur: quæ neceſſitas, ut in œcumenicis Synodis fidei cauſa tantummodo congregatis

PAGIUS ctoris antiqui tempore idem numerus in ea haberetur, & quidem correctior, quam in exemplaribus hujus Concilii, quæ ſuperſunt, dici non poteſt illum in hanc Synodum inſertum eſſe. Porro non inde ſequitur, ut paſſim omnes inde colligere video, *Synodum Trullanam* uſque in hunc Chriſti annum differendam. Annus enim ille mundanus 6199. deſinit cum menſe Auguſto ſuperioris Chriſti anni, ac Kalendis Septembris ejuſdem anni inchoatur annus mundi 6200. & cum eo Indictio quinta, quibus obtinentibus Synodus illa congregata, & laudatus tertius Canon ſupra recitatus ante initium menſis Februarii currentis Chriſti anni conditus. Hoc enim Patres manifeſte innuunt, cum in eo Canone III. menſem Januarium quartæ Indictionis præteritæ, ſeu anni Dionyſiani ſexcenteſimi nonageſimi primi vocent *præteritum menſem Januarium*. Quod ſi Decretum illud factum fuiſſet poſt menſem Januarium currentis Chriſti anni, non dixiſſent Patres, *decernimus, ut uſque ad XV. præteriti menſis Januarii præterita quarta Indictionis*, ſed *decernimus, ut uſque ad XV. præteriti menſis Januarii* PRÆSENTIS QUINTÆ INDICTIONIS quia eo caſu menſis Januarius quintæ Indictionis currentis fuiſſet præteritus menſis Januarius. Concilia vero Generalia quale Græci contendunt fuiſſe Trullanum, quod & *Taraſius* loco laudato dicit Synodum univerſalem repræſentaſſe, ſemper vere aut autumno, ſaltem exeunte, celebrata. Quare cum Trullanum verno tempore habitum non fuerit, conſequens eſt, illud autumno ſuperioris Chriſti anni indictum fuiſſe: eaque Concilia ad eos pertineant annos, quibus inchoata ſunt, non vero quibus continuata aut abſoluta, incertumque ſit, an ſuperiori anno finiente, vel currenti Trullanum abſolutum fuerit, non dubium, quin illud affigendum ſit anno ſexcenteſimo nonageſimo primo.

VIII. *Qui Epiſcopi huic Synodo interfuerint.*

A num. V. ad XV. Habita Synodus *Trullana* ad ſupplendam Quintam & Sextam Synodos, in quibus nulli Canones editi erant ad diſciplinæ reſtaurationem & reformationem morum. Hanc enim Synodi cauſam indicant, qui ad illam convenere Epiſcopi, in ſua ad Imperatorem Allocutione. Hinc *Quini-ſexta* hæc Synodus appellata, quod velut ad ſupplementum utriuſque facta ſit, quam & *Erraticam* alii appellavere. Verum unde habuere Græci non poſſe celebrari Synodum Oecumenicam abſque Canonum editione; cum ea ut Leo Papa docet, ad extinguendam hæreſim, & fidem Catholicam confirmandam indicantur. Matthæus Blaſtares in Procemio ſui Nomocanonis de Synodo Trullana ſcribit; *Principes ejus Synodi celebrabantur, Paulus Conſtantinopol. alter Paulus Alexandriæ, Georgius Antiochiæ, Anaſtaſius Hieroſolymorum, Joannes Novæ Juſtinianopoleos, Baſilius Gortynæ Metropoleos Cretæ inſulæ, ac totius Synodi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vices Gerens. Ita namque poſt Imperatoris ſubſcriptionem, Patriarcharum & Metropolitarum ſinguli proprium nomen ac dignitatem veteribus in libris ſignavere.* In fine Concilii Trullani Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſubſcriptus re-

Digitized by Google

alia quam de fide inter Patres tractentur? Immo dictum meminimus, accepiſſe in mandatis ab Agathone Pontifice Apoſtolicos legatos ad Sextam Synodum miſſos, ut nihil in ea, præter quam de fidei quæſtionibus, quarum cauſa miſſi fuiſſent, penitus agerent. Non enim alia ratione, quam de cauſis ad fidem ſpectantibus conſuevere Synodi œcumenicæ congregari. Verum etſi appendix iſta ad Synodum Quintam & Sextam facienda erat; nonne eoſdem Epiſcopos eoſdemque legatos vel alios ab Apoſtolica ſede mittendos vocari oportuiſſet? Quæ ſunt iſta velamenta, & perficiendarum Synodorum vafre quæſiti prætextus?

VIII. Fraus Græcorum aperitur. Sed aperiamus impoſturam, detegamus commentum. Vetus æmulatio Græcorum adverſus Latinos fuit hujus artifex technæ, atque textrinæ callida concinnatrix. Quod enim adverſus Latinorum ritus haud eſſet eorum facultatis ſtatuere, nomen uſurpare utcumque Synodi œcumenicæ ſtatuerunt, cujus auctoritate quæ facerent fulcirentur. Quin & ad corroboranda quæ inaniter ſtatuiſſent, auctoritatem & confirmationem Apoſtolicam ſubripere tentaverunt: quod facile demonſtrabunt, quæ paulo poſt per ſingula dicturi ſumus.

Callinicus perfidus Architectus. Fuit autem tam inſolentis conſpirationis antefignanus, & ejuſmodi confuſionis erectæ turris architectus Callinicus Conſtantinopolitanus Epiſcopus; quem Deus noluit inultum in aliorum exemplum ex hac vita diſceſſiſſe: nam (ut ſuo loco dicetur inferius) ab eodem Juſtiniano Imperatore oculis orbatus eſt, atque Romam in exilium miſſus. Sed audiamus Theodorum Balſamonem ſchiſmaticum hominem, atque ſchiſmaticorum patronum ficus folia inſtar prævaricatorum primorum parentum ad tegendam turpitudinem conſuentem, dum in Photii Nomocanonem, in defenſionem horum canonum iſta garrit:

IX. Balſamonis de Quini-ſexta Synodo commentum. *Cum*, inquit, *duæ univerſales Synodi, Quinta ſcilicet, quæ fuit regnante magno Juſtiniano, & Sexta, quæ fuit regnante Conſtantino Pogonato, non fecerint canones ad Eccleſiarum conſtitutionem: hæc facta eſt ad ſupplementum duarum. Propterea enim nec Sexta proprie nominatur, ſed πενθέκτη, id eſt, Quiniſexta: nam quod Quintæ & Sextæ Synodis deerat, replevit. Eſt autem etiam univerſalis. Etſi enim Occidentales Epiſcopi, Itali ſcilicet & Latini ab hujus Synodi canonibus opportune ictis, eam non eſſe univerſalem inſtiterunt, nec Romani Papæ legatos in ea adfuiſſe, ea quod ſit alia Sexta Synodus quæ regnante Conſtantino Pogonato facta eſt, ut diximus; hanc autem longo poſt tempore factam fuiſſe juſſu Juſtiniani Rinotmeti, id eſt, Trunca naſo: ego tamen eas audire non patiens, & hujus allocutionis contextum potius reſpiciens, & canones qui ſequuntur, dicentes: Definit hæc*

PAGIUS peritur, cui etiam ſubſcribunt *Petrus* Epiſcopus Alexandriæ, *Anaſtaſius* Epiſcopus Hieroſolymitanus, *Georgius* Epiſcopus Antiochiæ, qui ultimus Macarii hæretici, & a Sexta Synodo depoſiti Succeſſor fuit; ſed *Petrus* Legatus Eccleſiæ Alexandrinæ adfuit Sextæ Synodo Generali, dum adhuc Presbyter eſſet. Quare Blaſtares loco *Petri Paulum* perperam poſuiſſe videtur. Adhæc apud Blaſtarem *Georgius* Epiſcopus Antiochiæ præponitur *Anaſtaſio* Hieroſolymorum Epiſcopo, & tamen in fine Actorum Concilii Quini-ſexti Anaſtaſius ſubſcriptus legitur ante Georgium. Papebrocius in Hiſtoria Patriarcharum Hieroſolymitanorum Anaſtaſium Patriarcham, quemadmodum & Baronius in Annalibus, omiſit. Georgius ſucceſſit Theophani, anno DCLXXXV. ut ibidem diximus, demortuo. Auctor Libelli Synodici huic Synodo Epiſcopos CCXL. Balſamon & Zonaras CCXXVII. interfuiſſe ſcribunt; cum tamen in hodiernis exemplaribus ſubſcripti tantum reperiantur CCXI. & Anaſtaſius Bibliothecarius, cujus verba num. VI. recito, aſſerat Patriarchas nequidem per Legatos ei adfuiſſe. Inter eos, qui præſentes fuere, extitere quos probitas, doctrina, & Sanctitas commendabiles reddebat. Porro ex Blaſtaris verbis liquet, *Paulum* tunc Epiſcopum Conſtantinopolitanum fuiſſe; quod & Patriarcharum illius Urbis Chronologia accurate a nobis conſignata extra omne dubium ponit. Baronius tamen num. VIII. *Callinicum* Pauli Succeſſorem tunc Eccleſiam Conſtantinopolitanam gubernaſſe exiſtimavit; quam ſententiam Lupus Diſſert. de Synodi Trullanæ cauſa & tempore etiam amplectitur, aitque: *ejus, ut Viri infamis, nomen exiſtimem eraſum a poſterioribus Synodi patronis, ac intruſum nomen Pauli.* At Callinicum nullus Antiquorum alicujus criminis reum facit, & gratis dicitur nomen *Pauli* in locum nominis *Callinici* ſubrogatum fuiſſe.

IX. Legatio Apoſtolica Synodo adfuit. Huic Synodo adfuiſſe Legationem Apoſtolicam diſerte docet Anaſtaſius in Vita Sergii Papæ, in qua ſcribit: *Hujus Pontificis temporibus Juſtinianus Imperator Concilium in Regia Urbe fieri juſſit, quo & Legati Sedis Apoſtolicæ convenerunt, & decepti ſubſcripſerant.* Sed hanc Legationem varie explicant recentes Hiſtorici, inter quos Marca lib. 5. de Concordia cap. 18. rem exactius expoſuiſſe videtur. Obſervat Romanos Pontifices ſolitos fuiſſe Legatos ad Imperatores Chriſtianos pro negotiis Eccleſiæ univerſalis procurandis mittere: eamque Legationem ſequentibus ſæculis occaſionem dediſſe mittendorum *Reſponſalium* ad Urbem Conſtantinopolitanam, præcipue poſt Juſtiniani Primi tempora. Tunc enim aſſidui erant in comitatu Diaconi Apocriſiarii & Reſponſales, dicti; qui & cauſas proprias Eccleſiæ Romanæ apud Principem proſequebantur, & pro negotiis fidei & diſciplinæ excubabant. Juriſdictionis nullam partem attingebant, niſi ex Delegatione ſpeciali, quæ aut a Principe fiebat aliquando, aut a Summo Pontifice. *Reſponſalium* autem uſum in Urbe Regia, ubi deſierat occaſione hæreſis Monothelitarum, ſopitis tandem dogmatum controverſiis, & Eccleſiarum Schiſmate per Sex-

tam

hac ſuncta & univerſalis Synodus hæc & hæc. At recens quidem ſcripta Nomocanona, ut quæ eorum Imperatorum & Patrum qui Synodos expoſuerunt, ſubſcriptiones non haberent, prætercurri: antiquius autem Nomocanonum verſavi, & ex ſubſcriptionibus inveni, quod in hac Synodo, quæ in Trullo magni Palatii congregata eſt, aderant Baſilius Gortynæ Cretæ inſulæ Metropolis Epiſcopus, & quidam Ravennæ Epiſcopus, totius Synodi Romanæ Eccleſiæ vicem gerentes.

X. Hic amabo te, ſiſte gradum, lector: attende quomodo (quod canit Pſalmus (a) *in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.* Fatetur in recentiori Nomocanone non ineſſe ſubſcriptionem Epiſcoporum qui interfuerunt, in antiquo autem (ut ait) eam ſe reperiſſe. Sed cur non appoſuit poſt eoſdem, quos recenſet verbatim ſingulos & interpretatur, centum tres canones? Utique in re tanta, cui præſertim ab omnibus Occidentalibus ſciret contradici Epiſcopis, omnino id præſtare debuiſſet. Ecquo negligens fuerit, & pertæſus prolixam ſeriem nominum prætermiſerit: cur vel ſaltem numerum eorum non poſuit? Sed & cur Baſilium Gortynæ Epiſcopum nominatim refert, Ravennatem non ita, quem vicem geſſiſſe tradit totius Romani Concilii? Non facile id fuit ipſi, vel fingere nomen, ne a Latinis redargui poſſet erroris, quod alius ab illo in ſerie Ravennatum Epiſcoporum hoc tempore eidem Eccleſiæ reperiri poſſet Epiſcopus præfuiſſe. At non oſcitantia factum, ſed aſtutia, ut nomen tanti legati prætermiſerit: non enim oſcitantia, vel incuria, ſed in vaferrimo Græco ſumma id excogitavit nequitia, ne mendacii argui poſſet.

(a) *Pſal.* 9.

Refelluntur falſa Theodori inventa.

Sed & redarguitur ejus pariter imperitia: Quando nam aliquando accidit, ut cum ab aliquo Romano Pontifice legatio Conſtantinopolim ad magnam Synodum mitteretur, unus dumtaxat legatus ſit miſſus, & non ſemper ex Romano clero plures numero presbyteri atque diaconi, & aliquis ex Italia bene notus Epiſcopus? numquam ſane id reperies factum, quod finxit & mentitus eſt, a Romano Concilio ad œcumenicam quam dicit Synodum, eſſe miſſum unum, & ſine nomine Ravennatem Epiſcopum abſque presbyteris atque diaconis Romanæ Eccleſiæ.

De Legatione miſſa detegitur impoſtura.

XI. Rurſum vero quod ſe ſciret cauſa cadere ob legatorum Apoſtolicorum abſentiam, ut dici non poſſit ea Synodus œcumenica: eos loco legatorum ponit & aggregat Græcos Epiſcopos, quos Vicarios conſtituere ſolebant Romani Ponti-

De legatis diverſarum Eccleſiarum falſus prætextus.

PAGIUS tam Synodum extinctu, *Conſtantinus Pogonatus* reſtituere procuravit; ſed liberam Legationem, nullis mandatis reſtrictam, poſtulavit; ita ut Legatus in omnibus emergentibus negotiis, ſeu fidem, ſeu diſciplinam reſpicerent Pontificis perſonam exprimeret.

X. Hæc ſunt Imperatoris verba in Epiſtola ad Leonem II. quæ extat Actione XVIII. Sextæ Synodi: *Hortamur porro Veſtram Sanctiſſimam Summitatem, ut quam primum mittat deſignatum ab eo Apocriſarium; ut is in Regia & a Deo conſervanda noſtra Urbe degat, & emergentibus, ſive dogmaticis, ſive canonicis, ac prorſus in omnibus Eccleſiaſticis negotiis Veſtræ Sanctitatis exprimat ac gerat perſonam.* Prudenter Leo ita ſe petitioni Conſtantini accomodavit, ut Reſponſalem ſuum delegaret *Conſtantinum Subdiaconum*, non tamen conceſſa, plenæ Legationis auctoritate; ſed eo tantum munere injuncto, quod Apocriſariis imponi ſolitum erat, ſuggerendi ſcilicet & inſinuandi Principibus, quæ neceſſaria viderentur, reſervata nempe ſibi, ad relationem Reſponſalis, decernendi poteſtatem: *præſentis denique ſuggeſtionis*, inquit Leo II. in Epiſt. ad Conſtantinum Pogonatum, *exiguum peccatorem Conſtantinum Subdiaconum, Regionarium hujus Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, qui & nuper cum Legatis Apoſtolicæ memoriæ Prædeceſſoris mei interfuit Sanctæ Synodo vobis celebrata* (VI. nempe Synodo) *Clementiæ conſueta dignum exceptione cenſeat veſtra Regalis magnanimitas, ejuſque ſuggeſtionibus aurem pietatis accomodet, ut autem miniſtrum dignanter ſuſcipiat.* Non inutilis erat hujus meditati conſilii cautio ad vitandas Patriarcharum Conſtantinopolitanorum machinationes; qui ſuæ Sedis amplificationi, ſemper intenti, terrore & minis Principis, aſſenſum Legati ad res novas conſtituendas extorquere potuiſſent, ut ſaltem non incolorata videri poſſet immutatio, quæ Sedis Apoſtolicæ auctoritate aliqua muniretur.

Apocriſariis plenæ Legationis auctoritas non concedebatur.

XI. Attamen prudentia ſua obtinere Pontifices Romani non potuerunt, quin eos in laqueos inciderent, a quibus tam ſtudioſe ſibi cavebant. Etenim in Concilio Trullano, ut color aliquis novis Decretis, quæ in ea condita ſunt, quæſitus videretur, illud Oecumenici titulum aſſumſit, ob Romanæ Sedis auctoritatem adhibitam. Legati enim Apoſtolicæ Sedis huic Concilio interfuere, ut diximus ex Anaſtaſio, id eſt, ut Marca interpretatur, Apocriſarii ſeu Reſponſales, qui munere ſuggeſtionis fungebantur. Neque enim *Sergius* Papa Legatos mandatis ſuis inſtructos ad eum Conventum tranſmiſerat; quem damnavit ut illicitum, ejuſque Canonum lectionem repudiavit; rejecta Juſtiniani poſtulatione, qui Pontificis ſubſcriptione firmari geſta vehementiſſime cupiebat: *In quo*, inquit Anaſtaſius de Trullano Concilio loquens, *& Legati Sedis Apoſtolicæ convenerant, & decepti ſubſcripſerant. Compellebatur autem & ipſe Papa ſubſcribere; ſed nullatenus acquievit.* Baſilius Epiſcopus Gortynæ, Metropolitanus Provinciæ Cretæ eam Legationem tunc ſolus obibat. Hincque factum, ut ad Calcem horum Canonum *Baſilius*, unus ex Epiſcopis Occidentalibus, ſe Legatum inſcripſerit totius Synodi Eccleſiæ Romanæ, exemplo trium Legatorum *Agathonis* & Synodi Occidentalis, qui hoc nomen in Sexta Synodo aſſumſerant.

Legati Sedis Apoſtolicæ inviti ſubſcripſerunt VI. Synodo.

XII. Legati titulo ipſe quoque *Baſilius* ornatus fuerat tempore Sextæ Synodi, ut patet ex ejus ſubſcriptione, quæ habetur Actione XVIII. Sed illo auctus non fuerat, ut una cum cæteris

ſces in Oriente, quos ita enumerat, dicens: *Et non ſolum ipſis*, Cretenſi ſcilicet atque Ravennate Epiſcopo, *ſed qui tum erant Papæ legati*, Vicarii ſcilicet, *Theſſalonicenſis, Sardanenſis, Heracleaans in Thracia, & Corinthius Epiſcopi: ſunt autem legati, qui a facie dicuntur, qui etiam particularem habent juriſdictionem, ut hoc oſtenditur ex ſecundo titulo quinti libri Imperialis. Quod autem Papa Romanus jus ordinationis in noſtris regionibus non habet, ut nonnulli hallucinantur, dicentes Theſſalonicenſes & alios ab eo ordinari; ſed eos quos habet legatos a facie, qui intereſſe quando opus erat, debebant: probatur quidem certe & ex aliis, & quod aliquando quidem ut Papæ legati adeſſent Athenarum & Corinthi Epiſcopi, aliquando vero Cretæ, Patrarum, Ravennæ, & cæteri, nonnumquam vero & alii. Ut manifeſtum ſit eos eſſe Papæ legatos, quos ſigillatim elegit, non tamen eum ſub ſe habere tot extra ſuos fines Epiſcopos. Ut autem Papa ex noſtris etiam regionibus legatos haberet, excogitatum eſt propter viæ longitudinem.* Hucuſque de his Theodorus.

XII. Redarguitur impoſtura Theodori. Vides plane ſchiſmaticum hominem hæſitantem in ſalebris, altera ex parte timere profiteri habere Romanum Pontificem Vicarios in Oriente, quibus oſtendi poſſit jus ſibi eſſe in Orientales Epiſcopos, ſicuti re vera ſemper fuit. Conſtituebantur enim Vicarii, qui nomine Apoſtolicæ ſedis audirent, ſi qui eſſent qui indigerent Apoſtolicæ ſedis auxilio, ut ex compluribus ſuperius recitatis epiſtolis demonſtratur. Cæterum Theodorus quod ejuſmodi vicem gerentibus Apoſtolicæ ſedis egeret, quos vult ponit eidem Synodo interfuiſſe ex ejuſmodi Vicariis conſtitui ſolitis in diverſis locis Orientalis Eccleſiæ. Verum dicat ipſe, quando aliquem ex ejuſmodi Vicariis abſque alia ſpeciali ad hoc decreta legatione trium ſaltem Latinorum collegarum e Romano clero electorum, mitti ad œcumenicam Synodum moris fuit?

XIII. Strophæ Theodori penitus undique evaneſcunt. Sed quid? Etiam ſi ſpeciale mandatum iidem Græci Epiſcopi Romani Pontificis Vicarii ad hoc habuiſſent: quin inſuper, etiam ſi a latere, & ex Romano clero delecti miſſi fuiſſent, & Synodo interfuiſſent, atque etiam ſubſcripſiſſent: neque ſic haberent Græci, quod firmum, validum probatumque oſtendere poſſent. Niſi enim quæ in Synodis a legatis ſunt geſta, ea confirmentur a Romano Pontifice, ſubſcriptioneque roborentur, nullius eſſe roboris convincuntur: id quidem ſemper in Eccleſia Dei ſervatum cuſtoditumque eſſe, innumera ferme ſuperius diverſis locis exempla recitata declarant. Omnia igitur quæ velit, & plus quam velit ſi Theodoro concedamus de legatis miſſis, ſi hoc probare non poteſt, canones illos probatos a Romano Pontifice (cum potius expreſſum contrarium evincatur, refragatum ſcilicet penitus fuiſſe Sergium Romanum Pontificem) nihil eſt quod fruſtra ipſe Theodorus laboret de probanda præſentia legatorum.

XIV. Pſeudo-ſynodus ſepulta ſilentio. Vides antiquiores ſcriptores Græcorum Annalium puduiſſe ejuſmodi Synodi ad Sextam poſitæ appendicis, eamque ſilentio damnare ac penitus ſepelire voluiſſe, nullam penitus de ea mentionem habendo: neque enim Theophanes, neque Cedre-

PAGIUS *Legatio Baſilii Gortynenſis Epiſc. explicatur.* ris tribus Legatis vices Concilii Occidentalis in ea Synodo impleret; cum nec in literis *Agathonis*, nec in Epiſtola *Conſtantini Pogonati* inter eos recenſeatur. Sed Legatio quædam ordinaria illi conceſſa fuit, ut *Reſponſalem* ageret ordinarium Synodi Romanæ nomine; quemadmodum Diaconus mittendus a Papa Reſponſa Eccleſiaſtica nomine Pontificis facere debebat. Contigit autem, ut *Baſilius* Legationem illam ordinariam poſt ſolutam Sextam Synodum retinuerit, qua defunctus eſt in Trullana Synodo. Balſamo, cujus verba Baronius citat, & refellit num. IX. & ſeqq. contendit, adverſus Latinos Conventum iſtum Trullanum Synodi Oecumenicæ auctoritatem obtinere; eo quod Legatis Apoſtolicæ Sedis inſtructus fuerit, ſcilicet *Baſilio* Gortynenſi, & alio quodam Epiſcopo Ravennæ, qui vicem Synodi Eccleſiæ Romanæ gerebant, & Epiſcopis quoque Theſſalonicenſi, Sardiniæ, Heracleæ, & Corinthi, qui tunc erant Legati Pontificii, ut in veteribus Nomocanonis ſcriptum reperitur. Sed apertiſſimi mendacii reus convincitur: *ut enim* taceam de Heracleæ Epiſcopo, qui Pontificia Legatione nunquam ornatus fuit, conſtat ex Græcis ſubſcriptionibus, quæ hodie extant, Theſſalonicenſem & Corinthium Epiſcopos ordinarios Sedis Apoſtolicæ Legatos, æque ac Ravennæ & Sardiniæ Epiſcopos ab eo Conciliabulo abfuiſſe.

XIII. *Charta pura relicta eſt Pontifici Rom. & quibuſdam aliis.* Etenim inter cæterorum ſubſcriptiones locus illis relinquitur in ordine ſuo ad ſubſcribendum, quando Acta Synodi authentica ad eos perferrentur; quemadmodum obſervatum fuit erga Pontificem Romanum, cui Charta pura in Codice Concilii relicta eſt ante cæteros *Patriarchas*, poſt *Juſtinianum* Imperatorem, ut eam ſubſcriptione ſua repleret. Unde illuſtrari poteſt Anaſtaſius, qui Juſtinianum geſta hujus Synodi ſex Tomis comprehenſa ab Epiſcopis ſubſcripta, & manu Imperiali confirmata, *in Romanam Urbem ad confirmandum, vel in superiori loco ſubſcribendum Sergio Pontifici, utpote Capiti Sacerdotum omnium* direxiſſe ſcribit. Eodem plane pacto charta pura relicta eſt Epiſcopis abſentibus Theſſalonicenſi, Ravennæ, Sardiniæ, & Heracleæ, ut ſaltem poſt ſolutam Synodum Acta ſubſcriberent; quod iiſdem verbis in Codice adnotatum eſt: *Locus Theſſalonicenſis, locus Ravennatis*, & cæterorum. Quare Balſamo, qui locum vacuum pro ſubſcriptione ſumſit, non auſus eſt edere nomina Epiſcoporum, quos ſubſcripſiſſe fingit. *Baſilium* quidem Gortynenſem ſpecialiter profert, ſed cæteros verbis indefinitis ſignificat, ut loqui Marca, qui hanc Legationem verbis mox recitatis docte explicat. Ad

dranus, vel Zonaras de ea vel verbum quidem, ſed neque Conſtantinus Manaſſes, item & ipſe Græcorum ſcriptor Annalium, neque denique ipſe Glicas vel alii. Sed quomodo ſanctiſſimus Romanæ Eccleſiæ Pontifex Sergius conſtanti animo ejuſmodi nefariæ novitati reſtiterit, fregeritque ſacerdotali roborare conatus omnes Juſtiniani Imperatoris confirmationem aſcititiorum canonum ab ipſo extorquere conantis, dicemus poſtea, ubi quæ enormia iiſdem contineantur ſancitis pro animi ſententia regulis manifeſta fecerimus; de quibus aggredimur agere.

XV. Apoſt. Canonum numerus & auctoritas incognita patribus.

Sed omittimus dicere (quod ſæpe ſuperius, declaratum eſt) de damnatione Honorii Pontificis una cum hæreticis Monothelitis in primo canone decantata, cum ſatis de bis ſuperius: ſed & prætereimus confirmationem factam in ſecundo canone octoginraquinque canonum Apoſtolorum nomine conſcriptorum, quod numquam antea Synodus aliqua ſpatio ſexcentorum & amplius annorum facere auſa eſt, ut probaret eos omnes, quos Apoſtolicæ ſedis auctoritas publico toto orbe decreto inter apocrypha ſciens prudenſque conjecerat cenſura Gelaſii: cum a contra mendaciorum conſarcinatores non erubuerint eos afferere a ſanctis Patribus confirmatos, iſta dicentes: *Qui a ſanctis Patribus, qui nos præceſſerunt, ſuſcepti & confirmati ſunt ſanctorum & glorioſorum Apoſtolorum nomine octogintaquinque canones*. At ubi, & a quibus, quave auctoritate iſte canonum Apoſtolorum numerus cognitus atque probatus reperitur? Sed hæc auſi in contemptum Apoſtolicæ ſedis nequiſſimi operarii, perennis ſchiſmatis architecti, ſicut & quæ in fine ejuſdem canonis iſtis verbis appoſuerunt:

XVI. Abolitam antiquitus hæreſim reſtituere niſi ſunt.

Præterea vero & a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit Archiepiſcopus & martyr, & Synodo quæ ſub eo fuit, emiſſum canonem, qui in prædictorum Præſulum locis & ſolum ſecundum traditam eis conſuetudinem ſervatus eſt: confirmatas ſcilicet. Sed quiſnam eſt unicus iſte canon tum a S. Cypriano, tum a Synodo tunc congregata ſancitus? non alius quidem, quam qui totis viribus ab illis defenſus de rebaptizandis, qui fuiſſent ab hæreticis baptizati. Vides monſtrum, quomodo in odium Romanæ Eccleſiæ, quæ tunc per Stephanum Papam reſtitit Cypriano & univerſis ubique conſtitutis Epiſcopis, probare conati ſunt iſti, quod ab univerſa Eccleſia Catholica, certum eſt improbatum fuiſſe? Intelligis, quam egregie etiam mentiti ſint, a ſucceſſoribus Epiſcopis, quod tunc ſancitum fuit, probatum eſſe ſecundum conſuetudinem; cum & conſuetudo pro Stephano Papa eſſet, & ſucceſſores omnes etiam Africani Epiſcopi contra Cyprianum in ſententiam Romani Pontificis abierint, ut de bis omnibus locupletiſſimus teſtis eſt Auguſtinus, qui ob id manus ſæpe conſerit cum adverſariis Donatiſtis. Omittimus imperitiam ſugillare eorumdem iſta decernentium Epiſcoporum, dum Cyprianum nominant Archiepiſcopum, execrabili nempe nomine Africanis Epiſcopis, qui canone ſancito (a) vetuerant, ne quis diceretur in Africa Archiepiſcopus. Intelligis puto, lector, quanto periculo iidem hæc ſtatuentes damnatam penituſque oblivione ſepultam hæreſim reſtituerent in Eccleſia redivivam.

(a) Concil. Charthag. 3. c. 26.

XVII. Univerſalis abrogatio Canonum.

Sed audi quam ad finem ejuſdem canonis apponant pro confirmatione, pœnæ appoſitione, cuſtodiam verbis iſtis: *Nulli licere prius declaratos canones adulterare, vel abolere, vel alios præter prius hic propoſitos canones admittere, a quibuſdam falſa adiecta inſcriptione compoſitos, quæ veritatem cauponari conati ſunt. Si quis autem, &c.* Conſideraſti ne, lector, quomodo cum vetant nullos alios admittendos eſſe canones præter eos qui ibidem ſunt receoſiti, uno ductu calami deleantur omnes, qui in Eccleſia Occidentali, ſive Romæ, ſive in aliis Italiæ locis, aut in Galliis, vel in Hiſpaniis, ubique locorum in hanc uſque diem ſanciti fuere in tot ubique celebratis Conciliis ſacri canones? Quinam iſti, qui uno ictu falcis, veluti agri fœnum, tot tantaque celebrata tot ſæculis ubique Concilia ſecando proſternunt, & prætextu falſæ adiectæ inſcriptionis, omnes damnant canones, qui nominibus Conciliorum atque ſanctorum Patrum ab eis recitatis non continentur?

Sed

PAGIUS XIV. *Canones hujus Synodi.*

Ad num. XV. & ſeqq. Centum & duo Canones in hac Synodo editi, ut teſtantur *Sanctus Taraſius*, Septima Synodus in Refutatione conventus Iconoclaſtici, *Photius* in Nomocanone, & Auctor Libelli Synodici; Baronius quidem num. I. ait, conditos eſſe centum & tres, quia ſcilicet in aliquem Codicem inciderat, in quo unus in duos partitus erat. Ex illis plures ſunt optimi, & qui antiquam diſciplinam ut plurimum redolent, quemadmodum ex illorum lectione & examine cuilibet patebit. Verum ſunt inter illos quatuor aut quinque, qui a Romana Eccleſia approbati non fuere, uti Canon II. quo octoginta quinque *Apoſtolorum Canones* & Conſtitutiones decernuntur admittendæ, quos ideo Baronius num. XLII. & ſeqq. refellit. Nec etiam Canon XIII. quo lex Eccleſiaſtica *Cœlibatus* concutitur; & caſtiſſima Romanæ Eccleſiæ reprehenditur diſciplina, qua Sacris miniſtris uſus conjugii interdicitor, quem ideo confutat Baronius a num. XVIII. ad XXIV. Nec etiam Canon LXVII. *abſtinentiam a ſanguine & ſuffocato* Clericis, ſub depoſitionis pœna, Laicis ſub pœna excommunicationis prohibens, eamque abſtinentiam velut ex Divinæ Scripturæ mandato etiam obligante imponens:

hunc

Sed diſquiramus alia quæ ſequuntur, atque præcipue ea acte conſideranda ob oculos proponamus, quibus iſti ter miſeri clericorum cælibatum canone ſancitum proſcribunt.

XVIII. Cælibatus ſacrorum miniſtrorum abrogatio. (a) Geneſ. 3. Cogimur, lector, in his paululum immorari, quod maximi momenti res ſint: etenim ubi de cælibatu proſtrato inter alia redarguuntur a Latinis Græci, mox ad perizomata (a) iſta ficuum foliis ab Epiſcopis, qui ad hanc erraticam Synodum (ſic enim eam Beda nominat) convenerunt, conſuta, ſuam erubeſcentes nuditatem, confugiunt. Cum autem prætexant iſti Apoſtolorum canonem de uxoribus non abiiciendis ſancitum, plane coarguuntur ad ſeptingentos ferme annos alto fuiſſe ſopore ſepulti omnes ſanctiſſimi prædeceſſores Epiſcopi Orientalis Eccleſiæ, qui ad hanc uſque diem corripuerunt omnes diaconos atque presbyteros ſolitarios ac ſingulares abſque conjugibus.

XIX. Sed in hos primum intorquenda ſunt jacula in Vigilantium olim ejuſque aſſecias hæreticos a S. Hieronymo vibrata, dum ait: *Proh nefas! Epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes: ſi tamen Epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinant diaconos, niſi prius uxores duxerint, nulli cælibi credentes pudicitiam, imma oſtendentes, quam ſancte vivant, qui male de omnibus ſuſpicantur: & niſi prægnantes uxores viderint clericorum, infanteſque de ulnis matrum vagientes, Chriſti ſacramenta non tribuunt.* At ſi fortaſſe hæc ad ſe pertinere negabunt: audiant quæ de uſu Orientalis etiam Eccleſiæ, degens ipſe in Oriente, idem auctor dictis ſubiiciat:

Cælibatus clericorum Orientalis Eccleſiæ. *Quid*, inquit, *facient Orientis Eccleſiæ? quid Ægypti, & ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt?* Hæc ipſe de uſu atque traditione totius Catholicæ Eccleſiæ, præſertim vero Orientalis, quam nominat primo loco. At de his pluribus ſæpeque ſuperius actum eſt.

XX. Quomodo ergo, quod per tot ſæcula, & tunc præſertim, cum tot tantiſque Patribus doctrina & ſanctitate mirandis Orientalis floreret Eccleſia, in ipſa Eccleſia Catholica fuit ſervatum & cuſtoditum, iſti nullius nominis, obſcuri penitus, nullius ſanctitatis, neque doctrinæ, nulla auctoritate fulti Apoſtolicæ ſedis auſi ſunt demoliri, adverſus Romanam Eccleſiam hujuſmodi canonem ſtatuentes conceptum his verbis:

Quoniam (b) Romanæ Eccleſiæ pro canone traditum eſſe cognovimus, ut diaconi, vel presbyteri, qui digni qui ordinentur exiſtimandi ſunt, profiteantur ſe non amplius ſuis uxoribus conjungendos: Nos antiquum canonem Apoſtolicæ perfectionis ordiniſque ſervantes, hominum, qui ſunt in ſacris conjugia deinceps ex hoc temporis momento firma & ſtabilia eſſe volumus, nequaquam eorum cum uxoribus conjunctionem diſſolventes, vel eos mutua tempore convenienti, conſuetudine privantes, &c. (b) Sext. Syn. c. 13. Profanus Canon.

XXI. Ad hujus autem confirmationem decreti, præter citatum Apoſtolicum canonem, Domini ſententiam adducunt (c): *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* (c) Matth. 19. Marc. 20. Et illud Pauli (d): *Alligatus es uxori: noli quærere ſolutionem.* (d) 1. Cor. 17. Citantes pariter Concilii Carthaginenſis canonem, quo (ut ajunt) aſſeritur, ut ſubdiaconi, diaconi, atque presbyteri propriis terminis ab uxoribus abſtineant. Sua ſponte corruit profanus Canon. Hæc cum ſtatuerint, in eodem ipſo canone pugnantia primum, inter ſe conjunxerunt, ubi quaſi novum quid ſtatuentes, iſtis uſi ſunt verbis: *Conjugia deinceps ex hoc temporis momento firma & ſtabilia eſſe volumus.* Et inferius, id jure antiquo firmum & uſu ſervatum tradunt, ubi ajunt: *Quod per Apoſtolos traditum eſt, & ab ipſa uſque antiquitate ſervatum, nos quoque ſimiliter ſervemus, &c.* Si inquam veteri jure, & conſuetudine recepta erant ejuſmodi conjugia clericorum: quomodo ex hoc puncto temporis ea firma eſſe volunt, quæ jam antea ex lege & uſu tradunt fuiſſe recepta? Verum de uſu priſtino egregie eſſe mentiti, ex iis quæ ſunt recitata ex ſancto Hieronymo arguuntur.

XXII. Sed & pugnant quæ canone iſto ſtatuta ſunt cum iis quæ iidem canone (e) ſupe- (e) Sext. Syn. c. 12.

PAGIUS hunc Canonem refellit Baronius num. XXX. & ſeq. Nec omni ex parte approbatus eſt Canon LXXXII. quo prohibetur, ne Chriſtus Salvator depingatur, in imagine agni, ſicut oſtenſus eſt Patribus in figura, ſed in imagine hominis, qua demum omnes ſunt adimpletæ figuræ. Qua de re legendus Baronius num. XLIV. & de omnibus hujus Synodi Decretis videndus Lupus in Notis & Scholiis ad Canones Concilii Trullani.

XV. Hanc Synodum *Sergius* confirmare recuſavit, ut oſtendit Baronius a num. XXV. ad XL. Juſtinianus, poſtquam in Imperium reſtitutus fuit, idem poſtulavit a Joanne VII. *ut adhortatus eſt, ut Apoſtolicæ Eccleſiæ Concilium aggregaret, & quæ ei viſa eſſent, ſtabiliret, & quæ adverſa renuendo excluderet*, inquit Anaſtaſius in Joanne VII. Addidit & inſignes illas literas, quibus Sextam Synodum confirmavit. *Sed Pontifex humana fragilitate timidus hos nequaquam Tomos emendans per ſupra fatos Metropolitas* (quos ad eum miſerat Imperator) *direxit ad Principem, poſt quæ non diu in hac vita duravit*, inquit Anaſtaſius, qui eum arguit, quod noluerit celebrare Canones, & triticum a palea ſeparare. Neque a Sergio neque a Joanne VII. confirmati. Nec ſine fundamento, inquit Lupus in citata Diſſert. vere enim de hac Synodo ait Libellus Synodicus *Omiſſos in Quinta & Sexta Synodo Canones edidit, & ab omni Græca*, id eſt Gentili, *atque Judaica, quin & hæretica traditione* Ec-

Inter ſe pugnantia ſtatuunt.

ſuperiori ſanxerunt, ubi jure decernunt, non permittendum, ut Epiſcopi in conjugio ordinati cum ſuis uxoribus habitent. Si enim ex præſcripto Apoſtolici canonis id concedendum putant aliis clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: cur negant Epiſcopis, quibus idem Apoſtolicus canon concedit? Præterea ſi iſta ſanciunt (ut dicunt) ex Domini ſententia illa, qua ait: *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*, vel ex Pauli doctrina, qua monet: *Si alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem*: cur contra Domini & Apoſtoli aſſertionem ſeparare volunt conjuges ab Epiſcopis, quas ante clericatum legitime duxerant? Si Dei lex eſt & mandatum Apoſtolicum, ut individuum etiam quo ad mutuam conſuetudinem permaneat matrimonium ſemper: quomodo poſſunt prohibere Epiſcopis, ne cum uxoribus habitent?

XXIII. ...tuani ratione nituntur.

Sed dum de Epiſcopis ejuſmodi canonem ſtatuunt, unam hanc differentiæ rationem afferunt his verbis: *Hoc autem dicimus, non ad abolenda & avertenda quæ Apoſtolice antea conſtituta ſunt, ſed populorum ſalutis, & ad meliora progreſſionis curam gerentes; ne ſtatus Eccleſiaſticus ullo probro afficiatur*. Sed quomodo probrum id appellant, quod ſanxiſſe Apoſtolos perhibent, immo & Chriſtum ſtatuiſſe dicunt? Si inſuper, ipſorum ſententia probroſum judicaris habitare Epiſcopos cum conjugibus, cur non æque probroſum presbyteris erit, cum in excellentiori illo miniſterio, quo ſublimius eſſe non poteſt, ubi ſacroſanctum incruentum ſacrificium offertur, nihil minus habeant presbyteri ab Epiſcopis? Ad hoc enim potiſſimum omnis munditiies, & ſanctitas in ſacerdote requiruntur, quæ & ſacris legibus præcipi conſueverunt, ne ſcilicet (*a*) vel per ſomnium pollutus ingrediatur in ſancta. Quem autem citant Apoſtolicum canonem, cujuſnam fuerit in Eccleſia auctoritatis, & quam germanam interpretationem recipiat, ſatis ſuperque ſuo loco ſuperius dictum eſt: quæ ſi conſuluetis, nequaquam plane cenſebis eumdem undique auctoritate nutantem ejuſmodi eſſe, quo poſſit convelli tam altis fixa radicibus, tot ſæculis ſtabilita, atque Conciliorum ac ſanctorum Patrum aſſertionibus munita ſacrorum continentia miniſtrorum.

Græcorum falſus prætextus arguitur.

(*a*) Deut. 23.

XXIV. Sed & (quod pudet referre) canonem Carthaginenſis Concilii cum citant pro ſua ipſorum ſententia roboranda, cumdem additamento verborum & diminutione depravatum recitant verbis iſtis: *Sicmus autem, ſicut & qui Carthagine convenerunt, & miniſtrorum gravitatis honeſtatiſque curam gerentes dixerunt: Ut ſubdiaconi, qui ſacramenta contrectant, & diaconi, & presbyteri propriis terminis a conſortibus abſtineant*. Hæc ipſi ex canone tertio quinti Concilii Carthaginenſis, relato in Concilium Africanum canone trigeſimoſeptimo, ubi hæc eſt ipſius germana lectio: *Placuit Epiſcopos, & presbyteros, & diaconos ſecundum priora ſtatuta etiam ab uxoribus continere*. Hæc ſunt verba canonis antiquitus Latine conſcripti, a quo iſti primum demunt nomen Epiſcopi, ne arguantur erroris, eo quod ipſi non una lege definiant continentiam Epiſcoporum & reliquorum ſacrorum miniſtrorum, ut ſuperius dictum eſt. Addunt vero verba illa, *Propriis terminis*: ſive iidem ita perperam vertunt ex Latino, quod ibi legitur, *Secundum priora ſtatuta*: quibus corrumpentes canonem, ad tempus redigunt continentiam clericalem, quæ a ſanctis Patribus illis perpetua juſſa eſt canone illo. Vidiſti ſtropham, attendiſti callidam imposturam, ut canonem, quo ſuus ipſorum deſtruitur error, ipſi, quibuſdam demptis, additis, & mutatis, in ſuam ipſorum ſententiam torqueant?

Ingens impoſtura Græcorum detegitur.

XXV. Quod vero in eodem canone tertio quinti Concilii Carthaginenſis ſervandam indicunt ſancti Patres illi ab uxoribus continentiam, ſecundum priora (ut aiunt) ſive priorum ſtatuta: quænam illa fuerint, vel quando ſancita, accipe ex canone ſecundo ſecundi Concilii Carthaginenſis, ubi hæc leguntur: *Aurelius Epiſcopus dixit: Cum in præterito Concilio de continentia & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres conſcriptione quadam caſtitati per conſecrationes annexi ſunt: Epiſcopos inquam, presbyteros, & diaconos. Ita placuit, ut condecet ſacroſanctos Antiſtites & Dei ſacerdotes, necnon & Levitas, vel qui ſacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter quod a Deo poſtulant, impetrare: ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet*;

Vetus Canon Africanæ Eccleſ. de continentia Clericorum.

PAGIUS *Eccleſias purgavit*. Habet hæc Synodus bona malis mixta; & utile ab inutili non vitiatur. Quare potuerat ſeparari, ait Lupus. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico: *Quid autem*, inquit, *ſi illius* (Joannis VII.) *puſillanimitas, Viro indigno Apoſtolico, dicacibus Romanis occaſionem dederit, cum feminea Joanna Papiſſa appellatione dehoneſtandi?* Verum fabula de Joanna Papiſſa pluribus poſt hoc ſæculum ab hæreticis conficta, ut ſuo loco probabimus. De hujus Synodi confirmatione petita a Joanne VII. agit Baronius num. XL. & anno DCCV. num. IV. & V.

XVI. Anaſtaſius quidem in Octavæ Synodi ad Hadrianum II. Papam Præfatione dicit, hos Canones eſſe adulterinos & reprobos, ſed in Syno-

cet. Vel ut alii textus habent, & Græci legunt: *Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Potentinæ provinciæ Picent, legatus Eccleſiæ Romanæ dixit: Placet ut Epiſcopi presbyteri, & diaconi, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab uxoribus ſe abſtineant.* Hucuſque varia lectio: reliqua ſic ſe habent: *Ab omnibus dictum eſt: Placet ut in omnibus & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſerviant.* Hæc ibi.

XXVI. Sed audi perperam factam interpretationem Græcorum, immo deſtructionem verborum: *Quod jubet* (inquiunt) *canon, ut a propriis uxoribus abſtineant: exigi tempore contrectationis ſanctorum myſteriorum:* cum miniſtrant ſcilicet, reliquo tempore uti licere conjugio. Ita quidem interpretatum hunc canonem a Sexta Synodo, Theodorus Balſamo docet (*a*). Quod quam procul ſit ab ipſo manifeſto verborum ſenſu, ipſaque germana Patrum ſententia cum pateat, nihilominus ſatis oſtenditur ea iis qui ordine ſequuntur tertio & ſexto Conciliis Carthaginenſibus, dum decernunt (*b*) quæ feminæ poſſint habitare cum clericis: cum enim non numerant inter eas uxores, plane ſegregandas eſſe ſignificant, quæ primo loco fuerant nominandæ. Sed & cum iidem Epiſcopi Africani ita decernunt in tertio Concilio Carthaginenſi (*c*): *Placuit, ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri:* cum inquam iſta decernunt Epiſcopi, plane abſque ulla dubitatione ſignificant, haud ſe recipere in majoribus ordinibus clericos conjugatos cum conjugibus commorantes: alioqui quæ neceſſitas, ut cogerent eos profiteri continentiam in minoribus ordinibus conſtitutos? Vides igitur, quam verberentur, iidem boni viri decretis Conciliorum Carthaginenſium, qui depravato reatu canonem cogebant ſuo decreto turpiter adſtipulari, atque fœdæ libidini inſervire. Intelligis ſatis puto, qualia ſint, quæ decernantur in Conciliis non legitime in Spiritu ſancto collectis, in omnibus inconſtantia, ſibi ipſis adverſantia, veteratoria conſtructione nutantia atque ſponte ruentia.

(*a*) Theod. Balſ. in c.4. Conc. Carthag.

Aperitur certa ſententia Patrum.

(*b*) Conc. Carthag. 3. c. 17. & Concil. 6. Carth. c.9.

(*c*) Concil. Carthag. 3. c.19.

XXVII. Adhuc inſuper attende quo præcipites iſti ruant: Ut plane alterum de duobus eſſe neceſſe ſit: vel ut ſi velimus manere integras conjugii ſacras leges ab Apoſtolo in Eccleſia conſtitutas, canon iſte penitus evaneſcat: vel ſi canonem ſalvum cuſtoditumque volumus, eædem de conjugio leges non ſubſiſtant. Canon ſiquidem jubet ut tempore miniſterii a conjugibus abſtineant ſacri miniſtri: Paulus (*d*) vero clamat ex adverſo, id alteri conjugum non licere, niſi alterius accedente conſenſu. Finge tibi adeſſe tempus, quo miniſtri per vices ſuas conſtituta hebdomada ſint ſacroſanctum ſacrificium peracturi, & uxorem tunc a viro ſuo debitum poſtulare. Si renuit ille, in Apoſtolum peccat: ſi conſentit, delinquit in canonem, cum contra prohibitionem ejus uxori permixtus ſacro miniſtret altari. Adeo enim volunt ab uxoribus abſtinere eos qui miniſtrant, ut etiam facti tantum ſuſpicione laborantes pœnæ eſſe dicant obnoxios: nam Theodorus ait (*e*): *Quod ſi quis ſacerdos etiam ab uxore continens quotidie ſacrificium peragat impollutus: at pollutus damnandus ſit, quod præſumatur uxori commixtus ſacrificium celebrare.* Sic igitur alterum de duobus erit: vel ut pollutus conjugali conſortio iſte miniſtrans peccet in canonem ab ipſis ſancitum, ut dictum eſt: vel parens legibus Apoſtolicis, reddens debitum, miniſtrare non poſſit die ad ſacrificium conſtituta. Qua ſi miniſtrare recuſat, tunc fiet ut arbitrio mulierculæ ſacrificium ceſſare debeat, ad quod populus fuerat convocatus; qui etiam ſi nolit, ſcire cogatur, quod ſcitu turpe eſt & indecorum, ſuum ipſorum ſcilicet ſacerdotum permiſtum ea nocte fuiſſe uxori, ut ſacra agere ipſi non liceat: ſicque eum inſectentur riſu, deludant ſannis, dicteriis proſcindant, lacerentque ſcommatibus. Proh pudor! quanto dedecore cavientes cælibatum, affecerunt ignominia, proſtitueruntque eo canone ſapientes iſti Orientalem Eccleſiam jam ſua canitie venerandam, dum inconſulte nimis adverſus totius Eccleſiæ Catholicæ receptam antiquitus diſciplinam malis artibus iſta quæ audivimus ſtatuerunt. Sed jam reliqua proſequamur.

(*d*) 1. Cor. 7.

Canonem Græcorum repugnare legibus Apoſtolorum.

(*e*) Theod. in c.73. Concil. Carthag.

XXVIII. Quomodo ſtabit, & quod dicunt canone decimoſexto, diaconos ab Apoſtolis ordinatos nonniſi profanis miniſtraſſe men-

PAGIUS *Sed a Joanne VIII. ſi admiſſi qui Decretis S. Sedis non adverſantur.*

nodi VII. ad Joannem VIII. Præfatione, quæ Octavæ Synodi Præfatione, utpote ſcripta ad Hadrianum II. proximum Joannis VIII. Prædeceſſorem, eſt poſterior, ait: *Apoſtolatu Veſtro decernente non ſolos quinquaginta priores Apoſtolorum Canones Eccleſia recipit, ſed omnes eorum, utpote Spiritus Sancti tubarum. Quin & omnium omnino probabilium Patrum & Sanctorum Conciliorum regulas & inſtitutiones admittit, illas duntaxat, quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant, ſed nec Sedis Romanæ Decretis ad modicum quid reſultant, quin potius adverſarios, id eſt, hæreticos potenter impugnant. Ergo regulas, quas Græci a Sexto Synodo perhibent editas, ita in hac Synodo principalis Sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus Canonibus, vel Decretis Sanctorum hujus Sedis Pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur* ad-

De Diaconis canon erroneus.

menſis, ſacris neutiquam? Quam gravis hic error, ſuo loco ſupra differuimus, falſamque ipſorum ſententiam refutavimus: quamque mendaciter afferant, tunc temporis non fuiſſe in Eccleſia Epiſcopos, neque presbyteros, neque diaconos, tu conſulas dicta ſuperius primo Annalium tomo.

De jejunio ſabbati abolendo canon Græcorum.

Quoniam autem contra Latinam Eccleſiam ſtylum in hac pſeudoſynodo converſum eſſe Græcorum ſatis ſuperius demonſtratum eſt: iidem nec illud a temporibus Apoſtolorum (ut ſuperius vidimus) Romæ ſervatum, ut die ſabbati jejunarent fideles, reliquerunt intactum. Quamobrem hoc adverſus uſum Romanæ Eccleſiæ decrevere (*a*): *Quoniam intelleximus in Romanorum civitate in ſanctis Quadrageſimæ jejuniis in ejus ſabbatis jejunare præter Eccleſiaſticam traditam conſequentiam: Sancta Synodo viſum eſt, ut in Romanorum quoque Eccleſia inconcuſſe vires habeat canon, qui dicit: Si quis clericus inventus fuerit in ſancta Dominica vel ſabbato jejunans, præter unum & ſolum, deponatur; ſin autem laicus, ſegregetur.* Hæc ipſi ex præſcripto unius ex canonibus Apoſtolorum. At quomodo jure riteque jejunium ſabbati Romana Eccleſia receperit, ſuperius longa tractatione eſt demonſtratum; ut opus non ſit hic iſta repetere.

(a) Can. 55.

XXIX. Sicut callidi, ita & rudes convincuntur.

Cæterum dum ſibi Græci ſapientes videri voluerunt in his corrigendis, oſcitantiæ proculdubio condemnant omnea quinqua œcumenicas Synodos, quæ iſta corrigere neglexerunt. Sed redarguuntur ipſi ex priſcis Græcis auctoribus, quorum una aſt omnium ſententia, ut de his quæ ad fidem bonoſque mores non pertinent tolerandæ ſint diverſitates diverſarum Eccleſiarum rituum longa conſuetudine receptorum. Porro quo inſolentiorem in his tollendis conſpicio Græcorum licentiam, eo magis certior reddor, neminem Latinorum huic interfuiſſe conventiculo: haud enim quiſquam, quamvis ignavus, tantam Romanæ Eccleſiæ irrogari injuriam paſſus eſſet, ut quod a Petri & Pauli temporibus fuiſſet in Eccleſia Romana receptum, adeo temere aboleretur.

XXX. (b) Sext. Synod. c. 67.

Sed quid præterea? canonem ſtatuerunt de ſuffocatis non comedendis (*b*), vel ac ex parte Judaizantes, dum quod in primitiva illa Eccleſia ad conjungendos ſimul credentes Gentiles cum Judæis jam Chriſtianis Apoſtoli præceperant, iſti in perpetuum ſervandum eſſe ſanxerunt, non ſecus ac ſi quis virum quemlibet ſemper lacte eſſe nutriendum ea ratione contenderet, quod idem infanti ſugendum fuerit propinatum. Quod ſi dicant id ipſum reverentia Apoſtolorum ſervandum eſſe: certe univerſam Catholicam Eccleſiam jam feneſcentem iis vinculis modo obligare, quis non cenſeat eſſe dementiæ? cum præſtet Apoſtolico (*c*) ſpiritu libertatem indictam ſequi, ut manducans non manducantem non ſpernat, & non manducans minime ſpernere debeat manducantem. Sed & de his ſatis ſuperque ſuperius.

Canon de ſuffocatis deridetur.

(c) Rom. 14.

XXXI. (d) Sext. Synod. c. 69.

Sed audi quid ſancire adulatio cogat: *Nulli omnium*, inquiunt (*d*), *liceat, qui quidem ſit in laicorum numero, intra ſacrum altare ingredi: ab ea tamen nequaquam prohibita poteſtate & auctoritate Imperatoris, quando quidem voluerit Creatori dona afferre ex antiquiſſima traditione.* Hæc ipſi. Vides quantum petulans procaxque novitas ſibi ſumat, ut ſanctorum facta dictaque Patrum, eadem omnium ore, tum Græcorum, tum Latinorum laudata, pedibus proterat atque conculcet. An quod factum eſt in Theodoſium Imperatorem a S. Ambroſio, jure factum univerſa non comprobavit Eccleſia, & Patres tam Latini quam Græci non laudarunt, turpis adulationis ſugillantes etiam Græci eos, qui ſecus ſive adulatione, ſive timore victi feciſſent? Provoco lectorem ad ea quæ ſuo loco ſuperius dicta ſunt, cum ejuſmodi de Ambroſio atque Theodoſio hiſtoriam Annalibus intexuimus.

Prava novitate vetera jura ſuffoſſa.

XXXII. Quantum Græci ſint adulati Imperatorib.

At Theodorus vaniloquus, cum male ſancita tuetur, non erubuit cuncta referre, quæ in Oriente ſicut Antiſtites facere ſolerent Imperatorea: ſic enim ait: *Orthodoxi Imperatores, qui per ſanctæ Trinitatis invocationem Patriarchas provehunt, & ſunt Chriſti Domini, ſine ullo impedimento, quando voluerint, ad ſacrum altare accedunt & ſufficiunt, & cum cera characterem imprimunt, ſicut & Antiſtites: ſed etiam populum ad eum inſtituendum docent, quod ſolis illius regionis Antiſtitibus conceſſum eſt.* Hæc ipſe. Rationem vero reddens, addit id jure fieri eo, quod Gentiles Imperatores dicti fuerint Pontifices maximi, atque ait: *Quoniam autem Domini quoque Chriſtus eſt, qui hoc tempore Imperator eſt, pro-*

PAGIUS *adverſa. Quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognita, quia nec interpretata; ſed nec in cæterarum Patriarchalium Sedium, licet Græca utantur lingua, reperiantur Archivis: nimirum nulla earum eum ederentur, aut promulgeus, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inventa eſt: quamquam eoſdem Patres illos Græci promulgaſſe perhibeant, qui in Sexta Synodo ſunt inventi: ſed hoc nullis certis probare poſſunt indiciis.* Quibus ex verbis Lupus citatus pag. 1077. deducit, *Joannem* VIII. Synodum congregaſſe, occaſione quidem *Hincmari* Remenſium Archiepiſcopi, qui Decretales Veterum Pontificum Romanorum Epiſtolas per *Iſidorum Mercatorem* in Gal-

pter chriſma, id eſt, unctionem regni: Chriſtus autem, & Deus noſter tum altus Pontifex quoque prædicatur: jure & ipſe quoque Pontificalibus gratiis exornatur. Intelligis quo proceſſerit apud Græcos erga Imperatorem adulatio, ut etiam Pontificalia eidem munia credenda putarint? ut non mirum ſit ſi diu ſtare non potuerit apud eos ipſum Imperium, vel ſacerdotium liberum.

XXXIII. An non ungebantur etiam Reges Judæi? num vero ob id quæ erant ſacerdotum illis conceſſit Deus? Adſit, qui ſuo id

(a) *Paral.* 26. executus eſt damno, teſtis Ozias (*a*), qui ingreſſus templum Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis: ſtatimque ingreſſus eſt poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta viri fortiſſimi, reſtiteruntque Regi, atque dixerunt: *Non eſt tui officii, Ozia, ut adoleas incenſum Domino, ſed ſacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hujuſmodi miniſterium. Egredere de ſanctuario: ne contempſeris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo. Iratuſque Ozias, & tenens in manum thuribulum, ut adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus. Statimque orta eſt lepra in fronte ejus coram ſacerdotibus in domo Domini ſuper altare thymiamatis. Cumque reſpexiſſet eum Azarias Pontifex, & omnes reliqui ſacerdotes, viderunt lepram in fronte ejus, & feſtinato expulerunt eum: ſed & ipſe perterritus acceleravit egredi, &c.* Quis igitur aliud quærat judicium, cum tantum a Domino præceſſerit præjudicium? Si ultus eſt Deus in Regem, quod ſanctuarium auſus ſit ingredi, & incenſum offerre: quomodo patietur Regem quemlibet vel Imperatorem perfectius ſanctuarium temere ingredi, & quæ ſunt Pontificum uſurpare? Sententia enim Apoſtoli, peramplius atque perfectius eſt ſacerdotium Chriſti; adeo ut laico homini quamvis Imperatori, quæ ſacerdotum ſunt, minime ſint communicanda. At hæc alias quoque tractata videas ſæpe ſuperius. Sed iſta Græcorum leviſſimi, ſecus vero ſtatuerunt Orientalis Eccleſiæ Patres ſanctiſſimi.

Falſitas Theodori arguitur.

XXXIV. Cæterum haud profitemur hic cuncta quæ in eiſdem canonibus abſurda ſunt collegiſſe, cum & alia pleraque in eiſdem reperiri contingat, quæ corrigantur. Hæc ſatis viſa notaſſe, ad redarguendam dementiam Patriarchæ Callinici iſta conanſis, & alios Epiſcopos ad id inducentis: ut plane ſecundum illud a Domino dictum evenerit (*b*): *Si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadent.* At vero accidit quaſi prodigium, ut iſte cæcus mente, occæcaretur & corporis oculis, ſæviente in eum divina vindicta per ipſum Imperatorem crudeliter miniſtrata: at de his ſuo loco dicendum. Jam proſequamur reliqua, quæ ad hiſtoriam pertinent.

(b) *Matth.* 15.

His Conſtantinopoli ſancitis canonibus, quod ſcirent Epiſcopi, nullius eos eſſe roboris, niſi a Romano Pontifice probarentur; apud Juſtinianum Imperatorem egerunt, ut hos confirmandos mitterent Romam ad Sergium Papam. Verum ſanctus Pontifex, quod eos contra veritatem temeraria plura habere comperiſſet, ipſos nequaquam confirmandos, ſed reiiciendos eſſe decrevit. At non deſtitit Imperator, ubi eum ſcriptis ſuis perſuadere non poſſe cognoſceret, rem vi agere, mitterque legatum pollentem armis, qui eumdem Pontificem Sergium Conſtantinopolim vinctum perduceret. Sed adfuit divinum auxilium, ut Italica militia adverſus Imperatorem pro Sergio Papa ſtaret, ſicque a periculo liber eſſet. Hæc quidem hujus temporis ſcriptores, tum Paulus diaconus, tum Beda teſtantur: ille nempe his verbis, cum de Juſtiniano Imperatore agit (*c*):

Sergius Papa damnat Canones erraticæ Synodi.

(c) *Paulus diac. de geſt. Long. l. 6. c. 11.*

XXXV. *His Imperator Sergium Pontificem, quia in erroris illius Synodo, quam Conſtantinopoli fecerat, favere, & ſubſcribere noluit, miſſo Zacharia Protoſpatario ſuo, juſſit Conſtantinopolim deportari: ſed præveniens militia Ravennæ urbis, vicinarumque partium, juſſa Principis nefanda contemnens, & eumdem Zachariam cum contumeliis ab urbe Roma & injuriis pepulit.* Hæc Paulus. Sed quod in te gravi omnes ejus temporis auctores audire deceat, ejuſdem conteſtem veritatis audi Bedam (*d*) itidem in Juſtiniano juniore totidem ferme verbis: *His beatæ memoriæ Pontificem Romanæ Eccleſiæ Sergium, quia erraticæ ſuæ Synodo, quam Conſtantinopoli fecerat, favere & ſubſcribere noluiſſet, miſſo & Zacharia Protoſpatario ſuo juſſit Conſtantinopolim deportari: ſed præveniens militia Ravennatis urbis, vicinarumque partium juſſa Principis nefanda, & eumdem Zachariam contumeliis, & injuriis ab urbe Roma repulit.* Ita Beda: cui veritati ſubſcripſerunt reliqui, qui poſtea hiſtorias conſcripſere, ut Ado Viennenſis, Marianus Scotus, & alii. Sed

Sergius liberatur a furore Imperatoris.

(d) *Beda de ſex ætatibus in Juſtiniano minore.*

PAGIUS Galliam delatas ſuppoſitionis arguebat; ſed in ea non ſolum Decretales illas Epiſtolas; verum etiam quoſvis Canones, etiam vulgares Apoſtolicos & Trullanos, Joannem VIII. juſſiſſe Synodaliter examinari. In Synodo tamen Trecenſi, prout nunc habetur, quam *Joannes* VIII. indixit, Canonum Trullanorum mentio non eſt. Subdit Lupus, examen illud fuiſſe duntaxat genericum, ideoque etiam poſt illud Canones remanſiſſe obſcuros, & nonniſi diu poſt in Linguam Latinam verſos eſſe. An *Conſtantinus* Papa Canones Trullanos admiſerit, ſuo loco examinabo. Re-

XXXVI. Sed rem geſtam paulo fuſius enarratam ab Anaſtaſio Bibliothecario audiamus, qui hæc ait: *Hujus itaque temporibus Juſtinianus Imperator Concilium in regia urbe juſſit fieri, in quo & legati ſedis Apoſtolicæ convenerant, & decepti ſubſcripſerant.* De illis hæc intellige, quos Theodorus recenſet Græcos Epiſcopos Romani Pontificis conſtitutos in Oriente Vicarios. Sed pergit: *Compellebatur autem & ipſe Sergius ſubſcribere, ſed nullatenus acquievit, pro eo quod quædam capitula extra ritum Eccleſiaſticum fuerant in eo adnexa. Quæ & quaſi ſynodaliter definita, & in ſex tomis conſcripta, a tribus Patriarchis, id eſt, Alexandrino, Conſtantinopolitano, & Antiocheno, vel cæteris Conſulibus, * qui eo tempore illic convenerant, ſubſcripta, manuque Imperiali firmata, miſſis in loculum quod ſcebrum * chartale vocitatur in hac Romana urbe ad confirmandum; vel in ſuperiori loco ſubſcribendum Sergio Pontifici, utpote capiti omnium ſacerdotum, direxit. Qui beatiſſimus Pontifex (ut dictum eſt) penitus eidem Juſtiniano Auguſto non acquievit, nec eoſdem tomos ſuſcipere, vel lectione pandere paſſus eſt: porro eos ut invalidos reſpuit atque abjecit, eligens ante mori, quam novitatem erroribus conſentire.*

Reſiſtit Imperatori Sergius Pap.

* Præſulibus

* locus depravatus.

XXXVII. *Qui Imperator Sergium Magiſtrianum in ſpretum prænominati Pontificis Romam mittens, Joannem Deo amabilem Portuenſem Epiſcopum, ſive Bonifacium conſiliarium Apoſtolicæ ſedis in regiam abſtulit urbem. Deinde Zachariam immanem ſuum Protoſpatarium cum juſſione direxit, ut prædictum Pontificem ſimiliter in regiam deportaret urbem. Sed miſericordia Dei præveniente, beatoque Petro Apoſtolo & Apoſtolorum principe ſuffragante, ſuamque Eccleſiam immutilatam ſervante, excitatum eſt cor Ravennatis militiæ, Ducatus etiam Pentapolitani, & circumquaque partium, qui non permiſere Pontificem Apoſtolicæ ſedis in regiam aſcendere * urbem. Cumque ex omni parte multitudo militiæ conveniret, Zacharias Protoſpatarius perterritus, & trepidans, ne a turba militiæ occideretur, portas quidem civitatis claudi, & teneri Pontificem poſtulabat: ipſe vero in cubiculum Pontificis tremebundus refugit, deprecans lacrymabiliter, ut ſui Pontifex miſereretur, nec permitteret quempiam ejus animæ infeſtari. Exercitus autem Ravennatis urbis ingreſſus eſt per portam beati Petri Apoſtoli, & cum armis & turba in Lateranenſe Epiſcopium venit, Pontificem videre æſtuans, quem, fama vulgante, per noctem ſublatum, & in navigium miſſum fuiſſe cognoverat.*

A militia Ravennate Pontifex liberatur.

* accedere.

XXXVIII. *Dumque fores Patriarchii tam inferiores quam ſuperiores eſſent clauſæ, has in terram, niſi velocius aperirentur, mittere minabantur. Præ nimia timoris anguſtia & vitæ deſperatione Zacharias Protoſpatarius ſub lectum Pontificis ingreſſus, ſe abſcondit, ita ut mente excideret, & perderet ſenſum. Quem beatiſſimus Papa eſt confortatus, dicens, ut nullo modo timeret. Egreſſus vero idem beatiſſimus Pontifex foris baſilicam domni Theodori Papæ, apertis januis in ſedem, quæ vulgo appellatur, ſub Apoſtolis generalitatem militiæ & populi, qui pro eo occurrebat, honorifice ſuſcepit: datoque apto & ſuavi reſponſo, eorum corda lenivit: quamquam illi zelo ducti pro amore & reverentia tam Eccleſiæ Dei, quam ſanctiſſimi Pontificis, jam a Patriarchii cuſtodia non receſſerunt, quouſque denominatum Protoſpatarium cum injuriis, & contumeliis a civitate Romana foras depellerent. Nam & is qui illum miſerat, ipſo etiam tempore a Domino retribuente regno privatur. Sicque Eccleſia Dei imperturbata cum ſuo Præſule, Chriſto favente, ſervata eſt.* Hucuſque Anaſtaſius, cujus ſententia, hæc cœpta hoc anno, propagata eſſe noſcuntur uſque poſt ſequentem annum, ejuſdem Imperatoris decimum, contigit ipſum ab Imperio exturbari: quomodo autem id acciderit juſto Dei judicio, ſuo loco dicturi ſumus.

Sergius liberat perſecutorem ſuum a nece.

XXXIX. Vides, lector, quantum abſit ut recepti probatique fuerint canones illi a Romano Pontifice, qui ne reciperentur, ſtetit intrepidus contra Imperatorem iſta præcipientem, adverſus quem ipſius quoque milites inſurrexerunt. Sed & ita perſeveraſſe eodem odio in præſumptum ſcelus de ſancitis canonibus illis reliquos ſucceſſores Romanos Pontifices, quæ dicturi ſumus magis oſtendent. Quæ licet aliis poſtea temporibus acciderint, & ſuis ſint locis collocanda; tamen ut hæc ma-

PAGIUS XVII. *In medium adducti ab Orthodoxis in VII. Synodo.*

Recipiuntur itaque *Canones Trullani*, qui Decretis Pontificum aut bonis moribus non adverſantur, quamvis Latinis ad ea tempora incogniti, nec in aliorum Patriarcharum Archivis reperti. Controverſia erat cum hæreticis de adoratione Imaginum, inquit Allatius lib. 1. *de Conſenſione Eccleſ. Occident. & Orient.* cap. 27. Catholici, veritatem utcumque elicere cupientes ex Canonibus iſtis, non eos probantes, neque ut Canones Synodi Univerſalis exoſculantes, veritatem extorquent. Mentionem namque de Imaginibus, in medium afferunt. Hoc modo itaque recepti ſunt, ut ejuſdem Canone, Iconomachiæ perfidia reprobaretur. Nec aliud fuit in mente, neque *Hadriano*, neque *Taraſio*, neque *Damaſceno*, neque aliis, niſi ut propoſitam quæſtionem de adoratione Imaginum, ex ejuſdem teſtimonio dirimerent ſatis antiquo, approbarentque veritatem etiam hac ratione elicitam. Quod in aliis etiam ſæpiſſime factum eſt. Vide quæ Baronius hac de re habet a num. XLII. ad XLVIII.

Legatio ob Imp. miſſa ad Joann. Pap. pro confirmatione Canonum.

magis explorata modo habeas, accipe quæ de iiſdem canonibus poſt obitum Papæ Sergii contigerunt. Atque in primis ſcias, eumdem Juſtinianum Imperatorem, ubi expulſus Imperio, ſui criminis conſcius, probe novit, ob ſcelus in Romanam Eccleſiam præſumptum ſe fuiſſe ab Imperio ejectum, poſtquam rediit, liberaſque adminiſtrationis eſt nactus habenas, deteſtatum eſſe priſtinum facinus, atque erga Romanam Eccleſiam factum æquiorem, non amplius miſiſſe aliquem violentum magiſtratum ad abſtrahendum inde Romanum Pontificem, captivumque ducendum Conſtantinopolim, ſed duos legaſſe Metropolitanos Antiſtites Romam rogaturos eum qui tunc ſedebat, Joannem ejus nominis ſeptimum, eumdemque ſecundum poſt Sergium Romanum Pontificem, ut eoſdem canones confirmaret, vel emendaret. Porro ea legatione nihil factum eſt; eo quod idem qui præſidebat tunc Joannes Papa, nequaquam eos probare voluit in diſpendium Eccleſiaſticæ jam olim præſcriptæ ab Apoſtolorum temporibus diſciplinæ; neque emendare, vel (ut fecerat Sergius) auſus eſt improbare, veritus iras Imperatoris. Sicque re infecta, qui fuerant miſſi, duo Metropolitani ſunt reverſi Conſtantinopolim.

XL. Sub Jo. Pap. Septimo fruſtra petita Canonum confirmatio.

Sed audi quæ de his habet ipſe Anaſtaſius Bibliothecarius in Joanne Septimo verbis iſtis, ubi agit de reditu ejuſdem Juſtiniani Imperatoris Conſtantinopolim: *Pro tomis*, inquit, *quos ante ſub domno Sergio Apoſtolicæ memoriæ Pontifice Romam direxerat, in quibus diverſa capitula Romanæ Eccleſiæ contraria ſcripta inerant, per duos Metropolitanos Epiſcopos demandavit, dirigens per eos & Sacram, per quam denominatum Pontificem*, Joannem ſcilicet, *obſecravit & exhortatus eſt, ut Apoſtolicæ Eccleſiæ Concilium aggregaret, & quæ ei viſa eſſent ſtabiliret, & quæ adverſa, renuendo excluderet. Sed hic humana fragilitate timidus, hos nequaquam emendans, per ſuprafatos Metropolitas direxit ad Principem.* Hucuſque de his Anaſtaſius.

XLI. At neque hic finem accepit ejuſmodi ſuſceptum ſemel ab Imperatore negotium. Nam Joanne paulo poſt defuncto, & ejus ſucceſſore Siſinnio poſt dies viginti ex hac vita ſublato, cum Apoſtolicum thronum regeret Conſtantinus, vocatus eſt ipſe ab eodem Juſtiniano Conſtantinopolim; quo cum perveniſſet, ſuſceptus eſt ab eo honorificentiſſime: nihil enim prætermiſſum eſſe venerationis & obſequii erga eum ab Imperatore, idem Anaſtaſius pluribus ſcribit: ſed cauſam cur Conſtantinopolim vocatus ſit, licet minime referat, ex iis tamen quæ idem ſcribit in Gregorio Secundo, propter eoſdem canones ſive capitula eſſe vocatum, intelligi poteſt, altercatumque diu inter Græcos atque Latinos, hoſque tuliſſe ſuperiores, cum pro Eccleſia Romana Gregorius defenſor atque propugnator extiterit, qui eidem Conſtantino Papæ ſucceſſit: ait enim hæc de eo Anaſtaſius in ipſo Gregorio: *Cum viro ſancto Conſtantino Pontifice in regiam profectus eſt urbem, atque a Juſtiniano Principe requiſitus de quibuſdam capitulis optima reſponſione unamquamque ſolvit quæſtionem. Erat enim vir caſtus, divinæ Scripturæ eruditus, facundus loquela, & conſtans animo, Eccleſiaſticarum rerum defenſor, & contrariorum fortiſſimus impugnator.* Hactenus de his Anaſtaſius. Ex quibus ſatis poſſumus intelligere, diu multumque pugnatum inter Græcos atque Latinos horum canonum cauſa, illis conantibus eos comprobari a Romano Pontifice, iſtis ejuſdem auctoritate Pontificis penitus reluctantibus: verum nec Imperatoria quidem vi potuiſſe umquam Latinos adigi, ut quæ ab ipſis adverſus traditionem ſanctorum Patrum, eorumdemque doctrinam ſtatuta fuiſſent, ullatenus firmarentur; præter ea quæ dicta ſunt, etiam quæ dicturi ſumus, oſtendent.

Sub Conſtantino Papa pugnatum adverſus eoſdem Canones.

XLII. Reſpondetur objectioni de citato Canone LXXXIII.

Sed primum objectioni illi fortiſſimæ ſatisfaciendum eſt, quonam modo ſcilicet negari poſſit receptos hos eſſe canones ab Eccleſia, cum reperiatur canon ille numero poſitus octogeſimustertius citatus ab Eccleſiæ Romanæ Pontificibus, nimirum ab ipſo in primis Gregorio Secundo, nec non ab Hadriano, cum adverſus impios Iconoclaſtas agentes, inter alia in eos inducta, eumdem citarunt canonem, quo aſſeritur pingendum eſſe Salvatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non in imagine agni, uti oſtenſus eſt Patribus in figura, ſed in imagine hominis, qua demum omnes ſunt adimpletæ figuræ, & expreſſa prophetarum vaticinia. Si igitur eo uſi ſunt Romani Pontifices ex Sexta Synodo accepto canone, argumento eſt eos non improbatos, vel ſaltem ea parte receptos: cum præſertim, & ipſa œcumenica Septima Synodus ex eodem canone æque teſtimonium petiiſſe inveniatur. Ut plane nemo dixerit, penitus improbatos eſſe atque rejectos canones Sextæ Synodi, ex quibus tum Romani Pontifices, tum etiam ſacroſancta œcumenica Nicæna Synodus (*a*) mutuati ſint adverſus hæreticos fidem atque auctoritatem. At iſta, quæ adeo fortia foris apparent, inania prorſus eſſe intelliges, ſi rerum penetralia cuncta ſcruteris, & ſingula quam exactiſſime diſquiſieris.

(*a*) *Conc. Nicen. 2. Act. 2. & 3.*

XLIII. In primis igitur quod pertinet ad citatum Sextæ Synodi de ſacris imaginibus canonem ab ipſis Romanis Pontificibus,

po-

Prudenter actum a Latinis adverſus Græcos.

potiſſimum vero a Gregorio Papa, qui (ut dictum eſt) adverſus eoſdem canones quam fortiſſime Conſtantinopoli decertavit: conſiderare illud ante omnia debes, rem geſtam eſſe adverſus Græcos, & Iconoclaſtas, qui eo velamento occultabant illud quod propinabant venenum populis, quo ſe profeſſores atque aſſertores eſſe profiterentur ſex aliarum præcedentium Synodorum univerſalium: ita quidem, ut apparet ex eorum fidei definitione, quam ediderant in ſuo ipſorum conciliabulo, (a) ſeptimo ab ipſis nuncupato,

(a) Extat in Conc. Nican. 2. Act. 6.

Quomodo Latini uſi ſint Canone illo.

Ex his igitur opportune oblatam anſam arripientes iidem Romani Pontifices, bene uſi occaſione, ex canone, ab ipſis lato nomine Sextæ Synodi eorum putarunt eſſe convincendum errorem, tamquam ſuis ipſorum armis eoſdem penitus ſuperantes; ex quo alterum de duobus eſſent conſecuturi: vel ut ſua ipſorum aſſertione confutati illi atque convicti jure cederent, acquieſcentes canoni ejus Synodi, quam ſe probare profiterentur: vel ſi reſpuerent ejuſdem Sextæ Synodi canonem, a Græcis omnibus, qui ipſum cum reliquis recipiebant, rejicerentur, omnique execratione digni a ſuis contribulibus haberentur, vel æque cum eo deteſtarentur omnes canones illos. Sic igitur ut David (b) gladio Goliath ipſius caput abſcidit, eodemque poſtea (c) eſt uſus in prœlio; eodem modo ſancti Pontifices adverſus ichonoclaſtas uſi ſunt canone illo, quo probaretur Salvatoris in eccleſiis imaginem debere pingi inſtar hominis factam. Quid-ni enim ea ex parte uterentur eo canone, cum neque a Gentilium, neque (quod majus eſt) ab hæreticorum ſcriptis illis, in quibus veritas aſſerta inveniretur, Eccleſia Catholica abſtinere conſueverit, ut ex Gelaſio Papa ſuperius eſt demonſtratum?

(b) 1. Reg. 17.
(c) 1. Reg. 21.

XLIV. Vetus uſus ab Eccleſia Romana retentus de Imagine Agni.

Ceterum cum inter Latinos acta res eſt, nequaquam reperies eum canonem ab Eccleſia Romana eſſe receptum, immo uſu contrario penitus improbatum, quo prohibetur Chriſtus Redemptor noſter inſtar agni immaculati depingi; cum numquam ipſa deſtiterit agni imagine Chriſtum repræſentare, & id ipſum facere hactenus perſeveret, bene conſcia licite pingi, quicquid ſacris litteris ſcribitur; eo quod nihil ſit aliud (quod ſæpe dictum eſt) pictura, quam ſcriptura ſimplicium. Quod igitur non in veteri Teſtamento tantum ſed & in novo Chriſtus Redemptor noſter per agnum exprimatur, ad inſinuandam ejus immenſam cum humilitate manſuetudinem, eadem ex cauſa eodem quoque modo etiam ipſum Chriſtum eſſe pingendum Romana Eccleſia judicavit, uſum retinens, quem a majoribus accepiſſet: in antiquis enim cœmeteriis agnum Chriſtum reddentem, ſive expreſſum coloribus, ſive ſculptum in marmoreis loculis eſt frequentius reperire, & in veterrimis eccleſiis muſivo opere pictum: ſed & ex ſacra cera ſoliras confici agnorum imagines, in Ordine Romano a Gelaſio Collecto (ut conſtantior opinio eſt) ex antiquo ejus Eccleſiæ uſu hæc habentur: *In eadem Dominica poſt Albas, id eſt, in octavis Paſchæ, infra civitatem Romanam dantur agni cerei ab Archidiacono in eccleſia poſt Miſſam & communionem populo, &c.* Hæc quidem antiquitus in Eccleſia Romana ſervata, numquam poſtea intermiſſa, hactenus perſeverant. Ex quibus intelligas, quam procul abſit, ut juxta canonem Sextæ Synodi nominatæ Romana, & univerſa Occidentalis Eccleſia pingendi agni Redemptoris typum gerentis conſuetudinem prætermiſerit: ut & plane ſcias atque intelligas, quæ fuerit Romanorum Pontificum ratio citandi ejus canonis adverſus improbos Iconoclaſtas,

XLV. A nulla Sedium Patriarchalium recepti Canones.

Sed quid amplius? Teſtificatione quidem Anaſtaſii Bibliothecarii liquet, tantum abeſſe ut Romana Eccleſia eos receperit Sextæ Synodi nomine promulgatos canones, ut nec etiam aliqua trium ſedium Patriarchalium Orientalium eos ut reciperet, induci potuerit. Etenim earumdem Eccleſiarum Patriarchæ, cum nec ſe vocatos ad illud conciliabulum ſcirent, neque per ſe vel ſuos legatos eidem interfuerint, procul abfuerunt, ut ab eo ſancita receperint. Ita quidem uſque ad ſua tempora eos in deteſtatione illorum canonum perſeveraſſe, idem auctor fidem facit: adeo enim ipſos dignos execratione judicaverunt, ut indignos exiſtimarint qui exſcribi deberent, & in ſuis ipſorum archivis inter alios canones aſſervari. Sed expedit hic ipſa verba Anaſtaſii per ſingula reddere: ipſe enim cum e Græco in Latinum Septimam Synodum Nicææ celebratam Latinitati reddidiſſet, epiſtolam nuncupatoriam ad Joannem Octavum Romanum Pontificem ſcripſit, qua etiam & legentes admonuit, ne putarent, ſi interdum eorumdem canonum Sextæ Synodi in ipſa Septima Synodo mentio haberetur, eos ab Eccleſia Romana eſſe receptos aliquando. Sunt hæc verba ipſius:

XLVI. Averſati ſunt tres Patriarchæ Canones Sextæ Synodi.

Sane notandum eſt, quædam in hac Synodo ex Apoſtolorum, & Sextæ univerſalis Synodi canonibus & ſententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur, nec admittuntur. Et inferius: *Regulas quas Græci a Sexta Synodo perhibent editas, ita in hac Synodo,* Nicæna ſcilicet, *principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illa recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis ſancto-rum*

rum ſedis hujus Pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adverſa. Quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in cæterarum Patriarchalium ſedium (licet Græca utantur lingua) reperiantur archivis: nimirum quia nulla earum, cum ederetur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inventa eſt: quamquam eoſdem Patres illas Græci promulgaſſe perhibeant, qui in Sexta Synodo fuere conventi; ſed hoc nullis probare certis poſſunt indiciis. Hactenus Anaſtaſius ad Joannem Romanum Pontificem.

XLVII. Verum idem tradit, tam de his canonibus Sextæ Synodi nominatis, quam de illis qui nomine feruntur Apoſtolorum, ſanctam Romanam Eccleſiam eam conſuevisse, ſervare regulam, ut quos ſciret eſſe ſecundum decreta Romanæ Eccleſiæ atque ſanctorum Conciliorum ſancita, non reſpueret, ſed ut veritati conſentientes amplecteretur, non quod ex Sexta Synodo haberent aliquid auctoritatis, ſed quod veritas ubicumque reperiatur, & a quocumque dicta ſit, ſui firmitate ſubſiſtit, & robore ſuo permanet. Reliquos vero canones his decretis adverſos, ut execrabiles, deteſtata ſemper fuit ſancta Romana Eccleſia, contrarioque uſu ſe procul abeſſe jugiter eſt profeſſa, ut ſanciris hujuſcemodi ab illis regulis quoquo modo conſenſerit: toleravit tamen in eis ea quæ antiquæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ eſſent adverſa, ut connubia clericorum, dummodo per viam Orthodoxæ doctrinæ, Catholicæque fidei graderentur.

Nihil reſpuit Eccleſia, quod conſentiens ſit veritati.

XLVIII. Sed qui tanta procacia inter alia mala confregere jugum a Patribus cuſtoditum Eccleſiaſtici cælibatus, ſunt & in reliquis in deterius æque prolapſi: ut vix brevia ſint reperiri interſtitia temporum, quibus vel hæreſi, vel ſchiſmate non fuerint ab Eccleſia Orthodoxa diviſi: adeo ut tandem in ultionem ſcelerum a Deo vindice poſt longam tolerantiam meruerint virga furoris Aſſur conteri, comminui, atque penitus atteri: quod nonniſi magno animi dolore aſpicere poſſumus, & cum gemitibus illud Threnorum lugubre clamare (*a*): *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum? Filii Sion incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?* eademque (*b*) ferrea virga confracta.

Ex quo tempore Græci in deterius lapſi.

(*a*) Thren. 4.

(*b*) Pſ. 2.

XLIX. Cæterum pia mater Eccleſia Catholica, & Apoſtolica hos ita delinquentes (ut diximus) tolerandos eſſe putavit, quandiu eſſet conſultum Catholicæ fidei; nec deſtitit eoſdem jugiter admonitionibus excitare: licet poſteriores Græcorum ex mala ſua conſcientia putaverint ab ipſo tempore Sextæ Synodi intermiſſam eſſe Catholicam communicationem Græcorum Imperatorum cum Romana Eccleſia. Mentitus eſt id quidem Michael Imperator ſcribens ad Nicolaum Romanum Pontificem; ſed eum ipſe Nicolaus redarguit iſtis verbis: *Dixiſtis etiam, quod nullus anteceſſorum noſtrorum a Sexta Synodo,* ex quo ſcilicet ipſam contigit celebrari, *meruerit a vobis Imperatoribus ſcilicet Conſtantinopolitanis, quod nos meruiſſe dignoſcimur. Quid autem meruerimus, evidenter nullatenus indicaſtis: niſi fortaſſe litteras prædicatoreas hoc dicto velitis intelligi nos a vobis nunc tantum meruiſſe ſuſcipere a Sexta Synodo propter aliquod dogma, vel diſciplinam quamlibet Eccleſiaſticam: & hoc dicitis, quaſi noſtrum fuerit opprobrium, eo quod ſedem Apoſtolicam in nullo quærere anteceſſores veſtri dignati ſint, cum eorum magis ſit dedecus, quia per tot annorum curricula diverſarum hæreſum morbis languentes medicinale remedium non quæſierint: quia potius medicinam ſponte a nobis ſibi porrectam, quaſi deſperati, vel quaſi cor impœnitens gerentes, ab ipſis faucibus projecerint, dum tantæ ſalutis oblatos miniſtros duplici morbo interemerint.* Ita quidem aberrantes Græcos numquam deſtitiſſe moneri Apoſtolicæ ſedis litteris atque legationibus docet, ut reſipiſcerent.

Quæ Michael Imp. in Rom. Eccleſiam.

At vero ipſos, inſtar malorum operariorum vineæ Dominicæ, aliquando in eos qui a domino vineæ miſſi ſunt, inſiliiſſe, pergens docet exemplo, dum ait: *Quoniam aut participes illos ſui erroris effectos ſpiritaliter occiderunt, ſicut tempore reverendæ memoriæ Cononis Papæ contigit, qui poſt Sextam Synodum extitit; aut certe corporaliter illos non conſentientes ſibi necaverunt, ſicuti ſub venerabili Papa Gregorio factum eſt, qui poſt Sextam Synodum fuit, quando pro zelo fidei, & ſanctarum imaginum reverentia religioſi viri ac Dei famuli directi, in exilium miſſi ſunt, & bona confeſſione hujuſmodi finierunt vitam.* Ita de illis; pergit vero de reliquis dicere.

L. Quæ Græci ſchiſmatici in legatos ſedis Apoſtol.

Denique a Sexta Synodo Imperatores aut fuerunt hæretici, aut (licet perpauci) Catholici fuerunt. Et hæretici quidem ſi mittere ad nos dedignati ſunt, non eſt mirum: noverant enim per gratiam Dei, ſe nos numquam penitus ſibi ſociaturos. Fuit autem, quando nos ſibi ſæpe ſociari tentantes, cum magno ſunt dedecore, & opprobrio repulſi, & digna conſtantia a nobis, & non a Conſtantinopolitana Eccleſia crebro retuſi. Quando vero Catholici fuerunt, & piam dogma & Eccleſiaſticam correctionem defendere voluerunt, noſtrum præſidium quæſierunt, ſicut Syno-

LI. Redarguitur Michael Nicolao Roman. Pontif.

dus

dus ſub Conſtantino, & Irene facta indicat, in cujus initio, id eſt, in epiſtola beatæ memoriæ Præſulis Hadriani, quantum idem Pontifex illam præſumptionem, qua ex laicis quidam ſubito tonſurantur, & in Epiſcoporum numerum exacerbate proſiliunt, damnaverit, ſi diligenter inquiſieritis, profecto invenietis; ſi tamen non falſata, Græcorum more, ſed ſicut a ſede miſſa eſt Apoſtolica, penes Eccleſiam Conſtantinopolitanam hactenus perſeverat: & epiſtola diverſa ſanctiſſimis Pontificibus, Leoni ſcilicet, & Benedicto, deceſſoribus noſtris miſſæ teſtantur. Ergo cum ita ſint hæc, quæ de multis partim commemoravimus: non jam verum eſt illud quod dicitur, a Sexta Synodo nos non meruiſſe ſuſcipere, quæ nunc a vobis ipſi meruimus. Hæc Nicolaus, ſatiſque ad redarguendum mendacii Michaelem, licet in eum multo plura inducenda fuiſſent exempla Orthodoxorum Imperatorum, qui Romanos Pontifices ſummo ſunt proſecuti poſt hæc honore ac reverentia. Porro quod Michael dixit: A tempore Sextæ Synodi, utique ad hæc tempora eſt referendum, quibus ſanciti ſunt canones nomine Sextæ Synodi, quorum cauſa adeo diu tumultuatum eſt ac diſputatum inter Latinos, & Græcos.

Sed quam pœnam tulit Juſtinianus Imperator hoc anno, quo iſta moliri cœpit adverſus Romanum Pontificem? Juſto LII.

PAGIUS XVIII. *Clodoveus III. Francorum Rex moritur.* Ad num. LII. *Clodoveus* III. Francorum Rex anno ſexcenteſimo nonageſimo quinto morbo conſumptus eſt, abſque prole, poſtquam vixiſſet annos circiter undeviginti. Regnare enim cœpit anno DCXCI. Regnumque tenuit *annos quatuor*, ut habent Continuator Fredegarii cap. 101. & Sigebertus in Chronico. Imo quintum Regni annum inchoavit; Codex enim Tilianus apud Docheſnium habet: *Obiit in quinto*; Auctor Annalium Metenſium apud eundem Docheſnium Tomo III. *dum quartum annum in Regno complevisset.* Hermannus vero Contractus in Chronico juxta editionem Piſtorii: *Anno Regni V. moritur.* Mortuus eſt ante diem viceſimum tertium menſis Martii, quia eo die anno ſexcenteſimo nonageſimo nono *Childebertus* III. ejus frater ac Succeſſor quintum Regni annum jam numerabat. Scaliger enim in Animadverſionibus Euſeb. pag. 260. refert, Jacobum Bongarſium U.C. habuiſſe vetuſtiſſimum Codicem Chronici Euſebiani, in cujus prima pagina adverſa, ubi debebat eſſe titulus generalis, alia manu ſcriptum fuit: IN. ANNVM V. CHILDEBERTI. REGIS. FRANCORVM. PIPINO. IVBENTE. AB. ADAM. SVNT ANNI. V. MILLIA. DCCCC. FVIT PASCHA. X. K. APRILIS. ASCENSIO. DOMINI. FVIT. K. MAIAS. PER. CYCLVM. NVMERVM. ANNORVM. CXL. REPETITIO. A. CAPITE CYCLI. Omnes hæ temporariæ notæ annum Dionyſianum ſexcenteſimum nonageſimum nonum certo deſignant. Etenim eo Chriſti anno Paſcha die XXIII. Martii celebratum, & Aſcenſio die prima Maii; eoque Paſchatis die cœpit annus Eræ Mundanæ LXX. Interpretum 5900. a Kalendis vero Januariis illius Chriſti anni initium ſumſit annus CXL. Secundæ Periodi Victorianæ anno Chriſti DLX. inchoatæ. Quare cum annus V. Childeberti Regis anno Chriſti DCXCIX. ante diem XXIII. menſis Martii jam in curſu fuerit, cum anno DCXCV. ejuſdem Eræ *Clodoveo* III. ſucceſſiſſe neceſſe eſt; cum anno DCXCIV. *Clodoveus* III. adhuc ſuperſtes fuerit.

XIX. *Refutantur contraria ſententia.* Henſchenius ad diem primam Februarii in Vita Sancti Sigiberti Francorum Regis, in Commentario ſcilicet prævio num. 100. *Clodoveum* III. perveniſſe ad initium circiter anni DCXCVIII. & in Exegeſi præliminari ad Tomum III. SS. Aprilis eum anno DCXCVII. obiiſſe affirmat, nulla Scripti illius Bongarſiani ratione habita. Verum illud cardo eſt temporum *Theoderici* III. *Clodovei* III. ac *Childeberti* III. Francorum Regum, nihilque quoad eorum Chronologiam certius nobis Antiquitas conſervavit. Præterquamquod ea eorundem Regum, quæ ſuperſunt Diplomatis *Clodoveum* III. uſque ad illum Chriſti annum vitam prorogare non potuiſſe indubitatum redditur. Cointius eam mortem conſignat anno DCXCIV. & *Clodoveo* III. annos tantum duos tribuit innixus Anonymo, qui Geſta Regum Francorum regnante Theodorico Kalenſi ſcripſit. Verum in eo loco *annos* II. legendum, *annos* V. altimi numeri extremis lineolis, ut ſæpiſſime contigit, detritis. Hinc Charta *Leotheria* ſcriptis Sancti Ebbonis Epiſcopi Senonenſis, recitata a Mabillonio Sæculo III. Benedictino in Appendice partis primæ dicitur data *quinto decimo K. Jun. anno V. regni noſtri Clodovei Regis*, &c. ſed loco, *anno V.* legendum, *anno II.* hi enim duo numeri II. & V. propter ſimilitudinem facile a Librariis commutantur. Ex dictis vero liquet, *Clodoveum* vivere non potuiſſe uſque ad XV. Kalend. Junii anni quinti Regni ſui. Recte Scaliger notat, in laudata inſcriptione appoſitum eſſe, Pippino jubente, quia Majores Domus hoc tempore reipſa regnabant, Reges vero titulo tenus. Quare mirari non debeit Cointius anno DCLXXXVII. num. VI. quod Veteres Rerum Francicarum Scriptores *Pippinum* Principem Francorum appellarint.

Hoc anno, ut aſſerit Weſtmonaſterienſis *Sanctus VVilfridus Ebor. apud Regem Ælfredum accuſatus ab eodem Rege & Epiſcopis plurimis ab Epiſcopatu pulſus eſt*, quod jam ſcripſerat Beda lib. 5. cap. 13. his verbis: *Poſt quinque annos denuo accuſatus ab eodem ipſo Rege & plurimis Epiſcopis Præſulatu pulſus eſt.* Fuerat enim Wilfridus in Sedem Eboracenſem reſtitutus anno DCLXXXVII. Eddius, qui in Vita Sancti Wilfridi cap. 42. idem ac Beda ſcribit, capite inſequenti Wilfridi expulſionem fuſius narrat: *Iterum in concordia, atque iterum in diſcordia alternatim per multos annos viventes manebant* (Alfridus ſcilicet Rex & Wilfridus) *uſque dum poſtremo maxima flamma inimicitia exardeſcente, de Regione Ultra-Umbrenſium Sanctus homo Dei a Rege Alfrido expulſus receſſit. Nam prima cauſa eſt diſſenſionis eorum de antiqua origine deſcendens, quia Eccleſia, qua Sancto Petro Apoſtolo dedicata eſt, territoriis & poſſeſſionibus ſuis injuſte privatur* (Eccleſia ſcilicet Ripenſi). *Secunda eſt, ut Monaſterium ſupradictum, quod in Privilegium nobis donabatur* (ab Agathone Papa) *in Epiſcopalem Sedem tranſmutatur*, &c. *Tertia denique eſt, ut juſſionibus & decretis Theodori Archiepiſcopi ab Apoſtolica Sede miſſi obedire* XX. *S. VVilfridus ex Epiſcopatu Eboracenſi pulſus.*

Proditionem patiatur Imp. a ſuis. ſto Dei judicio per ſuos duces prodita, & expoliata Armenia robore militari, peramplus patefactus eſt aditus barbaris Saracenis ad invadendum Romanum Imperium: ſicque dum proditionem parat Eccleſiæ Imperator, proditionem a ſuis ipſe perpeſſus eſt. Hæc Theophanes atque Cedrenus in Annalibus habent hoc anno octavo Juſtiniani Imperatoris.

Quod ad ſtatum rerum Occidentalium per-

PAGIUS re obtetere cogebat (Alfridus), non illa ſignificans canonica ſtatuta, quæ in Principio Epiſcopatus ſui apud nos (Northumbros) degens, aut in noviſſimis temporibus vitæ ſuæ conſtituit, quando omnes Eccleſias noſtras ad canonicam pacem unanimiter vocavit: ſed magis ea decreta, quæ modernis temporibus ſuis, quando diſcordia inter nos in Britannia exorta fuerat, ſtatuit (Alfridus). Ideo Sanctus Pontifex noſter hac venuente ad amicum fidelem Ethelredum Regem Merciorum acceſſit, eumque cum magno honore propter reverentiam Apoſtolicæ Sedis ſuſcepit. Boſa, qui ante quinquennium Eboracenſi Sede depoſitus fuerat, & Joannes Beverlacenſis Sede Haguſtaldenſi, in eaſdem reſtituti ſunt, ut habet Malmesborienſis lib. 3. de Pontif. pag. 269. Secunda S. Wilfridi ab Epiſcopatu Eboracenſi expulſio recte eum hoc anno explicatur in Chronico S. Crucis Edimburgenſis ab Auctore Anonymo, quod in Parte I. Angliæ Sacræ pag. 156. Warthonus publicavit.

XXI. *Ab Æthelrede Merrcie Rege honorifice ſuſcipitur.* Interea *VVilfridus* de omnibus, quæ in Northumbria acta fuerant, *Sergium* Pontificem Maximum certiorem fecit: iſque iterum hoſtes Wilfridi damnavit, Statutis Agathonis & Benedicti II. ſuorum Prædeceſſorum inhærendo. Hoc Sergii Decretum cum ſub finem hujuſce anni, ut probabile eſt, Wilfridus recepiſſet, Ethelredo Regi obtulit: *Poſtquam*, inquit Eddius ſub finem cap. 45 *Ethelredus Rex propter auctoritatem Beatiſſimorum Pontificum, Agathonis ſcilicet & Benedicti, Sergiique, percipientium dignitatem Apoſtolicæ Sedis, canonice libenter Pontificem noſtrum ſuſcipiens, multa Monaſteria & Regiones proprii juris reddens, habenſque illum in ſummo honore dignitatis, uſque ad finem vitæ fidelis amicus indeſinenter perſeveravit*. Et ſub finem cap. 43. *In multa reverentia Epiſcopatus ejus* (Licitfeldenſis) *quem Reverendiſſimus Sexvvulfus Epiſcopus vita obeunte ante regebat, ſub protectione Dei & illius* (nempe Ethelredi) *manſit* Wilfridum Epiſcopatum Mediterraneorum Anglorum, ſeu Licitfeldenſem geſſiſſe, docet nos etiam Beda lib. 4. cap. 23.

XXII. *Berctuald Præſulatum Cantuarienſem & VVictredus Regnum Cantii ſuſcipiunt.* *Theodoro* Archiepiſcopo Cantuarienſi ante biennium demortuo ſucceſſit Bertuald, Abbas in Monaſterio quodam, *qui electus quidem eſt in Epiſcopatum anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo nonageſimoſecundo, die primo menſis Julii, regnantibus in Cantia VVictredo & Suebhardo. Ordinatus eſt autem anno ſequente, tertio die Kalendarum Juliarum, Dominica a Godvvino Metropolitano Epiſcopo Galliarum: & ſedit in Sede ſua pridie Kalendarum Septemb. Dominica*, inquit Beda lib. 5. cap. 9. Annus Incarnationis deeſt in Paraphraſi Saxonica. Quidam Veteres Chronographi cum in exemplaribus ſuis loco *VVictred*, legiſſent *Nictbred*, arbitrati ſunt, *Nictbredum* iſtum cum *Suebhardo* fuiſſe *Subregulos* ſeu tyrannos Cantiæ alienos a ſtirpe Regia, qui mortuo *Edrico* Regnum uſurparint: quem in errorem impegit Huntindonienſis lib. 4. pag. 337. Verum Beda contrarium teſtatur. Weſtmonaſterienſis ad annum DCXCII. ait, Wictredum & Suebhardum fuiſſe fratres. Beda tamen lib. 4. cap. 26 contrarium docere videtur, cum de Edrico loquens ſcribit: *Quo de-*

functo Regnum illud per aliquod temporis ſpatium Reges dubii vel externi diſperdiderunt: donec legitimus Rex VVictred, idest, filius Egberti, confortatus in Regno, religione ſimul & induſtria Gentem ſuam ab extranea invaſione liberaret. Juxta Bedam lib. 5. cap. 24. Wictredus Regnum Cantii iniit anno ſexcenteſimo nonageſimo, menſe Octobri, ut anno DCCXXV. quo demortuus eſt, videbimus: quia tamen ei emenda pax fuit ab *Ina* Occidentalium Saxonum Rege, ante quam in Regnum reverſus non eſt, Huntindonienſis lib. 4. Regnum ejus inchoat ab anno ſexto *Inæ*, & Malmesborienſis lib. 1. cap. 1. ait: *In tam deſperatis rebus Cantia ſexennio circiter a Regia ſucceſſione claudicatum: ſeptimo demum anno VVitredus filius Egberti, cum apud ſuos invidiam preſſiſſet, induſtria, & apud hoſtes pacem licaſſet pecunia, magna ſpe Civium allectus in Regem, voti compotes fecit*.

Interim *Ina* Occidentalium Saxonum Regi viſum eſt cogi Synodum, in qua ea ſtabilirentur, quæ Eccleſiæ, totique Provinciæ commoda, & utilia forent. Leges, quæ Eccleſiam ſpectant, referunt Spelmannus pag. 182. & Labbeus Tomo VI. Concil. Gen. pag. 1324. ſed nulla Synodi mentione facta; licet Beda lib. 5. cap. 9. *Synodum* appellet, & Sanctus Aldelmus in Epiſtola ad Geruntium Regem, *Concilium Epiſcoporum ex tota pene Britannia* nominet, Ina Rex, Hedda Wintonienſis, & Ercouvaldus Londinenſis, *Epiſcopi* in Actis nominantur, ideoque poſt hunc annum hæc Synodus differri non potuit; cum inſequenti *Valderus* Londinenſem Epiſcopatum geſſerit, ut ibidem videbimus. Acta Synodi in Legibus Inæ Regis, & in Epiſtola Aldelmi *ad Geruntium Regem, & ad Sacerdotes, qui per Damnoniam* conſiſtunt; & ex illis patet, hoc ſibi propoſuiſſe Epiſcopos, Abbates, & Proceres, qui eidem interfuere, ut non ſolum Saxones integre pieque viverent; Sed & ut Britanni, qui in Damnoniis, & ultimo Occidentis angulo, rem ſuam publicam, ex antiqua *Cerdicis* Occidentalium Saxonum Regis Gentilis conceſſione, de qua Superiori Sæculo, & Alfordus in Annalibus Britann. agit, adhuc retinebant, ad unum Chriſtianæ profeſſionis ritum & Eccleſiæ morem concederent. Summo enim odio & infinitis, quæ *Adelmus* fere enumerat, inimicitiarum augmentis, *Saxones* proſecuti ſunt, licet hi fidem Chriſtianam accepiſſent. Quare cum nonniſi coacti commercium cum Saxonibus, tam in re civili, quam Eccleſiaſtica habere vellent, legibus in hac Synodo ſtatutis eorum mores corrigendi fuere. Britannicæ Eccleſiæ cauſa *Adelmo* commiſſa fuit, quam ille ſtrenue egit, ſcripta ad Geruntium Epiſtola quam refert Alfordus hoc anno num. XX. & ſeqq. qui non animadverterat, eam eſſe inter Bonifacianas XLIV. Quis iſte *Geruntius* fuerit, non ſatis conſtat. XXIII. *Synodus in Saxonia Occidentali indicta.*

De iſta Epiſtola his verbis loquitur Beda lib. 5. cap. 19. *Adhelm, cum eſſet adhuc Presbyter, & Abbas Monaſterii, quod Maidulfi Urbem nuncupant, ſcripſit, jubente Synodo ſuæ gentis, Librum egregium adverſus errorem Brittonum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia* XXIV. *S. Adhelmus Malmesburienſis varios libros ſcribit.*

Childebertus ſuccedit Clodoveo. pertinet, ultimus numeratur hic annus Clodovei tertii ejus nominis Regis Francorum, qui poſt obitum Theodorici parentis regnavit annos quatuor. Succeſſit in ejus locum Childebertus frater ipſius, quem tenuiſſe regnum annos decem, & ſeptem, habet auctor apud Aimoinum, (a) cui præ cæteris inhærendum putamus, cum res ſui temporis ſcripſiſſe noſcatur: etenim ubi agit de Theodorico filio Dagoberti in Regem aſſumpto, ita de ipſo ait (b): *Qui nunc anno ſexto in regno ſubſiſtit*; eo ſe anno illa ſcripſiſſe demonſtrans.

(a) *Aimoin. l. 4. c. 49.*

(b) *Aimoin. l. 4. c. 52.*

PAGIUS *alia perplura Eccleſiaſticæ caſtitati & paci contraria gerunt, multoſque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ſubditi erant Brittones, ad Catholicam Dominici Paſcha celebrationem, hujus lectione perduxit*. Ubi Beda Brittones dividit in eos, qui *Inæ* Regi Occidentalium Saxonum ſubditi erant, & in eos, qui Geruntio Britonum Regi parebant, qui tamen ſubditi etiam erant Saxonum Regibus, illæſo religionis & Eccleſiarum jure, ut inter eos cautum fuerat. Quoad S. *Aldemum*, qui ex Abbate Malmesburienſi creatus eſt poſtea Epiſcopus Schireburnenſis, ejus Vitam ſcripſit Willelmus Malmesburienſis, eamque ex MS. Cottoniano nuper publicarunt Mabillonius IV. Sæculo Bened. in Appendice Part. I. Henſchenius ad diem XXV. Maii, quo S. Aldelmus ſeu Aldhelmus colitur, & Warthonus part. II. Angliæ Sacræ. *Malmesburium* Monaſterium in Wiltonia Saxoniæ Occidentalis apud Anglos Provincia ſitum, dicebatur antiquitus *Maidulfum*, a Maidulfo Monacho Scoto, qui locum illum incoluerat. In libro, quem Aldelmus edidit de Schematibus, *dixit ſeptimum omnium ſuæ gentis hominum fuiſſe, qui ad ſcientiam metrorum præſumpſit ingenium, impulit animum*, inquit Willelmus Malmesburienſis, qui Librum illum viderat, paulo poſt ſubjungens: *Et primum quidem ingenii periculum dedit in Libro, quem ad Brittones, ut ad verum Paſcha revertarentur, fecit, &c. Eſt & Liber ejus de Virginum laude, rhetorico compaſtus lepore, &c.*

XXV. *Floret S. Hildelita in Anglia.* Enumerat deinde Malmesburienſis alios ab Aldhelmo Libros compoſitos, ex quibus pauci ad nos pervenere. Hunc de *Virginitate* Librum ab ipſo poſtea metrice redditum ab eo obtinuerunt *Hildelita* Abbatiſſa, *Cuthburga*, & aliquæ aliæ Sanctimoniales Berkingenſes, cum ad hujus Concilii indictum locum ſe conferret, ut ipſemet aſſerit in Præfatione ipſis directa: *Jam dudum*, inquit, *ad Pontificale proſiciſcens Conciliabulum*, &c. *Almitatis veſtræ Scripta ſanctis lubenter ſuſcipiens*, &c. *Ita pernicster, ut fatigiſtis, dictare vobiſque deſtinare nequiveram.* Quamobrem Liber iſte uno aut altero poſt hanc Synodum anno exaratus. Hujus Synodi & S. Aldhelmi meminit Baronius anno DCXCIX. num. II. & ſeqq. Porro Sancta *Hildelita* Abbatiſſa Berkingenſis ſucceſſit Sanctæ *Æthelburgæ* Earconvaldi Epiſcopi Londonienſis ſorori, quæ *multis annis* eidem Monaſterio præfuit, ut prodit Beda lib. 4. cap. 10. ubi de ea agit. *Cuthberga* vero filia erat *Inæ* Regis, quæ diſſoluto conjugio, quod cum *Alfrido* Rege Nordanhymbrorum contraxerat, vivebat apud Berkingum ſub Abbatiſſa Hildelita, quæ & ipſa poſtea Winburnenſis Abbatiſſa renunciata eſt, ut infra videbimus. Elogium hiſtoricum *Hildelitæ* exhibent Mabillonius Sæc. III. Benedictino part. I. & Bollandus ad diem XXIV. Martii.

I. Conc. Toletan. XVI. generale dictum.

SExcenteſimus nonagſimustertius ſequitur annus, indictione ſexta, quo menſe Maio habita eſt Synodus Toletana ordine poſita decimaſexta: generale id Coucilium dictum, utpote quod in cauſa gravi convocatum fuit, interfuerunt-que Epiſcopi quinquagintanovem, per vicarios vero tres, præter Abbates quinque & viros illuſtres. Quod enim Archiepiſcopus Toletanus Sisbertus e cathedra deponendus, & in ordinem redigendus eſſet, deligenduſque ſucceſſor, qui in locum ipſius ſubrogandus foret: oportuit omnes Hiſpaniarum Epiſcopos congregari. Defuerunt tamen Epiſcopi Galliæ Narbonenſis illi, qui parebant Hiſpanis Regibus: idque ob ingruentem morbum, prout Patres ipſi, qui huic Synodo interfuerunt, canone decimotertio teſtati ſunt.

II. Sisbertus Archiep. Toletan. reos læſæ majeſtatis.

Accidit autem, ut Sisbertus haud pridem creatus Archiepiſcopus Toletanus, oblitus præcipue, quo fungebatur, muneris ſacerdotalis, oblituſque pariter juramenti, quod dicitur fidelitatis, Regi præſtari ſoliti, nequam ſpiritus incenſus facibus, adverſus Catholicum maximeque pium ac juſtum Regem conjurationem fuerit machinatus homo protervus, ſacrorum contemptor, divinorum humanorumque jurium ſpretor. Sed Dei beneficio detecta perfida adverſus Regem molitione, ipſe Rex Egica nonniſi ſacris legibus adverſus eum agendum putavit, ſacra ſacris miniſtranda relinquens; imo tantæ modeſtiæ atque religionis ſpecimen dedit, ut duobus oblatis ab ipſo Rege libellis Patribus in Synodo conſidentibus: nulla in eis adverſus auctorem conjurationis Sisbertum Archiepiſcopum fuerit ingeſta querela: piaculum enim eſſe putavit, ſi etiam facinoroſum delinquentem accuſaret Epiſcopum: adeo ut nec per ipſum ſciretur Toletanus Archiepiſcopus ejus fuiſſe criminis reus, vel quoquo modo ſuſpectus, niſi id ſententia eorumdem expreſſiſſet Epiſcoporum, dum nono canone de his agentes, hæc poſt alia de eodem Sisberto majeſtatis reo conſtituto ſignificarunt his verbis (a):

(a) Conc. Tolet. 16. c. 9.

III. Quid in Sisbertum Toletanum Archiepiſcopum.

Eſt enim quorumdam ſæcularium, & (quod pejus eſt) ſacerdotum improbanda ſatis obſtinatio animorum; & fidem ſuis Principibus ſub juramento promiſſam obſervare contemnunt, & verborum fuco juramenti obnubilant promiſſionem, dum in arcano pectoris retinent infidelitatis perverſitatem: Et poſt alia adverſus perjurios ingeſta, iſta ſubjiciunt: *Unde Sisbertus Toletanæ ſedis Epiſcopus talibus machinationibus denotatus repertus eſt, pro eo quod ſereniſſimum dominum noſtrum Egicanem Regem non tantum regno privare, ſed & morte cum Flogello, Theodomiro, Liubilane, Liubigitone quoque, Tecla, & cæteris interimere definivit, atque genti ejus vel patriæ inferre conturbium, & excidium cogitavit: qui etiam per decreti noſtri definitionem jam, & loco, & honore privatus exiſtit. Ideo noſtrum in commune per hujus canonicæ ſanctionis decernit collegium, ut hoc ipſum unionis noſtræ decretum, quod etiam his Synodicis definitionibus innectendum decrevimus, omni ſubſiſtat valore ſubnixum, atque in perpetuum obtineat inconvulſibile robur.*

IV. Lata ſententia damnationis in Sisbertum.

Ipſe vero Sisbertus pro ſui juramenti tranſgreſſione, facinoriſque tanti machinatione ſecundum antiquorum canonum inſtitutionem, qua præcipitur, ut quiſquis inventus fuerit talia feciſſe, & vivente principe in alium attendiſſe pro futura regni ſpe, a conventu Catholicorum excommunicationis ſententia repellatur, honore ſimul & loco depulſus, omnibuſque rebus exutus, quibuſque in poteſtate prædicti Principis redactis, perpetui exilii ergaſtulo maneat relegatus: ita nempe, ut ſecundum eorumdem antiquorum canonum decreta, in fine vitæ ſuæ tantum communionem accipiat, excepto ſi regia eum pietas

PAGIUS SÆC. VII Anno Æræ Hiſp. DCCXXXI. Anno Hegiræ LXXIV. inchoato die 13. Maii fer. 3.

A. C. 693.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6186.

☉ 2. E. ☽ an. P. 30. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 693.

SERGII PAPÆ 7.

JUSTINIANI JUN. IMP. 9.

I. *Poſtconſulatus*.

HIc annus iſta formola notatus: *Anno Juſtiniani Jun. IX. Poſt Conſulatum ejus IX.*

II.

A num. I. ad VII. Concilium Toletanum XVI. hoc anno a Baronio recte recitatum; ejus enim initio dicitur celebratum eſſe *anno ſexto Inclyti & Orthodoxi Domini & Principis noſtri Egicanis, ſub die ſexto Nonarum Maiarum, Era DCCXXXI.* In eo Patres *Sisbertum* Toletanum ob perjurium, & ſeditionem adverſus Regem gradu dejecere, & explicarunt locutionem circa Divinas Perſonas, jam antea diſcuſſam in Concilio Toletano XV. qua dicitur Voluntas de Voluntate, Eſſentia de Eſſentia: tanquam ſenſus ſit: Pater Voluntas genuit Filium Voluntatem; ſicut Catholice dicitur Deus de Deo, Lumen de Lumine: ideſt, Deus Pater genuit Filium Deum: Deus Pater, qui eſt Lumen, genuit Filium, qui pariter eſt Lumen, &c. Sequuntur Capitula tredecim circa diſciplinam Eccleſiaſticam & reformationem morum.

Concilium Toletanum XVI.

A num.

tas ante abſolvendum crediderit. Hæc de Siſberto Patres dicto canone nono; duodecimus autem poſtea de alio in locum ipſius ſubrogando ſancitus eſt canon, cum & Regis nominatione in Archiepiſcopum Toletanum propoſitus eſt Felix Epiſcopus ex Hiſpalenſi ſede tranſlatus ubi primum tamen coram Synodo poſitus Siſbertus crimen confeſſus, & in publico conventu privatus eſt: nam ibi hæc leguntur (*a*):

(a) Concil. Tolet. 16. c. 12.

V. *Idcirco nobis omnibus in unum collectis, iiſdem Siſbertus Epiſcopus noſtro cœtui præſentatus, atque infidelitatis ſuæ machinationem patuli oris eſt affatu profeſſus. Unde nos per hujus decreti noſtri formulam ſæpedictum Siſbertum ſecundum edictum priſcum Synodicæ ſanctionis decretum de talibus promulgatæ legis, ab Epiſcopali ordine, & honore deiicimus, a perceptione corporis, & ſanguinis Chriſti excommunicatum in exilio perpetuo manere cenſemus*, &c. Subdunt autem poſt hæc de ſubrogatione Felicis. Statutæ ſunt & ab eiſdem Patribus etiam adverſus laicos aliæ pœnæ, ſi quis ejuſdem criminis reus inveniretur: præterea, & adverſus Judæos pariter canonem (*b*) edidere, necnon adverſus idolorum cultores privantes, presbyteros atque Epiſcopos ſua dignitate, ſi in his corrigendis inventi ſint negligentes.

(b) Concil. Tolet. 16. c. 10.

VI. Pro Rege ejuſque conjunctis quotidie Miſſa celebretur.

Præſtiterunt, & hoc tunc Patres ſuo Regi laude dignum, ut præceperint octavo canone, pro ipſo Rege ejuſque filiis quotidie Miſſas ubique locorum Hiſpaniarum a ſacerdotibus celebrari, iſta inter alia ſancientes: *Ut tam per omnes civitates, vel loca, in quibus ſedes Epiſcoporum eſſe noſcuntur ad regni ejus ditionem pertinentes, quam etiam per eorumdem Epiſcoporum diœceſes, excepto paſſionis Dominicæ die, quando altaria denudata perſiſtunt, nec cuiquam in eodem die Miſſarum licet ſolemnia celebrare, cunctis aliis diebus, quibus, idem Dominus noſter in hac vita ſuperſtes extiterit, pro eo, vel pro cunctis ejus filiis, vel filiabus, aut pro his qui jam matrimoniali ſunt jure conjuncti, adhucque ſunt conjungendi, ſeu pro nepotibus, vel ſuis omnibus ſacrificiorum Domino libamina dedicentur*, &c. Sunt & alia ibidem ſtatuta, tanta Synodo digna, quæ ſunt leges: hæc ſatis ad rerum geſtarum hiſtoriam. Sed hic obſerva veterem Eccleſiarum ritum, ut paſſionis Dominicæ die, ipſa ſexta feria hebdomadæ ſanctæ, ſacrificium Miſſæ minime offerretur.

VII. Hoc eodem anno Juſtinianus Imperator, qui (ut dictum eſt anno ſuperiori) miſit Romam Zachariam Protoſpatarium, ut vinctum Sergium Papam perduceret Conſtantinopolim, juſto Dei judicio offenſam odiumque incurrit totius populi, ut eumdem imperantem paterentur inviti, optarentque aliquem alium elevari, quem acclamarent Imperatorem; quod tandem anno ſequenti (ut dicemus) perfectum eſt. Quibus autem ex cauſis civium odia in ſe concitarit, apud Græcorum Annales iſta leguntur: *Juſtinianus ædificiis intentus condidit triclinium ab ipſo denominatum, & mœnia Palatii: operi huic præfecit Stephanum Perſam cum plena poteſtate Sacellarium, & eunuchorum principem, hominem plus quam ſanguinarium, & crudelem, qui abſque ulla miſericordia operarios verberabat atque lapidabat, uſque adeo, ut imperatore peregre profecto, matrem ejus Anaſtaſiam Auguſtam loris flagellarit. Item, & Theodotus monachus, pridem in clauſtris vitam degens, tum generalis Logotheta conſtitutus, multos procerum, nulla ipſorum culpa, ſuppliciis affecit, bona eorum publicavit, funibuſque ita ſuſpenſos, ut capita deorſum verterent, palearum fumo vexavit. Sed & urbis Præfectus plurimos mandato Imperatoris in carcerem conjecit. Quibus omnibus odia populi adverſus Imperatorem creverunt*. Et his hæc adduntur:

Sævitia miniſtrorum Imp.

VIII. Deiicit Eccleſiam Deiparæ Imp.

Erat vicina Palatio ædes Deiparæ Virginis, Metropolitana dicta: eam demoliri Juſtinianus, locoque ejus gradus Venetorum, & phialem ædificare volebat, ut ibi συζιμοδίζιμον ageretur. Ideo a Callinico Patriarcha poſtulabat, ut ejus ædis deſtruendæ cauſa Deum oraret: quibuſdam enim præmiſſis precibus, juxta ſacros ritus, id fieri conſuevit. Reſpondit Patriarcha, votum ſibi eſſe quod templi erigendi cauſa faceret, nullum deiiciendi gratia receptum eſſe. Sed vi adductus, tandem lacrymabundus ita ait: Gloria Deo, quia omnia perfert nunc, & ſemper, & in æternum. His auditis, deſtructa eſt ædes, & phiala condita. Hæc apud Ce-

PAGIUS III. A num. VII. & ſeq. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCLXXXVI. qui poſtquam Imperium *Phocæ* anno uno mutilavit, anno uno tardius de more res narravit, nunc in viam redit, neque amplius octennio, ſed ſeptennio tantum a ſectatoribus Eræ Dionyſianæ diſcrepat. Annus enim ille Incarnationis DCLXXXVI. inchoatur menſe Septembri currentis Chriſti anni: *Hoc anno*, inquit, *menſis Hyperberetæi die quinto, prima hebdomadis feria, horæ diei tertia Defectus Solis contigit; adeo ut aſtra nonnulla manifeſte apparerent*. Meminere hujus Eclypſis etiam Cedrenus, & Auctor Miſcellæ ad annum IX. Juſtiniani Imp. quam Calviſius in Opere Chronolog. notat, accidiſſe die quinta Octobris feria prima; horis ante meridiem fere quatuor. Quare ea accurate a Theophane hoc anno conſignata, qui, ut annum, quem abjecerat, recuperaret, quæ uno eodemque geſta fuerant, in duos partitus eſt, par- tim-

Eclypſis Solaris ex qua demonſtratur Theophanem non amplius res anno uno tardius narrare.

drenum atque Theophanem; Zonoras quoque eadem refert. At hæc impia, & alia in Romanæ Eccleſiæ Pontificem auſus infelix Auguſtus haud levi dato ſupplicio luit, ſed Imperii jactura atque narium obtruncatione perſolvit, ut dicemus anno ſequenti.

(a) Sigeb. in Chron. hoc an.

Eodem quoque anno (a) duobus ſanctis martyribus eſt aucta Saxonia, quorum agonem atque triumphum Beda, proſecutus hiſtoriam eorum qui ex Hibernia prædicationis cauſa profecti ſunt ad Saxones, ita deſcribit (b):

(b) Beda l. 5. c. 11.

IX. Duo Evvaldi martyres in Saxonia.

*Horum ſecuti exempla duo quidam presbyteri de natione Anglorum, qui in Hibernia multo tempore pro æterna patria exulaverant, venerunt ad provinciam antiquorum Saxonum, ſi forte aliquos ibidem prædicando, Chriſto acquirere poſſent. Erant autem unius ambo ſicut devotionis, ſic etiam vocabuli: nam uterque eorum appellabatur Evvaldus *, ea tamen diſtinctione, ut pro diverſa capillorum ſpecie unus niger, alter albus Evvaldus diceretur: quorum uterque pietate religionis imbutus, ſed niger Evvaldus magis ſacrarum litterarum erat ſcientia inſtructus. Qui venientes in provinciam, intraverunt hoſpitium cujuſdam villici, petieruntque ab eo, ut tranſmitterentur ad Satrapam qui ſuper eos erat, eo quod haberent aliquid legationis, & cauſæ utilitatis, quod deberent ad illam perferre. Non enim habent Regem iidem antiqui Saxones, ſed Satrapas plurimos ſuæ genti præpoſitos; qui ingruente belli articulo, mittunt æqualiter ſortes, & quemcumque ſors oſtenderit, hunc tempore belli ducem omnes ſequuntur, & huic obtemperant: peracto autem bello, rurſum æqualis potentiæ omnes fiunt Satrapæ.*

* Hevvaldus.

X. Duo Evvaldi martyrium obeunt.

Suſcepit ergo eos villicus, & promittens ſe mittere eos ad Satrapam qui ſuper ſe erat, ut petebant, aliquot diebus ſecum retinuit. Qui cum cogniti eſſent a barbaris; quod eſſent alterius religionis (nam hymnis & pſalmis ſemper & orationibus vacabant, & quotidie ſacrificium Deo victimæ ſalutaris offerebant, habentes ſecum vaſcula ſacra, & tabulam altaris vice dedicatam, quod altare portatile dici conſuevit) *ſuſpecti ſunt habiti, quia ſi pervenirent ad Satrapam, & loquerentur cum illo, averterent illum a diis ſuis, & ad novam Chriſtianæ fidei religionem transferrent, ſicque paulatim omnis eorum provincia veterem cogeretur in novam mutare culturam. Itaque rapuerunt eos ſubito, & interemerunt, album quidem Evvaldum veloci occiſione gladii, nigellum autem longo ſuppliciorum cruciatu, & horrenda membrorum omnium diſcerptione: quos interemptos in Rhenum projecerunt. Quod cum Satrapa ille, quem videre vole-*

PAGIUS

timque ſuperiori, & partim currenti recitavit. Hunc Theophanis metachroniſmum neque Cedrenus, neque Auctor Miſcellæ animadverterunt; ideoque ab ultimo *Phocæ* anno ad præſentem, errorem iſtum amplexi ſunt. Vidit quidem illum Henſchenius in Exegeſi de *Chronographia Sancti Theophanis*, cap. 3. num. 19. præfixa Tomo III. SS. menſis Martii quem ſecutus eſt Papebrocius, in Conatu Chronico-Hiſt. dum de Conſtantino Papa loquitur, ſed perperam uterque putavit hunc errorem uſque ad finem Imperii Conſtantini Copronymi a Theophane continuatum fuiſſe: ex hac enim Eclypſi, & ex iis, quæ ſequentibus annis dicemus, manifeſtum fit, *Theophanem* annum unum in duos diviſiſſe, & ſic in concordiam hoc anno cum Dionyſiania rediiſſe. Quare quæ hic Baronius ex Theophane narrat de ædificiis a *Juſtiniano* conditis, ejuſque in *Anaſtaſiam* matrem, & Cives Conſtantinopolitanos crudelitate, hoc anno contigere. De qua etiam Imperatoris crudelitate legendus Nicephorus in Hiſtoria pag. 25.

IV. *Duo Hevvaldi Martyrium in Antiqua Saxonia patiuntur.*

Ad num. IX. & ſeqq. dum *Sanctus VVilbrordus* adhuc Presbyter Friſiis Evangelium annunciat, ejus ſecuti exemplum duo Presbyteri de natione Anglorum, quorum alter *Niger Hevvald*, alter *Albus Hevvald* appellati, venere in Provinciam Antiquorum Saxonum, ut populos ad novam Chriſtianæ fidei religionem transferrent; ſed cogniti a Barbaris, interempti, & in Rhenum projecti ſunt, ut refert Beda lib. 5. cap. 11. anno rei geſtæ non memorato, ſed die tantum Martyrii, *quinto nempe Nonarum Octobrium*. Verum in fragmento hiſtorico quod Ducheſnius Tomo I. Hiſt. Franc. a Dagoberto I. uſque ad Pippinum Regem publicavit, recitatur illud Martyrium anno, qui Sancti Willebrordi promotionem ad Archiepiſcopalem dignitatem præceſſit; cumque *VVillebrordus* anno DCXCVI. gradum illum conſecutus ſit, hoc Martyrium ad annum DCXCV. referendum, quo & Weſtmonaſterienſis illud recitat, licet eo anno præfatæ Eclypſis Solaris perperam mentionem fecerit, uti & Sigebertus in Chronico. Excuſus quidem in vulgatis exemplaribus Codex Ducheſnii habet annum DCCXXIV. ſed vitioſe, ut animadvertit Cointius anno DCXCV. num. II. tum quia vivebat eo tempore *Pippinus*, quo duo illi Sancti Presbyteri Martyrio coronati ſunt, ut teſtatur Beda loco citato, tum quia in eo fragmento de Sancto *VVillebrordo* hæc proxime ſubiiciuntur: *Sequenti anno Sanctus VVillebrordus a Sergio Papa ordinatus, genti Friſonum prædicans, virtutibus floruit*. Tum denique quia Beda, poſtquam cap. 11. de Sanctorum Hewaldorum Martyrio locutus eſt, cap. ſequenti de ordinatione Sancti Wilbordi ſermonem habet.

V. *Sed poſtquam S. Suidbertus & ejus Socii eam Provinciam deſeruerunt.*

Eodem quidem capite Beda narrat, *Sanctum Suidbertum* deſtinatum fuiſſe in Britanniam a Sociis, ut a Sancto *VVilfrido* ordinaretur Epiſcopus, ſed refert id in ordine ad prædicationem *Suidberti* apud Boructuarios. *Suidbertus* enim hoc anno ordinatus eſt Epiſcopus, antequam Berhtualdus *III. Kal. Jul. die Dominica* conſecratus eſſet in Gallia Archiepiſcopus Cantuarienſis in locum Theodori. Beda quippe ait, ideo illum profectum eſſe in Britanniam, ut conſecraretur Antiſtes a *Sancto VVilfrido* tunc patria pulſo, quia nondum in eam Berhtualdus redierat: *Non enim*, inquit Beda, *eo tempore habebat Epi-*

lebant, audiſſet, iratus eſt valde, quod ad ſe venire volentes peregrini non permitterentur: & mittens occidit vicanos illos omnes, vicumque incendio conſumpſit.

XI. Miracula SS. martyrum. *Paſſi ſunt autem præfati ſacerdotes & famuli Chriſti quinto Nonarum Octobrium die. Nec martyrio eorum cæleſtia defuere miracula: nam cum perempta eorum corpora amni (ut diximus) a Paganis eſſent injecta, contigit ut hæc contra impetum fluvii decurrentis per quadraginta fere millia paſſuum ad ea uſque loca, ubi illorum eſſent ſocii, transferrentur. Sed & radius lucis permaximus, atque ad cælum uſque altus omni nocte ſupra locum fulgebat illum, ubicumque ea perveniſſe contingeret, & hoc etiam paganis, qui eos occiderant, intuentibus. Sed & unus ex eis in viſione nocturna apparuit cuidam de ſociis ſuis, cui nomen erat Tilmon, viro illuſtri, & ad ſæculum quoque nobili, qui de milite factus fuerat monachus indicans quod eo loci corpora eorum poſſet invenire, ubi lucem de cælo terris radiaſſe conſpiceret: quod ita completum eſt. Inventa namque eorum corpora juxta honorem martyribus condignum recondita ſunt: & dies paſſionis, vel inventionis eorum congrua illis in locis veneratione celebratur.* Sed & honore martyribus debito eoſdem Eccleſia Catholica proſecuta, in Album martyrum retulit annua memoria celebrandos. *Denique* (pergit auctor) *glorioſiſſimus Dux Francorum Pipinus, ubi hæc comperit, adducta ad ſe eorum corpora condidit cum multa gloria in Eccleſia Coloniæ civitatis juxta Rhenum. Fertur autem, quia in loco, in quo oc-*

PAGIUS *piſcopum Cantiæ, defuncto quidem Theodoro, ſed needum Berhtualdo Succeſſore ejus, qui transmare ordinandus ierat, ad Sedem Epiſcopatus ſui reverſo.* Quare Sanctus Suidbertus, non anno ſuperiori, ut quidam exiſtimant, ſed currenti in Britannia ordinatus eſt, antequam Berhtualdus e Galliis in Britanniam rediiſſet. Refert poſtea Beda lib. 5. cap. 11. *Suidbertum* de Britannia regreſſum, *non multo poſt ad gentem Boructuariorum* ſeceſſiſſe: ſed expugnatis non longo poſt tempore *Boructuariis*, ineunte circiter anno DCXCV. a gente Antiquorum Saxonum, diſperſos eſſe, qui Verbum Dei, prædicante Suidberto, receperunt: ipſumque obtinuiſſe a *Pipino*, interpellante *Plectrude* ejus conjuge, locum manſionis in inſula quadam Rheni, ubi poſtea diem ultimum clauſit. Expulſis itaque *Suidberto* & diſcipulis, duo *Hewaldi* in Regionem Boructuariorum Rheno proximam, & a Saxonibus occupatam profecti ſunt, ibidemque mortem pro Chriſto oppetiere. Dixi Regionem *Boructuariorum* eam eſſe, in quam venere duo hi Sancti Martyres, Nam Boructuarii ſeu Bructeri ripam Orientalem Rheni prope Coloniam Agrippinam uſque ad Lippiam flumen, incolebant, teſtibus Ptolemæo & Sulpitio Alexandro apud Gregorium Turonenſem lib. 2. cap. 9. Vide Cluverium lib. 4. Germaniæ Antiquæ cap. 13.

VI. *Sebbus Rex Orientalium Saxonum moritur.* *Sebbus* Orientalium Saxonum Rex gravi corporis infirmitate æger conſenſum a conjuge extorſit, ut Monachum induere poſſet, *cum annos triginta in Regno exegiſſet*, inquit Beda lib. 4. cap. 11. qui addit, eum veniſſe *ad Antiſtitem Londoniæ Civitatis, vocabulo Valdhere, qui Erconwaldo ſucceſſerat*, & habitum religionis ab eo accepiſſe, ac ingraveſcente infirmitate ad Deum migraſſe. De Sancti hujus Regis morte agit Baronius anno DCLXXXII. ſed ibidem oſtendimus eam ad præſentem annum, Regni ejus triceſimum, pertinere. *Sebbo* duo ejus filii *Sighardus* & *Swefredus* ſucceſſere in Regno, ut docet ibidem Beda.

VII. *Obitus S. Erkenwaldi Epiſc. Londinenſis.* Ex his liquet, *Sanctum Erkenwaldum* Londinenſem Epiſcopum hoc anno vel ſub finem ſuperioris ad Deum migraſſe, cum *Valdherus* moriente Sebbo Rege Londini ſederit, ipſeque *Erkenwaldus* anno circiter ſuperiori Synodo in Occidentali Saxonia celebratæ interfuerit. Pallandus ad diem XXX. menſis Aprilis, quo in multis Martyrologiis *Erkenwaldus* colitus, hujus Vitam ex Joanne Capgravio recitat. Aliam exhibet Auctor Monaſtici Anglicani Tomo III. pag. 299. ex MS. Codice Cottonianæ Bibliothecæ deſcriptam, ibidemque refert Epiſtolam Agathonis Papæ ad eum ſcriptam, qua confirmantur donationes factæ Eccleſiæ Londinenſi Sancti Pauli. Celebrabatur in Anglia Translatio ejus die XIV. menſis Novembris, ut liquet ex Charta ibidem pag. 227. relata, quæ dicitur facta *anno Incarnationis Dominicæ* 1148. *Londinii, in Eccleſia Sancti Pauli Apoſtoli XVIII. Kal. Decembris; qua die Feſtum eſt, & Tranſlatio S. Erkenwaldi Confeſſoris in iſta Eccleſia.* De Erkenwaldo non ſemel locuti ſumus.

VIII. *Annus Natalis Bedæ.* Hoc anno, ut ſcribit Wigorniensis, *Beda Monachus gradum Diaconatus a Joanne Eboracenſi Epiſcopo* (tunc Haguſtaldenſi) *ſuſcepit*. Beda ipſe in Recapitulatione Hiſtoriæ Anglorum ait: *decimo nono autem vitæ meæ anno* (ad finem vergente, *Diaconatum .... per miniſterium Reverendiſſimi Epiſcopi Joannis* (tunc Haguſtaldenſis, & poſtea Eboracenſis) *jubente Ceolfrido Abbate* (Monaſterii Sancti Petri Wiremuthenſis) *ſuſcepi*. Itaque *Beda* ante annum ſexcenteſimum ſeptuageſimum quartum natus non eſt. Mabillonius Sæculo Secundo Benedictino parte I. compoſuit Elogium Hiſtoricum Bedæ, & paragrapho primo arbitratur, eum anno anteriori, in lucem prodiiſſe; quod *Beda* dicat in Recapitulatione Hiſtoriæ ſuæ, ſe cum eam ſcriberet, attigiſſe annum LIX. & capite ultimo Hiſtoriæ, ſe eam compleviſſe aſſerat ante finem anni DCCXXXI. Verum Beda Recapitulationem ſcripſit aliquanto tempore poſt Hiſtoriam; cum in Recapitulatione numeret quinque libros Hiſtoriæ Anglorum inter opera, quæ jam juris publici fecerat. Quare Recapitulationem Operi ſuo adjecit ſaltem anno labente DCCXXXII. vel ineunte DCCXXXIII. cum quinquageſimum nonum vitæ ſuæ annum jam ageret. Tunc etiam nonnulla Hiſtoriæ ſuæ adjecit, veluti capiti ultimo libri V. has voces: *Et ipſi* (Saraceni) *non multo poſt in eadem Provincia* (Gallia) *dignas ſua perfidia pœnas luebant*. Certum eſt autem Saracenos perfidiæ ſuæ pœnas in Galliis non luiſſe ante menſem Octobrem anni DCCXXXII. cum ad Pictavos a Carolo Martello victi ſunt. Hæc igitur ſcribere non potuit

Digitized by Google

occiſi ſunt, fons ebullierit, qui in eodem loco uſque hodie copioſa fluens ſui dona perfundat. Hucuſque de duobus martyribus ſermo.

No-

PAGIUS tuit *Beda* ante finem anni DCCXXXII. vel initium ſequentis, & Baronius anno DCCXXXI. num.XIX. perperam affirmat, eum perveniſſe ad annum ætatis ſuæ CV. ut ex dicendis magis apparebit.

I. *Juſtinianus Imp. ejicitur.*

Nonageſimus quartus poſt ſexcenteſimum vertitur Domini annus, ſeptima Indictione inchoatus, quo Leontius Præfectus a Græcis Imperium accipiens Juſtinianum præcidit naribus, atque ita facie deturpatum Cherſonam in exilium relegat. Hæc autem quomodo ſe habuerint ſunt pluribus proſequenda. Paſſus eſt Deus in ira ſua regnare Principem quamvis averſum ſinceris dogmatibus. Cæterum tunc a tanta miſerum videmus excidere felicitate, ubi Callinici Patriarchæ ſuaſu novorum ſanctione canonum Romanam Eccleſiam inſecutus, Orientalem Eccleſiam ſuo decore nudans, penitus deformavit, cum & eadem turpitudine Romanam Eccleſiam afficere laboraſſet. Sed & cum ad id perficiendum in Chriſtum Domini, ipſum ſummum Pontificem, violentas iniiciendas manus ſuo Protoſpatario præcepiſſet, violentas ipſe paſſus eſt manus, quibus eſt ignominioſe truncatus naribus, & in exilium pulſus.

II. Horum omnium inſpector vindex, Vigil & Sanctus de cælo deſcendit; & ut olim in Nabuchodonoſor, clamavit fortiter (*a*): *Succidite arborem, & præcidite ramos ejus, excutite folia ejus, & diſpergite fructus ejus: fugiant beſtiæ quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis ejus: verumtamen germen radicum ejus in terra ſinite:* ita quidem, dum in eum tyrannum excitat, a quo truncatus naribus pellatur Imperio ſicque maneat ad decem annorum ſpatia relegatus: Sed haud voluit evelli Deus radicem, quæ iterum germinaret, dum ſcilicet duorum luſtrorum tempore evoluto, in regnum iterum remeare permiſit: ut probe conſcius ipſe unde ſibi malum tam grande provenerit, non ceſſaret, quoad viveret, de Romanis Pontificibus bene mereri: uſque adeo, ut corona, qua redimitus erat, in terra dimiſſa, ſummi Pontificis pedes fuerit exoſculatus, regnum ſibi hac via propagaturus niſi aliis criminibus rurſum in ſe ipſe Deum vindicem concitaſſet.

(a) Dan. 4.

III. Sed narrationem ipſam aggrediamur. Græcorum Annales iſta habent: *Eadem anno decimo Juſtiniani Imperatoris, Juſtinianus Imperio pulſus eſt hoc pacto. Mandavit Stephano Patricio, & Ruſo Duci ut nocte populum Conſtantinopolitanum necarent, cædis initio a Patriarcha facta. Sub hoc ipſum tempus Leontius Patricius, qui cum Dux Orientalium fuiſſet, re bello præclare geſta, per calumniam delatus, trienniumque in carcere detentus erat, ſubito evocatus inde fuit ac Dux Græciæ factus, juſſuſque ſuis in tres celoces impoſitis, eo ipſo die urbe avehi. Ea nocte in Sophia portu navigandi tempus præſtolans, cum amicis ſuis negotia ſua componebat. Inter eos qui ipſum vere amabant, ſumma vaticinabantur ipſi, Paulus præſertim monachus clauſtri Calliſtratici, aſtronomiæ peritus, & Gregorius Cappadox clauſtri Floriani princeps. Quibus cum diceret Leontius, captum ſibi Imperio ab ipſis promitti, vitaque dubio, ac mortem ſingulis horis expectanti: ii graviter eum rem aggredi juſſerunt, jam nunc implendam. Ergo Leontius, ſuis armatis ſecum ſumptis, tacitus ad prætorium venit; pulſatiſque foribus, ſimulant eo Imperatorem venire, ut de qui-*

Anno Æræ Hiſp. DCCXXXII. Anno Hegiræ LXXV. inchoato die 2. Maii fer. 7. A. C. 694. I. *Poſt conſulatus.* II.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6187.

☉ 3. D. ☽ 22. P. 29. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 694.

SERGII PAPÆ 8.

JUSTINIANI JUN. IMP. 10.

Hic anno iſta formula notatus: *Anno Juſtiniani Jun. X. Poſt Conſulatum ejus X.* A num. I. ad V. Juſtinianus Aug. *totis tribus annis* Leontium quendam Patricium, qui Orientalibus copiis præfuerat, in cuſtodia habuerat, eumque poſtea dimiſſum Græciæ præpoſuerat. Sed is, cum Juſtinianus in Cives Conſtantinopolitanos ſæviret, Imperium invaſit, huncque *lingua ac naſo mutilatum in Cherſoneſam Urbem deportat, anno ejus Imperii exacto decimo*, inquit Nicephorus in Hiſtoria. [1] Idem habet Theophanes anno Incarnat ſecundum Alex. DCLXXXVI. & Zonaras in Hiſtoria, qui uterque ait, factum id eſſe adjuvante Patriarcha *Callinico*, quem paulo ante *Juſtinianus* cum plebe occidi mandaverat. Verum facta ſunt hæc anno ſequenti, ut recte Marianus Scotus in Chron. & Hermannus Contractus in utraque ſui editione Chronici habent, & ex dicendis in depoſitione ejuſdem *Leontii* patebit. Ab eo tempore Ju- *Juſtinianus Imperio exturbatur.*

NOTÆ [1] Non lingua & naſo mutilatus fuit Juſtinianus, ſed potius naſo & auribus, ut habet Agnellus in Pontificali Epiſcoporum Ravennatenſium par. 2. ad Vitam S. Felicis. Quod veroſimilius credimus, alioquin enim vix regendo dein Imperio aptus fuiſſet; nec cognomen obtinuiſſet Rhinotmeti, ſed potius Glottotmeti. MANSI

Leontius Imper.

quibuſdam qui ibi erant ſtatueret. Cum Præfecto id indicatum eſſet, ulatum prodiit; portaſque cum aperuiſſet, eſt a Leontio vinctus. Tum Leontius, carceribus recluſis, milites diu in iis detentos eduxit atque armavit, cumque iis in forum prodiit vociferans: Quicumque Chriſtiani ſunt, in ædo ſancta Sophia præſto ſint. Dimiſit etiam qui idem per omnes regiones proclamarent. Turbata multitudo confeſtim ad lavacrum magna eccleſia coiit; præſenſque una Pontifex ſummus, hunc eſſe diem illum a Domino factum clamavit, & populus ſublato clamore vociferabatur: Refodiantur oſſa Juſtiniani.

IV. Juſtinianus truncato naſo mittitur in exilium.

Hoc modo univerſus populus in circo diſcurrebat. Prima luce Juſtinianum per Fundam in circum producunt, naſoque truncatum Cherſonam relegant: Theodotum vero monachum, & Stephanum Saccellarium, funibus ad pedes ligatis, per viam publicam ad Bovem pertractos combuſerunt, atque ita fauſtis acclamationibus Leontium Imperatorem ſalutant, Callinico ſoltum Patriarcha occupante. Hæc totidem verbis Cedrenus, eiſdemque conſententia habetur in Theophane, Zonata, atque aliis Græcis auctoribus. Error tamen eſſe putatur, quod habet Theophanes, ipſum Imperatorem non naribus tantum, ſed & lingua fuiſſe præciſum: id enim non probatur: nam conſtat poſtea ipſum eſſe locutum, ut ſuo loco dicemus. Porro Leontii Imperii anno primo cuncta pacata fuiſſe tradunt.

V. Motus Judæorum in Hiſpania.

Hæc quidem in Oriente. In Occidente autem Hiſpaniæ, motu Judæorum illic habitantium, exagitatæ ſunt:. conſpiraverunt ipſi adverſus Regem, regnumque atque univerſos Chriſtianos, in ſocietatem adhibentes Judæos illos qui habitabant in Africa. Cognita vero eorumdem conjuratione, Rex Egica omnium Hiſpaniarum Eccleſiarum Epiſcopos, necnon Hiſpanis ſubditos Galliæ Narbonenſis Antiſtites Toletum ad Concilium convocavit hoc anno celebrandum, quinto Idus Novembris, ejuſdem Regis anno ſeptimo, Æra ſeptingenteſima trigeſima ſecunda.

Conc. Tolet. evas.

Cum igitur in unum conveniſſent Epiſcopi, adverſus Judæos illud in primis ſtatuerunt, ut redigerentur in ſervitutem, ipſorum bonis omnibus a fiſco vendicatis. Quoniam vero iidem Chriſtianæ religioni nomen dederant, atque abluti fue-

PAGIUS

Juſtinianus, quod naſo truncatus fuiſſet, cognominatus eſt *Rhinotmetus*.

III. *Concilium Toletanum XVII.*

Ad num. V. & ſeqq. Concilium Toletanum XVII. recte a Baronio hoc anno recitatur; in Præfatione enim dicitur habitum, *decurrente Imperii anno Religioſiſſimi ac Sereniſſimi Domini noſtri Egicanis Regis VII. ſub die quinto Idus Novembris, Era DCCXXXII.* Sancita in eo diſciplinæ Eccleſiaſticæ Capita octo.

IV. *Concilium in Cantia celebratum.*

Hoc anno in Cantia celebratum eſt Concilium *Beccanceldæ*, præſidente *VVithredo* Cantii Rege, ut videre eſt Tomo VI. Concil. Generalium pag. 1356. & apud Spelmannum pag. 189. Hujus nec Beda nec Malmesburienſis, nec aliquis Antiquorem meminit; illud tamen Spelmannus e quinque MSS. eruit, quorum tria præſentem Incarnationis annum indicant. Nec dubium, quin currenti anno celebratum fuerit: in Libro enim Vetuſto Evidentiarum Eccleſiæ Cantuarienſis edito in Collectione nova Scriptorum Anglicanorum Tomo II. colomna 2208. legitur; *Anno ab Incarnatione Domini DCXCIV. VVithredusglorioſus Rex Cantiæ cum Reverentiſſimo Archiepiſcopo Brithwaldo præcepit congregari Concilium in loco, qui nominatur Baccanceldæ, præſidente eidem Concilio, jam nominato Clementiſſimo Rege Cant. VVithredo, & eodem Venerando Patre & Primate totius Britanniæ, ſimulque Tobia Epiſcopo Roffenſis Eccleſiæ, cum Abbatibus, Abbatiſſis, Presbyteris, Diaconibus, Ducibus, Satrapis, pariter tractantes, & de ſtatu Eccleſiarum Dei in Anglia, & de iis, quæ a fidelibus Regibus, Prædeceſſoribus ejus, & Propinquis, Ethelberto videlicet, poſteriſque ejus, Deo Omnipotenti, in proprium hæreditatem, datæ fuerunt, &c.* Concilio ſubſcripſere Withredus, Werburga Regina, &c. Hæc tamen diu ſuperſtes non fuit, vel certe erat binominis; Withredus enim conjugem ſuam *Kynegytham* vocat, in Charta recitata ab Alfordo anno DCXCV.

V. Hoc vel ſuperiori anno *Sergius* Papa ad Saxonum Reges ſcripſit; & *Brithwaldum* Cantuariæ Sedis Præſulem, totiuſque Britanniæ Primum Pontificem illis commendavit. Literas unus Malmesburienſis lib. 1. de Pont. pag. 209. recitat, harumque hæc ſubſcriptio eſt: *Sergius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Ethelredo, Alfrido, Adulfo, Regibus Anglorum*; horum Regum nomina tantum nobis innoteſcunt. Scripſit alias literas Sergius Papa omnibus Britanniæ Epiſcopis, quibus eos hortatus eſt ut *Berthwaldo* Primatum gerenti morem gererent. Recitat eas ibidem Malmesburienſis & Alfordus anno ſuperiori.

Sergius Papa commendat Brithwaldum Primatem Epiſcopis Saxoniæ & Angliæ.

VI. *Moritur S. Clodulphus Epiſcop. Metenſis.*

Hoc anno vita functus eſt *Sanctus Clodulphus* Epiſcopus Metenſis, filius S. Arnulphi, qui eandem Sedem obtinuerat. In Indiculo Monaſterii S. Symphoriani de eo legitur; *Clodulfus Epiſ. ſedit ann. XL. & dies XXV. obiit VIII Id. Maii* ſeu die VIII. Menſis Maii ad quem in Martyrologio Metenſi legitur: *Metis, Sanctorum Confeſſorum pariterque Pontificum Godonis atque Clodulphi.* Quare cum ordinatus fuerit die XIII. menſis Aprilis anni DCLIV. currenti e vivis exceſſit, & Auctor illius Indiculi diem emortualem non numeravit. Ejus Feſtum in Eccleſia Metenſi die VIII. menſis Junii celebratur, teſte Meuriſſio lib. 2. de Epiſc. Metenſ. eodemque die nomen ejus Martyrologio Metenſi etiam legitur, ſed is ad aliquam Reliquiarum ejus elevationem referendus. Succeſſit ei *Sanctus Abbo*, qui cum ordinatus tantum fuerit die viceſima prima menſis Februarii anni inſequentis, in quam Dominica cadebat, ut ex dicendis in morte ejus conſtabit, Sedes vacavit menſes IX. & dies XIII. Ex pleriſque genealogiis S. Arnulphi apud Cointium anno DCXCVI. num. V. liquet *Clodulpho*, priuſquam Metenſis Epiſcopus fieret, ex legitimo matrimonio filium fuiſſe nomine *Martinum*, quem *Ebroinus* per dolum interemit, ut ſupra oſtendi. Nonnulli *Huganem Capetum* ab iſto Martino oriundum putant; cum tamen plures exi-

fuerant ſacri unda baptiſmatis: illud de eorum filiis pariter ſtatuerunt, ut cum ſeptem annorum ætatis eſſent, divellerentur ab eorum parentibus, & inter Chriſtianos alerentur, atque conjugio veterum Chriſtianorum nuptiarum fœdere jungerentur. Sed audi ex eadem Synodo de- (a) Concil. Tolet. 17. c. 8. tecta ipſorum facinora: octavo enim canone poſt exordium iſta habentur (a):

VI. Quid in Judæos decretum.

Et ideo quia plebs Judæorum nequiſſima ſacrilegii nota reſperſa & effuſione ſanguinis Chriſti cruenta, ac multoties juſjurandi profanatione noſcitur maculoſa: ut copioſa ſunt eorum ſcelera, ſic neceſſe eſt ut gravem ſeſe incurriſſe lugeant animadverſionis jacturam, qui per * *alia ſua ſcelera non ſolum ſtatum Eccleſiæ perturbare moluerunt, verum etiam auſu tyrannico inferre conati ſunt ruinam patriæ ac populo univerſo: ita nempe, ut ſuum quaſi tempus inveniſſe gaudentes, diverſas in Catholicis exercerent ſtrages. Unde crudelis, & ſtupenda præſumptio crudeliori debet extirpari ſupplicio: & ita in eis ordinatum debet ſævire judicium, quatenus uſquequaque puniatur, quod nequiter definitum prænoſcitur. Qua de cauſa, dum in hac ſancta Synodo per aliarum cauſarum ſemitas dirigeremus cautiſſime greſſus, extemplo eorumdem infidorum conſpiratio ad unionis noſtræ pervenit auditus; eo quod non ſolum contra ſuam pollicitationem, ſuorum rituum obſervatione tunicam fidei, qua eos per undam ſacri baptiſmatis induit ſancta ma-* ter *Eccleſia, maculaverint, ſed & regni faſtigium ſibi (ut præmiſſum eſt) per conſpirationem uſurpare maluerint.*

* præter

VII. Rediguntur in ſervitutem Judæi.

Quod infauſtum facinus dum ex ipſorum profeſſionibus noſter pleniſſime noſſet conventus, hujus decreti noſtri ſententia eos decernimus irrevocabili fieri cenſura: ſcilicet, ut ex juſſione piiſſimi & religioſiſſimi Principis noſtri Egicani, qui zelo Domini accenſus, & ſanctæ fidei ardore compulſus, non ſolum injuriam Crucis Chriſti vindicare vult, ſed & gentis ſuæ ac patriæ exitium, quod ſore illi inferendum ſævius decrevere, acrius exſtirpare intendit, ſuis omnibus rebus nudati, & ipſæ reſculæ fiſci viribus ſociatæ, tam eorumdem perfidorum, vel reliquæ poſteritatis, a locis propriis exſolutæ, per cunctas Hiſpaniæ provincias perpetuæ ſubjecta ſervituti, his quibus eos juſſerit ſervituros, largitæ, maneant

PAGIUS

exiſtiment, eum prole caruiſſe. Vitam S. Clodulphi Auctore Anonymo poſt ſæculum VIII. ſcriptam refert Mabillonius Sæculo II. Benedictino.

VII. *Floret S. Landricus.*

Quatuor proximorum Antiſtitum Metenſium, qui poſt abdicationem Sancti Arnulphi ſederunt, tempora diligenter dirigenda fuere, quia Henſchenius ad diem XVII. menſis Aprilis *Sanctum Landricum* Abbatem Sonegienſem & Altimontenſem in Hannonia, poſtquam Epiſcopatum Meldenſem, mortuo patre, depoſuiſſet, Metenſem Epiſcopum facit, ſicque Catalogi Epiſcoporum duarum celebrium Eccleſiarum ſolicitantur. Quod antequam oſtendam, aliquid de *Sancto Landrico* ex ejus Vita ab Henſchenio loco citato relata, neceſſario præmittendum. Sanctus *Madelgarius* cognomento Vincentius, de quo ſuo loco egimus, maritus fuit *Sanctæ VValdetrudis* Patronæ Montenſium in Hannonia, quo ex conjugio nati ſunt quatuor liberi Sanctorum numero adſcripti, *Landricus*, *Aldetrudis*, & *Madelberta* Malbodienſis Monaſterii deinceps Abbatiſſæ, & *Dentlinus*. *Madelgarius* ſæculo nuncium remiſit in Altimontenſi Monaſterio, quod ipſe conſtruxerat, ejuſque primus Abbas renunciatus eſt, mortuus anno DCLXXVII. *Landricus* vero poſtquam ægre patris conſenſum obtinuiſſet, ut Clericus fieret, *ſic gradatim virtutum acceleravit iter ſcandere, ut in Cathedra Metenſis Pontificii dignaretur eum Dominus ſublimare*, inquit Anonymus Auctor Vitæ ejus, ubi errore Amanuenſium loco *Meldenſis*, ſcriptum eſt *Metenſis*, ut mox demonſtrabo. Poſt aliquot annos *Madelgarius* duo Monaſteria ædificavit, *Altimontenſe* ſcilicet & *Sonegienſe*, vulgo *Soigny* in Hannonia ſitum, ac poſt ejus obitum *Landricus* Epiſcopatum abdicavit, & utrumque Abbatiam rexit uſque ad obitum, qui contigit *XV. Kalendas Maii*, ut in ejus Vita dicitur, anno incerto.

VIII. *Non fuit Epiſcopus Metenſis.*

Quare cum *Sanctus Clodulphus*, poſtquam Eccleſiam Metenſem per annos amplius quadraginta adminiſtraſſet, præſenti anno, *Madelgarius* vero anno DCLXVII. ſpiritum Deo reddiderint, manifeſtum eſt, *Landricum* Eccleſiæ Metenſis nunquam Epiſcopum fuiſſe; cum ab anno DCXXV. quo Arnulphus abdicavit, ad currentem, certa ſit Præſulum Metenſium ſeries, annique, quibus ordinati, & mortui ſunt, in dubium revocari non poſſint. At reſpondet Henſchenius, Codicem Sancti Symphoriani, quo uſi ſumus ad Pontificum Metenſium tempora digerenda, parum accuratum eſſe; cum in eo *Pappolus* Sancti Arnulphi Deceſſor prætermiſſus fuerit, & in eodem Landrici mentionem non fieri, quia Epiſcopatum depoſuit. Verum nullum Epiſcoporum Catalogum, ubi perventum eſt ad Arnulphum, eo exactiorem hactenus vidimus in Eccleſiis Galliarum, nulluſque Epiſcopum aliquem Metenſem e tenebris erutis a Paulo Diacono, quem Conditor illius Catalogi ſequitur, prætermiſſum. Nec mirum in eo *Pappoli* nomen Librariorum culpa deſiderari, cum ſimilis omiſſio, ſæpe etiam in Catalogis Romanorum Pontificum contigerit. Denique *Landricus* in illo Catalogo omitti non potuit, quia abdicavit; cum in eo Sancti Arnulphi mentio fiat. *Landricus* itaque inter Epiſcopos Meldenſes recte numeratus a Claudio Roberto & a San-marthanis in Epiſcopis Meldenſibus a Myræo in Faſtis Belgicis, Sauſſaio in Martyrologio Gallicano, aliiſque Nomenclatoribus. Colveneſius ab Henſchenio citatus, qui edidit Chronicon Cameracenſe & Attrebatenſe, a Baldezico Noviomenſi & Tornacenſi conſcriptum, & in tribus Codicibus inter ſe diligenter collatis excuſum, in quo lib. 2. cap. 46. dicitur, *in villa Sanzeias*, aliis *Sonegias B. Vincentius ſepultus cum filio ſuo Landrico Meldenſi Epiſcopo*, teſtatus ita legi in duobus Codicibus; & in altero addi, *alias Metenſi*.

De filiis Judæorum quid Synodus. *uſquequaque diſperſa*; &c. In fine vero ita de eorum filiis: *Sed & filios eorum utriuſque ſexus decernimus, ut a ſeptimo anno eorum nullam cum parentibus ſuis habitationem aut ſocietatem habentes, ipſi eorum domini, qui eos acceperint, per fideliſſimos Chriſtianos eos nutriendos contradant: ea ſcilicet ratione ut & maſculos Chriſtianis feminis in conjugio copulent, & feminas Chriſtianis ſimiliter viris maritalis ſocietate adjungant. Et neque parentibus (ſicut diximus) neque filiis ſit penitus licentia quoquo pacto Judaicæ ſuperſtitionis cærimonias cuſtodire, neque infidelitatis ſuæ ſemitas quibuſlibet occaſionibus iterare.* Hucuſque in tumultuantes Judæos contra Chriſtianos Epiſcopi.

VIII. Ne Miſſæ pro defunctis celebrentur pro vivis. Succiſa eſt pariter in eodem Concilio abuſio illa, quæ in ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium irrepſiſſet cum ſuperſtitione conjuncta: dum ſcilicet aliquis adverſus inimicum ſuum odio flagrans, ut ille quam citius ex humanis ſubduceretur, pro ipſo offerret vel offerendum curaret ſacrificium pro defunctis offerri ſolitum. Erant enim olim, ſicut & hodie, peculiares ritus & preces, quæ pro defunctis in pœnis purgatorii detentis in Miſſæ ſacrificio dicerentur. Præceſſerat de his, ſicut & de Judæis, querela Regis in libello ab ipſo oblato Synodo quæ adverſus iſtiuſmodi impie factitantes decernit iſta (a), ubi eſt immane facinus deteſtata: *Miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis ſtudent celebrare hominibus, non ob aliud niſi ut is pro quo id ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libaminis interventu, mortis ac perditionis incurrat periculum; & quod cunctis datum eſt in ſalutis remedium, illi, hoc perverſo inſtinctu quibuſdam eſſe expetunt in interitum. Obinde noſtræ elegit unanimitatis conventus, ut ſi quis ſacerdotum deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, a proprio deponatur gradu; & tam ipſe ſacerdos, quam etiam ille qui ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilii perpetui ergaſtulo relegati, excepto in ſupremo vitæ curriculo, cunctis vitæ ſuæ diebus ſacræ communionis eis denegetur perceptio, quam Deo ſe crediderunt fraudulento delibaſſe ſtudio.* Hæc Patres & alia ad ſacros ritus pertinentia provide ſtatuerunt, quæ tu conſulas.

(a) Conc. Tolet. 17. c. 1.

Sex-

PAGIUS IX. Sed Meldenſis. Cointius ad eandem difficultatem hæſit, annoque DCLXXVII. num. XIII. Sancti *Madelgarii* obitu narrato, aſſerit *Landericum* ejus filium, neque *Metenſem*, neque *Meldenſem* Epiſcopum fuiſſe; quod exiſtimet *Sanctum Faronem* Eccleſiam Meldenſem adminiſtraſſe ab an. DCXXIV. quo *Gondoaldus* Epiſcopus Meldenſis interfuit Concilio Remenſi, uſque ad annum DCLXXII. quo ejus mortem conſignat, putetque *VValbertum* ejus fratrem, quem cum *VValdeberto* Luxovienſi Abbate anno DCLXVII. demortuo perperam confundit, ei ſucceſſiſſe. Verum *VValbertus* Sancti Faronis frater anteceſſit *Gondoaldum* in Epiſcopatu Meldenſi, obiitque ſub Clotario II. Francorum Rege, ut in Vita Sancti Faronis diſerte legitur. Præterea *VValbertus* frater Sancti Faronis diverſus eſt a Sancto *Vualdeberto* Abbate Luxovienſi, qui Sancto Euſtaſio in illius Monaſterii regimen ſucceſſit, in eoque Deo ſervivit *per quadraginta annorum ſpatium*, ut habet Adſo, (qui & dictus Hermiricus Abbas Luxovienſis, qui floruit ſæculo decimo,) in Actis Sancti Waldeberti Abbatis apud Henſchenium ad diem ſecundam menſis Maii, ubi & pluribus hunc Cointii errorem refellit. Cum igitur Cointius videret *Vualdebertum*, quem Sancti Faronis fratrem putabat, poſt Sanctum *Euſtaſium* tanto tempore Abbatiam Luxovienſem adminiſtraſſe, inde collegit Sancti *Faronis* Acta hac in parte interpolata fuiſſe, & *Vualbertum* fratrem, non Deceſſorem, ſed Succeſſorem ejus fuiſſe in Epiſcopatu Meldenſi. Verumtamen certum ſit, Virum doctiſſimum perperam duos Walbertos ſeu Waldebertos in unum conflaſſe, ejus opinio nullo modo ſtare poteſt. Certe Adſo *Vualdebertum* nuſquam Epiſcopum, ſed Abbatem appellat, & in veterrimo Corbeienſi Kalendario, quod fere nongentorum eſt annorum, ita ſcribitur: *VI. Non. Madias Sancti Vualdeberti Abbatis*, ut videre eſt apud Mabillonium in Addendis & Corrigendis ad Sæculum II. Benedictinum, in fine Tertii Sæculi Benedictini, pag. 628. Poſt *Sanctum Faronem* ſeries Epiſcoporum Meldenſium interrupta, nec probe ſciri poteſt, quis præceſſerit, & quis ſucceſſerit. Quare nihil impedit quin S. *Landericus* poſt eum in Eccleſiæ Meldenſi ſederit; imo id neceſſario dicendum, cum Epiſcopus Metenſis eſſe non potuerit.

Obitus S. *Sebbi* Regis Orient. Saxonum, de quo anno DCLXXII. actum.

JESU CHRISTI ANNUS 695.	SERGII PAP. ANNUS 8.	LEONTII IMP. ANNUS 2.

I. Friſiorum Eccleſia ex martyrum ſanguine propagatur.

SExcenteſimus nonageſimusquintus Domini annus octava Indictione notatur, quo Eccleſia Friſiorum feliciter propagatur, ſanguine ſanctorum martyrum irrigata: nam præter duorum Evvaldorum martyrium ſuperius enarratum, contigit, & S. Wigbertum, unum ex duodecim illuc miſſis, martyrio coronari. Hæc omnia narrat Marcellinus in Actis ſancti Suviberti, ubi primum de duodecim ſanctiſſimis monachis illuc ad prædicandum Evangelium miſſis ſermonem habuit, iſta ſubiiciens (a): *Morabatur perfidus Radbodus Rex Friſiæ illo tempore expulſus a Trajecto per illuſtrem, & Chriſtianiſſimum principem Pipinum de Herſtallo, Maiorem domus Franciæ, apud inſulam Foſtelondria, quæ à quodam deo ſuo, dicto Foſte, tunc Foſtelandria appellabatur, quæ valde ſolemnis erat propter ſuperſtitioſam ſectam idololatriæ. In qua inſula ſacerdotes Dei ſuggeſtione ſancti Vuigberti convenientes profana ſtatim delubra Jovis & Foſtæ deſtruxerunt, & conſtanter prædicando, tres ſolummodo homines, Satanæ pompis abrenunciantes, Orthodoxæ junxerunt fidei. Radbodus vero Rex, ſtrenuiſſimus idolatra, odio habens Chriſtianos, audiens idola ſua deſtructa a Chriſtianis,*

Martyrium S. Vuigberti.

iratus valde, atque injuriam deorum ſuorum ulciſci diſponens, S. Vuigbertum, quem dudum noverat Chriſtianum, unum ex conſociis ſanctorum, diro tormento jugulari juſſit, qui continua prece Deum exorare ſolebat pro conſequenda palma martyrii: cæteroſque eliminavit ab inſula prædicta.

II. Opera Pipini Principis Friſii accipiunt Evangelium.

Sacerdotes vero perpendentes quoniam Radbodus Rex nequaquam ab idolorum cultura deſiſteret, & quod in lucrandis animabus parum proficerent propter tyrannidem Regis diverterunt ad præfatum principem Pipinum: a quo gratanter ſunt ſuſcepti. Et quia nuper citeriorem Friſiam, expulſo Radbodo Rege, ceperat, illos eos denuo ad prædicandum miſit, præcipiens Paganis ſibi ſubditis auctoritate regia, ne quis prædicantibus quicquam moleſtiæ inferret. Unde factum eſt, opitulante divina gratia, ut multos quotidie in brevi, prædicatione ſua ab idololatria ad fidem converterent Chriſti. Atque convenientes ad caſtrum Trajectenſe, quod pridem Vviltemburg dicebatur, quod in poteſtate Orientalium Francorum eo tempore fuit, & permanſit, ubi dudum imperante Heraclio Cæſare inclytus Dagobertus ſanctus Rex Franciæ conſtrui fecit eccleſiam in honore ſancti Thomæ Apoſtoli, quam non multo poſt præduræ cervicis Friſones ſolotenus deſtruxerunt. In quo loco prope ruinam illius prioris Eccleſiæ ſancti Thomæ, anno a nativitate Domini ſexcenteſimo nonageſimoquinto, ſuperædificaverunt in honore ſanctæ Crucis oratorium, in quo renativi fontis conſecrarunt baptiſterium: ut Chriſti fideles ob defenſionem caſtellani Trajectenſis ſecuritum illic haberent acceſſum ad ſuſcipiendum ſacri baptiſmatis ſacramentum.

(a) Apud Sur. t. 1. 5. die 1. Martii c. 7.

Subdit idem Marcellinus, hoc eodem anno S. Suvibertum reverſum in Hiberniam ad eos a quibus fuerat cum ſociis miſſus, fuiſſe ordinatum Epiſcopum. Sed quæ ante hæc ipſe cum ſociis paſſus fuerit, idem auctor ſic tradit (b): *Deinde præfati ſacerdotes attendentes meſſem quidem multam, operarios vero paucos, ierunt more Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti bini & bini, trini & trini, adjunctis ſibi aliquot neophytis, in diverſis Germaniæ provinciis fidem Chriſti gentibus denunciaturi. Inter quos S. Suvibertus glorioſus ſacerdos Chriſti, divini amoris igne fervidus, venit eodem tempore cum Vverenfrido & mecum in grandem vicum dictum Duerſtat: qui vicus refertus fuit cærimoniis, ornatuſque diverſis idolorum templis, duobus diſtans milliaribus a Trajecto ad Orientem. Ubi dum prædicaret Chriſtum verum Deum, qui vitam æternam in ſe credentibus daret,* III.

(b) Marcellinus ibid. c. 8. 9. 10.

S. Suvibertus prædicat Evangelium.

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCCXXXIII. Anno Hegiræ LXXVI. Inchoato die 21. April, fer. 4. A.C. 695. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6188.

☉ 4. C. ☽ 12. P. 21. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 695.

SERGII PAPÆ 9.

LEONTII IMP. 1.

HIc annus iſtis formulis notatur: *Anno Juſtiniani Jun. X. Poſt Conſulatum ejus X.* ſed tantum uſque ad menſem circiter Septembrem, quo *Leontius* Imperium arripuit, & cum eo Conſulatum; cujus tamen cum nulla apud Antiquos mentio ſit, illum indicare ſufficiat.

Poſt conſulatus.

A num. I. ad VII. quæ habet Baronius de *Sancto Suidberto* ex Pſeudo-Marcellino in ejus Vita fabuloſa ſunt, ut ex dictis liquet. Sed Baronii tempore Acta illa Suidbertina fictitia eſſe nondum deprehenſum fuerat. Porro duorum *Hevvaldorum* Martyrium pertinet ad præſentem annum, ut anno DCXCIII. oſtendi. *Suidbertus* vero ordinatus fuit Epiſcopus Regionarius, nulli ſcilicet Sedi adſtrictus, anno DCXCIII. ut ibidem demonſtravi. Errant enim qui eum Epiſcopum Verdenſem fuiſſe ſcripſere. Is error in Martyrologium Romanum irrepſit, ubi II.

S. Suidbertus Senior a S. Suidberto Juniori diſtinguendus.

admonens ut ſimulacrorum vanos, & inanes contemnerent cultus, eo quod idola quæ pro diis colebant, repleta eſſent dæmoniis, & nihil ſalutis habere, nec ſuis cultoribus auxilium conferre poſſe affirmaret: ſtatim a Paganis, & idolorum ſacerdotibus capitur, & graviter verberatur, clamantibus & dicentibus: Blaſphemator iſte noſtram profanat legem, deos noſtros omnipotentes dæmonia affirmat, populum ſeducit, Crucifixum ſolum Deum verum audacter prædicat: & niſi occidatur, aut effugetur, cultus deorum noſtrorum evacuabitur, & paternæ traditiones exterminabuntur.

IV. S. Suvibertus detruſus in carcerem liberatur. *His dictis, clamore omnium tenetur, & in carcerem mittitur, ut altera die occulte trucidaretur: non enim palam audebant ipſum occidere, quoniam vicus erat ſub ditione Chriſtianorum Francorum. Nos vero, Vverenfridus & ego Marcellinus, dolentes, & flentes ſequebamur eum uſque ad carcerem: quod cernens S. Suvibertus, læto ore conſolando hortabatur nos conſtanter ſtare pro fide Chriſti, nec mortem timere pati pro Chriſto. Eadem vero nocte circa galli cantum S. Suviberto orante, nobis autem dolentibus, ecce venit Angelus Domini cum magna claritate in carcerem, dicens ei: Noli timere, ſerve Dei, quia Dominus tecum eſt. Et videntibus, & ſtupentibus cuſtodibus carceris, liberavit ipſum, præcipiens, ut conſtanter Chriſtum Paganis ubique evangelizaret. Quo facto, Angelus Domini æthera petiit: ipſe vero ad nos veniens, gaudenter flectens genua, & nos ſecum gratias devotiſſime Deo retulimus de angelica viſitatione & conſolatione. Pagani vero, & præcipue ſacerdotes idolorum altera die audientes liberationem illius, vacillare cœperunt de impotentia idolorum, laudantes virtutem Chriſti. Ipſe vero altera die conſtantiſſime prædicans, multos in ſtuporem vertit, & ad Chriſtum convertit, & nemo injecit manus in eum. Quo miniſterio peracto cum Trajectum nobiſcum perveniſſet, omnia per Angelum patrata ſecum in Duerſtat confratribus enarravit: qui unanimi voce, flentes præ gaudio, benedixerunt Deum. Seceſſit deinde in diverſos vicos & villas per Friſiam, & Hollandiam ac Teiſterbandiam, cunctis palam conſtanter Chriſtum evangelizans: & quamvis multa contraria inter ipſos Gentiles in diverſis locis perpeſſus fuiſſet, & æquanimiter toleraſſet; tamen divino ſemper fultus auxilio, ſalutifera ſua exhortatione populum multum ad agnitionem fidei Chriſti perduxit.*

V. Prædicatione, & miraculo gentiles converſi. *Eodem anno demum pervenit nobiſcum, ſcilicet cum Vverenfrido & me Marcellino, in Orientalem partem principatus Hollandiæ, in qua erat villa diſtans a Trajecto ad Auſtrum per unum milliare, dicta Hageſtein. Ubi cum inſigni die quodam ſolemnitatis Gentilium veniſſet, in quo multitudo copioſa Gentilium, deorum ſuorum cærimonias colens, funeſta ſacrificia thurificando idolis immolaret, acceſſit in medio illorum, clamans & dicens: O viri ſapientiſſimi, accedite, & audite: Nuntius enim ſum Dei excelſi, &c.* Recenſet concionem idem qui aderat Marcellinus. Porro prædicationem ſubſecutum eſt ſignum, nempe cujuſdam Giſelberti cæci nati illuminatio, hominis cunctis notiſſimi: poſt quod adeo inſigne miraculum facta eſt Gentilium, qui eum noverant, optata converſio.

Suvibertus conſecratur Epiſcopus. Cujus rei cauſa viſum eſt cunctis fratribus duos ex omnibus deligere, qui ordinari in Epiſcopos deberent, Suvibertum ſcilicet atque Villebrordum: quorum primum miſerunt in Angliam ad S. Wilfridum Merciorum Antiſtitem, a quo eſt Epiſcopus conſecratus hoc ipſo anno (ut teſtatur auctor) qui numeratur ab incarnatione Domini ſexcenteſimus nonageſimusquintus. Quem enim diximus Wilfridum interfuiſſe Romano Concilio ſub Agathone, idem accepiſſe pariter ab Apoſtolica Sede plenam auctoritatem Apoſtolicæ ſedis legati putatur, qua niſus eumdem conſecrarit Epiſcopum. Sequenti vero anno (ut ait) Willebrordus Romam profectus conſecratur a Sergio Papa, ut ſuo loco dicturi ſumus anno ſequenti.

VI. Suviberti Apoſtolatus. Accidit autem, ut licet Suvibertus hoc anno fuerit in Anglia conſecratus Epiſcopus, Willebrordus vero ſequenti, ni-

PAGIUS ubi ad diem primum Martii, quo is Sanctus colitur, habetur: *Apud Civitatem Vverdam Sancti Suidberti Epiſcopi, qui tempore Sergii Papæ apud Friſones, Batavos, & alios Germaniæ populos Evangelium prædicavit.* Baronius quidem in Notis ad eum diem citat Bedam, Uſuardum, & Adonem. Verum, ut obſervavit Henſchenius ad diem I. Martii in Commentario prævio ad Vitam S. Suidberti num. LVIII. illud non legitur in genuinis Bedæ exemplaribus antiquiſſimis manu exaratis; neque in optimæ notæ exemplaribus Uſuardi, tum manu exaratis, tum excuſo Pariſiis anno MDXXXVI. Non confundendus itaque Sanctus *Suidbertus Senior* cum Sancto *Suidberto Juniori*, qui primus Werdenſis Sedis conſtitutus eſt Epiſcopus juſſu Caroli Magni, illius Epiſcopatus fundatoris, circa annum DCCLXXXVI. ſive eo loco, ubi nunc eadem Civitas poſita *eſt*, ſive, *ut* Krantzius lib. 1. Metrop. cap. 6. ſcribit, in alio ſatis frequenti, e quo tamen *Vverdam* deinde Epiſcopalis tranſlata dignitas fuit; qua de re legendus Henſchenius ad diem XXX. Aprilis, quo Sanctus *Suidbertus Junior* colitur. Eſt autem *hæc Vverda* ad Alaram fluvium in Saxonia Inferiori; ſed Werda, in qua Suidbertus Senior Monaſterium conſtruxit & ſepultus eſt, ut docet Beda lib. 5. cap. 10. jacet ad Rhenum, vulgo

nihilominus iſte Archiepiſcopus creatus ſit, Suvibertus autem appellatus Trajectenſis Epiſcopus, ſive alicujus alterius loci, ſed coepiſcopus Sancti Willebrordi, ſpecialiter tamen nominatus Apoſtolus Teiſterbandiæ Weſtphaliæ, & Boructuariorum, prout etiam idem docet conſocius in laboribus Marcellinus. Felices populi, terque felices, quouſque ſecuti ſunt vocem tanti paſtoris, qui Apoſtolo dignis miraculis teſtatam ipſis reliquit fidem Chriſtianam integram atque ſinceram: miſerrimi vero redditi ſunt omnium hominum, ubi relicto antiquo tanti patris ſacroſancto depoſito, ſecuti voces alienorum, per prærupta hæreſum in profunda corruerunt inferni.

VII. S. Ansbert. Episcopi Rothom. obitus.

(a) Apud Sur. die 9. Febr. eadem die Martyr.

Hoc eodem anno ſexcenteſimo nonageſimoquinto, die nona Februarii S. Ansbertus Epiſcopus Rothomagenſis vir ſanctitate clariſſimus ex hac vita in cælum feliciter migrat, cum ante calumniam paſſus ſolum vertere miſſus in exilium cogeretur juſſu Pippini ſupremo fungentis magiſtratu, de quo Angradus monachus ita ſcribit (a): *Cum inter principes Francorum ſæva eſſet exorta diſcordia ob multiformem regni diviſionem, callidus humani generis hoſtis malignorum contra Dei famulum ſævire fecit invidiam, qui Pipino principi fraudulenter ſuggererent, præfatum virum ſanctum adverſus eum contraria tractaſſe conſilia. Decedente enim de arduo principatu Vvarratone illuſtri, & ejus filio ac ſupplantatore nefando Giſlemaro, Pipinus præfectoriam adminiſtrationem, Domino largiente, adeptus eſt: quo tempore incuſatus apud ipſum principem præfatus Pontifex ſanctus, juſſu ejuſdem exilio deportatur in Altummontem monaſterium, quod eſt ſitum in territorio Hannonienſi ſuper Sambro fluvio, cui tempore illo præerat venerabilis Halidulphus Abbas. Nullo extante crimine humiliter exilii ſubiit ærumnam.* Quomodo autem inde liberatus reverſus in patriam, reſponſum mortis accipiens, ſacrificio Miſſæ prævio ſe paravit, & ſic feliciter Deo ſpiritum reddidit, ipſe auctor teſtatur, ſimulque ſubſecuta poſt obitum miracula narrat, & in fine præſentem annum ejus migrationis ſignat; quem tu conſulas.

Eo-

PAGIUS

go *Keiſers-Woert* appellata. Baronius num. VI. ſuſpicatur, *Suidbertum* fuiſſe Epiſcopum Trajectenſem, ſed hoc nullus ex Antiquis memoriæ prodidit.

III. S. VVigberti Martyrium fictitium eſt.

Martyrium etiam *Sancti Vvigberti* fictitium eſt. Hujus enim Martyrii nuſquam Beda, nec aliquis ex Antiquis meminere, ſed unus Pſeudo-Marcellinus. Beda lib. 5. cap. 10. teſtatur, *Sanctum Vvigbertum*, relicta Hibernia, in qua diu Anachoreticam Vitam egerat, in Friſiam veniſſe, & duobus annis continuis genti illi, ac ejus Regi Rabodo Verbum Salutis prædicaſſe; ſed cum nihil proficeret, *reverſus ad dilectæ locum peregrinationis, ſolito in ſilentio vacare Domino cœpit; & quoniam exterius prodeſſe ad fidem non poterat, ſuis amplius ex virtutum exemplis prodeſſe curabat.* Addit Beda cap. ſequenti, *Vvigbertum* miſiſſe poſtea in Friſiam *Vvilbrordum* cum ſociis duodecim: nec plura de Wigberto habet. Verum quidem, eſt Alcuinum in Vita Sancti Willebrordi tradere *Vvillebrordum*, dum e Dania in Franciam rediret, in Foſiſlandia Evangelium prædicaſſe, & *Radbodum* Regem, unum ex ſociis ejus morte affeciſſe, cauſatum ſacra ſua ab eo violata eſſe. Pſeudo-Marcellinus autem ſocium illum *Vvigbertum* fuiſſe aſſerit. Verum Martyrium hoc contigit, poſtquam *Vvillebrordus* Epiſcopus ordinatus eſt, quam tamen dignitatem tantum obtinuit anno ſequenti. Fuere alii Wigberti, qui ſæculo ſequenti floruere; ſed nec ullus ex iis Martyrii gloria coronatus eſt.

IV. Moritur S. Ansbertus Epiſc. Rothomagenſis.

Ad ann. VII. Aigradus in Vita Sancti Ansberti ex Abbate Fontanellenſi Epiſcopi Rotomagenſis renunciati tradit, cum inter Principes Francorum exorta eſſet diſcordia *ob multiformem Regni diviſionem*, Pippinum Majorem Domus eum relegaſſe in Monaſterium ad Sabim, amnem in Hannonia, fluentem, cui nomen *Altus mons*, quaſi adverſus ſe contraria tractaſſet conſilia; ſed non multo poſt Ansberto ad Sedem propriam revertendi licentiam tribuiſſe, & cum in itineri ſe accingeret, in morbum incidiſſe, *die quinto Iduum Februariarum e mundo tranſiiſſe, & corpus ejus tranſlatum eſſe Fontanellam die quinto Iduum Martiarum ſub anno ſexcenteſimo nonageſimo quinto Incarnationis* D. N. J. C. Hic tamen Incarnationis annus in Vitam illam intruſus, qui nondum uſus invaluerat, ut Franci Scriptores annos ab Incarnatione numerarent anno circiter DCC. quo Aigradus illam elucubravit. Nihilominus Ansberti mors in hunc annum, quo eam recte conſignavit Baronius, incidit. Auctor enim Chronici Fontanellenſis loquens de Translatione Reliquiarum SS. Vandregiſili, Amberti, & Wlframi, ait: *Facta hæc Sancta Tranſlatio anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quarto, Indictione ſecunda, pridie Kalend. April. feria ſecunda. Nam ſolemnitas Sancti Paſcha tertio Kalend. tunc extitit, qui erat annus decimus glorioſi Regis Hildeberti. Requievit igitur in eadem Sancti Pauli Baſilica B. Vvandregeſilus annis circiter quadraginta; inclytus autem Præſul Ansbertus annis novem, Sanctus vero Archiepiſcopus Vulfrannus annis undecim.* Adhibet is Auctor alios characteres, ſed mendoſos. Si itaque anno Chriſti DCCIV. die ultima Martii jam a novem annis *Ansbertus* hominem exuerat, currenti mortuus eſt. Vitam ejus ab Aigrado Monacho Fontanellenſi, fere æquali ſcriptam referunt Bollandus ad diem IX. Februarii ejus Feſto dicatum, & Mabillonius Sæculo II. Benedictino. Hic tamen in Notis ad eam Vitam male differt mortem hujus Sancti Præſulis in annum DCXCVIII. quod in quodam apographo Chronici Fontanellenſis legatur, *anno quarto Regni Childeberti Regis Francorum*, &c. *qui eſt annus Dominicæ Incarnat. DCXCV. Sanctum Ansbertum* Cæleſtia Regna petiiſſe, quem annum quartum Childeberti ſolum retinendum putat. Verum hæc conjectura invicte refellitur ex Privilegio pro quodam Monaſterio ab Agirardo Epiſcopo Carnutenſi conceſſo, quod Vir

do-

VIII. S. Audomari Epiſc. obitus. (a) Fulcard. & Molan. die 9. Sep.

Eodem quoque anno ex hac vita migraſſe S. Audomarum Morinorum Epiſcopum, certum eſt (a). Prædicatur iſte Apoſtolus Tarvanenſium, & jure quidem: nam licet diu ante populus ille Evangelii prædicatione imbutus eſſet, tamen negligentia Præſulum in deterius lapſus, iterum idolorum cultum, quem reliquerat, eſt ſectatus; ſed tanti viri prædicatione excultus eſt, atque perfecte redditus Chriſtianus, operante divinitus, una cum prædicatione, miraculorum quoque virtute. Extant res ab eo præclare geſtæ, a Falchardo conſcriptæ (b): Hic vel obiter mentio facienda eſt de ſancta Auſtrebertha virgine, quæ ab eodem ſancto Audomaro Deo conſecrata egregia claruit ſanctitate; cujus vitæ Acta ſcriptis mandata habentur (c).

(b) Apud Sur. die 9. Septembr. (c) Apud Sur. die 10. Febr. tom. 1.

Se-

PAGIUS

doctiſſimus ex Autographo Dionyſiano lib. 6. de Re Diplom. pag. 478. poſtea publicavit. Datum enim illud *anno II. Childeberti Regis, menſe Martis die VI.* cui inter alios Epiſcopos ſubſcribit *Gripho*, qui erat Epiſcopus Rotomagenſis, quique ideo anno ſequenti Eccleſiam Rotomagenſem regebat. Ex quo & liquet, non *Reginaldum*, qui diu Cathedram illam tenuit, ut multi credidere, ſed Griphonem Ansberti Succeſſorem fuiſſe.

V. *Floret S. Auſtreberta Abbatiſſa Pauliacenſis.*

Ad num. VIII. *Sanctus Audomarus* Morinorum Epiſcopus & Tarvanenſium Apoſtolus vivebat quidem adhuc anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo; ſed non multo poſt ad Deum migravit, ut anno DCLXXXII. num. X. oſtendimus. Quare quæ de annis Præſulatus ejus diximus ibi legenda. Hic vero nobis agendum de *Sancta Auſtreberta* Virgine & Abbatiſſa Pauliacenſi, cujus tantum meminit Baronius. Bollandus ad diem X. Februarii Vitam ejus Auctore Anonymo, fere æquali, elucubratam recitat ex Surio, eandemque ac aliam ab Auctore Anonymo & fere coævo conſcriptam exhibet etiam Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte I. Nata eſt in Tarvanenſi territorio illuſtribus parentibus, *Dagoberto Primo* in Galliis regnante, & procedente tempore, ne nuptui traderetur, confugit ad *Audomarum* Epiſcopum, ab eoque velamen accepit, ac in *Portenſi* Monaſterio per annos quatuordecim Monaſticam vitam inſigni laude duxit. Erat illud Monaſterium ad Somonam fluvium, ſed nunc locus redactus eſt in vicum, qui retinet priſcum vocabulum *Port*. Paulo poſt *Auſtreberta* conſentiente Abbatiſſa, Præpoſita conſtituta eſt, & circa annum Chriſti DCLXII. *Sanctus Filibertus* eam e Portenſi Cœnobio evocavit & Monaſterii Pauliacenſis Abbatiſſam inſtituit. Varia cum Monachorum, tum Sanctimonialium Cœnobia conſtructa ſunt in gratiam *Sancti Filiberti*, & in his Pauliacenſe, quarto milliari a Civitate Rotomagenſi diſſitum, qui locus nunc vocatur *Pavilly*, Eccleſia Sanctæ Auſtrebertæ & oppidulo inſignitus. *Tranſivit autem glorioſa Virgo, IV. Idus Februarias, tunc die Dominica, aurora incipiente*, inquit prior Anonymus in ejus Vita, ideoque anno ſeptingenteſimo quarto (quo dies Dominica incidit in diem X. menſis Februarii) ut vulgaris ſententia fert.

VI. *Childebertus III. regnat in Francia.*

Hoc anno *Clodoveus* III. Francorum Rex vita functus eſt, ut anno DCXCII. num XVIII. oſtendimus, eique *Childebertus* III. frater ſucceſſit ante finem menſis Martii; cum anno DCCIV. die ultima Martii facta fuerit Tranſlatio Sancti Ansberti Epiſcopi Rotomagenſis, ut mox demonſtravimus *Childeberto* jam decimum Regni annum agente, qui ideo hoc uno ante diem ultimam Martii Regnum inierat. Continuator Fredegarii cap. 101. & ſeq. res initio ejus Principatus geſtas his verbis enarrat: *Droco a Pippino genitore eruditus Ducatum Campanenſem accepit: Grimoaldus junior cum Childeberto Rege Major Domus Palatii ſuper Francos* (id eſt, ſuper Neuſtraſios & Burgundos) *electus eſt, fuitque Vir mitiſſimus, omni bonitate & manſuetudine repletus, largus in eleemoſynis, in orationibus promptus. Pippinus contra Radbodum Ducem Gentilem Friſiorum gentis adverſus alterutrum bellum intulerunt, Caſtro Doreſtato, illic belligerantes invicem. Pippinus victor extitit, fugatoque Radbodo Duce cum Friſionibus, qui evaſerant, idem Pippinus cum multis ſpoliis & præda reverſus eſt.* Quod bellum in Annalibus Metenſibus, eodem, quo *Clodovei* III. mors, anno conſignatur. Eo Citerior *Friſia* Francis, quibus ab aliquot annis parebat, penitus aſſerta eſt; Ulterior vero *Friſia* ſub *Radbodi* poteſtate permanſit; nec liber in hanc aditus, quandiu is vixit, Doctoribus Evangelii patuit. Erant Pippino ex Plectrude uxore duo filii, *Drogo* ſeu Droco, & *Grimoaldus*, qui ambo educabantur in ſpem potiundi Majoratus, ut poſt patrem ille Auſtraſiæ, hic Neuſtraſiæ Burgundiæque præficeretur.

JESU CHRISTI ANNUS 696.	SERGII PAP. ANNUS 9.	LEONTII IMP. ANNUS 3.

I. Wilbrordus ad Sergium Papam iterum proficiſcitur.

SEquitur Chriſti annus ſexcenteſimus nonageſimusſextus, Indictione nona, quo vir Apoſtolicus Wilbrordus, ſive Willebrordus, qui ante annos ſex Romam veniens auctoritatem prædicandi Evangelium (ut dictum eſt pluribus) acceperat, cum magnum jam ex prædicatione proventum in converſione infidelium collegiſſet, iterum Romam veniens ad eumdem Sergium Papam, ab eodem Epiſcopus ordinatur. Opus plane divinum in his recognoſcitur: accidit enim ſecundum illud myſticum Domini in Job (a): *Numquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi, Adſumus?* Non tantum eſt Apoſtolicæ ſedis mittere tonitrui filios in Evangelii prædicationem ad Gentiles, ſed & eoſdem portantes manipulos ſuos recipere revertentes, novaſque ipſis erigere ſedes Epiſcopales. Ubi enim Friſii ſive Friſones Evangelium accepiſſent, ut eis daretur Epiſcopus, laboravit qui eos bello perdomuit Pippinus princeps. Non deerant in Galliarum proximis regionibus nobiliſſimarum Eccleſiarum Epiſcopi; ſed quod novas erigere ſedes ſciretur etiam ab exercituum ducibus ſolius eſſe Romani Pontificis; idcirco curæ illi fuit, ut idem Romam miſſus ubi acceperat ad prædicandum Evangelium apoſtolatum, novus rediret ſacris ritibus ordinatus Epiſcopus. Porro rem geſtam perbreviter Beda ſic narrat (b):

(a) Job. 38.

(b) Beda l. 5. c. 12.

II. *Poſtquam vero* (inquit) *per annos aliquot in Freſia* *, *qui advenerant, docuerunt, miſit Pipinus, favente omnium conſenſu, virum venerabilem Vuilbrordum Romam, cujus adhuc Pontificatum Sergius habebat, poſtulans ut eidem Friſonum genti Archiepiſcopus ordinaretur: quod ita ut petierat impletum eſt anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo nonageſimoſexto. Ordinatus eſt autem in eccleſia ſanctæ martyris Ceciliæ, die natalis ejus, impoſito ſibi a Papa memorato nomine Clementis, ac mox remiſſus ad ſedem Epiſcopatus ſui, id eſt, poſt dies quatuordecim, ex quo in Urbem venerat. Donavit autem ei Pipinus locum cathedræ Epiſcopalis in caſtello ſuo illuſtri, quod antiquo gentium illarum vocabulo Vuiltaburg* * *id eſt, oppidum Vuiltorum, lingua autem Gallica Trajectum vocatur: in quo ædificata eccleſia, reverendiſſimus Pontifex longe lateque verbum fidei prædicans, multoſque ab errore revocans, plures per illas regiones eccleſias & monaſteria nonnulla conſtruxit. Nam non multo poſt, alios quoque illis in regionibus conſtituit ipſe Antiſtites ex eorum numero fratrum, qui vel ſecum, vel poſt ſe illo ad prædicandum venerant: ex quibus aliquanti jam dormierunt in Domino: ipſe autem Vuilbrordus, cognomento Clemens, adhuc ſupereſt, longa jam venerabilis ætate, utpote trigeſimum & ſextum in Epiſcopatu habens annum, & poſt multiplices militiæ cæleſtis agones ad præmia remunerationis ſuperna tota mente ſuſpirans.* Hæc Beda, declarans bis pariter tempus quo iſta ſcribebat, anno videlicet Domini ſeptingenteſimo trigeſimoſecundo:

* Friſia.

Wilbrordus ordinatus Epiſcopus, & Clemens dictus.

* Wiltenburg.

III. Hæc eadem de ordinatione per S. Sergium facta Romæ Vuilbrordi, ſive Vuillebrordi & in Clementem mutatione, meminit etiam Marcellinus in rebus geſtis ſancti Suviberti, unius ex ejus in Evangelii prædicatione conſocii. Ejus vero Acta, quæ pluribus proſecutus eſt Albinus Flaccus, diſcrepant a Bedæ hiſtoria, dum iſte tradit fuiſſe conſecratum in eccleſia S. Cæciliæ, ibi autem legitur id factum in baſilica ſancti Petri: idemque Albinus tradit, eamdem ordinationem haud ſine præcedenti prophetia, divina inquam manifeſtatione, fieri contigiſſe. Audi ergo, quæ ipſe referat his verbis (c): *Et ſic cum honorifica legatione, & muneribus auctoritati Apoſtolicæ condignis, Romam directus eſt. Sed die quarta, priuſquam illo veniret, beatiſſimus Apoſtolicus* An-

(c) Extant apud Sur. die 7. Nov. tom. 6.

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſp. DCCXXXIV. Anno Hegiræ LXXVII. inchoato die 10. April. fer. 2. A.C. 696. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6189.

☉ 5. B. A. ☽ 13, P. 26. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 696.

SERGII PAPÆ 10.

LEONTII IMP. 2.

ANum. I. ad XII. Varia refert Baronius hoc anno de Sanctis Willebrordo & Suidberto ex Pſeudo-Marcellino; ſed cum ex dictis huic impoſtori fides adhiberi non debeat, narrabimus hic ex Beda & Alcuino, quæ ad rem noſtram faciunt. Beda libr. 5. capit. 11. ſcribit: *Poſtquam per annos aliquot in Freſia, qui advenerant, docuerunt, miſit Pippinus, favente omnium conſenſu, Virum Venerabilem Vuilbrordum Romam, cujus adhuc Pontificatum Sergius habebat, poſtulans, ut eidem Freſonum Genti Archiepiſcopus ordinaretur. Quod ab eo, ut petierat, impletum eſt anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo nonageſimo ſexto. Ordinatus eſt autem in Eccleſia Sanctæ Martyris Ceciliæ, die Natalis ejus,* &c. Feſtum Sanctæ Cæciliæ die XXII. menſis Novembris celebratur, quæ hoc anno in feriam quartam incurrebat. Verum Feſtum illud Romæ ſolemne erat, ideoque & Epiſcoporum ordinationibus idoneum. Annus Incarnationis in Paraphraſi Saxonica Alvredi Regis non legitur, hæc tamen nota Chronologica

S. Villebrordus ordinatur Epiſc. Trajecti ad Rhenum.

S. Sergio Papæ quid oſtenſum per viſum. *Angelica in ſomnis reſponſione admonitus eſt, ut illum cum ſummo honore ſuſciperet, & quod multarum animarum eſſet illuminator futurus, a Deoque electus, & ad hoc veniſſet, ut ſummi ab eo ſacerdotii honorem ſuſciperet; nihilque ei negandum eſſe, quicquid petiiſſet. Qua factus Apoſtolicus admonitione certus, cum magno gaudio, & ſummo eum ſuſcepit honore: & ut in eo fidei agnovit fervorem, religionis devotionem, ſapientiæ plenitudinem, die competenti populo advenientе, advocatis venerabilibus ad ſocietatem miniſterii ſacerdotibus, publice in eccleſia beatiſſimi Petri principis Apoſtolorum cum magna dignitate more Apoſtolico eum ordinavit Archiepiſcopum, ac ordinato nomen impoſuit Clemens, veſtimentiſque ſuis ſacerdotalibus induit eum, & ſancto quaſi ſuperhumerali Aaron, pallio dignitatis & indumenti confirmavit gloria: & quicquid voluit, vel petivit, aut in patrociniis ſanctorum, aut in rebus Eccleſiaſticis, cum tota mentis alacritate tradidit illi; firmatumque benedictione, donis ditatum, cum ſalutaribus præceptis iterum eum in opus Evangelii remiſit.* Porro reditum ejus in Germaniam contigiſſe anno ſequenti, teſtatur Marcellinus. Sane quidem quod conſecratus fuerit (ut teſtatur Beda) die natali S. Cæciliæ, non potuit niſi anno ſequenti in Friſiam rediiſſe: quæ igitur poſt hæc contigerunt, ſuo loco dicturi ſumus.

IV. Sed quid interim memoratu dignum coapoſtolus Suvibertus (quem anno ſuperiori ordinatum diximus a S. Vvilfrido Epiſcopo) operatus ſit, Marcellinus, qui comes peregrinationis ipſius, & Actorum ſcriptor ei adhæſit, ut Lucas Paulo, hæc ait de ejus reditu, & in verbi

(a) Marcell. vit. Suvibert. c. 19. 92. Dei prædicatione profecta (a): *Igitur ſanctiſſimus Suvibertus, Evangelicus Præſul, pontificali ſultus auctoritate & honore, ac corroboratus confirmatione S. Vvilfridi, ſalutatis parentibus, & amicis,*

De Apoſtolatus Suviberti profectu. *cum Chriſti famulis qui cum eo erant, rediit in opus Evangelii, & verbi Dei, perveniſque Vvilteuburg, ſive Trajectum, per annum & multo amplius, antequam S. Vvillebrordus Roma rediret Trajectum: ibique a fratribus & neophytis honorifice multo cum gaudio ſuſceptus, gradum Epiſcopatus condignis ornans virtutibus vixit deinceps in majori humilitatis, manſuetudinis, ſimplicitatis, & juſtitiæ perfectione; cœptumque Evangelicum opus conſtanter explens, oppida, rura, caſas, vicos, caſtella, propter evangelizandum, non equitando, ſed Apoſtolorum more pedibus incedendo peragrans, etiam longe lateque Friſiam, Hollandiam, & præcipue comitatum Teiſterbandiæ pervagatus, multum populum ad Chriſtum doctrinis & prædicationibus reduxit, ubique ſolerter idololatriam extirpavit: ita quod multitudo Paganorum, maxime jam profanam ſectam refutantes, Catholicæ fidei documentis ſalutaribus adhæſerunt. Convertebat vero ſua dulciflua prædicatione fere totum comitatum Teiſterbandiæ, in quo conſtruebantur eccleſiæ multis in locis, aut templa idolorum conſecrabantur in eccleſias Dei, & ſanctorum, utpote eccleſiam S. Vincentii martyris in Zanduvick prope Tielam: in Arkel, in honorem S. Dei genitricis Virginis Mariæ: in Hoernaer, in honorem S. Dionyſii Areopagitæ.* Et alias in aliis locis, quas idem auctor numerat.

Quomodo autem, dum unam ex illis Den, idem Pontifex dedicaret hoc ipſo anno ſummerſum in Rheno adoleſcentem mortuum ad vitam, ſpectante populo, revocarit, idem Marcellinus exacte recenſet. Cui tanto ſpectaculo te quoque nobiſcum præſentem lector cupimus, tanta horum apoſtolatus ſigna conſpecturi ſimul. Rem geſtam præſens qui interfuit Marcellinus ita deſcribit: *Divina namque providente clementia, dum S. Suvibertus anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo nonageſimoſexto, octavo Kal. Octobris dedicaret eccleſiam in Malſea, in comitatu Teiſterbandiæ, ſuper amnem Lingben dictam; contigit ut eodem die quidam generoſus adoleſcens, dictus Splinterus de Aadengyn, filius Primiceriі de grandi vico Duerſtat, volens curioſe experiri myſterium fidei Chriſti, & præcipue actus S. Suviberti, de quo mira audierat, licet ipſe incredulus & fidei ignarus eſſet, ſcapham cum tribus clientibus mane hora fere ſeptima intraret, volens videre dedicationem eccleſiæ in Malſea, eo quod villa Malſen diſtet a Duerſtat ad Auſtrum parvo milliari. Cumque in medio fluminis Rheni ſive Leccæ eſſet, & laſcive joculando & navigando ſederet ſuper latus naviculæ, incumbens ſuper mucronem ſuum, lapſu pedum ſuorum ex lubricitate naviculæ retrorſum cadens, cecidit in aquam: quem ſtatim vorax unda abſorbuit, & in profundum quaſi lapis deſcendit, & ſubmerſus fuit. Quod cernentes ſo-* V.

De mortuo a S. Suviberto ad vitam revocato.

PAGIUS ca retinenda. Beda enim, qui Hiſtoriam ſuam ſcribebat anno DCCXXXI. teſtatur tunc *Vvillebrordum* attigiſſe annum Epiſcopatus ſui triceſimum ſextum, ideoque hoc anno ordinatus fuerat, quo & Wigornienſis ejus ordinationem narrat. Sed Weſtmonaſterienſis hoc & duobus ſequentibus ac antecedentibus annis omnia turbat Amanuenſium culpa, ut videtur.

II. Alcuinus in Vita Sancti Wilbrordi capit. 7. & 8. perperam ſcribit, Wilbrordum in Eccleſia Sancti Petri ſacratum eſſe, recte vero addit: *Accepta Apoſtolica auctoritatis benedictione, cum majori fiducia devotus Verbi Prædicator ad præfatum Francorum Ducem regreſſus eſt* (nempe Pip-

ſocii, & ſervi in eadem navicula poſiti, ipſum juvare & ei ſubvenire non valentes, dolore maximo conſternati, utraque littora clamoribus, & fletibus repleverunt. De cujus caſu & ſubmerſione non ſolum parentes, & cognati dolebant, ſed & luctus erat omnibus, & mœrore incredibili confundebantur univerſi. Servi vero concito curſu fugerunt præ timore parentum & amicorum. Tandem eadem die, hora fere duodecima, a piſcatoribus in ſagena cum multo dolore inventus, lamentabiliter portatus fuit in domum parentum; & licet inflexibilis eſſet artubus & membris, tamen conſilio flaminum idolorum, calido impoſitus lecto, defertur ad phanum ſive templum Martis. Audierant enim, quod Chriſtiani aliquot ſubmerſos, ſive ſubito defunctos, in eccleſias ipſorum portantes, vitæ priſtinæ, ſacrificiis & precibus Epiſcoporum, reſtituiſſent. Guntherus vero egregius miles, & dominus de Audengyn, pater Splinteri ſubmerſi, properans cum familia, & amicis ad templum Martis, libavit funeſtum ſacrificium, mactando diverſa animalia magno deo Marti, ut pietate divinæ potentiæ ſuæ unicus filius ſuus reviviſcens ſuſcitaretur. Cumque lugubriter mœſto, & tribulato corde uſque in horam fere ſecundam precibus & ſacrificiis incubuiſſent, & nihil ſalutis inveniſſent, deſperavit de vita ipſius, eo quod numquam audiſſet priſcis temporibus deos ipſorum talia peregiſſe.

Fruſtra laborant ſacerdotes idolorum.

VI. Erant autem eodem die multi Chriſtiani in ea civitate; qui ut viderent finem, ſequebantur funus uſque in atrium phani Martis. Qui videntes inenarrabilem dolorem Gantheri & aliorum amicorum, gaudentes de impotentia deorum, vocaverunt Guntherum ſeorſum, ut Chriſtus ibi magnificaretur, ſuadentes & conſulentes ei, ut celeriter pro S. Suviberto Chriſtianorum Epiſcopo exiſtente in Malſen, ad quem filius ſuus equitare propoſuerat, mitteret: ipſe proculdubio precibus ſuis reſuſcitaret eum virtute Domini Jeſu Chriſti, dummodo abrenuncians idolis, toto corde crederet in ipſum. Guntherus vero his auditis, memor qualiter idem S. Suvibertus in eadem civitate captus, liberatus per Angelum fuit, & qualiter in Hagruſtein cæco nato in nomine Jeſu præſtitiſſet viſum: ſtatim animatus & allectus verbis Chriſtianorum, adjunctis ſibi aliquot honeſtis amicis, ſine dilatione Malſen uſque celerrime properavit: videnſque S. Suvibertum, mox de equo deſiliens, provolutus pedibus ſancti, oſculando manus ejus, per ægra lacrymarum ſuſpiria aperuit ei triſtiſſimam mortem, & ſubmerſionem unigeniti ſui, deprecans, ut ſecum dignaretur proficiſci Duerſtat, & in virtute ſalutiferi nominis Jeſu veri Dei omnipotentis reſuſcitare filium ſuum, pollicens ſe cum omni familia ſua & cognatis crediturum, & ſacrum baptiſmu percepturum.

Interpellat Guntherus S. Suvibertum.

VII. Sanctus vero Suvibertus ipſum humaniter elevans, & honorifice ſuſcipiens, benigne conſolabatur: & licet condoluit lamentabilibus vocibus, & gemitibus ipſius, tamen Deum tentare ſuper hujuſcemodi facto grandi formidans, ſe pio excuſavit. Miles vero denuo amplectens pedes ejus, importune precabatur, ut ſecum pergere dignaretur amore Jeſu Chriſti Dei vivi. Sicque victus ejulatu ejus, & præcipue precibus Vueranfridi, & meis, aliorumque neophytorum ibidem præſentium, celeriter vectus curru, & nos cum eo, venit circa ſextam horam poſt completorium in vicum Duerſtat. Erat autem turba magna congregata ad littus Rheni, ſive Lecca, præſtolantes adventum S. Suviberti, dolentibus prophanis ſacerdotibus phanorum. Igitur tranſmiſſo amne Lecca, cum iret ad defunctum cum diſcipulis ſuis ſequenti ipſum grandi turba paganorum, occurrit ei domina Mechtildis, mater Splinteri ſubmerſi, ut inſana mulier: provolutaque pedibus ejus in publica platea, clamavit, dicens: Serve Dei vivi, ſuccurre mihi, & reſuſcita filium meum in nomine Dei tui, credamque cum tota familia mea in eum: quia dii noſtri impotentes ſunt ad reſuſcitandum eum. Quam S. Suvibertus elevans & conſolans, parum ingemuit.

Emollitur Suvibertus lacrym. Guntheri.

VIII. Erat autem Splinterus ſubmerſus, denuo ex templo Martis portatus in domum patris ſui. Veniensque ad præſentiam defuncti petiit ut flamines ſive ſacerdotes idolorum dignarentur ſibi adeſſe, ut viderent virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei omnipotentis. Interim præcepit nobis, devote orationibus vacare, Deique miſericordiam implorare, ut defunctus reſuſcitaretur, & ipſe oravit. Univerſa igitur multitudine flente, cum aliqui phanatici ſacerdotes pavidi, vocati per dominum Guntherum, adveniſſent; S. Suvibertus ſonora voce flexis genibus lacrymarum imbre perfuſus, clamavit ad Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui refugium factus es nobis inclina au-

Orat Suvibertus pro reſuſcitatione defuncti.

PAGIUS. *Villebrordus Epiſcopatus inſtituit in Friſia Citeriori.*

Pippinum) *qui eum cum ſumma honoris magnificentia receptum cum ſua poteſtatis juſſione in* Opus Evangelii *direxit, maxime autem in Borealibus Regni ſui partibus (quæ eatenus ob raritatem Doctorum vel duritiam habitatorum, fidei flamma minus relucebat.* Willebrordus tentatum ab Archiepiſcopo Colonienſi, *Egberto*, & *Vvigberto* Friſonum converſionem feliciter perfecit; &, ut docet Sanctus Bonifacius Epiſcopus Moguntinus in Epiſt. 97. ad Stephanum Papam, Sedis Trajectenſis ad Rhenum Auctor ac) Primus Epiſcopus fuit, quam tandem Paulus IV. an-

rem tuum ad preces noſtras, ut revele-tur hominibus iſter gloria tua, & prædicetur & glorificetur ab incredulis nomen ſanctum tuum: ut ſciant, quia non eſt vana fides noſtra, nec alius Deus præter te, cujus pietas non habet finem, nec dono menſuram: & reſuſcita ad gloriam & honorem nominis tui hunc ſervum tuum, diabolica fraude deluſum: ut ſciant, quod omnia idola, quæ pro diis colunt, ſtatuæ ſunt dæmonibus plenæ; & videntes virtutem pietatis tuæ, credentes in te, ſalventur. His dictis ſurgens ab oratione, fiduciam magnam habens in Chriſtum, dixit: Domine Jeſu Chriſte, mœ-
(a) Jo. 14. *ſtorum conſolator, qui dixiſti (a): Omnis qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet: Domine piiſſime Deus, qui reſuſci-*
(b) Jo. 11. *taſti (b) ad fletum ſanctarum ſororum Mariæ Magdalenæ, & Marthæ Lazarum quatriduanum mortuum, reſuſcita & hunc in nomine tuo, oſtendendo potentiam divinitatis tuæ.*

IX. Suvibertus reſuſcitat defunctum.

Et accipiens dexteram ſubmerſi, dixit: In nomine Domini Jeſu Chriſti crucifixi, Dei omnipotentis, dico tibi, ut ſurgas & vivas, & confitearis Creatorem tuum. Statim vero defunctus aperiens oculos ſuos, & quaſi de gravi ſomno ſuſpirans ſurrexit: amplectenſque pedes ſancti, cum magnis ſuſpiriis clamavit: Non eſt alius Deus in cælo & in terra, quam Dominus Jeſus Chriſtus crucifixus, quem prædicat ſanctus ſervus ejus Suvibertus: qui me ſua benigna miſericordia ad preces ejus ab inferis & a morte reſuſcitavit. O virtu laudabilis, quæ alterius corporis mortem precibus effugavit, tartarum ſpoliavit, ſpem magnam habeas in Chriſto: proculdubio mors ibi jura non tenuit, ubi ſanctus Suvibertus vim orationis ingeſſit. Statimque omnes mirati & ſtupefacti, qui viderant & audierant novitatem tanti miraculi, divinam pietatem per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum digne extollere præcoius, qui ſanctum Suvibertum ſervum ſuum tam inſigni clarificare miraculo dignabatur. Provolutique pedibus ſancti Epiſcopi cum ſacerdotibus idolorum, credentes in Chriſtum baptizari petierant, ſpretis vanis cultibus idolorum.

X. Credunt Pagani, & baptizantur.

Denique lætiſſime accurrentes parentes, & cognati, infinitas retulerunt Deo & ſancto ejus gratias devote ipſum amplectentes, & oſculantes cum diſcipulis ſuis. Sed & ipſe ſanctus Suvibertus cum cæteris Chriſtianis humiliter in terram proſtratus, benedixit Deum, qui magna fecit in populo ſuo. Tantus vero in platea erat clamor Paganorum, reſuſcitatum videre cupientium, ut S. Suvibertus neceſſitate compulſus, reſuſcitatum veſtibus indutum per manus duceret cum magna devotione ad honorem Dei, ut a cunctis videretur. Quem vivum & ambulantem cernentes clamaverunt: Vere magnus eſt Deus Chriſtianorum, qui talia per ſervum ſuum operatus eſt. Factum eſt ergo gaudium magnum coram omnibus hæc videntibus, & magnificatum eſt nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. Eodem tempore baptizatus eſt Splinterus reſuſcitatus, cum parentibus & cognatis & aliis numero centum viginti ſex demptis pueris, & virginibus.

Altera denique die congregata infinita turba hominum Paganorum, S. Suvibertus, præmiſſa oratione ad Spiritum ſanctum cum diſcipulis ſuis, ut Deus aperiret corda illorum ad ſpernendum idola, & ad fidem complectendam, prædicando deduxit & declaravit eis tranſgreſſionem protoparentis noſtri Adæ, incarnationem Verbi Dei, Diabolicam idolorum inventionem, atque infinitam miſericordiam Dei: Inſuper quod æternaliter damnabuntur, qui ſpreto vero Deo, adorant idola & ſculptilia, & gloriantur in ſimulacris ſuis: ita quod fere pars magna civitatis credidit in Chriſtum. Mira Evangelii prædicatio.

XI.

Erat autem civitas, licet Pagana, ſub poteſtate Chriſtianorum principum, ſcilicet Regis Franciæ & Pipini Ducis, & tota fere vicinitas, & provincia Chriſtianæ fidei ſubdita, utpote Brabantia, Flandria, & pars Hollandiæ: ſic quod Pagani de Duerſtat ſæpe cum Chriſtianis converſati pridem multoties multa de Chriſto audierant. Manſit autem multis diebus in eadem civitate, vigilanti inſtantia prædicando fiducialiter Chriſtum Paganis, confirmando neophytos: ita ut non ſolum Pagani, verum etiam multi idolorum ſacerdotes, videntes cæleſtem gratiam & miraculi magnitudinem in S. Suviberto, abjecto perfidiæ velamine baptiſmi gratiam ab ipſo devote ſuſciperent. Sacerdotes idolorum credunt.

Hactenus Marcellinus de rebus geſtis S. Suviberti hoc anno uſque ad reditum Vvillebrordi, imitatus Evangeliſtam Joannem, qui reſuſcitationem Lazari adeo exacte deſcripſit, ſignatam poſteris relinquens ita Catholicam fidem Dei digito ſubſcriptam, dum miraculis ſubſequentibus

PAGIUS

anno MDLX. in Archiepiſcopalem erexit. Loquitur de ejuſdem Epiſcopatus inſtitutione Beda loco citato, additque *VVilbrordum* plures per illas Regiones Eccleſias, & Monaſteria nonnulla conſtruxiſſe, & non multo poſt, alios quoque illis in Regionibus conſtituiſſe Antiſtites. Porro ſupra diximus, Citeriorem Friſiam, ubi Trajectum ad Rhenum, vulgo *Utrech* poſitam, paruiſſe tunc Francis, Ulteriorem vero, quæ trans Flevum erat, ſubditam fuiſſe *Radbodo* Regi, qui Evangelii Doctores ad ſe directos in Franciam redire compulerat.

Ad

tibus eam adeo firmiter confirmatam, oſtendit, at diriſſimas atque duriſſimus quiſquo magis quam malefici Pharaonis inveniatur, qui ſicut ille, dicere non compellatur: *Digitus* (a) *Dei eſt hic*. Unde magis lugeant infelices illi qui pro veris Apoſtolis adeo facile receperunt pſeudo apoſtolos longe diverſam a Suviberto prædicationem fidei annunciantes non ſignis aliquibus eam confirmantes, ſed blaſphemiis, ſacrilegiis, & maledictionibus eamdem infamantes. Sed de his ſatis.

(a) *Exod.* 8.

XII. De alio defuncto ad vitam revocato.

Non prætermittimus dicere, iiſdem quoque temporibus, quibus peregrinatio accidit Vuillebrordi in Urbem, contigiſſe in Anglia in provincia Nordanhumbrorum aliam reſuſcitationem divinitus factam Drithelmi viri nobiliſſimi, ad hoc ut quæ vidiſſet in purgatorio, vel in inferno cruciamenta peccatorum, ad ſupera reverſus referret, quæve de beatorum gaudiis conſpexiſſet, pariter hominibus in vita degentibus ſignificaret: quæ cuncta narravit Alfrido Regi & aliis, qui ex eis accepturi eſſent ad emendationem morum emolumentum. Quod vero haud fuerit inanis viſio, vel impoſtura, fidem fecit ipſe, cum ſæculo primum ſe abdicans, arctiſſimum humanis viribus penitus impar vitæ inſtitutum arripuit. Deſcribit ſui temporis hiſtoriam ſatis fideliter Beda (b), ad quem lectorem, ne nimia eum retineamus prolixitate, reiicimus. Iſta quidem non ſemel Deus, ſed cunctis pene ſæculis voluit reddi mortalibus manifeſta; quo mens ignava, obvoluta terrenis voluptatum nexibus arctiſſime vincta, excitata reſipiſceret, & ſuum Creatorem culpa libera ſanctis operibus ſequeretur. Subdit (c) & alia, quæ ibidem his temporibus contigere, his ſimilia de futuro judicio, cui moriens unuſquiſque eſt obnoxius, idem auctor exempla, quæ tu leges.

(b) *Beda l. 5. c. 13.*

De futuro judicio plura exempla monſtrata.

(c) *Idem l. 5. c. 14. 15.*

XIII.

Jam vero convertamus orationem ad res Orientalis Imperii. Fuit plane ſtatus ejus admodum perturbatus: etenim ejici-

tur

PAGIUS III. *Saraceni univerſam Africam occupant.*

Ad num. XIII. & ſeqq. Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alex. DCXC. qui Kalendis Septembris ſequentis Chriſti anni inchoatur, narrat, *Arabes* impreſſione in Africam facta, armorum vi eam cepiſſe, eoque comperto *Patricium Joannem* cum Romana Claſſe omni a *Leontio* in auxilium miſſum eſſe. *Joannes* Carthaginem, & omnes Africæ munitas Urbes in libertatem reſtituit, *ibique hyemavit*, mandata Imperatoris expectans. Quare geſta hæc anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo octavo. Addit Theophanes, Arabiei Conſilii Principem, ubi hæc reſcivit, Joannem undequaque obſidere decreviſſe. *Quare Joannes inde ſolvens ad Imperatorem revertitur. Sed cum ad Cretam inſulam appuliſſet, Ducum & militum contra eum ſeditio ac tumultus oritur. Cum & alioqui pudor illum, ac metus offerre ſe Imperatori prohiberet. Quamobrem Leontium, multis in eum contumelioſe dictis, abiiciunt: ejuſque loco Apſimarum eligunt, eundemque Tiberium cognominant*, inquit Nicephorus in Hiſtoria, quæ & Theophanes & Zonaras etiam habent, qui ſubdunt, *Apſimarum* comitante Claſſe Conſtantinopolim veniſſe, & *Leontium* naribus mutilatum in Dalmatæ Monaſterio ſub cuſtodia ſervandum, mandaſſe. Idem habent Cedrenus, & Auctor Miſcellæ ad annum III. Leontii. Verum annus ille III. non præſenti inchoatus, ut putavit Baronius, ſed Kalendis Septembribus ſequentis Chriſti anni, a quo die Cedrenus, Theophanes, aliique Auctores Rerum Byzantinarum annos Imperatorum cum anno civili auſpicantur. Quæ hic uno tenore Theophanes, aliique referunt, ſuis annis reddidimus anno DCXCI. n. V. Quare legenda quæ ibidem diximus.

IV. *Tiberius Apſimarus arripit Imperium.*

Carthago itaque totaque Africa anno ſexcenteſimo nonageſimo octavo a Saracenis occupata, eodemque *Tiberius Apſimarus* Imperium invaſit, & *Leontium* in Monaſterium detruſit. Quare recte eo Chriſti anno Hermannus Contractus, Marianus Scotus, & Sigebertus in Chronicis initium *Apſimari* collocarunt, qui cum annos ſeptem imperarit, & nonniſi anni DCCV. in finem vergente e Solio dejectus fuerit, anno DCXCVIII. jam provecto Imperium iniit; alioquin non annos ſeptem, ſed octo Rem Romanam adminiſtraſſet. Ab occupata a Saracenis *Africa*, religio Chriſtiana paulatim in ea decrevit, ab infidelibus ſcilicet conculcata. Perſeveravit tamen per aliquot ſæcula; licet neque in Septima, neque in Octava Synodo Generali aliqui ex Africæ Epiſcopi comparuerint.

V. *Floret Creſconius Epiſcopus Afer.*

Tempore, quo Africa a Saracenis in ſervitutem redacta, vivebat *Creſconius* ſeu *Criſconius* Epiſcopus Afer, de cujus Canonum Collectione anno DXXVII. cum Baronio egimus. Mabillonius prima parte Muſæi Italici pag. 69. refert ſe vidiſſe inter MSS. Bibliothecæ Vallicellanæ Criſconii Collectionem, & in ejus medio hæc verba inſerta eſſe: *Concordia Canonum a Creſconio Africano Epiſcopo digeſta ſub capitulis trecentis. Iſte nimirum Creſconius bella & victorias, quas Joannes Deſ. Patricius apud Africam de Saracenis geſſit, Hexametris Verſibus deſcripſit ſub libris....* Eadem verba recitat Baronius ex eodem Codice MSS. Sed omittit hanc vocem *Deſ.* & iſtas *ſub libris ....* Poema illud ad nos non pervenit, neque Creſconii apud Voſſium in Hiſtoria de Poetis Latinis mentio eſt.

VI. *Initium Principatus Theodonis II. & prædicationis S. Rudberti in Baioaria.*

Theodo Bajoariæ Dux hujus nominis primus non vero ſecundus aut tertius, ut ante Hadrianum Valeſium Tom. III. Rer. Franc. pag. 465. & ſeqq. omnibus perſuaſum fuit, uſque ad annum circiter DCLXXX. in vivis fuit; cum inter Rerum Boicarum Scriptores omnes conveniat, *Theodoni* illi alium hujus nominis Ducem ſucceſſiſſe. Theodo Primus Chriſtianus fuit, ejuſque tempore S. Emerammus ſeu Emmeranus per triennium in Bajoaria, ubi nondum idololatris funditus eradicata erat, Evangelium prædicavit, *per Urbes infra prædicti Principis fines, per Oppida, per vicos & fidelium domos diſcurrens, inſtantiſſima cura intentus, aliis fidei ſemina plantabat in pectore, aliis vitia ſagaci ſermone radicitus abſcidebat*, inquit Cirinus in Vita Sancti Emmerammi, qui addit, Deum de po-

Digitized by Google

tur Leontius Imperator, & Abſimarus invadit Imperium. Sed tanta hæc breviter in Græcorum Annalibus notata potius quam deſcripta reperimus iſtis verbis (a): *Tertio anno Leontii, Arabes expeditione facta, Africam ceperunt. Eo Leontius Joannem Patricium virum ſtrenuum mittit cum univerſa Romanorum claſſe: qui fuſis pulſiſque hoſtibus omnia Africæ caſtra cepit; relictoque ſuo ibi legato, de re geſta Imperatorem certiorem fecit, atque in Africa ipſe hyemavit. At Arabum Princeps, qui Protoſymbolus, quaſi Conſul, vel conſilii particeps ab iis uſur-*

Leontius ejicitur. Abſimarus imperat.

(a) Cedren in Annal. hoc ann.

PAGIUS

poſtera Theodonis progenie ultionem ſumſiſſe, quod Lampetir ejus filii juſſu *Emmerammus* occiſus fuerit. Hunc vero Theodonem Primum hujus nominis fuiſſe, & Theodonem II. ejus Succeſſorem *Childeberto* III. Francorum Regi ac *Sancto Rudberto* Bojorum Apoſtolo coævum extitiſſe, certo demonſtrat fundamentum, quod poſuit Hadrianus Valeſius, eamque ob rem non minus is bene meritus de Hiſtoria Bajoarica, imo & Eccleſiaſtica, quam meritus fuerat de Hiſtoria Gallica, & de Eccleſiaſtica, cum Epocham Regni Dagoberti Primi e tenebris eruit. Sed cum nova inventa plerumque ſint imperfecta, tam exordium Principatus Theodonis II. quam Prædicationis Sancti Rudberti in Bajoaria nobis hic magis confirmandum, ut varii, qui tam in Hiſtoriam Eccleſiaſticam, quam in Hiſtoriam Bajoariæ irrepſere errores, tandem eliminentur.

VII. *S. Rudbertus Theodone II. Duce Bajoariam venit.*

Theodo hujus nominis II. fuit quidem ejuſdem familiæ ac *Theodo* Primus; cum nonniſi ex Agilolfingis, ut alibi diximus Bojorum Duces eligerentur, ſed non fuit ex eadem ſtirpe. Præterea idolorum cultui addictus erat, vel ſaltem hæreſim profitebatur; cum *Cirinus* ſeu *Aribo*, quo etiam nomine appellabatur, in Vita Sancti Corbiniani Epiſcopi Friſingenſis Primi, anno DCCXXX. demortui, de Theodone, qui Bajoariam regebat, quando in ea Regione Corbinianus Verbum Dei prædicavit, loquens ſcribat: *Cari ibi habebantur Sacerdotes, ut ſolet apud novitios*, id eſt, apud homines noviter ad fidem converſos. Ubi Cirinus nonniſi de Theodone Secundo verba facere poteſt; cum Rerum Boicarum Scriptores communi conſenſu tradant, *Theodonem* III. appellandum II. a Sancto Rudberto Primo Salisburgenſi Epiſcopo ad fidem converſum fuiſſe, & in eo tantum errent quod id *Childeberto* II. in Francia regnante, ideoque ſub finem ſæculi ſexti, vel ſaltem initio ſeptimi, contigiſſe exiſtiment. *Rudbertum* enim, *Childeberto* III. Francorum Monarchiam regente, in Bajoariam adventaſſe, certum indubitatumque eſſe debet. Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. I. recitat Sancti Rudberti Vitam ab Auctore Anonymo ſcriptam, quam recta cenſet eſſe primarii Auctoris, quem quatuor alii diverſis temporibus amplificarunt, & ex interpolamentis, vel incertis, vel falſis auxerunt. In ea illud ſolum nobis non probatur, quod Rudbertus dicatur *ex Regali progenie Francorum ortus*, Auctorque ſubdat: *Cum fama ſancta converſationis illius longe lateque crebreſceret, pervenit ad notitiam cujuſdam Ducis Bavariæ Regionis, nomine Theodo, qui ſupradictum Virum Dei enixis precibus, prout potuit, libentiſſime rogare ſtuduit per Miſſos ſuos, ut Noricam Provinciam* (id eſt Bojoariam) *viſitando, Sacra illuminaret Doctrina*. Non enim videtur, quomodo *Rudbertus* e Regali familia eſſe potuerit, nec etiam *Bajoaria* hoc vel ſequenti ſæculo *Bavaria* appellata. Verum Legendarii, dum de Sanctorum Majoribus verba faciunt, ſæpe non multum accurati, &, ut videtur, Auctor ſcripſerat, *cujuſdam Ducis Bavariæ Regionis*, ut ſæculo ſequenti Bajoaria dicta fuit, & Exſcriptores *Bavariam* in *Bavariam* mutavere.

VIII. *Rudbertum hoc tempore in Bajoariam veniſſe Arnolphus diſerte tradit.*

In ea Vita tempus, quo Sanctus Rudbertus floruit his verbis exprimitur: *Tempore Hildeberti Regis Francorum, anno ſcilicet Regni ejus ſecundo, honorabilis Confeſſor Chriſti Rudbertus in VVormatia Civitate Epiſcopus habebatur.* Quæ verba nonniſi de Childeberto hujus nominis tertio, cujus annus ſecundus in præſentem Chriſti convenit, intelligi poſſunt; cum ex dictis Childeberti II. tempore nullus *Theodo*, ſed *Garibaldus* hujus nominis I. *Taſſilo* & *Garibaldus* II. Ducatum Bojoaricum geſſerint. Quare Mabillonius laudatus & Hadrianus Valeſius Tom. III. Rer. Franc. pag. 465. & ſeqq. vulgari opinioni, quæ Rodberti in Bajoariam adventum cum anno ſecundo Childeberti Regis II. copulat, jure merito refragati ſunt, quod animadverterent, nullum tunc Theodonem Provinciam illam gubernaſſe. Theodone Secundo Bajoariam adminiſtrante Sanctum *Rudbertum* Bajoariis Evangelium annunciaſſe *Arnolfus* ex Comite Monachus Cœnobii Sancti Emerammi apud Ratiſponam Auctor gravis, qui Henrico Magno Imperatore floruit, literis mandarat; ſed cum Sancti hujus Præſulis Vitam varii Interpolatores fœdaſſent, & multa falſa in eam inſeruiſſent, ut videre eſt apud Caniſium Tom. VI. Antiq. Lect. ubi varias ejus Vitas exhibet, & apud Bollandum ad diem XXVII. Martii, qui aliam etiam interpolatam ex MS. Vallis-Rubeæ repræſentat, apud Auctores, qui poſt ipſum ſcripſere, fidem non obtinuit, eumque ea in re deceptum Aventinus, Velſerus, Aldzreitterus, Brunnerus, omneſque Rerum Boicarum Hiſtorici perperam perſuaſum habuere. Arnolfus igitur lib. I. de Miraculis S. Emerammi cap. 2. Bajoariorum Duces hoc ordine memorat; *Diota ſcilicet Vir illuſter, cui filii in Regnum non ſucceſſerant*, eſt hic Theodo Primus, de cujus progenie Deum ultionem ſumſiſſe Cirinum in Vita Sancti Emerammi aſſerere jam diximus, ideoque Arnolfus eum hac in re ſuffragatorem habet. Tum Arnolfus memorat alium *Theodonem, ſub quo clariſſimus Chriſti Confeſſor Ruotpertus cum aliis Dei ſervitoribus Juvavum devenit*, qui *Dux filios habuit Succeſſores, Diotpertum videlicet atque Grimoaldum: poſt quos Ducatum genti huic præbuit Hucbertus, qui B. Georgio, & S. Emeramo donaverat curtim. Hujus Ducis temporibus Beatiſſimus Præſul Bonifatius ingreſſus Bajoariam, nonnullos hæreticorum ex ea depulit*. Eſt is S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus.

IX. *Poſt mortem ſc. Theodonis, cujus filii a Principatu excluſi fuerant.*

Vides *Sanctum Rudbertum* in Bajoariam veniſſe eo tempore, quo eidem præerat Theodo ille, qui ſucceſſerat alteri Theodoni, cujus filii a Principatu excluſi fuerant, & *Theodonem* iſtum fuiſſe ordine *Secundum*, cum omnibus Rerum Boicarum Scriptoribus fatentibus *Sanctus Rudbertus* Theodonis tempore Bajoariis fidem annunciarit. Quare vel hinc manifeſtiſſimum fit, eos nobiliſſimæ gentis Hiſtoriam prorſus labefactaſſe; cum ex iis aliqui Theodones quinque, alii Theodones ſex, alii Theodones ſeptem nobis obtrudant; & tamen ſub Theodone Secundo Rudber-

Digitized by Google

uſurpatur, re cognita, multo majore, quam fuerat prior & validiore claſſe miſſa, Joannem inde profligat, caſtraque foſſa munita locat. Cum Romanus exercitus mota ſeditione Abſimarum * *Imperatorem creat, Drungarium Cibiorеtorum* (de magiſtratu plura Curopalata) *ſtatimque Tiberium nominat. At in urbe Conſtantinopolitana lues bubonum graſſata quatuor menſium ſpatio magnam vim hominum ſuſtulit. Abſimarus interim cum ſua claſſe ad Sycus ſeu Ficus appellit, & in urbem per proditionem admiſſus Leontium, præciſo naſo, in Dalmatæ monaſterio aſſervari jubet amicoſque ejus publicatis eorum bonis relegat. Tum germanum ſuum fratrem Heraclium omnibus pedeſtribus, & equeſtribus copiis præfecit ſolum, ut rei gerendæ maxime idoneum; mittitque in partes Cappadociæ & clauſtra percurrat, ac quid hoſtis moliatur obſervet.* Hæc Annales. Cauſa autem conflatæ inter milites diſcordiæ a Theophane ea refertur (*a*) quod ob deperdi-

* al. Apſimarum.

(*a*) *Theoph. hoc anno.*

PAGIUS

bertus in Bajoariam venerit, & poſt *Theodonem* illum nullus hujus nominis Dux Principatum iſtum adeptus ſit. Quam accurate Arnolfus Theodonis Secundi Succeſſores notarit, anno DCCII. oſtendemus. Hadrianus Valeſius tempus adventus Rudberti in Bajoariam ſcite notavit, ſed poſt-„ quam laudatum Arnolfi locum citavit, male „ ſcripſit: non video qua ratione *Rudbertus* Theo-„ donem Poſteriorem Norici Ducem, Bajoa-„ rioſque ad Chriſtianam religionem adduxe-„ rit, quam *Theodo* Prior una cum popularibus „ ſuis, imo vero quam jam inde a *Garibaldo* „ Duce, Theodelindæ Longobardorum Reginæ patre, Bajoarii profitebantur. Nam licet hoc ultimum verum ſit, Bajoarii tamen ritibus Paganicis, variiſque erroribus, etiam poſt converſionem, adhæſere. Cirinus in Vita Sancti Emerami, poſtquam ſcripſit, hunc Sanctum Theodonis Pii Ducis rogatu, Ratiſponæ ſubſtitiſſe, addit: *Sed ejus habitatores neophyti, per id tempus idololatriam nec dum radicitus exſtirpaverant, & patres filiis ſuis calicem Chriſti & Dæmonum promiſcue afferebant. Quæ res permovit Sanctum Antiſtitem, ut idololatriam illam funditus eradicare conſtitueret.* Quod ſi anno DCXLIX. quo Emerammus ſub Theodone Primo vulgo II. in Bajoariam venit, idololatria ibidem adhuc vigebat, quid mirum ſi ſub Theodone Ultimo vel hæretico vel idololatra, Bajoarii in eodem luto hæſerint.

X. *Qua tempore Bajoaria hæreſibus fœdata erat.*

Certe religio Chriſtiana poſt annum circiter Chriſti DCLXXI. non ſolum in Bajoaria; ſed etiam in pleriſque Franciæ Orientalis Regionibus paulatim defecit, & idololatria variæque hæreſes in eam introductæ, ut eo anno vidimus. Hinc Willibrordus, Corbinianus, Bonifacius, aliique Viri Apoſtolici tam ſub finem hujus ſæculi, quam ſequenti ad veram fidem in illas Provincias reſtituendam plurimum collaborarunt, qui licet eandem egregie promoverint, anno tamen DCCXXXIX. quo Sanctus *Bonifacius* Roma redux per Bajoariam tranſiit, non pauci in ea Regione veteribus erroribus adhuc adhæreſcebant, ut diſcimus ex Willibaldo in ejus Vita cap. IX. *Non ſolum*, inquit, *invitatus Bajoariorum ab Odilone Duce; ſed & ſpontaneus viſitavit incolas, manſitque apud eos diebus multis, prædicans & evangelizans Verbum Dei, veraque fidei ac religionis ſacramenta renovavit, & deſtructores Eccleſiarum populique perverſores abigebat* (loco, abegit). *Quorum alii pridem falſo ſe Epiſcopatus gradu prætulerunt; alii etiam Presbyteratus ſe officio deputabant, alii hæc atque alia innumerabilia fingentes, magna ex parte populum ſeduxerunt.* Quare mirari non debuit Valeſius Arnolfum ſcripſiſſe Sanctum Rudbertum, Theodone Ultimo Bajoariam adminiſtrante, in ea Provincia Evangelium prædicaſſe, ac plurimos Bajoarios Salutaribus aquis imbuiſſe.

XI. *Rudbertus in Bajoariam venit cum a Tetrarchis regeretur.*

Sed non tantum ex Aribone, tam in Vita Sancti Emerami, quam in Vita Sancti Corbiniani; verum etiam ex Donationibus Eccleſiæ Salisburgenſi factis eruitur, Arnolfum recte copulaſſe adventum Sancti Rudberti in Bajoariam cum Præfectura Theodonis illius, qui hoc tempore vixit, ideoque hunc ordine Secundum & poſtremum fuiſſe. Donationes illas collegit Anonymus ſub titulo libri *Donationum Eccleſiæ Saltzburgenſis*, a Caniſio Tom. VI. Antiq. Lect. recitati, ibique pag. 1154. dicitur, Theodobertum Ducem Bajoariæ tradidiſſe *Urſo* cellam Sancti Maximiani ad Pongou, *quando Dominus Rudbertus Epiſcopus illam ibi Eccleſiam dedicavit.* Et paulo poſt: *Dominus Rudbertus eundem locum ad Pongau primo cœpit conſtruere, & Eccleſiam ibi ædificavit, & conſecravit, concedentibus Ducibus Theodone & Theodoberto filio ejus* pag. vero 1155. ejuſdem libri non multo poſt relatam Vitam Sanctæ Erendrudis Virginis & Abbatiſſæ Monaſterii Nunbergenſis Primæ, in colle Salisburgo vicino poſiti, quod etiamnum perſtat, legitur: *Cupit idem Beatus Pontifex una cum conſilio & voluntate Domini Theodeberti Ducis in ſuperiori Caſtro ſæpe dicti Juvavenſis Oppidi conſtruere Eccleſiam ac Monaſterium Sacris Virginibus ad habitandum in ſervitio Dei & Sanctæ Mariæ Matris Domini; & peracta Eccleſia, conſecravit eam Domino in honore ejuſdem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, poſuitque ibidem per licentiam & voluntatem Domini Theodeberti Ducis, Chriſti ancillam Deo ſacram neptem ſuam, nomine Erendrudem, cum aliis devotis feminis.* Et ſtatim referuntur ibidem variæ aliæ donationes eidem Monaſterio a Theodeberto Duce factæ, quæ ab Auctore Anonymo, qui Vitam Sanctæ Erendrudis compoſuit ſub finem ſæculi octavi, in quantum conjicere licet, ex Actis publicis ſine dubio extractæ fuere. Porro anno DCCLXXXVIII. quo Carolum M. Bajoariam recepiſſe infra viſuri ſumus, *Arno* Epiſcopus Salisburgenſis Adnotationem illam ſeu Indiculum poſſeſſionum Eccleſiæ ſuæ ſcripſit, & præter præfata teſtatur, *Theodonem* multa prædia dediſſe *Rudberto* Epiſcopo, ejuſque Eccleſiæ, ac *Theodbertum* ejus filium Salisburgenſi Eccleſiæ & Monaſterio Puellari ibidem condito plurimas poſſeſſiones largitum eſſe. In eo autem Indiculo non memorat *Arno*, niſi quæ ex veracibus ſenibus, cum Monachis, tum Comitibus, & Judicibus juratis teſtibus acceperat. Quare cum *Theodebertus* anno DCCII. Bajoariæ Dux fuerit, ut inter omnes convenit, eo Chriſti anno *Rudbertus* in ea Provincia Evangelium diſſeminabat. Nec eſt quod dicant Rerum Boiarum Scriptores, hunc *Theodebertum* fuiſſe hujus nominis II. & *Rudbertum* ſub Theodeberto hujus nominis I. Boios fidem edocuiſſe. Præterquam enim quod *Theodeberti* ob illis, ſicuti

& *Theo-*

ditam rurſus Africam erubeſcerent atque timerent redire Conſtantinopolim cum Joanne.

XIV. *Africa penitus a Sarracenis poſſeſſa.* Quod ad Africam pertinet: tentatam ſæpius deprædatamque antea vidimus ſuperius a Sarracenis, Romanis iterum in eos pugnantibus, atque inde ipſos abiicientibus: at vero ab hoc tempore Sarraceni abſque obice eamdem poſſederunt. Quomodo autem ſe haberet his temporibus Eccleſiæ Africana, quod ad fidem Catholicam, ut tanta mala pati meruerit: hic in memoriam revocandum, quod ait S. Gregorius (a) in epiſtola ad Joannem Epiſcopum Squillacinum: Afros paſſim, vel incognitos peregrinos ad Eccleſiaſticos ordines tendentes, nulla ratione ſuſcipias: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati, *nempe Donatiſtæ ſunt*. Sed & quod habeat eadem de ipſis Gregorius Papa Secundus in epiſtola ad Thuringios, apparet eos neque tot fuiſſe flagellis emendatos, & ſic tantam jure meruiſſe ſubire vindictam.

(a) Greg. l. 2. epiſt. 25.

XV. Quod vero ad eorumdem Africanorum mores ſpectat: ea canone haud pridem ſan-

PAGIUS

& *Theodonet*, ac *Hucberti* ſeu *Hugiberti*, gratis multiplicari, *Theodebertus*, ſub quo *Rudbertus* Verbum Dei prædicavit, unus ex Tetrarchis Bajoariæ fuit, ut ex citatis donationibus liquet, & ex dicendis anno DCCII. *Theodoem* II. eo anno Tetrarchiam inſtituiſſe, ipſumque unum ex Tetrarchis fuiſſe patebit.

XII. *Aliqui ex ejus diſcipulis adhuc vivebant circa medium ſæculum VIII.* Non hic omittendum quod ibi pag. 255. dicitur de lite *Sancti Virgilii* Epiſcopi Saltzburgenſis, & ejuſdem Urſi Presbyteri, circa bona Eccleſiæ Sancti Maximiliani ab Ottilone Bavariæ Duce conceſſa. Ex ea enim certo eruitur, Sancti Rudperti in Bajoariam adventum, ſeu prædicationem & mortem ab initio ſæculi octavi removeri non poſſe, aut ſaltem initio ſæculi VII. contingere non potuiſſe. Nam inter omnes convenit, eum nonniſi alterutrius ſæculi initio in Bajoaria Evangelium prædicaſſe. Ibi poſt narrata, quæ ab utraque parte in medium allata fuere, ſubditur: *Hæc omnia Virgilius Epiſcopus* (nempe Saltzburgenſis) a *Viris valde ſenibus atque veracibus diligenter perquirere ſtuduit, poſteriſque ad memoriam ſcripta dimiſit. Quidam vero ex eis, qui iſta illi dixerunt,* DISCIPULI S. RUDBERTI *fuerunt, & juniorum ejus, quidam filioli, ex quibus erat, &c. Dignolus quoque* DISCIPULUS S. RUDBERTI, *atque Joannes, alii quoque, qui hæc a junioribus audierunt, hæc ita omnia narrantes.* Virgilium autem poſt annum DCCXLII. Epiſcopum Salisburgenſem renunciatum fuiſſe nullus negaverit. Quare cum Sancti Rudberti diſcipulos viderit & allocutus fuerit, is initio ſæculi VIII. non vero initio ſæculi VII. Salisburgenſem Epiſcopatum fundavit, & animam Deo reddidit.

XIII. *Annus adventus Rudberti in Bajoariam eruitur ex ſerie Epiſc. Salisburg.* Denique incertus Poeta a Mabillonio Tom. IV. Analect. pag. 525. publicatus, qui Ludovico Pio regnante vixit, in Verſibus de *Ordine Comprovincialium Pontificum*, de Epiſcopis Saltzburgenſibus habet:

Dicta Juvavo fuit quondam Metropolis iſta,
Quam prima fundans HROTBERTUS *rexerat Almus.*
Poſt hunc Vitalis *Antiſtes rexit eandem.*
Ipſius inde Flobargiſus, *qui eſt fultus honoris.*
Quartus Joannes *fuerat, Sedemque regendo.*
Adveniens Virgilius *ſtatuens quam plurima quintus.*
Multo plures gerens Arno *ſuper omnia ſextus:*
Septimus hinc ſucceſſit Adalram *Paſtor opimus.*
Tempore namque ſuo ſtatuens quam plurima pulchra.
Octavus veniens Liuframmus *Præſul ovilis.*
Officium Domini renovans formoſius æque.

Cum ergo certum ſit, *Joannem* Quartum Salisburgenſem Epiſcopum, anno DCCXXXIX. a Sancto Bonifacio conſtitutum fuiſſe, certum pariter *Vitalem* & *Flobargiſum* proximos ejus Succeſſores Sedem Salisburgenſem ſæculo octavo occupaſſe, eodemque *Rudbertum* illam fundaſſe. Si enim *Rudbertus* anno DCXXIII. aut DCXXVIII. ut vulgaris fert opinio, ſpiritum Deo reddidiſſet, ab utroque Chriſti anno ad DCCXXXIX. quo *Joannes* Epiſcopatum Salisburgenſem geſſit, non duo Epiſcopi, ſed longe plures *Rudberto* jam ſucceſſiſſent.

XIV. *Series Epiſc. Salisburg. in integrum reſtituitur.* Verum quidem eſt, Vitæ Sancti Rudberti a prædicto Anonymo ſcriptæ ſubnecti brevem Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Salisburgenſium, a Sancto Rudberto Epiſcopo uſque ad Rudolfum Archiepiſcopum, Indicem, cujus initium eſt: *Sanctus Rudbertus Epiſcopus, Sanctus Vitalis Epiſcopus, Anſologus Abbas, Savolus Abbas, Ezzius Abbas, Sanctus Flobargiſus Epiſcopus, Joannes Epiſcopus, Bertricus Abbas, Sanctus Virgilius Epiſcopus, Arno Archiepiſcopus, Ammilon Abbas*: & in fine hujus Catalogi hæc haberi: *In Catalogo iſtorum Epiſcoporum quinque Abbates continentur, qui abſque Pontificali ordine & dignitate regebant Epiſcopatum Juvavenſem. Hi vero ſunt Anſologus, Savolus, Ezzius, Bertricus, Ammilon.* Sed Auctor Anonymus hujus Catalogi, qui pluribus ſæculis poſt Rudberti obitum vixit, vera falſis miſcuit, & cum Catalogos antiquiores inveniſſet, in quibus Epiſcopi Salisburgenſes & Abbates Monaſterii Sancti Petri, ubi erat Sedes Epiſcopalis, & Archiepiſcopalis a tempore *Arnonis* Primi Archiepiſcopi Salisburgenſis, deſcriptos reperiſſet, inde perperam deduxit, Abbates illos mortuis Epiſcopis ac Sede vacante Eccleſiam Salisburgenſem rexiſſe; quod falſum eſſe ex dicendis patebit; & Poeta noſter evincit, qui in re tam recenti vix errare potuit. Opuſculum enim ſuum *Ludovico* Bajoariæ Regi circa annum DCCCL. dicavit, ut ex ejus Verſibus deducitur, cui ideo fides habenda in eo quod prodit de ordine quo ſederint ſinguli Epiſcopi Salisburgenſes, & Ratiſponenſes, Friſingenſes, Patavienſes, & Sabionenſes. Sed cum Auctor illius Catalogi magno errore exiſtimaret, *Rudbertum* initio ſæculi ſeptimi in Bojoaria fuiſſe, videretque *Vitalem* & *Flobargiſum* ab eo tempore uſque ad *Joannis* Epiſcopatum, cujus initium certum eſt, Sedem Salisburgenſem adminiſtrare non potuiſſe, vacationem illam Sedis finxit, & per illam Abbates Eccleſiæ Salisburgenſi præfuiſſe credidit.

XV. Quare Hundius, Cointius, aliique paſſim, qui illum Catalogum ſecuti ſunt, magnam confuſionem in nobiliſſimæ Eccleſiæ hiſtoriam induxere, & hoc ac ſequenti ſæculo omnia turba-

(a) Sex. Syn. c. 13.

Quales mores Africanorum.

ſancito in Sexta (*a*) Synodo, admodum labefactatam Eccleſiaſticam diſciplinam, corruptamque moribus fuiſſe, ſatis poteſt intelligi: leguntur enim hæc ibi: *Porro hoc quoque ad noſtram cognitionem pervenit, quod in Africa, & Libya, & aliis locis quidam ex iis qui illic ſunt religioſiſſimi Præſules, cum propriis uxoribus, etiam poſtquam ad eos proceſſit ordinatio, una habitare non recuſant, ex eo potiſſimum offendiculum, & ſcandalum afferentes*, &c. Si hæc ipſi populorum duces Epiſcopi perpetrarent, quid cæcus cæcos populus ſequens? Ex his inquam, reliqua, quæ iſta ſequuntur facile poſſumus meditari; quorum cauſa (quemadmodum olim eiſdem ea cauſis, ut vidimus ex Salviano, Deus ad eos puniendos, immiſit Wandalos) modo eoſdem penitus perdendos tradidit immanibus Sarracenis. Re-

PAGIUS

Rejicitur Catalogus Epiſcoporum Saliſburgenſium.

barunt. Sic quia in vulgatis Indicibus Epiſcoporum Verdenſium, qui *Sancto Suitberto* Juniori ſucceſſere perperam referuntur Verdenſes Epiſcopi & Abbates *Amarbarici* Monaſterii intra Verdenſis Epiſcopatus limites olim conſtructi, a pleriſque exiſtimatum, tam Verdenſes Epiſcopos, quam Abbates Amarbaricenſes Epiſcopatum illum ſucceſſive gubernaſſe; quem tandem errorem correxere Viri Eruditi, qui quos Verdenſes Epiſcopos in vulgatis Indicibus reperere, duas in claſſes partiti ſunt, aliosque *Verdenſes* Epiſcopos, & alios *Amarbaricenſes* Abbates ſcite dixere. Eandem viam in explicandis Saliſburgenſium Epiſcoporum Catalogis tenendam, ex eodem Poeta intelligimus; qui cum in Bajoaria vixerit, plures videre potuit, qui cum *Rudberto*, vel cum ejus diſcipulis locuti fuerant vel eum prædicantem audierant. Quæ fuſius exponenda fuere, quia opiniones, quæ omnium animos occuparunt, ex eiſdem facile evelli non poſſunt, ut ſæpius inculcare cogimur, quia in iis profligandis nobis deſudandum & elaborandum fuit.

XVI. Anno DCLX. num. XIV. & ſeq. diximus poſt eum annum in Francia Orientali uſque ad adventum Sancti Bonifacii in eam nullum celebratum eſſe Concilium Provinciale, Archiepiſcopum aliquem non fuiſſe, & Eccleſiarum jura peſſundata & conculcata. Tom an. DCLXXI. num. VI. & ſeqq. oſtendimus hæreſes & idololatriam paulatim in eandem introductas. Hoc vero circiter anno confuſio aucta, bona Eccleſiaſtica a laicis uſurpari cœpta, Metropoleon ordo paulatim turbatus, tantiſque univerſa Eccleſia Gallicana ſequentibus annis malis afflicta, ut Hadrianus Papa Carolum Magnum anno DCCLXXIV. Romæ agentem monere coactus de aliquo hujuſmodi malis remedio afferendo, fuerit; quod ſe facturum promiſit Piiſſimus Rex, & reapſe omnem ſuam ad id induſtriam adhibuit, quemadmodum eo Chriſti anno videbimus.

Abuſus in univerſam Eccleſiam Gallicanam introduci cœpti.

JESU CHRISTI ANNUS 697.	SERGII PAP. ANNUS 10.	TIBERII ABSIMARI IMP. ANNUS 1.

I. Germania Evangelium recipit.

Redemptoris annus ſequitur ſexcenteſimus nonageſimusſeptimus, Indictione decima, quo Germania a novo Apoſtolo Roma a Sergio Pontifice miſſo ſumma induſtria excolitur, atque ad fructum uberrimum reſtituitur: ita enim dixerimus, reſtituitur, quod diu ante ab ipſo ferme Eccleſiæ naſcentis exordio (ut ſuis locis ſuperius dictum eſt) Germania jam cœpit ſuſcipere Evangelium, illudque diutius ſumma religione poſſedit: verum exundantibus prœliis, jam ſpiritualibus deſtituta cultoribus, converſa erat (ut dicam cum propheta *a*) *terra fructifera in ſalſuginem*. Sed ejus tandem miſertus Deus, e longe cultores miſit, qui novales novarent.

(a) Pſal. 106.

Verum hi divino afflati Spiritu, ſcientes ſpiritum prophetarum (*b*) ſubjectum eſſe debere prophetis, & quod quæ (*c*) a Deo ſunt, ordinata ſunt: primum omnium, ut dictum eſt (ſicut Paulus (*d*) ad Petrum Hieroſolymam, ut conferret Evangelium, venit) Romam ſe contulerunt ad ſummum Pontificem, quem Eccleſiæ univerſæ præeſſe Hierarcham ſcirent: a quo accipientes apoſtolatum, converſi ad gentes, eas undique Evangelio imbuerunt, magnaque operantes, nobis ſuppeditavere argumentum, ut noſtros Annales ex frugibus Borealium regionum locupletaremus, qui jam magna priſcorum monumentorum inopia, ſterilitate deficerent.

(b) 1. Cor. 14. (c) Rom. 13. (d) Galat. 1.

A Romana ſede Apoſtolatus accipitur.

II. Ex ejuſmodi namque Apoſtolicorum virorum cultura, ſuperveniente copioſa Domini benedictione, illam ſunt benedictionem conſecutæ regiones illæ deſertæ propheticam, qua dicitur (*e*): *Lætabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium: germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans. Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron: ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri*. Eo quod acciderit ipſis, quod ſubditur de prædicatione ſanctorum: *Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine; & quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & junci*.

(e) Iſai. 35.

Fœcunda redditur Germanorum Eccleſia.

Ita quidem Germaniæ multæ provinciæ, deficiente Evangelii cultura, factæ ſilvoſæ, verbi Dei iterum vomere cœptæ excoli, ſunt redditæ his temporibus quaſi Domini paradiſus: ut nihil minus habuerint ab aliis Eccleſiis, accipientes Apoſtolos, eoſdemque legitime miſſos, a Petri ſede profectos, itidemque martyres, ſignis, innumeriſque miraculis, aliiſque dotibus affluentes, quibus Eccleſia Catholica inſignitur. Diximus de nonnullis ex iis, dicturi & de reliquis inferius pro temporis ratione. Hoc vero anno quod dicamus, dat abunde copiam is quem Sergius Papa Romæ conſecrans Epiſcopum, mutans nomen barbarum in Latinum, ex Vvillebrordo nominavit Clementem, quem & pallio exornavit in ſignum collatæ plenitudinis poteſtatis; de quo iſta Marcellinus coapoſtolus fideliter tradit in Suviberto (*f*):

Germanorum Eccleſia florens.

(f) Extant apud Sur. die 1. Mart. c. 13. to. 2.

III. Vvillebrordi, & Suviberti labores.

Itaque anno a nativitate Domini ſexcenteſimo nonageſimoſeptimo S. Vvillebrordus, adepta jam Apoſtolicæ benedictionis auctoritate, conſecratuſque Archiepiſcopus a S. Sergio Papa, rediit ad Germaniam. Cui occurrens ſanctus Suvibertus cum clericis, & diſcipulis, & multis Chriſtianis uſque Embricam, recepit eum cum magna honorificentia, & gaviſi ſunt in Domino. Audieaſque ſanctum Suvibertum Epiſcopum conſecratum, & comitatum Teiſterbandiæ cum tota fere Batua, ac magnam partem inferioris Friſiæ prædicatione ipſius converſam, & Eccleſiam Trajectenſem numero fidelium valde multiplicatam, immenſas devote Deo retulit laudes, Deinde pariter Trajectum pergentes, ſtatim in fundo baſilicæ ſancti Thomæ Apoſtoli prope caſtrum Trajectenſe, canonicorum cœnobitarum conſtruxerunt Eccleſiam in honorem ſancti Martini Epiſco-

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſp. DCCXXXV. Anno Hegiræ LXXVIII. inchoato die 30. Martii fer. 6. A.C. 697. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6190.

☉ 6. G. ☽ 14. P. 15. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 697.

SERGII PAPÆ 11.

LEONTII IMP. 3.

Anum. I. ad VIII. Multa refert hoc anno Baronius in Germania a Sanctis Willebrordo, & Suidberto ad Gentilium converſionem geſta, quæ cum uni Pſeudo-Marcellino innitantur, eis fides adhiberi non poteſt. Alcuinus in Sancti Wilbrordi Vita, poſtquam dixit eum in partes Franciæ Boreales miſſum fuiſſe, cap. 9. ait: *Tentavit quoque idem Vir Dei ultra Francorum Regni fines Cœleſtis Vitæ fluminæ derivare*. Addit, eum adiiſſe Radbodum Friſonum Regem, & cum non poſſet ſaxeum ejus cor emollire, ad ferociſſimos Danorum populos iter evangelizandi convertiſſe. Sed cum *Ungendus* eorum Rex nullam viæ melioris ſpem offerret, rediit in Franciam, & dum iter agebat, *pervenit in confinio Freſonum & Danorum ad quandam inſulam, quæ a quodam Deo ſuo Foſite, ab accolis terra Foſiteland appellatur, quia in*

Geſta a S. VVillebrordo in Germania.

ſcopi Turonenſis: in qua S. Vvillebrordus Archiepiſcopus Friſonum cathedralem eccleſiam ſibi ſtabiliri juſſit; quam per primitivam benedictionem SS. Vvillebrordus, & Suvibertus Epiſcopi cum cæteris confratribus propriis manibus benedicendo conſecraverunt.

IV. Hollandia & Friſia redditæ Chriſtianæ. *Deinde mortuo Radbodo Rege Friſonum* (quod multo poſt accidit) *Chriſtiani libere permiſſi ſunt ubique per Friſiam publice Evangelium Chriſti prædicare. Quapropter præfati ſancti Epiſcopi cum ſacerdotibus & clericis Hollandiam, & Friſiam ubique pervagantes, rudem populum documentis Evangelicis informaverunt, docentes profanum idololatriæ cultum abolendo relinquere: catechumenos baptizaverunt, neophytos confirmaverunt, ſacros ordines celebraverunt, ac in pagis ſingulis Evangelium pacis conſtanter & devote prædicaverunt, & per loca ſingula presbyteros, & diaconos ordinaverunt, qui eos in verbo fidei, & miniſterio baptizandi adjuvarent, maxime in magno vico Duerſtat: in quo per biennium prædicantes, totum populum ad fidem perduxerunt Chriſti, ac phana idolorum commutantes in Eccleſias Chriſti, quinquagintaduas dedicaverunt eccleſias parochiales in eo, adjutoria Gunberti militis, & aliorum amicorum.*

V. *Et non ſolum per Friſiam prædicaverunt & Thuringiam ſive Hervingiam, ſed & uſque in Daciam* * *prædicando, populum multum purgatum a barbarica Gentilitatis idololatria, Orthodoxæ junxerunt fidei. Cumque ſic per aliquot annos ferventer Evangelici Pontifices & verbi Dei præcones pariter, & continue in diverſis provinciis Chriſtum annunciaſſent, redierunt & venerunt cum exultatione Trajectum ad confratres & cooperatores verbi Dei, enarrantes illis, quanta Dominus per illos feciſſet. Et licet ſanctus Suvibertus egregius Pontifex præceſſerit ſanctum Vvillebrordum tempore, tamen ſanctus Vvillebrordus præcedit ſanctum Suvibertum dignitate, & primus Archiepiſcopus Trajectenſis reputatur, eo quod a ſancto Sergio Papa Archiepiſcopus Friſonum ſpecialiter conſecratus, & a ſede Apoſtolica ad eumdem populum miſſus fuerit.* Hæc Marcellinus.

* Daniam.

VI. His conſentientia tradit Albinus Flaccus, qui & de prædicatione ejuſdem Clementis ad Danos iſta habet (*a*): *Cum ergo apud eum,* Radbodum ſcilicet, cum *adhuc viveret, vir Dei fructificare ſe non poſſe ſentiret, ad ferociſſimos Danorum populos iter evangelizandi convertit. Ibi tum (ut fertur) regnabat Ongendus, homo omni fera crudelior, & omni lapide durior; qui tamen, jubente Deo, veritatis præconem honorifice tractabat. Quem dum abduratum moribus, & idololatriæ deditum, & nullam melioris vitæ ſpem habentem offendit: acceptis tunc triginta ejuſdem patriæ pueris, ad electos a Deo populos regni Francorum reverti feſtinavit: ſed in eo ipſo itinere catechizatos eoſdem pueros vitæ fonte abluit, ne aliquod propter pericula longiſſimi navigii, vel ex inſidiis ferociſſimorum terræ illius habitatorum, damnum pateretur in illis, volens antiqui hoſtis prævenire aſtutias, & Domini ſacramentis animas munire acquiſitas.* His enarratis, quid eidem ſancto contigerit, cum vivente adhuc Radbodo perfido Rege, rediens e Dania, Foſtelandiæ populis prædicavit, ita refert:

(*a*) Extant apud Sur. die 7. Novembr. tom. 6.

Rex Danorum Clementem honorifice tractat.

VII. *Dum pius verbi Dei prædicator iter agebat, pervenit in confinio Friſonum & Danorum ad quamdam inſulam, quæ a quodam deo ſuo Foſite, ab accolis terræ Foſiteſland* * *dicebatur, quia in ea ejus Dei fana fuere conſtructa. Qui locus a Paganis tanta veneratione habebatur, ut nihil in ea, vel animalium ibi paſcentium, vel aliarum quarumlibet rerum quiſquam Gentilium tangere auderet, nec etiam a fonte, qui ibi ebulliebat, aquam haurire niſi tacens præſumeret. Quo cum vir Dei tempeſtate jactatus eſſet, manſit ibi aliquot dies, quouſque ſepoſitis tempeſtatibus, opportunum navigandi tempus adveniret. Sed parvipendens ſtultam loci illius religionem, vel ferociſſimum Regis animum, qui violatores ſacrorum illius atrociſſima morte damnare ſolebat, tres homines in eo fonte cum invocatione ſanctæ Trinitatis baptizavit, ſed & animalia in ea terra paſcentia in cibaria ſuis mactare præcepit. Quod Pagani intuentes, arbitrabantur eos, vel in furorem verti, vel etiam veloci morte perire. Quos cum nihil mali cernebant pati, pavore perciti Regi tunc Radbodo, quod viderant factum, retulerunt. Qui nimio furore ſuccenſus, in ſacerdotem Dei vi-*

* Foſtelandia.

Radbodus Rex quid in Clementem.

PAGIUS *in ea ejuſdem Dei fana fuere conſtructa.* Ibi tres homines baptizavit: quod cum Radbodus Rex accepiſſet, Deorum ſuorum injuriam ulciſci volens, unum ex Sociis Wilbrordi ſorte monſtratum Martyrio coronavit, & Wilbrordum *ad Pippinum Regem Francorum cum honore remiſit*, inquit Alcuinus, qui Pippinum *Regem* appellat, quia ſumma rerum apud eum in Galliis erat. Hæc quæ Baronius hoc anno recitat, ſequentibus geſta ſunt. Porro, ut obſervat Mabillonius in Notis ad Vitam Sancti Wilbrordi ab Alcuino ſcriptam, *Ericus* Daniæ Rex in Hiſtoria Gentis Danorum a ſe conſcripta Ungendi Regis non meminit, & Adamus Bremenſis Eccleſiæ Canonicus in lib. 4. ſuæ Hiſtoriæ Foſiterlandiam eandem eſſe ait cum *Farria inſula, quæ in oſtio fluminis Albiæ longe receſſu latet*, alias *Heiligeland* appellata, *quæ ſita eſt in confinio Danorum & Freſonum*. Ad

vivi ſuorum injurias deorum ulciſci cogitabat; & per dies ſemper tribus vicibus, ſuo more, mittebat ſortes, & numquam damnatorum ſors, Deo vero defendente ſuos, ſuper ſervum Dei vel aliquem ex ſuis cadere potuit, nec niſi unus tantum ex ſociis ſorte monſtratus, & martyrio coronatus eſt. Quod dicit de ſorte auctor, ſcias in more fuiſſe apud eos, neminem neci tradere, niſi prius eum ſors indicaſſet, ut quæ dicturi ſumus oſtendent. Hæc de rebus geſtis in ea inſula: ubi cognita Regis Radbodi duritia animi, inde in eum (ſecundum illud Evangelii) excuſſo e pede pulvere recedens, ad Pipinum (ut idem teſtatur auctor) reverſus eſt. Reliqua autem quæ de eodem ſancto viro narrantur poſt Pipini obitum contigerunt.

VIII. Synodus Trajectenſis. Poſt reditum Clementis collectam fuiſſe Synodum Trajectenſem, & ex ea alios in diverſas regiones miſſos Evangelii prædicatores, Marcellinus teſtatur, qui ſimul relegens in unum omnes qui antea, & poſtea miſſi ſunt, iſta habet memoria digna (a): *Deinde animadvertentes præfati S. Pontifices* Vuillebrordus, & Suvibertus, *& egregii prædicatores, qui cum eis ex Anglia venerunt Trajectum, quod multus populus, Deo proſperante, ab infidelitatis errore ad Chriſtum converſus eſſet, convocata Synodo in novella Eccleſia Trajectenſi, decreverunt more Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti in diverſas circumjacentes barbaricas nationes præſtantiores prædicatores dimittere ad prædicandum ipſis fidem Chriſti.* Qui vero eidem Synodo interfuerint, ita idem auctor narrat: *Erant autem eo tempore in eadem primitiva Eccleſia Trajectenſi Apoſtolici Pontifices, & canonici egregii prædicatores, qui S. Suvibertum Epiſcopum cum S. Euvaldis ſequentes, conſtanter Chriſtum gentibus prædicaverunt: utpote S. Vuinfridus ſacerdos, qui poſtquam tredecim annos in Eccleſia Trajectenſi ut canonicus degiſſet, Archiepiſcopus Moguntinenſis conſecratur, & Bonifacius appellatur: qui poſt obitum ſancti Vuillebrordi Trajectenſis Epiſcopi redeuns, ſecundus Archiepiſcopus Trajectenſis ordinatur. Qui poſtquam decem, & ſex annis per Friſiam prædicaſſet, martyrio in Friſia coronatur cum fuit, ſimiliter ſanctus Vuiro Epiſcopus Deirorum, ſanctus Plecbelmus Epiſcopus de Maſſa candida, vel ſecundum Bedam, Candida caſa, ſanctus Otbgerus Levita cum pluriſque aliis glorioſis ſacerdotibus, & prædicatoribus.*

(a) Marcell. in Suvibert. c.14.

Cui ſanctæ Synodo præfuerunt S. Vuillebrordus, & Suvibertus Antiſtites conſtantiores. In qua concluſum & definitum fuit, ut omnes primi prædicatores in exteras provincias prædicarent verbum Dei. IX. Viri Apoſtolici quem finem conſecuti.

Quem vero omnes, qui ex Anglia profecti olim, & modo ex Synodo miſſi ſunt, fuerint finem conſecuti, idem auctor ſummatim perſtringens ſic narrat: *Igitur ſanctus Acca (ut eſt ante dictum) cum ſancto Suviberto in Angliam rediens a ſancto Vuilfrido Epiſcopo Auguſtaldenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſecratus, poſt ſanctiſſimam vitam ibidem in Domino quievit. S. Vuigbertus in Foſtelant martyrio coronatus fuit, ut prædictum eſt. S. Vuillibaldus Orientalem Franciam adiens, Aureatenſis ſive Eiſtatenſis Epiſcopus effectus eſt. Sanctus Vuinibaldus, frater ejus, Heydelamenſis Abbas eſt ordinatus: Quorum germana fuit Vualburgis virgo. Lebuinus,* ſive Levinus, *Pontificatum adeptus, martyrio prope Gandavum coronatur. Duo quidem S. Euvaldi Nabiam intrantes, Chriſtum prædicando confeſſi ſunt: qui abinde aſcendentes in Saxoniam, glorioſo martyrio coronati ſunt. Sanctus Vuerenfridus presbyter & egregius prædicator, verſus Batuam miſſus, novellum Chriſti populum in Elſt, & Vueſtervoort, & in finibus illis feliciter rexit: & infinitis clarificatus miraculis tam in vita, quam in morte Idibus Septembris apud Vueſtervoort ſpiritum Creatori reddens, miraculoſe in Elſt tumulatur. Sanctus Adelbertus Levita, filius Edilbaldi Regis Deirorum, filii ſancti Oſvvaldi Regis, & martyris, in Egmonda in Hollandia oratorium conſtruens, poſt multorum Paganorum converſionem, & laudabilem ſanctæ vitæ ſuæ conſummationem, multis miraculis clarus, ſeptimo Kalend. Julii felici fine requievit in Chriſto, ſepultus in Egmonda, ubi uſque in hodiernum diem claret infinitis miraculis. Is eximius confeſſor, primus Archidiaconus Eccle-*

PAGIUS II. Synodus Ultrajectina fictitia eſt. * Ad num. VIII. & ſeqq. Synodus *Ultrajectina* a Baronio & Collectoribus Conciliorum ex uno Pſeudo-Marcellino commemorata, ejuſdem farinæ eſt, ac certa quæ idem fabulator de Wilbrordo & Suidberto narrat, ut certis argumentis demonſtrat Henſchenius ad diem primam Martii in Commentario Hiſtorico ad Vitam Sancti Suidberti. *Sanctus Lebuinus*, qui ibidem num. IX. dicitur Martyrio prope Gandavum coronatus, non niſi Carolo M. Galliam regente in Friſiam venit, ibique anno DCCLXXIII. morti traditus eſt, ut eo anno videbimus. Ipſemet Baronius anno DCCLXXVIII. num. XI. de S. *Lebuini* Miſſione agit, non recordatus ſe de illo jam hoc anno mentionem feciſſe. Uno verbo quæcumque hic ex Pſeudo-Marcellino referuntur, mere fabuloſa ſunt.

Beda in Recapitulatione hoc anno habet: *Oſthryd Regina a ſuis, id eſt, Merciorum Primatibus interempta.* Erat Oſthryda uxor Edilredi Merciorum Regis, & ſoror Ecgfridi Northumbriæ Regis, ut teſtatur Beda lib. 4. cap. 21. III. Oſthryda Mercia Regina a ſuis occiſa.

Hun-

Digitized by Google

eleſiæ Trajectenſis fuit. Hæc de his auctor, qui de ſe ipſo ſubdit:

X. Marcelli-ni Apo-ſtolatus. *Et ego Marcellinus presbyter inutilis, a præfatis Pontificibus miſſus ad partes Tranſiſelanas, locum Aldeaſael, Trentam, & Tuventam, & Covordiam, ac Daventriam rego, & Dei providentia totum ferme populum Chriſto prædicando lucratus ſum, & purgavi a cultu idololatriæ. Permanſitque S. Vuillebrordus in diœceſi ſua Trajectenſi ferventer prædicando Evangelium Chriſti cunctis gentibus: cæteri vero hac illucque diſperſi propter verbum Dei, poſt converſionem multorum Paganorum, ſalubri fine in Chriſto quieverunt*. Hucuſque Marcellinus, in unum breviter jungens ſanctos illos omnes, qui velut ex alveari uno in diverſas provincias profecti, multiplices Eccleſias fundavere: ſed de aliquibus ex his inferius ſuis locis fuſius dicendum erit.

PAGIUS Huntindonienſis lib. 4. pag. 336. dicit, turpe hoc ſcelus commiſſum eſſe a *Sudhumbris*, ideſt, a Lincolnienſibus, vel Notinghamienſibus, qui cis Humbrum erant, & ideo *Sudhumbri*, ſive Auſtrales Humbrii dicebantur, ad differentiam eorum, qui trans Humbrum & ad Septentrionem *Northumbrii* vocabantur.

JESU CHRISTI ANNUS 698.	SERGII PAP. ANNUS 11.	TIBERII ABSIMARI IMP. ANNUS 2.

I. SExcenteſimus ac nonageſimusoctavus Redemptoris annus adeſt undecima Indictione notatus, idemque illuſtratus martyrio viri ſanctiſſimi Lamberti Tungrenſis Epiſcopi, Taxandriæ Apoſtoli nuncupati, (a) cum in Epiſcopatum annum ageret quadrageſimum. Extant ejus Acta a Stephano Epiſcopo Leodienſi ſcripta ad Hermennum Archiepiſcopum Colonienſem; in quibus tamen multa deſiderantur, ut (quæ in primis ponenda erat) quæ præceſſit ab eo facta objurgatio Pipino de Herſtallo ob pellicem introductam; quod abſque controverſia omnes tum veteres, tum recentiores hiſtorici affirmarunt: ex quibus melius ejuſdem ſancti vita atque martyrium ſimul in unum collecta ſcribantur. Tantum potuit adulatio, ut ne tanta Pipinus ignominia notaretur, qui egregiis factis adeo celebris haberetur, fuerit prætermiſſa Lamberti cauſa martyrii. Non ſic nos docuit ſancta divinitus inſpirata Scriptura, quæ nec ſanctorum peccata tacuit, cum eorum virtutes egregie prædicarit: ut inter alia in libris Regum de Davide factum legimus; cujus non ſolum virtutes, ſed & adulterium & homicidium ſatis exacte deſcripta leguntur.

(a) Sigeb. in Chron. hoc ann. Molan. in Natal. SS. Belg. die 17. Septem.

S. Lamberti Martyrium.

III. Quod in primis ad titulum Apoſtolatus ſpectat: Taxandriæ idem Lambertus Apoſtolus nominatur, eo quod populum illum ad Idola colenda converſum vir ſanctiſſimus ſua prædicatione poſt plurimos labores, & anguſtias ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam tandem perduxit: ex quo evenit ut Taxandriæ populi uſque ad novos erectos Epiſcopatus fuerint ſubjecti Eccleſiæ Leodienſi. His igitur de Apoſtolatus titulo præmiſſis, de ejus martyrio, quod hoc anno accidit, modo dicendum ex antiquioribus monumentis, quibus iſta narrantur (b): *Pipinus princeps cætera egregius, uno malo tam multa bona corrumpebat, contempta legitima uxore, Alpaidi pellici nimium addictus. De eo ſane hic auctor teſtatur, cum nihil ad gloriam, nihil ad potentiam vel felicitatem ei deeſſet, numquam ejus induſtria fortunam fuiſſe ſuperiorem. Et tamen cum multis eſſet auctus victoriis, ſe ipſum vincere non potuit, mollis libidinis telo proſtratus. Id vero cæteris fere Epiſcopis diſſimulantibus Lamber-*

Lambertus Taxandriæ Apoſtolus.

(b) Extant apud Sur. velut Appen. ad vit. a Stephano ſcriptam die 17. Septemb.

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCCXXXVI. Anno Hegiræ LXXIX. inchoato die 19. Martii fer. 4. A. C. 698.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6191.

☉ 7. P. ☽ 13. P. 7. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 698.

SERGII PAPÆ 11.

TIBERII APSIMARI IMP. 2.

I. S. Lambertus Epiſc. Trajecti ad Moſam occiſus.

ANnum. I. ad III. Magna inter Eruditos controverſia eſt de anno & cauſa Martyrii *S. Lamberti* Trajecti ad Moſam Epiſcopi, quem Antiqui *Landebertum*, ſeu *Landbertum*, aut *Lantbertum* appellare ſoleat. Et quidem certum videtur, audiendum non eſſe Sigebertum in Chronico, qui ejus necem hoc anno collocat, Baroniumque alioſque Viros doctos decepit non animadvertentes Sigebertum Epiſcopatum Sancti Amandi, Sancti Remacli, & Sancti Theodardi, Lamberti Deceſſorum ſuis annis non reddidiſſe. Hanc difficultatem diligentiſſime inter alios examinarunt Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte I. ubi recitat Vitam Sancti Lamberti a Godeſcalco Diacono Leodicenſi ſcriptam ſæculo VIII. & Cointius an. DCCVIII. num. IX. & ſeqq. & uterque Martyrium Sancti Lamberti cum anno DCCVIII. copularunt. Verum cum ex dictis is anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſeptimo Trajectenſis Eccleſiæ Epiſcopus dictus fuerit, illamque rexerit *quadraginta annis*, ut in Vita Sancti Huberti, qui proxime poſt illum ſedit, teſtatur ipſius Huberti diſcipulus, Martyrium illud anno ſeptingenteſimo ſeptimo accidit. Præterea idem Scriptor refert, hunc Sanctum Præſulem *Lamberti* Deceſſoris ſui Reliquias Trajecto *Legiam* ſeu *Leodium* ad locum Martyrii tranſtuliſſe, *tertio decimo anno ſui Præſulatus, cœtu Clericorum ſibi adjuncto, nec non populari agmine conſto, accitis etiam Venerabilibus Epiſcopis & Sacerdotibus*. Tranſlatio autem Sancti Lamberti celebratur die viceſima octava menſis Aprilis, quæ indicatur in quamplurimis Martyrologiis MSS. & excuſis; cum vero hujuſmodi ſolemnitates diebus Dominicis de more peragerentur, annoque ſeptingenteſimo viceſimo, qui XIII. eſt ab anno DCCVII. dies viceſimus octavus Aprilis in Dominicam incidat, eo anno illa Tranſlatio facta videtur, ideoque & *Hubertum* Lamberto ſucceſſiſſe. Verum quidem eſt, diem illum neque in laudata Vita Sancti Huberti, ubi ſermo eſt de hac Tranſlatione, neque in Vita Sancti Lamberti a Godeſcalco ſcripta memorari, & Sanctorum Tranſlationes aliis, quam quibus contigere diebus, in Martyrologiis ſæpe deſcriptas fuiſſe. Sed cum *Hubertus* Trajecto Leodium non tantum Reliquias Sancti Lamberti, ſed & Cathedram Pontificalem tranſtulerit, *Legia* ſeu *Leodium*, recuperato Sancti Lamberti corpore, in magnam Urbem evaſerit; & a populis etiam remotis orationis gratia frequentari cœperit, pronum eſt exiſtimare eum diem ſemper huic Tranſlationi ſacrum fuiſſe, ideoque & *Lambertum* anno DCCVII. Martyrii gloriam conſecutum.

II. Cauſam necis ejus Scriptores antiqui non ſatis explicarunt, indeque a poſterioribus ſumta occaſio exiſtimandi, literiſque mandandi *Sanctum Lambertum Pippinum* increpare auſum, quod pellicem *Alpaidem Plectrudi* legitimæ uxori ſuæ ſuperduxiſſet, a *Dodone* fratre ipſius Alpaidis morti traditum eſſe. Ita Sigebertus in Chronico, qui anno 1112. Chronicon ſuum abſolvit: quæ hujus necis cauſa primum excogitata fuerat

Duplex cauſa necis S. Lamberti quarum altera a poſterioribus excogitata.

bertus præ zelo domus Dei ferre non ſuſtinens, opportune & importune arguebat principem: qui ſi ut in cæteris ita & in hoc libenter audiſſet recta monentem Epiſcopum, rectius conſuluiſſet ſibi.

At

PAGIUS

rat ab Anſelmo Leodienſi Canonico in Hiſtoria ſua *de Geſtis Pontificum Leodicenſium*, quam ad annum uſque MXLVIII. perduxit. Nihil hic moror Pſeudo-Marcellinum, qui Alpaidem ex coniuge Pippini pellicem facit, quia licet Scriptoris antiqui larvam aſſumat, recens tamen eſt. At antiquiores Scriptores, qui de morte Sancti Lamberti loquuti ſunt, eam in Alpaidem non refudere. Auctor coætaneus, cujus Fragmentum Ducheſnius Tomo I. Hiſt. Franc. publicavit, ait: *Inſurrexerunt duo peſſimi homines Gallus & germanus ſuus Rioldus in adverſitatem ejus, & ſervientes Eccleſiæ ſuæ, in cunctis opera perverſa, ut nullus eos ferre potuit, nec evadendi erat locus ante illos. Repleti amici Pontificis ira & triſtitia, calamitate magna compulſi, & humilitate depreſſi, interfecerunt eos ex merito eorum. In illis diebus erat Dodo domeſticus jam ſupradicti Principis Pippini, proprius conſanguineus eorum, qui interfecti fuerant. Et erant ei poſſeſſiones multæ, & in obſequio ejus pueri multi. Cum audiſſet necem proximorum, colligens magnam copiam virorum fortiſſimos ad præliandum, mox irruit ad interficiendum Beatiſſimum Virum Landebertum Pontificem in villa, cujus vocabulum eſt Leodio, ſita ſuper fluvium qui vocatur Moſa.* Ubi non ſolum nullum verbum habet de Alpaide, ſed aliam *Lamberti* Martyrii cauſam in medium Auctor ille coævus adducit.

III. *Anſelmus Canonicus Leodienſis alius fabulæ auctor.* Godeſcalcus Vitæ primariæ Sancti Lamberti Scriptor, qui ſub Carolo Magno floruit, idem quod Anonymus ille tradit. Idem etiam habet *Stephanus* Epiſcopus Leodicenſis ineunte ſæculo X. in Vita Sancti Lamberti, quam elucubravit, *Lambertum* ſcilicet a *Dodone* Pippini domeſtico interfectum eſſe in vindictam cædis *Galli* & *Rioldi* quos Eccleſiæ infeſtos e medio ſuſtulerant Lamberti nepotes. Verum quidem eſt, *Nicolaum* Canonicum Leodicenſem, qui aliam lucubrationem de Vita Sancti Lamberti ſcribere aggreſſus eſt anno MCCXXII. *Reinerum* ſeu Renerum Monaſterii Sancti Laurentii prope Leodium Monachum, qui aliquot annis poſt Nicolaum ſcripſit, & *Ægidium* Aureæ Vallis Monachum, qui anno MCCLI. ſcribere deſiit, idem quod *Anſelmus* ac *Sigebertus* tradere, illudque variis additamentis augere. At quomodo hi ſcire potuere, quæ priorem Anonymum laudatum, *Godeſcalcum* Diaconum Eccleſiæ Leodienſis ac *Stephanum* ignoraſſe conſtat?

IV. *Vera hujus necis cauſa explicatur.* Nec ſatisfaciunt Auctores iſti, quando ajunt, *Lambertum* occiſum, quod corriperet *Pippinum* ob conſuetudinem ejus cum *Alpaide*, quam rejecta *Plectrude* legitima conjuge in torum adſciverat, ſed hanc *Lamberti* Martyrii cauſam a Godeſcalco & Stephano fuiſſe diſſimulatam, ne *Pippini* parentibus Francorum Regibus parentis crimen exprobrari viderentur. Nam præterquamquod *Alpais* Pippini ex more illorum temporum conjux fuit, ut vocatur tam ab Auctore Anonymo de Geſtis Regum Francorum, qui *Theodorico Kalenſi* in Francia regnante ſcripſit cap. 49. quam a Continuatore Fredegarii cap. 103. aliiſque, ob polygamiam ſcilicet quæ tunc in uſu erat, ut loquens de Dagoberto Primo demonſtravi, hæc ratio valuerit in *Godeſcalco*, cur eam cauſam diſſimulavit *Stephanus*, qui ſub extremis Carolinæ ſtirpis Regibus vivebat? Sane, inquit Mabillonius citatus, longe atrocior erat fabula de *Caroli Martelli* damnatione; quam tamen Hincmarus, Adrevaldus, aliique Auctores, imperante Carolo Calvo Martelli abnepote, in vulgus jactare non dubitarunt. Si conjecturis agere licet, addit Mabillonius, factum illud hoc modo contigiſſe videtur. Gallus ac Rioldus Regii miniſtri, *in Eccleſiam ſæviebant tot perverſis operibus, ut nullus eos ferre poſſet, nec locus eſſet evadendi*, inquit Godeſcalcus, & ante eum Anonymus laudatus. *Lambertus* forſan *Pippinum* ea de re admonuerat, ipſoſque Gallum ac Rioldum redarguerat. At cum nihil proficeret, ipſius nepotes utrumque cædunt. *Dodo* Pippini domeſticus, *Galli* ac *Rioldi* conſanguineus iſtam cædem Lamberti nece vindicat. Certe Lambertus in Actis Sancti Huberti, tum ab Anonymo citato, tum a Joanne Leodicenſi Epiſcopo ſcriptis, *pro ovibus ſuis mortis diſpendia ſubiiſſe* dicitur, & Regino Abbas in Chronico ad annum DCXXII. hanc facti rationem proponit: *Ea ætate*, inquit, *claruit Landebertus Tungrenſis Eccleſiæ Epiſcopus, qui dum Regium Domum Zelo religionis accenſus increpuiſſet, ab iniquiſſimo Dodone, & aliis Viris de Palatio miſſis improviſo concluſus, intra domum Eccleſiæ in Leodio vico occiditur.* Eadem fere uſurpant Ado & Notkerus Reginoni æquales in Martyrologiis ſuis. Quorum obſcuram mentem poſt Anſelmum & Sigebertum laudatos male plures explicarunt, optime vero Mabillonius; nec hactenus melior hac de re conjectura in medium adducta.

V. *Conjectura Cointii.* Nam quod ait Cointius, *Pippinum*, poſtquam *Plectrudem* repudiaſſet, & *Alpaidem* ſuperinduxiſſet, poſt triennium, ab anno ſcilicet DCXCI. huic amplius non adhæſiſſe, eamque apud *Orpium*, quod olim ad Epiſcopatum Trajectenſem pertinebat, nunc Dioceſi Namurcenſi attribuitur in Monaſterio pœnitentiam tunc egiſſe, ibique vitam religioſe clauſiſſe, gratis aſſeritur; cum illud *Plectrudis* repudium, ut jam alibi dixi, fictitium ſit; ac plane incertum, a quo tempore *Alpais* Monaſterium ingreſſa fuerit, ſi tamen verum eſt eam anteactæ vitæ pœnitentia ductam ſe ſe in Monaſterio abdidiſſe. Alium enim Auctorem eam in rem non citat Cointius anno DCXCI. num. IV. quam *Bartholomæum Fiſenum* in Elogiis Sanctorum & aliorum, qui *illuſtriori virtute* Diœceſim Leodicenſem exornarunt, qui tamen audius tarius vixit, & *Alpaidis* impudicitiæ necem Sancti Lamberti Martyris imputavit. Fiſenus anno DCCXIV. num. IV. addit *Dynaeum* lib. 3. de Rebus Brabanticis; ſed neque hic majoris eſt, aut antiquitatis aut auctoritatis.

VI. *Alpais nonniſi a recentibus Scriptoribus in ſuſpicionem hujus mortis vocata.* Recte tamen Cointius anno DCCVIII. num. XII. & ſeqq. refellit quæ Baronius num. I. & ſeqq. refert ex Appendice, quam Surius ad diem XVII. Septembris ſubjecit Vitæ Sancti Lamberti a Stephano editæ, in qua putabat Surius eſſe multa, quæ a Stephano vel omiſſa, vel obſcurius annotata eſſent, fidemque propter aliarum Hiſtoriarum conſenſum mererentur. Nam quidquid in illa Appendice continetur, deſumtum eſt ab Auctoribus, qui longe poſt Stephanum anno poſt *Sancti Lamberti* mortem ducenteſimo Epiſcopum ſcripſere, veris adjectis pro libito fabulis. Baronius, qui in Geſtis Sancti Lamberti deſcribendis uſus eſt fo-

la

III. Quid molitur pellex in S. Lambertum.

At illa maligna mulier, moleſte ferens Pipinum a ſui amore revocari, Dodonem fratrem ſuum Pipino familiarem, genere & opibus præſtantem, hortatur, uti ne ſinat Lambertum tantum poſſe apud Pipinum, ut cogatur ipſa ab eo recedere in dedecus natalium ſuorum. Ille vero agit cum ſuis, datque operam, ut Epiſcopi conatus impediat. Sed videns eum perſtare in ſententia, nec contra juſtitiam cujuſquam faciem vereri, amicis quibuſdam ſororie ultionem permittit. Ex iis Gallus & Rioldus cum omnibus ſuis valde cœperunt vexare Epiſcopi familiam, nullum calumniæ aut moleſtiæ genus prætermittentes, ut vel ſic Epiſcopus ſuorum cauſa ceſſaret moleſtus eſſe Pipino propter Alpaidem. Sed vir juſtus, ut leo confidens, juſtitiæ patrocinium nulla ratione deſeruit. Tandem improbi illi ab Epiſcopi cognatis caſi ſunt, moleſtiſſime id ferente Dodone, & cauſam, cadis in ſanctum conferente.

Per id tempus Pipinus princeps in Jopiliam villam advenit. Venit etiam eo vir ſanctus ab eo tamquam pro regni tractandis negotiis evocatus. Ibi tum & Pipinus, & pellex animos iratos vultu ſereno tegunt, alii iram diſſimulant, alii lætitiam ſimulant plerique pro ſuo quiſque arbitratu in varias ſe formas transmutant. Valde autem pellex in id incumbebat, ut per aliquem poſſet Epiſcopi animum ſibi conciliare; at vel in præſentiarum abſtineret a principis reprehenſione. Apparatur convivium, Epiſcopus invitatur, lætantur aulici omnes. Princeps oblatum ſibi a pincerna poculum innuit Epiſcopo offerendum, benedictionis loco habiturus, ſi a conſecrata manu ipſe poculum acciperet, quod Maximum Imperatorem olim noverat expectaſſe a beatiſſimo Martino Epiſcopo. Et Epiſcopus illud quidem Pipino tradidit. Cujus principis reliqui proceres ſecuti exemplum, optabant a ſancta Epiſcopi manu ſibi poculum porrigi. Lambertus præ cæteris honoratur.

IV. Execratos Pellicem Pipini Lambertus.

Cunctis igitur certatim id expetentibus, & confuſe ſeſe ingerentibus, ut alii alios anteverterent, ipſa quoque pellex clam ſuam inſerit manum, ut vel ſic poſſit ex ſancti viri manu poculum accipere. Sed ille feminæ inſidias devitans, & ad principem converſus, de mulieris temeritate conqueritur, quod calliditate quadam conetur notam ipſi inurere inviſa Deo communionis. Surgenſque a menſa, ab aula vult recedere, & omnis illa convivii jucun-

PAGIUS In lucubratione *Stephani*, in qua nihil adverſus *Pippinum* nec *Alpaidem* habetur, ei crimen adulterionis injecit verbis ſat aſperis, ſcripſitque *Alpaidem* in ſuſpicionem criminis ab antiquis Scriptoribus, qui *Stephano* facem prætulere, vocatam fuiſſe; cum tamen citata Appendix, *Anſelmus*, aliique, qui Alpaidem necis illatæ Sancto Lamberto inſimularunt, longe poſt Stephanum vixerint. Baronius etiam in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XVII. Septemb. quo Sanctus Lambertus colitur, indicat Auctores duntaxat quinque, *Godeſcalcum, Stephanum, Sigebertum, Nicolaum, & Reinerum*, qui literis Vitam Sancti Lamberti tradiderint ex profeſſo, exiſtimatque ex illis quinque Scriptoribus duos tantum extare *Stefanum* & *Nicolaum*, quorum priorem a Surio publicatum reperit, poſteriorem nunquam vidit. Verum nunc editi ſunt *Godeſcalcus, Stephanus, Nicolaus*, & *Reinerus*; ita ut ſolus *Sigebertus* deſideretur; quamvis quid ipſe ſenſerit, ſatis in ſuo Chronico explicet. Editi ſunt præterea *Anſelmus Ægidius*, & *Anonymus*, qui Baronii tempore non extabant. Hi ſi in duas claſſes dividantur, non dubium eſt, quin Anonymus, Godeſcalcus, & Stephanus veteribus, reliqui quinque recentioribus accenſeri debeant. Illorum Auctorum hæ ſunt diverſæ ſententiæ: Anonymus, *Godeſcalcus*, & *Stephanus Alpaidem* necis *Sancto Lamberto* illatæ non inſimulant; inſimulant *Anſelmus*, aliique ſupra nominati, quos ſimul collegit ac typis mandandos curavit Capeavillus Tomo I. de Geſt. Pontif. Leod. Quare *Alpais*, non a veteribus Scriptoribus, ſed a recentioribus in ſuſpicionem ſceleris vocatur.

VII. Adhæc *Anſelmus*, ut fabellæ quam texebat, fidem facilius conciliaret, *Alpaidem* Dodonis ſororem primus finxit. Commentum auxit Reinerus; *Alpaidem* enim appellat neptem *Galli* & *Rioldi*; ſed non explicat ſatis dilucide, quomodo eadem ſoror eſſet Dodonis, & neptis eorum, qui *Dodonis* eſſent conſanguinei. Auctor Anonymus, aliique complures per tria ſæcula cum dimidio & amplius, cauſam quæ *Dodonis* odium in Sanctum *Lambertum* provocavit, unam eandemque conſtantiſſime reciterunt, quam retulimus ex eodem Anonymo. Poſt tantum temporis intervallum, poſt unanimem tot Auctorum conſenſum, *Anſelmus* alteram pro lubitu cauſam adinvenit, adjecitque ſuperiori, quam reticere non auſus eſt ob numerum ac dignitatem tot Scriptorum ſimul conſpirantium. *Sigebertus* paucis poſt annis audacior factus eſt *Anſelmo*; priorem, quæ tot Auctoribus fulciebatur, omiſit cauſam; poſteriorem, quam haud pridem *Anſelmus* finxerat, ſolam commemoravit. Omnium graviſſime peccavit *Ægidius*; nam cum ſtatuiſſet *Anſelmi* narrationem augere, omiſit id quod fide digniſſimum eſt, & quod ſuppoſititium erat, tranſcripſit. Apud *Anſelmum* legit duplicem cauſam Martyrii *Sancti Lamberti*; unam indubitatam, quam ab Anonymo coævo, aliiſque priſcis Scriptoribus didicerat *Anſelmus* commentus eſt, alteram fictitiam, cujus auctor ipſemet Anſelmus. Et tamen *Ægidius* priorem omiſit, textumque Anſelmi per malitiam decurtavit, ut oſtendit Cointius anno DCCVIII. num. XXXI. qui enumerat Auctores, qui per annos fere quingentos ac quinquaginta ſcripſerunt de cauſa necis illatæ Sancto *Lamberto*. Fabula illa vires acquiſivit eundo.

VIII. Tam Pippinus quam Alpais hujus ſceleris immunes.

Ad num. III. quod narrat Baronius ex Appendice Suriana ad Vitam Sancti Lamberti, & ex Pſeudo-Marcellino adverſus *Alpaidem* & Pippinum, ex dictis commentitium eſſe liquet. Certe *Pippinum* hujus ſceleris immunem eſſe, res eſt certiſſima; cum eo vivente Baſilica in honorem Sancti *Lamberti* Martyris ædificata fuerit, ut conſtat ex Auctore de Geſtis Regum Fran-

candiſtas perturbatur. Nec ſic tamen quieſcit verſutia mulieris: ſed veſperi volenti recedere Epiſcopo mandat princeps, illa ſuggerente, ne inſalutata ſua conjuge recedat. At *Epiſcopus magna animi conſtantia: Ego vero, inquit, o princeps, teſtor Jeſum ſpem vitæ meæ, me numquam adulteræ communicaturum, prohibente Apoſtolo,* (a) *ne commiſceamur fornicariis. Te vero illi communicare valde doleo, te nolle reſipiſcere moleſte fero, & timeo ſane impendere tibi iram Dei.*

(a) 1. Cor. 5.

V. S. Lambertus cum ſuis occiditur. *Cernens ergo pellex, ſi diutius vivat Lambertus, timendum ſibi eſſe, ne a Pipino ſeparetur, omnia Dodoni ſignificat, & oleum camino addens, obteſtatur eum, ut ocyus eum tollat e medio. Ita ergo, & cognatorum cædem, & ſororis diſcrimen ulturus Dodo, totum ſe accingit ad perdendum ſanctum Epiſcopum, qui jam præſciebat necem ſuam. Deinde perpetratum eſt illud immane parricidium, quemadmodum ſuperior hiſtoria continet.* Nimirum, quod aſcitis ſibi Dodo viris ſceleſtiſſimis, & audaciſſimis, in villa Legia adortus eſt ſanctiſſimum virum orantem, & per modum crucis manibus in cœlum expanſis ante ſacroſanctum altare beatorum martyrum Coſmæ, & Damiani manentem; quem impie atque crudeliter lancea perforantes interemerunt, atque cum ipſo ſimul cognatos ejus Petrum, & Adoletium: quod fieri contigit hoc anno, decimaſeptima die menſis Septembris. Sed quæ præterea ſit ſecuta ultio divina Dodonem ac ſocios nefandi ſceleris, accipe (b):

(b) In Append. apud Sur. die 17. Sept.

VI. Ultio divina in ſacrilegos. *Apparuit Lambertus nocte Amalgiſilo theſaurario, & blande eum compellans: Romam, inquit, ivimus: Roma redimus, viſitatari Dodonem, & complices ejus. Sanguis enim innocentum, qui mecum pro Chriſto effuſus eſt, a Deo vindictam expetit. His dictis, evanuit. Veram autem fuiſſe viſionem, res ipſa declaravit: Dodonis enim viſcera omnia ſtatim computruere, eaque mire fœtentia per ſe rejecit: ac tandem propter nimiam fœtoris intolerantiam corpus ejus in Moſam projectum eſt, vermibus & tabe corruptum. Qui autem ſanctum Epiſcopum interfecerat telo ſuo, cum fratre ſuo congreſſus, illum occidit, & pariter ab illo peremptus eſt. Denique intra anni ſpatium vix quiſquam evaſit ex iis, qui ejus cædis participes fuerant: ſi qui vero ſuperfuere, illi adeo aut ſenſibus aut ciſu & robur deſtituti ſunt, ut illos felices ducerent, qui*

PAGIUS Francorum cap. 50. & Continuatore Fredegarii cap. 104. Teſtantur enim *Grimoaldum* Pippini filium, *cum ad orationem in Baſilica Sancti Lamberti Martyris proceſſiſſet*, interfectum fuiſſe, vivente adhuc & ægrotante *Pippino* patre, qui virum, cujus necis auctor fuiſſet, Baſilica & titulo Martyris cohoneſtari non permiſiſſet. Ex *Pippini* pietate, aliiſque inclytis virtutibus commendatiſſimi innocentia, *Alpais* cujus cauſa obſcurior, hujus criminis expers evincitur; cum ejuſdem culpæ affines utrumque fabulatores laudati faciant.

IX. S. Begga fundat Monaſterium Andanenſe. Mortem *Sanctæ Beggæ* matris *Pippini* hoc tempore totius Franciæ Majoratum gerentis, Baronius hoc anno cum Sigeberto in Chronico recitat, quam Cointius in annum DCLXXXVI. retrahit, ut eo anno num. XVI. apud eum videre eſt. Verum eam exeunte anno ſexcenteſimo nonageſimo quarto, aut inſequentis anno contigiſſe, ex Vita *Sanctæ Gertrudis* Abbatiſſæ Nivellenſis ejus ſororis, ab Auctore Anonymo coævo ſcripta, deduco. Fuit *Begga* Pippini Senioris Præfecti Palatii per Auſtraſiam, & *Itta* ſeu *Iduberga* filia; *Grimoaldi* Præfecti quoque Palatii, & *Gertrudis* Nivellenſis Abbatiſſæ ſoror, uxor vero *Anſigiſili*, quem aliqui *Anſegiſum*, alii *Anſchiſum* appellant, filii Sancti *Arnulphi*, poſtea Metenſis Epiſcopi, quo ex matrimonio natus eſt *Pippinus Junior*, ſeu Heriſtallenſis, qui in Auſtraſia primum, ac demum in tota Francia dominatus eſt. *Begga* vidua ſe & ſua Deo devovit, atque in vico *Andana*, ad ripam fluminis Moſæ inter Namurcum & Hoium poſito, clarum Monaſterium extruxit: quod eſt hodieque illuſtre, & religione, vetuſtate, opibuſque percelebre Cœnobium *Canonicarum*, vulgo *Sæcularium* dictarum Collegium: qualia in Hannonia *Melbodienſe* Sancta *Aldegundis*, in Brabantia, *Nivellenſe* Sancta *Gertrudis* condidere, niſi progreſſu temporis Monaſteria in illa Collegia converſa fuerint. Sigebertus Anſigiſum a *Gundoino* anno DCLXXXV. peremptum, & *Beggam* anno inſequenti Monaſterium Andanenſe, vulgo *Anden*, alias *Andenne* fundaſſe ſcribit: Cointius vero anno DCLXXIV. illam fundationem collocat. Verum ex Vita Sanctæ Gertrudis num. XVIII. liquet, illam peractam anno ſexcenteſimo nonageſimo tertio, qui triceſimus quartus erat a morte Sanctæ Gertrudis: *Anno autem trigeſimo tertio poſt obitum B. Gertrudis, inſpirante Domino, venit in corde ſua germana, nomine Begga, ut ſibi ipſa vellet Monaſterium conſtruere. Poſtea vero in tali devotione venit ad ſupradictum Monaſterium Nivialla, poſtulanſque prædictam Abbatiſſam* (nempe Agnem, quæ Gertrudi ſucceſſerat) *ſimulque omnem Congregationem, ut ei aliquod adjutorium præberent*, &c dederunt ei Reliquias, & libros Sanctarum Scripturarum, & ex eo lecto dederunt ei partem in quo Sancta *Gertrudis* germana ſua migravit ad Chriſtum. Tunc Chriſtianiſſima matrona acceptis his omnibus, hæc omnia ſecum detulit ad Monaſterium ſuum, anno nempe circiter DCXCIII. Vox enim illa *poſtea* indicat eam Nivellam non veniſſe ſtatim ac de Monaſterio fundando cogitavit.

X. Annus emortualis S. Beggæ. Pergit Auctor Vitæ Sanctæ Gertrudis: *Cum autem appropinquaſſent ad Monaſterium, ubi tendebant, levaverunt cum canticis voces, & Domino laudes cecinerunt: portaveruntque Reliquias & lectum ſanctum, quem ſecum detulerant, & poſuerunt eum juxta Altare S. Genovefæ Virginis. Quis autem hominum verbis explicare poterit, quanti ibidem quotidie a dæmonio mundati, quot infirmi curati? Etenim de quacumque tribulatione ibi clamant ad dominum liberati redeunt.* ANNO *autem* SECUNDO *perfectis omnibus & bene diſpoſitis matrona illa migravit ad Dominum*, nempe Begga, quæ ideo anno cir-

qui celeri morte abſumpti fuerant. Sequenti anno contigiſſe Dodonis, & ſociorum vindictam, Sigebertus affirmat. Addit his Molanus: Sacrilegus vero Dodo æternæ damnationis incurrit interitum, tum etiam poſteritati ſuæ tanti facinoris jugem pœnam & indeficiens opprobrium uſque hodie reliquit. Unde Vvandalbertus ſcribit:

Factio quem caſum ſemper tremebunda paveſcit.

VII. Quæ pariantur Pellices omnes a S. Lamberto.

Quæ autem vindicta ſecuta ſit impiam Alpaidem, haud ſcriptis proditum eſt: ſed non illæſam præteriiſſe, vel ea eo æſtimare licet, quod etiam ea de cauſa in pellices omnes oſtenſa ſit martyris accenſa vindicta: nam ubi ſupra hæc leguntur: *Interim mirum quiddam cernere licebat (quemadmodum a majoribus accepimus) cunctæ ſine repulſa ad oſculandum martyris corpus admiſſæ, ſi qua pellex accederet, quaſi turbine quodam exagitatam retrocedere compelli. Apparebat inde, quam inviſa Deo, & ſancto martyri eſſet illa pellex deteſtabilis.* Hæc ibi. Quæ autem ſint ad ſepulcrum ejus facta miracula, iidem qui ſupra enarrant. Quod vero ad Pipinum pertinet, vehementi fuit exagitatus ob viri ſanctiſſimi necem dolore, nec eo liber uſque ad obitum, ut Marcellinus eſt auctor, (a) quo etiam auctore conſtat miſerum cum pellice ad obitum uſque perſeveraſſe: genuerat enim illa Carolum Martellum, quem & ſucceſſorem reliquit heredem. Sed de his ſuo loco dicendum.

(a) Marcell. in Suuibert. c. 25.

S. Beggæ & S. Bertini tranſitus.

Hoc eodem anno Beggam matrem Pipini ſanctitate claram ad Dominum tranſiiſſe, auctor eſt Sigebertus in Chronico: ſequenti vero anno eodem auctore liquet ipſum Pipinum orbatum fuiſſe filio Drogone Duce Campanienſium: verum ipſum ſuperviaiſſe Pipino parenti, Marcellinus affirmat, ut ſuo loco dicetur. Sanctum quoque Bertinum Abbatem hoc pariter anno conſtat ea hac vita migraſſe: extant præclaræ ejus res geſtæ a Folchardo conſcriptæ (b) de quo etiam plura leguntur in vita ſancti Audomari Epiſcopi.

(b) Apud Sur. die 5. Sept.

PAGIUS

circiter DCXCIV. aut inſequenti Spiritum Deo reddidit, poſt Monaſterium Andanenſe conditum, & Eccleſiis ſeptem inſtructum. Hanc utramque explicationem præfati Auctoris valide confirmat quod is ſubiicit de *Adula* nobili matrona, quæ minus venerationi Sanctæ Gertrudis dedita, punita eſt filii ſubmerſione, qui poſitus juxta lectum B. Gertrudis reſurrexit, ipſaque non ſolum incredulitatem depoſuit; ſed illum ſanctum lectum, *auro gemmiſque pretioſis undique circumcinctum pulcherrime exornavit*, ut inquit idem Anonymus, addens id ſe oculis ſuis vidiſſe. Locuturus vero de Adula, quæ Andanam venit, aliquo tempore a morte Sanctæ Beggæ, ait: *Poſt non multos vero dies ad idem Monaſterium quadam religioſa femina venit, ex nobili genere orta, cui nomen erat Adula, in omnibus vero ancilla Chriſti, in habitu caſta, in humilitate religioſa, in charitate non ficta, in eleemoſinis ſenibus ac pauperibus larga, egenis & peregrinis hoſpitalis. Sed tamen dubitationem habebat, utrum Dominus tanta ſigna atque virtutes per meritum B. Gertrudis dignatus eſſet oſtendere, an non. Unde contigit, ut contentio inde oriretur; ſic tamen quaſi per jocum inter matronam & unam famulam Dei ibidem in Monaſterio conſiſtentem. Quadam autem die interrogabat eam matrona dicens; quali die erat* (rectiſſimo legendum, *erit*, nam verba ſequentia hæc dicta eſſe ante Feſtum Sanctæ Gertrudis, certo oſtendant) *Feſtivitas S. Gertrudis? Illa autem reſpondens dixit, quinta hebdomada in Quadrageſima in ſexta feria. At illa dixit: Abſit hoc a me, ut pro hac ſolemnitate aliquid extra ſolitum penſum ſervitutis noſtræ augere velim, in refectionem &c. Cum autem appropinquaſſet dies ille, tunc omnes, qui ad illam ſolemnitatem illuc convenerant, cum honore, & reverentia celebrarunt diem illum.* Narrat poſtea Anonymus ſupradictum miraculum.

XI. Paſcha anno ſexcenteſimo nonageſimo ſexto incidit in diem viceſimum ſextum menſis Martii, ideoque Feſtum Sanctæ *Gertrudis*, quæ colitur, mortuaque eſt die XVII. Martii eo anno celebratum eſt feria ſexta quintæ hebdomadis Quadrageſimalis, quod per hæc tempora non contigit, niſi anni DCLXXXV. circa quem *Beggam e vivis exceſſiſſe* nullus dixerit. Quare vel eam ſub finem anni DCXCIV. vel initio anni DCXCV. die incerto vitam clauſiſſe non videtur in dubium revocandum. Colitur *Begga* die XVII. menſis Decembris. Ex dictis noſtra Rerum Francicarum Chronologia ab anno DCXXXVIII. quo *Dagoberti* Regis hujus nominis Primi mortem collocandam eſſe diximus, uſque ad hujus ſæculi finem valide confirmatur, liquetque Baronium, qui eam mortem copulavit cum anno DCXLVII. & recentiores illos Scriptores, qui eam an. DCXLVI. accidiſſe arbitrati ſunt, toto hoc fere ſæculo in rebus Gallicis enarrandis plurium annorum metachroniſmo peccaſſe; cum ab illo anno capite pleraque poſtea in Francia geſta pendeant. *Pippinus Landenſis* anno ſecundo Clodovei II. Dagoberti Succeſſoris, hominem exuit, ut diximus ex Fredegario, ideoque juxta noſtram ſententiam anno DCXXXIX. Obiit Gertrudis *die Dominica* XXXIII. ætatis ſuæ anno, ſub die XVI. Kalend. April. ut inquit Auctor Vitæ ejus num. VIII. qui jam num. III. ſcripſerat, natam fuiſſe annos XIV. cum *Pippinus* pater ejus de hac luce migravit, ideoque anno DCLIX. quo Dominica & dies XVII. Martii concurrunt, mortalitatem explevit. Ab ejus obitu fluxerunt anni XXXIII. & amplius, antequam *Begga* de Monaſterio condendo verba faceret, quæ eo condito anno DCXCIV. vel DCXCV. vitam cum morte commutavit. Neque enim ex dictis vitam ulterius producere potuit; cum nonniſi poſt multos annos ab anno DCXCVI. Feſtum Sanctæ *Gertrudis*, ſeu dies XVII. menſis Martii cum feria ſexta quintæ hebdomadæ Quadrageſimalis conveniat, anno ſcilicet Chriſti DCCVII. Quapropter ſicut annus emortualis *Beggæ* poſt annum DCXCVI. non accidit; ita mors *Dagoberti* Primi in ann. DCXXXVIII. & ſecundus *Clodovei II.* ejus Succeſſoris in an. DCXXXIX. neceſſario competit, & ſic deinceps de aliis Francorum Regibus.

Ex eo verum Francicarum Chronologia confirmata.

Mor-

n

pi. Sed inviſamus tandem res Italiæ.

VIII. (a) Sigeb. hoc ann. & Bed. de ſex. ætat. hoc tempore. (b) Paul. diac. lib. 5. c. 14.

Eodem anno (a) celebrata reperitur Synodus Aquilejenſis, de qua Paulus diaconus (b): *Hoc tempore*, inquit, *Synodus Aquilejæ facta ob imperitiam fidei Quintum univerſale Concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus B. Sergii Papæ monitis inſtructa, & ipſa cum cæteris Chriſti Eccleſiis annuere conſenſit*. Hæc Paulus. Cæterum longe ante hoc tempus reſipuiſſe liquet Eccleſiam Aquilejenſem ab antiquo ſchiſmate cauſa Quintæ Synodi orto ob Tria illa capitula: etenim ejuſdem Aquilejenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Agatho nomine, interfuiſſe, & ſubſcripſiſſe reperitur Synodo Romæ factæ ab Agathone Romano Pontifice, ut ejuſdem Synodi Acta teſtantur. Quamobrem eamdem Eccleſiam iterum in errorem lapſam, dicere opus eſt, perfecte vero a Sergio Romano Pontifice eſſe curatam. Longus morbus olim S. Gregorii Papæ medicina impertita curatus, iterum erupit in ulcus ipſo vivente; ſed rurſum ſanatus languor, rurſus invaluit, donec divina gratia per ſanctiſſimum Pontificem Sergium penitus eſt curatus.

Synodus Aquilejens.

PAGIUS XII. *Mors S. Bertini Abbatis Monaſterii S. Audomari,*

Mortem *Sancti Bertini* Abbatis Sithivenſis in Morinis recitat hoc anno Baronius, quia Folcardus Sithivenſis Monachus, qui ſæculo undecimo floruit, cap. 22. ejus Vitæ Sæculo III. Benedictino parte I. relatæ, ait: *Tranſiit idem Dei Athleta Nonas Septembris anno Incarnati Verbi ſexcenteſimo nonageſimo octavo, ætatis vero centeſimo duodecimo, Childeberti vero Francorum Regis quinto decimo, anno ex quo eumdem locum conſtruere cœpit, quinquageſimo nono.* Verum Folcardus, Auctor Chronici Fontanellenſis, aliique Scriptores, qui ante ſæculum duodecimum vixere, in annis Incarnationis cum annis Regum Francorum primæ Stirpis copulandis plerumque errant, vel in Indictione, vel in annis Incarnationis. Quare in eorum lectione habenda tantum ratio annorum Regum Francorum; cumque annus *XV. Childeberti* III. a Folcardo memoratus incidat in annum ſeptingenteſimum nonum, *Sancti Bertini* mors juxta Folcardi mentem ad eum annum differenda. Ortus eſt *Bertinus* non longe a Conſtantia Civitate Alemanniæ, eadem ſtirpe progenitus ac Sanctus *Audomarus*, de genere ſcilicet Sancti Arnulphi & Anſegiſi. Factus Monachus Luxovienſis cum *Mummolino* & *Bertramno* piiſſimis Monachis Cœnobium condidit, quod *Vetus Templum* dicitur, ut liquet ex donatione facta a loci Domino Adroaldo *VIII. Idus Septembris, anno XI. Regni Domini noſtri Clodovei Regis* hujus ſcilicet nominis Secundi, quam recitat Cointius anno DCXLVIII. num. XXX. Annos quatuordecim in Veteri Templo reſedit, & poſtea Monaſterium nomine *Sithiu* in honorem Sancti Petri ædificavit in pago Tarvennico, a prima ſua origine ampliſſimum, quod hactenus Sancti *Bertini* nomine celebratur, includiturque muris *Audomaropolis*, quæ Urbs eſt a Monaſterii celebritate orta, quæque an. MDLIX. Sedes Epiſcopalis evaſit. Aliquot ante mortem annis regimen abdicavit *Bertinus*, ut liberius contemplationi vacaret. De eo & Monaſterio Sithivenſi legendus Malbrancus lib. 4. de Morinis. Nunc nomen *S. Audomari* retinet locus, Gallice *Saint Omer*.

XIII. *Concilium Aquilejenſe*

Ad num. VIII. Beda in lib. de ſex Ætatibus teſtatur, Tiberio Apſimaro imperante, Sergioque Papa ſedente Concilium Aquileiæ celebratum eſſe adverſus eos, qui Tria Capitula tuebantur: *Synodus*, inquit, *Aquileiæ facta, ob imperitiam fidei, Quintum Univerſale Concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus B. Papæ Sergii monitis inſtructa, & ipſa huic cum cæteris Chriſti Eccleſiis annuere conſentit*. Baron. an. DLIII. num. CCXXII. aſſerit, Bedam his verbis deſignare Synodum Aquileienſem tunc adverſus Trium Capitulorum defenſores congregatam hic tamen Bedam de diverſa Synodo ſub Sergio habita interpretatur. Priorem Baronii ſententiam exponit, & ſequitur Eminent. Card. Noriſius in Diſſert. de Quinta Synodo cap. 9. paragrapho I. atque *Bedam* Concilium a Paulino Aquileienſi contra V. Synodum ſæculo ſuperiori coactum ſignificaſſe, ex illo adverbio *donec*, non obſcure colligi, eo quod ille error ac pravum de Synodo V. judicium diu ante Sergium apud Aquileienſes invaluerat, & Epiſcopi Veneti atque Iſtri eum Metropolita Aquileienſi Synodum V. receperant, qui ideo contra eamdem, ſuam Synodum poſtea celebraſſe dicendi ſunt. At *Bedam* de alia Synodo hoc tempore habita verba facere, docet Paulus Diaconus lib. 6. Hiſt. Langobard. cap. 14. poſtquam enim Tiberium Imperium inveſiſſe narravit, ſcribit: *Hoc tempore Synodus Aquilejæ facta, ob imperitiam fidei Quintum Univerſale Concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus B. Papæ Sergii monitis inſtructa, & ipſa cum cæteris Chriſti Eccleſiis annuere conſenſit*. Verba eadem habet Auctor Libri Pontificalis in Sergio: *Hujus temporibus Aquilejenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & Synodus quæ ſub eo congregata eſt, qui Sanctum V. Univerſale Concilium, utpote errantes, ſuſcipere diffidebant, ejuſdem Beatiſſimi Papæ monitis atque doctrinis inſtructi, converſi ſunt, iidemque Venerabile Concilium, cum ſatisfactione ſuſceperunt: & qui prius ſub erroris vitio tenebantur, Doctrina Apoſtolica Apoſtolicæ Sedis illuminati, cum pace conſonantes veritati ad propria relaxati ſunt*. Veroſimile autem non eſt, Paulum, qui non multo poſt Bedam floruit, in hujus ſenſum non penetraſſe. Auctor vero Libri Pontificalis errore vulgari Anaſtaſio attributi hoc ipſo tempore, ſicuti Beda, vivebat.

Certe anno DCXXX. quidam *Fortunatus* Sedem Gradenſem invaſit, homo Schiſmaticus, qui poſtea ſibi timens ad Langobardos fugit, de quo Chronicon Aquileienſe apud Ughellum Tomo I. Italiæ Sacræ: *Fortunatus quidam hæreticus Pontificatum arripuit, qui Quintam Synodum minime recipiens, ob ſui erroris piaculum, &c. fugit cum ſacra ſupellectile in Longobardiam*. Verum quidem eſt, Antiſtites Aquilejenſes, quod recte obſervavit Card. Noriſius ibidem paragrapho 6. Synodum V. damnato Schiſmate recepiſſe. Nam *Maximus* Archiepiſcopus Aquileienſis in Synodo Lateranenſi anno DCXLIX. Secretario Primo hæc pronunciavit: *Contra Theodorum autem & Origenem in Sancta Quinta Synodo accuſator quidem nullus ſed tantummodo eorum Conſcripta ad accuſationem ipſorum, & reprehenſionem ſuffeciſſe noſcuntur*. Verum eſt etiam, quod ſcribit Baronius, *Agathonem* Epiſcopum Aquilejenſem ſubſcripſiſſe Syno-

XIV. *Aquilejenſes Tria Capitula adhuc defendebant.*

IX. *(a) Theop. & Cedren. hoc an.* — *Ingens Sarracenorum cædes.*

Quod ſpectat ad res Orientalis Imperii, Græcorum id habent Annales: (*a*) *Anno ſecundo Imperii Abſimari, Romani Syriam peragrantes, & venientes uſque Samoſatam, & deprædantes circumquaque regionem, multa occiderunt millia barbarorum; tradunt nonnulli, decenta millia cæſa eſſe: onuſtique ſpoliis magno relicto hoſtibus timore, ad propria ſunt reverſi.* Mirum auditu, quantum gens Sarracenorum fuerit his temporibus numeroſa, utpote quæ Armeniam, Perſidem, Palæſtinam, Ægyptum impleret, & Libyam, Africamque univerſam penitus occuparet, Inſulaſque complures, atque jam jam in Europam ſeſe infundere præpararet. Sic quidem quantumlibet eorumdem multiplices cædes fierent, nullam viſi ſunt diminutionem ſenſiſſe, nec contineri potuiſſe quin illaberentur in cæteras regiones.

Qui

PAGIUS

nodo factæ ab Agathone Papa, ideoque ante Sergium Eccleſiam Aquileienſem ad Romanam acceſſiſſe. Sed inde non ſequitur, aliquos in illo Patriarchatu in eum errorem non recidiſſe, ad quem radicitus evellendum novo Concilio opus fuerit. Sed quidquid hæc de re ſit, ſub Sergio finem accepit controverſia illa, ſedente Vigilio Papa exorta. [1]

XV. *Tiberius Apſimarus fit Imp.*

Ad num. IX. Hoc anno *Leontius* Imperio exturbatus eſt, & *Tiberius Apſimarus* in locum ejus ſubrogatus, poſtquam Saraceni Carthaginem, & totam Africam occuparunt, ut anno DCXCVI. monſtravimus. Quare incurſionem Romanorum in Syriam, ubi magnum numerum Saracenorum occiderunt, de qua Baronius hoc anno ſequenti factam eſſe oportet, cum Theophanes & Cedrenus eam ad annum II. Tiberii Apſimari recitent. Tiberium vero hoc anno Imperium invaſiſſe, docent Sigebertus, Marianus ac Hermannus in ſuis Chronicis.

XVI. *Obitus S. Claudii Abb. Jurenſis & Epiſcopi Veſontionenſis.*

Anno Childeberti Regis quarto ſupremum diem obiit *Sanctus Claudius* Abbas Jurenſis in Diœceſi Lugdunenſi, ut teſtatur Anonymus in ejus Vita, recitata a Mabillonio Sæculo II. Benedictino, ubi hunc Auctorem antiquum non eſſe oſtendit, ut putabat Joannes Jacobus Chiffletius in Hiſt. Epiſc. Veſontionis. Petrus Franciſcus Chiffletius in Indicibus Epiſcoporum Veſontionenſium & Abbatum Jurenſium, S. *Claudii* annos ac res geſtas hoc modo ordinat. Natus eſt *Claudius* in Salinenſi Oppido apud Sequanos Burgundiæ populos, annoque ætatis XX. Veſontionenſi Eccleſiæ adſcriptus eſt *Canonicus*. Poſt annos duodecim ad vitam perfectiorem anhelans, Jurenſi Monaſterio ſe ſe addixit; ubi cum annos quinque privatus egiſſet, Abbas conſtitutus eſt, *Joanne* Papa IV. Sedem Romanam tenente, Vacante interim Sede Veſontionenſi, jam tum grandævus magno omnium ordinum conſenſu renunciatus eſt Epiſcopus. Sedis dignitatem abdicavit poſt annos ſeptem, ſeſeque in eremum ſe recepit; ubi cum annis LV. qua Abbas, qua Epiſcopus præfuiſſet, ſanctiſſime obiit. *Fuit vero in hoc ſæculo uſque ad quartum annum Childeberti Francorum Regis*, inquit idem Anonymus. Colitur in Martyrologio Romano *VIII. Idus Junias*, ubi tamen Baronius in Notis hunc *Claudium* ab alio *Claudio* Veſontionenſi æque Pontifice, qui Epaonenſi Concilio anno DXVII. congregato ſubſcripſit, non diſtinguit, quamvis ibidem addat, mortuum eſſe anno quarto Childeberti Tertii Regis Francorum. Cointius Tom. IV. ſuorum Annal. Vitam *S. Claudii* fuſe examinavit.

NOTÆ

[1] Pagium & Noriſium hallucinationis manifeſtæ reos hic tenet Cl. Saxius, & ante illum P. Rubeus, alter in Notis ad Regnum Italiæ Sigonii novæ editionis t. 2. col. 142. hic vero in diſſertatione de Schiſmate Aquilejenſi cap. [illegible] Nam gemini illi, quos producunt, Maximus & Agatho licet Aquilejenſes ſeſe patriarchas obtruderent, reipſa tamen Gradenſes erant Epiſcopi, qui, pro more cæteris etiam Gradenſibus familiari Patriarchas ſe Aquilejenſes nuncupabant. Quod in Agathone planum fit, qui ſe ita deſignavit *Agatho Epiſcopus Aquilejenſis Provinciæ Iſtriæ*, quod ſcriptum ab eo eſt ad excludendam veterem Aquilejam, quæ [illegible] accenſebatur. Igitur jure meritoque Aquilejenſe Schiſma uſque ad Sergium perſeveraſſe Eruditi huc uſque affirmarunt. Mansi

JESU CHRISTI ANNUS 699.	SERGII PAP. ANNUS 12.	TIBERII ABSIMARI IMP. ANNUS 3.

I. QUi ſequitur annus ſexcenteſimus nonageſimusnonus, Indictione duodecima numeratur. quo Sergius Papa, divina prævia admonitione (*a*), conſecravit ſanctum Hubertum Leodienſem Epiſcopum, dignum ſancti Lamberti martyris ſucceſſorem: fuit ipſe quidem nobilis genere, utpote filius Bertrandi Aquitaniæ Ducis, qui propter Ebroini tyrrannidem confugerat ad Pipinum. Hic igitur inter alia monumenta, quibus ſuam Eccleſiam illuſtravit, illud quidem edidit haud mediocris gloriæ & utilitatis, quo poſteris omnibus bene voluit eſſe conſultum, ne fidem Catholicam, quam puriſſimo e latice hauſtam bibiſſent, aliquando, novatoribus ſuadentibus, permutarent. Quo igitur ſibi ſubditos in Catholicæ fidei obſervantia, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia, a qua ſanctum Evangelium accepiſſent, cultu perpetuo firmiter contineret, & poſteros eodem vinculo obligaret, tradidit publicum ſigillum urbi S. Lamberti martyris imagine ſculptum, atque hujuſmodi inſcriptione notatum: SANCTA LEGIA ROMANÆ ECCLESIÆ FILIA. Ita ex Placentio Molanus reddit. Extant ſancti hujus vitæ Acta, quibus inſignes ipſius virtutes & in edendis miraculis immenſa gratia prædicantur. Contulit ipſe his quoque temporibus in aream Dominicam de prædicatione ad gentes manipulos uberes, ex Bramantiæ populo tunc infideli collectos.

(*a*) *Molan. in Indice SS. Belg. & in Natal. eorumdem die 3. Novemb.*

Sergius Papa conſecrat Hubertum Epiſc.

II. Quibus etiam temporibus contigit ex frequenti commercio venientium ex Anglia Romam ad limina Apoſtolorum, innotuiſſe ſancto Sergio Papæ ſanctum Althelmum * Schireburgenſem, quem ejus virtutibus captus in Urbem vocaverit: de quo legitur, liberaſſe divina virtute ipſum Sergium Papam magna calumnia circumventum: verum quod nuſquam alibi de re tanta mentio habeatur, haud ſatis tuta eſt fides auctoris. Tu, lector, audies, & pro animi ſententia ea accipe. Quomodo autem id acciderit, breviter in ejus vitæ Actis ita deſcribitur (*b*): *Interim crevit fama ejus multis præconiis illuſtrata, ultraque mare ſe transferens, & ipſas etiam Alpes excedens, Romam uſque perlata eſt. Ea vero incitatus Sergius Romanus Pontifex, ſcriptis eum ad ſe accivit, venientemque honorifice ſuſcepit.* Et paulo inferius: *Per idem tempus puer quidam ex inceſtu genitus, Romani Pontificis famam nonnihil contaminavit, quod vulgus (ut fieri ſolet) ſparſo rumore vano, male perſuaſus, eum Pontificem habere patrem exiſtimaret. Anxius igitur Althelmus, multumque dolens Pontificem haud vulgari amicitia ſibi devinctum, ejuſmodi infamia fœdari, puerum nonniſi novem habentem dies exhiberi jubet, eique in*

* Aldhelmum.

(*b*) *Apud Sur. die 25. Maii.*

Sergius Papa calumniam paſſus divinitus liberatur.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6192.

☉ 8. E. ☽ 16. P. 13. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 699.

SERGII PAPÆ 13.

TIBERII APSIMARI IMP. 2.

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſp. DCCXXXVII. Anno Hegiræ LXXX. Inchoata die 9. Martii fer. 2. A.C. 699.

I. AD Num. I. Cum *Sanctus Lambertus* Trajectenſis ad Moſam Epiſcopus anno ſeptingenteſimo ſeptimo Martyrio coronatus fuerit, ante eum annum Sanctus *Hubertus* eidem non ſucceſſit. Adoleſcentiam nondum is exceſſerat, cum Sanctæ Vitæ propoſitum arripuit, peregitque in Auſtraſiam, ut Sancti *Lamberti* diſciplinæ ſe traderet. Uxorem jam duxerat *Floribanam*, ex eaque filium ſuſceperat, nomine *Florebertum*, in Epiſcopatu Trajectenſi ſeu Leodicenſi poſtea Succeſſorem, quem tamen aliqui filium tantum ejus ſpiritualem perperam interpretantur. Anonymus enim, qui morti ejuſdem Huberti præſens interfuit, de illo in ejus geſtis apud Surium ad diem III. Novembris ſcribit: *Nos torum ipſius circumambientes, unaque nobiſcum egregius filius ejus Florbertus, præſtolabamur glorioſam ipſius migrationem.* Qui textus de ſpirituali filio ſumi non poteſt, quis quotquot aderant glorioſam in Cœlum migrationem Sancti *Huberti* præſtolantes, ii ſpirituales ejus erant filii. Miræus, quem Baronius hic ſequitur, ad diem III. Novembris dicit, Hubertum patre *Bertrando*, *Aquitaniæ Duce* natum eſſe. Verum in libello, qui de *Sancti Huberti Converſione* inſcribitur, Hubertus *genere* dicitur *Aquitanicus*: quos autem parentes habuerit, nec Auctor iſtius libelli prodit, nec indicat Anonymus coævus, qui Vitam ejuſdem Huberti conſcripſit. Nec denique ei patrem aut fratrem Aquitaniæ Ducem fuiſſe veroſimile eſt, inquit Cointius anno DCCII. qui varias difficultates ſuper Huberti geſtis artas enodat. *Sanctus Hubertus* Trajecto *Leodium* non tantum Reliquias Sancti *Lamberti*; ſed & Cathedram Pontificalem tranſtulit. Deinceps a *Legia* ſeu Leodio Legienſes ac *Leodienſes* vocati ſunt Epiſcopi, qui antiquiſſime a *Tungris* Tungrenſes, & poſtea a ſuperiori *Trajecto* Trajectenſes appellabantur. *Legia*, qui vicus erat perexiguus, crevit temporibus Sancti *Lamberti*, poſtquam ibi Sanctum *Theodardum* Deceſſorem ſuum ſepulturæ donavit: ſed poſtquam Sanctus *Hubertus* Lamberti corpus Legiam tranſtulit, ea in Urbem celeberrimam evaſit.

S. Hubertus fit Epiſc. Leodienſis.

II. Ad num. II. & ſeqq. Anno DCXCII. locuti ſumus de libro ſeu Epiſtola a *Sancto Aldhelmo* Malmeſburienſi Abbate adverſus Britonum errorem de Paſchate ſcripto, & quidem eo circiter anno. Oſtendimus etiam

Digitized by Google

virtute & nomine Jeſu Chriſti imperat, ut edicat, num Sergius Pontifex eo ſe ſcelere obſtrinxerit. Reſpondit infans abſolutiſſimo ſermone, Pontificem nequaquam illi crimini affinem eſſe, nihil illum cum femineo ſexu commercii habere. Atque ita Althelmus & ab amico Pontifice depulit infamiam, & ſibi gratiam cumulavit. Porro recedentem ab Urbe donatum eum dimiſſum eſſe a S. Sergio Papa, & inter alia altari portatili, idem auctor affirmat, atque de eodem altari hæc narrat:

III. Altaris tabula fracta integra reddita.

Jam ad Alpes pervenerat, & jumentum illud ferens altare ob itineris prærupta loca cecidit, contritumque eſt jumentum, & altare in duas ſciſſum partes. Id ut vidit vir ſanctus, ad Deum preces fudit, & cum benedictionem impertiiſſet, ſalus jumento reddita eſt, & marmor non directa linea, ſed flexuoſo anfractu diruptum, redintegratum eſt: ſed ita tamen, ut in miraculi memoriam, etiamnum rupturæ ejus veſtigia appareant curioſius inſpicienti. Hæc auctor. Porro de eodem ſancto conſtantiora ſunt quæ Beda (a) de ipſo habet, qui cum præclarum de eo mentionem faciat, ejuſque Epiſcopatum referat anno Domini ſeptingenteſimoquinto contigiſſe, plane ſignificatur, non Epiſcopum, ſed presbyterum, ſive diaconum eum Romam ad Sergium ſe conferre potuiſſe. Quomodo autem idem claruerit inter ſcriptores Eccleſiaſticos, egregia ſui ingenii relinquens poſteris monumenta, idem Beda ſic ait:

(a) Beda de geſt. Angl. l. 5. c. 19.

*Denique Althelmus * cum eſſet adhuc presbyter & Abbas monaſterii, quod Maildui urbem nominant, ſcripſit jubente Synodo ſuæ gentis librum egregium adverſus errorem Britonum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia perplura Eccleſiaſticæ caſtitati & paci contraria gerunt: multoſque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ſubditi erant Britones, ad Catholicam Dominici Paſchæ celebrationem hujus lectione perduxit. Scripſit & de virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere, & verſibus hexametris, & proſa compoſuit. Scripſit & alia nonnulla, utpote vir undecumque doctiſſimus: nam, & ſermone nitidus, & ſcripturarum (ut dixi) tam liberalium quam Eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus.* Hucuſque Beda.

* Aldhelmus.

Althelmi ſcriptorum monumenta.

IV. Pro Canonico Paſchate reſtituendo laboratum.

Extat ejuſdem auctoris de virginitate ſoluta oratione tractatio. Quod vero ad librum ſpectat de Paſchate ſcriptum adverſus Britonum errorem, tempus hoc id poſtulabat, ut qui in iis regionibus pollerent ingenio, illud exercerent in evellendis pro cultura agri Dominici vepribus inoliti in eo errore conſuetudinis. *Cujus rei cauſa, eo tempore* (inquit Beda b) *plurima pars Scotorum in Hibernia, & nonnulla etiam de Britonibus in Britannia, rationabile & Eccleſiaſticum Paſchalis obſervantiæ tempus, Domino donante, ſuſcepit. Siquidem Adamnanus presbyter, & Abbas monachorum qui erant in inſula Hii, cum legationis gratia miſſus a ſua gente veniſſet ad Alfridum Regem Anglorum, & aliquandiu in ea provincia moratus videret ritus Eccleſiæ canonicos, & a pluribus qui erant eruditiores, eſſet ſolerter admonitus, ne contra univerſalem Eccleſiæ morem, vel in obſervantia Paſchali, vel in aliis quibuſque decretis cum ſuis pauciſſimis & in extremo mundi angulo poſitis vivere præſumeret, mutatus mente eſt: ita ut ea quæ viderat & audierat in Eccleſiis Anglorum, ſuæ ſuorumque conſuetudini libentiſſime præferret. Erat enim vir bonus & ſapiens, & ſcientia ſcripturarum nobiliſſime inſtructus. Qui cum domum rediiſſet, curavit ſuos qui erant in Hii, quive eidem erant ſubditi monaſterio, ad eum quem cognoverat, quemque ipſe ex toto corde ſuſceperat, veritatis callem perducere, nec valuit. Navigavit itaque in Hiberniam, & prædicans eis ac modeſta exhortatione declarans legitimum Paſchæ tempus, plurimos eorum, & pene omnes qui ab Hiienſium erant dominio liberi, ab errore correctos, ad unitatem reduxit Catholicam, ac legitimum Paſchæ tempus obſervare perdocuit.* Verum Hiienſium converſionem ad obſervationem legitimi Paſchatis factam eſſe per ſanctum Ecbertum poſt annos decem ac ſeptem, nempe ſeptingenteſimo decimoſexto, idem auctor

(b) Beda l. 5. c. 16.

eſt

PAGIIS

Floret S. Aldhelmus Abbas Malmesburienſis.

Aldhelmum non multo poſt ſcripſiſſe librum *de Virginum laude*, quorum hic meminit Baronius. Compoſuit & aliqua Opuſcula Metrica, quæ extant, ſicuti & præfatum Opuſculum; alia enim periere. De iis legendus Willelmus Malmesburienſis *in* ejus Vita, quæ Baronii tempore non extabat. Viderat enim tantum Cardinalis doctiſſimus epitomen Vitæ Sancti Aldhelmi recitatam a Surio ad diem XXV. Maii, ſed valde imperfectam. Ex ea *narrat*, dum Romæ eſſet Aldhelmus, excogitatam eſſe in *Sergium* Papam calumniam, quod nempe pater eſſet pueri recens nati, quem cum baptizaret Aldhelmus, coram adſtantibus ei præcepit edicere, ſi pater ejus eſſet is, qui vulgo dicebatur. Puer vero reſpondit, *non ſe eſſe genitum illius opere, quem vanus in hoc referebat populus*. Quæ narratio in dubium a Baronio vocatur, & revera non habetur in Sancti Aldhelmi Vita, a Willelmo Malmesburienſi elucubrata, licet legatur in alia Vita Sancti Aldhelmi, ſcripta ab Auctore Anonymo Monacho Malmesburienſi, qui paulo ante Willelmum Malmesburienſem vixit, ut oſtendit Henſchenius, qui eam publicavit, ad diem XXV. Maii. Non confundendus autem *Aldhelmus* Abbas Malmesburienſis cum *Adamnano* ſeu *Adamnano* Abbate Hiienſi in Scotia, de quo loquitur

Be-

(a) Beda l.5. c.23.

eſt Beda (*a*), noſque de ea ſuo loco dicemus.

V.

Porro hoc & ſequenti anno Pictos populos eodem errore detentos, per Ceolfridum Abbatem eo eſſe liberatos, idem affimat Beda, qui rem geſtam memoria dignam ita deſcribit (*b*): *Eo tempore Naitanus Rex Pictorum, qui Septentrionales Britanniæ plagas inhabitant, admonitus Eccleſiaſticarum frequenti meditatione ſcripturarum, abrenunciavit errori, quo eatenus in obſervatione Paſchæ cum ſua gente tenebatur: & ſe ſuoſque omnes ad Catholicam obſervantiam Dominicæ reſurrectionis tempus celebrandi perduxit. Quod ut facilius, & majori auctoritate perficeret, quæſivit auxilium de gente Anglorum, quos jamdudum ad exemplum ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſuam religionem inſtituiſſe cognovit. Siquidem miſit legatarios* * *ad virum venerabilem Ceolfridum Abbatem monaſterii beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod eſt ad oſtium Vuyri amnis, & juxta amnem Tinam, in loco qui vocatur Ingiruum, cui ipſe poſt Benedictum (de quo ſupra diximus) glorioſiſſime præfuit poſtulans ut exortatorias ſibi litteras mitteret, quibus potentius confutare poſſet eos, qui Paſcha non ſuo tempore obſervare præſumerent: ſimul & de tonſuræ modo, vel ratione, qua clericos inſigniri deceret: excepto quod etiam ipſe in his non parva ex parte eſſet imbutus.*

(b) Beda l.5. c.22.

Naitanus Rex Pictorum corrigit errorem de Paſchate, atque tonſura.

* legatos

VI. Romano more Rex cupit cuncta peragi.

Et architectos ſibi mitti petiit, qui juxta morem Romanorum eccleſiam de lapide in gente ipſius facerent, promittens hanc in honorem beati Apoſtolorum principis dedicandam: ſe quoque ipſum cum ſuis omnibus morem ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſemper imitaturum, in quantum dumtaxat tam longe a Romanorum loquela & natione ſegregati hunc ediſcere poſſent. Cujus religioſis votis ac precibus favens reverendiſſimus Abbas Ceolfridus, miſit architectos quos petebat, & litteras ſcriptas in hunc modum:

Ceolfridi Abb. epiſtola.

Domino excellentiſſimo & glorioſiſſimo Regi Naitano Ceolfridus Abbas in Domino ſalutem. Catholicam ſancti Paſchæ obſervantiam, &c. Prolixa ſatis epiſtola eſt, de his omnibus quæ eum Rex interrogaverat exactam doctrinam habens, in fine vero hujuſmodi admonitionem continens: *Sed & nunc tuam prudentiam, Rex, admoneo, ut ea quæ unitati Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ concinunt una cum gente, cui te Rex Regum & Dominus Dominorum præfecit, in omnibus ſervare contendas. Sic enim fit, ut poſt acceptam temporalis regni potentiam ipſe beatiſſimus Apoſtolorum Princeps cæleſtis quoque regni tibi tuiſque cum cæteris electis libens pandat introitum. Gratia te Regis æterni longiori tempore regnantem ad noſtram omnium que pacem cuſtodiat incolumem, dilectiſſime in Chriſto fili.*

VII. Rex bene corrigit pravos uſus ex præſcripto Apoſtolicæ Sedis.

Quæ autem poſt hæc, ipſa accepta epiſtola, ſecuta ſint, idem Beda narrat his verbis: *Hæc epiſtola cum præſente Rege Naitano, multiſque viris doctioribus eſſet lecta, ac diligenter ab his qui intelligere poterant, in linguam ejus propriam interpretata, multum de ejus exhortatione gaviſus eſſe perhibetur: ita ut ſurgens de medio optimatum ſuorum conſeſſu, genua flecteret in terram, Deo gratias agens, quod tale munuſculum de terra Anglorum mereretur accipere. Et quidem & antea novi, inquit, quia hæc erat vera Paſchæ celebratio, ſed in tantum modo rationem hujus temporis obſervandam cognoſco, ut parum mihi omnino videar de his antea intellexiſſe. Unde palam profiteor, vobiſque, qui aſſidetis præſentibus proteſtor, quia hoc obſervare tempus Paſchæ cum univerſa mea gente perpetuo volo; & hanc accipere debere tonſuram, quam plenam eſſe rationis audivimus, omnes qui in meo regno ſunt, clericos, decerno. Nec mora, quæ dixerat, regia auctoritate perfecit. Statim namque juſſu publico mittebantur ad tranſcribendum, diſcendum, obſervandum per univerſas Pictorum provincias circuli Paſchæ decennovennales, obliteratis per omnia erroneis octoginta & quatuor annorum circulis. Attondebantur omnes in coronam miniſtri altaris ac monachi: & quaſi novo ſe diſcipulatui beatiſſimi Apoſtolorum principis Petri ſubditam, ejuſque tutandam patrocinio, gens correcta gaudebat.* Hactenus de his Beda.

Sed

PAGIUS

Beda lib.5. cap.16. & teſtatur, Legatum miſſum eſſe ad Alfridum Regem Northanhumbrorum, & acceſſiſſe Catholicis partibus, hortante potiſſimum *Sancto Ceolfrido* Abbate Wiremuthenſi, uti Ceolfridus ipſe teſtatur in Epiſtola ſua ad *Naitanum Regem* ſcripta apud Bedam in lib.5. cap.22. cujus partem Baronius recitat.

III. *Floret S. Adamnanus Abbas Hienſis.*

Sanctus itaque *Adamnanus* floruit ſub hujus ſæculi finem in Monaſterio Hienſi, ſeu Sancti Columbæ. Situm erat Monaſterium iſtud in inſula *Hii* contermina Hiberniæ ac Provinciæ Pictorum, quæ hodie *Scotiæ* nomine appellatur. Præter Vitam Sancti Columbæ Abbatis, quam tribus libris deſcripſit, compoſuit etiam libros tres *de Locis Sanctis, ex relatione Arculfi Epiſcopi Galli*, quem Beda in lib.5. cap.16. aſſerit legentibus *utiliſſimum* eſſe. Opuſculum illud, quod opera Jacobi Gretſeri hujus ſæculi initio typis datum fuerat, cum vix hodie reperiretur, Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte II. cum MSS. collatum rurſus in lucem emiſit, cui ſubjecit *Itinerarium* cujuſdam Franci in loca ſancta, factum ſæculo nono jam inclinante. Colitur *Adamnanus* in Faſtis Benedictinis IX. Kalend. Octob. Epiſtola Ceolfridi Abbatis *ad Naitanum Regem de Ratione Paſchatis* anno incerto ſcripta.

Theo-

VIII. Sed revertamur ad Adamnanum, quem diximus plurimum laboraſſe, ut ſuos ad Paſcha Catholicum celebrandum adduceret. Accidit opportuna oblata occaſione, ut ipſe de locis ſanctis, qui coluntur in Palæſtina, proficuum valde ſcripſerit commentarium, de quo iſta Beda (a): *Scripſit idem vir de locis ſanctis librum legentibus multum utiliſſimum, cujus auctor erat docendo ac dictando Gallorum Epiſcopus Arculfus, qui locorum gratia ſanctorum venerat Hieroſolymam; & luſtrata omni terra repromiſſionis, Damaſcum quoque, Conſtantinopolim, Alexandriam, multaſque maris inſulas adierat, ea patriamque navigio revertens, vi tempeſtatis in Occidentalia Britanniæ littora delatus eſt: ac poſt multa ad memoratum Chriſti famulum Adamnanum perveniens, ubi doctus in ſcripturis, ſanctorumque locorum gnarus eſſe compertus eſt, libentiſſime eſt ab illo ſuſceptus, libentius auditus: adeo ut quæque ille ſe in locis ſanctis memoratu digna vidiſſe teſtabatur, cuncta mox ille litteris mandare curaverit.*

(a) Beda l. 5. c. 16.

Arculfi Epiſc. peregrinatio ad loca Sancta.

IX. *Fecitque opus (ut dixi) multis utile, & maxime illis qui longius ab eis locis, in quibus Patriarchæ & Apoſtoli erant, ſecreti, ea tantum de his quæ lectione didicerint, norunt. Porrexit autem librum hunc Adamnanus Alfrido Regi, ac per ejus eſt largitionem etiam minoribus ad legendum contraditum. Scriptor quoque ipſe multis ab eo muneribus donatus, in patriam remiſſus eſt.* Hæc Beda, qui eumdem commentarium in compendium redactum viginti diſtinctum capitibus poſtea edidit, extatque hodie: id enim ipſe perorando teſtatur, & in hiſtoria Anglorum, ubi iſta habet (b): *Plura voluminis illius, ſi quem ſcire delectat, vel in ipſo illo volumine, vel in eo, quod de illo dudum ſtrictim excerpſimus, epitomate requirat.* Accidit namque Dei beneficio, ut Eccleſia Anglicana, ſicut rerum, ita & locorum ſanctorum ſcientia pariter imbueretur.

Commentarius de locis ſanctis.

(b) Beda l. 5. c. 18.

Sed & in his omnibus fidelium cognoſce vehementem ardorem in peregrinando ad loca ſancta: non enim timore Saracenorum eamdem incolentium terram deterreri potuerunt, quin adeo periculoſam peregrinationem animo læto ſuſciperent, eaque ſuſcepta, ſingula veluti ſumma pace loca quæſita luſtrarent. Sed & admirare nihil negotii accolis factum a Saracenis, quamvis loca illa omni ipſis debita pietate colerent, multiplicitate luminum, ſacrificiis, atque reliquo omni cultu, quo antea ſummo otio majores ea proſequi conſueverant. Sed de his ſatis. Sep-

Frequens & fervens peregrinatio ad loca Sancta.

PAGIUS IV. Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alexan. DCXCII. qui Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, ait: *Hoc anno lues maxima extitit.* Nicephorus vero in Hiſtoria ſcribit: *In Urbe peſtilentia laboratum eſt, quæ quatuor menſibus ingentem vim hominum abſumpſit.* Sed intelligendus Nicephorus de peſte, quæ anno ſuperiori Conſtantinopolim afflixit eo tempore, quo *Apſimarus* Imperator renunciatus eſt, de qua verba facit Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCXC. quam totidem menſes duraſſe tradit.

Peſtis in Oriente graſſatur.

JESU CHRISTI ANNUS 700.	SERGII PAP. ANNUS 13.	TIBERII ABSIMARI IMP. ANNUS 4.

I. Omni tempore una eademque perſeveravit Eccleſia.

SEptingenteſimus a Domini natali adeſt annus, decimatertia Indictione inchoatus, exordium novi ſæculi, cujus antequam oſtium patens ingrediaris, ad emenſi itineris decurſi hoc tomo ſæculi converte oculos: attende animo, ac luſtra memoria, ſi quid inveneris in Eccleſia Catholica diminutum eorum, quæ in reliquis omnibus ſuperioribus videris ſæculis: poſitos namque ob oculos habeas ſingulos annos veluti totidem in pagina verſus, alios aliis cohærentes, in quibus inſpicias non alias, ſed plane eaſdem, quas in ſuperioribus ſæculis, Eccleſiæ dotes & ſacramenta, eamdem ſuper univerſam Eccleſiam Romani Pontificis poteſtatem, iiſdemque in omnibus affluentem Eccleſiam chariſmatibus, quibus primum, ſecundum, tertium, & ſic deinceps reliqua uſque in præſens viſa ſunt ſæcula abundaſſe. Res ipſa id teſtatur, facta clamant, & mira conſenſione ſcripta ſanctorum omnium prædicant, a regia numquam deflexiſſe ſanctam Dei Catholicam Eccleſiam via, quæ ſanctorum omnium martyrum & confeſſorum fuit attrita veſtigiis: ſatiſque edocent erraſſe, qui ab ea recedentes, in devia declinarunt. Hæc autem dixiſſe voluimus, quod ter miſeri Novatores jactent, deſciviſſe hoc ſæculo Romanam Eccleſiam a priſtino inſtituto majorum, licet alii id in alia rejiciant tempora, pro mentis arbitrio blaterantes: cum in his quæ ad fidem ſpectant, unam eandemque ſit in omnibus ſemper intueri Eccleſiam a Chriſti tempore uſque in præſentem diem, prout non ſolum connexi ſimul annis anni ſinguli docent, ſed & dies ipſi, ſecundum propheticum illud (a): *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*. Sed ad anni præſentis res geſtas veniamus.

(a) Pſ. 18.

II. Qui poſteris tradidit vitam ſanctiſſimi viri Vulfranni Archiepiſcopi Senonenſis, Jonas monachus hujus ſæculi ſcriptor, quique a Friſiæ monacho fide digno eam accepit, de ejuſdem ſancti ad Friſios pariter convertendos apoſtolatus tempore iſta habet (b): *Venerabilis autem Præſul Vulfrannus, cum tenuiſſet Pontificatum Senonenſis urbis, cum licentia Regis Childeberti & Pipini principis ad prædicandum præfatæ Friſonum genti (ſicuti divinitus ſibi fuerat revelatum) animum convertit, qui erat annus Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimus, Pipini quoque principis annus decimuſtertius.* Hæc de tempore. Sed quod de licentia Regis ac principis habet, id ſic accipias ſecundum ea quæ haud pridem dicta ſunt, opus fuiſſe hujuſcemodi litteris ad barbaros, quibus invitis Evangelium prædicabat, compeſcendos & in officio continendos. Quod vero ad ejus pertinet apoſtolatum: cum ex Hibernia & Anglia (quos narravimus) ad ejuſdem gentis Friſiæ converſionem properaſſent complures Apoſtolici viri, non levi videbantur affici probro Epiſcopi Gallicani, quod proximæ gentis neglexiſſent habere ſollicitudinem, quo abjecta idololatriæ impietate, veræ religionis particeps fieret. Cæterum etſi alios Galliarum Epiſcopos ejuſmodi de Friſiorum converſione cura non tetigit, nec ſtimulus excitavit: Senonenſem tamen Epiſcopum Vulfrannum magnopere exagitavit, qui ex Fontanellæ claro cœnobio aſſumptis ad munus Apoſtolicum ſociis, in Friſiam profectus eſt: de quibus iter arripientibus iſta Jonas:

De S. Vulfranni ad Friſios Apoſtolatu.

(b) Extant apud Sur. die 20. Martii to. 2.

III. *Nec*, inquit, *ſilentio eſt prætereundum, quod divina pietas per eumdem ſanctum Pontificem operari dignata eſt. Plurima enim virtutum miracula in itinere, dum ad eam iret, & in eadem gente per eumdem fiebant: ex quibus unum memoriæ tradere & poſteris intimare, commodum duximus. Denique fratres, qui eum familiariter noverunt, & coram quibus patra-*

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſp. DCCXXXVIII.

Anno Hegiræ LXXXI. Inchoato die 23. Febr. fer. 3.

A. C. 700. I.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6193.

☉ 9. D. C. ☽ 17. P. 11. April. Indict. 13.

Jesu Christi 700.

Sergii Papæ 14.

Tiberii Apsimari Imp. 5.

AD num. I. & ſeqq. Cum Acta *Sancti VVlframni* Epiſcopi Senonenſis a Jona Monacho Fontanellenſi literis mandata, variis in locis interpolata fuerint, recentiores Chronologi, qui res ab eo geſtas in ſuos annos digerere voluere, mirum in modum inter ſe diſcrepant. *Henſchenius* ad diem XX. menſis Martii, ubi breviorem ejuſdem Sancti Hiſtoriam in Eccleſiaſticis Officiis olim legi ſolitam edidit, *VVframni* Epiſcopatus initium anno ſexcenteſimo nonageſimotertio, ejus mortem anno ſeptingenteſimo quadrageſimoprimo collocat. *Cointius*, qui poſt eum de eodem Sancto egit in Annal. Eccleſiaſt. Franc. illum anno circiter ſexcenteſimo ſeptuageſimonono creatum Epiſcopum, anno vero ſexcenteſimo nonageſimo tertio demortuum autumat. Poſt utrumque *Mabillonius* Sæculo III. Benedictino part. I. Vitam S. Wlframni ſcriptam primum a Jona Fontanellenſi Monacho, dein ab aliquo alio interpolatam repræſentavit, & arbitratus eſt, eum Epiſcopatum conſecutum circiter annum DCXC. obiiſſe vero, ut in ejus Vita legitur, anno DCCXX. Verum ea Vita in anno mortis etiam interpolata. Ut enim anno DCXCV.

Vita S. VVlframni Epiſc. Senonenſis interpolata.

tratum eſt, dicere ſolent, & maxime vir reverendiſſimus Vvando, tunc temporis diaconus & cooperator in verbo Dei ejuſdem Præſulis, poſtea autem presbyter, & ſuccedenti tempore ejuſdem monaſterii Fontanellenſis Abbas, in quo educatus fuerat. Dum enim navigaremus, inquit, in Friſiam, poſitis nobis in medio mari, quod adjacet regioni Morinorum affuit hora, in qua ſacrificium Deo victimæ ſalutaris immolandum erat. Tunc poſitis anchoris, navis immobilis permanebat. Et celebrante eodem ſancto Pontifice Miſſarum ſolemnia, ventum eſt ad locum, ubi miniſter patenam Præſuli porrigere debuit: extenſaque manu, expectabat horam qua ſuſciperet eam. Sed dum miniſter eam abluere vellet, in mare cecidit: proſtratuſque pedibus ſancti Pontificis, humiliter veniam precabatur, dicens, quia dum eam abluere voluiſſet ſuis manibus, in maris elapſa profunda, ima petiiſſet. Moxque idem vir Dei flectens genua ſua ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, precabatur ejus clementiam, ut qui quondam coram patribus in mari rubro fecerat mirabilia, propitius ſuis adeſſet precibus. Finita vero oratione, imperat diacono, ut in eum in quem patena ceciderat locum mitteret manum. Quo facto, mox ab imo maris eadem patena divinitus revecta, ejuſdem miniſtri manui inhæſit. Quod videntes nautæ, cæterique navis comites, Dominum cuncti potentem totis viſcerum præcordiis collaudaverunt, qui per ſervum ſuum tale dignatus eſt operari miraculum. Sicque commixtionem corporis & ſanguinis idem ſanctus Præſul faciens, nomenque Salvatoris glorificans, ſacroſancta Miſſarum ſolemnia complevit. Hæc Vvando Abbas ad Jonam de his quæ ipſe vidiſſet: ex quibus, præter inſignis miraculi virtutem, intelligis, lector, non deſtitiſſe ſanctos viros in mari etiam, cum tranquillitas eſſet, religata anchoris navi, celebrare ibi ſacroſanctum ſacrificium Miſſæ Deo maxime gratum, quod ipſe tanti editione miraculi patefecit. Sed quæ his memoria perenni digna idem ſubjiciat Jonas, audiamus.

In navi Miſſæ Sacrificium celebratum.

IV. *Aliud quoque ejuſdem patris memorabile miraculum, ſicut ab eis didicimus, coram quibus factum eſt, ob ædificationem poſterorum narrare cur pigeat? Prædicante enim illo & docente prædictum populum Friſonum, contigit quadam die puerum quemdam ex ipſa gente Friſonum ortum, diis immolandum duci ad laqueum. Orabat autem ſanctus Pontifex incredulum ducem, ut hujus pueri ſibi vitam donaret, nec hominem ad imaginem Dei factum, ſacrificium execrabile dæmonibus immolaret. Vocabatur autem idem puer Ovo. Reſpondebat autem Dux patrio ſermone, decretum eſſe lege perenni olim a prædeceſſoribus ſuis, omnique Friſonum gente, ut quemcumque ſors elegiſſet, in eorum ſolemnis diis offerendum ſine mora. At vero ſanctus Præſul dum perſiſteret in precibus, & præfatus populi princeps ejus digne petitioni ſatisfacere vellet, animoſi Gentiles, zelo vani erroris devicti, ſicut ſcriptum eſt: Zelus apprehendit populum ineruditum: unanimes fruſtrabant ejus precem, dicentes: Si tuus Chriſtus de tormento mortis eum eripuerit, ſit tuus, ejuſque ævo perenni ſervus. Adhæc ſanctus Pontifex: Non hominum, inquit, in hoc facto, ſed Domini Chriſti fiat voluntas. Appenditur denique puer in patibulo, aſpicientibus Chriſtianorum ſimulque Gentilium turmis, per duarum fere ſpatium horarum. Extemploque ſacerdos Domini pro ſalute & vita non ſolum illius, qui in tormento erat mortis conſtitutus, verum etiam pro obcæcato populo, qui Satanæ vinculis irretitus erat, flectens genua, hanc ad Dominum fudit orationem: Deus inviſibilis, immortalis & æterne, exorabilis tuis eſto ſupplicibus: & ſicut quondam Danielem liberaſti de lacu leonum, ita hunc puerum de faucibus eripe illius ſævi leonis, qui circumiens quærit quem devoret: ut de illius duplici ſalvatione populus hic incredulus, depoſita ſorde idololatriæ, ad veritatis convertatur agnitionem, & per cunctas generationes nomen tuum benedicatur in ſæcula.*

De puero divinitus liberato.

Hac completa oratione, illico diſrupta ſunt vincula, quibus ſemivivi pueri guttur illigatum fuerat: ſicque illæſus in terram ruit. Videbatur autem illi (ut poſt ipſe narrabat) quaſi ſopore gravi teneretur oppreſſus, ſanctique Pontificis zona pectore circumligatus, ſublevaretur omnis ejus corporis ſtatus. Apprehenſaque

V. Friſorum plurimorum converſio.

que

PAGIUS DCXCV. num. IV. oſtendimus ex Chronico Fontanellenſi, cujus verba ibidem recitavimus, *requievit in S. Pauli Baſilica Sanctus Archiepiſcopus Vulframnus annis undecim* & tranſlatus eſt cum B. Wendregiſilo, & Ansberto Epiſcopo Rotomagenſi *an. Dominicæ Incarnat. DCCIV. Indict. II. pridie Kalend. Aprilis, feria ſecunda,* inquit Auctor Chronici Fontanellenſis, qui cum recte conſignet annum Tranſlationis SS. Wandregiſili, & Ansberti, ut ibidem vidimus, nullum apud me dubium, quin etiam ſuo anno Sancti Wlframni Tranſlationem reddiderit, & quin ideo Cointius mortem ejus cum anno DCXCIII. recte illigarit. Verum quia Mabillonius putavit *Ansbertum* anno DCXCVIII. e vita migraſſe, & corpus ejus non annos IX. ut habet Chronographus Fontanellenſis, ſed annos VII. in ſepulchro jacuiſſe, illum etiam in anno Tranſlationis Wulframni erraſſe perperam credidit.

Mi-

que ejuſmana, Pontifex ſanctus ait: In nomine Domini Jeſu Chriſti exurge concite ſanus. Quo dicto, illico incolumis ſurrexit, nullum illata ſibi pœna ſentiens dolorem: atque ex hoc facto plurima Friſonum multitudo converſa eſt ad Dominum: credebantque & baptizabantur, quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Prædictus autem Ovo, lavacri ſalutaris unda perfuſus, atque a præfato Pontifice Fontanellam perductus, litteriſque ſacris eruditus, poſtea diaconus conſecratus, deinde ſequenti tempore a venerando Pontifice Reginaldo urbis Rothomagenſis presbyter ordinatur. Et quia erat in arte ſcriptoria eruditus, plurimos codices in prædicto ſcripſit monaſterio, ſed & teſtamenta & largitiones fidelium plurimas, quas ipſi loco felici munere conferebant. Ibique magno confectus ſenio, ſub Oſtrulphi Abbatis tempore vitam Deo dignâ converſatione terminavit, magiſtri & domini ſui Vulfranni ſacerdotis eximii imitando veſtigia. Hæc Jonas, qui in præfatione ejus lucubrationis, ab eodem Ovo, quæ ſcribit, ſe etiam accepiſſe teſtatur: qui & ſubiicit de aliis miſeris æque forte delectis, & dæmonum ſacrificio condemnatis, a ſancto Pontifice pariter virtute ſignorum ereptis, & redditis Chriſtianis. Tu ea leges apud eumdem (ſi libet) auctorem.

His & aliis admirandis, Apoſtoliſque dignis miraculis adeo veritas Chriſtianæ religionis innotuit, ut libere prædicandi, & qui vellent eſſe Chriſtianos, fieri licentiam Dux ille Radbodus impenderit: adeo ut & filius ejus id petens fuerit a ſancto Pontifice conſecutus: ipſe vero Dux quomodo cum ad limen fuerit, ac pene ingreſſus Eccleſiam daturus Chriſto nomen reſilierit, miſereque diem clauſit extremum, ſuo loco dicturi ſumus.

Ann. Eccl. Tom. XII. Z Se-

PAGIUS II. *Ejus ſummarium.* Militavit *Sanctus Vulframnus* in Aula *Clotarii* III. *Childeberti* II. & *Theodorici* III. Poſtea in Epiſcopatum Senonenſem *Landeberto* ſucceſſit, & poſt paucos annos abdicato Pontificatu Monachum in Fontanellenſi Monaſterio induit, *Ausberto* illius loci adhuc Abbate; quo poſtquam Rotomagenſem Epiſcopatum adeptus eſt, conſulto profectus eſt in *Friſiam*, ubi Evangelium per annos quinque infatigabiliter prædicavit. Pulſus e Friſia anno DCLXXXIX. reverſus eſt ad Monaſterium Fontanellenſe, ubi *Hildebertus* Abbas præerat, ibique reliquam vitam duxit. Obiit XIII. Kalend. Aprilis anno DCXCIII. ſepultus in Eccleſia Sancti Pauli; indeque a *Baino* Hildeberti Succeſſore, cui Jonas ejus Vitam poſtea inſcripſit in Baſilicam Principis Apoſtolorum cum Sanctis Ansberto & Wandregiſilo anno DCCIV. ſive anno poſt obitum undecimo, *pridie Kalendas Aprilis*, *feria ſecunda* poſtridie Paſchatis, tranſlatus eſt: qui Tranſlationis annus cum certus videatur, inde annus ejus mortis ſtatuendus, aliis argumentis deficientibus. Quæ adverſus hanc ſententiam in medium adduci poſſunt, a Cointio Tomo IV. Annal Eccleſiaſt. Franc. ſolide confutantur.

Hoc anno *Cunibertus* Langobardorum Rex moritur, & *Ragunbertus* Regnum ejus invadit, ut videre eſt anno DCCIII.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 701.	SERGII PAP. ANNUS 14.	TIBERII ABSIMARI IMP. ANNUS 5.

I. Sergii Papæ obitus.

SEquitur annus Redemptoris ſeptingenteſimusprimus, Indictione decimaquarta: quo (ut Romanum habet Martyrologium) quinto Idus Septembris, inchoata jam eodem menſe Indictione decimaquinta, ſanctus Sergius Papa moritur, cum ſediſſet annos tredecim, menſes octo & dies quatuordecim. Hæc ex Anaſtaſio & Romano Martyrologio. De cujus rebus geſtis, præter illa quæ dicta ſunt, his adjiciamus ea, quæ cum ad eumdem Sergium ſpectent, tamen quod nulla temporis nota ſignata reperiatur, certo ejuſdem Pontificis anno minime conſignare licuit: quamobrem hic in fine vitæ ejus, ex more ponamus. Extat ejuſdem Pontificis epiſtola ad Ceolfridum ſeu Celfridum Abbatem in Anglia ejus monaſterii, in quo a teneris annis Beda coaluerat, creveratque in virum perfectum ſanctitate & doctrina inſignem: qua idem pontifex ipſum Bedam ad ſe mitti poſtulat. Epiſtola autem ipſa ſic ſe habet:

Sergius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ceolfrido religioſo Abbati ſalutem.

II. Sergii Papæ epiſtola ad Ceolfridum.

Quibus verbis ac modis clementiam Dei noſtri atque inenarrabilem providentiam poſſumus affari, ut dignas gratiarum actiones pro immenſis circa nos ejus beneficiis perſolvere queamus, qui in tenebris & umbra mortis poſitos ad lumen ſcientiæ perducit. Et infra: *Benedictionis interea gratiam, quam nobis per præſentem portitorem tua miſit devota religio, libente & hilari animo, ſicut ab ea directa eſt, nos ſuſcepiſſe, cognoſce. Opportune ergo ac divinæ amplectendæ ſolicitudinis tuæ petitionibus arctiſſima devotione faventes, hortamur Deo dilectam religioſitatis tuæ bonitatem, ut quia exortis quibuſdam Eccleſiaſticarum cauſarum capitulis non ſine examinatione longius innoteſcendis, opus nobis ſunt ad conferendum arte litteraturæ imbuti: ſicut decet devotum auxiliatorem ſanctæ matris univerſalis Eccleſiæ, obedientem devotionem huic noſtræ exhortationi non deſiſtas accommodare: ſed abſque aliqua immoratione religioſum Dei famulum Bedam venerabilis monaſterii tui presbyterum ad limina Apoſtolorum principum dominorum meorum Petri & Pauli, amatorum tuorum ac protectorum, ad noſtræ mediocritatis conſpectum non moreris dirigere: quem, favente Domino ſanctis tuis precibus, non diffidas proſpere ad te redire, peracta præmiſſorum capitulorum cum auxilio Dei deſiderata ſolemnitate. Erit enim (ut confidimus) etiam cunctis tibi creditis profuturum, quicquid Eccleſiæ generali claruerit per ejus præſtantiam impertitum.* Hucuſque ex epiſtola Sergii auctor, qui poſt Bedam proſecutus eſt res geſtas Anglorum.

III. Bedæ commendatur modeſtia.

In quo quidem habes quod commendes ipſius Bedæ modeſtiam, qui cum ſæpe ejuſdem Sergii Papæ meminerit, nunquam ſe ab eo vocatum litteris tradit, ſilentio preſſo relinquens, quæ ad laudem ſuam ſpectare poſſe viderentur. Miſſus ne fuerit Romam Beda, ut Sergius Papa periit, & hoc ignoratur: ſed potius non iviſſe putemus: nam ea quæ ad hiſtoriam Anglicanam texendam ipſi opus erant ex Eccleſiæ Romanæ archivis petere, non a ſe inde allata, ſed opera Nothelmi, qui ſub Gregorio Papa Secundo Romam venit, ſe accepiſſe teſtatur in epiſtola nuncupatoria ad Ceolulphum Regem, poſita in fronte ejuſdem a ſe conſcriptæ hiſtoriæ.

Pertinet ad res geſtas ejuſdem Sergii Papæ, quod Albinus Flaccus habet his verbis, cum agit de Purificatione S. Mariæ (a): *De hac feſtivitate & feſtivitatibus ſanctæ Mariæ in geſtis Pontificalibus legitur, quod Sergius Papa præceperit litanias fieri in die Præſentationis Domini in templo: ita enim ſcriptum eſt: Ut in die Annunciationis Domini, Dormi-*

(a) Albin. Flac. de divin. offic.

PAGIUS

Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCXXXIX. Anno Hegiræ LXXXII. inchoato die 15. Febr. fer. 3. A. C. 701. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6194.

☉ 10. B. ☽ 18. P. 3. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 701.

JOANNIS VI. PAPÆ 1.

TIBERII APSIMARI IMP. 4.

ANnum I. ad XI. Scribit Anaſtaſius, Sergium Papam ſediſſe *annos tredecim, menſes octo, dies XXIII.* & ſepultum eſſe *ad Beatum Petrum Apoſtolum VI. Idus Septembris, Indictione XV. Tiberio Auguſto.* Quare cum ordinatus fuerit die XV. Decemb. anni DCLXXXVII. e vivis exceſſit die ſeptima menſis Septembris currentis Chriſti anni, Indictione XV. a Kalendis Septembris notati, & ſepultus eſt die inſequenti, ut habet Anaſtaſius, qui ſubdit: *Ceſſavit Epiſcopatus menſem unum, dies viginti.* Codex MS. Anaſtaſii Bibliothecæ Colbertinæ, & alter Freherianus habent, ceſſaſſe Sedem *dies quinquaginta.* Ex Catalogis noſtris alii habent *dies quinquaginta*, alii menſem unum, dies XX. Sed utrumque in idem recidit. Ordericus lib. 2. tam in duratione Sergii quam in Interpontificio idem ac Anaſtaſius habet. Quare *Joannes VI.* natione Græcus ordinatus eſt die viceſima octava menſis Octobris, Feſto Sanctorum Apo-

Moritur Sergius PP.

Digitized by Google

Litaniæ in Feſta die Purificationis. *mitionis, ac Nativitatis ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & S. Simeonis, quæ ὑπαπαντὴ dicitur Græce, cum litaniis exeant a S. Hadriano, & ad ſanctam Mariam populus occurrat, &c.*

IV. Monimenta plurima Papæ Sergii. Rurſum vero quod ad ejuſdem Sergii res geſtas attinet, ex Anaſtaſio iſta depromimus: *Hic beatiſſimus vir in ſacrario beati Petri Apoſtoli capſam argenteam in angulo obſcuriſſimo jacentem, & ex nigredine tranſactæ annoſitatis nec ſi argentea eſſet apparentem, Deo ei revelante, reperit. Oratione itaque facta ſigillum expreſſum abſtulit, locellum aperuit: in quo interius plumacium ex holoſerica ſuperpoſitum (quod ſtauracis dicitur) invenit; eoque ablato, inferius Crucem diverſis ac pretioſis lapidibus perornatam inſpexit: de qua tractis quatuor petalis, in quibus gemmæ clauſæ erant miræ magnitudinis & ineffabilis pulchritudinis, portionem ſalutiferi ligni Dominicæ Crucis invenit: quæ etiam ex illo die pro ſalute humani generis ab omni populo Chriſtiano Die exaltationis ſanctæ Crucis in baſilica Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, oſculatur & adoratur.* Hæc de inventione Crucis Anaſtaſius, qui mox ſubdit: *Hic fecit imaginem beati Petri Apoſtoli, quæ eſt in parte mulierum.* Ceſſerat porticus dextera uſui mulierum, cum ſeorſum a viris illæ olim orare conſuevere, ut & alias ſuperius nos dixiſſe meminimus. Pergit vero idem auctor:

V. *Hic fecit thymiamaterium aureum majus cum columnis & coopercùlo, quod ſuſpendit ante imagines tres aureas beati Petri Apoſtoli, in quo incenſum & odor ſuavitatis feſtis diebus, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, omnipotenti Deo opulentius mittitur. Hic poſuit in apſidem baſilicæ ſupraſcriptæ ſuper ſedem apollaream* * *argenteam penſantem libras centum viginti. Hic fecit in baſilica ſupraſcripta pharos argenteos ſex penſantes ſingulos libras triginta, quæ ſunt ſuper trabes ad ingreſſum Confeſſionis. Hic fecit in circuitu altaris baſilicæ ſupraſcriptæ tetravila octo, quatuor ex albis, & quatuor ex coccino. Hic tectum, & cubicula quæ circumquaque ejuſdem baſilicæ ſunt, quæ per longa tempora ſtillicidiis & ruderibus fuerant dirupta, ſtudioſius innovavit & reparavit. Hic muſivum, quod ex parte in fronte atrii ejuſdem baſilicæ fuerat dirutum innovavit: ſimiliter & ſpecula ejuſdem Eccleſiæ, quæ ſuper ſedem ac regios arcus majores ſunt, renovavit. Hic corpus B. Leonis probatiſſimi patris atque Pontificis, quod in abdito inferioris ſecretarii prædictæ baſilicæ poſitum fuerat, facta diligentius tumba in denominata baſilica, publico loco (ut ſibi fuerat revelatum) repoſuit, ac locum ipſum ornavit. Hic fecit patenam auream majorem habentem gemmas ex albis, & in media ex hyacintho & ſmaragdo Crucem penſantem libras viginti.* Hæc de his quæ ſpectant ad ſancti Petri baſilicam. Pergit modo dicere de iis, quæ pertinent ad baſilicam ſancti Pauli his verbis:

Hic tectum & cubicula univerſa in circuitu baſilicæ beati Pauli Apoſtoli, quæ longa per tempora vetuſtate confecta fuerant, ſtudioſius innovavit ac reparavit: ſimiliter & trabes fecit de Calabria adduci, & quas in eadem baſilica vetuſtiſſimas invenit, renovavit. Hic imaginem Apoſtolorum vetuſtiſſimam, quæ erat ſuper fores ejuſdem baſilicæ, mutavit. Hic fecit ambonem & ciborium in baſilica ſanctorum Coſmæ & Damiani, ubi & multa dona obtulit: Trullum vero ejuſdem Eccleſiæ fuſis chartis plumbeis cooperuit atque munivit. Hic ciborium baſilicæ ſanctæ Suſannæ, quod ante ligneum fuerat, ex marmore fecit, diverſaque cymilia, hoc eſt utenſilia, *aurea & argentea, vel immobilia loca illi condonavit. Hic baſilicam ſanctæ Euphemiæ, quæ per multa tempora fuerat detecta, cooperuit ac renovavit. Hic baſilicam ſanctæ Aureæ in Oſtiis* Tiberinis, *quæ ſimiliter fuerat detecta, vel dirupta, cooperuit, ſuoque ſtudio renovavit. Hic oratorium S. Andreæ Apoſtoli, quod eſt poſitum in Lavicana, a ſolo refecit.* VI.

Hic ſtatuit, ut tempore confractionis Dominici corporis, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, miſerere nobis, a cle- VII.

PAGIUS Apoſtolorum Simonis & Judæ Sacra. Baronius ſupra annos tredecim & menſes VIII. habet tantum dies XIV. ex Anaſtaſio, ut ait. Sed nec in Anaſtaſio editionis Regiæ, nec in variantibus lectionibus ad ejus calcem ſubjectis dies illi XIV. leguntur. Præterea dicit Baronius, eum mortuum *quinto Idus Septemb.* ideſt, die nona Septemb. quod deſumit ex Martyrologio Romano ubi in Notis citat Martyrologia Bedæ, & Adonis. At nec in vero Bedæ Martyrologio, nec in Adone, ſed tantum in hujus Appendice ad V. Idus Septemb. Sancti Sergii nomen legitur, qui tamen nec dies mortis ejus, nec dies ſepulturæ eſſe poteſt; cum Anaſtaſius, qui diem obitus memorare non ſolet, prodat eum ſepultum eſſe VI. Idus Septemb. Anaſtaſius diem *Sergii* emortualem, tam ab ejus Sede, quam ab Interpontificio loco citato excludit. Papebrocius in Conatu Chronico Hiſtorico mortem *Sergii* differt in diem XIV. menſis Auguſti ſequentis Chriſti anni, & ſepulturam in diem VIII. Septemb. ejuſdem anni, atque Indictionis annum egregie ſuam Chronologiam confirmare, *cum hunc Latini mutent XXIV. Septembris*. Sed neque Latini hoc tempore præter Anglos, neque unquam Anaſtaſius Indictionem incipiunt a die XXIV. Septembris, quod patet ex Anaſtaſio in Joanne V. ubi refert, Conſtantinum Pogonatum obiiſſe *initio menſis Septembris indict. XIV.* anno ſcilicet DCLXXXV.

ro & populo decantaretur. Conſtituit etiam, ut diebus Annunciationis, Domini Nativitatis, & dormitionis ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, ac S. Simeonis quam Hypapantem Græci appellant, litania exeat a ſancto Hadriano, & ad ſanctam Mariam occurrat populus. Hic fecit in baſilica ſancti Laurentii martyris, quæ appellatur Titulus Lucinæ, arcus argenteos quatuor. Et inſerius: *Hic fecit coopertoria & vaſa aurea & argentea plura per diverſas Eccleſias ad uſum & ornatum Eccleſiarum Chriſti. Hic ordinavit Damianum Archiepiſcopum ſanctæ Eccleſiæ Ravennatis, atque Clementem Friſonum. Hic ordinavit Berectuualdum Dorovernenſem Britanniæ Archiepiſcopum* S. Theodoti ſucceſſorem. *Hic ordinavit per diverſas provincias Epiſcopos nonagintaſeptem. Fecit autem ordinationes duas per menſem Martium, ordinavitque presbyteros decem & octo, diaconos quatuor. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum quinto Idus Septembris, Indictione decimaquinta, Tiberio Augusto. Et ceſſavit Epiſcopatus ejus menſem unum & dies viginti.* Huc-uſque Anaſtaſius.

VIII. Præter hæc autem in antiquis monumentis diaconiæ ſanctæ Mariæ in via lata me legiſſe memini, ab eodem Pontifice eam Eccleſiam fuiſſe dedicatam, locum ſane inſignem, quem tradunt fuiſſe olim hoſpitium Apoſtoli Pauli & aliorum ſanctorum. Porro Sergii memoriam poſteris annis ſingulis redivivam, celebrans ejus natalem dicta die nona Septembris, ſancta Eccleſia Catholica in Eccleſiaſticis tabulis religioſa conſervat.

Ejus vero ſepulcri epitaphium Manlius ex veteribus monumentis Vaticanæ baſilicæ exſcripſit, quod ſic ſe habet: Sergii PP. Epitaphium.

Limina quiſquis adis Petri metuenda beati
Cerne pii Sergii, excubiaſque Petri.
Culmen Apoſtolicæ Sedis, is jure paterno
Electus tenuit, ut Theodorus obiit.
Pellitur Urbe Pater, pervadit ſacra Joannes
Romuleoſque greges diſſipat ipſe lupus.
Exul erat patria ſeptem volventibus annis:
Poſt populi multis Urbe rediit precibus
Suſcipitur Papa, ſacratur, Sede recepta
Gaudet, amat paſtor agmina cuncta ſimul.
Hic invaſores Sanctorum falce ſubegit
Romanæ Eccleſiæ, judiciiſque patrum.

Haſtenus ibi. Ex quibus plane intelligi poteſt multa de Sergio deſiderari, quæ ex ejus dumtaxat epitaphio, ut audiſti, il-

PAGIUS quo Indictio XIV. inchoata eſt, & quidem initio menſis Septembris, ut loquitur Anaſtaſius. Quoad Sergii Epitaphium a Baronio num. VIII. recitatum, ad *Sergium* III. referendum, & conjecturæ, quas ex eo deducit Baronius, rejiciendæ, ut in ejus morte videbitur. [1]

II. Quo anno Sergius Sancti *Leonis Magni* corpus in honoratiorem locum tranſtulerit, & eo ſedente *Sanctus Trudo* Haſbaniorum Apoſtolus obierit, ſuis locis a nobis explicatum. Sed an *Beda* Romam profectus ſit, ut *Sergius* Papa per literas petiit, quas refert Malmeſburienſis in lib. 2. de Reg. Angl. cap. 3. Ceolfrido Abbati ſcriptas, & ex eo Baronius, recte arbitratur Card. Doctiſſimus, Bedam illuc ſe non contuliſſe; cum in fine ſuæ Epitome *cunctum ab in-* *Beda nunquam ex Anglia egreſſus.*

NOTÆ [1] QUamquam litem chronologicam Cl. Cenni inter & Pagium quoad chronologiam pontificiam intactam authoribus ſuis relinquendam ſtatui; non poſſum tamen non admittere ejuſdem Cenni animadverſionem, quoad initium Joannis VI. utpote quam poſſibilem & maxime certam judico. Cenſet igitur vir doctus Sergium deceſſiſſe ea nocte quæ diem 9. Septembris præceſſit, adeout dies utraque octava & nona ejuſdem menſis æque dies ejus emortualis haberi potuerit; quod & fidei martyrologiorum cohæret. Tunc autem præter annos, & menſes in Anaſtaſio notatos dies 23. æque & 24. ſedis numerabat, quod utique cum Anaſtaſio cohæret. His addas dies 50. interpontificii utroque termino excluſo, ut ſæpe alias ab Anaſtaſio ſervatur, ad Dominicam diem 30. Octobris devenies. Atque inde recte omnia procedunt; nam ab hac die incipiens Joannes VI. periodum annorum trium, menſium duorum, & annorum 23. ut Catalogi omnes ferunt, die 11. Januarii clauſit; cui termino adjectum interpontificium unius menſis & dierum octodecim ducit nos ad diem kalendarum Martii anni 705. & Dominicam, qua Joannes VII. ordinatus fuit.

Aliud etiam ſingulare addere hic juvat; nimirum in vetuſtis Anaſtaſii Codicibus fere omnibus iiſque probatiſſimis, ut in tribus Mediolanenſibus a Muratorio conſultis Rer. Italic. to. III. part. I. in noſtro Lucenſi temporibus hiſce ſuppari ut in Notis ad annum 731. I. demonſtrabitur, notam indictionis, qua Sergii obitus deſignatur plane diverſam eſſe ab ea, quæ in editis exhibetur. Non enim *Indictio XV.* ſed potius *Indictio XIV.* ſignatur. At cum non ſatis conſtet utrum Romani indictionem ipſo Septembris exordio, an vero ſerius mutaverint; ideo nec ſatis pariter conſtare arbitror, utrum Sergius anno iſto, quo Indictio XIV. uſque ad Septembrem fluebat, vel præcedenti, e cujus Septembri indictio illa cœpiſſe poterat, obierit. MANSI

Digitized by Google

licet ſubobſcure, innoteſcunt: multaque paſſum, ab Urbeque pulſum per Joannem Sedis Apoſtolicæ invaſorem, ſepenniique fatigatum exilio. Habes ex bis præterea, in eo ſchiſmate Theodori & Paſchalis, cognitum Papam fuiſſe Theodorum, nec niſi eo mortuo ſediſſe Sergium, ut idem indicat epitaphium.

Hæc inquam omnia reliquos ſcriptores penitus prætetierunt, nec niſi per ipſum ejus epitaphium cognita ſunt.

Antequam autem ad Sergii ſucceſſorem veniamus, non omittamus (quod habet Theodoricus Abbas *a*) obitum ſanctiſſimi viri Trudonis contigiſſe ſedente Romæ Sergio Papa. Porro ejus Acta, & poſt obitum ingentia patrata miracula, ab eodem auctore fideliter ſcripta leges. Quod vero Hasbaniis concionatus eſt Evangelium Chriſti, Hasbaniorum meruit Apoſtolus appellari: cujus dies natalis tabulis ſacris adſcriptus reperitur annis ſingulis in Eccleſia memoria conſueta die vigeſima tertia menſis Novembris. Hactenus de rebus & temporibus Sergii.

(*a*) *Theodoricus Abbas l.2. c.7. in fin. apud Sur. die 23. Nov.*

IX. Joannes VI. Pap.

Cum ergo vacaſſet ſedes ejuſdem Sergii menſem unum, & dies (ut dictum eſt) viginti, hoc eodem anno die vigeſima nona Octobris creatur Joannes ejus nominis ſextus: fuit iſte natione Græcus. Quo ipſo anno (ut Anaſtaſius auctor eſt) Tiberius Imperator, ubi accepit poſt Sergium defunctum ſubrogatum eſſe in Apoſtolicam ſedem Joannem Pontificem, miſit Theophylactum cubicularium Patricium & Exarchum Romam, aliquid moliturum adverſus Romanum Pontificem: quænam vero cauſæ novæ interceſſerint, ignoramus. Sed quid tunc actum? veluti a Deo miraculum accidit (ſicut in prædeceſſore ipſius Sergio factum fuit) ut univerſa Italiæ militia ad tuendum Pontificem Romam una convenerit. Quomodo autem id acciderit, audi ipſum Bibliothecarium: *Hujus*, inquit, *adventum cognoſcens militia totius Italiæ, tumultuoſe convenit ad hanc Romanam civitatem, volens præfatum Exarchum tribulare: pro cujus Pontifex, ne affligeretur, perſona, ſeſe medium dedit, portas civitatis clauſit: ſacerdotes apud Foſſatum*, id eſt caſtra militum, *in quo unum convenerant, miſit; & monitis ſalutaribus tumultuoſam eorum ſeditionem ſedavit. Dum vero infames quædam perſonæ capitulare adverſus quoſdam Romanæ urbis habitatores fecifſent, & prænominato Exarcho, ut propriis ſubſtantiis denudarentur, tribuiſſent: hi juſta ſui operis pœna mulctati ſunt.* Huculque Anaſtaſius.

Exarchus miſſus in Joannem Pontif. reprimitur a militibus.

X. Cur res Imp. in Italia imminutæ.

Ex his omnibus plane conſpicitur, conſilio Dei factum, ut cum inſurgerent in Romanos Pontifices Imperatores, Italiæ milites in eos rebellarent, malentes pro ſalute Pontificum in diſcrimen adduci quam Græcorum manibus ipſos relinquere indefenſos. Ex hoc tempore Exarchorum vires admodum tenues reddi cœpere; contra vero Romanis Pontificibus, pro quibus milites ſtarent, auctæ ſunt: & (quod in libris Regum (*b*) eſt) tunc accidit, ut poſt longam concertationem decreſceret in dies domus Saul, cum David magis proficeret: adeo ut poſt hæc ſupplices, non inſultantes in Italiam mittere Imperatores ſolerent Exarchos. Porro his favoribus militumque præſidiis nequaquam ſeſe Pontifices extulere, arripientes (quod facile factu erat) tyrannidem, ſed ſemper (ut vidiſti tum in Sergio, tum in Joanne) pro Exarchis ipſis apud milites interceſſere. Verum quas pœnas dederit Imperator, cum in Romanum Pontificem impie iſta tentavit, dicemus anno ſequenti.

(*b*) *2. Reg. 3.*

XI. Cur ſic collapſum Hiſpaniarum regnum.

Hoc eodem anno defuncto Hiſpaniarum Rege Egica, *ſive* Egicane, filius ejus Witiza, qui cum patre annos quinque hactenus regnavit, ſolus regni habenas moderandas ſuſcepit: qui penitus hoſtis juſtitiæ, ſervus factus peccati, omnibus ſcatens vitiis, maxime vero impietate, ſe ipſum una cum ſuis præcipitem dedit, januamque late pandidit, qua poſt ejus obitum Sarraceni infeſto numeroſoque agmine, torrentis inſtar, influerent in Hiſpanias. Veluti enim ingentis erectæ molis ædificium, quodlibet ſe habet regnum: cujus cum aperiri murorum compages videris, & proxime ruiturum intelligis; ejus utique defeciſſe fundamentum, baſeſque ceſſiſſe, locumque patenti ruinæ dediſſe, prudenter affirmes. Id quidem in regnis ſæpius acci-

PAGIUS *infantia tempus vitæ ſuæ in ſui Monaſterii habitatione peractum a ſe affirmet*. Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte I. in Elogio Hiſtorico Bedæ ait nonnihil ſuſpicionis eſſe in ea Epiſtola, quod vix *Beda* Presbyter ordinatus ſit ante mortem Sergii, & quia libris ſcribendis vacare cœpit a tempore ſuſcepti Presbyteratus, quibus factum eſt, ut fama ipſius ad poſteros ſpargeretur. Henſchenius vero ad diem XXVII. menſis Maii in Vita Venerabilis Bedæ dicit, totam illam Epiſtolam ſibi ſuppoſititiam apparere. Exiſtimo tamen eam ab aliquo Sergii Papæ Succeſſore datam, qui cum paulo poſt demortuus fuerit, *Ceolfridus* Bedam Romam mittendum eſſe non exiſtimavit.

III. *Moritur Egica Rex Hiſpaniæ.*

Ad ann. XI. & ſeqq. *Egica* Hiſpaniarum Rex hoc anno obiit, poſtquam regnaſſet annos XV. ſolus nempe X. & quinque cum filio Vitiza, quod teſtatur Sebaſtianus Epiſc. Salmanticenſis, ſeu verius Alphonſus Magnus in Chronico. Invaſio Hiſpaniarum per Saracenos *Voitizæ* Regi adſcribitur, qui penitus hoſtis juſti-

cidiſſe, innumeris exemplis ex iis, quæ ſingulis ſunt enarrata ſæculis, eſt ſuperius demonſtratum: nimirum ubi ab unione Catholica, ab ipſa petra fidei, Apoſtolica inquam Eccleſiæ communione, primariique Antiſtitis obedientia populi deſcivere, eoſdem barbaris eſſe datos gentibus puniendos. Accidit hoc quidem (proh dolor!) florentiſſimo Hiſpaniarum regno, cum impius nefanduſque Witiza eo uſque eſt prolapſus erroris, ut non veritus ſit publico edicto cavere, appoſita ultimi pœna ſupplicii, ne quis obediret Romano Pontifici. Sed quod nec adeo delirantem furioſum Regem cohibere conati ſint ex more ſurgentes ex adverſo Hiſpaniarum Epiſcopi, ſimul congregato Concilio, neque privatim eum, inſtar Joannis redarguentis Herodem, objurgarint: factum eſt, ut defecerit regnum, ac ipſi ducti ſimul fuerint in captivitatem Epiſcopi, eccleſiæ dirutæ, monaſteria deſolata, atque omnia denique peſſumdata, paſſique id multis ſæculis fuerint. Aperuimus tantorum cauſam malorum: jam vero ea iis qui antiquius res Hiſpaniæ ſunt proſecuti, præcipue vero ex Luca Tudenſi, ejuſdem impii Regis, ſive potius dixerimus monſtri, deformitates ſpectandas cunctis in medium afferamus: ſunt hæc ejus verba, ne quid putes a nobis amplificatione exaggeratum:

Witizæ Reg. Apoſtaſia ab Eccl. Rom.

XII. Flagitia Witizæ Regis.

Iſte quidem, inquit, *probroſus & flagitioſus fuit, & multa nefanda, & horribilia flagitia per Hiſpanias ſeminavit: & ad voluptates carnis ſoluto impudicitiæ freno, ſe fornicationibus multis dedidit* *, *& gentem Gothorum ad laſciviam, luxuriam, & ſuperbiam inclinavit. Nec tantum poſtpoſita omni religione divina, ſpretiſque animarum medicamentis, cupiditas, aliena ars invadendi, rapiendi, & luxuriandi exercitum Gothorum invaſit: ſed & Epiſcopi, & Eccleſiæ miniſtri aſpernabantur Eccleſiarum officia, deſpicabantur Eccleſiaſtica ſacramenta. Deſpiciuntur ſancti patris Iſidori inſtituta, deſpiciuntur Concilia, ſacri canones diſſolvuntur, & quicquid honeſtatis eſt, exſtirpatur. Et ut adverſus eum inſurgeret ſancta Eccleſia, Epiſcopis, presbyteris, diaconis, & cæteris Eccleſiæ Chriſti miniſtris carnales uxores habere præcepit, & ne obedirent Romano Pontifici, ſub mortis interminatione prohibuit. Iſtud quidem pereundi cauſa Hiſpaniæ fuit: ſicut ſcriptum eſt* (a): *Abundavit iniquitas, refrigeſcit charitas multorum.*

* contulit.

(a) Matth. 24.

XIII. Legum omnium ſubverſio.

Habuit præterea nefandus Vvitiza ſimul plures uxores & concubinas, atque Ducibus ſuis ut ſimiliter agerent imperavit. Tota Gothorum unitas in conviviis, libidinibus, & vitiis verſa, Dominum ad iracundiam provocavit: ita ut in illis impleretur, quod dicitur: Impius (b) *cum venerit in profundum malorum, contemnit. Et quia Reges & ſacerdotes Dominum dereliquerunt, cuncta agmina Hiſpaniarum derelicta a Domino perierunt. Itaque Vvitiza datus in reprobum eſt ſenſum, & muros cunctarum urbium ſui regni ſubvertit, ne poſſent ſibi reſiſtere cives, cum eos ob ſua ſcelera facilius irritaret* *: *muri tamen Toletanæ urbis & Legionenſis, & Aſturicenſis integri remanſerunt propter earum reverentiam civitatum. Succenſus etiam malitiæ zelo Theofridum* * *Cordubenſem Ducem dolo cepit, privatumque utroque frontis lumine, miſerabiliter palpitare fecit.*

(b) Prov. 18.

* incitaret.

* Theodefridom.

XIV. Tyrannica facta VVitizæ.

Fuit etiam Theofridus ex Gothorum regali ſtirpe progenitus, ſcilicet filius Cindaſvuinthi Regis, quem pater in ætate reliquerat puerili: cumque ad ætatem veniſſet virilem, videns eum Vvitiza elegantem, & recogitans ne cum Gothis inſurgeret contra ipſum, expulit eum e regno: & veniens Cordubam, ſortitus eſt uxorem ex regali genere, nomine Ricilonem, & ex ea natus eſt ei filius nomine Rodericus, qui cum ad ætatem perfectam pervenit, vir bellator extitit, & Cordubæ palatium fortiſſimum fecit. Ne igitur Theofridus Vvitizæ poſſet reſiſtere, eum (ut dictum eſt) orbavit oculis. Occidit, & Favilam Ducem Cantabriæ ejus germanum, ut ejus potiretur uxore. Præterea Pelagium filium ſupradicti Ducis Favilæ Vvitiza capere voluit, & ſimiliter ipſum occidere: ſed Pelagius fugit, quia voluit Deus Hiſpaniæ ſubvenire per ipſum. Exulato etiam Juliano Toletano Epiſcopo, erexit filium ſuum Oppam, ut eſſet Archiepiſcopus Hiſpalenſis ſimiliter & Toletanus contra ſacrorum canonum inſtituta. At quod ad Julianum ſpectat, Rodericus & alii recentiores non Julianum, qui tertius ejus nominis eſſet dicendus Toletanus Epiſcopus, ſed Gundericum ſub Witiza ponunt: ſed antiquiorum potior fides. Pergit vero Tudenſis: *Addidit etiam Vvitiza iniquitatem ſuper iniquitatem, ut Judæos ad Hiſpa-*

niam

PAGIUS

flitiæ ſe ipſum una cum ſuis præcipitem dedit, ut fuſe Baronius narrat.

IV. Concilium Toletanum XVIII.

Concilium Toletanum XVIII. *Vvitizæ* Regis juſſu celebratum, cujus Acta uſque ad noſtra tempora conſervari non meruere, quia plura Eccleſiaſticæ diſciplinæ contraria hoc Concilio ſancita. Ultimum fuit Conciliorum Toleti celebratorum. Exemplo Africæ & Galliarum, ut animadvertit Marca lib. 6. de Concordia cap. 23. Hiſpaniarum Epiſcopi diſtinguebant cauſas, quæ tractandæ erant in Conciliis Generali, ab iis, quæ pertinebant ad cognitionem Conciliorum Provincialium. Diſerte id docet Canon III. Concilii Toletani IV. & Canon XI. Con-

cilii

Digitized by Google

niam evocaret, atque fractis Eccleſiæ privilegiis, Judæis immunitatum privilegia dedit. Hucuſque Tudenſis.

XV. Hæc autem omnia totius decennii ſui regni tempore ſunt ab eodem Witiza nefarie perpetrata, qui ipſius exordio, ut ſpecimen optimi Principis præſeferret, ſuum pium parentem, tum reliquos prædeceſſores optimos Principes imitatus, ad optimum regimen inſtituendum, ex omnibus Hiſpaniarum Epiſcopis Concilium generale collegit, quod habitum eſt in ſuburbiis Toleti in eccleſia ſancti Petri: quod quidem cur nequaquam, ut cætera, poſteris, ſcriptis traditum reperiatur, ea fere omnium ſententia eſt, quod cum in eo complura ſancita fuerint piæ inſtitutioni, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ contraria, placuerit æterno ſepeliri ſilentio. Verum ſi (quod omnes tradunt) initia Witizæ fuere optima, præbentis ſe ipſum dignum ſucceſſorem parentis, immo & patre in eo clementiorem, quod ab ipſo mulctatos exilio atque bonis privatos reſtituit; utique in eo Concilio nonniſi pia ſanctaque oportuit fuiſſe ſtatuta, præſertim ſi habitum eſt ſub Gunderico (ſicut volunt) Epiſcopo Toletano, qui (teſte Roderico) inſignis fuit vir probitatis. Quamobrem in eam potius ſententiam pedibus imus, ut quæ fuerunt bene in Concilio geſta, poſtea eodem ipſo Rege, a quo cuncta oportuit fuiſſe probata, in tyrannum erumpente, & adverſus omnem ſancitam legibus diſciplinam vitam probroſam inſtituente, ſuiſque eadem flagitia communicante, ab eodem, quæ tunc erant pie ſancteque ſancita, penitus fuerint abrogata, ipſaque Concilii Acta conſciſſa.

De Concilio Tolet. XVIII.

De cauſa defectionis ab Eccleſia Romana.

Sed cauſam apoſtaſiæ tam inſolentis, & monſtruoſæ defectionis ab Eccleſia Romana cum nemo (quod noverimus) vel antiquorum, vel recentiorum hiſtoricorum enarret; nos quænam ipſa fuerit, ex certis antiquitatis monumentis, fidelibuſque teſtificationibus in medium adducemus. Extat in Vaticana bibliotheca liber epiſtolarum Gregorii ejus nominis Septimi Romani Pontificis, antiquitus ſcriptus ejuſdem Pontificis tempore, idemque haud pridem cuſus, in quo epiſtola ejuſdem hac inſcriptione notata legitur:

XVI. *Gregorius in Romanum Pontificem electus omnibus Principibus in terram Hiſpaniæ proficiſci volentibus perpetuam ſalutem in Domino Jeſu Chriſto.* Data vero eadem habetur epiſtola pridie Kalend. Maji, Indictione undecima, anno Domini milleſimo ſeptuageſimotertio, poſt electionem ipſius die ſexto, antequam Pontifex conſecraretur: qua quidem ſignificat, Hiſpaniarum regnum, antequam invaderetur a Sarracenis, fuiſſe Romanæ Eccleſiæ traditum a poſſidentibus ipſum Gothorum Regibus maxime piis; non ita quidem, ut illo ipſi caruiſſe voluerint, ſed ut illud, aliquo annuo perſoluto tributo, Eccleſiæ Romanæ nomine poſſiderent. Horum vero indigniſſimus ſucceſſor impius Witiza, ejuſmodi donationem irritam penitus reddere conatus, illud de non parendo Romano Pontifici viſus eſt ſanxiſſe decretum. Hæc autem licet a nemine Hiſpaniarum rerum hiſtoriam proſequente memoriæ prodita ſciam, ex litteris tamen ipſius Gregorii Septimi affirmare neceſſe videtur: quæ ut facilius aſſequaris, ipſas jam cum aliis cuſas hic tibi reddendas curavimus: ſic enim ſe habent (a) poſt ipſarum titulum ſuperius recitatum:

(a) Gregor. VII. lib. 1. ep. 7. Extant tom. 3. epiſt. Rom. Pont. & in Vatic. mſ.

XVII. Gregorii Papæ ſeptimi epiſtola.

*Non latere vos credimus, regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprii juris ſancti Petri fuiſſe, & adhuc (licet diu a Paganis ſit occupatum) lege tamen juſtitiæ non evacuata, nulli mortalium, ſed ſoli Apoſtolicæ ſedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo ſemel in proprietates Eccleſiarum juſte pervenerit, manente * eo ab uſu quidem, ſed ab earum jure, occaſione tranſeuntis temporis, ſine legitima conceſſione divelli non poterit. Itaque comes Evulus de Roceio, cujus famam apud vos haud obſcuram eſſe putamus, terram illam ad honorem S. Petri ingredi, & a Paganorum manibus eripere cupiens, hanc conceſſionem ab Apoſtolica ſede obtinuit, ut partem illam, unde Paganos ſuo ſtudio, & adjunctu ſibi aliorum auxilio, expellere poſſet, ſub conditione inter nos factæ pactionis, ex parte S. Petri poſſideret.*

*

XVIII. *Qua in re & labore quicumque veſtrum ſibi adhærere voluerit, omni charitatis affectu commonitus, erga honorem ſancti Petri talem animam gerat, ut ab eo & munitionis auxilia in periculis, & merita fidelitatis præmia ſecurus accipiat. Si autem aliqui ex vobis ſeorſum ab illo propriis copiis eamdem terram aliqua in parte intrare paraverint: decet ut*

PAGIUS cilii Toletani VIII. Pari eademque ratione in Conciliis Univerſalibus Africæ nullæ aliæ cauſæ tractabantur, quam quæ communes erant omni Clero Africano, cæteræ vero, quæ particulares erant, uniuſcujuſque Provinciæ definitio dirimebat. Diſtinctio illa extat in Canone XCV. Collectionis Canonum Africanorum: *placuit, ut non ſit ultra fatigandis fratribus anniverſaria neceſſitas; ſed quoties exegerit cauſa communis, id eſt, totius Africæ, undecunque ad hanc Sedem de hac re data litteræ fuerint, congregandam eſſe Synodum in ea Provincia, ubi opportunitas perſuaſerit. Cauſæ autem quæ communes non ſunt, in ſuis Provinciis judicentur.* Denique

Digitized by Google

ut militiæ cauſam ex animi devotione, quam juſtiſſimam ſibi proponunt, jam nunc animo voto concipientes & ex corde ſtatuentes, ne capta terra, eiſdem quas illi qui nunc Deum ignorantes eam occupant, injurias ſancto Petro faciant. Hoc enim neminem veſtrum ignorare volumus; quoniam niſi æqua pactione perſolvendi juris ſancti Petri in regnum illud animadvertere ſtatueritis, potius vobis Apoſtolica Auctoritate, ne illuc tendatis, interdicendo, contra feremur, quam ſancta & univerſalis mater Eccleſia, idem a filiis ſuis quod ab hoſtibus patiendo, non jam proprietatis ſuæ, ſed filiorum detrimento ſauciatur. Quamobrem hunc dilectum filium Hugonem, & Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyterum in partes illas miſimus, in cujus ore noſtra ad vos conſilia & decreta plenius apertiuſque diſſerenda ac vice noſtra diſponenda poſuimus. Data Romæ ſecundo Kal. Maii, indictione undecima. Hæc Gregorius (ut dictum eſt) ſui Pontificatus exordio.

XIX. Rurſum vero poſt annos quatuor, nempe Indictione decimaquinta, ad Reges & Principes in Hiſpaniis regnantes ſcribens, de iiſdem meminit: re enim bene geſta, & vindicata magna ex parte Hiſpania a Saracenis, jura Petri ſedis exigit ab iiſdem Principibus. Porro dicta epiſtola notatur ejuſmodi titulo (a):

(a) Greg. VII. lib. 4. ep. ult. tom. 3. ep. Rom. Pont.

Ejuſdem Gregorii alia epiſt.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Regibus, Comitibus, cæteriſque Principibus Hiſpaniæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Non ignorare credimus. Et poſt multa ſalutaria monita impertita, hæc de regimine populorum ipſis ſubjectorum: *Arma veſtra, opes, potentiam non ad ſæcularem pompam tantum, ſed ad honorem & ſervitium æterni Regis vertite: commiſſa vobis regni gubernacula ita gerite, ſic adminiſtrate, ut veſtræ virtutis, & rectitudinis ſtudium omnipotenti Deo gratum juſtitiæ poſſit eſſe ſacrificium: quatenus & vos in ipſo ſperare poſſitis, qui dat ſalutem Regibus, & potens eſt eripere de manu mortis, ut ſuperinduat vos eminentiori claritate & gaudiis vitæ perennis, & de caducis honoribus, quos nunc habetis, transferat vos in regnum gloriæ ſuæ æternæ, ubi nec beatitudo finem, nec gloria corruptionem, nec dignitas habet comparationem.*

XX. *Præterea notum vobis fieri volumus, quod nobis quidem tacere non eſt liberum, vobis autem non ſolum ad futuram, ſed etiam ad præſentem gloriam valde neceſſarium, videlicet, regnum Hiſpaniæ ex antiquis conſtitutionibus beato Petro, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in jus & proprietatem eſſe traditum. Quod nimirum hactenus, & præteritorum temporum incommoda, & aliqua anteceſſorum noſtrorum occultavit negligentia. Nam poſtquam regnum illud a Sarracenis & Paganis pervaſum eſt, & ſervitium quod beato Petro inde ſolebat fieri, propter infidelitatem eorum, & tyrannidem detentum, ab uſu noſtrorum tot annis interceptum eſt, pariter etiam rerum, & proprietatis memoria delabi cœpit. Verum quia divinæ clementia conceſſa vobis in hoſtes illos ſemperque concedenda victoria terras in manus veſtras tradidit, ulterius vos cauſam hanc ignorare nolumus: ac quod ſupernus arbiter & legum ac juſtitiæ conditor de recuperanda, & reſtituenda juſtitia & honore S. Petri, ejuſque ſanctæ, & Apoſtolicæ ſedis, veſtræ gloriæ ad benemerendum contulit, aut nobis ex taciturnitate in negligentiæ culpam, aut vobis ex ignorantia (quod abſit) ad detrimentum propoſitæ & divinitus oblatæ retributionis obveniat.*

Confidimus enim in miſericordia Dei, qui virtutem vobis dedit & victoriam, ut hanc etiam voluntatem vobis tribuat, qua cognita veritate, potius ſtatuta Chriſtianorum Principum & exempla ſequamini, quam eorum impietatem, qui Chriſtianum nomen magis cupiunt perſequi, quam venerari. Miſimus autem ad vos confratrem noſtrum Amatum venerabilem Elloreaſem Epiſcopum, cui & vicem noſtram ad partes illas dedimus, adjungentes ſibi hunc Abbatem S. Pontii, virum venerabilem, fide & morum honeſtate probatum; ut quod nos de inſinuatione hujus cauſa veſtræ celſitudini ſuccincte ſcripſimus, ipſi vobis (ſi neceſſe ſit) latius apertiuſque manifeſtent, & quantum ratio poſtulaverit, notitiam veritatis præſenti denunciatione & certa aſſertione demonſtrent, &c.* Plura enim alia addit ad hoc ſuadendum. Data vero habetur epiſtola Carpinetæ quarto Kal. Julii, Indictione decimaquinta. XXI.

* Elborenſem.

Vidiſti, lector, duobus epiſtolis diverſis temporibus ab eodem Pontifice datis (Pontifice inquam ſanctitate celebri, ac tenaciſſimo veritatis) eadem de donatione Apoſtolicæ ſedi ante Saracenorum incur- XXII.

PAGIUS quæ in Galliis aliquando Univerſalia, aliquando particularia Concilia celebrabantur. Nam in ſecunda Synodo Matiſconenſi, quæ de hujuſcemodi Conciliis loquitur, legimus, *Generale Concilium* & *Univerſale*: in Turonenſi vero, quæ an. DLXVII. congregata, *Major Synodus*. Sic examen Regulæ Sancti Columbani, quam aliqui arguebant ſuperſtitionis peractum eſt in Synodo Generali Epiſcoporum Regni Burgundici quod complectebatur medietatem fere Provinciarum Galliæ, ab Epiſcopis a Clotario II. Rege convocatis, *qui ſtatuit, ut Synodali examinatione probarentur*. Infra: *Tunc emanante Regali auctoritate multi jam Burgundiæ Epiſcopi in ſuburbio Matiſ-*

curſus Hiſpaniis? Vidiſti, ut in re ſeria & magni momenti, decretas ab eodem eadem ex cauſa duas a latere legationes? Quibus omnibus cauſam ipſam perſpicias, cur Rex perfidus publico per univerſas Hiſpanias promulgato decreto ſancivit, ne quis obediret Romano Pontifici. Cum ergo iſta a Rege, qui Catholicus habebatur, intelligis promulgata; utique non fidei, ſed temporariæ utilitatis cauſa id ab eo factum agnoſce. Ex quibus perſpicue intelligas, quam male conſulant regno Principes, qui Eccleſiæ jura penitus tollere vel minuere conatur. Etenim ultor exurgens Deus (*a*) in virga ferrea tamquam vas figuli confringit eos qui aſtiterunt adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus, dicentes: *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipſorum*: ut merito ad omnes Principes illud quod in pſalmo ſequitur, ſit inclamandum: *Et nunc Reges intelligite, & erudimini, qui judicatis terram*. Paruiſſe quidem in omnibus Hiſpaniæ Reges ipſi Gregorio Romano Pontifici, plures litteræ ejuſdem Pontificis tum ad Sancium, tum ad Alphonſum tunc in Hiſpania regnantes ſatis oſtendunt, cum de ipſorum erga Romanam Eccleſiam obedientia & obſervantia gratulatur: ut plane fuerit luce apertiſſima declaratum, ſicut in obedientia Principum & defectione ab Apoſtolica ſede jactura totius facta eſt regni, ita ipſum obedientia & cultu erga eamdem, fuiſſe a barbaris vindicatum & ſtabilitum. Videant cæcutientes miniſtri Regum, Præſides provinciarum, quam male conſulant Regum regnorumque ſaluti, dum nihil magis ſatagunt, quam jura Eccleſiaſtica impugnare, neſcientes ſe adverſus Deum habere certamen, qui contra hujuſmodi ſacrilegia vindex exurgens (ſecundum illud propheticum *b*) *adducit conſiliarios in ſtultum finem, & Judices in ſtuporem; baltheum Regum diſſolvit, & præcingit fune renes eorum*.

(*a*) Pſ. 2.

(*b*) Job. 12.

PAGIUS *tiſconenſis Urbis conveniunt*, inquit Jonas Monachus in Vita Sancti Euſtaſii. Quæ vero cauſæ communes, quæ particulares vocarentur, explicat Marca loco laudato.

V. *Sighearde* & *Seofrido* Orientalium Saxonum Regibus, anno incerto vita functis, *pauco tempore Regnum moderatus eſt Offa, filius Sigheri*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. Angl. cap. 6. Beda lib. 5. cap. 20. loquens de Coinredo Merciorum Rege Romam petente ut ibi Monachus fieret ait; *Venit cum illo & filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum, vocabulo Offa, juvenis amantiſſimæ ætatis & venuſtatis, totaque ſua genti ad tenenda ſervandaque Regni Sceptra exoptatiſſimus*.

Offa fit Rex Orientalium Saxonum.

I. Septingenteſimusſecundus ſequitur annus decimaquinta Indictione, quo Tiberius Imperator, qui anno ſuperiori miſerat Theophylactum Exarchum ad deturbandum Juannem Romanum Pontificem, paſſus eſt ipſe divino judicio dirum adverſarium, a quo poſtea pelleretur Imperio. Sicut enim perpeſſum vidiſti Juſtinianum obtroncationem narium, & Imperii jacturam, cum in Sergium Papam violentus inſurrexit; ita graviori hunc pœna intelliges eſſe mulctatum, cum item in Romanum Pontificem inſurrexiſſet. Siquidem (ut habent Græcorum Annales *a*) *hoc ipſo anno Juſtinianus, qui exul degebat (ut vidimus in Cherſona, magnis ſumptis ſpiritibus, amiſſum invadit Imperium, nomenque reaſſumens Imperatoris, & Chacanum* * *Lazorum Regem adiens, ſumpta ipſius ſorore conjuge, ejus ope ad reditum arma parat, tali incenſus furore, ut cum maris tempeſtate eſſet in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutus, dixiſſetque ei unus ex caris ejus: Ecce morimur, domine: Vove Deo pro ſalute tua, ut ſi Deus Imperium tuum tibi reddiderit, in nullum tuorum ulciſcaris inimicum: ille furore repletus reſpondens, dixerit: Si pepercero cuiquam eorum, in hoc loco me Deus demergat.* Sicque Dei judicio, qui in perfidos ultionem ita parabat, evadens, legationemque mittens ad Trebellium Bulgarorum Regem, ut ejus auxilio poſſet reſtitui in imperium, eo libenter annuente factum eſt, ut anno ſequenti per Bulgaros Imperium recuperarit: quomodo autem id acciderit, ſuo loco dicturi ſumus.

(a) *Theophan. Cedren. Zonar. & alii.*

* Gajanom.

Juſtinianus viribus externorum munitur ad Imperium recipiendum.

II. Perturbatur, & in Occidente Romanum Imperium eodem ferme tempore: ſiquidem dum iſta geruntur in Oriente, Dux Beneventanus Giſulphus Romanorum ditionem prædabundus incurſat, multamque inde prædam colligens, domum revertitur. Anaſtaſius enim hæc de his habet in Joanne Pontifice: *Giſulphus Dux gentis Longobardorum Beneventi, cum in omni ſua virtute in Campaniam veniret, incendia, & deprædationes multas exercet: cumque captivos non paucos cepiſſet, & uſque ad locum qui Horrea dicitur, foſſatum feciſſet,* nempe caſtra poſuiſſet, *nulluſque exitiſſet qui ei potuiſſet reſiſtere: denominatus Pontifex, miſſis ſacerdotibus cum Apoſtolicis donariis, univerſos captivos de eorum manibus redemit, & illum cum ſuo ſtolo,* hoc eſt, exercitu, *ad propria repedare fecit.* Hæc Anaſtaſius: eadem habet Paulus diaconus, cujus tamen depravatus corrigendus eſt textus, qui ſic habet (*b*):

Giſulphi Ducis graſſatio in Campania.

Jo. Papa captivos redemit.

Hac denique ætate Giſulphus Beneventanorum ductor Suram Romanorum civitatem, Hirpinos, atque Arcon pari modo oppida cepit. Tu vero reſtitue, pro Suram Soram, pro Hirpinos Arpinum, loco Arcon Arcanum. Sunt hæc quidem loca parum inter ſe diſtantia, in quæ potiſſimum graſſatum Ducem Beneventanum, alii quoque tradunt hiſtorici, redemptoſque populos captivos largitate Joannis Romani Pontificis, optimi paſtoris in omnibus ſpecimen edentis.

(b) *Paul. diac. lib. 6. c. 29. nov. edit.*

III. Ad præſens tempus referri poſſe videtur (licet annus haud ſatis exploratus haberi poſſit) martyrium Heimerammi * Epiſcopi Ratiſponenſis ſub Theodone Bavariæ Principe hoc tempore illis populis dominante, qui & quintus hujus nominis numeratur. Extant ejus Acta (*c*) ſcripta a Cyrino Epiſcopo item Ratiſponenſi, qui eodem ferme tempore vixit. Cauſa autem ea martyrii interceſſit, quæ & ipſum Redemptorem humani generis impulit Crucis ſubire ſupplicium, dum videlicet aliena innocens ſuper ſe peccata ſuſcepit libens volenſque quouſque liberaret a morte qui ſcelus admiſit;

* al. Emmerami.

S. Eimerammi Epiſcopi Martyrium.

(c) *Extant apud Sur. die 22. Septemb. to. 5.*

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6295.

☉ 22. A. ☽ 29. P. 23. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 702.

JOANNIS VI. PAPÆ 2.

TIBERII APSIMARI IMP. 5.

Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXL. Anno Hegiræ LXXXIII. Inchoato die 4. Febr. fer. 7. A.C. 702.

I. AD num. I. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alexand. DCXCVI. qui Kalendis Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoatur refert *Juſtinianum*, cum de recuperando Imperio cogitaret, e Cherſoneſa Urbe, in qua degebat, aufugiſſe, & ad Terbelem Bulgarorum Principem quendam ex ſuis miſiſſe, ac cum alia plurima, tum filiam ſuam conjugem eidem promiſiſſe. Hinc Terbeles *omnes Bulgarorum & Sclavorum copias collegit, qui demum omnes anno ſequenti arreptis armis ad Imperatoriam Urbem profecti ſunt*, inquit Theophanes. Idem habent Cedrenus in Chronico, & Nicephorus in Hiſtoria. Verum hæc non contigere currenti anno, ut putavit Baronius quod initium Tiberii Apſimari cum anno DCXCVI. perperam illigaſſet, ſed anno ſexcenteſimo ſeptingenteſimo quarto, ad quem ideo hæc differenda.

Juſtinianus de Imperio recuperando cogitat.

II. Ad num. III. & ſeqq. *Sancti Emmerami Martyrium* contigit anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſecundo, quo de eo egimus, & ad quem revocandum eſſe, Baronius in Addendis monuit.

S. Emmerami Martyrium.

III. Sedente Romæ Joanne VI. Papa *Sancti Vuilfridi* cauſa ventilari iterum ab Epiſcopia cœpta. Ex-

ſit; licet poſtea ſuæ extiterit innocentiæ defenſor. Etenim dum Theodonis Principis filia Ota virgo Sigibaldo cuidam commixta ex ſtupro concipiens, fœtu gravida, cognita, in vitæ diſcrimen una cum juvene adduceretur, ipſe ut eos a nece eriperet, ſibi paſſus eſt crimen adſcribi, cujus cauſa crudeliſſime a fratre ejuſdem feminæ cæſus eſt. Sed audi ejuſdem martyrii Acta:

IV. Lantbertus in Heimerammum inſurgit. *Ut autem comperit Lantbertus Ducis Theodonis filius, adeſſe illic venerabilem Epiſcopum, deſilit ab equo. Erat enim in medio veſtibulo petra poſita, in quam (ut ſolent equum aſcendentes, & ab eo deſcendentes) ſeſe transferens, virgæ innixus, Epiſcopum ad ſe jubet adduci, adductumque ſæculari faſtu elatus, ex ablata rei accuſatione ita compellat: Salve Epiſcope, affinis noſter. At ſanctus Epiſcopus Deum teſtem adhibens, ait ſe ex carnali commercio nullum noſſe affinem. Sed Princeps ejus verba contemnens, multis eum affecit injuriis, multaque convicia in conſpectu aſtantium illi in faciem dixit, creberrimeque illi exprobravit, quod tam honorifice tam longo tempore in Ducis ditione habitus, tanta contumelia eum affeciſſet, & tanti viri ſummique principis filiam peſſimo ad ultae exempla conſtupraſſet.*

Ann. Eccl. Tom. XII.

V. Appellat Rom. Eccleſ. judicium S. Epiſcopus. *Contra autem ſanctiſſimus vir Dei, hilari vultu, modeſtis & ſedatis ſermonibus excuſabat ſeſe, dicebatque: Romam me iterum promiſi, ut ſupplex inviſam Petri Apoſtolorum principis limina, cujus Eccleſia Evangelica auctoritate fundata eſſe dignoſcitur; cujus ſub mundi thalamo cenſorem adeſſe, dubium non eſt, qui, Deo auctore, Petri ſucceſſit in honorem Apoſtolicus vir, & ſanctiſſimus tenet primatum in ſacris conſtitutus ordinibus. Mitte ergo quem vis prudentem aliquem virum, ut mecum præſentetur in conſpectu tanti Pontificis hac de re me accuſaturus, ut illic canonicam excipiam ſententiam, ne hujus criminis reus exiſtimer. Quod equidem charitate permotus tibi conſulo, tametſi non ignoro te mihi non obtemperaturum: non quod timeam cruciatus tuos, ſed quod doleat mihi tui condemnatio, cum certum ſit, te animæ tuæ magnam perniciem & detrimentum afferre. At contumax tyrannus, veritatis verbis collo ſupponere detrectans, mentis lumine orbatus, clauſis oculis cordis, arreptum baculum, cui incumbebat, nihil reformidans, in tanti Pontificis pectus adegit, moxque ſuis præcepit, ut in eum manus injicerent. Id ejus clerici conſpicientes, immenſo correpti timore, in ædium latebras ſeſe abdiderunt: ut in eos etiam*

A a 2 qua-

PAGIUS Cauſa S. VVilfridi in Synodo Oneſtrefeldenſi ventilata. Exolaverat ille e Sede ſua Eboracenſi jam ab anno DCXCII. & dudum *Sergius* Papa eum reſtituendum decreverat: ſed Aldfridus Northumbriæ Rex, & Brithualdus Cantuariæ Archiepiſcopus hactenus moras nectendo, Pontificia juſſa ſuſpenderant: nunc vero pietatis ſpeciem prætexentes, Epiſcoporum Concilium cogunt; eo Wilfridum vocant, conaturque eum, quem vi exoulerant, vel blandimentis ad libitum ſuum inflectere, vel ſi non conſentiret, opprimere. Rem geſtam narrat Eddius in ejus Vita cap. 44. *Alfredo Rege cum Sancto Berthualdo Archiepiſcopo & totius pene Britanniæ Epiſcopis congregata Synodo in campo, qui dicitur* Oneſtrefelda, (Hodie Neſtrefeld) qui locus quinque milliaribus diſtat a Ripo verſus boream: *deinde Legatio ad præfatiam Sancti Vuilfridi Epiſcopi miſſis, rogantibus humiliter, ut eorum obtutibus dignaretur præſentari, promittentes per Nuncios ſuos ſtatuta Canonica de fraude antiqua rationem ſe reddituros, ſi ad illorum Conventum non negaret pervenire &c. Poſtquam vero in locum ubi Synodalis diſputatio debuerit eſſe, conveniret; deinde non ita contigit, ſicut ei promiſſum fuerat: ſed multa & magna altercationum quæſtione ab eis exorta emerſerunt, maxime ab illis Pontificibus Eccleſiarum* (quibus ſpoliatus fuerat Wilfridus:) *cum voluntate tamen Alfridi Regis, & conſenſu quorumdam Abbatum id feciſſe* (Epiſcopos iſtos) *non dubium habetur, qui pacem Eccleſiarum, avaritia inſtigante, nullatenus habere concupiverunt; & multa falſa obiicientes, quæ nulla ratione veritatis comprobare potuerant; inſuper ſecundum ſtatuta & juſſiones Theodori Archiepiſcopi confundum Pontificem noſtrum confirmaverunt, &c.*

IV. Epocha hujus Synodi. Wilfridus *deinde multis & duris ſermonibus eorum pertinaciam obſtinationis quia per viginti & duos annos Apoſtolicam poteſtatem non timuerunt contentioſe reſiſtendo exercere, increpavit.* Hinc habemus tempus, quo celebrata eſt Synodus Oneſtrefeldenſis. Nam ſub finem anni DCLXXIX. Epiſcopi Britannici in Synodo ſub Ecgfrido Northumbriæ Rege congregati cœperunt ſe ſe inmorigeros exhibere præceptis Apoſtolicæ Sedis circa cauſam Wilfridi: *Poſtquam*, inquit Eddius cap. 32. *quædam difficilia ſibi & ſuæ voluntati contraria lecta audierunt, contumaciter reſpuerunt*, &c. quare hujuſce contentioſæ pertinaciæ annus XXII. completus eſt ſub finem anni ſuperioris, & hoc anno vere ſaltem habita hæc Synodus. Nec obſtat quod dixerit in hac Synodo Wilfridus, *nonne fuit aliquo reatu ſuſpicionis offendiculum factum cunctis audientibus nominis mei divulgationem, quo Epiſcopi vocabulo, quamvis indignus, per XL. prope annos nuncupabar?* nam non ſolum qui XXXVIII. annos in Epiſcopatu exegit, ſed qui XXXV. aut XXXVI. dici poteſt per XL. prope annos Epiſcopum fuiſſe; nullum enim annum determinatum ſignat hæc locutio.

V. Geſta in Synodo adverſus S. VVilfridum. Geſta hujus Synodi ſic narrare pergit Eddius: *Unus ex miniſtris Regis Pontifici noſtro valde devotus quem ille a primævo vagientis ætatula incunabulo enutrivit, ex tentorio Regis latenter erupit, &c. dicens: Hac omnino fraude te moliuntur decipere, ut primitus per ſcriptionem propria manu confirmes eorum tantummodo judicium &c. ut poſtquam iſto alligatus fueris diſtrictionis vinculo de cætero impoſterum permutare nullatenus queas. Ita ſiquidem erit illorum judicii apertio, ut quidquid in Ultra-Umbrenſium aliquando terra poſſidere viſus fuiſti, vel in Epiſco-*

quadraret illud, quod de Chriſto jam olim propheta prædixerat (a): *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Milites vero non pauci acriter in ſanctum Epiſcopum manus injicientes, ut furentis domini animum mitigarent, ejus juſſu ſpoliatum chlamyde & ſtola, in hoſpitis horreum, ubi tundebantur frumenta, abduxerunt, ibique ad ſcalam funibus alligarunt.*

(a) Zach. 13. Matth. 26.

VI. *Tum ille attentiſſime Dominum orans: Domine Jeſu Chriſte, inquit, qui manus ad crucem extendiſti, & tuo me ſanguine redemiſti, tibi ingentes gratias ago, quod me ex tot regionibus ad hunc locum deducere dignatus es, & ab hoc crimine alienum, pro tui amore me vis ſanguinem profundere. Et ſic orante, quinque electi ſunt, qui ejus membra amputarent. E quibus duo tremefacti, pallida facie, ab imo pectore iſthæc verba proferebant: Domine Jeſu Chriſte, de noſtris manibus hujus ſanguinem non requiras: tu enim ſcis, non ſponte, ſed imperio coactos nos facere id, quod facturi ſumus. Audiens hoc vir ſanctiſſimus, ait ad Dominum: Domine, da tu illis ſecundam corda illorum. At reliqui tres carnifices pectoris ſui impietatem apertis indiciis declarabant, ita dicentes: Quid us tradelster eum attrectemus, qui impudenter libidinem ſuam in tanti principis filia explevit, ita ut ille omnibus exemplum ſtatuatur, ex eoque diſcant omnes, ſi quis præter fas in feminam manus injiciat, illi manus amputari debere? His dictis, digitos ejus articulatim præciderunt. Deinde furentis principis urgente imperio, oculos radicitus evulſerunt, nares amputarunt & aures. In iis vero cruciamentis ſanctus Dei martyr inſtar fontis perſpicui manans, non intermiſit curſum ſuum, hymnos & pſalmos offerens Deo: factus eſt enim in tam immani agone ex ſuperna virtute robuſtus, ut ne gemitus quidem ullus ab eo ad aſtantium aures perferretur, ſed hilari vultu ſinceraque mente Deo (ut diximus) indeſinenter preces funderet. Necdum vero tot pœnis exſatiati carnifices, pedes ejuſque cum palmis, quorum jam digitos abſciderant, detruncarunt, atque ipſa etiam verenda impudenter abſtraxerunt.*

Dirum martyrium S. Heimerammi.

VII. *Interim pergebat ſanctus martyr, licet ex-*

PAGIUS *ſcopatu, vel in Monaſteriis, vel in quolibet re, cuncta dimittas; & ſi quid Merciorum Regno ſubſecutus eras ſub Ethelredo Rege, omnia reddendo Archiepiſcopo cuncta relinquas, ab ipſo donandum cui vult: & ad poſtremum temet ipſum deponendo, de tuo in Sanctitatis honore cum ſubſcriptione degraderis*, &c. *Ad ultimum dum dicens multis agnoſcentibus cauſam celare non poterant, primo dixerunt* (inimici ſcilicet Wilfridi) *Sanctum famulum Dei omnibus facultatibus ſpoliare taliter velle, ut nec in Ultra-Umbrenſium Regno, nec in Merciorum, minimam quidem unius domunculæ portiunculam haberet. Hujus autem judicii inclementia ab Archiepiſcopo & Rege diffinita, & ipſos jam inimicos horruit, dicentes impium eſſe, tam famoſum Virum in circuitu nationibus abſque ullo capitali crimine omnibus bonis ſuis privare. Noviſſimum vero aliquid humanius pertractantes cenſuerunt, ut Monaſterium tantummodo, quod conſtruxit* (Wilfridus) *in Rypis, & dudum cum omnibus ad illud pertinentibus, Sancto Petro donans commendaverit, perceptumque Privilegium a Sancto Agathone Papa Abbati familiæque ibidem converſata detulit; redderent in poſſeſſionem, et tamen interpoſita dictione, ut propria manu conſcriptione firmiter conteſtaretur, quod illic quietus conſederet, ſepta Monaſterii abſque licentia Regis non tranſmearet, nec aliquid Sacerdotalis Officii attingeret: ſed & ſuum de ſemet ipſo* (*quod dictu horribile erat*) *gradum honoris abjiceret, ſub teſtimonio confirmationis plurimum cogentes compulerunt.*

VI. *Quo audito Sanctus Wilfridus Epiſcopus noſter conſtanter & intrepida voce elevata locutus erat, dicens: Quo ex cauſa me compellitis, ut tam lugubri calamitatis miſeria in memet ipſum gladium diræ intrefectionis; hoc eſt ſubſcriptionem propriæ damnationis, convertam?* &c. *Sed de hac noviter ortu quæſtione, qua vos Sanctitatis habitum violare eſtis conati, fiducialiter Sedem appello Apoſtolicam*, &c. *Hac audientes Archiepiſcopus & Rex dixerunt: modo utique cul-*

Qui appellat ad Sedem Apoſtolicam.

pabilis factus a nobis notatus damnetur, quod magis illorum (ſcilicet Romanorum) *quam noſtrum eligit judicium.* &c. *Poſt has ſermocinationes*, inquit Eddius cap. 45. *ſolvitur inutile Concilium ex utraque parte*, &c. *noſter autem Sanctus Pontifex pergens devenit ad Ethelredum Regem, denuncians ei cunctam diræ locationis infeſtationem, quæ a Præſulibus contra illius Præceptum illata erat.* Promiſit autem Rex ſe Romam Nuncios proprios vel Scripta præmiſſurum, & inimici Sancti Wilfridi annunciabant interim eum & ſocios a ſorte fidelium eſſe ſegregatos, *& vaſa Dei quibus veſcebantur, lavari prius, quaſi ſorde polluta jubebant, antequam, ab illis contingerentur*, ait Eddius cap. 46. qui cap. ſequenti ſubdit, Wilfridum cum ſuis navem aſcendiſſe, & ad Sedem Apoſtolicam veniſſe primo vere ſcilicet, & mari aperto, ut conjicere licet.

VII. Sigebertus in Chronico ad annum DCCI. ſcribit: *Mortuo Ranguberto* (Regni Longobardici invaſore,) *Aripertus filius ejus, Anſprando in congreſſu victo, Liutbpertum Regem capite perimit, Anſprandum in Bajoariam fugere compellit, filiumque ejus juniorem Luitprandum ad patrem fugere permittit, & annis novem regnat.* Sed, ut ſæpius monuimus, Sigebertus per hæc tempora res Longobardorum anno uno anteverti, ideoque currenti anno hæc contigere. Hæc, ut intelligantur, legenda, quæ Baronii ordinem ſequentes anno ſequenti num. III. de *Cuniberti* Longobardiæ Regis morte dicemus. Hanc Regni Longobardici per *Aribertum* ſeu Aripertum II invaſionem fuſius deſcribit Paulus Diaconus lib. 2. cap. 19. & ſeqq. & cap. 21. de eodem Ariberto habet: *miſit quoque exercitum adverſus Anſprandum in inſulam Commacinam. Quo comperto Anſprandus fugit Clavennam; deinde per Curiam Rhætorum Civitatem venit ad Theudebertum Bajoariorum Ducem; & fuit cum eo per novem annos, uſque* ad annum ſcilicet ſeptingenteſimum undecimum exe-

Aribertus II. Regnum Longobardorum invadit.

exili jam voce, in laudibus Dei & pſalmis Davidicis. Cernentes vero carnifices eum pœnis afflictum, & membris jam deſtitutum, ipſius linguæ miniſterio invidentes, eam ferro in os injecto præciderunt, atque ita corporis trunco relicto, abierunt. Remanſit autem in certaminis campo, ſanguine ſuo involutus, victor triumphalis exultans. Poſtquam autem hoſtes abiere, e ſuis latibulis ad venerabilem Chriſti martyrem clerici cum vicinis mulieribus advolarunt, a quibus vir ſanctus pro ſui refrigerio aquam petebat. Dixit autem ad eum Vitalis presbyter & Vitalis negat potum S. Martyri. *interpres ejus, vir pius & religioſus, cujus antea meminimus: dixit vero non ſine lacrymis, quas ab ejus oculis exprimebant tanti ſui magiſtri cruciatus: Quid vis refocillari, cum ſis membris corporis deſtitutus? Meo quidem judicio rectius tibi mortem optaris, quam tot affectus injuriis vitam producere velis.*

VIII. *Cernens autem Dei martyr presbyteri ſui animum ſecus affectum, quam expediret, collecto ſpiritu, abſciſſa lingua verba, ut potuit, explicans, ita ait ad eum: Non tibi in mentem venit, ſæpe me dixiſſe, neminem ad mortem feſtinare debere, ſed potius optare ut differatur, ut poſſit piis interceſſionibus faciem Domini præoccupare, ut detur ſpatium infirmis ad agendam pœnitentiam propter ea quæ humana infirmitas perpetravit? An vero pigritiæ tuæ moleſtum videtur cruentum refrigerare pectus?* Pergens vero, non tam imprecatus eſt ei malum, quam quod ob peccatum eſſet paſſurus, Deo vindice, ita prædixit: *Quoties*, Quæ ultio ſecuta eſt Vitalem. inquit, *potum ori tuo applicueris, mentis inops fies, nec tamen cuiquam noceas, ſed inobedientiæ exemplum de te præbeas. Dixit hoc vir ſanctiſſimus, & ut dixit, ita factum eſt.* Hæc & alia præſertim vero miracula quæ ad ejus ſacras reliquias operatus eſt Deus, idem auctor pluribus narrat, qui & terribilem Dei ultionem in facinoroſos illos delinquentes deſcribit, & de eccleſia in ejus memoriam condita meminit. Porro natalem ejus, quo martyrii corona redimitus triumphans aſcendit in cœlum decimo Kalendas Octobris in ſacras martyrum relatum tabulas anniverſaria die Catholica Eccleſia pie ſancteque celebrat ejuſmodi elogio tanto viro digno: *Ratiſpona in Bavaria ſancti Emmerami* * *Epiſcopi & martyris, qui ut alios liberaret, mortem ſæviſſimam Chriſti cauſa patienter ſubiit.* Illuſtravit plane provinciam illam tanti martyris fulgor, quo neſcivit

* Heimerammi.

PAGIUS exeuntem, uti anno DCCXII. num. VIII. oſtendam. Cum autem annus X. Theodeberti Bajoariæ Ducis jam provectus in annum DCCXII. incidat, ut ibidem videre eſt, liquet, *Theodebertum* hoc anno Ducatum iniiſſe, & Hermannum Contractum in Chronico juxta editionem Caniſianam ad annum DCCII. accurate ſcripſiſſe: *Ille viribus impar primo Clavennam, inde ad Theodebertum Bavariæ Ducem confugit, ibique novem annis manſit.*

VIII. *Tetrarchia a Theodone in Bajoaria inſtituta.*

Theodo quidem hujus nominis II. jam a pluribus annis Bajoariæ Ducatum adminiſtrabat, ſed hoc anno illum inter tres ſuos filios, *Theodebertum* nempe, *Theodebaldum* & *Grimoaldum*, partitus eſt, & *Tetrarchiam* inſtituit, parte ſcilicet Bavariæ ſibi retenta, & aliis tribus filiis aſſignatis. Hanc inſtitutionem *Aribo* ſeu *Cirinus* in Vita Sancti Corbiniani Epiſcopi Friſingenſis Primi notavit; loquens enim de iis, quæ Sanctus Præſul Roma redux in Bajoaria egit, ait: *In Noricum veniens, ibi aliquandiu demoratus, Verbi Divini ſeminavit doctrinam, & nonnullorum ſacra verba penetrabant gratia Dei, corda in augmentum fidei Chriſti; qua gens adhuc rudis erat, & nuper ad Chriſtum converſa* (ſcilicet per Sanctum Rudpertum). *Eo namque tempore erat ibi devotiſſimus* Theodo *Dux* (hujus nominis ſecundus,) *inſignis potentia, & virilis virtute, filiis ornatus, & nobilium Virorum alacritate præcipuus; cujus cum longe lateque felix fama increviſſet, Provinciam ipſam ſibi & liberis in quatuor partes diviſit, carique ibi habebantur Sacerdotes, ut ſolet apud novitios.* Theodebaldi & Grimoaldi filiorum Theodonis meminit Aribo in eadem Sancti Corbiniani Vita cap. 20. & ſeqq. & Theodonem patrem ac Grimoaldum ejus filium *Duces* diſerte appellat. Inſinuat autem Theodebaldum tunc mortuum fuiſſe. Non loquitur de *Theodeberto* Theodonis II. filio natu majori, quia *Corbinianus* in eam Bajoariæ partem non venit, cui ille præerat. Sed *Theodebertum* filium fuiſſe ejuſdem Theodonis a nemine negatur, & ab Arnolfo lib. 1. de Miracul. Sancti Emerami cap. 2. traditur; *Sub quo* (nempe Theodone II.) *clariſſimus Chriſti Confeſſor Ruotpertus cum aliis Dei ſervitoribus Juvavium devenit*, &c. *qui Dux filios habuit Succeſſores, Diotpertum videlicet atque Grimoaldum: poſt quos Ducatum præfuit huic genti Hucbertus*, ubi *Theodebertum* nomine Celtico, quod excellentem virtutem exprimit, qualis Heroum priſcis temporibus credita, *Diotpertum* appellat, quem & Rerum Boicarum Scriptores *Theodebertum Magnum* appellant. De Theodebaldo mentionem non facit Arnolfus, quia, ut ex laudatis Aribonis verbis colligitur, is ante patrem diem obiit, & *Theodoni* II. duo tantum alii ejus filii ſucceſſere. *Hucbertum* vero filium fuiſſe Theodeberti ac ejus Succeſſorem, oſtendemus anno DCCXXV. quo Tetrarchia deſiit. Quæ hic cogor inſinuare, quia animadverti, aliquos *Theodoni* Secundo loco trium iſtorum filiorum alios tres attribuere.

IX. *Ejus opera variè errores emendati.*

Hac Tetrarchiæ Bajoaricæ Chronotaxi, quæ hactenus in obſcuro fuit, recte conſtituta, multi errores profligantur, & Rerum Boicarum Hiſtoria magnam lucem accipit. Velſerus verbi gratia lib. 4. ex laudatis Pauli Diaconi verbis colligit *Theodonem* hoc anno mortuum eſſe & *Theodebertum* filium ei ſucceſſiſſe. Tum ait, iſti *Theodeberto* ſucceſſiſſe alium *Theodonem*; quem ipſe *Quintum*, & aliqui *Sextum* vel *Septimum* male numerant, ac iſtum Ultimum Theodonem anno DCCXVI. limina Sanctorum Apoſtolorum Romæ viſitaſſe, uti ab Anaſtaſio annotatum. Verum anno ſuo reddita Tetrar-

chia

vit impiæ hæreſis denſam caliginem, fide lucens ſub Principibus Orthodoxis Catholicæ fidei vere cultoribus.

Martyrium paſſus Hemerammus ann. DCLII.

☞ Verum quod ad tempus martyrii ſancti Emmerami, in incertum (ut diximus) ſine certo duce cucurrimus: Cum enim non eſſet ſcriptus liber, nec certus auctor quem ſequeremur, errare contigit: quod non prius ſenſimus, quam cum accepimus epitaphium antiquitus ſcriptum, in quo expreſſe ponitur martyrium conſummaſſe anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimoſecundo: accepimus illud a viro doctiſſimo Marco Velſero Auguſtano, qui res Bajoarias feliciori ſicut, & veriori ſtylo in lucem prodet, apud quem de eodem Martyre plura leges. ☜

An-

PAGIUS chia Bojoarica fictitii illi Duces evaneſcunt, liquetque, Theodonem Secundum, qui anno ſecundo *Childeberti III.* Francorum Regis, *Sanctum Rudpertum* ſuſcepit, & ab eo poſtea Baptiſmum accepit, uſque ad annum DCCXXII. vitam protraxiſſe, eodemque tempore *Theodebertum* ejus filium partem Bajoariæ adminiſtraſſe. Hinc anno DCXCVI. num. XI. oſtendimus ex Libro Donationum Eccleſiæ Salisburgenſis Sanctum Rudbertum Eccleſiam Sancti Maximiani ædificaſſe & conſecraſſe, *concedentibus Ducibus Theodone & Theodeberto filio ejus*, qui ideo uno eodemque tempore Duces Bajoariæ fuere. Hadrianus Valeſius lib. XXIV. Rer. Franc. pag. 458. ſcribit, Paulum Diaconum loco citato aſſerere, *Theodonem* Bajoarorum Ducem, cæteris omnibus Antiquis Scriptoribus *ignotum & indictum*, orationis cauſa Romam ad Beatorum Apoſtolorum limina veniſſe. At *Theodo* iſte tam in Vita Sancti Rudberti, quam in Vita Sancti Corbiniani celebratus, & per errorem, qui Romam devotionis cauſa profectus eſt, a Valeſio diverſus creditur ab eo *Theodone*, cujus mentio in utraque illa Vita. Longior eſſem, ſi alios errores ob hanc unam Tetrarchiam ignoratam eourtos refellere vellem. Quare, ut ad alia tranſeam, concludo alligationem Principatus *Theodonis* Secundi Bajoariæ Ducis cum Regno *Childeberti* III. Francorm Regis, & *Tetrarchia Bajoarica* cum anno Chriſti DCCII. cum Vitas Sancti Rudberti varie interpolatas, tum Ducum Bajoariorum ſucceſſiones fictitiis Principibus deformatas emaculare, & Annalibus Eccleſiaſticis ſæculo VII. & VIII. illuſtrandis plurimum conducere.

JESU CHRISTI ANNUS	JOANNIS PAP. VI. ANNUS	TIBERII ABSIMARI IMP. ANNUS
703.	2.	7.

I. Tiberius privatur Imperia atque vita.

ANnus ſequitur ſeptingenteſimus tertius Indictione prima, quo pulſo Tiberio Abſimaro Imperatore, Juſtinianus in Imperium reſtituitur per Trebellium Bulgarorum Regem, clanculo per aquæductum ingreſſus Conſtantinopolim. Cum Tiberius fuga ſibi conſuluit, necnon ejus frater Heraclius, & alii primores civitatis: ſed eos Juſtinianus vinctos in poteſtatem accipiens & nobiles omnes illos Senatores atque Patricios in muro civitatis ſupplicio affecit: Abſimarum vero, atque Leontium, qui primus occuparat Imperium, vinctos per urbem in pompa duxit, ludiſque circenſibus repræſentavit: cumque ipſe Juſtinianus eorum cervices calcans, uſque ad ſolutionem primi bravii eos ſub pedibus haberet, univerſus populus illud Davidicum acclamavit (*a*): *Super aſpidem & baſiliſcum ambulaſti, & conculcaſti leonem, & draconem*. Inde eos in Cynegium miſſos, capite truncari juſſit. Innumarabilem quoque multitudinem, tam ea civibus, quam ea foris poſitis militibus perdidit, pluresque in ſaccos miſſos in mare necari fecit: alios autem, cum ad prandium vel ad cœnam accubitarant, mox ut ſurgebant, cervicum inciſione perdebat, adeo ut vehementer omnes timor invaſerit. Hæc ex Græcorum Annalibus, Theophane, & aliis.

(a) Pſ. 90.

II. Callinicus Epiſcop. Conſt. dignas pœnas accepit.

Sed quid præterea? Juſto Dei judicio factum eſt, ut ille Callinicus Patriarcha qui pollens numero Epiſcoporum Orientalem fœdavit Eccleſiam, & in Romanam inſurrexit, ab eodem Juſtiniano Imperatore vinctus, oculis orbatus fuerit, & Romam in exilium miſſus: ut qui adeo ſuperbe in Romanum Pontificem caput extulerat, ab eodem vitæ ſtipem humiliatus acciperet. Habent hæc omnia idem Theophanes atque Græcorum Annales (*b*). Hæc digne perpeſſus, qui primus auſus eſt abſque conſenſu Romani Pontificis univerſale congregare Concilium, centurias edere canonum, ſolvere Eccleſiaſticam diſciplinam, traditiones acceptas a majoribus proculcare. Ita quidem quo magis conſidero, eo magis admirari non deſino, quam juſta vindicta ſit divinitus factum, ut qui adverſus Romanam Eccleſiam adeo ardenti animo pellexerat Juſtinianum Auguſtum, & excitarat eundem adverſus Romanum Pontificem, ab eodem talia tantaque paſſus ſit,

(b) Theoph. hoc ann. & Cedr.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCXLI. Anno Hegiræ LXXXIV. inchoato die 24. Januarii fer. 4. A. C. 703.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6196.

☉ 12. G. ☽ 1. P. 8. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 703.

JOANNIS VI. PAPÆ 3.

TIBERII APSIMARI IMP. 6.

I. Juſtinianus in Imperium anno DCCV. reſtitutus.

AD num. I. & ſeq. Baronius, qui *Tiberii Apſimari* initium biennio prævertit, biennio etiam ejus depoſitionem anticipare coactus fuit. Neque enim *Tiberius* Imperio dejectus, & *Juſtinianus* in illud reſtitutus ante annum ſeptingenteſimum quintum. Mariano Scoto, Hermanno Contracto & Sigiberto in Chronicis id teſtantibus. Præterea Theophanes hanc depoſitionem & *Juſtiniani* reſtitutionem confert in annum Incarnat. ſecundum Alex. DCXCVII. qui Kalendis Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoatur. Quare *Juſtinianus* anno tantum DCCV. iterum imperare cœpit, quæ in ejus reſtitutione & *Tiberii* depoſitione contigerint, recte narrat Baronius ex Anaſtaſio Theophanis interprete, cui conſentiunt Nicephorus in Hiſtoria & Zonaras. Die prima Martii anni DCCV. adhuc imperabat *Tiberius*, ut liquebit ex iis, quæ dicemus anno DCCVII. num. I. Imo regnavit uſque ad ultimos menſes ejuſdem anni DCCV. cum *Juſtinianus* annos ſenum ſecundum Imperium tenuerit, & menſe Decembri an. DCCXI. a *Philippico* occiſus fuerit. *Tiberius* Septem annos imperavit, ut Theophanes, Nicephorus in Hiſtoria, Zonaras, aliique, tam Græci quam Latini habent.

II. Callinicus anno DCCV. Epiſcopatu Conſtantinop. dejectus.

Callinicus Patriarcha CP. qui Leontio adhæſerat, quando *Juſtinianum* e Solio dejecit, & Cherſonam relegavit, ab iſto in Imperium reſtituto oculis orbatur, Romam in exilium mittitur, & in ejus locum *Cyrus* quidam; in *Amaſtris* inſula Monachus incluſus, ſubſtituitur, ut refert Theophanes. Sedit *Callinicus* annos XII. ut legitur tam in Chronico Nicephori, quam in Chronico Theophanis ad annum XVII. Conſtantini Pogonati. Idem Theophanes Callinici depoſitionem alligat cum anno Incarnat. ſecundum Alexandrinos DCXCVIII. qui Kalendis Septemb. anni Chriſti DCCV. inchoatur. Baronius quia exiſtimabat, eum Synodo Quini-ſextæ præfuiſſe, de illo tanquam de Novatore, ac Viro ſceleſto loquitur, & Bollandus ad diem VIII. Januarii in Vita Cyri Patriarchæ CP. ejus Succeſſoris, quem cum Menæis ad eum diem *Sanctum* appellat, dicit veriſimile eſſe, Cyrum *ſtrenue Monothelitarum hæreſim oppugnaſſe, & quæ ad Quintam & Sextam Synodum impii Callinici fraude fuerant aſſuta, conſutaſſe*. Verum Chronotaxi Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum nunc in integrum reſtituta, hæc omnia concurrunt, liquetque non *Callinicum*, ſed *Paulum* Synodo Trullanæ præſediſſe, eumque a nullo antiquo Hiſtorico, vel Græco vel Latino, alicujus culpæ inſimulatus fuerit Callinicus, nec etiam a recentioribus debet. Si enim Leontio poſtquam Urbem occupavit, adhæſerit, hoc illi commune cum omnibus Orientis Antiſtitibus fuit. Imo *Callinicus* Græcorum Menæis inſcriptus eſt ad diem XXIII. menſis Auguſti, & Lambecius Tom. VIII. Biblioth. Cæſareæ pag. 270. ait, Vitam ejus Græce ſcriptam in ea Bibliotheca aſſervari ejuſque titulum eſſe: *Commemoratio Callinici Patriarchæ CP.*

Digitized by Google

ſit, qualia nemo ante Conſtantinopolitanorum Antiſtitum a Chriſtiano perpeſſus reperiatur Imperatore.

III. Cyrus II. Epiſcopus Conſtant.

Sublato igitur e medio novatore Callinico Patriarcha, in locum ipſius ſubrogandum Juſtinianus curavit Cyrum quemdam in Amaſtride inſula monachum, eo quod ipſi recuperationem Imperii prædixiſſet. His peractis, rebuſque penitus ſtabilitis, idem Imperator Trebellium Bulgarorum Regem per quem fuerat reſtitutus, muneribus digne donatum dimiſit ad propria. Tunc & filium ſuum Tiberium, Theodoramque conjugem Imperiali corona pariter inſignivit. At hæc cœpta hoc anno, in ſequentem propagata noſcuntur. Sicque abſque obice, deletis penitus adverſariis, poſſedit pacifice Imperium.

Juſtinianus rerum imperat una cum filio.

Eodem anno Cunipertus Rex Longobardorum, ubi annos duodecim regnaſſet ſolus poſt patris obitum, ex hac vita migravit: de quo Paulus (a): *Hic*, inquit, *in Campo Coronata, ubi bellum contra Alachin geſſit, in honorem B. Georgii martyris monaſterium conſtruxit. Fuit autem vir elegans, & omni bonitate conſpicuus, audaxque bellator. Hic multis Longobardorum lacrymis juxta baſilicam Domini Salvatoris, quam quondam avus ejuſdem Aripertus conſtruxerat, ſepultus eſt; regnumque Longobardorum Luitberto filio adhuc puerilis ætatis reliquit, cui tutorem Aſprandum virum ſapientem & illuſtrem contribuit.* Hæc Paulus qui ſubdit, infra octo menſes, ſuperato Aſprando, regnum delatum ad Ragenbertum Ducem Taurinorum, ſed eodem anno ipſo extincto, delatum eſſe regnum Aſprandi filio; quod contigit anno ſequenti, quo & de ipſo plura alia dicturi ſumus. Quod ad dictum monaſterium pertinet, creditur quod eſt vetuſtiſſimum atque nobile admodum, in ſuburbiis Ferrariæ civitatis, quæ & ſub ejuſdem S. Georgii protectione dicata permanet.

(a) *Paul. diac. l. 6. c. 12.*

IV.

Eodem anno (b) defunctus eſt S. Benedictus Abbas in Anglia, miræ ſanctitatis vir, cujus diem natalem pridie Idus Januarii conſecratum Eccleſia Catholica anniverſaria memoria celebrandum ſuſcepit. Fuit hic Romanæ alumnus Eccleſiæ, ibique monachiſmum amplexus, ex Biſcopo vocatus eſt Benedictus. Extat Bedæ (c) homilia in ejuſdem die natali dicta, in qua inter alia hæc hiſtorice habet: *Derelictis enim omnibus, ſecutus eſt Chriſtum, quando ſpretis eis quæ in miniſterio regali acquiſierat, vel acquirere valebat, cum eſſet nobilis natu, ad beatorum Apoſtolorum limina peregrinaturus advolavit: ut quia rudis adhuc in gente Anglorum fides & Eccleſiarum inſtitutio florebat, ibi potius perfectam vivendi formam ſumeret, ubi per ſummos Chriſti Apoſtolos totius Eccleſiæ caput eminet eximium. Ibi ergo eruditus in Chriſto, illis in partibus attonſus, ibi eſt monaſterialibus imbutus inſtitutis: ibidem totum vitæ tempus erat exacturus, ſi non Apoſtolica domini Papæ prohibuiſſet auctoritas, qui eum propter ducendum in Britanniam ſanctæ recordationis Archiepiſcopum Theodorum in patriam redire præcepit.*

(b) *Sigebert. hoc an.*

De S. Benedicto Abbate in Anglia.

(c) *Beda hom. de ſanct. to. 7.*

V.

Sed quomodo poſtquam extruxit monaſterium ſicuti Romæ viderat, Romam iterum ejus diſciplinæ cauſa rediit, atque rurſus in Angliam reverſus eſt, idem paulo inferius narrat, atque hæc ait: *Adeo ut*

Iterum Romam Benedictus rediit.

PAGIUS

CP. qui effoſſis oculis Romam miſſus eſt in exilium, ubi in aliquo muro incluſus, miſere obiit. Vita his verbis inchoatur: *Eodem die XXIV. menſis Auguſti: Memoria Callinici Archiepiſcopi CP. Hic Beatus Callinicus prius quidem erat Sceuophylax, & Presbyter*, &c. Colitur tamen in Menæis, ut mox dixi, die XXIII. Auguſti.

III. *Moritur Cunibertus Rex Longob.*

Ad num. III. Sigebertus in Chronico ad annum DCXCIX. ait: *Mortuo Cuniperth Longobardorum Rege Luithperth filius ejus puer in Regnum ſuccedit, Anſprandum habens tutorem*, quod & Paulus lib. 6. de Geſtis Langobard. cap. 17. etiam ſcribit, & uterque Canibertum annos duodecim Regnum obtinuiſſe affirmat. Tum anno inſequenti Sigebertus habet: *Ragunbertus Dux Taurinenſium Anſprandum tutorem Regis Luithperthi bello ſuperat, & anno uno regnat.* Paulus vero cap. 18. ait, *elapſis octo menſibus* Ragunbertum Regnum Langobardorum invaſiſſe *ſed eodem anno* mortuum eſſe. Quare cum Sigebertus *Cuniberti* initium anno uno anteverterit, ut ſuo loco oſtendi, & Cunibertus anno DCLXXXVIII. Regnum inierit, mors ejus ad annum ſeptingenteſimum, *Ragunberti* vero invaſio ad annum ſeptingenteſimum primum pertinent, & Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam Cuniberti mortem cum anno DCC. recte copulavit.

IV. *Moritur & S. Benedictus Biſcopus Abbas VViremuthenſis.*

Ad num. IV. & ſeq. *Sanctus Benedictus Biſcopius* non hoc anno, ut putarunt Baronius, Bollandus ad diem XII. Januarii, Alfordus in Annal. Anglicis, aliique, qui non viderant Vitam Sancti Benedicti Biſcopi duobus libris a Beda ſcriptam, & Sæculo II. Benedictino publicatam, ſed anno ſexcenteſimo nonageſimo ad Deum migravit. Beda enim laudatus, lib. 2. num. 14. ait: *Sexto decimo poſtquam Monaſterium fundavit anno, quievit in Domino Confeſſor, pridie Iduum Januarii*, &c. *ſexdecim* (*ut diximus*) *annos Monaſterium rexit.* Wiremuthenſe autem Monaſterium condidit Biſcopius ſeu Biſcopus anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto, ut ibidem oſtendimus; cumque eidem annos ſexdecim præfuerit, ut jam etiam Beda dixerat initio libri primi, mors ejus in eum, quem diximus, annum incidit. Quod confirmatur ex morte *Ceolfridi* ejus Succeſſoris, quam ſuo loco oſtendemus contigiſſe VII. Kalend. Octobr. anni DCCXVI. Nam ſex ante Biſcopi obitum menſibus Cœnobio Wiremuthenſi præſitus, regimen tenuit *viginti & octo annos*, ut prodit Beda lib. 2. cap. 15. qui anni incompleti ſunt intelligendi, & a menſe Ju-

lio

ut ipſe Papa Apoſtolicus ad profectum monaſterii hujus, quod illum nuper fundaſſe gaudebat, Joannem illi Abbatem atque Archicantorem Romanæ Eccleſiæ (ſicut charitas veſtra bene meminit) in Britanniam Roma deducendum præſtaret, per quem idem monaſterium morem canendi ac miniſtrandi canonicum juxta ritum ſanctæ Romanæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ perciperet. Erat viro ſancto abire e Britannia Romam, Romaque illuc remeare inſtar avis facile admodum. Unde inferius de eodem iſta Beda:

Frequens peregrinatio Romam.

Quamdiu ſoſpes erat corpore, pro gloria ſanctæ Dei Eccleſiæ, & maxime pro hujus monaſterii pace, honore, & quiete ſemper laborare peſtabat. Toties mare tranſiit: numquam (ut eſt conſuetudinis quibuſdam) vacuus & inutilis rediit: ſed nunc librorum copiam ſanctorum, nunc reliquiarum beatorum martyrum Chriſti munus venerabile detulit: nunc architectos Eccleſiæ fabricandæ, nunc vitri factores ad feneſtras ejus decorandas ac muniendas, nunc cantandi & in Eccleſia per totam annum miniſtrandi ſecum magiſtros adduxit: nunc epiſtolam privilegii a domino Papa miſſum, qua noſtra libertas ab omni extrinſeca incurſione tuaretur, apportavit: nunc picturas ſanctarum hiſtoriarum, quæ non ad ornatum ſolummodo Eccleſiæ, verum etiam ad inſtructionem intuentium proponerentur, advexit: videlicet, ut qui litterarum lectione non poſſent ſcire opera Domini & Salvatoris noſtri, per ipſarum contuitum diſcerent imaginem, &c. Habet plura in ejuſdem laudatione viro ſanctiſſimo digna. Porro ejuſmodi fundatore propagatus eſt in Anglia mirifice monachiſmus: at plane Inſula illa, ita divini Spiritus imbribus irrigata, Dei eſſet paradiſus effecta; apud quam dum monaſtica viguit integra in nullo læſa aliquando diſciplina, nulla ad eam hæreſis acceſſum habere potuit: illa vero laxata atque ſoluta, *redacta eſt terra* (a) *fructifera in ſalſuginem a malitia inhabitantium in ea.*

(a) Pſ. 106.

PAGIUS

lio, anni DCLXXXIX. ad Octobrem anni DCCXVI. numerandi, *Regulam Magni cujusdam Abbatis Benedicti* Biſcopum & Ceolfridum diſcipulis ſuis commendaſſe, auctor eſt Beda citatus lib. 5. num. 7. Sancti Benedicti Biſcopi mentio nulla reperitur in antiquis Bedæ aliorumque Martyrologiis; ex quo ſuboriri dubium poſſet, an Homilia de hoc Sancto vulgata nomine Bedæ, in qua Baronius aliqua recitat, genuina ſit, an alteri adſcribenda. Sed quidquid ſit, inquit Mabillonius in Obſervationibus Præviis ad ejus Vitam, ſine dubio compoſita eſt a quodam Monacho, qui ipſius *Biſcopi* diſcipulos viderat, uti ex contextu apparet: ac proinde certum eſt, Feſtum ejus diem antiquitus fuiſſe celebratum.

V. S. VVilfridus Romam venit.

Hoc anno *Sanctus Vuilfridus* Britanniam deſerere coactus eſt, ideoque & Eccleſiam *Legeceſtrenſem*, quam in Mercia adminiſtrabat, ut docet Chronicon Litceſeldenſe in Tomo III. Monaſtici Anglicani, ubi etiam dicitur, *Heddam* ſolum ambas Parochias rexiſſe, Litceſeldenſem ſcilicet, & Legeceſtrenſem. Idem habet Malmesburienſis lib. 4. de Geſt. Pontif. Angl. pag. 288. Wilfridus apud Legeceſtram (ſcilicet Epiſcopus) *Vuilfrido vi hoſtilitatis dejecto ambas Parochias tenuit Hedda.* Sed audiamus de ſecundo iſto itinere Romam Wilfridi teſtem omni exceptione majorem Eddium, in ejus Vita cap. 47. & ſeqq. cujus verba in pauca contraho. *Vuilfridus* ubi Romam advenit, Joannis Papæ pedibus provolutus, dixit ſe ad Apoſtolicam Sedem, *quaſi ad Matris gremium* confugiſſe, quem cum ejus Presbyteris Pontifex benigna pietate ſuſcepit. *Interim quoque Legati a Sancto Archiepiſcopo Berthualdo cum ſuis ſcriptis accuſationis ad Apoſtolicam Sedem directis, ſupplices petentes ſibi præberi a glorioſiſſima Sede auditum legationis ſuæ qua fungebantur, ſimul pervenerunt.* Tunc Joannes Papa ad Synodalem locum, venit, cui Wilfridus petitionis ſuæ chartulam coram omni Conventu obtulit. In ea continetur, ut quod ab Agathone Papa decretum fuit, ejus pia auctoritas confirmare dignetur: ſe ejus Sanctitatem humiliter deprecari, ut eadem auctoritatis inſtantia *Ethelredo* Regi Merciorum de vitæ ejus ſolatio imperare velit, ut ipſa Monaſteria, cum cæteris ad ea pertinentibus, quæ ſibi ab ipſo Rege Ethelredo, fratre Wlfario, vel aliis perdonata ſunt, nemo per invidiam vel nefandam cupiditatem auferre & invadere contra Sanctitatis ſuæ Statuta, atque illius ſupradicti Regis voluntatem præſumat. Petit etiam, ut monitis obſecret, Regem *Alfridum* quo omnia quæ Agatho & Sergius Papæ decreverant, adimpleat. Tum pro bono pacis offert *Vuilfridus* ceſſionem Epiſcopatus Eboracenſis, & quam plurimorum monaſteriorum excepto Rypenſe & Haguſtaldenſi, quæ ſibi omnino reſtitui volebat.

VI. Accuſatores S. VVilfridi Romæ etiam comparent.

Introductis quoque viris a *Berthualdo* Archiepiſcopo ad Apoſtolicam Sedem directis dixit Pontifex Romanus, examinanda eſſe Scripta ex utraque parte olim ad Apoſtolicam Sedem miſſa, quod univerſæ Synodo placuit. Tum quadam die vocati in Synodum accuſatores, qui dixerunt, *Vuilfridum* illic præſentem judicia *Berthualdi* Cantuariorum Epiſcopi ab Apoſtolica Sede miſſi ſtatuta coram Synodo contumaciter contempſiſſe. *Vuilfridus* ſtans dixit, dum eſſet in Concilio, miſſum a ſe unum ex numero Epiſcoporum illic congregatorum, interrogantem an paratus eſſet Archiepiſcopi judicio conſentire, an non; & quamvis nunquam antea factum eſſet, ut aliquis juramento ſe obſtringeret ſervare Decretum, cujus vim non noſſet, ſpopondiſſe tamen ſe in cunctis Archiepiſcopi judicio ſubjacere paratum eſſe, dummodo non diſcreparet, in ulla re a Sancti *Agathonis* Synodo, cæterorumque Orthodoxorum ejus Succeſſorum. Poſtea *ſe ad aliarum dierum conſilium præparantes ad manſiones ſuas exierunt*, inquit Eddius. Et ſic utraque pars hoc anno, ut videtur dimiſſa, ut cætera capitula alio tempore examinarentur.

I. Longobardi inter ſe dimicant. ANnus Salvatnais ſeptingenteſimus quartus Indictione ſecundu incipit, quo exagitata aſt Italia bellis Longobardorum inter ſe ipſos dimicantium. Confligabant enim inter ſe Longobardorum Duces hoc anno pro regno, donec Aripertus victor, e medio ſublutis Rothurit Duce Bergomenſi, & Luithberto filio Cuniperti, ſolus pacifice regnavit; de quo iſtu ſummu laude digna Paulos diaconua habet:

Donatio facta Romanæ Eccleſiæ a Rege Longob. *Hoc tempore Aripertus Rex Longobardorum donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quæ quondam ad jus pertinuerant Apoſtolicæ ſedis, ſed a Longobardis multo tempore fuerant ablata, reſtituit, & hanc donationem aureis exaratam litteris Romam direxit.* Hæc Paulus diaconus: quæ quidem ſub hoc ipſo Joanne Sexto factu eſſe, Anaſtaſius Bibliothecurius docet, eumdemque provinciam primum a Romana Eccleſia eſſe poſſeſſam uffirmut. Tradit & hoc ipſum Ado Epiſcopus Viennenſis in Chronico, Bedu, & ulii denique omnes in ejuſdem ſcriptionis genere verſati. Quod vero ſpectat ud victorium de hoſtibus obtentam, cujus gratiu conſecutus eſt regnum: ſancti Boniti Arvernenſis id precibus impetratum, uuctor, qui ejuſdem ſancti æquulis res ab eo geſtus ſcripſit, expetentibus id ab eo Adolpho & Eucherio ejuſdem temporis Epiſcopis, tradit. Quomodo uutem id acciderit, idem uuctor pluribus nurrat, uque imprimis, quomodo ſe ubdicans Epiſcopatu, idoneo nucto ſucceſſore, peregrinationem Romam ud liminu Apoſtolorum inſtituit: ubi cum plurima ab eo in itinere edita refert miruculu, hæc, cum apud eum hoſpitutus eſt, habet:

Denique in Italiam ingreſſus, a Rege Langobardorum & devote & amanter acceptus eſt: qui cum viri Dei colloquiis frueretur, audivit ud ſe referri, urbem ab exercitu obſideri. At ille mox exiliens, jubet ſuos urmu capeſſere, ſecumque contra hoſtes dimicaturos eſſe paratos ad pugnam. Converſus autem humiliter ad virum Dei: Quæſo te, pater, inquit, ut pro me Domino preces offeras. Num mihi res eſt cum hoſtibus meis. Liceat mihi tua interceſſione ex illis palmam referre. Mox inde urbem egreſſus, prælium cum hoſtibus iniit. Adeo vero pue-tibus II. S. Boniti peregrinatio.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCXLII. Anno Hegiræ LXXXV. inchoato die 13. Januar. fer. 2. A.C. 704.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6197.

☉ 13. FE. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 704.

JOANNIS VI. PAPÆ 4.

TIBERII APSIMARI IMP. 7.

I. Aribertus II. in Langobardia regnat. AD num. I. ad IV. quia Baronius mortem *Cuniberti* Longobardorum Regis, quæ anno ſeptingenteſimo contigit, cum anno DCCIII. copulavit, quæ eam ſecuta ſunt, annis ſuis non addidit. Quare quæ ſparſim de iis diximus, majoris claritatis gratia hic uno intuitu repræſentanda. *Cunibertus* itaque Princeps pius, & cunctis amabilis obiit anno DCC. poſtquam *Luitberto* filio adhuc puerilis ætatis *Anſprandum* Virum ſapientem tutorem aſſignaſſet. *Elapſis octo menſibus*, inquit Paulus de Geſt. Longobard. lib. 6. cap. 18. Ragunbertus Taurinenſium Dux *Regnum Langobardorum invaſit, ſed eodem anno mortuus eſt*, ſubdit ibidem Paulus. Tum anno DCCII. *Aribertus* Ragunberti filius *pugnavit cum Luitberto Rege apud Ticinum*, eumque vivum captum *in balneo vita privavit*. Anſprandus vero fugiens venit ad Theudebertum Bojoariorum Ducem. Aribertus Rex confirmato Regno Anſprandi filium Luitprandum, adhuc adoleſcentulum, *ut ad patrem ſuum pergeret, abire permiſit. Quod Dei Omnipotentis nutu factum fuiſſe, qui eum ad Regni gubernacula præparabat, dubium non eſt*, inquit idem Paulus cap. 22. Regnavit *Aribertus* hujus nominis II. uſque ad annum DCCXII. quo ab Anſprando ſuperatus, idem Anſprandus & Luitprandus ejus filius regnum iniere. *Aripertus* ſi virtutes tantum ejus ſpectes, in præſtantiſſimis Regibus numeratur, ut oſtendunt quæ hic de eo Baronius, aliique ſcribunt. In eo itaque aditus exitusque tantum vituperandi.

II. Alpes Cottia Eccleſia Rom. data. Alpes Cottiæ, de quibus hoc anno Baronius, anno ſeptingenteſimo ſeptimo Eccleſiæ Romanæ donatæ, ut habet Hermannus Contractus in Chronico juxta editionem Caniſianam: *Anno DCVII. Hoc tempore Haribertus Rex Longobardorum poſſeſſionem Alpium Cottiarum, dudum a Langobardis captam atque detentam, per Privilegium aureis litteris ſcriptum S. Petro, Joannique Papæ reddidit.*

III. Victoria opera S. Boniti ab Ariberto II. reportata. Ex Chronologia Regum Langobardorum recte conſtituta annus emortualis *Sancti Boniti* exepiſcopi Arvernenſis magnis tenebris circumſeptus eruitur. Auctor Anonymus coævus & gravis, qui hujus Sancti Vitam recitatam a Bollando ad diem XV. Januarii, & a Mabillonio Sæculo III. Benedictino parte I. ſcripſit, teſtatur eum Romam profectum eſſe, & poſtquam ab Agaunenſe Cœnobium in pago Sedunenſi ſitum (quod tunc Monachis parebat & ſæculo tantum Eccleſiæ nono Canonicis ſæcularibus ceſſit) veniſſet, Italiam ingreſſum eſſe: *Poſt hæc Italiam*, inquit Anonymus, *ingreſſus, a Rege Langobardorum* (Ariberto ſcilicet II. de quo mox locuti ſumus) *multum devote, grateque ſuſceptus eſt. Qui dum Rex Sancti Sacerdotis Palatio reſidens collationi mutua miſceretur, ſuperveniunt Nuncii, qui Urbem* (nempe Ticinum, ubi tum morabatur) *exercitu circumvallari contendunt. Qui mox ſedili exiliens, inopinatos intra Urbem ad bellum ſecum populos exire jubet, atque adverſus acies inimici cuneos armatos inſtare præcepit: quique humillime ad Virum Dei converſus ait: Rogo te, Pater, ut pro me Dominum exores, quia cauſa mihi cum ad-ver-*

Digitized by Google

tibus Ariperti (ita enim ille Rex Longobardorum vocabatur) favit victoria, ut multis caſis atque proſtratis, Rege quoque in inguine vulnerato & capto, cum magno tripudio ad virum Dei redierit, eique pro precum illius ſuffragiis gratias agens, denuo ſe ejus orationibus commendarit multa cum humilitate, & in regno ſuo res neceſſarias illi præberi curaverit. Hæc de victoria: quæ prætericrunt Paulum, qui de ejuſdem Regis rebus geſtis annis quibus regnavit (ut ait) duodecim, vix pauciſſima attigit: ut non mireris, ſi non eadem apud eum invenies eſſe narrata. Sed proſequamur ſanctum ad Apoſtolorum limina navigantem. Pergit auctor, hæc dicens:

III. Sedat tempeſtatem maris. *Inde autem profectus vir Dei, ubi ad maris littora acceſſit, navim conſcendit. Ferveſcente autem mari, cum fluctus tumeſcentes quibuſdam comitibus mortis terrorem incuterent, maxime quod alia naves jam disjecta eſſent, ita ut vix pauci mortales littus poſſent attingere; blande ſuos conſolari cœpit. At illi nihilominus partim mortis metu in navi ſe pronos proſternebant; partim res quas tulerant, pro exonerando navi, in mare jactabant. Sed oppoſuit ſe vir Dei: Nolite, inquiens, iſtuc facere: præſtat hæc res vel vobis egentibus, vel pauperibus conſervare. Simul autem ad cælum attollens oculos, & tacitus imbrem lacrymarum effundens, pro ſalute omnium Dominum obſecravit. Eodem autem temporis puncto, undarum impulſu navis a littore longius protracta eſt. Ita ergo Romam tandem perveniens, & ſanctorum Apoſtolorum martyrumque loca circumquoque perluſtrans, eorum ſibi patrocinium atque ſuffragium ſupplici & ineſtimabili devotione popoſcit. Ad extremum non paucos captivos redimens ſecum reduxit.* Hæc de his auctor, qui & plures alias res præclare geſtas, divinituſque edita ſigna de eodem viro ſanctiſſimo narrat. Sed hæc ſatis.

PAGIUS *verſariis extat; adventus cui merito trophæum a Domino mereat obtinere. Qui mox ut egreſſus eſt Urbe, prælium cum adverſariis arripiens, ita partibus Ariperthi favens ſtetit Chriſtus, ut multis caſis atque proſtratis, Rege in genitalibus vulnerato atque capto, cum magno tripudio ad Virum Dei regreſſus, & ei gratias pro ſua orationis adminiculo referens, iterum ſemetipſum ejus precibus obnixius humillimus commendavit, eique in ſuo Regno fecit præbere neceſſaria.* Hanc itaque victoriam *Aripertus* Langobardorum Rex opera Sancti Boniti obtinuit in prælio, quo *Luitpertus*, ut narrat Paulus citatus, infantulus captus eſt, & poſtea ab Ariperto, in balneo vita privatus.

IV. S. Bonitus moritur. Hoc prælium Baronius currenti anno, Sigonius ſequenti, Cointius anno ſeptingenteſimo ſecundo collocant, indeque Mabillonius loco laudato, qui Baronii ſententiam amplectitur, mortem Sancti Boniti in annum DCCIX. confert. Auctor enim Vitæ Sancti Boniti refert, eum poſtquam Apoſtolorum atque Sanctorum Martyrum loca percurriſſet, & captivos redemiſſet *cumque poſt hæc Lugdunum rediens bis binos annos ibidem demoratus fuiſſet*, diem clauſiſſe extremum. Verum cum anno ſeptingenteſimo ſecundo ad Ticinum pugnatum ſit, nec niſi anno inſequenti *Bonitus* Lugdunum redux venerit, apparet Sanctum Virum anno ſeptingenteſimo ſeptimo ad Deum migraſſe, quo ideo anno Cointius mortem ejus accurate conſignavit. *Bonitus* Senatorii generis fuit, & genitore jam defuncto *ſe Sigiberti Principis miniſterio tradidit*, Sancti ſcilicet Sigiberti Auſtraſiæ Regis, a quo primum Pincerna, & poſtea Referendarius renunciatus eſt; *poſt cujus obitum, filiiſque defunctis pronepos ejus ſuſcepit Sceptra*, inquit laudatus Anonymus. Verum hæc verba, *filiiſque defunctis*, abſunt ab editione Vitæ hujus Sancti quam refert Ducheſnius in Script. Franc. quæque in non paucis differt ab ea, quam Bollandus & Mabillonius vulgarunt. Quare ea addititia ſunt. Scriptores enim Francici nullum *Dagobertum*, filium Sancto Sigiberto adſcribunt, illeque tunc mortuus non erat, ſed in Hibernia vivebat, unde poſt aliquot annos in Auſtraſiam deductus ibidem regnavit, quod Anonymus, qui paulo poſt *Sancti Boniti* mortem ſcripſit, ignorare non potuit. Porro Vitam Boniti interpolatam fuiſſe, liquet etiam ex verbis, quæ ex ea Baronius hoc anno recitat; ea quippe non parum differunt ab iis, quæ modo in medium adduximus juxta editionem Mabillonii.

V. Quo de cauſa Epiſcopatum Arvernenſem abdicarit. *Sancto Avito* hujus nominis II. ejus fratre Epiſcopo Arvernenſi demortuo, poſtquam *ter quinis fere amplius annis* Arvernicam rexiſſet Eccleſiam, *Bonitum* ſibimet Succeſſorem deſignaſſet, & conſenſum Theodorici Regis obtinuiſſet, ſuſcepit Epiſcopatum Bonitus, idque anno DCLXXXVIII. aut inſequenti. Avitus enim Sancto Præjecto anno DCLXXIV. Martyrio affecto ſucceſſit. *Sed magis ac magis a Spiritu Sancto accenſus* (ſc. Bonitus,) *timens, ne qui a præſule ejus germano per donum, ſicut acceperat, grave ſibi eveniret judicium; nec non plus Apoſtolicam ſequi deſiderans Sectam, qui relinquentes patrem cum retibus Cæleſte Regnum merenti ſunt*, Epiſcopatum abdicavit, factuſque eſt Monachus Magniloci, vulgo *Manlieu*, a S. Geneſio Epiſcopo Arvernico ad Doram fluvium ſtructi, quod hactenus ſubſiſtit. Duplex erratum contra Canones in ejus ordinatione commiſſum fuerat, & quod germanus germano, & quod Succeſſor vivo Epiſcopo ſuffectus eſſet. Quare fallitur Petrus Damiani, qui ſcripſit ad Nicolaum II. & Alexandrum II. Romanos Pontifices Epiſtolis IX. & X. *Bonitum* laudat, quod Cathedram contempſerit, atque ad remotioris vitæ cuſtodiam ſe protinus contulerit, *hac duntaxat occaſione percepta, quoniam de manu Regis, laici videlicet hominis, Ditionem Eccleſiæ eum ſuſcepiſſe contigerat*. Abdicavit enim Bonitus & ſtudio tranquillioris vitæ, & timore propter electionem ſuam diſciplinæ Eccleſiaſticæ non ſatis conſentaneam. Denique rebus ſuis omnibus Eccleſiis ac Monaſteriis diſtributis, Romam iter arripuit, Italiamque, ingreſſus ab *Ariperto* Rege Langobardorum honorifice ſuſceptus eſt, & poſt ſuum ex Urbe Roma reditum ſpiritum Deo reddidit, ut teſtatur Auctor Anonymus æqualis in ejus Vita, qui nec diem nec annum mortis ejus memorat. Colitur die XV. Januarii, & uti diximus, mortuus eſt anno DCCVII.

IV. Edilredus Rex monachus factus. *Hoc eodem anno ſeptingenteſimo quarto Edilredus, poſtquam triginta & unum annos genti Merciorum præfuit, monachus factus, Coenredo regnum dedit.* Hæc in epitome Beda. Ita plane primitivæ illius Eccleſiæ Anglicanæ fuit erga ſacram religionem vigens fervenſque cultus, ut ob frequentiam Deo philoſophantium monachorum fuerit inſula referta undique monaſteriis, in quibus & Reges ipſi, qui fuerant leones in prœlio, mox in ſacris ſeptis, cæleſtibus caulis incluſi redderentur agni mitiſſimi. Favebat plane Dominus coaleſcenti tunc Eccleſiæ Anglicanæ, ut omnibus eam charismatibus reddiderit affluentem, in virtutum & ſignorum præſertim oſtenſione, quibus quiſque licet invitus trahi poſſe videretur ad mundi contemptum. Nam quid acciderit his ferme diebus, cum in locum Edilredi ſucceſſit Coenredus, audi Bedam rem geſtam ſui temporis ita accurate deſcribentem (a):

(a) Beda l.5. c.14.

V. Peccator deſpiciens pœnitentiam. *Fuit autem*, inquit, *quidam temporibus Coenredi, qui poſt Edilredum regnavit, vir in laico habitu atque officio militari poſitus, ſed quantum pro induſtria exteriori Regi placens, tantum pro interna ſuimet negligentia diſplicens. Admonebat ergo illum ſedulo, ut confiteretur & emendaret ac relinqueret ſcelera ſua, priuſquam ſubito mortis ſuperventu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verum ille, licet frequenter admonitus, ſpernebat verba ſalutis, ſeſeque tempore ſequenti pœnitentiam acturum eſſe promittebat. Inter hæc tactus infirmitate decidit in lectum, atque acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingreſſus Rex (diligebat enim eum) multum hortabatur, ut vel tunc, antequam moreretur, pœnitentiam ageret commiſſorum. At ille reſpondebat, non ſe nunc velle confiteri peccata ſua, ſed cum ab infirmitate reſurgeret; ne forte exprobrarent ſibi ſodales, quod timore mortis faceret ea, quæ ſoſpes facere noluerat: fortiter quidem (ut ſibi videbatur) locutus, ſed miſerabiliter, ut poſtea patuit, dæmoniaca fraude ſeductus eſt.*

Cumque morbo ingraveſcente, denuo ad eum viſitandum ac docendum Rex intraret, clamavit ſtatim miſerabili voce: Quid vis modo? Quid huc veniſti? non enim mihi aliquid utilitatis aut ſalutis potes ultra conferre. At ille: Noli, inquit, ita loqui: vide ut ſanum ſapias. Non, inquit, inſanio, ſed peſſimam mihi conſcientiam certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc eſt? Paulo ante, inquit, intraverunt domum hanc duo pulcherrimi juvenes, & reſederunt circa me, unus ad caput, & unus ad pedes: protulitque unus libellum perpulchrum, ſed vehementer modicum, ac mihi ad legendum dedit, in quo omnia quæ unquam bona feceram intuens ſcripta reperi, & hæc erant nimium pauca & modica. Receperunt codicem, neque aliquid mihi dicebant. Tunc ſubito ſupervenit exercitus malignorum & horrendorum vultu ſpirituum, domumque hanc & exterius obſedit, & intus maxima ex parte reſidens implevit. Tunc ille qui & obſcuritate tenebroſæ faciei, & primatu ſedis major eſſe videbatur eorum, proferens codicem horrendæ viſionis, & magnitudinis enormis & ponderis pene importabilis, juſſit uni ex ſatellitibus ſuis mihi ad legendum deferri. Quem cum legiſſem, inveni omnia ſcelera, non ſolum quæ opere, vel verbo, ſed etiam quæ tenuiſſima cogitatione peccavi manifeſtiſſime in eo tetris eſſe deſcripta literis. Dicebatque ad illos, qui mihi aſſederant, viros albatos & præclaros: Quid hic ſedetis, ſcientes, certiſſime, quia noſter eſt iſte? Reſponderunt: Verum dicis: accipite, & in cumulum damnationis veſtræ ducite. Quo dicto, ſtatim diſparuerunt. VI. Horribilis viſio impœnitentis.

Surgenteſque duo nequiſſimi ſpiritus, habentes in manibus forcipes percuſſerunt me, unus in capite, alius in pede: qui videlicet modo cum magno tormento irrepunt mea viſcera in interiora corporis mei; VII. Miſerandus interitus impœnitentis.

mox-

PAGIUS VI. Edilredus Rex Merciorum fit Monachus. Ad num. IV. Beda in Epitome ſcribit: *Anno DCCIIII. Edilred, poſtquam triginta unum annos Merciorum genti præfuit, Monachus factus, Coenredo Regnum dedit.* Ita legit Baronius, & ita revera habetur tam in editione Colonienſi, quam Chiffletiana, ſed mendoſe; cum enim Beda in eadem Epitome ſcribat, *Edilredum* in Solium evectum eſſe anno DCLXXV. quo Wlfero fratri ſucceſſit, certe hoc anno Regni ſui XXXI. annum attingere non potuit. Legendum itaque, *poſtquam triginta annos*, ut habet editio Cantabrigienſis ſubjecta verſioni Saxonicæ. Hi tamen anni triginta incompleti fuere. Annos etiam triginta habent Wigornienſis, & Malmesburienſis lib. 1. de Geſt. Reg. Angl. cap. 14. hicque ait: *Ethelredus Regni anno XXX. in Bardenea regulariter tonſus primo in Monachum, mox in Abbatem tonſuratus eſt.* Erat Bardenia Monaſterium ab Oſtryda ejus uxore ædificatum, de quo Beda lib. 3. cap. 11. ait: *Monaſterium nobile in Provincia Lindiſſi, nomine Beardaneu, quod eadem Regina cum Viro ſuo Adilredo multum diligebat, venerabatur, excolebat.* Et lib. 5. cap. 20. teſtatur *Ethelredum* ejuſdem Monaſterii Abbatem fuiſſe. Poſitum erat *Bardenicia* Cœnobium in agro Lincolnienſi, in Regione Lindiſſi. Suffragatur Huntindonienſis lib. 4. pag. 337. qui ait, eum factum Monachum *anno viceſimo nono*, & ſepultum eſſe *apud Bardenie*. Annos viginti novem habet etiam uterque Chronographus Saxo hoc anno; Ethelverdus vero lib. 4. cap. 11. *Jam impletis in Regno annis minus triginta*, ideoque triceſimo inchoato. Porro numeros in exemplaribus Bedæ tam Hiſtoriæ, quam Epitomes quandoque corruptos eſſe in Codicibus impreſſis & MSS. ex iis, quæ paſſim in hoc Opere obſervavimus, certo conſtat.

VII. Ad num. V. & ſeqq. Viſio, quam Baronius

ex

moxque ut ad invicem pervenient, moriar, & paratis ad rapiendum me dæmonibus in inferni clauſtra pertrahar. Sic loquebatur miſer deſperans, & non multo poſt defunctus, pœnitentiam, quam ad breve tempus cum fructu veniæ facere ſuperſedit, in æternum ſine fructu pœnis ſubditus facit. Hæc de horribili viſu Beda, ſingula interpretatione declarans, & in teſtimonium ſancti Gregorii Papæ auctoritatem adducit, atque ad fidem hæc habet: *Hanc hiſtoriam ſicut a venerabili Antiſtite Pectelmo didici, ſimpliciter ad ſalutem legentium, ſive audientium, narrandam eſſe putavi.* Hæc ipſe, tantam rem tanti viri plane ſanctiſſimi, de quo ſuperius diximus, teſtimonio firmatam relinquens.

VIII. Omnia congrua veritati.

Sed quid habet, quod fidem excedat, vel ſit incongruum veritati? Nonne hæc omnia antea in divinis litteris ſunt prædicta? nempe (*a*): *Opera illorum ſequuntur illos.* Vel (*b*): *Quæ fecerit bono, hæc recipiet.* Nonne & prædixit Dominus (*c*), quod in die illa de omni verbo otioſo rationem homines reddituri ſint? Nonne & peccata ſcripta ſtylo ferreo in ungue adamantino Propheta (*d*) teſtatus eſt? Nonne codices eſſe ſcriptos ſive bonis, ſive malis operibus, æque Deus (*e*) Joanni olim oſtendit? Nonne tradi tortoribus ſontes pariter Dominus (*f*) dixit in Evangelio? Nonne hæc omnia eventura eſſe die obitus de adverſariis ſpiritibus exactoribus S. Cyrillus Alexandrinus in tractatione illa de egreſſu animæ totidem fere verbis teſtatum reliquit? Audiant, qui ſibi nimis prudentes, male ſibi conſcii iſta deridens, Dominum comminantem (*g*): *Ego quoque in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo.* Profecit idem Rex eadem viſione plurimum; quippe qui etſi vita innocens ac moribus ſincerus extiterit, pro conſequenda nihilominus delictorum ſuorum pleniori indulgentia, exempla piorum Regum, Romam (ut idem Beda in epitome tradit) anno ſui regni ſexto, abdicans ſe, peregrinatus eſt ad ſancta limina Apoſtolorum.

(*a*) *Apoc.* 14.
(*b*) *Ephes.* 6.
(*c*) *Matth.* 12.
(*d*) *Hier.* 17.
(*e*) *Apoc.* 20.
(*f*) *Matth.* 18.
(*g*) *Prov.* 1.

IX.

Sed ubi auditam a ſanctiſſimo viro idem Beda retulit viſionem, aliam quam ipſe ſe noviſſe teſtatur, mox ſubiicit iſtis verbis (*b*): *Novi autem ipſe fratrem, quem utinam non noſſem, cujus etiam nomen, ſi hoc aliquid prodeſſet, dicere poſſem, poſitum in monaſterio nobili, ſed ipſum ignobiliter viventem. Corripiebatur quidem ſedulo a fratribus ac majoribus loci, atque ad caſtigatiorem vitam converti admonebatur. Et quamvis eos audire noluiſſet, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob neceſſitatem operum ipſius exteriorum: erat enim fabrili arte ſingularis. Serviebat autem multum ebrietati, & cæteris vitæ remiſſioris illecebris: magiſque in officina ſua die noctuque reſidere, quam ad pſallendum atque orandum in Eccleſia, audiendumque cum fratribus verbum vitæ concurrere conſueverat. Unde accidit illi (quod ſolent dicere quidam) quia qui non vult Eccleſiæ januam ſponte humiliatus ingredi, neceſſe habet in januam inferni non ſponte damnatus introduci.*

(*b*) *Beda l.5.c.15.*

De monacho impœnitente.

X. Terribilis viſio oſtenſa monacho.

Percuſſus enim languore, atque ad extrema perductus, vocavit fratres, & multum mœrens ac damnato ſimilis cœpit narrare, quia videret inferos apertos, & Satanam immerſum in profundum tartari:

PAGIUS

Militis impœnitentis miſer interitus.

ex Beda lib. 5. cap. 14. narrat *Coenredi* Regis tempore accidiſſe, quæque ipſum Coenredum moviſſe putatur ad purpuram Monaſtica vita mutandam, recte illigatur a Malmesburienſi, lib. 1. de Reg. Angl. cap. 4. cum anno quinto ejuſdem Coenredi. Ait enim: *Quinto anno Regni Romam iter pergens, reliquum temporis ibi religioſe complevit, maxime miſerando exitu militis compunctus, qui cum confiteri ſcelera ſua ſanus ſuperbiiſſet, in mortis janua conſtitutus, aperte vidit dæmones, auctores ad ſupplicium, quibus animum indulſerat, blandientibus ad ſcelera.* Cujus militis impœnitentis miſerandus interitus apud Baronium legendus.

VIII. *Cauſa S. VVilfridi in Synodo Romana examinatur.*

Hoc anno *Sancti VVilfridi* cauſa coram *Joanne Papa* examinata, accuſationum capita excuſſa, iſque innocens pronunciatus. Baronius quidem Wilfridi profectionem Romanam, ejuſque abſolutionem in annum ſequentem, quo Joannes VII. Eccleſiam Romanam adminiſtrabat, refert, ut ibi videbimus. Verum recte obſervat Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Pontif. Ang. pag. 186. Wilfridum *jam ſeptuagenarium* mare tranſiiſſe, Urbemque introiiſſe, ideoque hoc vel ſuperiori anno; cum Wilfridus teſte Eadmero in ejus Vita, quod & ex Eddio etiam colligitur, natus ſit anno DCXXXIV. Eddius in ejus Vita, cap. 50. ait: *Per plura ſpatia dierum & menſium ab omni piaculo ſcelere degradandi puro perfectoque excuſatus probabilis Sanctus Pontifex noſter apparuit. Nam per IIII. menſes & LXX. Conciliabula Sanctiſſimæ Sedis, de fornace ignis examinandi* (vel examinandus) *Apoſtolicæ poteſtate hoc modo auxiliante purificatus (ut dicam) evaſit: recitatumque breviter, quia in Sancto Paſcha, tertia die, ter Beatiſſimi Agathonis Synodus adverſum pravitates hæreticorum cum centum XXV. Orthodoxis Epiſcopis conſtituta eſt, ex quibus unuſquiſque pro ſua Provincia & Civitate veram fidem confeſſus eſt, & ſubſcriptione ſua confirmavit, &c. qui per XL. & eo amplius annos Epiſcopatus Officio fungebatur, &c. & ideo digni ſunt pœnas luere, in ima carceris anguſtia uſque ad finem mortis incarcerati,* accuſatores ſcilicet ejus, ut nonnulli dixere. Quibus ex verbis aliqui perperam deduxere, inde certo conſtare Synodum Romanam ſub Joanne VI. hoc anno abſolutam fuiſſe. Nam, ut jam inſinuavi, hæc locutio *XL. & amplius annos*, non minus annum XLI. currentem, quam XLII. aut XLIII. deſignare poteſt. Sed alia mox momenta afferemus, quibus conſtabit hanc Synodum huic anno neceſſario illigandam eſſe.

IX.

Tandem Eddius cap. 50. refert ſententiam abſo-

Digitized by Google

vi; Caipham quoque, cum ceteris qui occiderunt Dominum, juxta eum flammis ultricibus contraditum: in quorum vicinia, inquit, heu, miſero mihi locum aſpicio æternæ perditionis eſſe præparatum. Audientes hæc fratres, cœperunt diligenter exhortari, ut vel tunc poſitus adhuc in corpore pœnitentiam ageret. Reſpondebat ille deſperans: Non eſt mihi modo tempus vitam mutandi, cum ipſe viderim judicium meum jam eſſe completum. Talia dicens, ſine viatico ſalutis obiit, & corpus ejus in ultimis eſt monaſterii locis humatum; neque aliquis pro eo vel Miſſas facere, vel pſalmos cantare, vel ſaltem orare præſumebat. Hactenus rei geſtæ ſeries, de qua jure ſubdit idem Beda:

XI. O quam grandi diſtantia diviſit Dominus lucem & tenebras! Beatus protomartyr Stephanus (a) paſſurus mortem pro veritate, vidit cælos apertos, & vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem a dextris Dei; & ubi erat futurus ipſe poſt mortem, ibi oculos mentis ante mortem, quo lætior occumberet, miſit. At contra faber ille tenebroſæ mentis & actionis, imminente morte, vidit aperta tartara, vidit damnationem diaboli & ſequacium ejus: vidit etiam ſuum infelix inter tales carcerem, quo miſerabilius ipſe deſperata ſalute periret; ſed viventibus, qui hæc cognoviſſent, cauſam ſalutis ſua perditione relinqueret. Factum eſt hoc nuper in provincia Berniciorum, ac longe lateque diffamatum, multoſque ad agendam & non differendam ſcelerum ſuorum pœnitudinem provocavit. Quod utinam ex hinc etiam noſtrarum fiat lectione litterarum. Hucuſque Beda, quæ plane conſentientia eſſe noſcuntur iis quæ a ſancto Gregorio in dialogis ſcripta reperiuntur.

Antitheſis de S. Stephano & perdito monacho.

(a) Act. 6.

Sep-

PAGIUS *S. VVilfridus innocens declaratur.*

ſolutionis Wilfridi a Joanne VI. prolatam: *B. Vuilfridus Deo amabilis Epiſcopus, in quo nullam criminis per tot Conciliabula noſtra examinando tam diligenter objectionem invenimus, B. Petri Apoſtoli, & Apoſtolorum Principis auctoritate, qui habet poteſtatem ſolvendi, ligandique ab occultis delictis abſolutus ſit.* Tum cap. 52. Epiſtolam, ſeu Decretum Joannis Papæ ad Ethelredum Regem Merciorum & Alfridum Deirorum & Berniciorum, id eſt Northumbriæ Regem, ſcriptam producit, qua eoſdem monet Wilfridum fuiſſe abſolutum, ſaltem proviſorie, donec, inquit Joannes, *ipſæ principales perſonæ, de quibus contentio exorta eſt, præſentes adfuerint* (Romæ ſcilicet), *quos neceſſe erat, ut contentio finem accipiat, advenire & conſedere, & id circo admonemus Berthualdum Præſulem Sanctæ Cantuariorum Eccleſiæ, quem auctoritate Principis Apoſtolorum Archiepiſcopum* IBIDEM CONFIRMAVIMUS *Reverentiſſimum fratrem noſtrum* (hæc confirmatio Anaſtaſium in errorem induxit; ſcripſit enim Berthualdum fuiſſe a Sergio conſecratum; cum tamen confirmatus tantum fuerit a Joanne VI. multis poſt ejuſdem Berthualdi ordinationem annis.) *ut Synodum convocet una cum Vuilfrido Epiſcopo: & Concilio regulariter celebrato, Boſam* (Eboracenſem) *atque Joannem* (Haguſtaldenſem) *Epiſcopos in Synodum faciat advenire, vocesque partium mediat*, ut hæc cauſa Synodaliter determinetur, etſi non poſſit, *ad hanc Sedem Apoſtolicam ſimul occurrant, ut ampliori Concilio flagitetur, ac decidatur*, &c. Sed loco *flagitetur*, videtur legendum, *agitetur*. Cum igitur Joannes Papa ad Ethelredum Regem de abſolutione Wilfridi, & de iis, quæ agenda reſtarent, literas ſcripſerit, iſque currenti anno Regnum abdicarit, ut tam ex Beda, quam ex Auctoribus Anglicis ſupra citatis liquet, certum eſt, non tantum Joanne VI. Romanæ Eccleſiæ Præſidente cauſam Wilfridi agitatam eſſe; ſed etiam Synodum ad eam decidendam coactam, hoc anno finem accepiſſe.

X. Eddius cap. 52. narrat, *Vuilfridi* Roma diſceſſum tranſactis multis menſibus, atque cum benedictione Sanctorum *patriam remeavit per plana & aſpera camporum & montium* (per Langobardiam ſcilicet, quam ob longe patentem camporum planitiem Campaniam vocat Eddius capp. 27. & 51. qui per *aſpera montium* Alpes intelligit) *uſque dum Galliarum Regionem pervenit*. Dein cap. 53. dicit Eddius, *Vuilfridum* in morbum incidiſſe, & ad *Meldam* Civitatem vix vivum deductum. Verum morbo illo initio ſequentis anni Wilfridus afflictus eſt, ut ibi oſtendemus.

S. VVilfridus in Angliam redit.

JESU CHRISTI ANNUS 705.	JOANNIS PAP. VII. ANNUS 1.	JUST. RHIN. ITER. IMP. ANNUS 2.

I. Joannes Pap. Sextus moritur.

SEptingenteſimusquintus Indictione tertia adeſt annus, quo Joannes Sextus Romanus Pontifex, ubi ſediſſet annos tres, menſes duos, atque dies duodecim, moritur die decima Januarii. De quo, præter alia ſatis certis temporibus conſignata, hæc Anaſtaſius habet: *Hic fecit in baſilica beati Andreæ Apoſtoli, quæ ponitur infra Eccleſiam beati Petri principis Apoſtolorum ambonem noviter. Hic ſuper altare Eccleſiæ ſancti Marci coopertorium fecit & in baſilica beati Pauli Apoſtoli inter columnas altaris dextra lævaque vela alba. Hic fecit ordinationem presbyterorum & diaconorum unam, id eſt, presbyteros novem, diaconos duos: fecit autem per diverſa loca Epiſcopos quindecim. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum. Et ceſſavit Epiſcopatus menſem unum, dies decem & octo*. Hucuſque Anaſtaſius. Ex

Joannes Pap. VII. creatur.

cujus ſententia pariter liquet, ejus ſucceſſorem creatum eſſe hoc eodem anno die prima Martii. Fuit iſte Joannes, ejus nominis ſeptimus numeratus, natione Græcus, ex patre Platone genitus.

II. Artes Græcorum adverſus Rom. Eccl.

Incredibiles perſpicius fuiſſe Græcorum artes, quibus niſi ſunt ſibi ſubiicere (ſi licaiſſet) Romanam Eccleſiam. Quod enim confirmationi Romani Pontificis ſibi tyrannice aſurpatæ tandem renunciaſſent Imperatores, ſtuduerunt alia via eidem Romanæ Eccleſiæ dominari, agentes nimirum, ut in collegium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium allegerentur Orientales, qui etiam, opera Exarchorum adnitente, crearentur Romani Pontifices. Hinc videas, poſt Benedictum Pontificem, Joannem Quintum Syrum natione creatum ſucceſſorem, deinde Cononem Thracem, poſtea Sergium Syrum, Joannem deinde Græcum pariter ordine Sextum dictum, inde hunc de quo agimus Joannem Septimum itidem Græcum, poſteu Siſinnium Syrum, & poſt eum Conſtantinum pariter Syrum, itidemque Gregorium Tertium Syrum etiam, necnon poſt eum Zachariam Græcum: ut appareat inter hos omnes vix unum Gregorium Secundum intercalatum Romanum natione Pontificem.

III. Unus ſpiritus omnium Romanæ Pontificum.

Sed quid accidit? utique tamquam miraculum a Deo, ut in collegium iidem cooptati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & creati Pontifices Apoſtolicæ ſedis, ſpiritum pariter hæreditarint Apoſtolicum, ſteterintque adverſus omnes conatus Imperatorum & Orientalium Epiſcoporum, reſtiterintque ac ne minimum quidem ceſſerint. Videas pariter hac de cauſa, ad eludendum eumdem conatum Imperatorum, fuiſſe ordinationes Cardinalium Romanæ Eccleſiæ infrequentes, quo neceſſitatem vitarent iidem Romani Pontifices Imperatorum obſequendi voluntati. Sic igitur ſemper ipſi eluſi remanſerunt Imperatores, cum ſuos Græcos, ſive alios Orientales creatos Romanos Pontifices, ſuis ipſorum petitionibus acerrimos adverſarios reperirent, quos putabant in omnibus, gentilibus ſuis fore concordes; ut de ipſo (de quo eſt ſermo) Joanne Septimo accidiſſe probatur.

Ubi

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6198.

Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCXLIII. Anno Hegiræ LXXXVI. inchoato die 2. Januar. fer. 6. Anno Hegiræ LXXXVII. inchoato die 22. Decemb. fer. 2. A.C. 705. I.

☉ 24. D. ☽ 5. P. 19. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 705.

JOANNIS VII. PAPÆ 1.

JUSTINIANI iterum REGN. 2.

JUſtinianus hoc anno in Imperium reſtitutus eſt, ut anno DCCIII. numero I. demonſtravimus. Onuphrius lib. 3. Faſt. dicit, eum *Conſulatum* iterum capeſſiiſſe, idque ex ejus Reſcriptis & Conſtitutionibus intelligi. Verum nullæ ejus, quod ſciam, Conſtitutiones editæ ſunt; non dubium tamen, quin Juſtinianus cum novo Regno, novum etiam Conſulatum inierit, ſed non anno ſecundo ſui Imperii, ut perperam credidit Onuphrius; cum per hæc tempora ſtatim quis Imp. ſtatim etiam Conſul renunciaretur.

Juſtinianus iterum imperat.

A num. I. ad VI. *Joannes* VI. Papa hoc anno vitam cum morte commutavit, die nona Januarii. Anaſtaſius quidem diem ejus ſepulturæ præter morem omiſit; ſed cum afferat, eum ſediſſe *annos tres, menſes duos, dies duodecim*, ut tam in Codicibus vulgatis quam MSS. & in Luitprando, Orderico lib. 2. Reginone, Catalogo Vaticano-Palatino, aliiſque legitur, & ordinatus fuerit die XXVIII. Octobris anni DCCI. alio die mors ejus non contigit. *Ceſſavit Epiſcopatus menſem unum, dies XVIII.* inquit Anaſtaſius, ut etiam legitur in variis noſtris Catalogis. Verum loco, *dies XVIII.* legendum, *dies XIX.* excluſo etiam die emortuali, tam a Sede Joannis VI. quam ab Interpontificio, iſque error, ut videtur, Anaſtaſio tribuendus. Nam *Joannem VII.* natione Græcum, qui ei ſucceſſit, ordinatum eſſe die prima Martii, in quam Dominica hoc anno incidebat, ex duratione Sedis ejus, ac die quo eum ſepultum Anaſtaſius dicit manifeſtum fiet. Marianus Scotus in Chronico ait: *Joannes Papa obiit Indictione III. ſecundum Geſta Pontificum*, [1]

II. *Joannes VI. Papa moritur.*

Jo-

NOTÆ [1] JOannes VI. obiit die 11. Januarii hujus anni, ut in Nota ad annum 701. §. probavimus. MANSI

IV. Legatio miſſa ad Joannem Pap.

Ubi enim Juſtinianus Imperator accepit Joannem Græcum natione creatum eſſe Romanum Epiſcopum, honorificentiſſimam ad eum ordinavit legationem, mittens nimirum ad ipſum duos Metropolitanos Epiſcopos, ad componendam diu agitatam de novis canonibus editis nomine Sextæ Synodi controverſiam. Cujus rei cauſa idem Pontifex hoc anno collegit Epiſcoporum Romæ Concilium, ex quo eoſdem auditos legatos re infecta dimiſit. Sed quid de his primum Anaſtaſius habeat, videamus: ait enim: *Idem Juſtinianus Imperator pro tomis, quos ante ſub domno Sergio Apoſtolicæ memoriæ Pontifice Romam direxerat, in quibus diverſa capitula Romanæ Eccleſiæ contraria ſcripta inerant, duos Metropolitanos Epiſcopos demandavit, dirigens per eos & Sacram, per quam denominatum Pontificem conjuravit & adhortatus eſt, ut Apoſtolicæ Eccleſiæ Concilium congregaret, & quæcumque ei viſa eſſent, ſtabiliret, & quæ adverſa, renuenda excluderet.* Hæc Anaſtaſius.

V. Joannes Papa averſatus eſt Canones Sextæ Synodi.

Videntur namque ejus argumenti litteræ & legatio fuiſſe Imperatoris, ut ſancitos Conſtantinopoli in Synodo canones Joannes Papa congregato Concilio examinaret, & quos conſentientes reperiſſet Catholicæ diſciplinæ probaret, confirmaretque; cæteros vero pro arbitrio refutaret. Verum etſi juſta hæc eſſe petitio videretur: tamen quod non deceret majeſtatem Apoſtolicæ ſedis, vel quid minimum comprobare, quod non in legitima Synodo ſancitum eſſet, eos Joannes nec ex parte voluit comprobaſſe: cæterum (quod ab eo fieri expectabatur) neque voluit condemnaſſe, ne commoveret animum Imperatoris. Hinc eſt enim quod idem Anaſtaſius ſubdit: *Sed Joannes humana fragilitate timidus hos nequaquam emendans, per ſupraſatos Metropolitanos direxit ad Principem.* Hæc ipſe. Verum eos non recepiſſe, videri poterit condemnaſſe. Non fuiſſe illos quidem receptos, ſed uti ſcripti erant (ut Anaſtaſius ait) remiſſos ad Imperatorem, alia ſunt quæ demonſtrant: etenim ſi recepti fuiſſent, haud opus fuiſſet Juſtiniano Imperatori vocare ob eam cauſam Conſtantinopolim (ut dicemus) Conſtantinum Pontificem.

VI. S. Wilfridus rurſus Romam venit.

Quod inſuper ad hanc Synodum ſpectat, interfuit ipſi mirificus ille ſanctus Vvilfridus Archiepiſcopus Eboracenſis, de quo ſæpe ſuperius: interfuit, inquam, ſed reus: iterum namque accuſatus, iterum Romanum Pontificem appellans, Romam ſe contulit ad ſuam proſequendam cauſam. Quem enim antea ſub Agathone Papa eodem ex cauſa Romam oportuerat ſe conferre, cum abſolutus eſt & inno-

PAGIUS

Joannes ſcilicet VI. ideoque hoc anno. Ubi nomine *Geſtorum Pontificum* intelligit Librum Pontificalem qui ejus tempore nondum tribuebatur Anaſtaſio Bibliothecario, ut hic locus demonſtrat. Sed incertum, an Indictio, quæ etiam in quibuſdam ſequentibus Pontificibus legitur, omiſſa hic fuerit a Librariis. Reperitur enim Indictio illa III. in uno MS. Freheriano. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico arbitratur, obiiſſe Joannem VI. die XXI. menſis Decembris ſuperioris Chriſti anni, & *Joannem* VII. hoc anno die VIII. Februarii ordinatum. Subjungit, Joannem VI. tres annos ſediſſe, teſtari omnia Anaſtaſii exemplaria; annum tamen unum abundare per antiqui Librarii incogitantiam. Verum nullus in Anaſtaſio, dum de Joanne VI. loquitur, annus abundat; ſed Vir doctiſſimus, qui anno uno tardius *Leonis* II. & Succeſſorum Pontificatum inchoavit, *Joannis* VI. Pontificatum annis uno mutilare coactus eſt, ut in viam rediret. Onuphrius in Chron. Eccl. Joannis VII. ordinationem Kalendis Martii hujus Chriſti anni accurate affixit, & poſt eum Baronius, licet ſolius creationis non vero creationis & conſecrationis, uti rectius Onuphrius, mentionem faciat.

III. Juſtinianus Legatos mittit ad Joannem VII. qui jam præerat Eccleſiæ Rom.

Anaſtaſius indicat, Joannem VII. jam Pontificatum geſſiſſe, quando Juſtinianus recepit Imperium; ait enim: *Illico ut Palatium ingreſſus eſt, propriumque adeptus Imperium, Tomos, quos antea ſub Domino Sergio Apoſtolicæ memoriæ Pontifice Romam direxerat, in quibus diverſa Capitula Romanæ Eccleſiæ contraria, ſcripta inerant, per duos Metropolitanos Epiſcopos demandavit, dirigens per eos & Sacram, per quam Joannem VII. Pontificem conjuravit, ac adhortatus eſt, ut Apoſtolicæ Eccleſiæ Concilium aggregaret, & quæ ei viſa eſſent, ſtabiliret, & quæ adverſa renuendo excluderet.* Quod ſi anno DCCIII. in Imperium reſtitutus fuiſſet Juſtinianus, ut opinatus eſt Baronius, non ad Joannem VII. ſed ad Joannem VI. de Concilio Trullano ſcripſiſſet, & Legationem miſiſſet; cum teſtetur Anaſtaſius, eum ſtatim ac ingreſſus eſt Palatium, duos illos Metropolitanos Romam legaſſe. Verum eſt itaque quod eo anno Chriſti oſtendimus, non niſi currenti in finem vergente *Juſtinianum* Imperium recuperaſſe. Quem ſucceſſum hæc Imperatoris Legatio habuerit, anno DCXCII. expoſuimus.

IV. Beda ſtrictim agit de perſecutionibus S. VVilfridi.

A num. VI. ad XI. Beda lib. 5. cap. 20. uno tenore recitat, quæ contigere in cauſa Sancti Wilfridi; Sed quia ſtrictim & breviter res narrat, non mirum ſi Baronius, deſtitutus quibus nunc abundamus ſubſidiis, diſcernere non potuerit, an Synodus Romana in qua *VVilfridus* abſolutus, Joanne VI. aut Joanne VII. ſedente, quove anno celebrata fuerit; & ſuſpicatus ſit, actum in ea de Canonibus in Quini-Sexta Synodo ad Sextam Generalem adjectis; cum tamen certum ſit, lecta quidem eſſe in Synodo Romana anno ſuperiori habita, quædam contenta in Concilio Romano contra Monothelitas ab *Agathone* Papa coacto, ſed ea tantum quæ ad cauſam Wilfridi facerent, non vero ad Monothelitarum damnationem. Hinc quæ hic Baronius una ſerie de *VVilfrido* narrat, per ſuos annos nobis diſtribuenda fuere; ut Hiſtoria tam memorabili ab Auctore, qui teſtis oculatus fuit, Eddio ſcilicet ſcripta, Annales Eccleſiaſticos locupletaremus. Neque opus eſt hic ad Baronii conjecturas reſpondere; cum ſola rerum narratio tenebras omnes diſpellat. Ed-

Digitized by Google

nocens declaratus: iterum paſſus calumnias, iterum idem iter ſuſcipere coactus eſt. At quod Beda non dicat, quinam trium ejuſdem nominis Pontificum Joannes fuerit, qui in Synodo S. Vvilfridi

Temporis ratio adventus S. Wilfridi.

cauſam cognovit: etenim ab eo tempore Agathonis, tres ejuſdem nominis interceſſere Pontifices Joannes dicti, Quintus, Sextus, & Septimus: ut nonniſi ſub hoc Septimo id contigiſſe dicamus, certum inde deducimus argumentum, quod cum teſtetur Beda eumdem ſanctum, poſt hanc Synodum quadriennio dumtaxat vixiſſe, conſtetque eodem auctore ipſum obiiſſe diem anno Redemptoris ſeptingenteſimo nono, nihil eſt quod de his dubitari poſſit. Cum inſuper in ejus epitaphio idem Beda teſtetur (*a*) vixiſſe Epiſcopum annos quadragintaquinque idemque affirmet (*b*) ſedere cœpiſſe anno Domini ſexcenteſimo ſexageſimoquarto; plane ad dictum tempus ipſum oportuit perveniſſe. Sed & inde etiam idem ejus obitus tempus colliges: cum enim eumdem mortuum eſſe dicat Beda anno quarto, exacto ſcilicet, Oſredi, quem anno ſuperiori cœpiſſe regnare tradidimus; plane ad dictum nonum annum poſt ſeptingenteſimum reperies perveniſſe. Cum igitur (ut dictum eſt) annis quatuor ante obitum ipſum Romæ in Concilio ſub Joanne Pontifice abſolutum iterum fuiſſe teſtetur Beda; jam plane conſtat, non ad Quintum vel Sextum Joannem, ſed ad Septimum referri debere. Sed de ipſo in Synodo reo conſtituto & abſoluto audiamus Bedam (*c*):

(*a*) Beda l. 5. c. 20.
(*b*) Beda l. 3. c. 26.
(*c*) Beda l. 5. c. 20.

VII. Cauſa Wilfridi Epiſc. Eboracenſis tractatur in Synodo.

Poſt quinque annos, inquit, *denuo accuſatus ab eodem ipſo Rege*, Aldfrido ſcilicet, *& plurimis Epiſcopis, Præſulatu pulſus eſt: veniensque Romam, cum præſentibus accuſatoribus acciperet locum ſe defendendi, conſidentibus Epiſcopis pluribus cum Apoſtolico Papa Joanne, omnium judicio probatum eſt, accuſatores ejus nonnulla in parte falſas contra eum eſſe machinatos calumnias. Scriptumque eſt a*

PAGIUS V.

Hoc anno VVilfridus Roma in Galliam & Angliam venit.

Eddius itaque in Vita *Sancti VVilfridi*, poſtquam retulit eum relicta Roma in Galliam perveniſſe, cap. 54. aſſerit, Vilfridum maximo languore infirmitatis correptum ad *Meldam* Civitatem vix vivum deductum eſſe, quinta die morbi ſui *Michaelem Angelum* Domini Sancto Pontifici apparuiſſe, eique revelaſſe, quod ab ea die in dies magis ſanaretur, ad patriam perveniret, eique ſubſtantiarum ejus chariſſima redderentur. Addidit Sanctus Michael: *Paratur quoque eſto, quia poſt quatuor annorum ſpatium iterum viſitabo te.* Eadem narrat Beda lib. 5. cap. 20. ſubjungitque, *In Præſulatum eſt ſuæ receptus Eccleſiæ. Sicque quatuor annis, ideſt, uſque ad diem obitus ſui, vitam duxit in pace*, ſc. uſque ad annum DCCIX. Quare infirmitas Wilfridi, & apparitio S. Michaelis cum præſenti anno neceſſario ſunt copulandæ, nec alio contingere potuere, ut in dicendis in Wilfridi morte magis liquebit. Præfatis memoratis Eddius cap. 54. ait, poſt paucos dies Wilfridum & ſocios mare navigio ſuperantes Cantuariam veniſſe, ubi Berchtualdus Archiepiſcopus ei *ſpopondit, mitigare judicia dura olim in Synodo ſtatuta*; deinde Wilfridum veniſſe *ad Ethelredum Regem, qui ante regebat Merciorum populum, ſemper fideliſſimum amicum*. Hic autem *ſtatim Coenred, quem Regem poſt ſe conſtituit, ad ſe invitavit, & adjuravit eum in Nomine Domini & in ſua charitate, obedire præceptis Apoſtolicæ Sedis. Ille autem* (ſcilicet Coenredus) *voluntarie ſe facere promiſit*, inquit Eddius. Ex quibus intelligimus, Synodum Romanam ſub finem ſuperioris anni ad exitum perductam fuiſſe, illico Wilfridum viæ ſe ſe commiſiſſe, & hujus anni initio ad Civitatem Meldenſem perveniſſe, ubi ei Sanctus Michael apparuit. Quatuor enim anni vitæ ei ab eo promiſſi, currenti inchoantur, annoque DCCVIII. ut in morte ejus oſtendetur, terminantur. Intelligimus Secundo, Synodum Romanam in ejus cauſa habitam removeri non poſſe ab anno, quo *Ethelredus* Regnum Merciorum ceſſit *Coenredo*, ideoque & quo Joannes VI. Pontifex Romanus erat.

VI. *Poſt non multi temporis ſpatium, Ethelredo amico ſuo docente*, inquit Eddius cap. 55. Wilfridus Nuncios duos ad *Alfridum* Ultra-Umbrenſium Regem emiſit, poſtulavitque ab eo, ut licentiam ſibi veniendi ad præſentiam ejus concederet, *cum literis ſalutationis Apoſtolicæ Sedis, & judiciis de ſua cauſa Apoſtolica poteſtate conſtitutis. Quibus Rex in prima vice nihil dure & auſtere reſpondit*: ſed ſecunda vice dixit, quod ante Prædeceſſores ſui Reges, & Archiepiſcopus, & quod poſtea ipſe cum Archiepiſcopo ab Apoſtolica Sede emiſſo cum omnibus pene Britanniæ Præſulibus judicavit, *hoc* inquit, *quandiu vixero, propter Apoſtolicæ Sedis* (*ut dicitis*) *Scripta nunquam volo mutare. At hanc ſententiam plane poſtmodum mutavit, & vere pœnituit.* Paulo poſt Rex in morbum incidit: *qui ſtatim*, inquit Eddius cap. 56. *ut erat ſapientiſſimus, noſcens ab Apoſtolica poteſtate perculſum ſe eſſe; pœnitentia ductus confeſſus eſt peccatum ſuum in Sanctum VVilfridum Epiſcopum contra Apoſtolicæ Sedis judicia commiſſum*, promiſitque, ſi de illa infirmitate ſanatus ſurgeret, Apoſtolicæ Sedis judicium ſervaturum; ſin vero moreretur, præcipere ſe Succeſſori ſuo, ut cum Wilfrido concordiam iniret, & paulo poſt *diem obiit*.

S. VVilfridus male ab Alfrido Rege acceptus.

VII. Beda in Epitome ſcribit: *Anno DCCV. Aldfrid Rex Nordanhymbrorum defunctus eſt.* Malmesburienſis lib. I. de Reg. Angl. pag. 21. de Alfrido habet; *Per decem & novem annos ſumma pace & gaudio Provinciæ præfuit, nihil unquam præter in perſecutione magni VVilfridi, quod livor edax dignum carpere poſſit, admittens.* Wigornienſis vero ad hunc annum DCCV. ait: *Alfridus Rex Northanymbrorum in Driffelda XIX. Kalendas Januarii defunctus eſt anno Regni ſui XX. nondum impleto.* Sed in die emortuali mendum eſt, & quidem contra Wigornienſis mentem. Hic enim aſſerit, Alfridum regnare cœpiſſe anno DCLXXXV. menſe Majo, quod verum eſt, ideoque ſi uſque ad medium menſem Decembrem hujus anni ſuperſtes fuit, Regni ſui implevit annum XX. & XXI. inchoavit. Legendum itaque *XVII. Kalend. Junii*, ſicque Alfridus vita functus fuerit tribus aut quatuor die-

Moritur Alfridus Rex Northumbriæ.

præfato Papa Regibus Anglorum Edilredo & Aldfrido, ut eum in Epiſcopatum ſuum (eo quod iniuſte fuerit condemnatus) facerent recipi. Juvit autem cauſam abſolutionis ejus lectio Synodi beatæ memoriæ Papæ Agathonis, quæ quondam ipſo præſente in Urbe atque in eodem Concilio inter Epiſcopos reſidente (ut prædiximus) acta eſt. Cum ergo, cauſa exigente, Synodus eadem coram nobilibus & frequentia populi, jubente Apoſtolico Papa, diebus aliquot legeretur, ventum eſt ad locum, ubi ſcriptum erat: Vuilfridus Deo amabilis Epiſcopus Eboracenſis civitatis, Apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertiſque rebus abſolutus, &c. quæ ſupra poſuimus. Quod ubi lectum eſt, ſtupor apprehendit audientes: & ſilente lectore, cœperunt alterutrum requirere, quis eſſet ille Vuilfridus Epiſcopus. Tum Boniſacius conſiliarius Apoſtolici Papæ, & alii perplures, qui eum temporibus Agathonis Papæ ibi viderunt, dicebant ipſum eſſe Epiſcopum, qui nuper Romam accuſatus a ſuis, atque ab Apoſtolica ſede judicandus, advenerat.

VIII. *Qui jamdudum, inquiunt, æque accuſatus huc adveniens, mox audita ac adjudicata cauſa & controverſia utriuſque partis, a beatæ memoriæ Papa Agathone probatus eſt, contra fas a ſuo Epiſcopatu repulſus: & tanto apud eum habitus eſt honore, ut ipſum in Concilio quod congregarat Epiſcoporum, quaſi virum incorruptæ fidei & animi probi, reſidere præciperet. Quibus auditis, dicebant omnes una cum ipſo Pontifice, virum tantæ auctoritatis, qui per quadraginta prope annos Epiſcopatu fungebatur, nequaquam damnari debere, ſed ad integrum culpis accuſationum abſolutum in patriam cum honore reverti.* Hæc de Synodo: ubi cum integram Romanam ſub Agathone Synodum recitatam fuiſſe audiſti, plane conjici poteſt (quod ejuſdem eſſet argumenti) cauſam ibi canonum ad Sextam Synodum additorum eſſe tractatam, & proculdubio eſſe rejecta omnia, quæ in Sextæ Synodi Actis minime reperta fuiſſent, ſed a Græcis addita: erat enim intextum ſub Actis Sextæ Synodi dictum ſub Agathone Romanum Concilium. Abſolvitur Wilfridus.

IX. Verum remeantem abſolutum S. Vuilfridum ad propria proſequamur: de ipſo enim hæc ibidem Beda: *Cum in Britanniam remeans, in Galliarum partes deveniſſet, tactus eſt infirmitate repentina, & ea* Wilfridus ægrotat ad mortem, ſed liberatur.

PAGIUS diebus, antequam Regni ſui annum XX. impleviſſet. Junium enim in Januarium ſæpe Amanuenſes mutant. Idem error legitur hoc anno in recentiori Chronico Saxonico.

VIII. B. Cuthbergæ uxor Alfridi Regis. Uxorem habuit *Alfridus* Sanctam Cuthburgam, de qua Malmesburienſis lib. 1. de Reg. Angl. cap. 2. *Habuit Ina (Rex Occidentalium Saxonum) ſorores Cuthburgam, & Quenburgam. Cuthburga Alfrido Regi Northanymbrorum nuptui tradita; ſed non poſt multum conjugio diducto, primum apud Berkengum (in agro Londonienſi) ſub Abbatiſſa Hildelide; mox ipſa Magiſtra Regula, VVinburnæ Domus placitam vitam tranſegit.* Auctor Chronologiæ Saxonicæ Malmesburienſi antiquior, ad annum DCCXVIII. ſcribit de Cutburga: *Hæc data nuptui fuit Northanymbrorum Regi Alfrido: ſed ab illo adhuc vivente (*vitæ Monaſticæ ſtudio*) ſejuncta fuit.* Ubi verba parentheſi incluſa, addita ſunt ab Abrahamo Wheloco in illius Chronici editione, ad majorem explicationem. Situm erat Monaſterium *VVinburnenſe* a Cuthberga conſtructum, in *Provincia* Weſt-Saxonum, hodierno Comitatu Dorceſtriæ, haud longe e Caſtro Badburienſi, quod Regum Weſt Saxonum Sedes erat. Mabillonius ſæculo III. Benedictino, parte I. in Elogio Sanctæ Cuthburgæ Reginæ & Abbatiſſæ Winburnenſis, hujus Monaſterii initia ad præſentem circiter annum revocat, quod Sanctus *Aldhelmus* factus Epiſcopus Schireburnenſis Epiſtolam ſcripſit de libertate propriæ electionis, omnibus Congregationibus in ſua Diœceſi conſtitutis conceſſa, in qua Epiſtola mentio Cuthburgæ Winburniæ Abbatiſſæ. Eam Epiſtolam datam *anno ab Incarnat. DCCV. Indict. III.* e Regiſtro Malmesburienſi vulgavit Alfordus in Annal. Anglic. Annus mortis ejus incertus. In Miſſali & Breviario Saliſburienſis Eccleſiæ prid. Kalend. Septemb. Officium ejus præſcribitur commune Virginibus non Martyribus; cum tamen Wigornienſis ad annum DCCXVIII. inſinuat divortium Alfridi cum Cuthburga contigiſſe circa annum DCC. eamque non fuiſſe Virginem: *Ante finem vitæ ſuæ connubio carnalis copulæ ambo pro Dei amore renunciavere.* Tam ipſe, quam Weſtmonaſterienſis Cuthburgam & Quenburgam *Sanctas* appellant.

IX. Eadvulfus tyrannidem arripit in Northumbria. Eddius Alfridi Regis morte narrata, ait: *Poſt eum Eadvvulfus perparvum ſpatium regnavit: ad quem S. Pontifex noſter de exilio cum filio ſuo proprio (*ſc. Eadwulfi*) veniens de Rypis, quaſi ad amicum Nuncios miſit: quibus auſtere & dure, perſuaſus a Conſiliariis ſuis, pro antiqua nequitia ſua reſpondebat, dicens: Per ſalutem meam juro, niſi de Regno meo in ſpatio ſex dierum diſceſſerit, de ſodalibus ejus quoſcumque invenero, morte peribunt. Et poſt hæc aſpera verba, de Regno quod duos menſes habuit, conjuratione facta adverſus eum, expulſus eſt, & regnavit pro eo puer Regius, cui nomen erat Oſred, filius Alfridi Regis & Sancto Pontifici noſtro filius adoptivus factus eſt.* Idem habet Malmesburienſis lib. 3. de Pont. Angl. cap. 268. Beda lib. 5. cap. 19. *Eadvulfi*, quia tyrannus fuit, non meminit, ſed ait tantum, *Alfrido* filius ejus *Oſred*, puerum *octo circiter annorum*, ſucceſſiſſe.

X. Oſredus filius Alfridi in Solium Northumbriæ evehitur. Bellum aliquod poſt *Alfridi* mortem fuiſſe, innuit Eddius cap. 57. ubi ait, Berectfridum, qui ſecundus erat a Rege, dixiſſe in Synodo Niddana, de qua mox: *Hæc eſt voluntas Regis & Principum ejus, ut mandatis Apoſtolicæ Sedis & præceptis Alfridi Regis in omnibus obediamus. Nam quando in Urbe, quæ Bebbamburg dicitur, obſeſſi, & undique circumcincti hoſtili manu (*Eadwulfi nempe*) in anguſtiaque rupis lapideæ manſimus, inito conſilio inter nos ſi Deus noſtro Regali puero Regnum patris ſui conceſſiſſet, quæ mandavit Sancta Apoſtolica auctoritas de S. Vuilfrido Epiſcopo, adimplere Deo ſpondi-*

& ea creſcente adeo preſſus, ut neque equo vehi poſſet, ſed manibus miniſtrorum portaretur in grabato. Sic delatus in civitatem Meldum Galliæ, quatuor diebus ac noctibus quaſi mortuus jacebat, halitu tantum pertenui quia viveret demonſtrans. Cumque ita ſine cibo & potu, ſine voce, & auditu quatriduo perſeveraret, quinta demum illuceſcente die, quaſi de gravi experrectus ſomno, exurgens reſedit, apertiſque oculis, vidit circa ſe choros pſallentium ſimul, & flentium fratrum: ac modicum ſuſpirans, interrogavit, ubi eſſet Acca presbyter: qui ſtatim vocatus intravit, & videns eum melius habentem ac loqui jam valentem, flexis genibus gratias egit Deo cum omnibus qui aderant fratribus. Et cum parum conſediſſent, ac de ſupernis judiciis trepidi aliquantum fabulari cœpiſſent, juſſit Pontifex cæteros ad horam egredi, & ad Accam presbyterum ita loqui exorſus eſt: Viſio mihi modo tremenda apparuit, quam te audire ac ſilentio tegere volo, donec ſciam, quid de me fieri velit Deus. Aſtitit mihi quidam candido præclarus habitu, dicens ſe Michaelem eſſe Archangelum: Et ob hoc, inquit, miſſus ſum, ut te a morte revocem. Donavit enim tibi Dominus vitam per orationes ac lacrymas diſcipulorum & fratrum tuorum, & per interceſſionem ſuæ beatæ genitricis ſemperque virginis Mariæ. Quapropter dico tibi, quia modo quidem ab infirmitate hac ſervaberis: ſed paratus eſto, quia poſt quadriennium revertens viſitabo te. In patriam vero perveniens, maximam poſſeſſionum tuarum, quæ tibi ablatæ ſunt portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminabis.

Convaluit igitur Epiſcopus, cunctis gaudentibus, & Deo gratias agentibus: cœptoque itinere in Britanniam venit. Lectis autem epiſtolis, quas ab Apoſtolico Papa advexerat, Bertuvaldus Archiepiſcopus, & Edilredus quondam Rex, tunc autem Abbas, libentiſſime faverunt: Qui videlicet Edilredus accitum ad ſe Coenredum, quem pro ſe Regem fecerat, amicum Epiſcopo fieri petiit, & impetravit: ſed Adlfridus Nordanhumbrorum Rex eum ſuſcipere contempſit, nec longo tempore ſuperfuit. Hoc namque anno eum idem Beda defunctum eſſe teſtatur: (a) *Unde*, inquit, (b), *factum eſt, ut regnante Oſredo filio ejus, mox Synodo* X.

(a) Beda epiſt. hoc anno & l. 5. c. 19.
(b) Beda l. 5. c. 20.

PAGIUS *dimus: & ſtatim poſt vota mutuis animis inimicorum, concito curſu omnes cum juramento in amicitiam noſtram converſi ſunt, apertis januis de anguſtia liberati ſumus, fugatis inimicis noſtris* (Eadwulfo ſc. & ſuis) *Regnum* (pro Oſredo puero) *accepimus.* Chronographus Saxo ad hunc Chriſti annum habet: hic *Ealdfelous Northanymbrorum Rex obiit*, & Ethelverdus lib. 2. cap. 11. Ethelredi Merciorum Regis abdicatione, quæ anno ſuperiori contigit, narrata, inquit: *Poſt menſes duodecim obiit Ealdfelth Rex Northanymbrorum. Impletuſque eſt tunc numerus annorum a conditione mundi nongenteſimus & quinque millenus, ita DMDCCCC.* Illigat Ethelverdus qui Chronicon ſuum abſolvit anno DCCCCLXXIII. annum primum Dionyſianum cum anno mundi DMCXCVI. Quare irrepſit error in hæc verba, quæ leguntur initio libri primi: *Factus eſt numerus annorum ab ipſius mundi initio uſque ad Chriſti primum adventum, V. millia quingenti, minus quinque.* Loco enim, *quingenti*, legendum, *ducenti*. Nam ſi ab anno mundi DMDCCCC. qui concurrit cum anno Chriſti Dionyſiano DCCV. demas annos, DCCV. reſtabunt anni DMCXCV. quo Chriſtum Ethelverdus natum credidit. Quæ hic a nobis explicanda fuere, ut magis conſtet, Concilium *Nidda* in Northumbria ſub hujus anni finem celebratum eſſe.

XI. *B. VVilfridus in Synodo Niddana cum omnibus reconciliatur.* Eddius enim cap. 57. de hoc Concilio, in quo pax reformata eſt, loquens inquit: *In primo* (ſcilicet anno) *Oſredi Regis, Berthualdus Cantuariorum Eccleſiæ & pene totius Britanniæ Archiepiſcopus de Auſtro veniens, habens ex præcepto Apoſtolicæ Sedis Aquilonalium Regem cum omnibus Epiſcopis ſuis, & Abbatibus & totius Regni ejus Principibus, ad Synodalem locum de cauſa Beati Vuilfridi Epiſcopi diligentes invitare; & ita factum eſt. Nam in unum locum juxta fluvium Nidd, ab Oriente congregati Rex* (ſcilicet Oſredus) *cum principibus ſuis, & tres Epiſcopi ejus* (nempe Boſa Eboracenſis, Joannes Haguſtaldenſis, & Eadfridus Lindisfarnenſis) *cum Abbatibus: nec non & Beata Aelfreda Abbatiſſa* (Streaneshalenſis Monaſterii, filia Oſwii Northumbriæ Regis) *ſemper totius Provinciæ conſolatrix, optimaque concilatrix; Berthualdus quoque Archiepiſcopus & Vuilfridus Epiſcopus ſimul in una die advenerunt. Deinde ſedentibus Rege & Epiſcopis cum Principibus eorum in loco Synodali*, utriuſque libri a principio uſque ad finem lecti ſunt. Archiepiſcopus autem dixit, Apoſtolicam poteſtatem cenſuiſſe, ut Præſules Eccleſiarum illius Provinciæ Beato Wilfrido reconcilientur. Epiſcopi reſiſtentes dixerunt, nullum poſſe immutare quæ jam facta fuiſſent. Sed cum ſummopere faverent Wilfrido Abbatiſſa Aelfleda, & Principes Berechtfridus, & pro eodem Præſule multa in Synodo dixiſſent, ut videre eſt apud Eddium, *Epiſcopi ſibi mutuo ſeparati ab aliis inire conſilium ceperunt; aliquando cum eis Archiepiſcopus, aliquando vero ſapientiſſima Virgo Aelfleda: & hujus Sancti Concilii talis finis extitit, ut omnes Epiſcopi & Rex cum ſuis Optimatibus pacem pacis concordiam cum S. Vuilfrido Epiſcopo inierint, quam inter ſe uſque ad finem vitæ conſervaverunt, reddentes ei duo optima Cœnobia, quæ in Rypis & Haguſtaldenſe cum omnibus redditibus ſuis.* Beda lib. 5. cap. 20. de iſto Concilio hæc habet: *Factum eſt, ut regnante Onſredo filio ejus* (nempe Alfridi) *mox Synodo facta juxta fluvium Nidd, poſt aliquantum utriuſque conflictum, tandem cunctis faventibus, in Præſulatum ſit ſuæ receptus Eccleſiæ. Sicque quatuor annis, id eſt, uſque ad diem obitus ſui*, (qui contigit anno DCCIX.) *vitam duxit in pace.*

Ex hactenus dictis liquet primo, *Synodum Romanam* in cauſa Wilfridi anno ſuperiori, non vero currenti, ut putavit Baronius num. VII. congregatam eſſe. Liquet ſecundo, Alfordum hoc anno num. XI. hallucinatum, ubi ait, XII. *Aliqui errores rejecti.*

Synodus in Anglia in reſtitutione S. Wilfridi. *facta juxta fluvium Nidd, poſt aliquantum utriuſque partis conflictum, tandem cunctis faventibus, in præſulatum ſit ſuæ receptus Eccleſiæ. Sicque quatuor annis, id eſt, uſque ad diem obitus ſui vitam duxit in pace.* Hactenus Beda.

XI. Sed ne recedamus a fertili ſanctorum agro Britanniæ, Anglorum laboribus bene culta. Hoc eodem anno ipſo exordio regni Oſredi, vita ſanctiſſimus Heddi Epiſcopus Occidentalium Saxonum moritur, de quo iſta habet idem auctor Beda: (a) Beda l. 5. c. 19. Heddi Epiſcopi obitus. (a) *Hujus Oſredi regni principio Antiſtes Occidentalium Saxonum Heddi cæleſtem migravit ad vitam. Bonus quippe erat vir ac juſtus, & Epiſcopalem vitam ſive doctrinam magis inſito ſibi virtutum amore, quam lectionibus inſtitutus, exercebat. Denique reverendiſſimus Antiſtes Pecthelmus (de quo in ſequentibus ſuo loco dicendum eſt, qui cum ſucceſſore ejus Aldhelmo multo tempore adhuc diaconus ſive monachus fuit) referre eſt ſolitus, quod in loco in quo defunctus eſt, ob meritum ſanctitatis ejus, multa ſanitatum ſint patrata miracula: hominesque provinciæ illius ſolitos ablatum inde pulverem propter languentes in aquam mittere, atque hujus guſtum ſive aſperſionem multis ſanitatem ægrotis, & hominibus & pecoribus conferre: propter quod, frequenti ablatione pulveris ſacri foſſa ſit ibidem facta non minima.* Hæc de ſanctitate Epiſcopi Beda. Unde merito inter ſanctos in Martyrologium relatum ipſum ſancta Eccleſia æque colit, annuaque die, nempe Nonis Julii, ejus una cum aliis ejuſdem diei ſanctis commemorationem pie agere conſuevit. Ex

PAGIUS *Vuilfridi* cauſam Romæ ventilatam non fuiſſe in Synodo; ſed tantum Antiſtites frequentes ibi conveniſſe, eandemque tractaſſe; nam Eddius quem Alfordus non viderat, de hac re nos dubitare non patitur; ideoque recte Baronius ſcripſit, eam in Synodo agitatam. Liquet tertio, perperam ſcripſiſſe Baronium num. VI. teſtari Bedam *Vuilfridum*, Romæ ſub Joanne Pontifice abſolutum fuiſſe annis quatuor ante obitum, ideoque hanc abſolutionem ad Joannem VII. referri debere, qui hoc anno, qui quartus eſt ante obitum Wilfridi, Romanus Pontifex erat. Beda enim, cujus verba mox recitavimus, ſcribit *Vuilfridum* quatuor annis, non a Synodo Romana, ut eum interpretatur Baronius, ſed a Synodo Niddana, mortuum eſſe. Baronium exſcripſere Binius & Labbeus in editione Conciliorum, & aſſeruere Joannem VII. ad inſtantiam Juſtiniani Imp. *Concilium* hoc anno indixiſſe pro Canonibus Sextæ Synodi confirmandis vel reprobandis, & in eo de cauſa Wilfridi etiam actum. Liquet quarto, admiſſam eſſe in Concilio *Niddenſi* concordiam antea propoſitam a Sancto Wilfrido in Concilio Romano anno ſuperiori habito, illumque ceſſiſſe Epiſcopatum Eboracenſem, ſalvis tamen Juribus & Privilegiis Monaſteriorum Haguſtaldenſis & Rypenſis. Quare Eboracenſis Epiſcopatus *Vuilfrido* nunquam reſtitutus fuit, ut ex laudatis Eddii verbis manifeſtum fit. Permiſit enim Vuilfridus, *Boſa* mortuo, *Joannem Haguſtaldenſem* Epiſcopum Eboraci ſedere, ipſe jam annis gravis, Haguſtaldenſi Eccleſia & ſuis Monaſteriis contentus, ut teſtatur Malmesburienſis lib. 3. de Pont. Angl. pag. 269. *defuncto Alfrido, Vuilfridus in concordiam receptus, Sedem apud Haguſtaldum habuit, Joanne in Eboracum migrante: quia jam Boſa defunctus erat*, nempe ſtatim ſoluta Synodo. Antea idem ſcripſerat Beda lib. 5. cap. 3. *Cum Reverentiſſimus Vir Vuilfrid poſt longum exilium in Epiſcopatum eſſet Haguſtaldenſis Eccleſiæ receptus, & idem Joannes defuncto Boſa, Viro multæ Sanctitatis & humilitatis Epiſcopus pro eo Eboracenſi ſubſtitutus*, &c. Boſam ineunte Octobri fato functum eſſe habet Martyrologium Metricum vetuſtiſſimum ſub Bedæ nomine Tomo X. Dacheriani Spicilegii editum,

Sextas Octobris Nonis Boſa optat habere.
Solemnes terris Summo qui gaudet Olympo.

XIII. Adverſarii Vuilfridi etiam ſanctitate illuſtres. Dies tamen emortuales a Martyrologiorum Conditoribus memorati, quandoque alii non ſunt, quam dies ſepulturæ aut Tranſlationis; quo modo anno DCCIX. numero III. hujus Metrici Martyrologii Auctorem diem obitus Sancti Wilfridi cum die ejus Tranſlationis confudiſſe videbimus. *Boſæ* nomen *Beati* tribuit Bollandus ad diem IX. menſis Martii; quod non conſtet, Officium Eccleſiaſticum de eo fuiſſe recitatum. Erat *de Monachorum Collegio*, inquit Beda, qui eum, licet Vuilfridi adverſarium, impenſe laudat lib. 5. capp. 21. & 22. libr. 4. capp. 22. & 23. & alibi. *Palam eſt*, inquit Malmesburienſis lib. 3. de Pont. Angl. pag. 267. *quanta miſeria involvat mortales, quod illi Viri, quos Sanctiſſima celebrat Antiquitas, Theodorus, Berthualdus, Joannes, Boſa, nec non & Hilda Abbatiſſa digladiabili odio impetierunt Vuilfridum Deo acceptiſſimum.* Fuerat Boſa Magiſter S. *Acca* Epiſcopi poſtea Haguſtaldenſis, qui colitur die XXX. Novembris, & valde laudatur a Beda lib. 5. cap. 21. *Utpote*, inquit, *qui a pueritia in Clero Sanctiſſimi ac Deo dilecti Boſæ Eboracenſis Epiſcopi nutritus atque eruditus eſt.* De *Joanne* Sanctitate etiam illuſtri ſuo loco agetur.

XIV. Moritur S. Edda Epiſc. Dorciceſtrenſis. Ad num. XI. *Sanctum Heddam* Epiſcopum Dorciceſtrenſem apud Weſt-Saxones ſeu Saxones Occidentales, vita functum eſſe anno Incarnat. DCCV. teſtatur Beda lib. 5. cap. 18. Ejus nomen inſcriptum eſt recentioribus Martyrologiis ad diem VII. menſis Julii. Ante Epiſcopatum *Monachus fuerat & Abbas*, teſte Malmesburienſi in lib. 2. de Pont. Angl. cap. 3. ſed Leutherio quarto Occidentalium Saxonum Epiſcopo demortuo Dorciceſtrenſis Epiſcopus creatus eſt. Porro alia eſt *Dorcina*, ſeu *Dorciceſtria*, vulgo *Dorcheſter*, Urbs Provinciæ Merciorum in Comitatu Oxonienſi; alia Dorciceſtria, itidem *Dorcheſter*, Urbs Occidentalium Saxonum, Dorceſtriæ Provinciæ caput, huicque præfuit *Sanctus Hedda*, non alteri, uti demonſtrat Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte I. in Elogio hiſtorico hujus Sancti Præſulis, quem in eadem Sede præceſſerant, *Birinus*, *Agilbertus*, *VVini*, & *Leutherius*, de quibus ſuis locis egimus. Hedda *defuncto*, *Epiſcopatus Provinciæ illius* (ſcilicet Saxonum Occidentalium) *in duas Parochias diviſus eſt. Una data eſt Danieli, quam uſque hodie regit; altera Aldhelmo, cui annis quatuor ſtrenuiſſime præfuit; ambo & in rebus Eccleſiaſticis, & in*

XII. Suviberti Epiſc. prædicatio ad Boructuarios. Ex Anglia vero in Germaniam migrantes, manipulos ex apoſtolatu ſanctiſſimi viri Suviberti Epiſcopi colligemus, qui poſt prædicationem Brunſvvicenſibus, & aliis finitimis populis miniſtratam, quos Evangelio imbuens & virtute miraculorum confirmans reddidit Chriſtianos, ad Boructuariorum iterum ſe culturam convertit, de quibus Marcellinus hæc habet (a): *Cumque ad Boructuarios veniſſet, ſcilicet anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimoquinto, ſtatim ſalutifera verbi divini præcepta ſtolidis ipſorum cordibus evangelizando tradidit; feraſque eorum mentes, teтris ignorantiæ caliginibus cæcatas, Evangelicæ prædicationis lumine perluſtravit; glorioſus apparens in verbis, & ſanctus in operibus ſuis: ita ut a prophanis idolorum ſuperſtitionibus ad fidem Chriſti multos convertendo in radice veræ fidei miraculorum prodigiis ſolidando confirmarit. Sed cum ubique prædicatione ſanctiſſimi Suviberti multi converſi baptizatique Chriſto ſervirent, & quotidie plures ad Orthodoxam fidem convolarent; nefandiſſimus hortator ſcelerum, animarum prædo, gaudens in pejus abire omne genus hominum, & non poſſe cælos adire, ſategit per ſuæ malignitatis fautores ipſum aut interimere, aut expellere. Cum ergo quadam die prædicaret coram multis Gentilibus, ſacrilegi ſacerdotes Paganorum, calice Babylonis inebriati, inſurrexerunt adverſus eum: qui ipſum verberatum pugnis, retortis baculis, & lapidibus, a finibus ipſorum eliminare & expellere conabantur; ſed ereptus induſtria quorumdam fortium Chriſtianorum, aliquot diebus ſecrete latuit (non enim palam ipſum trucidare audebant timore Satrapæ ipſorum) non tamen ceſſavit a prædicatione: quin ſparſit ſemina vitæ per agros multorum cordium, ita ut in dies multos deſpectis idolis, publice Chriſtum confitentes baptizaret.* Quomodo autem Deo cogente, ad prædicationem publice ineundam ipſe etiam hoſtis humanæ naturæ diabolus licet invitus, & nolens viam ei amplam aperuerit, idem Marcellinus ita deſcribit (b):

(a) Marcell. in vita S. Suviber. c. 19.

(b) Marcell. in vita S. Suiberti cap. 20.

XIII. *Erat*, inquit, *eodem tempore in quadam Boructuariorum villa, Velſenberch no-*

PAGIUS *& in ſcientia Scripturarum ſufficienter inſtructi*, inquit Beda lib. 5. cap. 19. Daniel erat antea Epiſcopus inſulæ *Vecta*, ut prodit Beda lib. 4. cap. 16. quem Epiſcopatum reliquit, quando hoc anno renunciatus eſt Epiſcopus *Vintoniæ*, ut nos docet Beda lib. 5. cap. ult. loquens de Præſulibus anno DCCXXXI. adhuc viventibus: *Epiſcopatus*, inquit, *Vecta inſula ad Danielem pertinet, Epiſcopum Ventæ Civitatis*, ſeu Vintoniæ, ubi & hodie Epiſcopi Proteſtantes ſedent. Danielem Bonifacius Germanorum Apoſtolus in rebus graviſſimis conſulere ſolitus erat, ut ex illius Epiſtolis liquet.

XV. S. Aldhelmus fit Epiſc. Schireburnia. Aldhelmus Sedem nactus eſt *Schireburniæ*, præfuitque Dorceſtrienſibus, Somerſetenſibus, Wiltonienſibus, Devonienſibus & Cornubienſibus. Sed cum Schireburnia tempore Willelmi Malmesburienſis viculus tantum eſſet, ut is teſtatur lib. 2. de Geſt. Pont. pag. 247. undecimo Eccleſiæ ſæculo Sedes Epiſcopalis tranſlata eſt *Saliſburiam*, ubi nunc extat, ut videre eſt apud Godvvinum in Comment. de Præſulibus Angliæ pag. 388. de Aldhelmo adhuc Abbate Malmesburienſi, Willelmus Malmesburienſis in ejus Vita cap. 8. hæc ſcribit: *Si quando ſtimulo corporis admoneretur, non ſolum illecebræ denegabat effectum, ſed alias inſolitum reportabat triumphum. Neque tamen conſortium feminarum repudiabat, ut cæteri, qui ex opportunitate timent prolabi: imo vero vel aſſidens, vel cubitans, aliquam detinebat, quoad carnis tepeſcente lubrico, quieto & immoto diſcederet animo. Derideri ſe videbat diabolus, cernens adhærentem feminam, virumque alias invicto animo inſiſtentem cantando Pſalterio & valefaciebat ille mulieri, ſalvo pudore, illæſa caſtitate. Reſidebat carnis incommodum, dolebat nequam ſpiritus de ſe agitari ludibrium.* Verum male cum fama mendaci Aldhelmo Malmesburienſis affingit ad laudem, quod illi eſt ad contumeliam; cum hac in pugna non obfirmato vultu reſiſtendo, ſed fugiendo vincatur, ut pluribus oſtenſum eſt in Apologiis hoc ſæculo pro Roberto de Arbriſcello Fundatore Ordinis Fontis-Ebraldi, in quem ſimilia calumnia conficta, elucubratis. Quanti fecerit ejus Opuſcula Sanctus *Bonifacius* adhuc Diaconus ipſemet in Epiſtola IV. ſignificat. *Exceſſit anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo nono*, &c. inquit Malmesburienſis in ejus Vita, qui addit alios characteres parum certos. Colitur in Martyrologio Romano, & pluribus antiquis die XXV. Maii. Legendi Henſchenius, & Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte I. & in Appendice partis I. Sæculi IV. qui varia de eo obſervarunt, & Vitam ejus a Willelmo Malmesburienſi ſcriptam, antea que tenebris ſepultam, in lucem emiſerunt.

XVI. Hiſtoria Suidbertina fabuloſa. Ad num. XII. & ſeqq. Jam ſæpius monuimus Hiſtoriam *Suidbertinam* ab aliquo fabulatore excogitatam eſſe, ideoque nullam fidem mereri. Quare quæ ex illa Baronius hic narrat, prætermittenda.

XVII. Moritur Abimelech Kaliſa. Elmacinus lib. 1. Hiſt. Saracenicæ ait: *Abimelech* ſeu *Abdelmeric* Saracenorum Califam obiiſſe *anno Hegiræ LXXXVI. die undevigeſimo menſis decimi, ſeu Sevval*, id eſt, die undecima menſis Octobris, *regnaſſe annum unum & viginti, diebus quindecim*, & ſepultum eſſe *Damaſci*. Is Carthaginem cepit, & Ditiones ſuas propagavit uſque ad confinia Viſigothorum. Ei ſucceſſit *VValid* ejus filius, Califa decimus tertius, de quo Elmacinus eodem anno Hegiræ, ait: *Juſſit VValid ædificari delubrum Damaſcenum, & deſtrui templum Chriſtianorum, quod ad latus erat templi, & conſecratum D. Joanni. Dicitur a Chriſtianis pro eo obtuliſſe XL. mille aureos, quam cum illi pecuniam accipere nollent, cepit illud atque deſtruxit, nec quidquam iis dedit. Perhibentur autem in extruendo illo delubro occupati fuiſſe XI. mille latomi.* Theophanes Damaſci Eccleſiam Chriſtianis ereptam dicit anno Incarnat. ſecundum Alexandrinos DCXCIX. ideoque uno anno tardius, quam Elmacinus, cui hac in re major fides habenda.

Hinc

Occaſione dæmoniaci gentiles converſi ad fidem. *nomine, vir quidam dives & potens, Ethelbere dictus, obſeſſus a dæmonio, ferro & catenis adſtrictus, eo quod omnes morſu arriperet, & veſtes proprias laceraret. Erat autem idem Ethelbere incitator aliorum, & primus qui ſanctum Suvibertum baculo impetere non formidabat. Qui cum quotidie dire vexaretur, & a multis viſitaretur, tandem quadam die, præſentibus nonnullis idolorum ſacerdotibus, & aliis Paganis ipſi condolentibus, dæmon clamare cœpit: Niſi huc veniat ſervus Dei vivi Suvibertus Chriſtianorum Epiſcopus, hinc non egrediar. Cumque magis ac magis hæc iterando clamaret, confuſi abſceſſerunt idololatræ, & amici dæmoniaci, perplexi & dubii, quidnam facerent. Demum communi omnium deliberatione, ab ipſis ſanctus Suvibertus quæritur, & inventus abnixe rogatur, & invitatur ad viſitandum dæmoniacum præfatum. Igitur ſanctus Suvibertus, fraterno tactus dolore, dæmoniaco compatiens, cum iret cum ſuis presbyteris & clericis, eſſetque in via ad viſitandum eum, mox cœpit dæmoniacus ſpumare, dentibuſque dire ſtridere, & horribiliter vociferando clamare plus ſolito: de quo præſentes valde gementes mirabantur. Sed ſancto Suviberto appropinquante domui, ceſſavit dæmoniacus jacens in lecto, ac ſi ſomno dulciter preſſus eſſet.*

Quem ſanctus cernens, præcepit ſuis, ut omnes orationibus devote vacarent: & ipſe orationi incumbens, Deum devotiſſime precabatur, ut ad laudem, & gloriam ſanctiſſimi nominis ſui, & ad converſionem incredulorum, dæmoniacum expulſo dæmone liberaret. Surgenſque cum ſuis ab oratione ſignavit dæmoniacum ſigno ſalutiferæ Crucis, dicens: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti præcipio tibi immunde ſpiritus, ut exeas ab hac Dei creatura, ut agnoſcat ſuum verum Creatorem, & Salvatorem. Statim cum fœtore ſpiritus malignus exiens, clamare cœpit: Non diu in iſta permanebis provincia, ſerve magni Dei; nam ſicut me ab hac mea habitatione expuliſti, ita expelli te faciam ex iſta terra & provincia. Ethelbere vero a dæmonio liberatus, ſurgens palam, inhærens XIV.

PAGIUS Hinc apparet, libros tres Sancti Adamnani *de locis Sanctis ex relatione Arculfi*, Epiſcopi Galli, de quibus egimus anno DCXCIX. num. III. ſcriptos eſſe ante præſentem annum, aut ſaltem *Arculfum* Loca Sancta viſitaſſe ante hunc annum; cum *Adamnanus* alia in libris illis non retulerit, quam quæ accepit ab Arculfo in illis locis memoratu digna eſſe. Quare cum lib. 2. cap. 18. de *Damaſco* loquens dicat, ibidem in honorem Sancti *Joannis Baptiſtæ* grandem fundatam eſſe Eccleſiam, ea tunc nondum ſolo æquata fuerat.

XVIII. Obitus S. Bertilæ Abbatiſſæ Kalenſis. Hoc vel ſuperiori anno Sancta Bertila Abbatiſſa Kalenſis prima, die incerto, pio ſanctoque fine vitam clauſit, poſtquam *per quadraginta & ſex annorum curricula propter Dominum in hoc Cœnobio laboravit*, inquit Auctor Anonymus fere æqualis in ejus Vita, quæ extat Sæculo II. Benedictino parte I. Monaſterium illud *Balthildes* Regina mortuo *Clodoveo* II. marito ſuo ædificavit, ut illud ingrederetur cum *Clotarius* III. ejus filius Regnum per ſemetipſum gerere poſſet. Quo præparato a Theodlechilde Abbatiſſa Monaſterii Jotrenſis intra Jorani ſaltus arva, ſexto milliari ſupra Meldas Civitatem ſiti, *popoſcit Abbatiſſam, ut ex ſuo Monaſterio aliquas famulas Dei ſibi deſtinaret, quæ ſuum regere deberent Cœnobium*. Hæc Bertilam cum quibuſdam Sanctis puellis ad Reginam miſit, quæ ſuſcepta regiminis cura, *Chriſtianitas Fratrum ſeu Sororum ejus pietatis exemplo ædificabatur, etiam & ejus munificentia larga cuncti pauperes ac peregrini conſolabantur, tantumque fructum per eam Dominus contraxit ad ſalutem animarum, ut etiam a tranſmarinis partibus Saxoniæ Reges illi fideles ab ea per Miſſos poſtularent, ut illis de ſuis diſcipulis ad eruditionem vel Sanctam inſtructionem, quam audierant eſſe in ea mirabilem, dirigeret, ſeu etiam qui Virorum & Sanctimonialium Cœnobia in illa Regione conſtruerent*, inquit Anonymus, qui indicat etiam Virorum ſeu Monachorum Conventum *Kalæ* tum extitiſſe, pro more illorum temporum, quibus in Sanctimonialium Cœnobiis duplex conventus eſſe ſolebat. Interea, Clotario III. adulto, Balthildes, relicta cura Regalis Palatii, in Monaſterio quod ipſa conſtruxerat, ſub obedientia Bertilæ Abbatiſſæ ſe ſubdidit, & utraque illud *communi conſilio tam in ædificiis, & officiis, quam & Sanctitatis exemplo mirifice exornarunt*. Sancto Eligio Noviomenſi Epiſcopo *pridie Kalendas Decembris* anni DCLVIII. vita functo rogabat Regina, quæ tunc Noviomi erat, *ut ad Kalam Monaſterium ſuum* corpus ejus transferretur, ſed tandem plebi conceſſit, ut Noviomi ſepeliretur, ſicut teſtatur Sanctus Audoenus in Eligii Vita. Indeque aliqui concludunt, jam tum *Bertilam* Monaſterio Kalenſi præfuiſſe. Verum cum *Clodoveus* II. poſt menſem Octobrem anni DCLVI. e vita migrarit, & poſt ejus mortem *Balthildis* Monaſterium conſtruxerit, ante annum circiter DCLX. inhabitari non potuit.

XIX. Monaſterium Kalenſe a Balthilde fundatum. Cointius anno DCLVI. num. VI. contendit, prima Monaſterii *Kalenſis* fundamenta, non a *Balthilde* ſed a *Chlotilde* Clodovei Magni uxore jacta fuiſſe, quod in poſteriori Balthildis Vita a Bollando ad diem XXVI. Januarii recitata, legatur: *Cœnobium in honore Sancti Georgii, Sacrarum Virginum in Kala prima conſtruxit* (id eſt Clothildis), *quod poſtea, quia ambitus Eccleſiolæ ſtrictior erat ad capiendum plurimum gregem Sanctimonialium, a ſæpe memorata Domina Bathilde everſum eſt, & Baſilica prægrandis ſpatio amplitudinis conſtructa*. Addit Cointius, priuſquam Bathildis a Clodoveo II. in uxorem aſſumeretur, in Epiſcopatu Pariſienſi floruiſſe Kalenſe Monaſterium, ibique *Hereſuvitam* matrem Aldulfi Regis Orientalium Anglorum Monaſticam vitam duxiſſe, teſte Beda lib. 4. cap. 23. Verum jam anno DCLXXX. num. XV. & ſeqq. oſtendi, deceptum eſſe Bedam, & *Kalenſe* Monaſterium pro aliquo alio Galliarum ſumpſiſſe, nulluſque negaverit auctoritatem prioris Scriptoris Anonymi Vitæ Sanctæ Bathildis ejus æqualis, & alterius Scriptoris Anonymi Vitæ Sanctæ

vens pedibus ſancti Suviberti, veniam petens de commiſſis in eum, baptizari in nomine Jeſu Chriſti inſtantiſſime popoſcit, in cujus nomine liberatus fuit. Similiter multi Pagani cum duobus idolorum ſacerdotibus, qui præſentes fuerunt, pedibus ſancti Epiſcopi provoluti, myſterium fidei Chriſtianæ diſcere, & ſcire expetierunt.

Propagatio fidei in Boructuariis.

Quos ſanctus elevans, docebat divinam Sapientiam deſcendiſſe de cælo ad terram, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, ſuo ſanguine & benedicta morte in ara Crucis vivificaret. Itaque per tres continuas hebdomadas eos docens, & in fide confirmans, baptizavit ex eis ſolummodo quadraginta duos, exceptis parvulis utriusque ſexus & mulieribus.

XV. Boructuarii ad fidem converſi.

Et licet Boructarii eſſent gens barbara, ſæva, & inculta, & plures deos adorarent, prophanis & ſacrilegis ſacrificiis reſponſa a dæmonibus exquirentes, auguriis & divinationibus ſervientes; tamen ſanctus Suvibertus, condolens ipſorum miſeriæ, ſedula prædicatione, crebris devotionibus, & mirabili ſanctitate, Deo auxiliante, eos ad agnitionem veri perduxit luminis: ita ut relictis idolorum ſordibus, in Chriſtum credentes, phana, in quibus idola antea adorare conſueverant, propriis manibus deſtruentes, eccleſias conſtruerent, in quibus presbyteros & diaconos ſibi in adjutorium per diverſa Eccleſiarum loca ordinavit. Qui poſtquam præfatum errorem in magna parte, divina præcedente gratia, miraculis, & ſermonibus extirpaſſet, frequentabatur a populis circumquaque poſitis, catervatim ad eum confluentibus: qui eximiæ converſationis, & miraculi præfati fama excitati, videre & audire eum ſitiebant. Quibus libera voce documenta inſinuans Evangelica, multos ex eis convertit, quos ſacra baptiſmatis fonte abluit & purgavit: ſicque per biennium inter eos moratus, vitæ meritis, & virtutum clarens exemplis, omnibus amabilis, & venerabilis factus eſt. Fraterno denique amore plenus, cunctis ad ſalutem prodeſſe ſatagebat. Ipſe vero, ut omnibus omnia fieret, cunctos egenos in neceſſitatibus & infirmitatibus ipſorum viſitavit, non ſolum Chriſtianos, quos in fide viſitando, & exhortando confirmavit, ſed & feroces Paganos errore idololatriæ irretitos, ut eos a vano cultu dæmonum ereptos, ad fidem perduceret Chriſti. Hæc ibi de iis quæ præſenti & ſequenti anno ſunt facta: adjicit auctor alia miracula hoc eodem tempore ab eodem Chriſti Apoſtolo divinitus edita, ex quibus major facta fuit ad

PAGIUS

ctæ Bertilæ etiam coævi, præferendam eſſe teſtimonio poſterioris illius Auctoris Vitæ S. Bathildæ, licet antiqui. Primo autem Anonymus num. VII. ait de Bathilde: *Kala in Pariſiaco Deo ſacratas puellas Cœnobium magnum Virginum ædificavit: ubi Dei famulam religioſam valde puellam Bertilam in locum Matris eſſe* PRIMAM *conſtituit*. Quare ſi in Kala ante *Bathildem* nulla Abbatiſſa erat, nullæ etiam Sanctimoniales morabantur. *Kala* ergo Bathildis tempore erat tantum Domus Regia, ut Scriptor laudatus Vitæ Sanctæ Bertilæ num. IV. innuit: *Cum Pontificibus & Primatibus populi ſui conſilium accepit* (ſcilicet Balthildis), *ut Regali villa, quæ dicitur Kala, Monaſterium conſtrueret puellarum.* Quod præſtitit, everſa *Eccleſiola* a Clothilde alias ædificata, quam poſterior Scriptor Vitæ Bathildis in Cœnobiolum transformavit. Hæc Kalenſis Monaſterii prima fundatrix; Bertila vero prior Abbatiſſa, quæ Sanctimoniales in illud induxit.

XX. *Ante illud nullum Kala aliud Monaſterium fuit.*

Nec eſt quod quis dicat, in Vita Sanctæ Bathildis legi eam Kalæ ædificaſſe *Cœnobium magnum Virginum*, ideoque, aliud parvum ibi antea extitiſſe. Si enim hæc explicatio valeret, ſequeretur etiam Corbeiæ duo monaſteria fuiſſe, antiquum unum, alterum recentius; cum idem Anonymus num. VII. ſcribat: *Theudofredus .... magno gregi fratrum præfuit*, & Bathildem ſolum ædificaſſe *magnum* Monaſterium, & Theudofredum, illud rexiſſe, ſed antea Corbeiæ aliud minus amplum præextitiſſe, quod ſine legitimo fundamento aſſereretur. Præterea Monaſterium magnificentius, quam antea fuerat reædificatum, aliud Monaſterium dici non poteſt, ea ratione, quod alias in eodem loco eſſent ædificia, quod tamen Interpolator Vitæ Sanctæ Bathildis Kalæ ab hac Sancta Regina factum ſupponit, *a Domna Bathilde everſum*, inquit. Adhæc ſi ante *Bathildem* fuit aliquod *Kalæ* Sanctimonialium Monaſterium, illudque adeo celebre, ut *Hereſuvida* Regina ad illud inhabitandum mare trajecerit, ab aliqua Matre aut Superiore ſine dubio regebatur. Quo pacto igitur Auctor Vitæ Bathildis loco citato ſcripſit, *Bathildem*, Bertila *in locum Matris eſſe primam* conſtituiſſe, ac præterea *Bertelam* e Monaſterio Jotrenſi cum omnibus ſuis Sanctimonialibus Kalam veniſſe; *Ad Jotrum Monaſterium, unde illas Sacras Virgines* (Kalenſes ſcilicet) *cum præfata Domna Bertelana Abbatiſſa, ad Kalæ ſuum Monaſterium arcerſivit?* Si Kalæ mortua eſſet, *Hereſuvida*, eam cum Bertila & aliis Monachabus illuc *Jotro* veniſſe veriſimile eſſet; verum nullum hujus Reginæ Kalæ ſepulcrum, nullæ reliquiæ, nulla memoria extat. Denique dubium non eſt, quin alias *Kalæ* duo Monaſteria fuerint; alterum Monachorum; alterum Monialium; quin primum extinctum ſit, ac Eccleſia Sanctæ Crucis, ut vocabatur, presbyteris ſæcularibus data, quod & *fieri*, alibique etiam factum. At duplex illud Monaſterium, ambæque illæ Eccleſiæ a Sancta *Bertela* ædificatæ fuerant; ideoque ex duplici Monaſterio olim *Kalæ* conſtructo nullum argumentum deduci poteſt, fuiſſe ibi aliquod Cœnobiolum *Bertila* antiquius; cumque illud, adverſæ ſententiæ aſſertoribus fatentibus, adeo exiguum fuerit, ut Auctor Vitæ Sanctæ Bathildis eidem coævus nullam ejus mentionem fecerit, quis ſibi perſuaſerit, illuſtrem Reginam, qualis *Hereſuvida* fuit, patriam dereliquiſſe, ac mare trajeciſſe, ut reliquum vitæ in eo Cœnobiolo, obſcuro & incognito, tranſigeret? quæ paulo fuſius explicanda fuere, ne quis exiſtimet, me Bedam, qui *Hereſuvidam* Kalenſem Mu-

ad fidem acceſſio. Sed quas idem ſanctus (at comminatus fuerat dæmon) paſſus ſit poſtea inſidias, ſuo loco dicturi ſumus.

De Orientalibus rebus illud hoc anno ſecundo Juſtiniani Annales produnt, Saracenos Damaſci abſtuliſſe a Chriſtianis primariam eccleſiam, excitatos æmulatione ob eminentem pulchritudinem templi. Hæc ex Theophane. Putamus hanc illam fuiſſe S. Joannis Baptiſtæ eccleſiam, cujus meminit Beda, ubi in epitome de locis ſanctis de Damaſco agit.

Se-

PAGIUS

Monacham *fuiſſe* ſcripſit, imprudenter & temere erroris arguiſſe, & a recepta gravium ſæculi noſtri Scriptorum opinione ſine legitimis rationibus diſceſſiſſe. Colitur *Sancta Bertila* die IV. Novembris.

XXI. *Moritur Anaſtaſius Epiſc. Hieroſolymorum.* *Anaſtaſius* Patriarcha Hieroſolymitanus, qui ſubſcriptus legitur in Synodo Trullana, hoc circiter anno obiit. In Tabulis enim Theophanis ad annum incarnationis ſecundum Alexand. DCXCVIII. anni triginta, quibus *Joannes* ſedit, inchoantur. Fuit is hujus nominis IV. Vitam Sancti Joannis Damaſceni, cujus diſcipulus extitit, literis mandavit, ac cultum Imaginum ſtrenue defendit. Extat Epiſtola Sancti Joannis Damaſceni *de Triſagio*, de qua Voſſius lib. 2. de Hiſtor. Græcis. Hunc *Joannem* prætermiſit Oudinus in Supplemento de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

XXII. *Cyrus Epiſc. CP.* Cyrus fit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ut oſtendi anno DCCIII.

XXIII. *S. Abbonis Epiſc. Metenſis obitus.* Hoc anno *Sanctus Abbo* Metenſis Epiſcopus ad Deum migravit, cum Diœceſim *annis decem, menſe uno, diebus ſex ac viginti* rexiſſet, ut habet Codex Monaſterii S. Symphoriani, ubi & legitur, mortem ejus contigiſſe die XV. menſis Aprilis, ad quem etiam diem inſcribitur Martyrologio Metenſi apud Meuriſſium in Opere de Epiſcopis Metenſibus. Seriem Epiſcoporum Metenſium, qui poſt *Sanctum Arnulphum* ſederunt, accurate conſignare placuit, ut conſtaret, hunc Sanctum abdicaſſe, anno DCXXV. eorumque everterentur opiniones, qui tardius hanc abdicationem diſtulere, vel qui *Sanctum Landricum* Epiſcopum Meldenſem inter Antiſtites Metenſes connumerarunt. In Codice quidem Sancti Symphoriani Metenſis, anni, menſes, & dies, quibus ſinguli Epiſcopi Metenſes ſederunt uſque ad Sanctum *Arnulphum*, perperam ſine dubio expreſſi; ſed eum, qui Catalogum illum continuavit uſque ad finem fere noni ſæculi, ex optimis Monumentis, quæ in medium affert, eruiſſe non dubitandum.

JESU CHRISTI ANNUS 706. | JOANNIS PAP. VII. ANNUS 2. | JUSTIN. RHINOT. ITERUM IMP. ANNUS 3.

I. SEquitur Chriſti annus ſeptingenteſimus ſextus Indictione quarta, quo nihil præterea Annales reddunt, niſi (quod ad res ſpectat Orientales) non ſine magna ingratitudinis nota Juſtinianum Imperatorem, qui armis Bulgaricis fuerat in Imperium reſtitutus, pactam pacem cum Trebellio ipſorum Rege frangentem, adverſus eum duxiſſe exercitum; ſed dignas tuliſſe pœnas, utpote qui poſteriores in bello ferens fuga elapſus, vix Conſtantinopolim cum paucis redire valuit. Habent iſta latius enarrata Græcorum Annales (a).

(a) Ex Theop. & Cedren.

Ann. Eccl. Tom. XII.

D d Hoc

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCXLIV. Anno Hegiræ LXXXVIII. inchoato die 12. Decemb. fer. 1. A. C. 706.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6199.

☉ 13. C ☽ 4. P. 4. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 706.

JOANNIS VII. PAPÆ 2.

JUSTINIANI iterum REG. 2.

I. *Juſtinianus a Bulgaris victus.* AD num. I. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCC. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti DCCVII. inchoatur, refert *Juſtinianum* pacem Romanos inter & Bulgaros compoſitam violaſſe; in *Terbelem* eorum Regem irrupiſſe; *Anchialum* profectum exercitum ejus a Bulgaris fuſum eſſe; ipſum in arcem fuga ſe recipientem, dies tres in ea remanſiſſe, tandemque Conſtantinopolim cum dedecore reverſum eſſe. Verum geſta hæc anno DCCVIII. quo ea Sigebertus in Chronico narrat, non vero præſenti, quo ea Baronius recitat.

II. *Obitus S. Guthlaci Anachoretæ in Anglia.* Florebat hoc tempore Sanctus Guthlacus Presbyter & Anachoreta Crulandiæ in Anglia, cujus annus emortualis, licet certus nempe ſeptingenteſimus decimus quartus, in controverſiam vocatur, quod Felix Sancto Guthlaco æqualis in ejus Vita a Mabillonio Sæc. III. Benedict. primum publicata, & Ordericus lib. 4. pag. 540. tradant eum obiiſſe anno DCCXV. Verum mortem ejus anno DCCXIV. contigiſſe certo temporis charactere indicat Florentius Vigornienſis, qui anno MCXVIII. Hiſtoriam ſuam abſolvit, &, ut vulgo creditur, vivere deſiit. Hæc ejus verba: *Anachorita probatiſſimus, Deique Sacerdos fideliſſimus, dilecta Chriſti Virginis Pegia* (legendum, Pegæ) *germanus, innumerabilium virtutum patrator Guthlacus, Indictione duodecima, quarto lumine Feſte Paſchalis, tertio Idus Aprilis, animam ad gaudia perpetua emiſit exultationis*, Ideoque die undecima menſis Aprilis anni DCCXIV. qua feria quarta poſt Paſcha, qua in Vita ejus a Felice ſcripta, mortuus dicitur, incidit in diem XI. Aprilis ſeu tertium Idus ejuſdem menſis; quod & legitur in alia hujus Sancti Vita a Capgravio edita, in qua habetur eum *tertio Idus Aprilis* in Domino obdormiſſe. Denique Petrus Bleſenſis in Continuatione Ingulphi, cujus Hiſtoria Oxoniæ nuper integra primum prodiit, ſcribit: *Natus eſt Sanctus Guthlacus anno Domini DCLXXIV. Indictione ſecunda, Cyclo decennovali per decem currente, ultimis annis VVlferi Regis Merciorum, & idem Sanctus Pater Veſter tranſiit ad Dominum completis annis vitæ ſuæ XL. quarta feria in ſeptimana Paſcha, ſcilicet anno Domini DCCXIV, Indict. XII. Cyclo decennovali per XI.* (legendum per XII.) *currente: ſuper Mercios Celredo filio Ethelredi quondam Regis adhuc regnante, anno Regni ſui VI.* Regnum autem Merciorum iniit Celredus ſeu Coelredus anno DCCIX. Quare recte Auctor Chronologiæ Saxonicæ, Weſtmonaſterienſis, & quidam alii Guthlaci mortem cum anno DCCXIV. affixere, nec video hoc impoſterum in dubium revocari poſſe.

III. *Ejus vita a Felice Auctore æquali ſcripta.* Turbat tamen Felix Auctor Vitæ ejus, quem Mabillonius leviſſimo fundamento Monachum Girvenſem facit, ut oſtendit Henſchenius ad diem XI. menſis Aprilis, ubi eandem Vitam S. Guthlaci ex alio pervetuſto MS. paulo poſt Mabillonium edidit, qui tamen tantum habet Auctorem Vitæ S. Guthlaci videri vixiſſe in Regno Orientalium Anglorum, negatque fuiſſe Monachum Croylandenſem, quod Alfordus ad hunc annum num. V. paſſimque recentiores volunt. Licet autem certum ſit erraſſe Ordericum laudatum mortem hujus Sancti anno DCCXV. conſignantem, incertum tamen an annus DCCXV. in eam Vitam intruſus fuerit, an vero Felix ab Incarnato Verbo (id eſt novem menſibus ante vulgarem Æram a Chriſto nato, ſive a Januario ſequente inchoari ſolitam) annos numeraverit, ut exiſtimavit Henſchenius.

IV. *Ejus virtutes.* Guthlacus e Regia Merciorum apud Anglo-Saxones Stirpe ortus poſt quam octo vel novem annis cum vicinis Britonibus ſeu Cumbris in hodierna Wallis degentibus arma ſtrenue tractaſſet, & de hoſte frequentes victorias reportaſſet, ingreſſus eſt Monaſterium, quod Anglorum vocabulo vocatur Ripadum, bienniòque ibidem tranſacto ſolitariæ vitæ ſtudio receſſit in inſulam Croylandiam in Orientali Merciorum Ditione poſitam, ſed Comitatui Lincolnienſi hoc tempore adſcriptam. Fama ejus longe lateque volante, multi ad eum diverſorum ordinum gradus, Abbates, Monachi, Comites, divites, vexati, pauperesque de proximis Merciorum finibus, & de Britanniæ partibus pro ſalute corporis & animæ venerunt. Et quiſquis id pro quo fideliter venerat, fideliter obtinebat. Clito Edelbaldus, ideſt Princeps, quem Ceolredus Rex huc & illuc perſequebatur, ad Sanctum Virum venit, qui blande eum conſolatus eſt, eique promiſit Dominationem Gentis ſuæ, & Principatum populorum, & conculcationem inimicorum; quæ cuncta ordine completa ſunt; [1] nam Ceolredus Rex mortuus eſt,

ac

NOTÆ [1] CAve credas S. Guthlacum adhuc in vivis agentem Edelbaldo Regnum, & proſpera omnia prænunciaſſe; id enim prædixit vir Sanctus altero poſt obitum ſuum anno, cum Edelbaldo de amiſſione ſuaviſſimi patris ſui querenti per viſum apparens, ſolatium præſentiæ ſuæ optatique vaticinii attulit. Felix in Vita S. Guthlaci cap. 5. MANSI

Digitized by Google

Hoc eodem anno ſeptingenteſimo ſexto conſignantur res geſtæ S. Guthlaci anachoretæ in Anglia ab iis qui ejus vitam ſcriptis ſunt proſecuti. Vixit hic in horrida inſula ſolitarius, multiſque virtutibus illuſtratus, prophetiæ dono imbutus, & miraculorum gratia inſignis extitit. Habentur ex parte res præclare ab eo geſtæ (*a*), quas tu conſulas.

(*a*) *Apud Sur. die 11. April. tom. 2.*

Sep-

PAGIUS ac Edelbaldus Regnum ejus nactus eſt; quod utrumque paulo poſt Sancti Guthlaci mortem contigit.

V. *Frater fuit S. Pega.* *Sancta Pega*, inquit Ingulphus in ſua Hiſtoria pag. 5. *Soror prefati Sancti Patris noſtri Guthlaci cito poſt primæ anni revolutionem ab obitu ejuſdem, relicto prius ibidem in manibus Kenulphi Abbatis flagello Sancti Bartholomæi, & Pſalterio fratris ſui, cum nonnullis aliis Reliquiis, ad cellam ſuam navigio remeavit ab oratorio prænominati fratris ſui per quatuor leucas in Occidentali plaga diſtantem; ubi completo biennio, & tribus menſibus, in lugubri lamentatione ad Apoſtolorum Petri & Pauli limina in frigore & abſtinentia multa peregre profecta eſt. Cumque Civitatem Romanam ingrederetur, omnium ſignorum claſſicum repentinum perſonans, per ſpatium unius horæ Sanctitatis ejus meritum univerſis Civibus indicavit, ubi Divino ſervitio mancipata, in timore Domini dies ſuos devotum complevit, ac ejus ſacro corpore terra illi inter multa alia Romana Sanctuaria commendato, ſpiritus ejus de præſentis vitæ labore ad æternam requiem aſcendit.* Meminit Sanctæ Pegæ Bollandus ad diem VIII. menſis Januarii.

JESU CHRISTI ANNUS	JOANNIS. PAP. VII. ANNUS	JUSTIN. RHINOT. ITERUM IMP. ANNUS
707.	3.	4.

I. *Joannis VII. Pap. obitus.* SEptingenteſimusſeptimus Redemptoris annus Indictione quinta inchoatur, quo decimoquinto Kal. Novembris Joannes Papa, ubi ſediſſet annos duos, menſes ſeptem, dies decem & ſeptem, moritur: de quo iſta Anaſtaſius: *Hic fecit oratorium ſanctæ Dei genitricis intra eccleſiam beati Petri Apoſtoli, cujus parietes muſivo depinxit: illique auri & argenti quantitatem multam expendit, & venerabilium Patrum dextra lævaque vultus erexit. Hic reſtauravit baſilicam S. Eugeniæ, quæ longo tempore detecta atque diruta fuerat. Laboravit autem, & in cœmeteriis beatorum martyrum Marcelliani & Marci, Damaſique S. Pontificis. Fecit vero, & imagines per diverſas eccleſias, quas quicumque noſſe deſiderat, in eis vultum ipſius depictum reperiet.*

II. *Baſilicam itaque ſanctæ Dei genitricis, quæ antiqua vocatur, pictura decoravit, illicque umbonem noviter fecit; & ſuper eamdem eccleſiam, quantum ad ſe, Epiſcopium conſtituere maluit, illicque Pontificatus ſui tempus explevit.* Puto baſilicam hanc Dei genitricis, quæ vocabatur antiqua, fuiſſe eccleſiam ſanctæ Mariæ trans Tiberim poſitam, a Callixto Papa erectam, qua antiquior nulla; illicque ſibi Joannem habitationem delegiſſe. Sed pergit Anaſtaſius: *Hic fecit aureum calicem præcipuum penſantem libras viginti, quem & gemmis pretioſis decoravit.* Et in fine: *Hic fecit Epiſcopos per diverſa loca numero decem & octo. Qui etiam ſepultus eſt ad B. Petrum Apoſtolum ante altare oratorii ſanctæ Dei genitricis, quod ipſe conſtruxit, ſub die decimoquinto Kalendas Novembris, Indictione ſexta, Juſtiniano Romanorum Rempublicam gubernante. Et ceſſavit Epiſcopatus ejus menſibus tribus.* Sicque decimoquinto Kalendas Februarii creatus eſt Siſinnius, de quo mox dicturi ſumus anno ſequenti. *Baſilica antiqua Dei genitricis.*

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6200.

S.ÆC. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXLV. Anno Hegiræ LXXXIX. inchoato die 2. Decembris. A.C. 707.

☉ 16. B. ☽ 5. P. 27. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 707.

JOANNIS VII. PAPÆ 3.

JUSTINIANI iterum REG. 3.

I. *Moritur Joannes VII. Papa.* AD num. I. & ſeq. Anaſtaſius prodit, *Joannem VII.* Papam ſediſſe *annos duos, menſes ſeptem, dies ſeptemdecim*, & ſepultum eſſe *ad B. Petrum Apoſtolum ſub die XV. Kalendas Novemb. Indictione ſexta, Juſtiniano Romanam Rempublicam gubernante.* Quare ſupremum diem obiit currenti anno, die XVII. menſis Octobris, dieque ſequenti ſepultus eſt; ordinatus enim fuerat die prima Martii anni DCCV. quod ex die ejus ſepulturæ manifeſtum fit. *Ceſſavit Epiſcopatus menſes tres*, inquit Anaſtaſius, ideoque *Siſinnius* natione Syrus ordinatus eſt anno ſequenti, die decima octava menſis Januarii Cathedræ Sancti Petri ſacra, non vero hoc anno in ipſa Natalis Dominici die, ut perperam habet Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico. Joannis itaque mortem, & Siſinnii initium recte Baronius conſignavit. Anaſtaſius aſſerit, Joannem VII. fuiſſe *temporibus Tiberii Auguſti, & Juſtiniani dudum Imperatoris*, ideoque die prima menſis Martii anni DCCV. quo conſecratus eſt Pontifex Romanus Tiberius Apſimarus adhuc imperabat, deceptique omnes, qui Juſtiniani in Imperium reſtitutionem ante illum diem vel annum collocarunt.

II. Cum *Muſa* Prorex in Africam a *Vvalid* Saracenorum Calipha miſſus fuiſſet, *Barabere*, quo nomine nativi Africani appellabantur, in Mauritania Tingitana adorti eſt, quod, ut teſtatur Anonymus Andaluſianus nec jugum ſubire, nec Mahumetiſmum amplecti, nec in eo perſeverare vellent. Magna cæde eos *Muſa* proſtravit, obſidione cinxit, ac expugnavit *Tingim* totius Regionis caput; ac Cives & Regionis incolas ad religionem mutandam adegit, quod ab omnibus ſine labore, ſed fide Punica præſtitum, idque anno Hegiræ LXXXVIII. menſe Decembri ſuperioris Chriſti anni inchoato. Docet enim laudatus Anonymus *Muſam*, poſtquam Sedem Præfecturæ Mauritaniæ in Urbe Tingitana poſuiſſet, de iis quæ geſſiſſet, Calipham monuiſſe *anno Hegiræ LXXXIX.* Addit Novveirius *Muſam* in Africam rediiſſe, relicto *Thareco*, qui locum ſuum teneret, cum ſeptemdecim millibus aut Mauris aut nativis Africanis. Dedit ei etiam Arabas, qui novos illos proſelytos Alcoranum docerent, hique intra paucum tempus in nova illa ſuperſtitione tantos progreſſus fecere, ut a Chriſtianis, a quibus defecerant, magis quam antiqui Mahumetani abhorruerint. Non multo poſt, *Muſa* totius oræ maritimæ dominari volens bellum adverſus *Gothos* Hiſpaniam incolentes, & partem Mauritaniæ occupantes ſuſcepit. Horum præcipuum Oppidum *Septa* ſeu *Ceuta*, juxta fretum Herculeum verſus mare Mediterraneum poſita, cui *Julianus Comes*, Vir ſingulari judicio & in re militari verſatus præerat. *Muſa* videns ſe nullum Oppidum occupare, & nullibi *Julianum* ſuperare poſſe, agris devaſtatis receſſit, quod anno Hegiræ XC. menſe Novembri ſequentis Chriſti anni incœpto, accidit. *Julianum* poſtea Saracenos in Hiſpaniam evocaſſe, ſuo loco videbimus. *Chriſtiani in Africa male habiti.*

Sanctus Bonitus Epiſcopus Arvernenſis hoc anno obiit, ut anno DCCIV. dictum. Paſſus eſt Martyrium *Sanctus Lambertus* Epiſcopus Trajectenſis, ut anno DCXCVIII. monſtravi.

I. *Siſinnii Pap. creatio & obitus.* EXordio anni Redemptoris ſeptiogenteſimi octavi, ſeata Indictione, decimoquinto Kalendas Februarii (ut diximus) creatur Papa Siſinnius natione Syrus, *qui* (inquit Anaſtaſius) *podagrico humore ita tenebatur conſtrictus, ut ſibi cibum propriis manibus exhibere non valeret : erat tamen conſtans animo, & curam agens pro habitatoribus hujus civitatis; qui & calcarias pro reſtauratione murorum juſſit decoquere, vixitque in Pontificatu dies dumtaxat viginti, ſicque ſeptima die Februarii moritur, morte repentina: qui fecit in inſula Corſica Epiſcopum unum, ſepultuſque eſt ad beatum Petrum dicta die, & Indict. ſexta : ceſſavitque Epiſcopatus ejus menſem unum, ſeu dies viginti novem.* Poſtea vero die ſeptima Martii creatur Pontifex Conſtantinus natione Syrus, vir (inquit idem Anaſtaſius) valde mitiſſimus. *Conſtantinus Pap.*

II. Hujus Pontificatus exordio contigit creari Ravennatem Archiepiſcopum Felicem, Romamque ſe conferre ex more, ut conſecrationem acciperet ab ipſo Pontifice, profeſſione fidei edita, & obedientiæ ſponſione, licet invitus, cogentibus magiſtratibus. Sed rediens Ravennam, pœnitens facti, reſilit, Ravennatum inſtigatione permotus, ſeque ſchiſmate ab Apoſtolica ſede diviſit : cujus rei cauſa animum etiam Juſtiniani Imperatoris maxime in ſe concitavit, ut ab eo vinctus juberetur perduci Conſtantinopolim, & exilio atque etiam oculorum privatione damnari ; vixque tandem ſuis preſſuris excoctus ad meliores converſus ſit ſenſus, didiceritque ſupremæ ſedi Pontificiæ obedire. Hæc autem adeo luctuoſa a nobis ſummatim perſtricta ſunt ; Anaſtaſius vero plura addit his verbis :

III. *Felicis Ravennatis ordinatio & ſchiſma.* *Hic*, inquit, *ordinavit Felicem Archiepiſcopum Ravennatem, qui ſecundum uſum priorum ſuorum ſolitus in ſcrinio noluit facere cautiones, ſed per potentiam Judicum expoſuit, ut valuit *. Cujus cautio a Pontifice in ſacratiſſima Confeſſione beati Petri Apoſtoli poſita, poſt multos dies, terra & quaſi igne combuſta reperta eſt.* Quod quidem haud accidit caſu, ſed ad ſignificandum veluti certis notis, haud Deo & Apoſtolo Petro eſſe gratam eam confeſſionem atque profeſſionem, quæ non prodit ex animo, ſed ex timore. Quid autem Ravennates ſint paſſi, cum Felicem ſuum ipſorum Epiſcopum a promiſſione recedere ſuaſerunt, & Judicibus ac magiſtratibus Imperatoris contradixerunt, atque ob id etiam rebelles majeſtati fuerunt, & ab Imperio deſciverunt, ita pergit dicere Anaſtaſius.

* valuit.

Ravennates cives elati ſuperbia, digna ultionis pœna mulctati ſunt. Mittens quippe Juſtinianus Imperator Theodorum Patricium & primum exercitus inſulæ Siciliæ cum claſſe navium, Ravennam civitatem cepit; & omnes rebelles, quos ibi reperit, compedibus ſtrinxit, divitias eorum abſtulit, & Conſtantinopolim miſit. Dei autem judicio, & Apoſtolorum principis Petri ſententia, qui inobedientes fuere Apoſtolicæ ſedi, amara morte perempti ſunt, & idem Archiepiſcopus lumine privatus, dignam factis recipiens pœnam, exul in Ponticam tranſmiſſus eſt regionem. Hucuſque de pœna rebellium Anaſtaſius. Sed quomodo demum exilio liberatus Felix permiſſus eſt redire Ravennam, inferius ſuo loco dicturi ſumus. IV. *Felix, & Ravennates puniti.*

Ita plane juſta lance appenſo divino judicio oportuit puniri magna ſeveritate homines refractarios, qui toties contra Eccleſiam Romanam cornua erexere, ſæpe delinquentes, ſæpe veniam obtinentes ab ipſo Romano Pontifice : ut per Imperatorem ira æſtuantem acerbiſſime punirentur. Sic igitur tamquam in conflatorio Eccleſia illa purgata, & vexationibus excocta, didicit ex iis quæ paſſa eſt obedientiam : ut factum ſit illi a Domino ſecundum illud vaticinium Iſaiæ : (a) *Convertam manum meam ad te, & ex-* V. *Eccleſia Ravennatum in meliorem ſtatum reducta.* (a) *Iſai.* 1.

ſo-

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCXLVI. Anno Hegiræ XC. inchoata die 29. Novemb. fer. 2. A. C. 708. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6209.

☉ 17. AG. ☽ 6. P. 15. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 708.

CONSTANTINI PAPÆ 1.

JUSTINIANI iterum REG. 4.

AD num I. *Siſinnius* Papa, qui die XVIII. menſis Januarii hujus anni ordinatus eſt Pontifex Romanus, quique Anaſtaſio teſte *ſedit dies viginti, & ſepultus eſt ad B. Petrum Apoſtolum ſub die VII. Februar. Indictione ſexta*, mortuus eſt hoc anno die ſexta menſis Februarii, & poſtero die ſepulturæ mandatus. *Ceſſavit Epiſcopatus menſem unum, dies XXIX.* inquit Anaſtaſius vulgatus. Verum mendoſe ; tria enim exemplaria MSS. Anaſtaſii, Regium, Mazarinum, & Thuanum, loco, dies XXIX. recte habent dies XIX. Quare *Conſtantinus* natione Syrus ordinatus eſt die viceſima quinta menſis Martii, in quam Dominica & Feſtum Annunciationis B. Mariæ incidere. Ordericus lib. 2. qui ait Epiſcopatum ceſſaſſe *menſe uno diebus XVIII.* diem emortualem Siſinnii, ab interpontificio excludit ; fallitur vero Papebro- *Conſtantinus fit Papa.*

cius

coquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum, & reſtituam judices tuos, ut fuerunt prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus: poſt hæc vocaberis civitas juſti, urbs fidelis. Ita plane: ab hoc enim tempore quieverunt factioſæ illæ in Romanam Eccleſiam contentiones, eidem in omnibus (ut patet) ſemper Epiſcopis Ravennatibus obedientibus. Meruerunt ab Imperatore Orientis ita Ravennates affligi, qui Exarchatus confiſi potentia adverſus matrem adeo fuere protervi. At quo tempore Felix ictu oculorum uſu Conſtantinopoli ignominioſe privatus eſt, & miſeri Ravennates occiſi, eodem plane Romanus Pontifex ad majorem ipſorum invidiam ab eodem Imperatore itidem Conſtantinopoli ſummis eſt affectus honoribus, de quibus inferius dicturi ſumus.

VI. Conatus diaboli adverſus S. Suvibertum. Hoc eodem anno Eccleſia Boructuariorum in Germania, ipſo ſui ortu, invidia diaboli diſſipatur, Chriſtianis qui in ea erant alio migrare coactis. Duobus enim elapſis jam annis, ex quo ad Evangelium prædicandum reſerata janua fuerat Apoſtolo illarum gentium Suviberto, inter eos & vicinos Saxones immane conflatum eſt bellum, id plane Satana moliente, quod jam ante ſanctiſſimo viro fuerat comminatus. Rei geſtæ narrationem idem ſibi præſentium rerum ſcriptor ſic aggreditur Marcellinus (a): *Quamvis autem diabolus ſit mendax & pater mendacii, verum tamen ſancto prædixit Suviberto, cum per eum expulſus eſſet ab obſeſſo*, nimirum operaturum, ut ex ea provincia eum pelleret. Nam *poſt biennium veniens illuſtris Bruno magnus Satrapa Saxonum, cum nobili comitatu in provinciam Boructuariorum, pernoctauſque in vico Ratingen, ex nimia ebrietate orta diſſenſione magna inter ipſum, & Primicerium ejuſdem vici de Ratingen, ex inſtigatione, & ſuggeſtione diabolica ipſum occidit cum duobus famulis: quibus per vicum dolenter patefactis, amici & affines occiſorum ad arma convolantes, eumdem nobilem Satrapam fere cum omnibus ſuis in vindictam trucidaverunt.*

(a) Marcell. in Suvibert. c. 22.

VII. Saxones inſurgunt adverſus Boructuarios. *Fama vero per Saxoniam increbreſcente veridica, Saxones irati nimis, intrantes potenter Boructuariorum fines, multos in ore gladii occidentes, maxima damna ipſis intulerunt, vicumque Ratingen funditus livore pertinaci deſtruxerunt. E contra Boructuarii, & præcipue amici occiſorum, aggregata magna potentia armigerorum, multas villas & munitiones Saxonum igne, & ferro demoliti ſunt. Sicque viciſſim dum diu committerent magnæ depopulationis excidium, Boructuarii & præcipue Chriſtiani, qui a ſancto Suviberto verbum Dei receperunt, perpendentes quod Saxonum potentiæ & inſolentiæ reſiſtere non poſſent, vale dicto S. Suviberto, & accepta ab eo benedictione, coacti migraverunt in exteras provincias, ut liberius ibidem Chriſto ſervirent. Interea attendens S. Suvibertus glorioſus Pontifex gregem ſuum hac illacque diſperſum, & quod nullum fructum nullaſque inducias inter utraſque partes cum ſuis propter ſaxea Saxonum corda facere poſſet, exoravit aſſidue Dominum, ut ei jam ſeni locum oſtenderet, ubi habitare deberet. Tandem angelica revelatione admonitus, præcipitur ire Coloniam Agrippinam ad Pipinum Ducem, & Plectrudem ejus conjugem qui ei aptum locum permanendi cum ſuis condonarent.* Quomodo autem Coloniam perveniens, exceptus a Plectrude conjuge Pipini completa Apoſtolo digna operatus eſt, & a Pipino vicum Vverdam in inſula Rheni impetrans, nobile illic condidit monaſterium, idem Marcellinus pluribus narrat. Fuit ea erectio fortis munitio ad expugnandam perfidiam Saxonum: ſicque accidit, ut ubicumque vir Apoſtolicus fuerit, ſemper profuerit, illa-

PAGIUS ejus in Comatu Chron. ubi *Siſinnii* mortem cum die XIII. Januarii conjungit & *Conſtantini* ordinationem cum die IV. Martii. [1]

II. Moritur Drogo filius Pippini. Ad num. VI. & VII. Quæ narrat Baronius ex Hiſtoria Suidbertina, tanquam fabuloſa rejicienda; quod inter alia multa ex eo liquet, quod Pſeudo-Marcellinus apud Baronium anno DCCXIV. num. V. ſcribit, *Drogonem* Campaniæ Ducem ſupervixiſſe *Pippino* Heriſtallenſi Patri Majori Domus univerſæ Franciæ; qui tamen hoc anno mortuus eſt, ut legitur in Annalibus Nazarianis, in Tilianis, in Petavianis, & in Chronico San-Dionyſiano: imo in duobus ultimis dicitur *Drogo mortuus tempore vernis*. Plures reliquit filios de quorum numero inter recentes Rerum Francicarum Hiſtoricos non convenit, ut videre eſt apud Cointium hoc anno num. III. & ſeqq. Horum nominatiſſimus fuit

NOTÆ [1] Siſinnii ordinationem a die 18. Januarii removendam eſſe perſpicue demonſtrat Cl. Cenni in notis ad S. Siſinnium tom. 4. Anaſtaſii pag. 149. &c. Dies enim illa nec Dominica erat, nec Feſto cathedræ Romanæ S. Petri adhuc aſſignata. Nam cathedræ S. Petri Romanæ feſtum die 18. Januarii a Paulo IV. inſtitutum fuit. Ante id tempus ſive nulla Romanæ cathedræ commemoratio agebatur, ſive id fieri cœptum non fuit niſi poſt nonum Eccleſiæ ſæculum; adeoque deeſt in martyrologiis omnium vetuſtiſſimis, in quibus nulla cathedræ mentio eſt niſi Antiochenæ die 22. Februarii. His ita ſe habentibus, Siſinnii diem ordinationis latere adhuc ignotam fatendum eſt. MANSI

illaque Chriſtianorum diſperſio converſa fuerit ad majorem fidei profectum; ſicut contigit ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ, cum Hieroſolymis (a) oborta perſecutione, facta eſt proficua diſcipulorum circumquaque diſperſio. (a) Act. 8.

Se-

PAGIUS fuit *Hugo*, qui eodem tempore tres Eccleſias Epiſcopales, videlicet Rotomagenſem, Pariſienſem & Bajocenſem, ac præterea duas nobiles Abbatias Fontanellam ac Gemmeticum rexit.

Hoc anno *Juſtinianus* a Bulgaris in fugam conjectus, ut anno DCCVII. diximus.

Digitized by Google

I. Juſtinianus Imp. accerſit Conſtant. Papam.

SEquitor Redemptoris annus ſeptingenteſimus nonus, Indictione ſeptima: quo menſe Octobri, jam inchoata, a menſu Septembri Indictione octava, Juſtiniauus Imperator pœnitentiam agens (ut ait Marianus Scotus, ☞ ſed ob quæſtionem hujus temporis, auctor eſt Anaſtaſius) ☜ accerſit ab urbe Conſtantinopolim Conſtantinum Papam; quod hoc anno Indictione octava inchoata factum eſſe, Anaſtaſius tradit, licet Scotus nona Indictione id accidiſſe ſcribat. Verum Anaſtaſio potius aſſeutimur, cui reliqua bene conſentiunt, ut quæ dicentur oſtendent. Juſtinianus igitur nou minis, ſed precibus adhibitis, omnique ſecuritate præſtita, ſcriptis litteris Conſtantinum accerſit Conſtantinopolim, ut finis aliquis controverſiæ ob canones ad Quintam, & Sextam Synodum ſuperadditos poneretur: quod ex iis quæ Anaſtaſiut in Gregorio Secundo Conſtantini ſucceſſore narrat, intelligere ſatis poſſumus. Cum autem ſolviſſet a Romano Portu dicto menſe Octobri hiemandum ſibi fuit Hydrunti. Sed audiamus quæ de his Anaſtaſius dicat:

II. *His*, inquit, *temporibus* quibus ſcilicet hæc agerentur cum Ravennatibus, *miſit præfatus Imperator ad Conſtantinum Pontificem Sacram, per quam juſſit eum ad regiam aſcendere urbem, Qui ſanctiſſimus vir juſſis Imperialibus obtemperans, illico navigia fecit parari, quatenus iter aggrederetur marinum*. Quod autem audiſti Imperatorem juſſiſſe, & Pontificem obtemperaſſe: quo ſenſu hæc accipienda ſint verba, ex rerum geſtarum progreſſu intelliges, cum videris quibus humillimis obſequiis idem Imperator ipſum Pontificem ſuſcepit: cognoſces enim plane, eum non faſtu Imperatorio præcepiſſe, ſed precibus exoraſſe. Pergit vero Anaſtaſius: *Et egreſſus eſt a Portu Romano die quinta menſis Octobris, Indictione octava: & ſecuti ſunt eum Nicetas Epiſcopus Silvæ candidæ, Georgius Epiſcopus Portuenſis, Michaelius, Paulus, Georgius presbyteri, Gregorius diaconus, Georgius Secundicerius, Joannes primus Defenſor, Coſmus Sacellarius, Siſinnius Nomenclator, Sergius Scriniarius, Dorotheus & Julianus ſubdiaconi, & de reliquis gradibus Eccleſiæ non pauci clerici.*

Constant. Pap. proficiſcitur Const.

Cæterum cum præſentia Pontificis Urbs deſtituta videretur, Joannes Exarchus, qui ad Ravennates miſſus erat, Romam petens, clerum afflixit, illa nimirum abſentiæ Pontificis occaſione arrepta, prout idem auctor ſic pergit dicere.

III. Jo. Exarchi ſcelera.

Veniens igitur Neapolim Conſtantinus Papa, illic eum reperit Joannes Patricius, & Exarchus, cognomento Rizocopus: qui veniens Romam, jugulavit Paulum diaconum & Vicedominum, Petrum Arcarium, Sergium Abbatem presbyterum, & Sergium ordinatorem; pergenſque Ravennam, pro ſuis nefandiſſimis factis judicio Dei illic turpiſſima morte occubuit. Georgius vero presbyter Neapoli relictus eſt, & Pontifex cum ſuis in Siciliam perrexit: ubi Theodorus Patricius extraticus * *languore detentus, occurrens Pontifici, magna cum veneratione ſalutans atque ſuſcipiens, medelam adeptus eſt celerem. Atque inde egrediens per Rhegium & Cortonam, transfretavit Callipolim, ubi mortuus eſt Nicetas Epiſcopus. Dum vero Hydrunti moras faceret, eo quod hyems erat, illic ſuſcepit ſigillum Imperiale per Theophanium Regionarium, continens ita, ut ubi denominatum contingeret adeſſe Pontificem, omnes Judices ita eum honorifice ſuſciperent, quaſi ipſum præſentialiter Imperatorem viderent.* Hucuſque res geſtæ Conſtantini Papæ anni hujus reliqua anno ſequenti.

IV. Ut vero jam res Anglicanæ Eccleſiæ attingamus, hoc item anno, ut divinitus ab An-

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCXLVII. Anno Hegiræ XCI. inchoato die 8. Novemb. fer. 7. A.C. 709.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6202.

☉ 28. F. ☽ 7. P. 31. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 709.

CONSTANTINI PAPÆ 2.

JUSTINIANI iterum REG. 5.

I. AD num. I. ad. IV. *Juſtinianus* Auguſtus Conſtantinopolim accerſivit Conſtantinum Papam, qui *egreſſus eſt a porta Romano die quinta menſis Octobris Indictione IX.* inquit Anaſtaſius qui addit, eum magno gaudio ſuſceptum fuiſſe ab Imperatore qui controverſiæ natæ ob Decreta Synodi Trullanæ finem imponere volebat. Quare *Conſtantinus* hanc peregrinationem aggreſſus eſt anno ſequenti, quo Kalendis Septembris Indictio IX. inchoata eſt. Illud ex reditu ejus, qui contigit Indictione X. ut infra videbitur, magis confirmabitur. Inciderat Baronius in Anaſtaſii Codicem, qui loco Indict. VIIII. habebat Indictionem VIII. uti Anaſtaſii MS. Thuaneum, & quædam alia. Verum in duobus MSS. Colbertinis, aliiſque in fine editionis Regiæ citatis, præterquam in Thuaneo laudato, legitur indictio VIIII. quam exhibent etiam Abbo Floriacenſis Abbas, & Marianus Scotus in Chronicis. Hinc *Joannes* Exarcha Ravennatenſis, quem Anaſtaſius dicit, Conſtantino ſedente & Conſtantinopolim pergente miſſum eſſe Romam, anno ſequenti Præfecturam ſuam inchoavit, & *Theophilacto* ſucceſſit.

Juſtinianus Conſtantinum PP. accerſit Conſtantinop.

II. Ad num. IV. *Sanctus VVilfridus* poſt menſem Majum currentis Chriſti anni, die incerta,

S. Wilfridi obitus. Angelo prædictum ipſi fuerat, ex hac vita recedit S. VVilfridus Archiepiſcopus Eboracenſis (quem ſub Agathone & ſub Joanne Septimo Romanis Pontificibus ad Romanam ſedem appellantem confugiſſe diximus, & ſemper ob eadem abſolutum) ubi ſediſſet annos quadragintaquinque, creatus (ut ex Beda (a) diximus) anno Domini ſexcenteſimo ſexageſimoquarto. Idem vero Beda, ubi de ejus tranſitu egit, vitam ipſius pariter ſcribit (b), atque in fine ejuſmodi habet ad ſepulcrum ejus appoſitum epitaphium, his verſibus:

(a) Bed. l. 3. c. 26.

(b) Bed. l. 5. c. 20.

Epitaphium S. Wilfridi Epiſcopi.

Vuilfridus hic magnus requieſcit corpore Præſul,
Hanc Domino qui aulam ductus pietatis amore
Fecit, & eximio ſacravit nomine Petri,
Cui claves cœli Chriſtus dedit arbiter orbis:
Atque auro ac Tyrio devotus veſtiit oſtro,
Quin etiam ſublime Crucis radiante metallo
Hic poſuit trophæum, necnon & quatuor auro
Scribi Evangelii præcepit in ordine libros:
Ac thecam e rutilo his condignam condidit auro.
Paſchalis qui etiam ſolemnia temporis curſus
Catholici ad juſtum correxit dogma canonis,
Quem ſtatuere Patres, dubioque errore remoto
Certa ſuæ genti oſtendit moderamina ritus.
Inque locis iſtis monachorum examina crebra
Colligit, ac monitis, cavit quæ regula Patrum,

Se-

PAGIUS

S. VVilfridus poſt ſecundam S. Michaelis apparitionem vixit menſes XVIII.

to, Cæleſtia Regna petiit: quod utrumque ex ejus Vita ab Eddio Stephano ſcripta certo eruitur. Is cap. 58. prodit, *cum tempus quod Michael Archangelus prædixerat appropinquaret*, Sanctum Præſulem *tali langore* correptum eſſe, *quali olim in Meldum Civitate fatigatus erat: ſed ſanitate recuperata, ea omnia quæ prius hominibus defuiſſe ei videbantur, per ſpatium anni & dimidii poſt infirmitatem plene perfectoque emendavit*. Quare cum anno DCCV. dum Meldis graviter ægrotaret Sanctus Michael ei apparens dixerit, *poſt quatuor annorum ſpatium iterum viſitabo te*, ut habet idem Eddius cap. 55. & Beda lib. 5. cap. 20. manifeſtum eſt, priori infirmitate Wilfridum afflictum fuiſſe initio anni DCCV. ut ibidem diximus, & præcedenti prioribus etiam ejus menſibus, ſimili morbo tentatum eſſe: ideoque nonniſi poſt menſem Majam hujus anni, poſt menſes ſcilicet octodecim a ſecunda S. Archangeli apparitione, ad Deum migraſſe, idem ac Eddius narrat Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Pontif. Angl. pag. 268. *Poſt quatuor reditus annos, ut Michael Archangelus prædixerat, tentatus eſt eadem infirmitate, qua quondam in Meldis, &c. exacto anno & ſemi, poſtquam ſecundo proximi obitus fuerat admonitus, &c. finem invenit.*

III.

S. VVilfridus obiit feria quinta poſt menſem Majum.

Wilfridus Monaſterii Rypenſis rebus diſpoſitis *tota familia Ryporum*, inquit Eddius cap. 60. *ſimul in unum congregata eſt: ad quam introgreſſus eſt Sanctus Pontifex noſter, & reſidens loqui incipiebat, hoc modo dicens: Frater noſter Reverentiſſimus Celmus, &c. Hi duo Abbates noſtri Tibba & Æbba præſentes, amiſſi a Ceolredo Rege Merciorum, invitantes me ad colloquium ejus, & hoc pro noſtrorum Cœnobiorum ſtatu, quæ in Regno ejus ſunt, me venire ſuaſerant: qui* (lege, is) *enim omnem vitam ſuam meo judicio diſponere promiſit. Pergens igitur Sanctus Pontifex noſter* (ſubjungit Eddius cap. 61.) *cum pace & benedictione omnium tam Principum, quam ſubditorum Ultra Umbrenſium ad Auſtralia Regna* (ſcilicet Merciorum) *tetendit, &c. poſtremo ad Monaſterium ejus, quod in Undalum poſitum erat* (ſeu Undulum, vel Undalum, modo *Oundle* Oppidum in Comitatu Nortamtonienſi ſitum. Provinciam Undalam vocat Beda lib. 5. cap. 20.), *in quo olim Andreæ Apoſtoli dedicavit Eccleſiam, pervenerunt: ibique ſtatim a langore infirmitatis coanguſtatus eſt, &c. Tunc Sanctus pontifex noſter emiſit ſpiritum ſuum*, Addit Eddius, Rypenſes *annue dic pro eo Miſſam ſingularem celebrare; & omni hebdomada quintam feriam, in qua obiit, quaſi Dominicam in epulis venerari*. Qui locus, inquit Mabillonius in Notia de Miſſa privata, Anniverſario, piiſque Officiis pro mortuis inſignis eſt. Inſignis & ad demonſtrandum Sanctum *VVilfridum* die duodecima menſis Octobris mortuum non eſſe, licet Beda lib. 5. cap. 20. habeat: *Defunctus eſt quarto Idus Octobris, in Monaſterio ſuo quod habebat in Provincia Undalum*. Nam hæc verba *IV. Idus Octobris* non tantum in Paraphraſi Saxonica, & in MS. Sangermanenſi deſunt; ſed etiam hoc anno dies XII. menſis Octobris in Sabbatum incidit, & tamen Wilfridus mortuus eſt *feria quinta*, ut modo vidimus. Is igitur dies ad aliquam ejus Tranſlationem referendus. Unam enim a Sancto Anſelmo Archiepiſcopo Cantuarienſi eo die peractam, teſtatur Eadmerus in Vita Sancti Wilfridi num. LXVI. ut videre eſt apud Henſchenium ad diem XXIV. Aprilis, quo eam Vitam recitat. Is tamen in Commentario prævio num. III. perperam contendit diem *VVilfridi* Natalem eſſe XXIV. menſis Aprilis, quo in vetuſto Martyrologio Metrico a Dacherio Tomo X. Spicilegii recitato dicitur Sanctus Præſul penetraſſe *trans ſydera cœli*, quove nomen ejus in aliquibus Martyrologiis legitur.

IV.

Dies XII. Octobris & dies XXIV. April. quibus Martyrologiis inſcribitur, ad ejus Tranſlationes referendi.

Verum præterquamquod hoc anno *feria quinta* cum die XXIV. Aprilis non concurrit, annus quartus a prima viſitatione Wilfrido a Sancto Michaele facta, anno Chriſti ſuperiori duntaxat inchoatur, & poſt eam menſibus octodecim, ſaltem incompletis ſuperſtes adhuc fuit; ideoque mors ejus ante menſem Junium nullo modo collocari poteſt. Hinc liquet, quantum hactenus decepti fuerint Viri eruditiſſimi, qui dies natales aut depoſitionis Sanctorum in Martyrologiis notatos pro eorum diebus emortualibus ſumſere, eoque principio plerumque falſo conjecturas ſuas firmarunt. Beda lib. 5. cap. 20. refert ejus Epitaphium, in quo legitur Wilfridum ad Deum tranſiiſſe

Quin-

Sedulus inſtituit, multiſque domique foriſque
Jactatus nimium per tempora longa periclis:
Quindecies ternos poſtquam egit Epiſcopus annos,
Tranſiit, & gaudens cœleſtia regna petivit.
Dona Jeſu, ut grex paſtoris calle ſequatur.

Porro quo die cælum ſcandit, quarto Idus Octobris, eodem colitur ab Eccleſia anniverſario cultu, inter ſanctos confeſſores relatus in tabulis Eccleſiaſticis.

Ann. Eccl. Tom. XII.

V. Eodem quoque anno moritur ſanctus Althelmus Epiſcopus Schireburgenſis in Anglia, de quo ſuperius, ut ejus vitæ Acta (*a*) declarant. His lucidiſſimis aſtris hoc anno Eccleſia Anglicana cælum ornavit, ubique ſancta, in monachis, Epiſcopis, atque Regibus.

(a) Habet Sur. die 26. Maii tom. 3.

Frequens peregrinatio Anglorum ad limina Apoſt.

Hoc namque anno Coenredus Rex Merciorum, ubi ſex annorum regni periodum abſolvit, Romam venit, ut Beda in epitome ſcribit. Immo de duobus Regibus Anaſtaſius teſtatur in Conſtantino, cujus hæc ſunt verba: *Hujus temporibus duo Reges Saxonum ad orationes Apoſtolorum cum aliis pluribus venientes, vel*o-

Ee

Quindecies ternos poſtquam egit Epiſcopus annos.

PAGIUS quia revera ab anno DCLXV. quo Epiſcopus Eboracenſis ordinatus eſt ad præſentem anni non integri XLV. elapſi ſunt. Eddius vero cap. 62. qui annos Sedis ejus deducit ab anno DCLXIV. quo electus eſt Præſul Eboracenſis, ait eum *per XLVI. annos* Epiſcopum fuiſſe, ac depoſitum *anno ætatis ſuæ LXXVI.* qui ideo anno DCXXXIV. ut habet Eadmerus in ejus Vita, in lucem prodierat. Ei ſucceſſit in Epiſcopatum Haguſtaldenſem *Acca* Presbyter ejus, *in Literis Sanctis doctiſſimus*, qui *omnem in ejus obſequio uſque ad obitum illius explevit ætatem*, inquit Beda lib. 5. cap. 22. ubi fuſe eum laudat. De S. Acca pluribus infra. *Heddius Stephanus Ordinis S. Benedicti Monachus Cantuarienſis, hortante Acca Haguſtaldenſi Epiſcopo ſoluta oratione polite ſcripſit de Vita Sancti VVilfridi librum unum*, inquit Pitſeus, eiſdem fere verbis Joannes Baleus, qui ſub Henrico VIII. & Eduardo floruit, id docet; Eddiumque Sancti Wilfridi ſocium & amicum fuiſſe, patet ex iis, quæ de eo habet Beda lib. 4. cap. 2. Hanc Vitam diu a Doctis deſideratam publicavit Mabillonius ex MS. Saxonico Bibliothecæ Cottonianæ, quam refert Sæculo IV. Benedictino part. I. in Appendice prima. Hujus Vitæ ope Annales Eccleſiaſticos pluribus in locis ſupplevi, & non pauca tenebris obſita in lucem eduxi. Auctor Monaſtici Anglicani Tomo I. pag. 142. refert ex Collectaneis Lelandi, fuiſſe alias in Veſtiario Monaſterii Ripponenſis librum Petri Bleſenſis de *Vita Sancti VVilfridi*, dedicatum Galfrido Archiepiſcopo Eboracenſi, cujus aliqua fragmenta refert. Sed is liber ibidem Petro Bleſenſi male adſcriptus eſt. Galfridus enim juxta Godvvinum in Commentario de Præſulibus Angliæ diem clauſit extremum anno MCCXIII.

V. *Coenredus Merciorum & Offa Saxonum Orient. Reg. abdicant.*

Ad num. V. de morte *Aldhelmi* Epiſcopi Schireburnenſis, quæ hoc anno contigit, locuti ſumus anno DCCV. num. XV. Hic vero nobis agendum de *Coenredo* Merciorum, & *Offa* Saxonum Orientalium Regum abdicatione, quam Baronius leviter tantum attigit. Beda itaque in Epitome ait: *Anno DCCVIIII. Coenred Rex Merciorum, poſtquam quinque annos regnabat, Romam pergit.* In editione quidem Colonienſi, quam ſecutus eſt Baronius, loco, *annos quinque*, leguntur anni ſex, ſed mendoſe, ut indicat Beda in Hiſtoria lib. 5. cap. 20. ubi prodit: *Anno Imperii Oſredi* (Northumbriæ Regis) *quarto* (qui hoc anno abſolvitur) *Coenred, qui Regno Merciorum nobiliſſime tempore aliquanto præfuerat*, (ab anno nempe DCCIV.) *nobilius multo ſceptra Regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonſus, Pontificatum habente Conſtantino, ac Monachus factus, ad limina Apoſtolorum, in precibus, jejuniis & eleemoſinis uſque ad diem permanſit ultimum; ſuccedente in Regnum Ceolredo filio Edilredi, qui ante ipſum Coenredum idem Regnum tenebat. Venit autem cum illo & filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum, vocabulo Offa, juvenis amantiſſimæ ætatis & venuſtatis, totaque ſuæ genti ad tenenda ſervandaque Regni ſceptra exoptatiſſimus. Qui pari ductus devotione mentis, reliquit uxorem, agros, cognatos & patriam propter Chriſtum & propter Evangelium, ut in hac vita centuplum acciperet, & in ſæculo venturo vitam æternam. Et ipſe ergo ubi ad Loca Sancta Romam pervenerunt, attonſus, & in Monachico habitu vitam complens, ad viſionem Beatorum Apoſtolorum in Cœlis, diu deſideratam pervenit. Eodem ſane anno quo hi Britanniam reliquere, Antiſtes eximius VVilfrid*, &c. *diem clauſit extremum*, & quidem, ut ex ſupra dictis colligo, ante utriuſque Regis profectionem Romanam; cum Wilfridus, dum Coenredum Regem inviſendi cauſa adiret, in via mortuus fuerit. Sed quidquid hac de re ſit, ea peregrinatio a Coenredo & *Offa* ante finem menſis Maji, quo adhuc *VVilfridus* ſuperſtes erat, ſuſcipi non potuit. *Imitamini horum duorum Regum feliciſſimam ſtrenuitatem, ſcilicet Edelredi & Senredi* (ſeu Ethelredi & Coenredi Regum Merciorum) *quorum nomen permanet in æternum; qui diademata, uxores, Urbes, cognatos & omnia relinquentes multis millibus idem faciendi exemplum fuerunt*, &c. inquit Huntindonienſis pag. 337. Offæ ſucceſſit *Selredus*, ut Weſtmonaſterienſis ad annum DCCX. & Malmesburienſis lib. 2. de Geſt. Pont. Angl. pag. 35. teſtantur, qui & eum *Sigeberti Boni* filium extitiſſe docent.

VI. *S. Egvvinus Epiſc. VVigornienſis cum utroque Rege Romam pergit.*

Cum utroque Rege Romam perrexit *Sanctus Egvvinus* Epiſcopus Wigornienſis, ut ibidem Malmesburienſis habet, & in ejus Vita a Bollando ad diem XI. Januarii, & Sæculo III. Benedictino parte I. recitata, legitur. Ea Vita cum ab Auctore Anonymo, qui ſæculo XI. vixiſſe videtur, ſcripta fuerit, aliqua complectitur, in quibus nonnihil ſuſpicionis eſſe poteſt. In illa num. IX. refertur Epiſtola omnibus fidelibus ſcripta, in qua dicit *Egvvinus*, ſe poſt mortem Aldhelmi Epiſcopi *cum Kenredo Rege Merciorum, & Offa Rege Orientalium Anglorum* Romam perrexiſſe, & de Cœnobio fundando ad vota cuncta peregiſſe. Quibus verbis ſuam Epiſtolam claudit. Verum præterquam quod *Offa* Orientalium Saxonum Rex erat, Spelmannus Tomo I. Conciliorum Angliæ, & Auctor Monaſtici Anglicani Tom. I. pag. 146. eandem Epiſtolam referunt, ſed longe auctiorem, uti etiam Bollandus citatus. Eg-

liciter (ut optabant) vitam ſuam finiverunt. Hoc enim erat illis in votis, ut Romam pergerent ad limina Apoſtolorum, ibique peccatis expiatis, ſpiritum Deo redderent. Eadem de his ſcribens Paulus diaconus, poſt multa hæc addit: *His temporibus multi Anglorum gentis nobiles, & ignobiles, viri & feminæ, divini amoris inſtinctu, Romam venire conſueverunt*. Sic igitur qui (a) erant longe, facti ſunt prope in ſanguine Chriſti; & qui indiviſa (ut ajebant) a toto orbe Britannia habitabant Angli, iidem communionem fidei proximi, & charitate conjuncti facti fuerunt, matris uberibus jugiter inhærentes.

(a) Epheſ. 2.

VI. Dagobertus II. Rex Francorum.

Eodem anno Childebertus, tertius ejus nominis Rex Francorum, ubi regnaſſet annis decem, & ſeptem moritur juxta iſtam ſuperius rationem annorum ex hujus temporis petitam a ſcriptoribus: inque locum ejus ſubrogatur Dagobertus ſecundus, qui regnum tenuit annis quinque. Por-

PAGIUS VII. *S. Egvvinus fundat Monaſterium Hevvaſmum.*

Egvvinus *Hevvaſmum* Monaſterium fundavit ſecundum Regulam Sancti Benedicti, in agro Vigorneoſi, & Romæ a Conſtantino Papa pro eo Privilegium impetravit, in cujus fine legitur: *Scripta eſt hæc Epiſtola anno gratiæ DCCIX. in Eccleſia Salvatoris Lateranenſi præcipiente & confirmante Conſtantino Apoſtolicæ Sedis Antiſtite, &c. † Ego Conſtantinus Romanæ Sedis Epiſcopus, per ſignum Sanctæ Crucis has donationes & libertates confirmavi. † Ego Egvvinus humilis Epiſcopus confirmavi. † Ego Rex Kenred corroboravi. † Ego Rex Offa conſenſi*. Verum licet dubitandum non videatur, quia anni Incarnationis in Anglia a Regibus in Diplomatis Actiſque publicis toto ſæculo præcedenti uſurpati fuerint, Pontifices tamen Romanos ſuperiori vel currenti ſæculo, ea Era uſos eſſe nullum exemplum oſtendit; ideoque eæ ſubſcriptiones additiiæ. Imo Warthonus in ſua ad Angliam Sacram Præfatione univerſum illud Privilegium ſuppoſititium eſſe ex eo eruit, quod in Autographo adhuc in Anglia conſervato *Cenredus* & *Offa*, qui Regiam dignitatem abdicarant, & Schema Monachicum induerant, ſe ipſos *Reges* appellent, quod ab omni veroſimilitudine alienum. Cui argumento iſtud addi poteſt, quod illud Autographum Saxonicis characteribus Romæ & in Pontificum Romanorum Cancellaria prorſus incognitis deſcriptum habeatur. Addit Auctor Vitæ Sancti Egvvini: *Et conſecrato loco per Sanctum VVilfridum Epiſcopum, &c. Hujus Eccleſiæ Dedicatio facta eſt anno gratiæ* DCCXIV. At Sanctus Wilfridus, quando Kenredus Offa & Egvvinus Romam hoc anno pergebant, animam Deo reddidit, nec *VVilfridus* Junior Archiepiſcopus Eboracenſis, nec *VVilfridus* Egvvini Succeſſor adhuc Epiſcopi erant. *Egvvinus* virtutibus & miraculis coruſcavit, & Beatiſſimæ Dei Genitricis viſitatione & conſolatione ſæpe recreatus, omnia pietatis opera indeſinenter implebat, *ſicque plenus virtutibus circa annum Domini DCCXX. tertio Kalendas Januarii migravit ad Dominum*, inquit Auctor Vitæ ejus, apud quem plura de ejus virtutibus ac macerationibus. Tertius fuit Wicciorum, nunc Wigornienſis Eccleſiæ Epiſcopus, de quo rurſus cum Baronio anno DCCXIV.

VIII. *Moritur Childebertus Rex Francorum.*

Ad ann. VI. *Childebertum* III. Francorum Regem anno ſeptingenteſimo undecimo ſupremum diem obiiſſe, teſtantur Annales Nazariani, Petaviani, Metenſes, Chronicon Sandionyſianum, aliique plures; neque hac de re inter Eruditos controverſia ulla eſt, ſed tantum de annis Regni ejus, ac de die emortuali. Illum tamen *annos ſeptendecim* Regnum tenuiſſe recte tradunt Auctor de Geſtis Franc. cap. 50. Echambertus in Breviario Reg. Franc. & Majorum Domus, Auctor breviſſimi Chronici a Theodorico III. uſque ad Pippinum Regem perducti, Scriptor alterius perbrevis Chronici a Clotario II. uſque ad obitum Pippini Regis, & Auctor Genalogiæ Reg. Franc. a Faramundo uſque ad Pippinum; qui quidem anni incompleti intelligendi ſunt; quo pacto nec anni XIX. quos Antiqui, Theodorico III. adſcribunt, neque anni V. Clodovei III. mutilantur. Continuator quidem Fredegarii cap. 104. ait, *Childebertum* III. regnaſſe annos XIII. indeque Henſchenius in Exegeſi præliminari ad Tomum III. SS. menſis Aprilis cap. IV. eum anno DCXCVII. Regnum iniiſſe credidit. Verum cum Continuator ille hoc tempore vixerit, & quot annos *Childebertus* Francorum Monarchiam rexerit, ignorare non potuerit, non dubito, quin numerus quinarius a Librariis, ut ſæpe fit, in duas unitates diviſus fuerit, ideoque quin loco, *annos XIII*. legendum ſit, *annos XVI*. Mabillonius lib. 6. de Re Diplom. pag. 482. & ſeq. tria *Childeberti III*. Placita refert, quorum primum datum eſt *anno XV*. & duo alia *anno XVI*. Regni ejus, quæ ſententiam Henſchenii funditus convellunt.

IX. *Annus & dies mortis ejus.*

Diem emortualem *Childeberti III*. nobis ſervavit Chronicon Medardenſe editum a Dacherio Tomo II. Spicilegii pag. 783. ibi enim legitur: *Childebertus Rex Francorum obiit XVIII. Kalendas Maii: ſepultuſque eſt apud Cauſiacum in Baſilica Sancti Stephani Protomartyris. Dagobertus Junior puer filius ejus ſucceſſit*. [1] Cauſiacum ſitum erat prope Compendium, & Mamaccas, ubi ſub finem vitæ degebat Childebertus. Mabillonius in Præfatione ſecundæ partis Sæculi III. Benedictini citans laudata verba, iſta addit, ſed cha-

NOTÆ

[1] IN aſſignanda die emortuali Childeberti III. mendum irrepſiſſe in Chronicon Medardenſe perſpicue demonſtrat inſignis charta Pippini Heriſtalli, & Bilteudis, quam ex Tabulario Epternacenſi vulgarunt Collectores Vet. monum. tom. I. col. 20. Pluribus nominibus charta eſt inſignis; primo, quod meminit morbi, quo anno 714. Pippinus laboravit, ait enim in illa, ſe quod morbo impediretur, Biltrudem (ita enim nomen Plectrudis effert) rogaſſe, ut pro ſe chartam firmaret. Secundo, data illa eſt *die ſecunda Martii Dagoberti Regis anno quarto*. Cum autem Dagobertus anno 711. cœperit; annus ejus quartus in annum 714. vel 715. incidit. Porro anno 715. menſe Martio Pippinus jam obierat; ideoque in charta hac nonniſi annus 714. exhiberi potuit. Hinc ergo inferas Dagobertum ante diem ſecundam Martii anni 711. cœpiſſe; alioqui die illa menſis anno 714. non quartum ſed tertium regni annum egiſſet. Igitur Childebertus, cui Dagobertus ſucceſſit, Martio ineunte anno 711. jam obierat. Suſpicor ergo in Chronicon Medardenſe diem *XVIII. Kal. Maii*, pro VIII. *Kal. Martii irrepſiſſe*. MANSI.

Digitized by Google

Porro hoc eodem anno factam divinitus apparitionem Autberto Epiſcopo de erigenda baſilica in honorem S. Michaelis Archangeli, habet Sigebertus in Chronicho. Ejus generis apparitiones plures tum in Oriente, tum in Occidente Græcorum atque Latinorum ſcriptores produnt: porro ex miraculorum frequentia haud rem fuiſſe inanem, iidem auctores oſtendunt. Fuit idem Autbertus Cameracenſis Epiſcopus, idemque ſanctitate inſignis, cujus res geſtas ſcripſit Fulbertus clariſſimus ſui temporis ſcriptor.

PAGIUS ractere Italico: *Feria ſecunda Paſcha*. At hoc gloſſema reiiciendum, quia anno DCCXI. dies XVIII. Kal. Maii, ſeu XIV. April. non in feriam ſecundam, ſed in feriam tertiam Paſchæ incidebat. Labbeus in ſuo Chronico Technico afferit, in fine Codicis Fredegarii octavo Eccleſiæ ſæculo exarati, & Pariſiis in Bibliotheca Collegii Ludovici Magni ſervati, ſe notalam huic ſententiæ contrariam legiſſe. *Vetus adnotatio*, inquit, *ad calcem Supplementi Gregorii Turonenſis ſeu Appendicis Fredegariana comparat menſe Auguſto Indictionem euntem XIII. cum anno IV. Dagoberti Regis*. Si enim anno DCCXV. Indictione XIII. ante Septembrem nomato, menſe Auguſto currebat adhuc annus IV. Dagoberti III. is anno DCCXI. die XIV. menſis Aprilis Childeberto patri non ſucceſſerat. Sed hæc adnotatio nihili facienda; cum uno aut pluribus ſæculis poſt Childeberti Regis mortem, forte etiam ab aliquo rei hiſtoricæ parum perito, facta fuerit. Chronico enim Medardenſi favet Fontanellenſe, cujus Auctor cap. 6. ſummarium refert donationis Dagoberti ſcriptæ *anno quinto* Regni ejus, *quinto Iduum Juniarum die Dominica*, anno ſc. DCCXV. addiitque eodem anno ipſum *Dagobertum* mortuum eſſe. Tum cap. 8. refert aliam donationem, cujus ſummarium his verbis claudit: *Facta eſt hæc largitio ab anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo decimo tertio, Indictione duodecima, qui fuerat annus Dagoberti Junioris Regis III. Pippini autem Ducis XXVI. undecimo Kalendarum Juliarum die, feria quarta*, ubi tamen legendum, *Indictione undecima* loco, *duodecima*. Ex quibus habemus, *Dagobertum* anno DCCXI. jam menſe Junio regnaſſe. Vixit *Childebertus* III. annos circiter triginta quinque, & *Dagobertus* III. ejus filius rebus gerendis impar erat, cum Regnum ſuſcepit.

X. Recitat etiam hoc anno Baronius *Apparitionem* Sancti Michaelis Archangeli factam *Autberto* Epiſcopo, qua hunc monuit, ut Eccleſiam conſtrueret, in qua ſibi ea exhiberetur veneratio, qualis in monte *Gargano* exhibetur: quod & ab Autberto præſtitum. Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte I. refert Hiſtoriam hujus Revelationis ſeu Apparitionis, ſcriptam ab Auctore Anonymo ante ſæculum X. atque tempus factæ Apparitionis revocare loci veteres Chartas ad annum DCCVIII. Eccleſiæ vero a Sancto Autberto ædificatæ Dedicationem ad annum inſequentem. Verum cum is Anonymus cap. 4. ſcribat, *XVII. Kal. Novemb.* completam eſſe Templi Dedicationem, non videtur dubitandum, quin ea anno ſeptingenteſimo ſeptimo, quo dies XVI. Octobris in Dominicam cadebat, peracta fuerit; cum hujuſmodi Solemnia aliis diebus, quam Dominicis aut Feſtis ſolemnioribus non fierent. Porro Autbertus non *Cameracenſis*, ut putavit Baronius, ſed *Abricenſis*, ſeu Abrincatenſis Epiſcopus fuit, ut non tantum Sigebertus in Chronico; ſed etiam laudatus Anonymus docent, & locus, in quo conſtructa Eccleſia, indicat. Fuit quidem alius *Autbertus* Cameracenſis Epiſcopus, ſed is jam ab anno DCLXXXVIII. ad Deum migrarat. Uterque *Autbertus* in Eccleſiaſticis Tabulis colitur, *Cameracenſis* die XIII. Decemb. *Abricenſis* die XVIII. Junii. Chartis vero Monaſterii *Sancti Michaelis in Monte Tumba*, ſeu *in Periculo Maris*, ut etiam appellatur, in notatione temporis fides non habenda, utpote quæ aliquot poſt hanc Apparitionem ſæculis ſcriptæ fuerint. Ad illum locum voti cauſa frequenter ex omni fere Europa concurrunt Peregrini, eaque in Baſilica *Ludovicus XI.* Gallorum Rex Sancti Michaelis equeſtrem Ordinem inſtituit, cujus Generalia Comitia quotannis eodem convocari diu mos fuit. Locus ab Abricenſi Urbe ſex diſtat milliaribus, eamque a Minori Britannia dirimit.

Apparitio S. Michaelis in monte Tumba.

XI. *Sanctus Bertinus* Abbas Sancti Audomari hoc anno obiit, ut anno DCXCVIII. diximus.

S. Bertini Abbatis mors.

I. Conſtantinus Pap. venit Conſtantinop.

SEptingenteſimus decimus ſequitur annus, Indictione octava, qua ſolvens Hydrunto Conſtantinus Papa, pervenit Conſtantinopolim: ſed quo prævio honore, quibus occurſibus & obſequiis, cum id ipſum complures ſcribant, verba hic in primis reddamus Anaſtaſii Bibliothecarii, qui ſic ait: *Egreſſi*, e portu ſcilicet Hydruntino, *partes Græciæ contingentes, in inſula, quæ dicitur Cea, occurrit Theophilus Patricius & Strategus*, id eſt, Dux, *curaviſſimarum, & eum ſummo honore eum ſuſcepit, & amplectens ut juſſio continebat, iter abſolvit peragere coeptum. A quo loco navigantes, venerunt a ſeptimo milliario Conſtantinopolim. Ubi egreſſus Tiberius Imperator filius Juſtiniani Auguſti cum Patriciis & omni Syncleto*, nempe Senatu, *& Cyrus Patriarcha cum clero & populi multitudine, omnes lætantes, & diem feſtum agentes. Pontifex autem, & ejus primates cum ſellaribus Imperialibus, ſellis & frenis inauratis, ſimul & mappulis, ingreſſi ſunt civitatem. Apoſtolicus Pontifex cum camelauco, ut eſt ſolitus Romæ procedere, a palatio*: Septimi *egreſſus in Placidiæ uſque, ubi hoſpitaturus * erat, properavit.*

* placitus.

II. *Dominus autem Juſtinianus Imperator audiens ejus adventum, magno repletus gaudio, a Nicæa Bithyniæ miſit Sacram gratiarum actione plenam, & ut debuiſſet Pontifex occurrere Nicomediam, & ipſe veniret a Nicæa: quod & factum eſt. In die autem qua ſe invicem viderunt, Auguſtus Chriſtianiſſimus cum regno in capite ſeſe proſtravit, pedes oſculans Pontificis; deinde in amplexum mutuum corruerunt. Et facta eſt lætitia magna in populo omnibus aſpicientibus tantam humilitatem boni Principis. Die vero Dominico Miſſas Imperatori fecit, & communicans Princeps ab ejus manibus proque ſuis delictis ut deprecaretur, Pontificem poſtulans: omnia privilegia Eccleſiæ renovavit, atque ſanctiſſimum Papam ad propria reverti abſolvit.* Hucuſque de his Anaſtaſius, pergit vero dicere de ejus in Urbem reditu, quem contigiſſe ait menſe Octobri, Indictione decima: adeo ut eum ibi commoratum eſſe oportuerit uſque ad annum ſequentem, quo menſe Septembri decima Indictio inchoatur. Porro de eodem occurſu Imper. meminit. Anſelmus Lucenſis, ubi agit de poteſtate, & primatu Romani Pontificis, ac longe ante cum Beda & Marianus Scotus ſummatim eadem perſtringentes, & alii.

Juſtinianus Imp. proſtratus pedes oſculatur Pap. Conſtant.

III. Quid vero Conſtantinopoli per Conſtantinum Pontificem actum ſit, ſcriptorum inopia latet quidem: tantummodo autem veluti per tranſennam ex iis quæ idem Anaſtaſius ſcribit in Gregorio Secundo (ut dictum eſt) Conſtantini ſucceſſore, licet aſpicere, cum videlicet ait, ipſum Gregorium hoc tempore Apoſtolicæ ſedis diaconum optima reſponſione univerſis de propoſitis capitulis quæſtionibus, cum Conſtantinopoli eſſet una cum Conſtantino Papa, pleniſſime ſatisfeciſſe. Quod enim

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCC-XLVIII. Anno Hegiræ XCII. inchoata die 29. Octobr. fer. 4. A.C. 710.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6203.

☉ 25. E. ☽ 8. P. 20. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 710.

CONSTANTINI PAPÆ 3.

JUSTINIANI iterum REG. 6.

I. Conſtantinus PP. Anno DCCXI. Conſtantinopolim adventavit,

ANnum. I. ad IV. *Conſtantinus* Papa hoc tantum anno, die quinta menſis Octobris a portu Romano ſolvit, ut anno ſuperiori ex Anaſtaſio & Mariano Scoto oſtendimus; *Dominus Juſtinianus Imperator*, inquit Anaſtaſius, *audiens ejus adventum magno repletus gaudio, a Nicæa Bithyniæ miſit Sacram gratiarum actione plenam. Et ut debuiſſet Pontifex occurrere Nicomediam, & ipſe venire a Nicæa, quod & factum eſt. In die autem qua ſe viciſſim viderunt, Auguſtus Chriſtianiſſimus cum Regno in capite ſe ſe proſtravit, pedes oſculans Pontificis. Deinde in amplexum mutuum corruerunt, & facta eſt lætitia magna in populo, omnibus aſpicientibus tantam humilitatem boni Principis. Die vero Dominico Miſſas Imperatori fecit, & communicans Princeps ab ejus manibus, proque ſuis delictis ut deprecaretur Pontificem poſtulans, omnia Privilegia Eccleſiæ renovavit, atque Sanctiſſimum Papam ad propria reverti abſolvit.* Porro anno tantum ſequenti Conſtantinus adventavit Conſtantinopolim. Hoc enim anno *egreſſus eſt a portu Romano die V, menſis Octob. Indict. IX.* inquit Anaſtaſius, qui addit eum veniſſe Neapolim, indeque Siciliam perrexiſſe. *Dum vero Hydrunti moras faceret, eo quod hyems erat, illic ſuſcepit ſigillum Imperiale, continens, ut, ubi denominatus contingeret Pontifex, omnes Judices ita eum honorifice ſuſciperent, quaſi ipſum præſentialiter Imperatorem viderent.* Hydruntum, vulgo *Otranto*, Urbs eſt in ora maris Adriatici poſita; in qua ideo hyemavit Conſtantinus, & vere ineunte anni DCCXI. Conſtantinopolim pervenit.

II. Ex his Anaſtaſii verbis Lupus in Scholiis & Notis ad Canones Trullanos pag. 1078. colligit, *Conſtantinum* primum fuiſſe e Pontificibus Romanis, qui Canones Synodi Trullanæ Eccleſiæ Romanæ Decretis non adverſantes probarit, & *Juſtinianum* quod a Joanne VII. poſtularat, ab eo obtinuiſſe; ideoque omnia Romanæ Eccleſiæ Privilegia Juſtinianum novis Edictis confirmaſſe. Nam & antea Conſtantino ſedente reſtituerat Eccleſiam Romanam adverſus repullulantem autocephaliam ac rebellionem Archiepiſco-

Conſtantinus PP. Canones Trullanos Decretis Eccleſiæ Roman. non contrarios confirmat.

enim his temporibus nulla alia verteretur quæſtio inter Orientales, & Occidentales, niſi de capitibus additis ad Quintam & Sextam Synodum: ſatis intelligere poſſumus, de his Conſtantinopoli cum eodem Romano Pontifice eſſe tractatum, de his conventus habitos, atque inter utramque partem diutius altercatum, ſed primas retuliſſe Pontificem, Gregorio diacono conſtitutionum antiquorum Patrum acerrimo defenſore: quod & ex iis quæ ſuperius dicta ſunt ex eodem Anaſtaſio Bibliothecario, ſatis evidenter apparet.

IV. Quod autem ad Juſtinianum Imperatorem pertinet, liquet ipſum hoc anno variis eſſe concuſſum motibus, rebellantibus populis Cherſoneſi: qui de iiſdem crudeliſſimam vindictam exercuit. Hæc vero quomodo ſe habuerint, ex ipſis Græcorum petamus Annalibus, qui ſic ſe habent (a): *Memoria recolens Imperator inſidias ſibi a Cherſonenſibus, Boſphorianis, ali-*

(a) *Theop. & Cedren. in Juſtiniano Rhinot.*

PAGIUS ſcoporum Ravennatenſium, ut oſtendit Baronius ex Anaſtaſio anno DCCVIII. num. III. & ſeqq. Hæc Apoſtolica confirmatio Sancto Taraſio Patriarchæ Conſtantinopolitanæ Septimæ Synodo, ac Hadriano I. Pontifici Romano fundamentum dedit illuſtre de Canonibus Trullanis teſtimonium ferendi. Huc referendum quod habet Anaſtaſius in Vita Gregorii II. *Gregorius* (Romanæ tunc Eccleſiæ Diaconus) *cum Viro Sancto Conſtantino Pontifice ad Regiam profectus eſt urbem atque a Juſtiniano Principe inquiſitus de quibuſdam Capitulis optima reſponſione unamquamque ſolvit quæſtionem*. Dolendum eſt, Gregorii II. optimam de hiſce Capitulis reſponſionem aut latere, aut periiſſe. *Hadrianus* I. ſolos Synodi Trullenæ Canones jure & orthodoxe promulgatos probat. Septima vero Synodus omnes laudat & confirmat in primo ſuo Canone. *Divinos Canones amplexabiliter teneamus, qui a ſex Sanctis Generalibus Synodis promulgati ſunt*. Quare, inquit Lupus citatus, qui exiſtimant hanc confirmationem authenticam, valde fallentur; cum & VII. Synodi Canones omnes, Romana Eccleſia nunquam confirmarit. Hinc Canonum Trullanorum per *Conſtantinum* Papam facta confirmatio manſit incognita, non ſolum apud Romanam; ſed & apud exteras, Conſtantinopolitana excepta, Patriarchales Eccleſias, ideoque per Joannem VIII. & Synodum Tricaſſinam opus habuit innovari, ut anno DCXCII. num. XVI. oſtendimus.

III. *Crudelitas Juſtiniani in Cherſonitas.* Ad num. IV. Theophanes anno Incarnationis DCCIII. Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, refert *Juſtinianum* Imp. Patricios duos Maurum & Stephanum cum valida Claſſe in *Cherſonam* delegaſſe, quod inſidiæ, quas Cherſonitæ & Boſphoriani alias ei ſtruxerant, *ejus animo remanſiſſent profundius repoſita*. Maurus & Stephanus Cherſonam appellentes, cædibus & ſanguine cuncta repleverunt. *Cum vero Claſſis menſe Octobri ſolviſſet*, procellarum turbinibus jactata, tota ferme in mari periit. Qua calamitate cognita Juſtinianus alteram illuc iterum Claſſem tranſmiſit, cum mandatis, *ut univerſos æque ad mingentem ad parietem interficeret*, inquit Theophanes. Idem habent Nicephorus in Hiſtoria, & Auctor Miſcellæ, qui obſervant etiam Claſſem *menſe Octobri* ſolviſſe, ac Cedrenus, qui hanc notam Chronologicam prætermiſit. Quare recte Baronius hanc expeditionem hoc anno recitat, ſed perperam dicit, factam eam *rebellantibus populis Cherſoneſi*. Theophanes enim reſpicit ad id quod anno Incarnat. ſecundum Alex. DCXCVI. Kalend. Septemb. anni Chriſti DCCIII. inchoato jam ſcripſerat, *Juſtinianum* nempe dum Cherſoneſæ degeret, Imperium ſibi denuo committendum renunciaſſe, & dicta hujuſmodi ejus loci incolas terruiſſe, qui ideo de illo interficiendo, aut vincto ad *Apſimarum* Imperatorem perducendo conſilium inierunt. Hæc hujus crudelitatis a *Juſtiniano*, in eos exercitæ cauſa ut diſertis verbis prodiit Nicephorus in Hiſtoria, & ſatis innuit Theophanes.

IV. *Obitus Vvitizæ Hiſpaniarum Regis.* Obiit hoc anno *Vvitiza* Hiſpaniarum Rex, decimo Regni ſui anno, duobus relictis filiis, *Rba & Siſebuto*: quorum partes, dum plerique ſequuntur, reſiſtunt alii, Reſpublica in ſupremam calamitatem incidit, inquit Mariana lib. 6. cap. 19. qui addit, Regnum *Vvitizæ* omnium turpitudinum maculis deformatum fuiſſe, crudelitate immane, præcipue impietate adverſus Eccleſiæ leges inſigne. *Rudericus*, ut in Nummis appellatur, Wittiſæ filiis prætermiſſis; Regnum Gothorum ſuſcepit. Porro Wittizam ſequenti Chriſti anno mortuum meliores Hiſtoricos aſſerere, ait Mariana citatus, negatque quod ſcribit Toletanus lib. 3. cap. 17. *Vvitizam* ſcilicet orbatum oculis & privatum Regno, Cordubam miſſum fuiſſe a *Ruderico*, ubi vitæ reliquum exegit, ideoque & *Rudericum* cum Wittiza annis duobus conregnaſſe, quod tamen idem Toletanus affirmat. Verum ſive *Vvitiza* an. DCCXI. ex morbo obierit, & Regno nunquam privatus fuerit, ſive conjuratione ſuorum Regno ſpoliatus ſit, & cum eo *Rudericus* annis duobus conregnarit, ut aſſerit Toletanus, illud pro certo tenendum, *Rudericum* ſive poſt mortem *Vvitizæ*, ſive ſolum anno tantum uno Monarchiam Hiſpanicam rexiſſe, & deceptum eſſe Marianam, alioſque Scriptores Hiſpanicos, qui eidem annos tres aſſignant; cum ſi tres annos regnarit, duobus prioribus *Vvitizæ* collega fuerit, &, ut affirmat idem Toletanus, *uno per ſe anno* Regnum adminiſtrarit. Ex hoc Ruderici Regis tricennio male intellecto proceſſit error Marianæ, & aliorum in Epocha captæ a Mauris Hiſpaniæ tardius reſigenda, quæ nobis in integrum reſtituenda erit.

V. *Saraceni a Juliano Comite in Hiſpaniam vocantur.* *Erat tunc temporis*, inquit idem Rodericus cap. 18. *in Africa Princeps quidam, qui Muza* (Moyſes) *proprio nomine dicebatur, & erat ab Ulit* (Walid) *Amiramomenino* (Amiral Moumenin idest, Imperatore fidelium) *Præſes Africæ conſtitutus. Huic fuit Julianus Comes factioſo colloquio fœderatus, promittens ei ſibi crederet, Hiſpaniam ſe daturum*. Hunc Julianum *Galliæ Gothicæ & Hiſpaniæ exitialis excidii cauſam fuiſſe*, jam ibidem dixerat Rodericus, cui non ſolum omnes Chronographi, Hiſtoricique Hiſpani adſtipulantur: ſed etiam Arabes, quorum Scriptis uſum eſſe Toletanum Præſulem conſtat. Utrum comes ſtuprum uxori ſuæ an filiæ illatum a *Roderico* ulciſci cupiens, patriam proſundederit, incertum eſt, aliis alia aſſerentibus, ut ipſe fatetur Toletanus, qui pergit, & ait: *Muza autem cognomento Abenocair* (Ebn Nocair) *continuo verbum hujuſmodi Abulit* (Abulit, ſeu Alwalid) *Amirabomenine Arabum nunciavit, qui inhibuit ei, ne in Hiſpaniam*

Digitized by Google

Diva ulſio in Cherſoneuſes.

aliiſque paratas, adverſus eos naves ſuas a minima ad maximam omnes miſit, mandatu, ut quicumque ea loca habitarent, univerſi gladio trucidarentur, atque vitæ cujuſquam parceretur. Miſſi ergo hoc perfecerunt, nemine ipſis reſiſtente: ſolis ab infantibus cædem abſtinuerunt, quippe in ſervitutem mancipandis. Principes Cherſonenſium viri numero quadragintaduo, addita cuſtodia, ad Imperatorem miſſi ſunt: alios ſeptem ligneis ſublicis in altum ſuſpenſos igni aſſarunt, alios in mare abiecerunt. His cognitis Juſtinianus etiam in obſervatos infantes inſanuit. Cum in reditu claſſis jam Byzantio appropinquaret, periclitata eſt mortuorum numerus initus, repertuſque millium ſeptuaginta trium. Id gaudium Juſtiniano auxit. Naufragium autem contigiſſe hoc anno menſe Octobri, nona jam Indictione inchoata, Theophanes docet.

Rodericus Rex Hiſpaniar.

Eodem anno defuncto Vviticza nefario Hiſpaniarum Rege, poſtquam annos novem regnaſſet, ſucceſſit in locum ejus Rode-

PAGIUS

niam ciſfretaret (transfretaret) *ſed paucos mitteret per quos poſſet promiſſum Comitis aperiri, Muza autem miſit cum Comite Juliano quemdam Tarif nomine, & cognomine Abenzarcha* (ſeu Ebn Zaric) *cum centum militibus* (equitibus) *& CCCC. peditibus Africanis, & hi in quatuor navibus tranſierunt, anno Arabum XCI. Era DCCL. in menſe qui dicitur Ramadan.* Muſam cum Juliano, qui Oppida quibus præerat, ei tradidit, eumque ad Hiſpaniarum occupationem excitavit, fœdus iniiſſe *ante finem anni XC. Hegiræ* diſerte aſſerit Anonymus Andaluſianus, quamvis anno tantum Hegiræ XCI. Tarifus a Muſa miſſus in Hiſpaniam transfretarit.

VI. Tarifus hoc anno a Saracenis in Hiſpaniam miſſus.

VI. Annus iſte Arabum ſive Hegiræ cœpit die VIII. Novemb. anni Chriſti ſuperioris. Eandem primi Arabum in Hiſpaniam ingreſſus Epocham calculo ſuo probat inſignis Scriptor Arabs *Novverius*, qui Bibliothecam ſtruxit Arabicam, præſertimque Hiſtoriarum ſuæ gentis a ſe compilatarum. Illius *Novverii* nihil adhuc typis mandatum, ſed multa ejus Opera tam in Bibliotheca Regia, quam alibi reperiuntur. Arabum vero Hiſpanorum geſta nobis promittit Claudius Beraldus V. C. & Linguarum Orientalium peritiſſimus, qui de Saracenicis Rebus multa mecum communicavit, ſicuti & quidam amicus Rerum Arabicarum intelligentia clariſſimus. Nam memorabile hoc Hiſtoriæ caput, neque a Baronio, neque ab aliis ſatis accurate expoſitum. Legit præterea Beraldus alium Scriptorem Arabicum, qui *Tarifum* hoc anno Hegiræ XCI. in Hiſpaniam transfretaſſe tradit. Ex Arabicis Scriptoribus, nullus forte reperitur, qui diverſam aut oppoſitam Chronologiam tueatur, ſi excipias Geographum, qui vulgo dicitur *Nubienſis*.

VII. Non vero DCCIX.

VII. Hic enim aſſerit, Urbem *Inſulæ Viridis* primam inter alias *Andaluſiæ* expugnatam fuiſſe in adventu Moleſmanorum, qui contigit anno ab Hegira nonageſimo: expugnaſſe autem illam *Moyſem* ſeu *Muzam* filium Noſair, qui pro Maruanitis (Califis ſcilicet filiis Ommiæ, qui Marivanitæ etiam dicti ſunt a Marivana Califa, unde quidam deducunt nomen Marranorum) *dimicabat* (inquam) *una cum Tarek*, ideſt, ut Vir doctiſſimus interpretatur per Legatum ſuum *Tarekum*. Nam tunc *Muza* in Africa ſubſiſteret. Geographia iſta ſcripta eſt ſub Rogerio Siciliæ Rege; verum Opus primi Auctoris nunc non extat, ſed ejuſdem tantum compendium Romæ editum anno MDXCII. typis Mediceis. Error iſte non in verum hujus Geographiæ parentem, ſed in ejuſdem Epitomatorem rejiciendus, vel potius in Librarios, qui plurima hoc in Opere ita depravarunt, ut legi & intelligi amplius non poſſint. Sed redeo ad Rodericum citatum, Eram DCCL. cum anno Hegiræ XCI. alligantem, licet is annus Arabicus cum Era vulgari Hiſpanica DCCXLVIII. conveniat, unde que colligo *Rodericum* annos Eræ Hiſpanicæ cum annis Hegiræ non recte componere: poſuiſſe autem illum annos Hegiræ, prout ipſi in libris Arabicis, quibus uſus eſt, extabant; ideoque in ejus Opere legendo annis Hegiræ recte deſcriptis, non vero annis Eræ Hiſpanicæ male cum illis ab eodem conjunctis, adhærendum.

VIII. Tarifus revertitur in Africam cum præda onuſtus.

VIII. Pervenit in Hiſpaniam *Tarif*, inquit Rodericus cap. mox laudato, *in menſe, qui dicitur Ramadam* (nono nempe Arabum menſe Lunari vago, qui hoc Chriſti anno in menſem Julium incidebat), *Et iſte fuit primus adventus Arabum citra mare, & applicuerunt ad inſulam citra mare, quæ ab ejus nomine dicitur Gelzira Tarif* (Gezirat Tharif) *: & ibi ſubſtitit donec ad ſe cognati & complices in Hiſpania advenerunt, & primos inſultus fecit in Gelzirat Albadra* (vel Gezirat Alchadhra, ideſt, Inſulam Viridem, vulgo Algezira) *& inde abſtulit magnam prædam, & alia loca maritima devaſtavit.* Locus ad quem appulit *Tharyphus* appellationem mutuatus eſt ab illo. Oppidum autem iſtud *Tariſa* poſitum eſt in angulo Occidentali freti Gaditani. *Inſula Tarif* (ait Geographus Nubienſis loco mox citato) *ſita eſt juxta mare Syriacum* (Mediterraneum, quod alluit litus Syriæ) *ad initium ejus freti* (Gaditani) *quod Alzakak* (Arabice) *vocari diximus, & alluitur ab occaſu mari Tenebrarum* (Atlantico Oceano). *Eſt autem hæc Civitas modica, habetque ex oppoſito ſui duas inſulas parum a continenti remotas, quarum una dicitur Alkantir. Inter inſulam Tarif & inſulam Viridem intercedit ſpatium XVIII. Mill. paſſ.* demum in Africam reverſum eſſe hoc anno *Tariſum* Hiſpanica præda onuſtum tradit laudatus Scriptor *Novverius*, cui adſtipulantur alii Chronographi Arabes MSS. & ipſe Toletanus Præſul. Hoc itaque anno non præſentis tantum dolore mali, ſed etiam futuri temporis metu, Hiſpania planctu tumultuque repleri cœpta. Hujus calamitatis initium Scaliger lib. 6. de Emendat. Temp. pag. 622. & ſeq. accurate in præſentem annum confert, perperam vero Baronius in annum DCCXIII. ut ibi videre eſt, num. XVIII. & ſeqq. ſed quæ ibi habet, ex dictis, anniſque ſequentibus dicendis corrigenda.

IX. Moritur S. Hadrianus Abbas Monaſterii Cantuarienſis.

IX. Beda lib. 5. cap. 22. poſtquam ſuperiori capite Sancti Wilfridi mortem narravit, ait, *anno poſt obitum præfati Patris proximo, ideſt, quinto Ofredi Regis* Northumbriæ *Hadrianum* Abbatem Monaſterii Sancti Auguſtini Cantuarienſis defunctum eſſe, *qui eſt annus*, inquit, *quadrageſimus primus, ex quo a Vitaliano Papa directus eſt cum Theodoro: ex quo autem in Britanniam venit, triceſimus nonus. Cujus doctrinæ ſimul & Theodori, inter alia teſtimonium perhibet, quod Albinus diſcipulus ejus, qui Monaſterium ipſius in regimine ſucceſſit, in tantum ſtudiis Scripturarum inſtitutus eſt, ut Græcam quidem linguam non*

par

Google

dericus, ſive Rodericus, filius Theofredi. Ita quidem ex Tudenſe, qui ait, Rudericum regnare cœpiſſe Æra ſeptingenteſima quadrageſimaoctava; additque ipſum conſilio magnatorum Gothicæ gentis regnum ſuſcepiſſe, virum belligerum, durum, & ad omne negotium expeditum, ſed vita & moribus Vvitizæ non abſimilem, ſacem luemque totius Hiſpaniæ, ut quæ de eo dicturi ſumus oſtendent.

Sep-

PAGIUS *parva ex parte, Latinam vero non minus quam Anglorum, quæ ſibi naturalis eſt, noverit*. Quintus Oſredi Regis annus hoc anno, quadrageſimus primus ex quo Hadrianus in Britanniam directus eſt, anno ſuperiori, triceſimus vero nonus ex quo in eam venit, anno etiam ſuperiori abſolvitur. In Britanniam enim *VI. Kalend. Jun.* anni DCLXVIII. miſſus eſt, teſte Beda lib. 4. cap. 1. annoque DCLXX. in eam adventavit, uti ſuo loco demonſtravimus. Quare Beda loco laudato, ut de more alibi, menſes qui poſt annos XLI. & XXXIX. effluxere, negligit. Hic numerandi modus a Beda ſæpe uſurpatus ad varia ejus loca intelligenda obſervandus. Fuit Sanctus Hadrianus *Cooperator in Verbo Dei* Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis, *& quia Literis Sacris ſimul & ſæcularibus abundanter ambo erant inſtructi, congregata diſcipulorum caterva, ſcientiæ ſalutaris quotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant: ita ut etiam Metricæ artis, Aſtronomicæ & Arithmeticæ Eccleſiaſticæ diſciplinam inter Sacrorum Apicum Volumina ſuis auditoribus contraderent*, inquit Beda lib. 4. cap. 2. Sanctus Aldhelmus Epiſcopus Schireburnenſis, ut liberales artes *medullitus combiberet, ſtuduit Cantiæ ad pedes Hadriani, qui erat fons litterarum, rivus artium*, inquit Willelmus Malmesburienſis in Vita hujus Sancti Præſulis cap. 1. nec dubium, quin Bedæ aliquos audierit Præceptores ex diſcipulis Theodori & Hadriani; cum in Monaſterio Wiremuthenſi per id temporis ſtuduerit, quo uterque *congregantes diſcipulorum catervam ſcientiæ ſalutaris quotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant*, inquit Turgotus Prior Dunelmenſis in Vita Bedæ cap. 1. Hadrianum Abbatem veneratæ ſunt Eccleſiæ Anglicanæ die IX. Januarii, ut videre eſt apud Bollandum ad eum diem, in ejus Elogio hiſtorico.

X. *S. Hadriano ſucceſſit Albinus.* Albinus Hadriani Succeſſor *auctor ante omnes atque adjutor Opuſculi hujus fuit*, inquit Beda in Præfatione ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Gentis Anglorum, *Vir per omnia doctiſſimus exiſtit, qui in Eccleſia Cantuariorum a Beatæ memoriæ Theodoro Archiepiſcopo & Hadriano Abbate Viris venerabilibus atque eruditiſſimis inſtitutus, diligenter omnia, quæ in ipſa Cantuariorum Provincia, vel etiam in contiguis eidem Regionibus a diſcipulis B. Papæ Gregorii geſta fuere, vel Monumentis literarum, vel Seniorum traditione cognoverat: & ea mihi de his, quæ memoria digna videbantur, per religioſum Lundonienſis Eccleſiæ Presbyterum Nothelmum ſive litteris mandata ſive ipſius Nothelmi viva voce referenda tranſmiſit*. Fuit Albinus octavus Abbas Monaſterii Cantuarienſis, ſed *primus Anglicus; nam omnes Prædeceſſores ſui erant Romani*, inquit Guillelmus Thornus in ſuo Chronico, loquens de ſecunda Tranſlatione Sancti Auguſtini Cantuarienſis Epiſcopi, ubi ait etiam eum obiiſſe anno DCCXXXII. & *in Tranſlatione S. Auguſtini cum B. Hadriano* tranſlatum eſſe. Hinc liquet, Baronium anno DCCLXXVIII. num. XIII. & ſeqq. hunc *Albinum* cum Alcuino qui & Albinus dictus eſt, & Caroli Magni ætate floruit, male confudiſſe; cum *Alcuinus* nondum natus fuerit, quando *Albinus* Monaſterii Cantuarienſis Abbas mortuus eſt. Hic Baronii lapſus Andreæ Duchesnio in editione Operum Alcuini errandi cauſa fuit. Sed hac de re plura ad annum DCCLXXVIII. Extat Bedæ Epiſtola ad Albinum Abbatem Cantuarienſem.

Huntindonius lib. 4. pag. 337. *Anno*, inquit, *huic proximo* (ſcilicet a morte Sancti Wilfridi) *pugnavit Rex Ine* (qui in Occidentali Saxonia regnabat) *& Nunc cognatus ejus, contra Gerentem Regem VValiæ. Cujus pugnæ principio occiſus eſt Dux Higebald: ad ultimum vero Gerente cum ſuis faciem ab Anglis avertit: & fugiens, arma & ſpolia ſequentibus reliquit*. Idem habet Wigornienſis ad annum DCCX. Extat Sancti Aldhelmi libellus ad Geruntium Regem Occidentalis Regni ſceptra gubernantem adverſus errorem Britonum de Paſchate, de quo Opuſculo locuti ſumus anno DCXCII. *Geruntium* vero Walliæ ſeu Cambriæ, quam Antiqui Britones habebant, Regem fuiſſe, ex hoc Huntindonienſis loco manifeſtum eſt. XI. *Geruntius Rex Valliæ victus ab Ina Merciorum Rege.*

I. Conſtantinus Pap. Romam redit.

SEptingenteſimus undecimus Domini adeſt annus Indictione nona; quo, menſe Octobri, jam inchoata decima Indictione Conſtantinus Papa Romam ex Oriente rediit: de quo iſta Anaſtaſius breviter: *Egreſſus igitur a Nicomedia civitate, crebris valetudinibus Pontifex attritus, tandem ſoſpitatem Domino tribuente, incolumis ad portum Caietæ pervenit, ubi ſacerdotes, & maximam populi Romani reperit multitudinem: ac vigeſimaquarta die menſis Octobris, Indictione decima, Romam ingreſſus eſt, & omnis populus exultavit atque lætatus eſt. Fecit autem ordinationes Epiſcoporum in eundo, & redeundo per diverſa loca Epiſcopos duodecim.* Etenim ubicumque contigit præſentem eſſe Pontificem, illum omnes intelligebant primarium Propriumque eſſe paſtorem, Epiſcopis omnibus ſuæ juriſdictionis ſubiicientibus faſces ſummo univerſalis Eccleſiæ Sacerdoti. Pergit vero Anaſtaſius: *Poſt menſes autem tres lugubre nuncium perſonuit, quod Juſtinianus Chriſtianiſſimus, & Orthodoxus Imperator trucidatus eſt, & Philippicus hereticus in Imperiali promotus eſt arce.* Sed de his ſuo loco dicendum: jam vero proſequamur, & abſolvamus, quæ ſunt anni hujus res Occidentalis Eccleſiæ.

II. Eccleſia Saxonum erigi cœpta.

Hoc enim anno Eccleſiæ Saxonum jaci cœperunt fundamenta per ſanctiſſimum virum Apoſtolicum Suvibertum venientem ad eos in abundantia benedictionis, in ſignis & virtutibus, excitando etiam defunctum a morte, potentem in omnibus opere & ſermone. Audi ergo que de his Marcellinus litteris prodidit (a): *Anno*, inquit, *Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo undecimo, cum S. Suvibertus ferventer prædicans non ſolum in Vuerda, ſed & in pagis & villis vicinis enunciaret prophanis Saxonibus Evangelium Chriſti: contigit quadam die Martis, ut ipſe extra Vuerdam divina celebraturus, iret cum venerabili presbytero ſuo Voilleico in villam vicinam, & quidam dives Gentilis, Hungerus nomine, poſtea converſus & baptizatus in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, & a S. Suviberto appellatus Petrus, ex fervore fidei & nimia humilitate & devotione curru advehi curaret arenam & lapides, reliquaque tali ædificio congrua & opportuna ad monaſterium S. Suviberti. Procurante autem omnium bonorum æmulo diabolo, idem Petrus corruens ſub carruca onuſta lapidibus, efferebatur mortuus, quia pene ſuffocatus, & per diverſa vulnera capitis extinctus fuit. De quo omnes cum non immerito dolerent, magnuſque concurſus populorum ad illud miſerandum ſpectaculum fieret gementium & dolentium propter inopinatam illius mortem, cumque exequiæ præpararentur, ut corpus Eccleſiaſticæ mandaretur ſepulturæ: ſupervenit pius pater S. Suvibertus cum devoto Voilleico ſuo capellano. Qui cum didiciſſet ex gemitu, audiſſetque a circumſtantibus mortem illius Petri; ipſe habens fiduciam magnam in Chriſtum, præcepit ut emortuum corpus, antequam ſepeliretur, ad cellam ſuam deportaretur.*

(a) Marcell. in Suvibert. c. 24.

Petrus revocatur ad vitam.

III. *Quod cum factum fuiſſet, ipſe aſtante magna turba populorum, rei exitum præſtolante, largiter cum multis ſuſpiriis lacrimas fundens, flexis genibus devotiſſime oravit ad Dominum pro reſuſcitatione Petri famuli monaſterii. Cumque diu preces precibus continuaſſet, ſurgens tangendo, cum oſcularetur funus, ſtatim mortuus, non ſolum revixit & ſurrexit, verum etiam nullæ cicatrices vulnerum, nulla conglomeratio ſanguinis per totum corpus appparuerunt: de quo omnes laudabant benignitatem Chriſti Salvatoris. Fama hujus miraculi per totam provinciam promulgata, neophyti in fide ſolidati confirmantur, multi vero infideles ad Chriſtum converſi, fonte baptiſmatis Chriſtu regenerati ſunt. Vixit autem poſtea idem Petrus ſanus & incolumis uſque ad conſummationem Eccleſiæ Vuerdenſis, etiam poſt migrationem ſanctiſſimi patris Suviberti.* Hucuſque Marcellinus de mortuo ad vitam revocato.

Nova converſio Gentilium ad fidem.

At licet verbum Dei in terram illam minime vacuum abſque fructu ceciderit: haud tamen ſterilis terra illum reddidit, quem par erat, ex tanta cultura fructum; nam

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCC. XLIX. Anno Hegiræ XCIII. inchoato die 29. Octob. fer. 2. A.C. 711.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6204.

☉ 20. D. ☽ 9. P. 22. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 711.

CONSTANTINI PAPÆ 4.

PHILIPPICI IMP. I.

I. Conſtantinus PP. Romam redit.

AD num. I. *Conſtantinus* Papa, qui ineunte circiter vere hoc anno Conſtantinopolim adventavit, ut anno ſuperiori oſtendimus, Urbem reliquit, *ac viceſima quarta menſis Octobris, Indictione decima, Romam ingreſſus eſt*, inquit Anaſtaſius in Conſtantino Papa. Quare is menſes tantum aliquot Conſtantinopoli moratus eſt, non vero annum integrum, ut arbitratus eſt Baronius anno DCCX.

II. A num. II. ad V. quæ habet hic Baronius de Sancto *Suidberto* ex Pſeudo-Marcellino, cum nulli alii Auctores ei ſuffragentur, admittenda non

nam id inferius idem auctor de eodem Suviberto (a): *Licet gentibus in vicino habitantibus prædicando, primo parum vel nihil profecit in converſione earum, eo quod eſſent homines duræ cervicis, & barbaræ mentis; non tamen propter hoc deſtitit, quin indeſinenter cum fervore prædicans, multos nobilium & ignobilium converteret ex eis: qui repudiatis ſordibus idolorum, fidei ſunt fonte abluti. Quibus, ut bonus paſtor in populo, diſpenſavit tamquam fidelis & prudens negotiator, menſurum Dominici tritici. Ipſe enim ſprevit mundi pompas & vanitates ſpe ſupernorum præmiorum; & ideo maximis virtutum donis cælitus ditatur, Deo in omnibus gratus, ut gemma fulſit in clero: nam poſitus inter Gentiles, illic præclarum opus inter gentes operatus eſt, Domino cooperante, & ſermonem eius confirmante, ſequentibus miraculorum diverſorum ſignis.* Hæc Marcellinus.

(a) Marcell. c. 25.

Saxonum plores credunt Chriſto.

IV. Ex his quidem noſtri temporis Saxones infelices compellare liceat verbis Apoſtoli (b): *Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini?* Quis ergo tribuit vobis ſpiritum, & operatus eſt virtutes in vobis? nonne vir Apoſtolicus Suvibertus? Quis in tanta ſignorum & benedictionis abundantia ſupervenit ad vos, ut poſthabeatis veſtrum primum Apoſtolum Suvibertum? In vos igitur convertantur indeſinenter lacrymæ Hieremiæ: (c) vos concutiat tonitrus ille, cum ex præcordiis intimis lugubre illud exclamat: *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo mala, fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Sed ſpero fore aliquando, ut excitentur voce Domini eadem interpellatione, qua Angelum monuit Eccleſiæ Epheſi dicens (d): *Memor eſto itaque, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac*, &c. Sed jam (quod polliciti ſumus) ad res Orientales convertamus orationem.

(b) Gal. 3.

In Saxones Auctoris Apoſtrophe.

(c) Hier. 2.

(d) Apoc. 2.

V. Cum igitur Anaſtaſius tradat, poſt tres menſes a reditu Conſtantini Pontificis in Urbem, qui contigit (ut ait) vigeſimaquarta menſis Octobris, allatum ad ipſum nuncium de nece Juſtiniani Imperatoris, utique circa anni hujus finem, eam accidiſſe poſſumus intelligere. Quomodo autem id factum ſit, ex Græcorum Annalibus eſt promendum. Ubi enim Theophanes dira illa ſuperius memorata, quæ adverſus Cherſonenſes juſſu ejuſdem Imperatoris ſunt perpetrata, narravit; haud Imperatorem quieviſſe tradit, ſed majore excandeſcentem ira ad interitum omnium hoc anno denuo paraſſe claſſem affirmat, qua ſolo æquaret omnia, ſolumque aratro proſcinderet. Hoc autem cum illi intellexiſſent, ſe munierunt, parati Imperatori reſiſtere, petentes auxilium a Chajano Principe Gazarorum. Ne autem miſeri pati cogerentur quæ ira æſtuans Imperator præceperat, obſtitit Deus, excitans adverſus eum nobiles viros Eliam Spatharium atque Bardanem Philippicum ex inſula Cephalenia, ubi relegati fuerant, revocatos, qui eidem eſſent claſſi præficiendi. Hos autem cum Imperator comperiſſet apud Cherſonam eſſe tumultuatos, alios loco ipſorum duces miſit: qui doloſe admiſſi intra Cherſonam, a civibus trucidati ſunt, apertam adverſus Juſtinianum defectionem jam conclamantibus, & acclamantibus Bardanem Philippicum Imperatorem.

Juſtinianus immittit claſſem in Cherſonenſes.

VI. His cognitis Juſtinianus, in Eliam veluti facti auctorem commotus, quod non poſſet in ipſum, in ejus domeſticos furorem convertens, filium ejus in matris ſinu peremit; ipſam vero ejus conjugem coquo natione Indo ignominiæ cauſa collocavit in matrimonium. Miſitque alium claſſem adverſus rebelles: Sed eum qui miſſi

Acclamatur Philippicus Imp.

PAGIUS

non ſunt; nunc enim conſtat, Acta illa Sancti Suidberti ſuppoſititia eſſe.

Hiſtoria Suidbertina fabuloſa.

III. A num. V. ad XIII. Anaſtaſius, poſtquam retulit, Conſtantinum Papam die XXIV. menſis Octob. Indict. X. Romam ingreſſum eſſe, ſubdit: *Poſt menſes tres lugubre Nuncium inſonuit, quod Juſtinianus Chriſtianiſſimus Imperator & Orthodoxus Imperator trucidatus eſt, & Philippicus hæreticus in Imperiali promotus eſt arce.* Philippicus itaque medio circiter Decembri hujus anni Imperium invaſit, & menſe circiter Januario ſequenti hujus rei Nuncium Romam perlatum eſt, menſeſque illi tres incompleti intelligendi, ut in *Philippici* depoſitione videbimus. Tumultus tunc adverſus *Juſtinianum* excitatos narrat Baronius ex Anaſtaſio Theophanis Interprete; neque a Theophane Nicephorus in Hiſtoria, aliique diſſentiunt. *Cherſonitæ* itaque cum accepiſſent, Imperatorem alteram adverſus ſe Claſſem tranſmittere, ad res novandas contra eundem coacti *Chagani* præſidium implorarunt, tandemque *Juſtiniani* nomine abrogato *Bardanem* antea exulem, Imperatorem proclamant, quem mutato nomine *Philippicum* appellant. Hic ſine pugna Urbem ingreditur. Occiſus *Tiberius* Juſtiniani filius, & paulo poſt caput Juſtiniani amputatum, & a *Philippico* in Occidentem conſpiciendum traductum. *Juſtinianus* poſtquam in Imperium reſtitutus eſt, *annos ſex* illud obtinuit, ut teſtantur Nicephorus in Hiſtoria, Theophanes, Cedrenus, Marianus Scotus, & Paulus Diaconus in lib. 6. de Geſtis Langobard. Baronius vero ideo annos ei VIII. aſſignat contra Antiquorum fidem, quia ejus Imperium ab anno DCCIII. exorſus eſt. Fuit *Juſtinianus* ultimus e familia *Heraclii* Senioris, cum quo ea extincta, poſtquam ſæculo integro Romanis imperaſſet.

Juſtinianus Imp. occiditur.

IV. Combefiſius in Auctario Bibliothecæ Sanctorum Patrum Agathonis Diaconi Perorationem & Joannis Epiſcopi Conſtantinopolitani Epiſtolam ad Conſtantinum Papam a ſe miſſam publicavit, ex qui-

miſſi erant, ob nimias difficultates haud præſtare poſſent, quod Imperator faciendum præcepiſſet, metuentes, re infecta redire ad eum vindicare paratum, & ipſi Philippicum Imperatorem acclamare cœperunt abſentem, petentes a Gajano, ad quem confugerat, ipſum reddi. Quod cum factum eſſet, omnes ſimul cum novo ſunt reverſi Imperatore. Qui appropinquans Conſtantinopoli, adverſus Juſtinianum immittit Eliam, & contra Tiberium ejus filium Maurum Patricium & Joannem Spatharium proficiſci jubet.

VII. Quid vero iſti fecerint, audi terribilem dignam commiſeratione tragœdiam: *Ubi autem* (inquit Theophanes) *Maurus cum Joanne ad Blachernas perveniſſet* (*templum illic erat Dei genitricis Mariæ*) *invenit Tiberium altera tenentem manu columellam ſanctæ menſæ Dei & Dei genitricis altaris, & altera pretioſa ligna, & in collo philacteria* (*erant hæ ſacroſanctæ reliquiæ*) *extra tribunal*

* ſacrarium * *autem reſidentem Anaſtaſiam patris ejus matrem: quæ Mauri provoluta pedibus, flagitabat ne ſuus occideretur nepos Ti-*

Tiberii Cæſ. cædes. *berius, utpote qui nihil geſſiſſet pravum. Cumque illa pedes hujus teneret, & cum lacrymis ſupplicaret, ingreſſus eſt Struthus* (*id erat cognomentum Joanni Spathario*) *& vi arripuit illum, & pretioſa quidem ligna ab eo ſublata ſupra menſam poſuit, philacteria vero in collo ſuo ſuſpendit. Puero autem foras educto, & ſpoliata, ſupra limen expanſo, guttur ejus inſtar ovis ſecarunt, & hunc in templo ſanctorum Anargyrorum*, Coſmæ ſcilicet & Damiani, *quod Paulinæ vocatur, ſepelire mandarunt. Comprehenſus præterea & Barisbacurius primus Patricius & Comes obſequii, & interemptus eſt.*

VIII. Juſtinianus Imp. occiditur. *Porro Elias una cum eo, qui ſecum erat deſcendente in Damaſſim, & ad ſermones cum eo, qui illic erat exercitu veniente, verbumque impunitatis populo, qui erat cum Juſtiniano præbente: ſequeſtrati ſunt univerſi, & diſceſſerunt a Juſtiniano, ſolum hunc deſerentes, & ad partes Philippici confluentes. Tunc prædictus Elias furore repletus, currens, collo ejus comprehenſo, pugione quo erat accinctus, caput ejus amputavit, & per Romanum Spatharium ad Philippicum miſit. At vero Philippicus per eumdem Spatharium hoc ad Occidentales partes uſque Romam tranſmiſit.* Hucuſque de nece Juſtiniani & Tiberii ejus filii Theophanes. Qui igitur tamquam fera beſtia humanum ſanguinem ſitiens, adeo in ſibi ſubditos populos fuerat debacchatus, ſuo ſuorumrumque ſanguine ſupplicium luit; poſteris relinquens exemplum, in ſe ipſos ſuoſque ſævam a Deo expectare debere vindictam, cum in populum ſibi creditum immanes Principes ſæviunt. Factumque ſecundum verbum Domini ad Hieremiam (a): *Adducam inimicos tuos* (a) Hier. 15. *de terra quam neſcis: quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit*: dum exulem Philippicum & poſtea latentem inter barbaros accinxit vindice gladio, hominem alioqui Deo multipliciter inimicum, nimirum ob depravatos vitæ mores, & (quod deterius eſt) hæreſi labefactatum Monothelitarum hæreticorum, quos eo vehementius factus jam Imperator aggreſſus eſt propugnare ſimul & eorum hæreſim; eoque ardentius propagare, quod uni ipſorum acceptum ferebat Imperium, qui fore ipſum Imperatorem prædixiſſet, cum & eidem præmii loco pollicitus eſſet Sextæ Synodi abolitionem. Porro rem geſtam Theophanes ita narrat:

Priuſquam imperaret, erat quidam In- IX.
cluſus in monaſterio Calliſtrati præviſor Pſeudo-
(*qui ſcilicet aſtronomicis inſpectionibus* monachus
futura prædicere conſueverat hæreticus Sextam
Monothelita) *Qui ad ſe veniente Philip-* Synodum
pico dixit: Imperium tibi eſt repoſitum: abrogan-
At ille turbatus eſt. Et ait Incluſus: Si dam petit.
jubet Deus, tu quamobrem contradicis?
Hoc

PAGIUS *Agatho Diaconus refert geſta a Philippico adverſus VI. Synodum.* quibus aliqua diſcimus huc uſque ignorata. Perorationis hic titulus eſt: *Peroratio Scribæ Actorum Sextæ Synodi: ubi etiam tenduntur, quæ tyrannus ac inſipiens Bardanes adverſus eamdem Sanctam & Oecumenicam Sextam Synodum temere molitus eſt.* Tum ſequitur Peroratio: *Peccator ego ac omnium minimus Agatho, indignus Diaconus, ac Sanctiſſimæ hujus Magnæ Dei Eccleſiæ Scriniorum Theſaurarius, Venerabiliſque Patriarchalis Secreti Protonotarius ac ſecundus Cancellarius, ante triginta duos plus minus annos, juvenili adhuc ætate, Lectorum Ordini accenſus, ac inutilis Notarius agens, Sanctæ huic ac Univerſali Sextæ Synodo operam commodavi, univerſa in ea mota quæſitaque ordine aſſectatus, una cum Sancto Paulo hujuſce deinceps Urbis Archiepiſcopo & Patriarcha, hactenus Laico ac Imperatori a Secretis; ac aliis quibuſdam. Omnes porro Tomos Actorum præfatæ Synodi, mundo Codice, propria ipſe manu Eccleſiaſticis literis conſignavi; qui & ſub ſignaculis una cum fidei definitione, quam Sancta eadem Synodus palam ediderat, Patrum ſubſcriptione munita, in Imperatoris Palatio fuerunt repoſiti ac tuto ſervati; quin & quinque Patriarchalibus Sedibus tradita, definitionis ejuſdem eadem Patrum ſubſcriptione munita exemplaria, eodem conſcripſi modo, ita jubente piæ recordationis Imperatore Conſtantino, ac ſic fieri præcipiente, quo fidei Orthodoxæ ſinceritas neque veritas nullis pateret inſidiis.*

Cæterum ubi Clemens, ſoluſque Bonus ac Miſericors Deus humilem me ac inutilem, quæ ejus V. *Juſtiniani*
miſeratio eſt; hactenus in vivis agere conceſſit, *inconſide-*
non immerito hunc quoque manu propria librum *rata agen-*
conſcribere, in animum induxi, ac decrevi, id- *di ratio.*
que maxime quam hoc ſum dicturus ratione. Cum Sanctarum Dei Eccleſiarum pax ac concordia, univerſaliſque tranquillitas multis jam annis obtineret, nullaque in eis contradictio, litique, aut diſſenſio ſtudiorumve conflictus emerſiſſet; malignus
ac

Hoc autem dico, quia Sexta Synodus male facta eſt: Si ergo imperaveris, hanc projice, & Imperium fiet tibi forte atque longævum. Qui cum juramento ſpondet ei, ſe hoc facturum. Cum autem Leontius Juſtiniano ſucceſſiſſet, aſcendit Philippicus ad Incluſum: Qui dicit ei: Ne feſtines, fiet tibi. Cumque Abſimarus imperaſſet, rurſus aſcendit ad eum. Cui iterum ille ait: Ne acceleres: illud enim te præſtolatur.

X. *Porro cum Philippicus hoc quibuſdam amicis ſuis fuiſſet confeſſus confidenter, ab eis Abſimaro nunciatum eſt. Qui cæſum, & tonſum, atque ferreis vinculis alligatum hunc in Cephaleniam exulem miſit. Cum autem Juſtinianus Imperium ſuſcepiſſet, revocavit eum. Et cum regnaret, fecit pſeudoſynodum Epiſcoporum juxta pſeudomonachi, & Incluſi ſermonem, & abjecit ſanctam & univerſalem Sextam Synodum.* Sed de Synodo ſequenti anno agendum erit. Pergit vero Theophanes:
Suarum culparum pœnas dant Orientales. *Eodem anno ille vanus oculorum cæcitatem incurrit.* Subdit Cedrenus: *Cyro quoque Patriarcha exturbato, Joannem ſuæ impietatis ſocium ei ſolio præfecit. Fuit hic Philippicus cognomento Bardanes, in colloquio facundus, atque prudens habitus, ſed in actionibus ſuis abſque gravitate, & induſtria ulla verſans, turpiterque vivens, extremam ſibi infamiam paravit.* Ita quidem, ubi graviter deliquerunt Orientales, pſeudoſynodum colligentes, adverſus veterem Eccleſiaſticam diſciplinam, ipſamque Romanam Eccleſiam tot tantoſque ſunt coacti pati tyrannos, non dicam Imperatores, ſed monſtra, Leontium, Abſimarum, & Juſtinianum in furorem actum, Philippicum, Leonem Iſauricum, & alios nefandiſſimos.

Ann. Eccl. Tom. XII.

Sed de Philippico modo agendum, qui ubi eſt creatus Imperator, dum ex more profeſſionem Catholicæ fidei mittere deberet ad Romanum Pontificem, miſit hæreticam execratione dignam: quam ipſe Conſtantinus Pontifex reſpuit. Nam de his hæc Anaſtaſius Bibliothecarius: *Ejus, & Sacram cum pravi dogmatis exaratione Conſtantinus ſuſcepit, ſed cum Apoſtolicæ ſedis conſilio reſpuit. Hujus rei cauſa zelo fidei accenſus omnis cœtus Romanæ urbis, imaginem quam Græci votaream * vocant, ſex continentem ſanctas ac univerſales Synodos, in eccleſia beati Petri erexere.* Etenim inter alia nefanda idem Philippicus Imperator ſanctas ſex Synodos œcumenicas picturæ effigiatas e pariete abradi præcepit: contra quod Imperatoris facinus Pontifex nitens, quas ille deſtruxit, ipſe eo modo quo erant ante, reſtituit. Sed paulo inferius hæc idem Anaſtaſius: XI. Conſtantinus Pap. reſpuit hæreticam profeſſionem Imperatoris.

* pencaream

Iiſdem temporibus, cum ſtatuiſſet populus Romanus nequaquam hæretici Imperatoris nomen aut chartam, vel figuram ſolidi ſuſcipere, unde nec ejus effigies in eccleſiam introducta eſt, nec ejus nomen ad Miſſarum ſolemnia proferebatur; contigit ut Petrus quidam pro ducatu Romanæ urbis Ravennam dirigeret præceptum, & pro ejuſmodi cauſa acciperet. Dumque innotuiſſet, quod nomine hæretici ſua promotione idem Petrus fuiſſet potitus: zelo fidei accenſa magna pars populi Romani ſtatuerunt nullo modo hunc Ducem ſuſcipere. Et factum eſt, ut dum Chriſtophorus, qui erat Dux, ob hanc cauſam cum Agathone & ſuis hominibus concertarent, bellum civile exortum ſit, ita ut in via Sacra ante Palatium ſeſe committerent, & ex utriſque partibus amplius quam vi- XII. Conflictationes in Urbe inter Duces.

PAGIUS *at mali auctor Dæmon, Diabolus, haud quaquam videre ferens, occaſionem machinatus eſt, invenitque ſua dignam perverſitate, ac moroſitate. Malorum enim noſtra ipſorum culpa olim excipientium incurſione, crebraque rerum mutatione, non in communi ſolum Chriſtiana Republica imminuto ſtatu, plurimumque labefactato; verum etiam ad ipſum jam Imperii apicem excurrente malo; continua rerum ſummum tenentium abs tyrannide rebellantium permutatione, ſacrum illud nomen in contemptum tandem ſpretionemque abierat; ubi maxime Juſtinianus, Imperii ejuſmodi poſt mortem Conſtantini patris Succeſſor, non ſemel tantum Imperio ob peſſimam a principio, ſanguinariamque ejus voluntatem, excidiſſet, atque eo ejectus eſſet; ſed & iterum poſt Leontium & Tiberium, qui medio obtinuerunt, id ipſum paſſus, gladio tandem in loco dicto Damatico Provinciæ Bithyniæ ſectis cervicibus periiſſet: ainirum amplifſimo exercitu, quem mari, in diverſas diſtributum minores turmas ad Urbem Cherſonem expugnandam ac diripiendam, ejuſque funditus necandum, delendumque populum deſtinaſſet, inde adverſus eum rebellante ac impetum faciente, eodemque ipſo exercitu, fanatico quodam promiſcue ac temere tumultu, nullaque legitima probatione ac ſuffragio in Imperatorem præficiente, profeſtimque renunciante, quemdam id temporis tyrannidis prætextu iis locis exulantem, nomine Bardanem, genere Pergamenum filium Nicephori.*

VI. Philippicus imaginem Sextæ Synodi dejici jubet. *Is miro placito, Philippici aſſumpto nomine, cum inde improviſus Regiam hanc Urbem, una cum eum ſecuta Claſſe, nec non comite armato exercitu, a quo fuerat creatus Imperator, repente, ingreſſus eſſet, olim animo inſitam habens, nedum paterna doctrina ac traditione, uti dicebat ipſe, acceptam, ſed & prava inſtitutione adſcititiam, execrabilem omnino Sacræ huic ac Oecumenicæ Sextæ Synodo contrariam hæreſim, ut qui a puero, ubi taliſſet occaſio, diſcipulum egiſſet Stephani Abbatis, qui ipſe diſcipulus fuit Macarii: is, inquam, ſtatim ac nulla mora, Imperiali poteſtate ac auctoritate uſus, ante ſuum ipſius ingreſſum, Sanctæ ejuſdem Sextæ Synodi imaginem, ab annis jam aliquot, prope, ac inter quartam ſextamque ſcholam, in Imperialis Palatii veſtibulo, expoſitam, dejici juſſit; alioquin inquiens, non ſuſtinere ingredi in Regiam non ſuam, niſi ita prius res habuiſſet.*

VII. Perſequitur Orthodoxos. *Is præterea auctoritate decernens, ut Sergii, Honoriique ab eadem Sancta ac Oecumenica Synodo ejectorum, ac anathemati ſubjectorum, nomi-*

gintiquinque viri plagarentur atque interirent, donec Pontifex mitteret ſacerdotes cum Evangeliis & Crucibus Domini, ſicque partes ſedarent: nam pars Petri ita anguſtiata, ut nulla illi eſſet ſpes vivendi. Verum ad Pontificis juſſum pars alia (quæ, & Chriſtiana vocabatur) receſſit, ſicque defenſores hæretici pars valuit Petri, ac ſi illa attrita recederet. Hæc Anaſtaſius. Eadem de nomine hæretici Imperatoris exoſo, & execrabili facto tradunt Beda, Paulus diaconus (a), atque Ado Vienenſis (b). Habet ex iiſdem Romanam Rempublicam gubernari his temporibus ſolitam eſſe per Duces, qui mitterentur ab Imperatore. Hinc & Romæ Ducatus dici conſuevit, de quo dicendum erit inferius. Porro has altercationes Romæ uſque ad obitum Philippici perduraſſe, quæ poſt hæc ſubjicit Anaſtaſius docent.

(a) Paulus diac. lib. 6. c. 33.
(b) Ado in Chron.

XIII. Felix Epiſcopus Ravennas reſtituitur.

Eodem quoque anno accidit, ut qui Juſtiniani voluntate teneretur relegatus in Ponto Felix Archiepiſcopus Ravennas cæcus redditus, idem ea occaſione fuerit exilio liberatus: nam & de hoc ipſo idem Anaſtaſius hæc habet: *Eodem tempore Felix Archiepiſcopus Ravennæ ab exilio reductus, pœnitentia motus, licet oculorum lumine privatus, ad propriam tamen rediit ſedem, & ſolita, quæ ab univerſis in ſcrinio Epiſcoporum fiunt indicula & fidei expoſitiones, & hic confeſſus eſt, ſicque reconciliationis promeruit abſolutionem.* Hæc Anaſtaſius, quibus indicatur, ad meliorem mentem ex diuturna vexatione redditum eſſe Felicem & ex præſcripto conſtitutionum ſuperiorum Romanorum Pontificum cuncta pleniſſime præſtitiſſe, quæ præſtanda erant; ob idque Catholicæ communionis ab eodem Pontifice Conſtantino participem factum eſſe.

Qui

PAGIUS

nilau, in Sacra Sanctiſſimarum Eccleſiarum Diptycu præconio publico referreatur, earumque per loca imagines erigerentur. Sed & brevi poſtmodum præfatos quoque Sanctæ ejuſdem ac Oecumenica Sexta Synodi, cum mea ipſius manu conſcriptos, invenſſet Actorum Tomos, educens publicanſque igni in Secreto Palatii tradidit ac abolevit; viis plurimis, ac Orthodoxis perſecutionem inferens, eorumque nonnullos exilio relegans; eos maxime qui libello, juxta quod ipſe juſſiſſet, compoſito ac dictato, de fide ſcripſeret, ac velut pro Sancta ipſa ac Oecumenica Sexta Synodo abrogandu, haudquaquam ſubſcribere voluiſſent. Hæ perſecutiones annis ſequentibus continuatæ. Anno DCCXIII. aliam hujus egregiæ Perorationis partem in medium adducemus.

VIII. Tarekus ab Arabibus in Hiſpaniam mittitur.

Hoc anno Hiſpania miſeris lacerata modis, & gloria Gothicæ Majeſtatis extincta. *Muza*, de quo locuti ſumus anno ſuperiori, teſte Toletano lib. 3. de Reb. Hiſp. cap. 19. *Tarico Abentiet, qui erat Arabo* (& omnino diverſus a Taripho, cujus anno præcedenti memini) *injunxit, ut Juliano Comiti auxilia largiretur, & amicitiam conſervaret. Tunc autem* (Tarek) *dedit Comiti Juliano XII. millia bellatorum, quos ſeparatim duxit in Hiſpaniam in navibus mercatorum, ne cauſa tranſitus perciperetur, & convenerunt ad Montem, qui ab illo Mauro Gebel Tarik* (corrupte vulgo Gibraltal) *adhuc hodie nuncupatur. Arabice autem Gebel mons interpretatur.* Tarik iſtum recte hic a Tariſo diſtinguit Toletanus. *Tariſus* enim erat filius Zarchæ vel Zeriki *Abenzareba*, ſeu Ebnzarik. At *Tharekus* cognominatus, ut in editis quidem libris Toletani legitur *Abentiet*: ſed hæc vox a Librariis imperitis corrupta fuit, legendumque *Abenzeniatii*. Nam Tarekus erat (ut docent Arabes, & imprimis Geographus Nubienſis cap. ſuper citato) *filius Abdalla, filii VVannon Zanatenſis. Tariſum* cum *Tareko* Hiſpani recentiores, & alii pleríque imperite confundunt, contra expreſſum Toletani Archiepiſcopi teſtimonium. Hujus Præſulis Hiſtoriam Arabum ſicuti nonnulla alia in ejuſdem Operibus ab imperitis & iniquis emendatoribus corrupta fuiſſe dubium non eſt. Nam capite nono laudatæ Hiſtoriæ Arabum *Tarekus* dicitur *Abenzareba*; ſicque contra Auctoris mentem cum Tariſo confunditur.

IX. Idem Præſul narrat Arabes ad montem Tarek convenisse *menſe Regeb* (Arabico, & menſe Aprili Romano) *Anno Regni Arabum XCII. Era DCCLI.* (quæ tamen erat DCCXLIX. quæ in præſentem annum convenit. *Quæ cum ad Regis Roderici notitiam perveniſſent,* (ut proſequitur Toletanus) *miſit contra eos ſobrinum ſuum nomine Enneconem, qui cum eis ſæpius dimicans, ſæpius victus fuit, & ad ultimum interfectus. Unde & Arabes ſumptis animis, audaciam aſſumpſerunt, Juliano Comite eos per Beticam & Luſitaniam deducente Gothorum enim exercitus prima vaſtatione* (quam Tariſus anno ſuperiori fecerat) *perculſus, & longa pace armorum uſibus deſuetus antiqua magnalia ignorabat, & facti deſides, & imbelles, ignari certaminis ſunt inventi ... Tarek autem cum Juliano Comite ad Muzam in Africam eſt reverſus, & Juliani fidelitas ex his factis apud Arabes fuit mirabiliter approbata. Unde & Muza Tarek & Comiti ampliorem exercitum ſociavit* (ut nempe copiis, quæ Beticam tunc vaſtabant, jungeretur; quod breviſſimo tempore peractum eſt), *qui cum in Hiſpaniam applicaſſent, in Betica & Luſitania cœperunt direptiones & excidia exercere. Rex autem Rodericus audita ſtrage ſuorum* (Enneconem nempe exercitumque, cui imperabat, cæſum) *& Provinciæ* (Beticæ) *vaſtatione, Gothis omnibus congregatis adventui Arabum ſe objecit, & ad incurſum eorum ſtrenue properavit. Cumque veniſſent ad fluvium, qui Guadalete dicitur, prope Aſſidonam, quæ nunc Xerez dicitur, ex alia parte ſedet exercitus Africanus. Rex autem Rodericus cum corona aurea & veſtibus deauratis a duobus mulis in lecto eburneo ferebatur, ut Gothorum Regum dignitas exigebat.*

Prima Saracenorum de Hiſpania victoria.

X. Hiſpani ultima clade affecti.

Et per octo dies continuos de Dominica in Dominicam dimicarunt, ita quod de Tarek exercitu fere decem & ſex millia ceciderunt (Et poſt nonnulla alia), *duo autem filii VVitteza, qui cum Juliano Comite conſpiraverant, Regi Roderico in hoc prælio aſtiterant, & alter a ſiniſtris, alter a dextris collaterales acies gubernabant, & dicuntur in præcedenti nocte cum Tarek conſilium habuiſſe, ut ipſis a bello ceſſantibus, Gothorum exercitus de facili vinceretur. & Rex Rodericus cum eſſet magnanimus, antequam fugeret, permitteret ſe occidi, & eo mortuo poſſet eis Regnum perditum provenire. Non enim cre-*

de-

Google

XIV. *Felix claruit ſanctitate.* Qui vero copioſe profecutus eſt res Ravennates, Hieronymus Rubeus, hunc tradit egregia claruiſſe ſanctitate, coruſcaſſe etiam miraculis, redeuntemque ab Oriente ſecum ſacras reliquias ſanctorum plurium detuliſſe: refertque ejuſmodi inſcriptionem ejus venerando ſepulcro inditam.

HIC TVMVLVS CLAVSVM SERVAT CORPVS DOMINI FELICIS SANCTISSIMI AC TER BEATISSIMI ARCHIEPISCOPI.

(a) Pſ. 118. Profuit quidem Felici iſta vexatio, ut illud Davidicum (a) lætus occineret: *Bonum mihi quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas.*

Con-

PAGIUS *debant, quod poſſent, vel vellent Arabes, patriam* (Gothorum Hiſpaniam) *retinere:* (addit Noweirius, opinabantur filii Wittizæ Arabes ſtatim præda contentos in Africam, ſicut prius Tariſo Duce fecerant, eſſe reverſuros), *unde* (pergit Toletanus) *& in conflictu armis depoſitis, quantocius effugerunt. Et hoc ipſum promiſerat* (Tarek) *quod reſtitueret eis omnia, quæ fuerant patres ſui. In exercitu Chriſtiano fuiſſe conſtat plus quam centum millia armatorum, ſed erat populus duorum annorum peſte & inedia imbecillis .... gens Gothorum in parte caeditur, in parte fuga præſidio liberatur: & dum hoc agitur quid de Rege Roderico acciderit, ignoratur: tamen corona, veſtes, & inſignia & calceamenta auro & lapidibus adornata, & equus, qui Orelia dicebatur, in loco tremulo juxta fluvium ſine corpore inventa ſunt.* Unde plerique arbitrati ſunt, *Rodericum* Regem in hoc fluvio periiſſe, quod Noweirius & alii Arabes aſſerunt, ipſiſque tum inter ſe, tam cum Toletano optime convenit. De fide itaque hujus Præſulis conſtare debet.

XI. *Pugnatum a Dominica in Dominicam.* De anno & die, quibus hoc prælium commiſſum, multum ab Arabibus & ab ipſomet Toletano diſtant plerique Recentiores. Rodericus enim cap. mox citato affirmat, Gothos tandem terga dediſſe, *die Dominica, quinta Idus menſis Schavval, anno Arabum* XCII. juxta vero correctionem marginalem ultimæ editionis Francofurti, quam emendationem admittendam eſſe ex ſequentibus patebit, *Era DCCLII.* quæ tamen Era cum anno Hegiræ non convenit. Noweirius Scriptor inclytus, cui concinunt alii Arabes Chronographi MSS. aſſerit, *Rodericum* una cum exercitu Hiſpanico occurriſſe Arabibus anno XCII. Hegiræ, die XXVIII. menſis Ramadan, qui dies anno Chriſti DCCXI. incidebat in XIX. Julii, & in Dominicam. Rodericus vero Toletanus teſtatur, ambos exercitus invicem occurriſſe die Dominica, *a Dominica enim in Dominicam dimicarunt.* Menſis itaque Schawal cœpit hoc Chriſti anno die XXII. Julii, feria quarta; currebat enim litera Dominicalis D. Per octo dies continuos pugnatum eſſe aſſerit *Noweirius:* ideoque dies octavus, quo ultimam cladem Gothi perpeſſi ſunt, & eorum Rex Rudericus periit, contigit die Dominica XXVI. Julii.

XII. *Rudericus ultimus Hiſpanorum Rex occiſus.* Toletanus aſſerit, *Rodericum* Regem victum ab Arabibus periiſſe *V. Idus menſis Schavval:* dies vero V. Idus Kalendario Juliano affixus modo nonum, modo undecimum menſis diem ſignificat: menſes autem Lunares Arabum, neque habent Nonas, neque Idus: & præterea hi menſes prorſus vagi ſunt, nec ullis anni Solaris vel menſibus vel temporibus affixi. Itaque nihili hæc nota V. *Idus Schavval* facienda. Manifeſtum enim eſt, hanc vocem *Idus* iſtuc fuiſſe intruſam. Quare ea expuncta legendum, *XV. menſe Schavval, Dominica,* quod veriſſimum eſt. Nam hic menſis Arabicus cœpit XXII. Julii, & V. ejus dies incidebat in XXVI. quæ Dominica erat hoc anno litera Dominicali D. inſignito. Hanc reſtitutionem, quam certam exiſtimo, Arabicis Scriptoribus totam debemus. Hic itaque annus Regni Gothorum in Hiſpania ultimus eſt, primuſque Maurorum in ea dominantium. Joannes de Segovia Yperalta Marchio Agropolitanus, qui Hiſtoriam Hiſpanicam variis fabulis purgavit, in Diſſertationibus Eccleſiaſticis lingua Hiſpanica Cæſarauguſtæ anno MDCLXXI. typis datis recte vidit hanc Gothorum cladem alio quam currenti anno non contigiſſe, monuitque quemdam Virum doctum Joſephum Pellizerium appellatum, natione etiam Hiſpanum in Commentariis ſuis Hiſtoricis eandem antea opinionem docuiſſe, quæ apud me tam certa quam quod in Rerum Hiſpanicarum Hiſtoria certiſſimum.

Baronius anno DCCXIII. num. XXII. Mariana, & alii paſſim Recentiores captæ Hiſpaniæ Epocham refigant anno Chriſti DCCXIV. XIII. *Capta Hiſpaniæ Epocha plerumque male conſtituta.*
menſeque Novembri, ſed nullum Veterem, quem ſequantur, habent. Neque quis dicat, Rodericum Toletanum illigare cladem Hiſpanicam Eræ DCCLII. quæ in an. Chriſti DCCXIV. convenit: nam, ut jam monui, Toletanus in conjungenda Era cum Hegiræ annis, quos etiam Julianis inſulſe æquat, plerumque peccat. Quare Eræ anni in hoc Hiſtorico ex annis Hegiræ certiſſimis emendari & explicari debent. Præterea Mariana lib. 6. cap. 24. & alii multi Recentiores ex quodam Chronico Alveldenſi volunt pugnatum eſſe ad Oppidum Xerea, fluviumque Gwadalete, *die Dominico, Xavveris Arabum menſis nono die, tertia Idus Novembris, ipſa Martini feſta die, anno Salutis ſeptingenteſimo decimo quarto.* Qua aſſertione nihil abſurdius excogitari poteſt. Nam cum anno Dionyſiano DCCXIV. Hegiræ annus inceperit XVI. Septembris, feria prima, qui fieri poteſt, ut nonus dies *Schavvali,* qui decimus eſt Arabicorum menſium, in diem undecimam Novembris ejuſdem anni Dionyſiani DCCXIV. inciderit? Conſtat tamen omnium Scriptorum conſenſu, Chriſtianorum & Arabum, tum veterum tum recentiorum, Gothos deletos fuiſſe in prælio *Gwadaletenſe,* Rudericumque Regem periiſſe, *menſe Schavval, die Dominica;* ideoque verus hujus certaminis & cladis dies eſt XXVI. Julii.

XIV. *Vulgaris opinio de anno capta a Saracenis Hiſpaniæ refellitur.* Poſtquam hæc ſcripſeram, in manus meas venere liber de Antiquitatibus Regni Navarræ, & primus Tomus Annalium ejuſdem Regni, uterque ab aliquot annis Pampelonæ editus, Auctore Joſepho de Moreto Pampelonenſi, Viro e Societate Jeſu doctiſſimo, & Rerum Hiſpanicarum peritia clariſſimo, qui multa ex variis Archivis hactenus parum cognita eruit. Is in Appendice ad priorem Tomum ſuorum Annalium, communem Hiſpanorum opinionem, quæ cla-

dem

XV. Benedictus Mediolanen. Epiſcopus Romam venit. Conſtat ejuſdem Anaſtaſii teſtificatione, veniſſe hoc tempore Romam Benedictum Archiepiſcopum Mediolanenſem, cauſam proſecuturum adverſus Epiſcopum Ticinenſem, cum eum ſibi vendicare conatus eſt ſub ſua juriſdictione Epiſcopum ſuffraganeum. Hæc enim de eo Anaſtaſius: *Venit autem, & Benedictus Archiepiſcopus Mediolanenſis Romam orationis voto, & ſuo ſe Pontifici præſentare: altercatus vero eſt pro Eccleſia Ticinenſi, ſed victus eſt, eo quod a priſcis temporibus ſedi Apoſtolicæ ejuſdem Ticinenſis Eccleſiæ Antiſtes ad conſecrandum pertinebat atque pertinet.* Hæc ipſe. Habet eadem Paulus diaconus, qui & hic ſubdit: *Fuit autem idem venerabilis Benedictus Archiepiſc. vir egregiæ ſanctitatis, de quo per univerſam Italiam bonæ opinionis fama fragravit.* Hæc Pau-

PAGIUS dem iſtam anno Chriſti DCCXIV. affigit, tuendam ſuſcepit; ſed Operis ſui initio fateri cogitur, Chronologiam Arabicam fundamentis a ſe jactis adverſari; & quia probe intelligit, hanc propoſitionem iis qui in doctrina temporum apprime verſati ſunt, non poſſe non miram accidere contendit, Chronologiam illam falſam eſſe, Arabeſque in annis Hegiræ putandis inter ſe non convenire, se Eram illam a quibuſdam, pluribus annis, præverti, & ab aliis differri. Verum ſi aliquod ei cum *Muſulmanis* commercium fuiſſet, minime dubitaſſet, quin gens iſta per tot Regiones inter ultimas Orientis inſulas & mare Atlanticum poſitas diffuſa, in principio anni ſtatuendo unius ejuſdemque modi conſenſionem ſervet, niſi quod annum primum Hegiræ, alii a feria quinta, ſeu a die XV. menſis Julii anni Chriſti DCXXII. alii a feria ſexta, ſeu a die XVI. Julii ejuſdem Chriſti anni exordiantur, ut videre eſt in Tractatu de Epochis celebrioribus, edito ab *Ulug Begis*, Indiæ citra ultraque Gangem Principe, & a Joanne Gravio Commentariis illuſtrato. Neque in annis Hegiræ numerandis inter ſe *Muſulmani* differre poſſunt; cum eam uti Sacram, & quaſi ſicut ſuperſtitionis ſuæ partem, utpote *Omaris* Secundi Kaliphæ Decreto ſtatutam reſpiciant. Ab eo enim tempore, ſeu ab anno Hegiræ XVIII. Diplomata omnia hac Era ſubſcribi cœpta, aliæque, quæ antea uſitatæ fuerant, prætermiſſæ neglectæque.

XV. *Magis refellitur.* Et tantum abeſt, ut anni *Hegiræ* incerti, dubiique exiſtant, ut nulla Epocha firmior, nulla clarioribus Monumentis conteſtata, & majori populorum conſenſu innixa. Imbelles horum animos ſuperſtitio adeo oppreſſit, ut dici non poſſit, in eam Eram aliquam novitatem progreſſu temporis inductam. Alexandrini quidem Periodum ſuam Mundanam tertio Eccleſiæ ſæculo decennio mutilarunt, ut in Diſſert. de Periodo Græco-Romana demonſtravi; ſed hujus immutationis indubitata habemus argumenta, Eraque illa a quodam privato inſtituta fuerat, & cum melior non occurreret, paulatim in uſum vocata. At Arabum Epocha auctoritate publica ſtabilita, & ſemper apud illam gentem Sacra habita. Præterquamquod Alexandrini omnes eundem annorum numerum reſcidere, & tam ante, quam poſt mutilationem Eræ ſuæ in annis numerandis inter ſe ſe conſenſere. Et tamen Moretus, qui ad hoc Alexandrinorum exemplum animum non adverterat, quo ad eam opinionem tuendam magis obfirmatus fuiſſet, ſcribit ex Muhammedanis Scriptoribus alios plures, alios pauciores annos ex Era ſua reteciſſe, *Iſidorum Pacenſem*, qui hoc ſæculo vixit eam ab anno Chriſti DCXVIII. *Elmakinum* & *Abugiapharem*, quem ſequitur, eandem biennio aut triennio poſt annum Chriſti DCXXII. auſpicari, alioſque ab aliis Chriſti annis. At quam portentoſa ſit hæc opinio, quæ omnes Hiſtoricos, omneſque Mathematicos, Muſulmanos contrarios habet, demonſtrat retrograda annorum Muhammedanorum enumeratio. Currenti enim anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo, quo hæc menſe Julio ſcribo, omnes nationes Muhammedanæ menſem *Dulkada* anni Hegiræ milleſimi centeſimi tertii numerant, a quo anno & menſe Hegiræ, ſi per annos MCIII. retrocedas, pervenies ad menſem Julium anni Chriſti DCXXII. quo ideo annos Eræ ſuæ omnes totius Orbis Muſulmani auſpicantur. Quare inde certo conſtat, eam nunquam aut decurtatam aut auctam fuiſſe.

Poſt bellum autem infauſte patratum (inquit Rodericus cap. 22.) *Tarik Chriſtianos fuit perſecutus uſque in Ecijam* (Aſtigim) *ſecutus, & qui erant in Civitate, & etiam qui extra fugerant* (a pugna nempe), *adhuc de multitudine confidentes ei improvide occurrerunt. At . . . . perierunt, & occiſis pluribus, plures ad Civitatis ambitum redierunt. Chriſtiani . . . tanta ignavia ſe abjecerunt, ut nec reſiſtere cogitarent . . . . . .* (Interea) *Tarik diviſit exercitum, & miſit quemdam, qui de Chriſtiano factus fuerat Sarracenus, qui dicebatur Arabice Mogeit Arromi* (Mogith Arroumi, idest, auxiliaris Romanus) *contra Cordubam, qui duxit ſecum DCC. milites* (equites). *Miſit* (Tarek) *alium exercitum contra Malacam & Granatam. Ipſe autem cum majori exercitu venit Menteſam prope Giennium, & Civitatem funditus diſſipavit . . . . . Mogeit autem cum ſuo exercitu tranſivit Betim . . . . vigilibus* (Cordubæ) *interfectis* (Arabes) *ſeras & januas infregerunt, & per pontis januam intraverunt . . . . Urbis Dominus* (Præfectus) *in Eccleſiæ præſidium, quod erat fortiſſimum, ſe recepit; ſed ibi eum tribus menſibus obſederunt: poſt quos idem Dominus Civitatis ad montana . . . . dimiſſis aliquibus in Eccleſia munimento abiit fugitivus . . . Mogeit . . . poſt eum inſecutores continuo deſtinavit . . .* (Præfectus Cordubæ) *equi caſu . . . conquaſſatus* (cum fuiſſet) *Mogeit ſuperveniens* (ipſum) *cepit vivum. Nec aliquis de Senioribus Hiſpanorum captus dicitur præter iſtum. Omnes enim alii deditione aut fœdere ſe dederunt. Mogeit autem Cordubam rediens tamdiu præſidium Eccleſiæ impugnavit, donec captos capitibus mulctavit . . . . Judæos autem qui ibi morabantur, cum ſuis Arabibus ad populationem* (Urbem incolendam) *& cuſtodiam Cordubæ dimiſerunt* (reliquerunt).

XVI. *Saraceni Urbes Hiſpaniæ paulatim occupant.*

Exercitus autem (inquit Rodericus cap. 23. *qui Malacam iverat, cepit eam . . . . alius exercitus Granatam diutius impugnatam occupavit.* Muſſiam fœdere deditam recepiſſe Arabas, ſcribit etiam Rodericus, *Paucis Arabibus ibi relictis* (inquit Toletanus) *venit contra Toletum, ubi Tarik tunc temporis conſiſtebat. Cum enim Toletum veniſſet, invenit eam fere habitatoribus deſtitutam . . . Tarik autem ex Arabibus, quos ſecum duxerat, & Judæis quos Toleti invenerat, munivit Toletum. Exinde ivit Gvadal Hajaram, inde venit Civitatem Montiviciniam, in qua inve-*

XVII. *Toletum, aliæque Urbes expugnata.*

Paulus. Relatus quidem reperitur Benedictus hic inter ſanctos, ejuſque memoria adſcripta ſacris tabulis die undecima Martii, annis ſingulis in Eccleſia iteratur. Cæterum fuit eadem controverſia iterum atque iterum diverſis temporibus excitata, multaque hinc inde allata. Sed de his modo hactenus ad inſtitutum: jam ad anni ſequentis res geſtas tranſeamus.

Se-

PAGIUS *venit menſam ex lapide pretioſo* (quæ vulgo Salomonis fuiſſe credebatur), *& impoſuit nomen villa Medinatalmeyda, quod interpretatur Civitas Menſa: Amatan olim Civitatem Patriciam .... cepit ... exinde campos Gothicos & Aſturicam devaſtavit, & in Aſturiis Civitatem Gegionem* (Gijon), *& alia loca plurima occupavit, & in locis idoneis Præpoſitos ſtabilivit, & Toletum poſtmodum eſt reverſus anno Arabum XCIII.* (qui non ita pridem cœperat die XIX. Octobris feria quarta). Noweirius, & alii Chronographi Arabes idem produnt, ſcilicet poſt tot & tantas victorias, quas breviſſimo tempore de Chriſtianis Tarekus retulit anno Hegiræ XCII. tandem reverſum Toletum anno Hegiræ XCIII. Georgius Elmacinus, qui Hiſtorias clariſſimi inter Arabes Scriptoris Mohammadis Abugiafaris Tiberiadenſis in compendium redegit, hæc habet lib. 1. cap. 13. *Anno nonageſimo tertio* (Hegiræ) *expugnavit Tarekus Hiſpaniam & Toletum* (id eſt expeditionem ſuam peregit) *attulitque* (biennio poſt) *ad Walidem Menſam Salomonis.*

XVIII. *Auriola valide a Theodemiro propugnata.* Porro *Orcola*, de qua Toletanus lib. 3. cap. 23. præerat *Theodemirus*, cujus Iſidorus Pacenſis magna cum laude meminit. Anonymus Andaluſianus refert prælium ab eo adverſus Arabas commiſſum, & quo uſus eſt, ſtratagema. Qua de re legendus etiam Rodericus citatus, qui tamen male ſcribit *Murciam & Auriolam* ſeu *Orcolam* unam & eandem urbem fuiſſe, quod facile refellitur. Murcia enim eſt *Murgis* a Ptolomæo & Plinio memorata; *Auriola* vero, quam ſtatim Arabes *Tedemiram* a nomine Præfecti, qui eam egregie propugnarat, vocarant, primam nomen recuperavit, & loco *Orcola* aut *Auriola*, dicta eſt *Oribuela*, ut notat Eſculanus Tom. II. Hiſt. Valentiæ, & ante eum alii Scriptores Hiſpani Rerum ſuarum peritiſſimi. *Tedemira* nomen diu ſervavit ea Regio, ut diſcimus ex Geographo Nubienſi pag. 153. *Sequitur Provincia Tadmir, ubi extant Urbes Murſia, Auriola, Cartagina, Lorcu*, & pag. 161. *Urbs Murſia eſt Metropolis Terræ Tadmir ſitaque eſt in planicie ſecus flumen Alabiadh*. Cum enim Murſia, Saracenis in Hiſpania dominantibus, in celebrem Urbem evaſerit, *Auriola*, quæ Provinciæ caput antiquum fuerat prælata. Utramque Urbem paulo poſt idem Geographus recte diſtinguit: *Fluvius Alabiadh, quem Murcia amnem eſſe diximus*, (is hodie ab Hiſpanis *Segura* appellatus) *fluit Meridiem verſus, ad Murſiam ad Auriolam, ac demum in mare ſe immiſcet*. Quare Marca lib. 2. Hiſt. Bearniæ cap. 5. non bene credidit, *Theodemirum* Aſturiam eſſe & Cantabriam, & Theodemirum diverſum non eſſe a Pelagio Primo Legionis Rege. Regnare cœperant *Gothi* in Hiſpania, Athanagildo Principe, anno Chriſti trecenteſimo ſexageſimo octavo. Quare eorum Dominatio poſt annos CCCXLIII. finem accepit.

Hoc anno *Childebertus* III. Francorum Rex moritur, cui *Dagobertus* III. ſucceſſit, ut oſtendi anno DCCIX. num. VIII. & ſeq. XIX. *Childebertus III. moritur.*

JESU CHRISTI ANNUS 712.	CONSTANTINI PAP. ANNUS 5.	PHILIPPICI IMP. ANNUS 2.

I. *Philippicus cogitat de abolitione Sextæ Synodi.* SEptingenteſimus duodecimus annus agitur Redemptoris decima Indictione, quo Philippicus Imperator, ubi ſtabiliſſe ſibi Imperium viſus eſt, occiſis omnibus qui Juſtiniano faviſſent, mox, quod diu ſederat in animo, perficere eſt aggreſſus, cum præſertim ad id præſtandum ſua promiſſione teneretur; nimirum ut Seatam Synodum condemnaret, in qua hæreſis Monothelitarum hæreticorum damnata fuerat, faceretque ut proſcripta hæreſis rediens poſtliminio ab omnibus reciperetur. Ad quod implendum eo majori ſtudio movebatur, quod qui ipſi Imperium prædixiſſet, hoc etiam veluti divinum oraculum adjeciſſet, fore, & ipſi Imperium diuturnum, ad annos plurimos propagandum, ſi quod Deo placitum eſſe ſciret, abſque mora impleret, nempe ſi eamdem (ut ajebat) Deo inviſam Sextam Synodum e medio penitus tolleret. Qui igitur nihil magis optabat, quam potiri longa ætate Imperio, nihil impenſius ſibi agendum putavit, quam ut eamdem ſanctam Synodum adverſaria Synodo per Epiſcopos aboleret.

II. *Conclamatur damnatio Sextæ Synodi.* At currentem licet, ad id agendum pſeudoprophetæ ſui calcaria uddita perurgebant, & aliorum Monothelitarum ſtimoli excitabant. Qui unim ſub Orthodoxis Principibus, fulgente Catholica fide, veluti veſpertiliones latebant in antris, jam ad occaſum declinante die, denſo agmine emergentes, una cum fauſtis acclamationibus Imperatoris, damnationem Sextæ Synodi conclamabant: ſequebatur hos inſanum vulgus, & alii, qui omnia Imperatoris gratiæ poſthabebant.

Deponitur Cyrus, elevatur Joannes. Imperator igitur, ut, quod conabatur, faciliorem conſequi poſſet effectum, primum omnium Cyrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum e ſede dimovet, & in exilium mittit: ad quod agendum dignus ille prætextus, cauſaque ea quam juſtiſſima videbatur, quod in thronum alterius neſarie conſcendiſſet pro arbitrio crudeliſſimi Imperatoris, qui Callinicum Patriarcham in ordinem redegiſſet, oculiſque orbatum in exilium ejeciſſet, ipſum vero Cyrum in eam cathedram contra omnia jura Eccleſiaſtica ſublevaſſet: Jam vero adeſſe tempus, ut perperam facta irrita redderentur, vireſcerent conciſa jura, & eatincta juſtitia reviviſceret. Sic igitur gradu depoſito Cyro, in locum ejus (quem vidimus) delectus eſt Monothelitarum anteſignanus Joannes. Qui enim in eam ſedem provehendus erat monachus ille qui Imperium Philippico prædixiſſet, eodem ſupplicio quo Elimas (a) magus, a Deo percuſſus eſt cæcitate, magus & ipſe: ut eadem pœna teneret, quem eadem culpa damnaret. Eve-

(a) *Act.* 13.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6205.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCL. Anno Hegiræ XCIV. inchoato die 9. Octob. fer. 6. A. C. 712.

☉ 21. C.B. ☽ 10. P. 3. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 712.

CONSTANTINI PAPÆ 5.

PHILIPPICI IMP. 2.

I. *Cyrus e Patriarchatu Conſtantinop. dejicitur.* ANum. II. ad VIII. Quæ egerit *Philippicus* ipſo Imperii ſui initio, anno ſuperiori ex Agathone Diacono, cujus Peroratio Baronii ætate non extabat, expoſuimus. Iis addit Theophanes in Chronico: *Cyro Patriarcha Sede ab eo dejecto, Joannem quemdam improbitatis & pravæ opinionis conſortem in ejus locum promovit* Philippicus. De eodem Cyro Patriarcha Cp. hæc habet Beda lib. de VI. Mundi Ætat. *Hic ejecit Cyrum de pontificatu, eumque ad gubernandum Abbatis jure Monaſterium ſuum Pontum redire præcepit.* Cyro *annos ſex* Nicephorus in Chronico, & Zonaras in ſua Hiſtoria tribuunt, quemadmodum & Theophanes loco mox citando. Baronius titulum *Confeſſionis* huic Patriarchæ adſcribit, & Bollandus ad diem VIII. Januar. eum inter Sanctos collocat, quod Græci eo die in Menæis celebrent eum tanquam religionis cauſa extorrem. Nihil tamen aliud de eo narrat Bollandus quam quod Theophanes & Zonaras de eo referunt. Verum ſicut Juſtinianus *Callinicum* Cyri Deceſſorem ejecerat, indigniuſque habuerat, non velut minus Orthodoxum; ſed quia propenſiorem in *Leontium* ſuum adverſarium, ſuæque purpuræ invaſorem; pari eademque ratione motus fuiſſe videtur *Philippicus*; præſertim cum *Cyrum* ad ſuum Monaſterium remiſerit, eique præfecerit; quod non videtur hominis depoſiti ob exiſtimatam hæreſim, inquit Combefiſius in Notis ad Perorationem Agathonis Diaconi.

II. *Plures ſtetere adverſus Monothelitas.* Exiſtimat Baronius præter *Cyrum*, alios omnes Orientis Epiſcopos, ne Sede pellerentur, fidem Imperatoris ſecutos eſſe. Verum licet dubitandum non ſit, quin multi Imperatori adhæſerint, plures tamen pro ſana doctrina ſtetiſſe manifeſte oſtendit Agatho citatus anno ſuperiori num. IV. & ſeqq. ubi dicit *Philippicum* pios plurimos perſecutum eſſe, eorumque nonnullos in exilium miſiſſe. Præterquamquod *Joannes* Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus in Epiſtola ad Conſtantinum Papam, *qua excuſat pro iis, quæ ſub tyranno Bardane adverſus Sanctam & Oecumenicam VI. Synodum agitata ſunt*, aſſerit tyrannum ſe ad Pontificatus apicem provexiſſe nihil tale volentem, *cum profanum, nec Eccleſiaſtici noſtri ordinis hominem eadem ſecum perverſe ſapientem, in Pontificali Throno conſtituere vellet, Venerabilis Cleri noſtri impetu ac renitentia prohibente*, inquit Joannes.

III. Hic in eadem Epiſtola, ut excuſet ſilendi œconomiam, quam indulſerat *Philippico*, conatur oſten-

Digitized by Google

III. Eveſto igitur in ſolium Patriarcha Monothelita, cum ipſo, & in ipſo tamquam in cardine univerſa Orientalis movetur Eccleſia: nam in primis quæ tunc ſunt repertæ Eccleſiæ carere paſtoribus ad eas nonniſi impietate bene noti hæretici Monothelitæ promovebantur Epiſcopi, ſed & horum immenſus cito auctus eſt numerus ex eis, qui, licet Catholici, tamen jacturam cathedræ, quam paſſus fuit Cyrus Patriarcha, ſibi timentes, eamdem perfidiam, quam Imperator, eveſtigio aggreſſi ſunt profiteri; ita ſtabiliri ſibi ſedem Epiſcopalem putantes, ſi quam fidem aſſereret Imperator, & Patriarcha, æque, & ipſi profiterentur, nutare vero ſedem eorum, qui Sextæ Synodi agerent defenſores, vel reſiſtere, aut diſſentire reperirentur Imperatori, & contradicere Patriarchæ. Ita plane ſucciſi omnes nervi erant Orientalis Eccleſiæ, ut non ſit inventus aliquis qui ſurgeret (a) ex adverſo, & ſtaret pro muro domus Iſrael, ſed diſperſi eſſent tanta ruina lapides ſanctuarii (b), nimirum quod non fundamento ſolidæ petræ firmiter inhæſiſſent, ſuper quam ædificati erant (c) in templum ſanctum in Domino, ſed voluntaria ſæpe averſione reſilientes, reſoluto glutino, quo juncti arctiſſime tenebantur, facti eſſent mobiles, leves, & inconſtantes.

Magna clades Orientalis Eccleſiæ.

(a) Ezech. 13.
(b) Thren. 4.
(c) Epheſ. 2.

IV. Indicitur Synodus, ſtatuitur certa dies, acceſſuntur Orientis Epiſcopi: quot vero numero fuerint, & num inter eos unà cum Patriarcha Conſtantinopolitano reliqui reſederint Patriarchæ, neſcitur; ejus enim Acta, veluti quippiam execrandum, cum quot verſus, tot in Deum blaſphemias continerent, una cum ipſo Imperatore fuerunt ſepulta, perpetuo tradita anathemati. Cæterum opinari licet, numeroſiſſimam ab Imperatore fuiſſe Synodum comparatam, quam ad evertendam Synodum œcumenicam opus eſſe conſpiceret, ut numero ſaltem polleret Epiſcoporum, quæ reliquis deſtitueretur auxiliis; cum eam non fulciri viderent legatione Apoſtolicæ ſedis, non roborari aſſertionibus ſanctorum Patrum, de quibus jam ſuo ipſorum damno ſæpe periculum factum eſſet, non denique aliis poſſe ſuſtentari ſubſidiis, ſed pluribus everti contrariis intelligerent. Quo igitur quæ in Synodo ſtatuerentur, firmiora conſiſterent, nihil prætermiſſum eſſe ſtudii atque laboris, par eſt exiſtimare.

Numeroſa pſeudoſynodus Hæreticorum.

V. Convenit Synodo, non in Spiritu ſancto legitime congregata, ſed Satanæ inſtigatione collecta, quæ ob id dici meruerit Synagoga Satanæ potius & Concilium malignantium, quam Synodus ſancta, cui conveniret illud elogium Domini (d): *Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum:* Cuncta recte diſponens; ſed ſteterit Dominus non probans, ſed objurgans, ſecundum illud Davidicum: (e) *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Uſquequo judicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis?* Ita collectis Epiſcopis, præfuit eis Joannes nuper electus Conſtantinopolitanus Antiſtes inſidens cathedræ peſtilentiæ, loco primario ſe caput oſtentans, quod reliqui Epiſcopi veluti

Conciliabulum collectum ad perditionem Sextæ Synod.

(d) Matth. 18.
(e) Pſ. 81.

PAGIUS

Oeconomia Joannis Epiſcopi Conſtantinop.

oſtendere quoſdam ex antiquis Patribus, ac inter eos Magnum *Baſilium* diſpenſationes laudabiliter invexiſſe. *Nos parum aliquid, quod & Magnus Baſilius Viri moribus credendum duximus, ut confeſſio fidei in iis, qua momentum haberent, ſine vocibus, & ſenſibus ſaltem ac intelligentia, incommutabilis firmaque ſervaretur*, inquit Joannes. In fine petit a Pontifice Romano, ut ſibi iterum univerſam Dei Eccleſiam videre liceat, oſtenditque *Lapſos* in Latrocinio Epheſino facile receptos, idque longe antea præſtitiſſe Sanctum *Cyrillum* cum eis, qui ſibi ac ſuæ Synodo anathema dixerant. Hæc *Joannis* Oeconomia pro qua excuſat, quam Baronius non viderat, extat Tomo VI. Conciliorum pag. 1409. Nec ea Joannis tantum fuit; ſed & S. *Germani* tunc Epiſcopi Cyzici, poſtmodum vero Patriarchæ Conſtantinopolitani, & *Andreæ Cretenſis*, quos Sancti Nicephorus in Hiſtoria & Theophanes in Chronico nominant, velut primarios in ea *Joannis* cooperatores, aliorumque fere per Orientem Epiſcoporum.

IV. Theophanes quidem de Synodo Conſtantinopolitana loquens ait: *Primo Imperii ipſius Philippici anno, inſanum Conciliabulum adverſus Sanctum Oecumenicum Concilium celebratum eſt: Cyroque expulſo ſub ſextum Patriarchatus ſui annum, Joannes Conſtantinop. Patriarcha factus eſt: Andreas autem Metropolitanus Cretæ, ac Germanus Cyzici Metropolita, propalam ſubſcripſerunt, ac anathemate damnarunt, cum omnibus Collegis, præfatam in Monothelitas celebratam Sanctam Oecumenicam Synodum. Mortuo autem poſt triennium Joanne, tranſlatus eſt Germanus Cyzico, egitque Patriarcham Conſtantinopolitanum annos quindecim.* Nicephorus vero in Hiſtoria pag. 31. *Poſt hæc Philippicus Imperium turpiter ac negligenter adminiſtrat, & eos Patres, qui in Sexta Oecumenica Synodo convenerant, anathemate condemnat, quæ ab iis de duplici Chriſti Domini Voluntate & Actione decreta erant, improbans. Qua in re adjutorem nactus eſt Joannem Conſtantinop. Patriarcham, & Germanum Cyzici Metropolitanum, aliosque tam Sacerdotes quam Senatores plurimos.* Verum, ut obſervat Combefiſius in Notis ad eam Joannis Epiſtolam Tomo II. Supplem. Biblioth. Patrum, licet ex Epiſcopis Orientalibus multi Sextæ Synodi damnationi, imo & Chalcedonenſis ſubſcripſerint, ſociique acceſſerint *Philippico*, hique rei proditæ fidei fuerint; cum eorum partium eſſet, unanimi conſtantia a propoſito tyrannum deterrere, aut certe glorioſa confeſſione fidem nuper explicatam defendere: alii tamen ex animo Orthodoxi, ac omnino caventes, ne tam grave damnum per collegarum vel malitiam vel ignaviam publicæ nimirum VI. Synodi ac SS. Patrum anathematizationis, Orientalis Eccle-

Eadem Oeconomia uſi S. Germanus & S. Andreas Cretenſis.

lati annexa membra ſequantur. Non hic defuiſſe putes, quæ in uliis conciliabulis ab aliis Imperatoribus hæreticis congregatis præſto fuere, nimirum adſtans apparitura, parata vincula, ſcriptæ antequam ferrentur in eos qui putarentur reſilire ſententiæ, jactatæ inſuper haud incerta fide de carceribus atque exiliis irrogandis ore omnium minæ, ſucceſſores oſtentati contradicentium Epiſcoporum jam Imperatoris nutu decreti: hoc eos famelicos expectare, hoc avide capere, ut uliqui invenirentur, qui mandato Imperatoris de Sexta Synodo condemnandu reſiſterent, quo ipſi eorum Eccleſiis potirentur.

VI. Sexta Synodus impie damnata. Quid pluru? Ad nutum Imperatoris, ad libitum Patriarchæ Monothelitæ ſancta Sexta Synodus condemnatur, deletur ſancita de duabus in Chriſto voluntatibus, & duplici operatione ſententiu. Scribitur de unica volantate, & operatione decretum, acclamatur damnatio veritatis, conclamatur hæreſis confirmatio, cui & ſubſcribitur ab omnibus illis Epiſcopis, ex Catholicis uno momentu conflaris in Monotheiitas: ita namque probati in conflatorio, qui videbantur eſſe aurum vel argentum, converſi inventi ſunt omnes in ſcoriam rejectaneam: adeo ut nec vel unus legatur, qui reſtiterit, qui renuerit, atque ea de re exciderit ab Epiſcopatu, & carcerem, vincula, vel exilium paſſus ſit. Non præteriiſſent ſcriptores, qui & exilium Cyri, & aliu ejuſdem perperam facta ſcripſerunt, narraru pariter, ſi accidiſſent, exilia confeſſorum Epiſcoporum, illis dumtaxat ſalvis a tantæ fornacis incendio, quos abeſſe contigit.

VII. Quid juſte Auctor in Græcos Epiſcopos. Siccine prodita eſt (proh pudor) Catholica fides & ab illis, qui ſe acerrimos defenſores Sextæ Synodi eſſe jactabant, qui ad illam (ut dicebant) implendam addiderant centurias canonum ſubvertentium Eccleſiaſticam diſciplinam, pro quibus, & confirmandis validandiſque adeo prolixum adverſus Romanum Pontificem bellum geſſiſſent? Si non ſtat Synodus quam damnaris, infirmior, & adjectitia pars illius quomodo ſtabit? Sic miſeri ſuo ipſorum calculo, uno ferme momento deſtruunt, quod malu abſque temperamento ædificaru conati ſunt. Ita quidem ipſi in pace leones, in prœlio cervi, quibus illud Davidicum appoſite aptari poſſit (a): *Filii Ephræm intendentes, & mittentes arcum converſi ſunt in die belli*, manus dantes Aſſyriis. Verum ſic prodita atque damnata fide Catholica in Oriente, integru, illæſa penitus, & intacta conſervata eſt in Occidente, reſiſtente impio Imperatori Romano Pontifice, populoque Romano, ut quæ anno ſuperiori ex Anaſtaſio dicta ſunt, docent. Gloria hæc eſt Romanorum, quod adeo ſint execrati hæreticum Imperatorem, ut non ſolum eum recipere, ſed nec ipſius imaginem intueri voluerint, non modo coloribus pictam, ſed nec cuſam in nummis. At jam quæ ſunt reliqua anni hujus proſequamur.

(a) Pſ. 77.

Hoc

PAGIUS

clesie ſubiret, medium hoc invenerunt, ſeu inventum ab aliis comprobarunt, ut ederent fidei formulam ſenſu Catholico, qua tamen ſupprimerentur voces nuper definitæ a Sexta Synodo, geminæ in Chriſto Operationis & Voluntatis, *Philippico* duriores ac invidioſæ. Non alia fuit *Joannis* Oeconomia, ut ipſemet in ſua Synodica affirmat, non alia Germani tunc Epiſcopi *Cyzici*, non alia *Andreæ* Cretenſis.

V. *Theophanes & alii ex Oeconomia Joannis & Andreæ corrigendi.* Qua in re non ſolum non peccarunt; ſed & rem dignam laude egiſſe videntur, majori ſcilicet depulſo malo eb Eccleſia, ac minori permiſſo potius quam acto. Sed quia inter duo extrema medium invenire aut tenere difficile, *Joannes*, *Germanus* & *Andreas* hoc ſuo zelo, medioque tandem ſibi conflarunt invidiam, ut paſſim Monothelitæ audierint, ejuſdemque cum *Philippico* ſententiæ. Verum quia Scriptores illi ſola conjecture & præſumptione loquuntur, nec certa Monumenta eorum temporum ſequuntur, ea de re verii ſunt, eo magis quu eb illa ætate non minimam diſſiti præfatam œconomiam ignorarunt. Præterquamquod in aliis ejuſmodi non ſemper ſunt certæ fidei. Zonaras vult, *Joannem* propter hæreſim exauctoratum eſſe, ac *Germanum* eidem ſuffectum ſub Artemio Philippici Succeſſore; & tamen Nicephorus & Theophanes ſcribunt, Sanctum *Germanum* Joanni mortuo ſuffectum fuiſſe. Nihil etiam Cedrenus de Joannis depoſitione habet, ſed tantum aſſerit, creatum ſub Joanne *Artemium*; ſub quo poſtmodum refert tranſlatum Cyzico *Germanum calculo ac probatione religioſiſſimorum Epiſcoporum*.

VI. *Oeconomia illa non diſſimilis Oeconomiæ S. Baſilii.* Quod ergo *Joannes*, inquit Combefiſius, aliique præcipui Orientis Epiſcopi idem timerent a *Philippico* ſuis Eccleſiis, quas Monothelitiſmus haud ita pridem fœdaſſet, maluerunt obſcuriori confeſſione ipſum placare, quem clariori, tantum ſibi ab eo periculum creare. Inter *Baſilium* & ipſos vix aliud apparet diſcrimen, quam quod is ex ſola charitate, *Eunomianorum* ſe imbecillitati accommodans conſulto ab illa voce *Deus* abſtineret, ne offenderet, eſſetque impedimento, ne illi accederent ad fidem; illi autem velut cedentes tyranno Sextam Synodum inſectanti, præſcriptas ab ea voces omiſere, iis utentes, quibus antea *Leo* rem eandem expreſſerat, & quarum ſanum ſeorſum Synodus Lateranenſis expoſuerat. Illic ergo charitas, hic neceſſitas; at neque hic deeſt charitas, in eos nimirum, quos tam multos ac innumerabiles adducendos viderent illa tyranni perſuaſione. Ut charitate indulſerit *Baſilius* Eunomianis, etiam indulſerint præfati Epiſcopi infirmioribus Orthodoxis. Nihilo minoris momenti, ut ne Spiritus Sanctus diceretur Deus etiam *Baſilii* ætate, quam ut nec Chriſtus duarum Voluntatum ac Operationum, poſt etiam VI. Synodum: utrumque nimirum negative, ac quadam abſtractione, non velut contrarie.

VII. Combefiſius refert ibidem *Confeſſionem fidei* An-

VIII. Hoc eodem anno eſſe defunctum Aripertum Regem Longobardorum, habet Francorum Chronicon ad leges Salicas antiquitus ſcriptas additum: ex quo dicendum eſt, non annos duodecim regnaſſe (ut Paulus diaconus tradit) ſed tantum octo; porro idem hæc de ipſo ait: (a) *Fuit Aripertus quoque vir pius, eleemoſynis deditus, ac juſtitiæ amator.* Et Paulo inferius: *Poſt Ariperti funus Anſprandus Longobardorum regno potitus, tres menſes ſolummodo regnavit, vir per omnia egregius, & cujus ſapientiæ rari æquandi ſunt. Cernentes Longobardi hujus interitum, Luithprandum ejus filium, in regali conſtituunt ſolio.* Quod factum tradit adhuc Joannis ſuperſtite parente, qui ubi id accepit, defunctus eſt.

(a) Paulus diac. lib. 6. c. 35.

Obitus Ariperti Rex Longob.

Luitprandus Longob. Rex. Poſt Aripertum igitur, & defunctum eodem (ut dictum eſt) anno Anſprandum, cum regnaſſet tantum tres menſes, ejus filius Luithprandus regnare cœpit, tenuitque regnum annos (ut idem teſtatur auctor) triginta unum & ſeptem menſes. Ita Paulus: qui autem ejus regno tantum annos tribuunt vigintiquinque, poſt annos quinque ejus collocant regnum, ſed erroris arguuntur: Error autem inde manaſſe conſpicitur, quod Ariperto tribuunt duodecim annos, quem tantum octo regnaſſe diximus: Cum enim conveniant omnes eum propagaſſe regnum uſque ad annum Domini ſeptingenteſimum quadrageſimumtertium Indictione undecima, plane dicendum erit ipſum auſpicatum eſſe regnum hoc anno, defuncto patre Idibus Junii. Ad redarguendum enim errorem eorum, qui poſt annos quinque ponunt ingreſſum Luithprandi, ſatis ſuperque erit ex ejuſdem Regis edicto de legibus Longobardorum lato anno ſequenti, undecima Indictione, id aſſerere: hæc enim in fine ibi leguntur: *Ob hoc ego in Dei omnipotentis nomine Luitprandus excellentiſſimus, Chriſtianus, & Catholicus Deo dilectæ gentis Longobardorum Rex, anno (Deo propitio) primo pridie Kal. Martias, Indictione undecima, una cum omnibus Judicibus &c.* Hæc ibi: ſatiſque ad certam temporis rationem elucidandam, qua ſi caret hiſtoria, neceſſe ſit multiplicibus erroribus abundare, & difficultatibus præpediri. Unde & corrigas quod habet Oldradus in epiſtola ad Carolum Magnum inchoaſſe regnum Luithprandi anno ſeptingenteſimo decimo: nam & in eam numeri notam errorem oportuit irrepſiſſe.

De tempore Regni Luit. arguuntur aliorum errores.

IX. Conſtat etiam ipſum hoc primo regni ſui anno confirmaſſe donationem Alpium Cottiarum ab Ariperto factam Eccleſiæ Romanæ, ut habet idem Oldradus Epiſcopus Mediolanenſis in epiſtola ad Carolum Magnum Imperatorem his verbis: *Primo regni ſui anno donationem, quam beato Petro Aripertus Rex donaverat, confirmavit, ſcilicet Alpes Cottias, in quibus Janua eſt, & quicquid ab ea Alpes uſque ad Galliarum fines continebant.* Hæc ipſe.

IX. Confirmata donatio facta Romanæ Eccl.

X. Mortuo igitur (ut dictum eſt) Ariperto hoc anno, qui truſus in exilium fuerat Petrus Regis conſanguineus, qui poſtea creatus fuit Epiſcopus Ticinenſis, poſtlimi-

X. Petrus Epiſcopus Ticinenſis prænunciatus a Martyre.

PAGIUS *Andrea Cretenſi* Jambicis Verſibus compoſitam, cujus hic eſt titulus; *Andreæ Sanctiſſimi Archiepiſcopi Cretæ, Jambi ſcripti ad Sanctiſſimum Agathonem Archidiaconum ac Cuſtodem Librorum Sanctiſſimæ hujus Magnæ Dei Eccleſiæ* (nempe Conſtantinopolitanæ), *quando Librum hunc* (Perorationem ſcilicet ejuſdem Agathonis) *accipiens tranſcripſit, ac iterum remiſit.* Sunt Jambi illi haud levi argumento, ut nihil *Andreas Cretenſis*, ex animo ſaltem, peccaverit in Sextam Synodum. Habetur enim illis accurata œconomiæ confeſſio, qualem ediderunt Synodi, Chalcedonenſis, atque hæc Conſtantinopolitana, nulla prorſus labe Eutychianiſmi aut Monotheliſmi, ſed utriuſque expreſſa refutatione, qualem exigere poterant hujuſmodi tempora, cum tanquam ſymbolo diſtinguerentur hæretici ab Orthodoxis, quod hi Oeconomiam perfectam nullo naturarum defectu prædicarent, ipſi autem naturas interimerent, aut certe alteram ab altera velut abſumi, ut non proprie quicquam operaretur, ſolam habens relictam paſſionem, dicerent, ut in Notis ad illos Jambos Græce ſcriptos obſervat Combefiſius, quem in expoſitione hujus Synodi Conſtantinopolitanæ ſequendum potius exiſtimo, quam doctiſſimum Cardinalem Baronium, qui neque laudatam Joannis Patriarchæ ad Conſtantinum Summum Pontificem Epiſtolam, neque Hiſtoriam Nicephori, neque Theophanis Chronicon viderat; aut Henſchenium in Vita Sancti Germani Patriarchæ Conſtantinop. qui credit, narrata a Nicephoro & Theophane locis citatis, falſa omnino eſſe, *& ex ſubdolis hæreticorum chartis* excerpta. Sicut enim durum eſt, *Joannem*, ejuſque cooperatores, poſtquam hujus Epiſtola in lucem prodiit, hæreſeos damnare; ita & *Nicephorum* ac *Theophanem* Viros Sanctiſſimos, tam quoad ſubſtantiam, quam quoad circumſtantias rei tanti momenti falſi arguere.

Oeconomia Andreæ Cretenſis.

Ad num. VIII. & ſeq. Sigebertus in Chronico ad annum DCCX. ait: *Anſprandus cum Bajoariis Italiam repetit; cum Ariperth confligit, eoque fugiente, & in fluvium demerſo, Regnum Langobardorum recipit: Anſprando poſt tres menſes mortuo, Luitprandus filius ejus regnat annis XXXII.* Eadem habet Paulus Diaconus lib. 6. cap. 35. qui addit: *Poſtquam Anſprandus apud Bajoariam jam novem expletos annis exulaſſet, promoto tandem Theudeberto decimo anno, veniſſe in Italiam, & Aripertum viciſſe.* Quare cum annus primus Tetrarchiæ *Theodeberti* in parte Bavariæ cum anno primo fugæ *Anſprandi*, & nonus expletus fugæ ejuſdem Anſprandi cum anno X. jam provectus Theodeberti Tetrarchæ concurrant, hic ineunte anno DCCII. Tetrarcha dictus eſt, & ſub ejuſdem anni Chriſti finem *Anſprandus* in Bajoariam fugerat; alioquin decimus jam promotus *Theodeberti* non poſſet convenire in annum IX. jam expletum fugæ Anſprandi, ut numeranti liquet. Præterea prælium iſtud currenti anno commiſ-

VIII. Luitprandus fit Rex Langobardorum.

ſum,

Digitized by Google

(a) Paulus diac. l. 6. c. ult.

miulo rediit: de quo iſta Paulus ſubdit: (a) *Eo quoque tempore floruit vita vel actibus Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopus Petrus, qui quia Regis erat conſanguineus, ab*

PAGIUS

ſum, & *Anſprandus* eodem anno ſupremam diem ubiit, poſtquam menſes tres regnaſſet, & jam *Aripertbus* periiſſet. *Luitprandum* vero anno præſenti Langobardorum Regnum iniiſſe conſtat ex Charta a Margarino in Tomo II. Bullarii Caſinenſis pag. 3. recitata, quæ dicitur data *anno Regni ejus nono decimo, die Kalendarum Decemb. Indictione XII.* qua an. DCCXXXI. a Kal. Septembris notatur. [s] Quare hoc anno Langobardis præeſſe cœpit *Luitprandus*: quo etiam *Aripertbum* demortuum teſtantur Hermannus Contractus tam juxta editionem Piſtorii quam Caniſii, & Annaliſtæ, tam Nazarianus quam Petavianus. Regnavit Aripertbus *annos duodecim*, anno uno ſcilicet cum *Ragumberto* patre, & undecim ſolus ut teſtatur Paulus Diaconus citatus, qui anni incompleti intelligendi ſunt. Baronius, qui initium *Luitprandi* cum hoc Chriſti anno accurate conſignat, perperam dicit, Paulum hallucinatum & *Aripertbum*, non annos XII. ſed tantum VIII. regnaſſe. Nam non animadvertit Annaliſta doctiſſimus, Paulum *Ariperthi* ſeu *Ariberthi* initium ab anno DCCI. quo cum *Ragumbertho* patre regnare cœpit, arceſſere; annos incompletos pro integris numeraſſe; ſeque præcedentium Langobardorum Regum annos emortuales prævertiſſe, quod conſtat ex initio Luitprandi, certo & indubitato; ex quo proinde antecedentium Langobardorum Regum Chronotaxis ſtatuenda. Quoad Epiſtolam *Petri Oldradi* Epiſcopi Mediolanenſis hic a Baronio memoratam eam ſuppoſititiam eſſe anno DCCXXV. num. II. monſtrabimus.

IX. *Muza Dux Arabs de Hiſpaniis victoria.*

Arabes Hiſpaniarum victores potentiam ſuam in eo Regno magis ſtabiliunt. *Muza*, inquit Toletanus lib. 3. cap. 23. *filius Azair*, legendum, Annoſair (*anno prædicto*, Hegiræ XCIII.) *menſe Ramadan, audiens magnalia, quæ Tarek Princeps exercitus ſui exercuerat in Hiſpanos, familiaris zeli ductus invidia in Hiſpanias transfretavit, ducens ſecum plusquam XII. millia bellatorum.* Quare cum teſte Toletano auditis victoriis Tareki *Muza* in Hiſpaniam ex Africa transfretarit anno Hegiræ XCIII. menſe Ramadan; profecto *Tarekus* non vicit Gothos, & Rodericum Regem, eodem anno Hegiræ XCIII. menſe Schawl, qui Ramadanem ſequitur: nec ſcribere potuit Rodericus, Gothos bis fuiſſe prælio victos a Tareko, Regemque Rodericum periiſſe anno Hegiræ XCIII, ſed ſcripſit *anno XCII.* ut optime ſuper ora libri legendum eſſe monuerunt curatores ultimæ editionis Francofurdienſis. *Muzam* autem hoc anno Hegiræ XCIII. transfretaſſe in Hiſpaniam teſtantur Novveirius, & alii Chronographi Arabes MSS. qui cum Roderico Toletano in omnibus conveniunt, eademque prorſus narrant, ſcilicet *Muzam* via, qua *Tarekus* iverat, progredi noluiſſe, ſed aliam elegiſſe, ut Civitates, quæ adhuc liberæ remanſerant, ſubigeret. Expugnavit itaque Muza Medinatſidonam (Medina) Sidonia, Carmonam, & Hiſpalim Bœthicæ Metropolim: *Hanc Hiſpalim*, inquit Rodericus, *cum Muza aliquando obſediſſet, Chriſtiani .... aufugerunt. Ipſe autem captam Hiſpalim de Judæis & Arabibus populavit, & inde Begam occupavit.*

X. *Annum primum captæ a Mauris Hiſpaniæ a præſenti aliqui deducunt.*

Ab hoc *Muzæ* adventu nonnulli Veteres Epocham ingreſſus Arabum & Hiſpaniæ devictæ deducunt, quam alii ſumunt ab anno præcedenti, quo *Tarekus* transfretavit ex Africa in Europam, & paulo poſt exercitum Gothorum delevit in prælio Guadaletenſe. Hanc poſteriorem numerandi annos ab Hiſpania capta a Saracenis rationem ſervat Anaſtaſius, ſeu verius alius Anaſtaſio vetuſtior Scriptor Vitæ Gregorii II. Papæ: *Eodem tempore*, inquit, *nefanda Agarenorum gens cum jam Hiſpaniarum Provinciam per decem tenerent annos pervaſam* (ab anno

NOTÆ [s] Mirum eſt Pagium, turpiter adeo lapſum fuiſſe, ut anno 732. tribuerit chartam ſignatam Luitprandi anno decimo nono die Kalendarum Decembris indictione XII. hæc enim aperte prodiit annum 728. cujus ſeptembri fluere indictio illa cœperat. Sed ita correctam mendoſam eſſe patet; cum annus Luitprandi decimus nonus anno 732. cœptus, concurrerit cum anno 730. ſeu 731. Melius igitur exordio Regni Luitprandi heic anno illigando valent tria ejus Diplomata a Cl. Saxio in Not. ad Regnum Ital. Sigonii novæ editionis t. 2. col. 255. producta. Horum primum conſignatur anno regni ejus (Luitprandi) *XXIII. tertio Kalendas Februarii Indict. III.* quæ annum indicant 735. ac perſpicue ad annum 712. nos adducunt. Alterum vero datum eſt anno regni ejuſdem nono *die XII. Maii indictione IV.* ideſt 721. ex quo idem quod prius conficitur. Tertium tandem præfert annum *regni ejus XIII. octavo Idus Junii, Indictione VIII.* ideſt 725. ex quo fit ut idem ac prius ſtatuas. Ex hoc autem conficitur Diploma illud Luitprandi a Mabillonio productum, de quo Pagius ad annum 715. n. 5. datum IV. Nonas Aprilis indictione X. Regni Luitprandi I. falſas præferre temporis notas, cum ex diplomatibus jam relatis exploratum ſit, Luitprandi regnum illud nonniſi poſt octavo Idus Junii anni 712. cœpiſſe. Anno vero eodem 712. Julio menſe jam regnabat, ut probat carta venditionis, quam inter excerpta Archivii Piſani producit Muratorius Antiquit. Ital. t. III. col. 1006. Signatur enim illa. *Regnante Luitprandi vir excellentiſſimo Rege anno nonodecimo menſe Julio indictione tertiadecima*, quæ annum ſecunt 730. ex anno 712. ante diem illam Julii deductum. Verum Aſprandi annum emortualem, adeoque & Luitprandi ſucceſſoris exordium accuratius definiri poſſe cenſeo ex ejus Epitaphio quod Papiæ poſitum recitatur a P. Romualdo a S. Maria Auguſtiniano excalceato in opere Flavia Papia Sacra par. 4. pag. 50. in hanc ſententiam.

ASPANDVS HONESTVS MORIEVS PRVDENTIA POLLENS,
SAPIENS, HONESTVS, PATIENS, SERMONE FACVNDVS,
SINGVLIS PROMERAT CASTO DE PECTORE VERBA;
CVIVS AD ÆTHEREVM SPIRITVS DVM PERGERET AXEM,
POST QVINOS VNDECIES VITÆ SVÆ CIRCITER ANNOS,
APICEM RELIQVIT REGNI PRÆSTANTISSIMO NATO
LYVTHPRANDO INCLITO, ET GVBERNACVLA GENTIS.
Datum Papia die Iduum Junii indictione decima.
Hoc nempe anno 712. MANSI

ab Ariperto quondam Rege apud Spoletum exelſo fuerat retruſus. Huic beati martyris Sabini Eccleſiam frequentanti, idem venerabilis martyr prænunciavit, quod Epiſcopus apud Ticinum futurus eſſet. Qui poſtea, cum id fuiſſet factum, baſilicam ei-

PAGIUS no Chriſti DCCXI.) *undecimo anno* (inchoato) *Rhodanum conabantur fluvium tranſire ad Francias occupandum, ubi Eudo præerat, qui factu Francorum* (Aquitanorum) *generali motione contra Saracenos, eos circumdantes interfecerunt.* Vicit autem Saracenos Eudo anno DCCXXI. ſub Gregorio II. Pontifice Romano, vetuſtiſſimis Annalibus en Codice Petaviano apud Ducheſnium Tomo II. editis id expreſſe teſtantibus, his verbis: *DCCXXI. expugnavit Eudo Saracenos dextera ſua*, & vetuſtiſſimis etiam Annalibus Sancti Nazarii ad Rhenum apud eundem Tomo III. pariter id aſſerentibus, his verbis: *DCCXXI. ejecit Heudo Sarcinos de Equitania.* Paulus Diaconus lib. 6. Hiſt. Langob. capit. 47. ſcribit Saracenos poſt decem annos ab invaſis Hiſpaniis fuiſſe victos ab Eudone; ſed Langobardus iſte, qui in Hiſtoria noſtra Gallica cæcutiebat, ſummo errore confundit victoriam *Eudonis* cum prælio Pictavienſi, in quo fuſi & victi fuere Saraceni anno DCCXXXII. a Caroto Martello, non ab Eudone.

XI. *Eadem Epocha utitur Auctor Chronici Moiſſiacenſis.* Ab adventu *Muzæ* in Hiſpaniam annos ingreſſus Arabum & Hiſpaniæ captæ deſumit vetus Chronicon Moiſſiacenſe apud Ducheſnium Tomo III. pag. 136. aſſerit enim Saracenos, Duce Fama in Galliam Narbonenſem irrupiſſe *anno IX. poſtquam Spaniam ingreſſi ſunt.* At, ut anni IX. etiam completi in annum Chriſti DCCXXI. deſinant, inchoandi ſunt ſaltem a currenti anno.

XII. *Emerita a Saracenis capta.* Rodericus narrat, *Muzam* obſediſſe *Emeritam Auguſtam*, olim Luſitaniæ Metropolim, cujus incolæ *Arabibus reſtiterunt*, Urbemque ſuam animoſe & fortiter propugnarunt. Sed cum Emeritenſium turba copioſa ab Urbe irrupiſſet in hoſtes, iſti ex inſidiis collocatis in lapidicinis, ubi delitescebant, de repente conſurgentes, intra muros ſe recipere Chriſtiani coacti ſunt, & mox deditionem fecere, *interpoſito tamen pacto*, ait Rodericus, *ut ſalvis rebus recederent & perſonis. Cepit itaque villam* (Civitatem Emeritam Muza) *anno Arabum XCIV. ultimo die menſis Ramadan.* Sed legendum XCIII. nam Emeritam paulo poſt adventum Muzæ captam fuiſſe, teſtimonio Noweirii & aliorum Chronographorum Arabum certum eſt, & ex ipſomet Roderico colligitur. Ultimus Ramadani dies incidebat hoc Chriſti anno in diem X. Jul. cœperat enim hic menſis die XI. Junii noſtri.

XIII. *Alia Oppida a Saracenis occupata.* *Dum hæc fierent*, inquit Toletanus, *Chriſtiani de Eleplu & Beja, & aliis partibus inſurgentes Hiſpalim adierunt, & Urbis præſidium occupantes, plures ex Arabibus, quos Muza reliquerat, occiderunt, ceteri qui evadere potuerunt, ad Emeritam, quam Muza ceperat, confugerunt. Tunc Muza filium ſuum Abdulaziz* (quem ſibi collegam ſociaverat) *miſit Hiſpalim cum exercitu copioſo, qui veniens Urbem illico occupavit, & Chriſtianos, qui cædem egerant, interfecit, Eleplum etiam occiſis incolis occupavit. Muza autem . . . ivit . . . Toletum, ubi Tarik . . . reſidebat. Et juxta rivum, qui Teitar dicitur . . . convenerunt. Muza Tarik redarguit indignanter, eo quod, licet feliciter, mandatum præterierat in præliis, & Toletum pariter venientes . . . . de theſauris exquiſivit* (a Tareko) *exactiſſime rationem . . .* Addit Novveirius Muzam Toletum veniſſe *menſe Schawal*, ſeu ſequenti a capta Emerita. Pergit Toletanus: *venientes ambo* (Muza & Tarek) *Cæſaraugustam, ipſam & Civitates alias, & plures Oppida Carpetaniæ & Celtiberiæ occupavit.* Subiungit Novveirius Muzam capta Cæſarauguſta, totaque hac Hiſpaniæ parte ſubacta, uſque in Galliam penetraſſe.

Dum expeditioni huic totus incumbit Muza, *Pelagius* quidam genere Gothus in montibus Aſturiis rebellat: *quod cum audiſſet Tarek, qui Corduba reſidebat*, inquit Rodericus cap. 1. *Alchamam Principem militiæ contra Pelagium deſtinavit, & Oppam Epiſcopum Hiſpalenſem filium Egicæ, ut Pelagium ad obediendum ſibi monitis ſuaderet.* Tum cap. ſequenti narrat Rodericus, quomodo *Pelagius* qui ſe in caveam receperat, Saracenos Divino fretus auxilio ſuderit in latere montis *Auſeva*, & in rupe *Deva* fluvio imminente; quomodo etiam in Aſturicenſi Provincia *Alchamam* cum multis Saracenis interfecerit, *Oppamque* Epiſcopum ceperit. Addit cap. 4. Munuzam, *qui Civitati Gegioni maritimæ & Aſturiis præſidebat* (pro Saracenis) *fuga ſe periculo commiſiſſe, ſed ab Aſturibus in vico, qui Olalies dicitur fuiſſe captum & interfectum.* Quod accidit anno Hegiræ ineunte XCIV. Quare recte Santius Hiſt. Hiſp. cap. 2. aſſerit, *Pelagium* regnare cœpiſſe anno Domini ſeptingenteſimo duodecimo. Sed Baronius ſecutus eſt Tudenſem, qui Pelagii Aſturum Regis initium differt in annum Chriſti DCCXVIII. ut ibidem num. IV. & ſeq. videre eſt. Idem habet Mariana lib. 7. de Reb. Hiſp. cap. 1. XIV. *Pelagius Rex Aſturum renunciatur.*

Sed juvat hanc Chriſtianorum victoriam Alphonſi Magni Regis Legionenſis hujus nominis III. verbis referre. Continuavit *is* Chronicon Iſidori Epiſcopi Pacenſis, a temporibus Pelagii Regis uſque ad Ordonii I. Regis obitum, & ejus Narrationem Sandovallius Pampelonenſis Epiſcopus publicavit: *Filii VVitiza*, inquit, *immoderata invidia, ob ſui patris Regno exilium ducti, & ipſius Dominationem Ruderici, ſua machinantes conſilia calliditatis, in ſubverſionem Regni ad Africam mittunt; per ſaltores ſuos vocant Saracenos, eoſque advectos navigio Hiſpaniam inducunt, ſicut ſuperius legimus.* Intelligit Hiſtoriam Iſidori, eamque, uti exiſtimo, integram a ſe continuatam, ſed nunc deperditam; Epitome enim quæ ſupereſt hac de re obſcure & ſtrictim loquitur. Subdit Alphonſus Magnus Saracenos adverſus Pelagium miſiſſe *per Alcamanem Ducem, qui & ipſe cum Taref in Hiſpania irruptionem fecerat* (non inde tamen ſequitur, ut Rodericus Toletanus perperam credidit, Tarikum adhuc tunc in Hiſpania fuiſſe) *& Oppanem Hiſpalenſis Sedis Metropolitanum Epiſcopum, filium VVitezani Regis* (fallitur Alphonſus M. Oppas enim frater erat Witizæ filii Egicæ, uti Iſidorus Pacenſis aſſerit), *ob cujus fraudem Gothi perierunt*, veroſimile eſt hunc perditiſſimum Virum nepotes ſuos Witizæ filios ad hanc proditionem impuliſſe; quia Principes iſti adhuc juniores erant, quam ut rem ſimilem attentare auderent: *Aſturias . . . . cum innumerabili exercitu miſerunt. Cumque Pelagius ingreſſum eorum cognovit, in Auſeva ſe contulit in antra; qui vocatur Cova Sancta Maria* (id eſt Covadongam), *ſtatimque cum exercitu circumdedit, & appropinquans ad eum Oppas Archiepiſcopus ſic loquitur, dicens; Scito non latere, frater, qualiter omnis Hiſpania dudum ſub uno regimi-* XV. *Præclara ejus de Saracenis victoria.*

ne

eidem martyri Sabino, in ſolo proprio apud eamdem civitatem conſtruxit. Hic inter reliquas optimæ vitæ quas habuit virtutes, etiam virginitatis flore decoratus enituit: cujus nos aliquod miraculum, quod poſteriori tempore geſtum eſt, in loco proprio ponemus. Hæc Paulus de Petro.

Se-

PAGIUS *ne Gothorum eſſet conſtituta, & omnis Hiſpaniæ exercitus in uno fuiſſet congregatus, Iſmaelitarum non valuit ſuſtinere impetum; quanto magis tu in iſto montis foramine te defendere poteris? Imo audi conſilium meum, & ab hac voluntate animum revoca, ut multis bonis fruaris, & in pace Arabum, omnia, quæ tua ſunt, utaris.*

XVI. *Monas & Promiſſa Oppæ Epiſc. Hiſpalenſis contemnit.* *Ad hæc Pelagius: Nec Arabum amicitiis ſociabor, nec eorum Imperio ſubdebor.... Confidimus enim in Dei miſericordia,* (Iſidorus habet, præſtolantes Dei miſericordiam) *quod ab iſto modico monticulo, quem conſpicis, ſit Hiſpaniæ ſalus, & Gothorum gentis exercitus reparatio.... Ejus miſericordiam in recuperatione Eccleſiæ, ſeu Gentis & Regni, venturam expectamus, unde hanc multitudinem Paganorum ſpernimus, & minime pertimeſcimus. Tunc converſus nefandus Archiepiſcopus ad exercitum ſic dixit, properate, & pugnate, quia niſi per gladii vindictam non habebitis, cum eo pacis fœdera. Statimque arma aſſumunt, & prœlium committunt.... Egreſſi fideles ex Cova ad pugnam, Caldæi ſtatim verſi ſunt in fugam, & in duabus diviſi ſunt turmis: ibique ſtatim Oppa Archiepiſcopus eſt comprehenſus & Alcamam interfectus.* Eamdem rem narrat Rodericus Toletanus lib. 4. cap. 2. anno non memorato. Idem etiam habet Vaſæus in Chronico ad annum DCCXVIII. quia is Auctor in notatione annorum parum accuratus fuit. Porro Chronicon Alphonſi Regis cognomento Magni, quod adjudicatum fuit Sebaſtiano Epiſcopo Salmanticenſi, genuino parenti reſtituit Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpana Veteri lib. 6. cap. 10. quod jam viderant Mariana, Tamaios & Joſephus Pellizerius ab eo laudati, & vel ſola Epiſtola dedicatoria his verbis concepta, *Adephonſus Rex Sebaſtiano noſtro ſalutem*, demonſtrat, oſtenditque Chronicon illud Sebaſtiano quidem dicatum fuiſſe, ſed hunc ejus Auctorem non eſſe.

Anno DCCCLXXVII. celebratum Concilium Ovetenſe, in quo quia *incurſione gentilis extra Aſturiarum montes*, aliqui Præſules a ſuis Sedibus pulſi, alii vero *nimium inquietati fuerant*, viginti duo Epiſcopi Regni Aſturiarum Epiſcopo Ovetenſi Metropolitæ tunc declarato ſubjecti ſunt, ita ut Epiſcopi, inquiunt Patres, *in Bracara, in Tude, in Dumio, in Iria, in Conimbria, in Aquas calidas, in Viſeo, in Lamego, in Caleneſ, in Portugale, in Britonia, in Aurienſe, in Britonia, in Aſtorica, in ambas Legiones, quæ ſunt una Sedes, in Palentia, in Auca, in Saxomone, in Segovia, in Oxoma, in Avila, in Salmantica, ſubditi ſint Eccleſiæ Ovetenſi Salvatoris noſtri I. C. qui pacificavit omnia ex Patre genitus ante ſecula, qui ipſum locum muro firmiſſimo, montium videlicet munimine vallavit, & ante ſecula ad fidelium ſalvationem præſcivit, quos per ſervum ſuum* PELAGIUM *liberavit.* De Concilio Ovetenſi an. DCCCLXXXII. diſſeremus. Notabis obiter Regnum Aſturiarum in ſuo principio valde anguſtum, Concilii Ovetenſis tempore jam amplum fuiſſe. XVII. *Epiſcopatus XXII. per Aſturias inſtituti.*

I. Philippicus Imp. eiicitur.

SEquitur annus Domini ſeptingenteſimus decimustertius, Indictione undecima, quo Philippicus Imperator, ubi annum & ſex menſes in Imperio habuiſſet, tenus & excæcatus eiicitur in exilium. Hæc quidem de tempore Imperatoris Philippici, nempe quod uno tantum anno & menſibus ſex regnerit, teſtatur Paulus (a) diaconus, res ſui temporis ſcribens: ex quo corrigas eos, qui ipſum annos duos & menſes aliquot exegiſſe in Imperio tradiderunt, ut inter alios Theophanes atque Zonaras. Porro, quod habet Paulus, confirmant Acta publica, quæ paulo poſt recitaturi ſumus. Quod autem ad rerum geſtarum ſeriem pertinet: quomodo hæc ſe habuerint, ex Græcorum Annalibus referemus. Qui enim factus Imperator in divina auſus eſt manus iniicere, ſibique etiam Eccleſiæ imperium arrogavit, ut pro animi arbitrio fidei Orthodoxæ decreta mutaret; ex inſperato ſenſit in ſe immiſſam deſuper ultionem. Quando enim, abrogata penitus Sexta Synodo, longævæ ab impoſtore promiſſæ in Imperio vitæ ſecurum ſe eſſe poſſeſſorem exiſtimavit, ob Imperio miſer continuo ſe excidiſſe cognovit ipſo Imperio luceque privatus. Sed quomodo id acciderit, ex Theophane hic reddamus,

(a) Paulus diac. hiſt. Longob. l. 6. c. 11. & nov. edit. c. 34.

II. *Biennio*, inquit, *Imperii Philippici tranſacto, circoque natalitio cum Praſini viciſſent, viſum eſt Imperatori, ſabbata Pentecoſtes equitem cum ſuſceptione ac organis ingredi, & lavari in publico balneo Zeuxippi, & cum civibus proſapiæ antiquæ prandere. Cum autem meridie requieſceret, repente ad Auream portam introivit Rufus primus ſtratorum obſequii, cognomento Buramphi, & Theodorus Patricius Myancii cum taxatis, quos habebat in Thracia thematis ſui; & feſtinans in Palatium, invenit Philippicum meridie quieſcentem, & comprehenſum eumduxit ſurſum in oratorium Praſinorum, & illic ejus oculos eruit, nullo ſciente. In craſtinum autem, id eſt, Pentecoſte, coacervata in magna eccleſia populo, coronatus eſt Artemius a ſecretis, dictus, mutato nomine, Anaſtaſius. Sabbato vero poſt Pentecoſten oculis privatus eſt Theodorus Myancii, & ſecundo ſabbato id ipſum pertulit Gregorius Buramphus, & in exilium miſſi ſunt apud Teſſalonicem.* Hucuſque Theophanes, & alii tum Græci, tum Latini eidem conſentientes. — Anaſtaſius Imp.

III. Anaſtaſius Imp. ſcribit ad Rom. Pontificem.

Sublato igitur hæretico Imperatore, qui Orthodoxæ fidei cultor in locum ejus ſubrogatus eſt, nihil antiquius habuit, quam ſe fidei Catholicæ profeſſorem eſſe, publicis ſcriptis editis declarare, deque his reddere certiorem Romanum Pontificem, ad quem ſuæ profeſſionis fidei literas ſcripſit, mittens eas per Scholaſticum cubicularium Patricium, quem in Italiam miſit Exarchum. De his enim habet iſte Anaſtaſius in Conſtantino his verbis? *Non poſt multos autem dies ſcripta venere a Sicilienſi inſula, qua nunciaverunt, quod Philippicus hæreticus a principali vertice depulſus eſſet, & Anaſtaſius Orthodoxus Auguſtus ſceptra regalia gubernanda ſuſcepiſſet. Tunc Orthodoxis exultatio magna, tenebrarum autem dies cunctis hæreticis ſuperfuſa eſt, Poſt aliquod vero tempus Scholaſticus cubicularius Patricius, & Exarchus Italiæ veniens Romam, detulit ſacram Sacram Anaſtaſii Principis, per quam vere ſe Orthodoxæ fidei prædicatorem, & ſancti Sexti Concilii confeſſorem eſſe omnibus declaravit: quam & Pontifici obtulit, & ita perrexit Ravennam. Dum autem hæc agerentur, obtinuit Petrus ſupradictus ducatum Urbis, promittens quod nequaquam ultra Romanis adverſari niteretur.* Hucuſque Anaſtaſius.

IV. Inter hæc autem Conſtantinus Papa cum audiſſet Catholicum in Oriente regnare Imperatorem, a quo & Orthodoxam profeſſionem fidei per Exarchum miſſam acce-

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLI. Anno Hegiræ XCV. inchoato die 23. Septemb. fer. 3. A.C. 713. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6206.

☉ 22. A. ☽ 12. P. 16. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 713.

CONSTANTINI PAPÆ 6.

ANASTASII IMP. 1.

AD num. I. & II. Agatho Diaconus, poſtquam de Philippico narravit, quæ ex ejus Peroratione anno DCCXI. retulimus, ſtatim ſubjungit: *Cum hæc porro per biennium violenter ab eo, iiſque patrarentur, quos ſtudiorum ac ſententiæ ejuſdem haberet ſocios; cum utique digne commiſſis, divina citius ultio excepit ac peremit; vel ea imprimis de cauſa, quod omni crebro impudentia, in ſacra feminarum Monaſteria, aliaſque Dei obſequio addictas ac ſacras perſonas, nefaria turpiaque aggreſſus, agitanſque plurimas immenſaſque pecunias ſub Juſtiniano congregatas, atque in Palatio repoſitas, id generis facinoribus diſſipaſſet, ac conſumpſiſſet. Ipſo ſiquidem Sanctæ Pentecoſtes Sabbato, undecima Indictione, ſubito circa veſperam, inſurgente in eum ex improviſo exercitu in Thracia conferto, ac propter vicina gentis Unnogurorum Bulgarorum continuam id temporis, ac ejus cauſa, ob pacta violata, irruptionem, plurimis Chriſtianis Thraciæ incolis,* — Philippicus Imperio exturbatur.

qua

cepiſſet: eumdem in Catholicam communicationem acceptum, in Album Orthodoxorum Imperatorum, quo pro eo univerſa Eccleſia exoraret, referri voluit: ad quem etiam ex more miſit pro reſponſis Eccleſiaſticis Michaelem presbyterum Cardinalem Apocriſarium. Conſtant hæc omnia ex Theophane. Pernecessaria ejuſmodi eſſe videbatur legatio, ut Conſtantinopoli eſſet, qui auctoritate Apoſtolicæ ſedis lapſos Epiſcopos pœnitentes Catholicæ conciliaret Eccleſiæ; quorum maximum fuiſſe numerum, quæ anno ſuperiori ſunt dicta, ſignificant. Quod enim ferme omnes nonnisi timore concuſſi conſenſerant in Sextæ Synodi damnationem, perfacilis fuit eorum reſipiſcentia, gaudentibus cunctis ſublatum eſſe tyrannum, qui ipſos coegiſſet turpiter adeo a Catholica fide deſciſcere. His omnibus naufragis per ſuum Apocriſarium manum porrigens Conſtantinus, quam citius ſubvenire curavit.

Apocriſarius mittitur Conſtantinopolim.

V. Jam autem (quod polliciti ſumus) intexenda ſunt hic Acta publica per Eccleſiæ notarium conſcripta de curatione virginis arreptitiæ Romæ in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ ad Aquas Salvias: ex quibus cum multa alia, tum illud potiſſimum conſequaris, ut certum tempus diſcas, quo Philippicus excidit ab Imperio, & in locum ejus ſubrogatus eſt Artemius, qui & Anaſtaſius. Contigerunt autem iſta de virgine arreptitia hoc anno, menſa Octobri, inchoata jam a menſe Septembri duodecima Indictione. Eſt ſane mentio in Actione quarta Nicænæ poſterioris Synodi (ut ſuperius dictum eſt) de capite, & imagine S. Anaſtaſii martyris Romam delatis, & ad Aquas Salvias collocatis, teſtante pariter ibi Joanne Epiſcopo Tauromeniæ in Sicilia, ex ea inſula mitti ſolitos Romam arreptos a dæmone ad ejus martyris venerandas reliquias, ut curarentur. Magnam enim a Deo recens martyr virtutem acceperat adverſus dæmones, adeo ut ejus nomen non in Oriente ſolum, ſed & in Occidente celeberrimum eſſet. Quod itaque in more eſſet, ut publicæ curationes a ſanctis in Eccleſia fieri ſolitæ ab Eccleſiæ notariis ſcriberentur, conficerenturque libelli, qui publice in eccleſia legerentur (prout ſæpe ſuperius ex S. Auguſtino & aliis contigit demonſtrari) iidemque inter alia acta publica in earumdem eccleſiarum archivis aſſervarentur; quem ex iis unum hactenus conſervatum invenimus in bibliotheca Vallicellana, poſitum velut appendicem ad vitam ejuſdem ſancti martyris Anaſtaſii, hic tibi putavimus deſcribendum, ea potiſſimum (ut diximus) ratione, ut temporis Philippici Imperatoris certa ratio habeatur ad redarguendum illos, qui non duos tantum annos, ſed & aliquot etiam menſes poſt duos annos eum vixiſſe in Imperio tradiderunt; cum ex iiſdem Actis, ſecundum quod Paulus diaconus habet, reperiatur, non exceſſiſſe annum unum & menſes ſex. Acta autem ipſa ita ſe habent:

Acta publica de miraculis confici ſolita.

VI. *Imperante domino noſtro piiſſimo perpetuo Auguſto Anaſtaſio Magno Imperatore anno primo, & poſt Conſulatum ejuſdem ſerenitatis anno primo, temporibus ſanctiſſimi & beatiſſimi, & Apoſtolici ſummique Pontificis Conſtantini Papæ urbis Romæ, Epiſcopus Theopentus nomine, natione Syrus, de civitate quæ appellatur Conſtantia, ante hos modicos annos veniens in hanc civitatem Romanam, filiam unicam, quam ſecum duxit, miſit in monaſterio ad diſcendas ſacras litteras. Quæ cum erudita eſſet in canticis & hymnis & lectionibus, vultu decora a multis in matrimonium petebatur: erat enim, & dives valde. Quod conſiderans venerabilis Epiſcopus pater ejus, eam Deo afferens, conſecravit in monaſterio ſancti Caſſiani inter ancillas Dei, & reliquam ſubſtantiam ejus erogavit pauperibus in diverſa loca pia.*

De Theopento Epiſcopo.

VII. *Accidit autem, ut poſtquam impleſſet puella in monaſterio menſes decem & octo, ille invidus hoſtis antiquus humani generis immiſerit ſe in puellam, & cœperit eam vexare, & ſtimulare. Et cum multi apud ſuum offerrent ut facerent filacteria ad ejiciendum dæmonem, ipſe nullo pacto acquievit; ſed precibus, & lacrymis ad Deum converſus, in ipſo habebat fiduciam, & ab ipſo petebat auxilium, dicens: Surgam, & ibo ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ad ſanctum martyrem ejus Anaſtaſium, qui poteſt curare meam filiam a dæ-*

De virgine ſacra arreptitia.

PAGIUS *qua captivis, qua jugulatis, ſeditionem movente; comprehenſus ipſe ſemibarbarus tyrannus, ac Imperio pulſus dejectuſque, confeſtim orbatus oculis, reliquum deinceps inſipientis ipſius cordis tempus, juxta Pſalmiſtam in tenebris ambulans: ſequenti vero, ipſa Sancta Pentecoſtes die, Sanctiſſimi ac Vivifici Spiritus illuſtrante gratia ac adventu, renunciatur Imperator Vir Pius ac Orthodoxus, nomine Philartemius, mutato nomine Anaſtaſius appellatus, eorum prius acceuſus Ordini, qui erant a Secretis; communi quodam ſuffragio ac approbatione, cum Sacri Senatus, ac Eccleſiaſtici totius Ordinis, tum Chriſti amantium militum in Urbe præſentium, Civiumque univerſorum, primum acclamatus in Sanctiſſima Dei Catholica & Apoſtolica Magna Dei Eccleſia, tumque a Pontifice ac Patriarcha Joanne coronatus in Sancto ac Perventrabili Altaris ſepto, una palam cum eo, ac clara voce prædicantibus, ac profitentibus univerſis, qui aderant, Sanctiſſimis Epiſcopis, ac ſacro Clero, præfatam Sanctam, ac Oecumenicam Sextam Synodum, plurimam adhibentibus curam ac ſtudium, quo ubique paci & concordia Sanctiſſimarum Eccleſiarum Dei conſultum eſſet.*

II. Idem narrant Theophanes, Nicephorus in Hiſto-

Digitized by Google

a dæmonis vexatione. Accipiens itaque filiam ſuam habentem ſpiritum immundum, venit in manſionem ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, ubi ſanctus ac beatus Paulus decollatus fuit, in loco, qui appellatur, Ad aquas Salvias, ubi requieſcunt venerabiles reliquiæ martyris Anaſtaſii. Et quia in ipſum monaſterium mulier non ingreditur, intravit Epiſcopus in aliam Eccleſiam juxta monaſterium, dictam baſilicam beati Joannis Baptiſtæ præcurſoris, & una cum eo presbyter & diaconus, poſtulans ab Abbate ejus monaſterii, ut reliquiæ ſancti martyris Anaſtaſii adducerentur in baſilicam ſancti Joannis, & ut omnis congregatio pro ipſa puella genua flecteret, & peteret a Domino noſtro Jeſu Chriſto & a beato martyre Anaſtaſio virginis liberationem.

VIII. Adhibitæ ſacræ reliquiæ ad obiiciendum dæmonem.

Et dum hæc fierent die Kalendarum Octobris iſtius duodecimæ Indictionis, tunc ſunt reliquiæ venerabiles martyris Anaſtaſii (id eſt caput ejus) poſitæ ſuper altare. Petiit inſuper Epiſcopus ab ipſo Abbate, ut ex eo aliquam modicam portiunculam acciperet, & appenderet ad cervicem filiæ ſuæ. Fecit Abbas, & unum dentem acceptum appendit ad collum ejus. Ad conſpectum autem & poſitionem dictarum ſacrarum reliquiarum cæpit dæmon eam vehementius conturbare, jactareque blaſphemias in Chriſti martyrem & ſervos Dei, dicens: Quid me adduxiſtis ad Anaſtaſium cynophagum iſtum? monachus enim erat, ſed dedit corpus ſuum ad cruciandum pro Nazareno. Non poteſtis me eiicere: quia Imperator ſum, habens phalangas, atque patricios. Non eſt qui me poſſit eiicere de corpore iſto. Non me eiiciet Nazarenus: quia illius eſt cælum, meus autem eſt mundus.

IX.

Interrogantibus autem inter alia, quomodo auſus eſſet ingredi in vas Deo conſecratum, ubi & corpus & ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti introivit? Reſpondit: Quidam me conjuravit ut ingrederer in iſtud corpus, & introivi. Inter hæc eiicientes caput beati martyris de paropſide argentea, impoſuerunt ſuper caput puellæ. Tunc clamabat dæmon: Non poteſt me eiicere cynophagus iſte, quia monachus erat, & ego conjurationem accepi per coronam meam, non egreſſurum de hoc corpore. Cum autem thymiama adoleretur, exuſſlabat fumum dæmon, eo quod ſibi male oleret: cumque ab uno ex aſtantibus lutum ejus naribus odorandum offerretur, ſibi odorem illum placere dicebat.

Diabolo male olent ſacra Thymiamata.

Cum autem interrogaretur, quis eum conjuraſſet, ut in puellam ingrederetur; dicere noluit nomen ejus, ſed quomodo id accidiſſet, id profeſſus eſt, dicens: Ille adoleſcens, qui eam in matrimonium poſtulavit, abiit in Siciliam ad quemdam locum, qui dicitur Marathonius, & ibi fecit conjurationem in nomine meo, & ligavit in folia ficus, & tulit ſecum: & dum ambularet iſta ad balneum, jactavit eam ante ipſam viam, ut eam calcaret ligaturam. Illa hora ingreſſus ſum in eam; ſed die illa non eam læſi, neque volutavi: fuit id die ſecunda menſis Auguſti, Indictione undecima. Die autem ſecunda Septembris cæpi cum ea ludere, atque exagitare, & ſimulare.

Quomodo ingreſſus diabolus in puellam.

X. Uſus balneorum haud probatus in virginibus ſacris.

Sic namque ad publica balnea feminæ accedebant, ut tamen ſeorſum lavarentur a viris. Verum neque id probatur a ſanctis in virginibus, eo quod ut puritas & candor virginalis aliquo modo inficeretur, magnum periculum immineret: nam ſanctus Hieronymus in epiſtola ad Lætam (*a*): *Mihi omnino in adulta virgine lavacra diſplicent, quæ ſe ipſam debet erubeſcere, & nudam videre non poſſe.* Et ad Ruſticum (*b*): *Balnearum fomenta non quærat, qui calorem corporis jejuniorum frigore cupit extinguere.* Laudat hinc ipſa Paulam (*c*), quod cum aliis monialibus degens, balneis numquam ſit uſa, niſi periclitans, ac neceſſitate coacta. Sicut enim theatra (quod ait Tertullianus de Spectaculis) loca eſſe ſolerent, ubi pravus dæmon inſideret, ita & balnea. Unde hic meminiſſe oportet, quæ de alia virgine itidem in balneis arrepta a dæmone nar-

(a) Hier. ep. 7.

(b) Hier. ep. 4.

(c) Hier. ep. 27.

PAGIUS *Quot annis regnavit Philippicus.*

ſtoria, & Paulus Diaconus lib. 6. de Geſt. Langobard. cap. 34. Feſtum Pentecoſtes hoc anno die quarta Junii celebratum, qui ideo dies natalis eſt Imperii Anaſtaſii Auguſti. Imperavit Philippicus, *anno uno, menſibus ſex*, ut tradunt Paulus Diaconus citatus, & Beda Lib. de VI. Ætat. Quare medio circiter menſe Decembri anni ſeptingenteſimi undecimi Imperium capeſſerat. Auctores, qui tradunt eum, aut *annos duos*, aut *biennium* imperaſſe, de biennio incompleto, ac duobus annis non integris explicandi. *Philippicum* enim hoc anno in ordinem redactum, non tamen occiſum, ut notat Paulus Diaconus, Indictio XI. cum Feſto Pentecoſtes conjuncta certum reddit. Præterea Baronius num. V. & ſeqq. recitat Acta cujuſdam Virginis a dæmonio liberatæ meritis Sancti *Anaſtaſii Martyris*, quorum initium eſt: *Imperante Domino noſtro Piiſſimo Auguſto Anaſtaſio, magno Imperatore, anno primo, & poſt Conſulatum ejuſdem Serenitatis anno primo*, & num. VIII. addit, adhibitas ſacras Reliquias Sancti Anaſtaſii *die Kalendarum Octobris iſtius duodecimæ* Indictionis a Kalendis Septembris præſentis Chriſti anni inchoatæ. Licet porro Philippici ſicuti & quorundam aliorum Imperatorum Conſulatus nullum ſuperſit veſtigium: eos tamen ipſo natali Imperii die Conſulatum perpetuum iniiſſe certiſſimum.

III. Pergit Agatho Diaconus: *Sic vero paulo poſt, ipſo pariter probante ac ſtatim annuente (nempe Anaſtaſio) conſequenter etiam congrue excu-*

ſan-

rat ſanctus Proſper Aquitanus, de qua ſuo loco ſuperius. Hæc idcirco voluimus obiter in memoriam revocaſſe, ut non mireris, ſi in ſacram virginem adeuntem balnea permiſſus ſit dæmon ingredi.

XI. Hæretici ſicut diabolus blaſphemi. Pergunt Acta plura dicere de diabolo exorciſtas irridente, & martyrem Anaſtaſium blaſphemante, quod eſſet impotens ipſum eiicere, & de opprobriis & contumeliis jactatis ab eo in monachos, Epiſcopos, atque presbyteros, aliosque ſacros Dei miniſtros: ex quibus poteſt intelligi, quo ſint afflati ſpiritu homines, qui eadem in eaſdem perſonas coniiciunt probra: ut dici illis jure poſſit: Vos ex patre diabolo eſtis, qui ejus opera & facitis, & dicitis. His ſubiiciuntur quæ exultans & inſultans dæmon diceret de malis quæ operatus eſſet iis diebus; nam inter alia mala iſta ſe feciſſe jactabat: *Modo*, inquit, *venio de Hiſpania, & feci ibi homicidia multa, & multam effuſionem ſanguinis*. Hæc quidem vera fuiſſe, quæ paulo poſt dicturi ſumus, ſignificabant. Subduntur hæc iſtis:

Promotor principum hæreticorum diabolus, Catholicorum Petrus. *Dicentibus nobis: Ecce Apoſtoli Domini noſtri Jeſu Chriſti Petrus & Paulus, ipſi te eiicient de iſto corpore. Dæmon reſpondit; O iſte ſenex calvus Petrus quid eſt operatus: Ego feceram ut regnaret Philippicus, quia amicus noſter erat; & iſte abiit in die Pentecoſtes, & ordinavit ibi alium. Sed de iſto corpore eiicere non me poteſt.* Audiſti, lector, quiſnam ſit promotor Principum hæreticorum, quis vero Orthodoxorum? *Cum autem tunc propter blaſphemiam in Apoſtolum unus ex fratribus impegiſſet alapam puellæ, quaſi in ipſa dæmonem verberaret: Cædite (inquit dæmon) quid ad me de corpore iſto?*

XII. Interceſſiones Sanctorum proficuæ. *Tandem vero cum compleſſent in exorciſmo in baſilica ſancti Joannis dies viginti quinque ipſa ultima nocte, hora quaſi ſecunda venit acquiſſimus, & per os puellæ hæc exclamare cœpit, dicens: Ecce dico vobis: quia Maria & Paulus & Andreas obtulerunt iſtius mali ſenis Epiſcopi, & monachorum lacrymas ante Nazarenum; qui dedit poteſtatem Anaſtaſio, ut veniat, & eiiciat me de corpore iſto in Kalen. Novembris. Ipſe enim Epiſcopus una cum monachis die noctuque non ceſſabant preces cum lacrymis ad Deum fundere: qui ſimul, & tertio Kalendas Novembris celebrarunt ea de cauſa vigilias. Poſt preces vero exhibitas, candela, quæ ante ipſas venerabiles reliquias aſſidue ardens erat die noctuque ab eodem maligno dæmone extincta eſt (erat hora diei tertia). Quod videns vir venerabilis Epiſcopus, contriſtatus eſt nimis, & præcepit puero monaſterii, ut afferret lumen. Sed ecce, abſque alio lumine e monaſterio allato, candela ſponte a ſe ipſa abſque alicujus ibi exiſtentium miniſterio accendi viſa eſt, magno ſplendore elucens. Hoc factum eſt tertio Kalendas Novembris.*

Tertia vero deinde die, ipſis ſcilicet Kalendis Novembris, ducta eſt puella ut prius ante altare, & venit omnis congregatio monachorum: & dum omnes flecterent genua, & dicerent, Kyrie eleiſon, & cum tunc cœpiſſet ſævius dæmon agitare puellam; confeſſus eſt, ſe vehementiſſime torqueri ab Anaſtaſio, qui præſens eſſet: adeoque fuit violentus motus peſſimi dæmonis in puellam, ut eam in aera elevaret, ſuſpenſamque teneret pedibus ſurſum, capite deorſum verſo. Ex quo violento motu, & naturæ humanæ impoſſibili potuit ab unoquoque licet incredulo certo ſciri, a dæmone vere arreptam eſſe virginem illam, ne fingere putaretur. Hic memoria repetas velim, quæ ſuperiore quarto tomo dicta ſunt ex S. Hieronymo (*a*) de ſpiritibus nequam obſidentibus feminas, & ita ſublimes in aere ſuſpendentibus, ut defluerent in faciem veſtes; & quod retulimus de iiſdem arreptitiis ex S. Hilario, (*b*) S. Paulino (*c*), atque Severo (*d*), aliquando accidiſſe, ut licet ſublimes, pedibus ſurſum, capite deorſum verſis, ſuſpenſæ feminæ eſſent, tamen Deus non permiſerit ludibrio exponi pudorem, ſed majori miraculo fecerit veſtes inhærere pedibus, non ſecus ac ſi iiſdem eſſent funiculo colligatæ. XIII. Vera ſigna arreptæ a dæmone puellæ.

(*a*) Hier. ep. 27.

(*b*) Hilar. l. de Synodis.

(*c*) Paulin. in Natal. S. Fel. 7.

(*d*) Sever. dialog. l. 3.

XIV. Pergit libellus Actorum: *Et nobis dicentibus illi: Exi & recede maledicte de crea-*

PAGIUS Joannes Patriarcha Conſtantinop. ſcribit ad Conſtantinum PP. *ſcando Epiſtola data ſunt ab hujus Urbis Sanctiſſimo Epiſcopo Joanne, ad Conſtantinum Sanctiſſimum ac Beatiſſimum Papam Veteris Romæ; quæ & una cum conſuetis Synodicis literis miſſa ſunt, congruam apte univerſorum, quæ præſcripta ſunt, facientes fidem. Quia vero poſt ſuperius declaratam integra Synodorum imaginis, eraſa Sextæ Synodi imagine, abolitionem, qui nefarie aboleri juſſerat major ac infanus Bardanes in dicta Milii camera, Sanctis tantum quinque veliſſis Oecumenicis Synodis, ipſe ſe una cum Sergio, reliquum ſtantem ejus medio, in imagine depingi præcepit, neceſſario plane ac valde congrue, deturbatis inde ejuſmodi ambabus perſonis, Sancta eadem ac Oecumenica Sexta Synodus, una cum aliis quinque, ibidem iterum loci depicta eſt; univerſo Dei amante Sancta Eccleſia Catu, communi tripudio ac lætitia, ſpiritalique in Chriſto exultatione, ovante, pro Sanctiſſimarum Eccleſiarum conceſſa tranquillitate & pace. Cæterum ad pleniorem fidem eorum, quæ hic a me præſcripta ſunt, atque Librum hunc impenſius lectari cer-*

De adventu Anaſtaſii ad curandam puellam.

creatura Dei & ſponſa Chriſti. Tunc dæmon dixit: Ligatum me habet Anaſtaſius, quia uſque in veſperam in me pœnas exercere vult. Acciderat, autem, ut dens ille e capite S. Anaſtaſii evulſus ad collum ſuſpenſus arreptitiæ, amplius inveniri non poſſet. Nobis autem dicentibus ei: Quid factum eſt de dente illo? Dæmon reſpondit: Quando venit Anaſtaſius, tunc ipſe eduxit eum de collo, & poſuit in loco ſuo, ubi ante manebat. Et nos diximus ei: Et quando venit ſanctus Anaſtaſius? Dæmon dixit: Quando accenſa eſt candela a ſemetipſa, tunc ingreſſus eſt Anaſtaſius, & revocavit dentem in locum ſuum. Quærite in arca, ubi ſunt reliquiæ ejus, & cognoſcetis. Tunc igitur accedentes nos ad arcam reliquiarium ejuſdem ſancti, aperta ea, invenimus dentem inter eas, ut prius fuerat, collocatum. Tunc rememorati ſumus, quod fidelis Dominus in verbis ſuis, quæ locutus

(a) Pſ. 33. *fuerat per prophetam ſuum (a): Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, unum ex iis non conteretur. Et quod Dominus ait*

(b) Luc. 21. *in Evangelio (b): Non peribit capillus de capite veſtro.*

XV. Cogitur diabolus laudare S. Anaſtaſium.

Factum eſt poſt hæc ſilentium, dum eſſet puella ante altare. Tunc abeuntibus monachis ad refectionem, remanſerunt Epiſcopus pater, & cum eo presbyter, & diaconus, atque tres monachi: ſicque manſerunt uſque ad horam undecimam. Cum jam appropinquaret hora egrediendi, tunc cœpit dæmon clamare: Quid me crucias, Anaſtaſi? Scio quia ſanctus es. Iſta extorſit ab invito Deus, ut idem peſſimus dæmon, qui multa jactaſſet in opprobrium martyris eum deridens atque ſubſannans, ab ipſo cruciatibus affectus fateri cogeretur id quod eſſet ſanctus, Deo acceptus: *Nam & clamabat rurſum cum ejulatu: Væ, væ mihi, ſancte Anaſtaſi, quid in te peccavi? Crucia illam, per quem ingreſſus ſum in iſtud corpus.*

Suam imbecillitatem cogitus diabolus confiteri.

Tunc iterum flectebat ſe puella læva atque dextera, ut ſolent qui flagellantur propter immenſum dolorem facere: atque clamat, ut parceret, ea quod exire ſe vellet promitteret: & rurſum poſt modicum intervallum clamans: Exeo, & juro per eum quem tu veneraris, & adoras, quod non perjuro. Et rurſus interpoſita mora, cum ejulatu clamans dicebat: Per quod portas juro quod exeo, & numquam in hoc corpus revertar: Heu me, heu me, quia veni in deriſionem coram hominibus. Et iterum clamans dicebat: Sancti Anaſtaſi, exeo, & nunquam in preſbyteros tuos & diaconos tuos & monachos tuos injuriam facio. Et ecce dico atque confiteor, quod nihil ſum, ſpiritus nequam, & immundus ſum, victus ſum: Ubi invenero verum Chriſtianum, effugio ab ipſo, nec aliquid illi mali facere poſſum.

XVI. Liberatur puella a malo dæmone per S. Anaſtaſium.

Et flentibus nobis, dæmon dicebat: Nolite flere: quia cum videt ſanctus Anaſtaſius vos flentes, majora in me tormenta exercet. Sed ecce ſicut intravi, egredior, & nunquam revertar amplius in hoc corpus. Dicentibus quibuſdam de fratribus: Ne facias quippiam mali, cum egrederis: Ille reſpondit: Sic mihi præcepit ſanctus Anaſtaſius, ut ſine aliqua læſione relinquam corpus iſtud. Sic cruciatus eſt dæmon ab ipſo ſancto Anaſtaſio uſque ad horam tertiam noctis, confitente dæmone ad ſuum cruciatum non permiſſum antea exire. Tunc puella inclinans ſe ante altare, ſic ſtetit per ſpatium dimidiæ horæ; & elevans ſe ſanæ mentis & libera ſtans ante ipſum altare, ſuſcepit corpus, & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti: & ſic ſalva puella cum patre reverſa eſt, dantes omnes laudes Deo. Hucuſque libellus de energumenæ virginis liberatione. Quo quidem infeliciſſimi coarguuntur hæretici negantes martyrum cultum, quem inviti, licet inviſibilibus flagris compelluntur etiam dæmones profiteri; ob idque duplo quam illi afficiendi ipſi tormentis. In quos miſeros iſta negantes opportune hic S. Hieronymi in Vigilantium reperimus interpellationem illam, qua ait: *Reſponde, quomodo in viliſſimo pulvere, & favilla neſcio qua, tanta ſit ſignorum, & virtutum præſentia? Sentio, ſentio, infeliciſſime mortalium, quid doleas, quid timeas: Spiritus iſte immundus, qui hæc te cogit ſcribere, ſæpe hoc viliſſimo tortus eſt pulvere; immo hodieque torquetur; & qui in te plagas diſſimulat, in ceteris confitetur. Niſi forte in morem Gentilium, impiorumque Porphyrii, & Eunomii, has præſtigias dæmonum eſſe confingas, & non vere clamare dæmones, ſed ſua ſimulare tormenta. Do conſilium: ingredere in baſilicas martyrum, & aliquando purgaberis: invenies ibi multos ſocios tuos; & nequaquam cereis martyrum, qui tibi diſplicent, ſed flammis inviſibilibus combureris: & tunc fateberis quod nunc negas, & tuum nomen, qui in Vigilantio loqueris, libere proclamabis, &c.*

In impios hæreticos deteſtantes martyrum cultum.

PAGIUS *tiores ſiant, ac majorem habeant perſuaſionem, viſum eſt eidem Libro ſubnectere accuratum per omnia exemplar ſuperius memoratæ Epiſtolæ, ac miſſæ ſub id tempus a Sanctiſſimo hujus Urbis Patriarcha Joanne, ad Sanctiſſimum Conſtantinum Papam Romæ.* Epiſtola Joannis Archiepiſcopi Conſtantinop. ad Conſtantinum Papam refertur a Combefiſio in Hiſtoria Monothelitarum pag. 213. immediate poſt Agathonis Diaconi Perorationem. Tum *Andreæ Sanctiſſimi Archiepiſcopi* Cre-

Ita plane S. Hieronymus, ſignificans hæreticos eſſe pariter arreptitios: ſed de his modo hactenus.

XVII. De Sarracenis invadentibus Hiſpanias.

Jam vero lugubrem aggrediamur tragœdiam enarrare multis ſæculis deploratam, univerſo orbi ſuæ calamitatis immenſitate notiſſimam, ingreſſum inquam Sarracenorum in Hiſpaniam diabolicis machinamentis effectum, ut ipſe ſceleſtiſſimus dæmon Romæ in arreptitia (ut audiſti) eſt gloriatus, utpote de ſcelere, quo immanius nequicquam aliud excogitari potuerit, adminiſtris illis uſus, quos ſciret ſuos eſſe omnium fideliſſimos, perfidis Sarracenis. Gloriabatur plane dæmon, eo quod adveniſſe tempus videret, ut quod diu cupiviſſet, impleret. Ante tot ſæcula de ipſo hæc ad Job Dominus locutus erat (a): *Abſorbebit fluvium, & non mirabitur, fiduciam habens, ut influat in os ejus Jordanis.* Etenim ſive per Jordanem ipſam accipias Palæſtinam, quam alluit idem flumen, ea jam potiti fuerant Sarraceni, ipſamque ſanctam Hieroſolymam civitatem tyrrannice poſſidebant: Sive per Jordanem, interpretatione Gregorii, ipſum populum intelligas Chriſtianum baptiſmatis aqua perfuſum; jam iidem ipſum populum Chriſtianum habitantem Aſiam magna ex parte ſuæ ſubegerant poteſtati, ſed & omnes qui incolunt Africam ſuæ ditioni ſubiugarant: cum & ut Europam pariter debellarent, & omnes qui ſunt in ea fidales ſuæ ſubiicerent poteſtati, proditione fidelium facilem aditum idem fabricator malorum omnium dæmon in Hiſpania præparavit, aperiens oſtium, per quod immittat in reliquam Chriſtiani orbis partem turmas Sarracenorum: ut plane libere dici poſſit, nunquam majori nec diuturniori vexatam eſſe Eccleſiam perſecutione, quam cum imperſcrutabili Dei judicio permiſſa eſt concuti a perfidis Sarracenis. Sed jam ipſam proſequamur hiſtoriam.

(a) Job. 40.

XVIII. Quod ad ipſum ingreſſum eorumdem Sarracenorum in Hiſpaniam pertinet, primum omnium quæ ſunt temporis diſquiramus. Eſt Roderici Toletani Epiſcopi utque recentiorum rerum Hiſpanicarum ſcriptorum conſtans aſſertio, id factum hoc ipſo anno: cui veritati recitata nuper Acta adſtipulari videntur. Unus Tudenſis eorumdem in Hiſpaniam adventum in ſequentem reiicit annum, quem numerat Æra ſeptingenteſima quinquageſimaſecunda: collocat vero hoc anno ipſas proditorum patriæ, & gentis ſuæ molitiones, ſed potuit apud ipſum in notam Æræ error facile irrepſiſſe. De tempore ingreſſus Sarac. in Hiſp.

Haud igitur inanem fuiſſe diaboli illam ſuperbam jactationem, qua ſe Hiſpaniam cædibus cruentaſſe profeſſus eſt, declararunt eventa. Sed quæ hæc omnia ejuſdem malorum omnium architecti arte præceſſerint, ſuo ordine enarremus: petamus autem ipſam rerum geſtarum ſeriem a Tudenſi ut antiquiore, ipſiuſque verbis, quæ contigiſſe aſſerit, deſcribamus. Cum tamen plura his, quæ ab aliis recentioribus ſcripta reperiuntur, haud reiicienda duxerimus. Non enim ſic prodimus vetera, ut nova reiicienda putemus, in quibus veritas non eſſe læſa noſcatur: tunc enim neque antiquioribus uſſentimur. Sed ipſum modo audiamus Tudenſem, qui hæc ait:

XIX. Proditio in regnum Hiſpaniarum ordiatur.

Hoc anno regni ſui tertio Rudericus injuriam patris ſui ulciſci feſtinans, duos filios Vvitizæ Furmalum, & Erpulonem de Hiſpania cum ſumma dedecore expulit. Qui ad Tingitanam provinciam transfretantes (tenebatur enim illa pars a Gothis) Juliano Comiti illius regionis adhæſerunt, quem Vvitiza Rex inter ſuos ſecretarios familiarem habuerat cariſſimum. Qui condolens de expulſione eorum, & dedecore, conſilium iniit cum eis, quatenus Sarracenos evocarent, & tam eis, illatas ſibi injurias vindicarent. Ad hoc facinus peragendum incitat Julianum, quod Rudericus Rex filiam ipſius Cavam nomine, non pro uxore, ſed potius utebatur pro concubina, quam tamen pro uxore a patre petierat, & acceperat.

XX. *Erat hic Julianus vir ſagax & aſtutus, qui & callide excituvit Francos, ut expugnarent Hiſpaniam citeriorem. Fin-*

PAGIUS *Creta Jambi Scripsi ad Sanctiſſimum Agathonem Archidiaconum, ac Cuſtodem Librorum ſanctiſſimæ hujus magnæ Dei Eccleſiæ, quando Librum hunc* (nempe Perorationem Agathonis & Epiſtolam Joannis) *accipiens transſcripſit, ac iterum remiſit.*

IV. Juſtinianus Imp. ſcribit ad Pontificem Roman.

Sacra *Anaſtaſii* Imperatoris ad Conſtantinum Papam miſſa, delata eſt a *Scholaſtico* Exarcho Italiæ Romam veniente, ut narrat Baronius ex Anaſtaſio in Conſtantini Papæ Vita, ideoque *Scholaſticus* hoc vel ſequenti anno ſucceſſit in Exarchatum Ravennæ *Joanni Rizocopi*, quem perperam Scaliger in Catalogo Exarchorum Ravennatenſium annos ſex Præfecturam geſſiſſe ſcribit.

V. *Hiſpaniæ invaſionem hoc anno Baronius collocat.*

Ad num. XVII. & ſeqq. Captæ a Mauris Hiſpaniæ hiſtoriam hoc anno narrat Baronius, ab illis per biennium geſta uno tenore recitat, ac annos tres Ruderico ultimo Hiſpaniæ Regi, quem anno ſequenti occiſum tradit, aſſignat. Verum *Rudericum* anno unico poſt mortem, aut, ut volunt alii, poſt depoſitionem *Vvitizæ* Deceſſoris regnaſſe, extra controverſiam impoſterum eſſe debet. Primum vero Maurorum ſeu Arabum in Hiſpaniam ingreſſum ac Ruderici interitum, univerſæque Hiſpaniæ excidium, ad annum DCCXI. pertinere ſupra oſtendi.

VI. Hoc anno ab expeditione reverſus *Muza*, reperit, ut teſtatur Novveirius, adveniſſe Califæ Nun-

Proditione Juliani armis nudata Hiſpania.

Fingens tamen eſſe ſe amicum Regi Ruderico, colludo conſuluit, ut equos & arma ad Gallias mitteret, & in Africam; quia in interiori Hiſpania ipſe regnabat ſecurus, & non erat neceſſe ut haberent arma Hiſpani in patria, quibus ſe mutuo interficerent. Prætextus præterea poterat eſſe ille, ne populus pro filiis Witizæ arma ſumeret, & in ipſum inſurgeret, ut illos reſtitueret, & in regnum proveheret. Pergit vero Tudenſis: *Tale tunc ad hunc Rudericus dedit edictum, ut ubicumque arma invenirentur, vel equi fortiſſimi, violenter a dominis auferrentur. Favebat huic proditioni * Oppinus Hiſpalenſis, & Toletanus Archiepiſcopus, quem pater ejus Vuitiza duobus regalibus præfecerat civitatibus, ut per eum poſſet Catholicæ fidei ſtatum evincere.* Hæc de conatibus Ruderici adverſus filios Witizæ quibus illis profuit, & ſibi ruinam paravit.

* al. Oppa.

Ita plane mentem primum Deus auferre ſolet eorum, in quos parat ulciſci, ut ſuis ipſorum feriantur armis, ſecundum illud Davidicum (*a*): *Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.* Et juxta illud: (*b*) *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.* Dum putans obeſſe aliis, in ſe ipſum mala convertit, inſtar fatui contra propria commoda propriis ſtudiis laborantis. Ut plane ipſi ſecundum illud acciderit vaticinium (*c*), quo dicitur: *Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum angulum populorum ejus: Dominus miſcuit in medio ejus ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius.*

(a) Pſ. 36.
(b) Pſ. 9.
Sibi ipſis mala pariunt impii.
(c) Iſai. 19.

XXI. Sed antequam reliqua proſequamur, rurſum hic, amabo te, mecum conſidera lector, quodnam tam grande potuit præceſſiſſe peccatum, ut magna ira Dei traderetur Hiſpania Sarracenis, & regiæ Inſulæ ex Gothorum gente omnino defecerint. Scimus ab omnibus oſtentari tamquam omnium malorum cauſam Ruderici Incontinentiam, cum auſus ſit iniicere manus in filiam Juliani, quam ſub titulo conjugis a patre accepiſſet, & in pellicem convertiſſet; ſed decipi penitus iſtos puto haud enim tunc primum accidit, ut iſtiuſmodi commiſerint ſcelus principes incontinentes. Verum altius eſt petenda horum omnium cauſa malorum, qua nulla major ac verior mea ſententia afferri poteſt, quam quod deſciviſſet voluntaria averſione ab Eccleſia Romana regnum Hiſpaniæ ſub Witiza hujus prædeceſſore, ut ſuo loco ſuperius ex Hiſpanicarum rerum ſcriptoribus dictum eſt. Ut acciderit illis quidem ſecundum illud quod comminatus eſt Dominus (*d*), cum Hieremias, eo quod Judæi confregiſſent catenas ligneas, juſſus eſt facere eas ferreas, quæ frangi non poſſent: cum videlicet qui jugum Chriſti reſpuerant, cogerentur ſubire jugum ferreum Pharaonis: qui inquam ab obedientia ſe ſubduxere Apoſtolicæ ſedis, juſta Dei ſententia factum ſit, ut ſubderentur impiis Sarracenis. Pluribus ſane veritas hæc demonſtrata eſt exemplis etiam ſæculo iſto, nullum poſſe diu ſubſiſtere regnum, quod non innititur ſuper petram. Hinc vides eodem ferme tempore magno fragore maxima ex parte eſſe collapſum Imperium Orientis, dum Heraclius deſcivit ob hæreſim a communicatione Apoſtolicæ ſedis. Id ipſum eadem ex cauſa Africam eſſe paſſam, itidem ſuperius eſt demonſtratum. Unde veluti ab alta ſpecula illud Davidicum ſit crebrius repetendum (*e*): *Et nunc Reges intelligite, & erudimini qui judicatis terram.* Sed jam cœptam ſemel hiſtoriam proſequamur ex eodem auctore Tudenſi, qui ubi proditorum molitiones recenſuit, iſta ſubjungit.

Quæ cauſa ut Hiſpaniæ ſint traditæ Saracenis.
(d) Hier. 28.
(e) Pſ. 2.

XXII. *Igitur Æra ſeptingenteſima quinquageſimaſecundo, Ulit fortiſſimus Rex barbarorum totius Africæ, ducatu Juliani, & filiorum Vuitizæ fretus auxilio, ut cognovit quod arma, & equi non erant in Hiſpania, & civitates eſſent abſque muris, Tariſſum Strabonem unum ex ducibus exercitus ſui cum viginti, & quinque millibus fortium pugnatorum ad Hiſpanias præmiſit, ut cognito Juliani dubia fide, bellum cum Hiſpaniæ Rege inciperet: terrebant namque barbarorum Regem laquei doloſi Teleptenſis Comitis, ſi forte adeſſent, quippe qui ipſum habue-*

Clades Hiſpaniarum per Saracenos illatæ.

PAGIUS Nuncium in Hiſpaniam. Hic certiorem fecit *Muzam*, quod ipſum Imperator in Aulam advocaret. Verum Principis ſui juſſis Muza ſtatim non paruit, imo Nuncium apud ſe retinuit: *Muza autem*, inquit Rodericus de Reb. Hiſp. lib. 4. cap. 4. *condolens ſtragi* (quam fecerat Pelagius, de qua anno ſuperiori) *ſuſpicatus eſt factione filiorum Vuitizæ & Juliani Comitis provenisse, & eos pariter paſtis, & capitibus, & viso privavit.* Poſtquam Califæ Nuncium Muza retinuit, multas Hiſpaniæ Regiones pertranſiens, omniaque ferro & incendio vaſtans, ad mare Oceanum uſque pervenit: at ibidem aſſecutus eſt eum alter Califæ Nuncius, qui ipſi auctoritate Imperatoris Summi Saracenorum juſſit quantocyus ea Hiſpania diſcedere, & in Aulam proficiſci: *Muza itaque Tarik & Moghith*, inquit Rodericus in Hiſtoria Arabum capit. 9. *Hiſpanias devaſtantibus, ab Hiſpaniis revocantur, præcepto Ulit* (Walid Califæ). *Cumque oper-*

Muza a VValid Califa ex Hiſpania revocatur & male habetur.

buerat ſemper infeſtum, ac fortem viribus & conſilio ſapientem expertus. Ceperunt tunc Sarraceni Hiſpaniam, & circumjacentes urbes, quia eas abſque murorum ambitu invenerant. Rex autem Rudericus dum vidit dolos Juliani Comitis Tingitani, & labores ſenſit, collecto Gothorum exercitu, armatus ut potuit, acer & fortis primo ſubiit pugnam; adeo ut per quinquaginta continuos dies infatigabiliter dimicans, ſexdecim millia hoſtium exercitus interficeret. Julianus & duo filii Voitizæ Regem Rudericum in prima acie certantem cum cernunt, Chriſtianos milites pro mortuis Sarracenis & ſauciis alios commutando, barbaros viribus roborant. Sed poſtquam Juliani fides per totam Africam declaratur, Muza exercitus Africani Regis Princeps

Hiſpania potiti Sarraceni. *cum infinita multitudine equitum peditumque ad Hiſpaniam dirigitur. Deinde renovato bello turmas unas poſt alias ad prælium adducere cœpit. Porro Rex Ra-*

* Rodericus. *dericus *, more ſolito prælio incenſus cœpit acies inſtare, ac propenſius in hoſtes pruire. Tandem vero inſtantibus barbaris, Hiſpaniam milites capiunt difficiliter; atque per longitudinem belli defatigati quique noſtrorum locum dant & terribiliter Gothi qui erant a parte Comitis Juliani irruebant.*

XXIII. Obitus & ſepulcrum Roderici Regis. *Rudericus autem ubi ſe a ſuis deſtitui vidit, per aliquos dies terga præbens paulatim, pugnando (ut credimus) occubuit, ſed non ejus certus innotuit exitus. Regnavit annis tribus. Inde tamen poſtea in civitate Luſitaniæ Viſeo inventa eſt lapidea ſepultura, in qua epitaphium deſuper eſt ſcriptum, ſcilicet:* HIC REQUIESCIT RODERICUS REX GOTHORUM. Alia quæ plura his leguntur apud Rodericum Toletanum, ab ipſo addita eſſe noſcuntur. Verum poſt annos plurimos eam eſſe poſitam inſcriptionem oportuit, cum regni Gothorum nulla penitus reliqua eſſet ſpes ſucceſſionis, quod minime accidit ſuperſtitibus Pelagio, Julianoque ipſo Gothorum adhuc viribus pollente, & aliis qui ad loca tutiora confugerant. Pergit vero Tudenſis:

XXIV. Hiſpanorum extrema clades. *Receſſerat manus Domini ab Hiſpania ob inveteratam Regum malitiam, ne in tempore hujus ruinæ eam protegeret. Omnes deinceps Gothorum milites fuſi, fugatique ſunt, & uſque ad internecionem gladio, & inedia perierunt, & non ſolum contra ſe communibus & barbarorum, ſed etiam Francorum armis ex parte Galliarum conſumpti ſunt.* Hactenus Tudenſis de clade illata Hiſpaniis temporibus Ruderici. Proſecuti ſunt tantam cladem lacrymis atque ſuſpiriis poſteri omnes ſcriptores haud ignobiles in præſentem ferme diem. Etenim etſi vulnus ſanatum, haud tamen tutum, ne male obducta cicatrix (ut ſæpe accidit) iterum recrudeſcat. Sed quos modo averſio ab Eccleſia Romana (ut vidimus) Hiſpanos tradidit Sarracenis, poſtea obedientia, & obſervantia erga eamdem ipſos ab hoſtibus conſervavit immunes, adeo ut etiam in exteras gentes eis dominium propagarit.

Cæterum quod ad res Eccleſiæ Toletanæ ſpectat, Rodericus hæc habet (a): *Synderedum Epiſcopum Toletanum adventum Arabum expaveſcentem, Vottizæ tuſuper inſolentiis fatigatum ſolum vertiſſe Romamque profectum eſſe, invadentem* (a) Roderic. de rebus Hiſp. lib. 3. c. 18.

PAGIUS *oporteret eos ad Edictum Principis feſtinare, Muza dimiſit filium ſuum Abdulaziz, Principem citra mare, qui apud Hiſpalim conſtituit Sedem ſuam.* Tum cap. 10. *Muza autem cum Tarik, & Meghith, ducens ſecum infinitam pecuniam ..... pervenit in Syriam ad Regem (Damaſcum) ubi Ulit (Walid) tunc temporis reſidebat.* Subjungit Rodericus Tarekum criminis peculatus accuſaſſe Muzam coram Saracenorum Imperatore, cujus judicio omnibus dignitatibus privatus Muza in exilium miſſus *demum condemnatus fuit in mille millibus & in decies centum millibus ſolidorum*, & dolore vario circumſeptus vitam finivit.

VII. *Obitus S. Urſmari Epiſc. & Abbatis Laubienſis.* Hoc anno mortuus eſt *Sanctus Urſmarus* Epiſcopus & Abbas *Lobii* ſeu *Laubaci*, præclari Monaſterii Belgii, ad Sabis fluvii ſiniſtram ripam, e regione Tudinici Oppidi, poſiti quod primordia ſua debet Sancto *Landelino*, de quo ſuo loco egimus. Urſmari Vitam Anſo Abbas Laubienſis Scriptor Synchronus ſcripſit, eamque recitant Mabillonius Sæc. III. Benedictin. part. I. & Henſchenius ad diem XVIII. menſis Aprilis. Videns Vir Sanctus vocationis ſuæ imminere diem, Sanctum Erminum diſcipulum ſuum Succeſſorem conſtituit: *nec multum poſt anno Domini ſeptingenteſimo decimo tertio Sanctus Urſmarus beatæ memoriæ Epiſcopus reſolutus eſt de Ergaſtulo corporis*, inquit Anſo qui mortis ejus diem non memorat; ſed cum in quibuſdam Breviariis & Martyrologiis XIV. Kal. Majas, ſeu die XVIII. menſis Aprilis, & in nonnullis aliis, uti in Romano Martyrologio die XIX. Aprilis celebretur, veroſimile eſt priorem diem ad ejus obitum ad ejus ſepulturam ſeu depoſitionem poſteriorem referendum eſſe. *Cum Epiſcopus fuiſſet ordinatus tantam illi gratiam Divina pietas conceſſit, ut pene omnes anteiret mortales, & multi exemplo illius vivere optarent: qui ob magnitudinem ſuæ Sanctitatis ſpiritalis effectus eſt Pater multorum, Scripturarum Doctor, Monaſteriorum conſtructor, Paſtor Eccleſiarum, Caſtor animarum, Nutritor orphanorum ac viduarum, ac Redemptor captivorum; ſiquidem a Pippino poteſtatem redimendi captivos acceperat*, inquit Anſo qui an. DCCLXVI. Abbas Laubienſis renunciatus eſt. Baldricus lib. 2. Chron. Camerac. cap. 37. & ſeq. ſcribit: *Seceſſurus S. Landelinus Laubiis; eo loci præfecit Beatum virum Dei Urſmarum, piis moribus præditum in ſunctorum tantum prædicatione creatum Epiſcopum. Hoc Doctore, & dein B. *Erminio ſuccedente, effloruit locus*, & ut ait Interpolator ejus Vitæ, *quia multi barbaricæ gentis*,

Synderedus, Oppa, & Urbanus Epiſc. Tolerani.

vero ſedem intruſum fuiſſe Oppam, de quo ſuperius: Sed viri, inquit, *longævi Urbanum virum ſanctimoniæ in Epiſcopum elegerunt, intruſione Oppæ, qui jam nihil poterat, non obſtante.*

An-

PAGIUS

ut ſupradicti Flandrenſes, adhuc detinebantur variis idololatriæ ſuperſtitionibus; prædicandi tantum gratia, ſicut competebat rudimentis novellæ fidei, eſt ordinatus Epiſcopus, quod factum quæ de S. Amando legimus. De Sancto Ermino infra ſermo fiet.

Moritur etiam *Sanctus Suidbertus* Friſonum Apoſtolus, ut anno DCCXVII. ordinem Baronii ſequentes videbimus.

JESU CHRISTI ANNUS	CONSTANTINI PAP. ANNUS	ANASTASII IMP. ANNUS
714.	7.	2.

I. Conſtantini papæ obitus, ejuſque virtutes.

ANnus incipit Redemptoris ſeptingenteſimus decimusquartus Indictione duodecima, qua die nona menſis Aprilis Conſtantinus Papa, ubi ſediſſet annos ſex, menſem unum & diem, ex hac vita diſceſſit, magna ex Pontificatu bene perfuncto ſibi gloria comparata: quippe qui cum throno cæteris eminens eſſet (ut Anaſtaſius ait) omnium humillimus ſpiritu erat atque mitiſſimus, cunctis ſibi ſubditis charitate pater amantiſſimus; quippe qui penuriæ tempore nihil prætermiſit officii in pauperibus ſublevandis. De ipſo autem, præter illa quæ dicta ſunt ſuperius, idem Anaſtaſius hæc habet in fine: *Fecit ordinationem unam, in qua creavit presbyteros decem, diaconos duos, Epiſcopos per diverſa loca numero ſexagintaquatuor. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum quinto Idus Apriles Indictione duodecima* *. *Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quadraginta.* In cujus locum poſtea ſubrogatus eſt Gregorius Secundus, de quo dicturi ſumus ſequenti tomo. Quod vero ad rationem temporis ſpectat, non potuit ad ſequentem annum idem Conſtantinus perveniſſe, cum eo tempore reperiatur ſediſſe ejus ſucceſſor Gregorius, ut quæ dicenda erunt, ſignificabunt. ☞ Extat ejuſdem Conſtantini Papæ Epiſtola ad Archiepiſcopum Viennenſem; ſed quod non habeat certum Datæ annum, hic in fine eam deſcribimus: ſic enim ſe habet (a):

* XIII.

Conſtantinus Epiſcopus, Eoalde Viennenſi Archiepiſcopo.

Reliquias eccleſiæ tuæ, ſicut rogaſti, per Archidiaconum tuum deſtinavi: de ſpongia Domini, de veſtimentis Domini, de vinculis Apoſtolorum, de ſartagine ære Machabæorum, de cineribus ſancti Joannis Baptiſtæ. Quæ omnia capſella argentea clauſimus, & ſub ſignaculo ſanctitati tuæ tranſmiſimus. Rogamus ut eo ſtudio venerentur, quo de munere beati Petri ad ſanctitatem tuam tranſmiſſa eſſe noſcuntur. Et alia manu: *Jeſus Chriſtus te, frater, ſanctificando cuſtodiat.* ☜

(a) Bibl. Floriac. edit. a Jo. a Boſco Celeſt. part. ult. pag. 41.

Sub hoc anno recentiores chronographi recenſent Synodum Londinenſem de imaginibus habitam: ſed alii in annum undecimum vel duodecimum, alii in decimum ſupra ſeptingenteſimum referunt: cum tamen antiquiores ſcriptores, qui & res ipſas Anglorum ſunt proſecuti, de hujuſmodi Synodo nec verbum quidem. Sane haud crediderim hæc præterire potuiſſe Bedam, ſi reveta fieri contigiſſent. Sed nec ipſum argumentum ſubſiſtit, vel cauſa probatur tanta fuiſſe, quæ debuiſſet in controverſiam deduci, ut & de his conſuleretur ſummus Pontifex Conſtantinus. Dicunt enim, Eguvinam monachum deſignatum Epiſcopum Wicciis, divinitus admonitum ut Dei genitricis imaginem in ſua eccleſia collocaret: rem autem in controverſiam deductam, fuiſſe delatam ad Apoſtolicam ſedem, juſſumque Eguvinum ſiſti coram Pontifice, & juratum de viſione, quam viderat, & aliis teſtatum eſſe. Tunc vero Conſtantinum legatum miſiſſe Bonifacium in Britanniam, qui Londini Synodum celebraret. Celebrataque Synodo, fuiſſe in ea probatas viſiones Eguvini, & de cultu ſacrarum imaginum promulgatum eſſe decretum. Hæc quidem cum careant teſtificatione majorum, & adverſentur iis quæ ſunt a Beda conſcripta, facile inducimur ut commentum eſſe putemus. II. De Synodo Londinenſi falſa aſſertio.

Quid enim oportuit ut de re jam diu an- III.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLII. Anno Hegiræ XCVI. inchoato die 6. Septemb. fer. 2. A.C. 714. I. Obitus Conſtantini Papæ.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6207.

☉. 23. G. ☽ 11. P. 8. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 714.

CONSTANTINI PAPÆ 7.

ANASTASII IMP. 2.

AD num. I. Anaſtaſius teſtatur, Conſtantinum Papam ſediſſe *annos ſeptem, & dies quindecim*, & ſepultum eſſe *ad B. Petrum Apoſtolum V. Idus Apriles, Indictione XIII. Anaſtaſio Auguſto*. Annos ſeptem & dies XV. eidem etiam attribuunt Honorius Auguſtodunenſis Luitprandus, Abbo Floriacenſis Catalogus Vaticano-Palatinus, aliique Catalogi, Regino & Marianus Scotus, licet in menſibus vel diebus corrupti ſint. Quare minime dubitandum quin *Conſtantinus*, qui die XXV. Martii an DCCVIII. Pontifex Romanus conſecratus fuerat, uſque ad annum ſequentem vitam propagavit, & obierit die octava menſis Aprilis illius anni, ſequenti die, ut habet Anaſtaſius, ſepultus. Baronius tamen, qui Imperium Anaſtaſii mutilavit, ut Tomo ſequenti Deo dante videbimus, unum etiam annum Conſtantino Papæ detraxit, ſcripſitque eum ſediſſe annos ſex, menſem unum, ac diem, contra Anaſtaſii & aliorum fidem; & ubi Anaſtaſius habet, eum ſepultum eſſe *Indictione XIII.* ipſe legit, *Indictione XII.* ſed nullius Codicis Anaſtaſiani auctoritate fretus. Motus etiam ad id Cardinalis eruditiſſimus, quia Sancto Gregorio II. ejus Succeſſori, annum unum amplius, quam par erat, aſſignavit, ut ſuo loco dicetur. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſt. recte quidem vidit Conſtantini mortem ad ſequentem annum pertinere, ſed eam perperam conjunxit cum die XIV. menſis Martii.

Ad num. II. & III. Baleus & Magdeburgen- II.

Cultus Sacrarum Imaginum in Anglia a principio viguit.

ante recepta viſio oſtanderetur, ut induceretur in uſum fideli populo? Nonne auctoritate Bedæ (quod ſuo loco ſuperius dictum eſt) liquet una cum ſancto Evangelio ſuſcepiſſe Anglos uſum ſacrarum imaginum; Auguſtino ex antiquo Eccleſiæ Catholicæ uſu illuc Salvatoris imaginem introducente? Sed ſunt hic iterum ejuſdem Bedæ verba repetenda, cum de Auguſtino in Angliam veniente agens, hæc ait (a): *At illi*, Auguſtinus videlicet, & ſocii, *non dæmoniaca, ſed divina virtute præditi veniebant, Crucem pro vexillo ferentes argenteum, & imaginem Domini Salvatoris in tabula depictam, litaniaſque canentes, pro ſua ſimul, & eorum propter quos & ad quos venerant, ſalute æterna Domino ſupplicabant.* Et inferius: *Fertur autem, quod appropinquantes civitati more ſuo, cum Cruce ſancta, & imagine magni Regis Domini noſtri Jeſu Chriſti, hanc litaniam conſona voce modularentur: Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus & ira tua a civitate iſta, & de domo ſancta tua, quoniam peccavimus, Alleluja.* Hæc ibi. At quiſnam eſt qui docere poſſit vel minimum quidem hoc ſæculo receſſiſſe Anglos ab his quæ docuerat Auguſtinus? Sed & quis iſte quem dicunt, Bonifacius legatus in Angliam miſſus a Conſtantino Pontifice? Puto voluiſſe auctores ſignificare Bonifacium illum magnum Anglum, Germanorum Apoſtolum a Gregorio Secundo Romano Pontifice deſignatum: verum ille nonniſi ſub eodem Gregorio Secundo Romam veniſſe reperitur. Abeat igitur de Synodo Londinenſe commentum.

(a) Bed. hiſt. Angl. lib. 1. c. 25.

IV. Hoc eodem anno magnus ille Pipinus regni Francorum adminiſtrator moritur, relicto ſibi in magiſtratu ſucceſſore filio ex pellice Carolo cognomento Martello. Hæc autem quomodo ſe habuerint, a nullo fidelius, quam a Marcellino, qui hæc præ oculis habuit, ſumenda putamus: ait enim in Suviberto (b): *Contigit anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſima decimoquarto Pipinum de Herſtallo ſtrenuum Principem, & Majoremdomus Francorum,*

(b) Marcell. in Suvibert. c. 23. apud Sur. die 1. Martii.

PAGIUS

Synodus Londinenſis adverſus Sacras imagines fictitia.

genſes fingant, hoc anno *Londini* Epiſcoporum Synodum habitam circa cultum Imaginum, quod *Egvvinus* deſignatus Epiſcopus Wigornienſis Beatæ Mariæ Virginis imaginem in Eccleſia ſua collocaſſet; ajuntque Egvvinum Sanctarum Imaginum cultum primum in Anglo-Saxonum Eccleſias invexiſſe. Verum hæc meræ fabulæ; extat enim Vita Sancti Egvvini Auctore Anonymo, qui undecimo circiter ſæculo vixit ſcripta, & tam a Bollando menſe Januario, quam a Mabillonio Sæculo III. Benedictino parte I. recitata, in qua legitur quidam eum Monaſterium Beatæ Dei Genitrici dedicaſſe, & adeo ejus devotum cultorem fuiſſe *ut nunquam a memoria ejus excideret, nunquam in verbis ejus deeſſet. Cujus viſitatione & conſolatione ſæpe recreatus, omnia, quæ mundi erant, omittebat, & ea, quæ Dei erant, indeſinenter exercebat*, ut legitur num. XIV. Refertur etiam in ea ejus Romam profectio cum *Coenredo & Offa Regibus*, ſed nulla ibi coactæ Londini Synodi, aliarumque fabularum a Magdeburgenſibus confictarum mentio. Quare Spelmannus, qui omnes Saxonum Synodos accurate collegit, ad annum Chriſti DCCXII. de hac Synodo ait; *Cogor iſta Magdeburgenſium & Balæi verba exhibere; cum non habeam e Veteribus, quem adducam*, qui ideo figmentum illud aſpernari debebat, non vero de cultu Imaginum in Britannia hujus fabulæ occaſione verba facere. Britannos enim & Anglo-Saxones Crucem & Imagines veneratos eſſe, res manifeſtior eſt, quam ut jure poſſit in dubium revocari. Videatur Alfordus in Annalibus Eccleſiæ Anglicanæ ad annum DCCXII. quamvis ſatis hac de re, docteque Baronius diſſeruerit. Obiit *Egvvinus* circa an. DCCXX. cujus Vita ab Auctore Anonymo circa ſæculum XI. ſcripta legenda apud Mabillonium Sæc. III. Benedict. & Bollandum ad diem XII. SS. menſis Januarii. *Egvvino* ſucceſſit in Epiſcopatum Wigornienſem, ſeu in Epiſcopatum Wicciorum, ut tunc vocabantur Wigornienſes, *Vvilfridus*, quem multi cum *Vvilfrido Juniori* Eboracenſi Epiſcopo perperam confudere, ut videre eſt anno DCCXXXI.

III. Moriuntur Grimoaldus & Pippinus Majores-Domus.

Ad num. IV. & ſeqq. Continuator Fredegarii cap. 104. loquens de Grimoaldo Pippini filio & Majore Domus in Auſtria, ait; *Grimoaldus filiam Radbodi Ducis Friſionum duxit uxorem. Ægrotante quoque Pippino Jobis villa ſuper Moſam fluvium* (erat Jobii villa ſeu Jopila, vulgo *Jupile*, aut *Jopil*, villa publica a Regione Herſtallii in Diœceſi Leodienſi,) *cum ad eum viſitandum idem Grimoaldus veniſſet, cum ad orationem in Baſilica S. Lamberti Martyris proceſſiſſet, a crudeliſſimo viro impio, Rantgario nomine, interfectus eſt. Poſt hæc Theudaldus filius ejus parvulus, in loco ipſius cum Rege Dagoberto Major Domus Palatii effectus eſt. Sequenti quoque tempore idem Pippinus Dux ægrotans mortuus eſt. Rexitque populum Francorum annos XXVII. Reliquit ſuperſtitem Carolum filium. Poſt obitum quoque ejus Plictrudis matrona præfata ſuo conſilio atque regimine cuncta agebat.* Grimoaldus, quem idem Continuator laudat ob ejus manſuetudinem, eleemoſynas in pauperes, ac pietatem, duas uxores duxit; ex prima, cujus nomen ignoratur, ſuſcepit *Theudoaldum* filium, nullam vero prolem ex altera, cui nomen fuit *Theutſinda*, filia Radbodi Friſiorum Regis. In Chronico San-Dionyſiano mors *Grimoaldi* menſe Aprili, mors *Pippini* menſe Decembri ſtylo barbaro conſignatur: *DCCXIV. Depoſ Grimoaldo in menſe Aprili, & Depoſ Pippino in menſe Decembrio.* Annaliſta Metenſis addit Pippinum cum de infirmitate convaluiſſet, ultum eſſe necem Grimoaldi, & paulo poſt lapſum eſſe iterum in morbum, quo tandem conſumptus interiit, poſtquam in locum Grimoaldi filium ejus parvulum *nomine Theodaldum Majorem Domus cum Dagoberto Rege conſtituit.* Pippinum autem hoc anno vitam clauſiſſe, teſtantur pleriſque antiqui Annaliſtæ Rerum Gallicarum. In libello de Majoribus Domus Regiæ mortuus dicitur *media Decembri*, & in Annalibus Metenſibus *XVII. Kal. Januarii.*

IV. Utrique duæ uxores fuere.

Pippinus præter *Plectrudem*, quæ uſque ad obitum mariti cohabitavit, aliam duxit uxorem, *Alpaidem* nempe, idque, ut addunt Ana-

Pippini de Herſtallo obitus.

doleatem ſuper innocente morte ſanctiſſimi Lamberti Tungrenſis Epiſcopi ad mortem ægrotare. Licet enim ante annos ſexdecim S. Lambertus martyrio occubuiſſet, jamque facinus oblivione ſepultum videri potuiſſet: tamen ſemel inflictum Pipini conſcientiæ vulnus numquam curatum eſt, immo magis recruduit ex tranſlatione ejuſdem martyris ante annos quatuor renovata memoria. Tranſlatum eſt enim corpus ejus in Legiam, quæ ex vico crevit in nobilem civitatem ex ejuſdem martyris gloria atque miraculis ibidem jugiter edi ſolitis. Pergit vero Marcellinus:

V. Suviberti cum Pipino congreſſus.

Accerſituſque ſanctus Suvibertus egregius Pontifex ad viſitandum eum per nobiles viros, perrexit prius cum Vuilleico & Theodorico diſcipulis ſuis Coloniam ad Plectrudem illuſtrem Duciſſam Lotharingiæ, ſive Auſtraſiorum, conſilium ab ea expetens, quidnam facere deberet. Qua eum religioſe ſuſcipiens & tractans, tandem retento Coloniæ pro Vuilleico presbytero ſancti Suviberti apud ſe cauſa devotionis & conſolationis (erat enim felix Vuilleicus Evangelicus ſacerdos) miſit ſanctum Suvibertum & Agilolphum Colonienſem Archiepiſcopum cum pluribusque aliis prælatis ad Pipinum Principem conjugem ejus, ad informandum eum, ſi obiret, ne illuſtres legitimos ſuos filios, Drogonem Ducem Campaniæ, Grimoaldum Majorem domus Childeberti Regis Franciæ exhæredaret, heredem ſcribendo Carolum Martellum illegitimum ex Alpaide pellice genitum in detrimentum & damnationem animæ ſuæ, & in confuſionem ſui & totius Eccleſiæ, atque in ſcandalum ſuorum primatum & ſubditorum. Et quia ſanctus Lambertus Epiſcopus eumdem Pipinum de illicito connubio Alpaidis increpaverat martyrium ſubiit.

Ve-

PAGIUS

nales Fuldenſes, *priore conjuge poſthabita*, ſeu minus amata. Sed ut animadvertit Henſchenius in Diatriba de Trib. Dagobert. lib. 3. cap. 2. quæ in laudato Fredegarii Continuatore appellatur *concubina Grimoaldi*, ex qua is genuit Theudobaldum, in Genealogia Regum Francorum ex MS. Regis Britanniarum edita, & in libello de Majoribus Domus Regiæ vocatur etiam *alia conjux Grimoaldi*, uti mater Caroli, *alia Pippini uxor*: ut hæ voces, *alia conjux*, *alia uxor & concubina* videantur pro eodem promiſcue ſumi. Hinc in Erchanberti fragmento ex Breviario Regum Francorum & Majorum Domus dicitur Carolus *filius Pippini ex concubina*, & a Flodoardo lib. 2. cap. 12. *Carolus ex ancilla ſtupro natus*, quæ in citato Fredegarii Continuatore Alpais Caroli mater dicitur Pippini *uxor nobilis & elegans*. Verum de duplici Pippini conjugio ea horum temporum corruptela, ſat ſupra a nobis actum.

V. *Filii & nepotes Pippini Heriſtallii Ducis.*

Per annos viginti ſeptem, menſeſque ſex, ut habent antiqui Annaliſtæ, ideoque a menſe circiter Junio anni DCLXXXVII. auctoritate inſtra Regiam maxima *Pippinus* potitus eſt ſub quatuor Francorum Regibus. Cognomen *Herſtalli* ſive Herſtallii nactus eſt ab Harſtallo ſeu Herſtallo, vel Herſtallio, quod horæ circiter itinere diſtat Leodio. Suſcepit ea *Plectrude* filios quatuor, *Drogonem*, & *Grimoaldum*; ex Alpaide *Carolum*, & *Childebrandum*: ſed duos tantum reliquit ſuperſtites Carolum, & Childebrandum, ac nepotes ſex, *Hugonem*, *Arnoldum*, & Anonymum, filios *Drogonis*, *Theudoaldum* filium Grimoaldi, *Carolomannum*, & *Pippinum* filios Caroli cognomento Martelli. Carolomannus, & Pippinus, qui poſtea regnavit, ex Carolo & ejus uxore *Rotrude* nati ſunt ante Pippini avi mortem. Nam, ut ſcribit Auctor Annalium Fuldenſium, Pippinus qui natu minor erat, annos vixit LIV. obiitque anno DCCLXVIII. *Carolus* cum Patrem amiſit, annum agebat ætatis XXIV. eique Rotrudis uxor *Pippinum* alterum filium nuperrime pepererat, quem Sanctus Willebrordus Ultrajectinus Epiſcopus baptizavit, & anterioribus Francorum Ducibus majorem fore prædixit, ut Alcuinus in ipſius Willebrordi Vita teſtatur. Hæc conducent, ut facilius capiantur quæ infra de Pippini Heriſtallii Ducis filiis & nepotibus in medium adducemus. Quæ porro Baronius ex Pſeudo-Marcellino de Pippino refert, fidem non merentur, niſi inquantum etiam ob Antiquis afferuntur. Certe hic num. V. fabulator iſte affirmat, *Drogonem* Pippino patri ſuperſtitem fuiſſe, qui tamen anno DCCVIII. vivere deſiit, ut eo anno monſtravi.

VI. *Dura conditio Chriſtianorum ſub Mauris viventium.*

Poſt ſubactam a Mauris *Hiſpaniam* vivebant in ea Chriſtiani multi, licet dura ſervitute oppreſſi, qui inter Arabas remanſerunt, quandiu *Marwanidæ*, & poſt eos *Almorabitini*, (vulgo Almoravides) rerum potiti ſunt. Deinde *Almohades*, qui Imperium Almorabitinis eripuerunt, omnes illas Veteres Hiſpanicas Eccleſias funditus deſtruxerunt, & hos pauperes Chriſtianos a finibus ſuis expulere. Verum ſub Marwanidibus, ut teſtatur Rodericus lib. 4. de Reb. Hiſpan. cap. 3. Chriſtiani, *qui in Hiſpaniis ſervituti barbaricæ mancipati elegerunt degere ſub tributo, permiſſi ſunt uti lege, & Eccleſiaſticis inſtitutis, & habere Pontifices & Eccleſiaſticos Sacerdotes, apud quos viguit Officium Iſidori & Leandri; & viget hodie in ſex Parochiis Toletanis*. Meminit poſtea aliquorum Sanctorum Epiſcoporum, qui ſub illa captivitate vixerunt.

VII. *Quare Muzarabes appellati.*

Iſti dicti ſunt, inquit Rodericus lib. 3. cap. 23. *Mixti Arabes, eo quod mixti Arabibus conviverbant, quorum hodie nomen apud nos perſeverat & genus*. Iſti appellabantur *Moſtarabes*, id eſt, Mixti Arabes, ſeu Inſititii. Eduardus Pocockius Anglus, linguarum Orientalium, præſertimque Arabicæ peritiſſimus, veſtigiis Abulpharagii inhærendo docet nos in Specimine Hiſtoriæ Arabum, Arabas, *qui ab Iſmaele genus ducunt*, dictos fuiſſe *Moſt Arabas ſeu Inſititios*, eo quod non eſſent ex primis Arabiæ incolis oriundi; nec genuini Arabes. Hoc modo omnes externæ ſtirpis, gentis, & religionis inter Arabas viventes, vocati ſunt ab ipſis Moſtarabes. Verum Hiſpani litteram T de hac voce tollentes, Hiſpano-Arabas appellarunt *Moz Arabes*. Pari modo Urbem Mauris vocatam *Aſtigia*, vel *Eſtija*, efferunt Hiſpani Ecija, *Saragoſſa*, Saragoça pronunciant, & multas Arabum voces, quas linguæ ſuæ intruſerunt, corrupere. At nonnulli Eruditi opinati ſunt, Rodericum, ſeu & Hiſpanos eodem Præſule vetuſtiores, cum linguam Arabicam ignorarent, ſyllabam *Mor a*

vo-

Digitized by Google

VI. *Venientes igitur præfati Pontifices Joppiliam ad ægrotantem Principem Pipinum, benigne ab eo ſuſcepti ſunt. Qui ipſum conſolantes, & ad tolerantiam adverſitatum temporalium & infirmitatum corporalium confortantes, aiebant, quod Deus electis ſuis iter aſperum facit, ne dum delectarentur in via, obliviſcerentur eorum quæ ſunt in patria. Tandem nacto opportuno tempore & congruo, inter cætera pro ſalute & remedio animæ ſuæ cauſam, pro qua venerant, ei devote & ſolubriter Pontifices exponentes, & de illicito matrimonio increpantes, ſtatim cum indignatione repulſam patiebantur. Alpais vero legationem ſanctorum Pontificum ſciſcitans & comperiens, irata valde, Pontifices abire celeriter præcepit; & ipſa interpellans importune pro Carolo Martello filio ſuo apud Pipinum, impetravit cuncta pro eodem filio ſuo, quæ petierat. Pipinus vero eodem anno moriens, eumdem Carolum Martellum ſuorum principatuum reliquit hæredem. Quod cernentes præfate Pontifices, inglorii & triſtes Coloniam redierant, enarrantes præclara Plectrudi omnia quæ geſta erant in Joppilia a Pipino, conſolantes eam, & ad tolerantiam*

Carolus Martellus Princeps.

patientiæ animantes. Hactenus de his Marcellinus.

VII. Pipini obitus. Sic igitur cum præfecturam illam primariam annis vigintiſeptem adminiſtraſſet, hoc anno mortuus eſt. Ita etiam colliges ex Jona (*a*) monacho ejus temporis ſcriptore, dum anno Domini ſeptingenteſimo numerat Pipini magiſtratus decimumtertium, conſentientia his quæ apud Aimonem (*b*) leguntur, præfuiſſe nimirum rebus Francorum annos vigintiſeptem. Fuiſſe Pipinus inter Principes maxime pios adnumerandus, niſi iſta de pellice eum valde denigraſſent. Conſtat quidem ipſum Pipinum multa Eccleſiis contuliſſe, monaſteria erexiſſe, ſanctos viros coluiſſe, hæc & alia id genus crebrius opera factitaſſe. Regnabat hoc tempore in Galliis Dagobertus ſecundus, qui ſequenti anno, ubi tenuiſſet regnum annos quinque, moritur, inque locum ejus Franci elevant Danielem clericum in regnum, quem nominant Chilpericum ejus nominis ſecundum. Reliqua ſequenti tomo dicenda erunt, ubi & Gregorii ejus nominis ſecundi Romani Pontificis res inſigniter geſtas aggrediemur.

(*a*) *Joan. in vita S. Vulframni Epiſc. Senon. apud Sur. die 20. Martii.* (*b*) *Apud Aimoin. l.4. c.3.*

PAGIUS voce Latina *Mixtos* corruptam exiſtimaſſe. Verum hanc conjecturam linguæ Arabicæ periti ſugillant, licet eam admiſerit Mariana lib. 6. de Reb. Hiſp. cap. ultimo.

VIII. *Marca interpretatio rejecta.* Marca lib. 3. Marcæ Hiſpanicæ cap. 1. dicit originationi a Roderico Toletano propoſitæ ipſam ſcripturæ conſtantis rationem refragari, quæ *Muzarabes* illos Chriſtianos perpetuo vocat, non autem *Miſtarabes*; *Muza Arabis beneficio*, inquit Marca, *hanc libertatem conſecuti, ejus ſe nominis patrocinio contra ſequentium Principum impotentiam tuebantur, ac deditionis ſuæ conditiones ea nomenclatura explicabant*. Verum hæc ethymologia ob eamdem, qua præcedens, rationem reiicienda. Facit ad rem iſtam quod refert Leo Afer lib. 1. cap. 19. Arabes ſcilicet in triplici differentia eſſe, *genuinos & nativos*, qui omnium primum Regionem illam, quæ nunc *Arabia* vocatur, occupaſſe, & a Saba eorum Rege deſcendere dicuntur, & hos proprie Arabas indigitari: *Iſmaelitas* vero, qui ab Iſmaele Abrahæ filio dicuntur ducere originem, quique multo poſt eo advenientes connubia & fœdera cum primis incolis contraxerunt, qui tantum inſititii & advenæ ſint, appellari *Muſtaraba*, quaſi *Arabizatos*, hoc eſt, aſcititios vel adoptivos: denique qui migrarint in Africam, & per connubia moreſque Barbaris ibi ſe admiſcuerint, vocari *Muſtehgeme*, quaſi *barbarizatos*. Ex quibus Præſulis Toletani explicatio extra omne dubium ponitur. [1]

NOTÆ [1] AD hunc annum vel ad poſteriorem pertinere cenſeo Concilium quoddam Epiſcoporum Etruriæ cui Piſanus, Florentinus, & Lucenſis Epiſcopi interfuere, ad cognoſcendam cauſam Senenſem, inter & Aretinum Epiſcopum agitatam. Res erat de jure quod ſibi competere in Eccleſiis quibuſdam Epiſcopatus Senenſis Aretinus Epiſcopus contendebat. Meminit hujus Concilii charta quædam Luitprandi Regis apud P. Grandi in Tractat. de Pandectis in Appendice n. 9. Hujus pariter & mentionem facit Alexander II. in ſua Bulla apud Ughellium in Aretinis. Porro citius anno 714. Concilium illud haberi non potuit, cum Lucenſis Epiſcopus memoretur Taleſprianus, qui idem eſt cum Taperperiano ab anno 714. Lucenſi Epiſcopo, ut habet Ughellius in Lucenſibus. Hujus chartæ veritatem ſin minus in omnibus, certe tamen in multis aſſertam eſſe idem Cl. Grandius ibidem demonſtrat. Nec ſane Concilium in ea commemoratum fictitium eſſe, ſatis probat Alexandri II. Bulla, quam ſuperius indicavimus. Hujus Concilii nulla adhuc mentio in recentiſſimis Conciliorum Collectionibus facta eſt.

Poſt hæc ſcripta incidi in Chartam quandam donationis exaratam Lucæ anno Regni Luitprandi II. indictione XI. ideſt anno æræ Chriſtianæ 713. in qua Taleſperianus Lucenſis Antiſtes commemoratur. Ex quo intelligimus Epiſcopum hunc uno ſaltem anno citius quam apud Ughellium cœpiſſe; ideoque & Concilium illud Etruſcum anno pariter 713. haberi potuit. Chartam illam vulgavit Muratorius in Antiquit. Italic. t. 1. col. 128. MANSI

Peroratio cum Gratiarum actione.

SIſtendum hic modo, ſtatuto termino, a Gregorio ad Gregorium. Etenim a primo egreſſi, veluti hoſpitali accepta teſſera, apud ſecundum ad quem pervenimus hoſpitalitatis jore quieſcimus, & quidem itinere fatigati; cum interdum per vaſtam, rerum geſtarum ignorantia, ſolitudinem, fuerit in invio via laborioſe quærenda; aliquando veluti per ardua montium, inſtar Jonatæ (a) fuerit manibus pedibuſque reptandum, ut oppoſitas immenſas ubique difficultates ſuperare poſſemus: cum inter hæc omnia quam ſæpiſſime denſatum ſpinarum obicibus præpediti, a multiplicibus ſcilicet diverſiſque ingruentibus undique negotiis violenter abrepti ab itinere inſtituto, ad aliena curanda oportuerit ad paſſus ferme ſingulos divertiſſe. Hæc autem omnia ſuperaſſe, & ad optatum viæ exitum perveniſſe, opus fuit ejus, quam in ipſo exordio itineris quæſivimus ducem Dei genitricem MARIAM, necnon eorum quos experivimus in via comites ſanctos Martyres. Quibus omnibus quantum pro acceptis beneficiis debeamus, Tobiæ nos ſententia docet (b), cum judicavit dimidium bonorum, quæ filius vexerat, fideli comiti tribuendum, quem hominem eſſe putavit; ſed ſi cognoviſſet eſſe Angelum, omnia ſua, ſuoſque ſeque ipſum libenter exhibuiſſet. Jure ergo nos iiſdem, quos nacti ſumus ducem & comites, omnia iſta pro gratiarum actione rependimus, impendimuſque nos ipſos ſimul. Ipſi vero offerant quod accipiunt Deo bonorum omnium largitori, a quo nobis impetrent ſolutionem iſtorum compedum aureorum, ſimulque veniam peccatorum, feliceemque ex hac vita migrationem ad Deum ipſum: cui ſit honor & gloria in ſæcula. Amen.

(a) 1. Reg. 14.

(b) Tob. 12.

Hic Baronius octavum Annalium Tomum abſolvit.

ANNA.

ANNALES
ECCLESIASTICI.

I. Præfatio auctoris cum imploratione divini auxilii.

MAgna quidem vis eſt atque potentia veritatis, utpote quæ Dei Filium inviſibilem atque incomprehenſibilem e cælo duxit in terram, fecitque viſibilem hominem, ut eundem ſui teſtem fidelem efficeret. Id enim profitetur ipſe, dum ait (a): *Ego in hoc natus ſum, & in hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati*. Noſque id ipſum præſtare volens, ſic monuit (b): *Et vos teſtimonium perhibebitis.* Adeo ut qui Chriſti ſunt, iidem teſtes eſſe debeant veritatis. Sicut enim magnus ille Patriarcha Jacob (c) non ſolum ipſe lapidem erexit in titulum, ſignum ac teſtimonium cum Laban ſancitæ concordiæ, ſed ſuos omnes ſimul in unum conferre lapides præcepit, tanta copia, ut tumulus elevaretur, quem Acervum teſtimonii nominavit: ita & Chriſtus non ſolum lapidem (d) illum ſummum, angularem, electum, pretioſum, ac vivum erexit in titulum ea ſublimi inſcriptione ſignatum: *Ego (e) ſum Via, Veritas & Vita*: Sed & ſuis id ipſum faciendum præcepit, etiam ſi opus ſit vitæ diſpendio, hujuſcemodi ſcilicet in unum aggregare lapides indices, ſemper loquentes teſtimonia veritatis.

(a) Joan. 18.
(b) Joan. 15.
(c) Gen. 31.
(d) 1. Petr. 2.
(e) Joan. 14.

II. Cum autem id jugiter in Eccleſia factum conſtet; nos id operis ſponte ſuſcepimus, ut ex rebus geſtis prodita annis ſingulis teſtimonia veritatis, eadem ſimul congerentes in unum, ac temporis ordine diſponentes, tolleremus in altum nobiliorem tumulum teſtium, qui ſui eminentia ſuctus orbi univerſo perſpicuus neminem latere poſſet; adeo ut hac ex parte, ſi quis Annales hos, antiquo nomine Acervum teſtimonii appellaverit, puto ſcopum veritatis attinget. Lapides ſiquidem ſunt iſti vocales, ubi ſit Eccleſia Catholica edocentes: quos qui non audiunt, eſſe ſurdi penitus convincantur, & arguantur omnino cæci, qui non videant quod tanta ſublimitate promineat; atque prorſus ſit exiſtimandus inſanus, qui tanta congerie ac mole teſtium ſpreta, ſuam potius omnibus duxerit præferendam eſſe ſententiam.

III. Suſcepti igitur nos memores inſtituti, ac Domini commonentis, atque dicentis: (f) *Qui non colligit mecum, diſpergit*: Ejuſmodi colligendi lapides cœptum ſemel proſequimur opus: & quamvis nimio labore feſſi, aſſurgimus tamen alacres, non noſtris confiſi viribus, ſed de conſueto patrocinio, quod jugiter imploramus, patronæ noſtræ ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ Virginis omnino ſecuri. Cujus, & precibus illud rogamus impendi, ut idem, qui in dies magis, majoribus incrementis Acervus teſtium exaltatur, tamquam excelſa Pharus eluceat miſeris illis, qui cæca nocte per altum pelagus ſæva tempeſtate jactati (g), circumferuntur omni vento doctrinæ; quo tandem ad lucem veritatis, licet ſero, converſi, illuc clavum dirigant, unde male ſolverunt, ad portum ſalutis, Catholicam ipſam ſanctam Eccleſiam quæ unica in æternum perſtat (h) columna & firmamentum veritatis.

(f) Luc. 11.
(g) Epheſ. 4.
(h) Tim. 3.

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. II. ANNUS	ANASTASII IMP. ANNUS
714.	1.	2.

I. ANnus Redemptoris ſeptingenteſimus decimus quartus, Indictione duodecima, ſuperiori Tomo uſque ad obitum Conſtantini Papæ in Annalibus relatus habetur: quæ autem ab eo tempore uſque ad ejus finem geſta eſſe reperiuntur, jam aggredimur enarrare, utque primum de ſede Gregorii ejus nominis ſe-

Gregorii Secundi Sedis tempus.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLII. Anno Hegiræ XCVI. inchoato die 16. Septemb. fer. 1. A. C. 714.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6207.

⊙ 23. G. ☽ 12. P. 8. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 714.

CONSTANTINI PAPÆ 7.

ANASTASII IMP. 2.

I. ANum. I. ad VI. *Conſtantinus* Eccleſiam Romanam *rexit* uſque ad annum ſequentem, quo die octava menſis Aprilis, obiit, ut in fine Tomi ſuperioris oſtendimus. Eo demortuo *ceſſavit Epiſcopatus dies quadraginta*, inquit Auctor Libri Pontificalis, & ex eo Ordericus lib. 2. & Martinus Polonus in Chron. Quare Sanctus *Gregorius II.* natione Romanus ordinatus eſt anno ſeptingenteſimo decimo quinto, die decima nona menſis Maii, in quam eo anno Dominica cadebat. Papebrocius quidem in Conatu Chronico-Hiſt. ordinationem ejus dici XXVIII. Apri-

Gregorius II conſecratur Pontifex Romanus.

ſecundi Romani Pontificis, quem abſolutiſſimi omni ex parte ſummi ſacerdotis expleſſe numeros, cum res ab eo præclare geſtas perlegeris, æque conſenties. Quod primum ad tempus ſpectat, cum aliam ejus Pontificis ſedis longe diverſam annorum rationem initam a recentiore

(a) Panvin. in Faſt. (a) auctore eſſe reperias ab ea, quam nos ponimus, hoc anno inchoatam eſſe, nempe quod tradat poſt biennium ipſum ſedere cœpiſſe, dignum exiſtimamus more noſtro, nihil ſine certa teſtificatione leviter affirmare, ſed ea de re exactam afferre rationem. Aſſertione in primis id conſtat Anaſtaſii Bibliothecarii, qui dum numerat ſedis ejus annos ſexdecim, menſes octo, & dies viginti, mortuumque dicit undecima Februarii, Indictione decimaquarta, utique hoc anno ſedere cœpiſſe affirmare neceſſe eſt: dumque rurſum tradit Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum ad eum litteras ſcripſiſſe, itidem hoc anno ipſum Pontificem eſſe creatum pariter admonet; ſiquidem illo de throno depoſito, alius loco ipſius anno ſequenti ſediſſe reperitur. Etenim hoc anno ſecundo Anaſtaſii imp. Joannem ipſum redactum in ordinem, Theophanes tradit, ipſum vero Anaſtaſium Auguſtum præſentem non exceſſiſſe annum. Teſtantur, & Sigebertus, ac plures alii hoc anno Gregorium ſedere cœpiſſe. Hæc de his, quæ ad temporis rationem ſpectare noſcuntur: jam vero de ipſius Gregorii electione agamus.

II. Gregorii Primordia. Cum autem poſt Conſtantini Pontificis obitum ſedes vacaſſet dies ☞ quadragintaduos ☜, ut idem Bibliothecarius auctor eſt, vigeſimaſecunda menſis Maii, ipſe Gregorius ſumma concordia Cleri totius, & populi Pontifex creatus eſt: Eminens enim in eo tum doctrina, tum ſanctitas id ab invitis etiam extorquebat. Sed audiamus quæ de ipſo Bibliothecarius habet: *Gregorius ſecundus natione Romanus, ex patre Marcello, fuit temporibus Anaſtaſii, Theodoſii, & Leonis, atque Conſtantini Auguſtorum. Hic a parva ætate in Patriarchio nutritus, ſub ſanctæ Memoriæ domno Sergio Papa ſubdiaconus atque Sacellarius factus, Bibliothecæ eſt illi cura commiſſa, deinde ad diaconatus ordinem provectus eſt a ſancto viro, vir caſtus, divina Scriptura eruditus, facundus loquela, & conſtans animo, Eccleſiaſticarum rerum defenſor, & contrariorum fortiſſimus impugnator.* Hæc de ejus primordiis, atque moribus Anaſtaſius.

III. Joannes Epiſc. Conſtantinop. hæreticus deponitur. Ubi autem Gregorii creatio innotuit Orientalibus, Joannes Conſtantinopolitanus ad eum ex more Synodalem epiſtolam ſcripſit, ut idem Anaſtaſius auctor eſt qui ait: *Hujus temporibus Joannes Conſtantinopolitanus Antiſtes Synodicam Romam miſit, & ad eum reſcripſit idem uſus eſt Pontifex.* Hæc tantum de his ipſe. Quod enim idem Joannes hæreticus eſſet, ut vidimus, intruſus a Philippico Imperatore, haud dubitari poteſt, rejectam a Gregorio Joannis Synodalem epiſtolam, qua ipſe, & alii cum eo Epiſcopi ſcribentes ad recens creatum Romanum Pontificem, ab illo communionem Catholicam ſuffurari tentarent: ſed eos tamquam hæreticos ipſe Pontifex eſt averſatus, & ipſum pſeudopatriarcham e throno deponendum curavit. Quod enim non ante, ſed cum reſcripſit Gregorius Conſtantinopolim, ipſe Joannes e throno depoſitus invenitur; utique exiſtimare dignum eſt, id litteris factum eſſe Gregorii ad Anaſtaſium Imperatorem, ad id præſtandum valide impellentis: qui & more majorum Apocriſarium mittens Conſtantinopolim Michaelem presbyterum, per eumdem id viſus eſt procuraſſe. Pepercerat hactenus ei Anaſtaſius ea fortaſſe ratione, quod ab ipſo coronam Imperii ſolemnibus ritibus accepiſſet. Verum hoc anno, qui ſecundus Anaſtaſii numeratur, fuiſſe Joannem in ordinem redactum, Theophanes affirmat, cujus & ſen-

PAGIUS

ptiliis affigit; *ſed* error illi natus, quod *Conſtantini Papæ* mortem a die, quo eam Anaſtaſius collocavit, removerit, & eum die XVIII. Martii ſequentis Chriſti anni alligarit. *Hujus temporibus Joannes Conſtantinopolitanus Antiſtes Synodicam ei miſit, atque ad eum reſcriptis idem uſus eſt Pontifex*, ait Anaſtaſius. Exiſtimat Baronius, rejectam a Gregorio Synodalem Joannis Epiſtolam, huncque ab eo tanquam hæreticum habitum. Addit, *Joannem* in ordinem redactum fuiſſe, affirmare Theophanem. Verum memoria labitur Cardinalis doctiſſimus; nam tam Theophanes, quam Anaſtaſius in Hiſtoria Eccleſiaſt. ſeu in Verſione Theophanis, diſerte habent, Joannem *poſt annos tres*, Sedis ſcilicet, mortuum eſſe. Refert quidem Zonaras *Joannem* poſt triennium exauctoratum fuiſſe; ſed cum hujus depoſitionis nullus alius meminerit, longe major fides Theophani habenda; præſertim cum *Joannes* Oeconomiam ſuam ſtatim ac *Philippicus* tyrannus ſublatus eſt, Conſtantino Papæ ſignificarit, pro ea excuſarit, ac in eadem non paucos ſocios habuerit, inter quos *Germanum* ejus in Sede Conſtantinop. Succeſſorem, & *Andream* Cretenſem, magnæ virtutis Viros. Sed cum Baronius *Joannis* Epiſtolam ad Conſtantinum ſcriptam, & a Combefiſio ab aliquot annis publicatam non vidiſſet, Joannem depoſitum fuiſſe credidit, eumque Monothelitarum *Antiſignanum* appellavit. Sunt qui arbitrantur, Epiſtolam Joannis ad *Gregorium* II. aliam non eſſe, quam Epiſtolam Joannis ad Conſtantinum Papam, quæ poſt hujus mortem, Gregorio II. reddita fuerit. At cum *Joannes* anno DCCXIII. poſt Feſtum Pentecoſtes, ſuam Synodicam ad Conſtantinum Papam dederit, & Gregorius II. menſe tantum Majo anni DCCXV. Pontifex Romanus conſecratus fuerit, liquet, conjecturam eam vanam

ſententia hoc pariter anno, Kalendis Augusti, electum fuiſſe ſanctum Germanum, poſſumus intelligere. Dum enim (a) ait: *ipſum Germanum ſediſſe annos quatuordecim, menſes quinque dies ſeptem, deſiiſſe vero ſeptima Januarii, Indictione decimatertia*; utique docet, hoc anno, menſe Auguſto ſedere cœpiſſe: ſeu potius annos quindecim ſediſſe uſque ad annum ſeptingenteſimum trigeſimum, quo privatum conſtat. Quomodo autem iſta de ſubrogatione Germani ſe habuerint, ab eodem Theophane ſic accipe.

(a) *Theophanes an. 13. Leon. Imp.*

IV. *Anno* inquit, *ſecundo Artemii, qui & Anaſtaſii, translatus a Cyzico urbe metropoli Germanus Conſtantinopolim, in quo & commonitorium tranſlationis, quod ſubinfertur, pronuntiatum eſt, continens ita: Electione & approbatione religioſiſſimorum presbyterorum, & diaconorum totius venerabilis ſacrique ſenatus, & omnis Chriſti populi, conſervandæ hujus regiæ urbis divina gratia, quæ ſemper infirma curat, & ea, quæ * non ſunt, adimplet, tranſtulit Germanum ſanctiſſimum Præſulem Cyzicenſium metropoleos in Epiſcopum hujus a Deo conſervandæ Imperatoriæ civitatis. Facta eſt præſens tranſlatio in præſentia Michaelis ſanctiſſimi presbyteri, & Apocriſarii Apoſtolicæ ſedis ſub Artemio Imperatore.* Hactenus commonitorium, quod appellat Theophanes, ſive decretum de tranſlatione Germani e Cyzicena Eccleſia in Conſtantinopolitanam ſedem. Delectus enim tantus vir fuit ob ejus egregiam ſanctitatem, & eruditionem, cum etiam & generis nobilitate haberetur inſignis. *Fuit enim* (inquit Zonaras) *Germanus filius Juſtiniani patricii, qui eo tempore, quo Conſtantinus Pogonatus Imper. e Sicilia veniens ultus eſt in eos, qui alium Imperatorem deſignaverant ab eodem occiſus eſt; & ejus filium Germanum, cum ejus ætatis eſſet qua caſtrari homines ſoleat, eunuchum fecit.* Hæc Zonaras in Conſtantino. Magna quidem Dei providentia factum eſt, ut tantus Epiſcopus temporibus iſtis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ daretur, cum eidem Eccleſiæ maxima omnium perſecutio immineret.

* deſunt

Germanus eligitur Epiſc. Conſtantinop.

V. Quodnam autem ſpecimen ſanctitatis ediderit, cum electus in Eccleſiam duceretur, collocandus in throno, dum prophetico afflatus ſpiritu ventura prædixit, habetur in rebus geſtis præclariſſimi martyris Stephani Junioris apud Joannem Damaſcenum his verbis expreſſum: *Cum eximius vir Germanus in patriarchicum thronum aſcenſurus eſſet, plebs ingenti frequentia ad maximum ſanctæ Sophiæ templum, ipſius videndi cupiditate concurrebat, erat enim ille virtutis nomine clarus & illuſtris, atque in omnium linguis non ſine voluptate verſabatur. Una autem cum omnibus præclarum illud parentum Stephani par occurrens, ſcamnum quoddam occuparat, quo eum, quem cupiebat, e ſuperiori loco intueri poſſet. Cum igitur ille per Eccleſiam tranſiret, ſtatim mulier, quæ Stephanum geſtabat in utero (ipſum enim ejus, quem geſtabat in utero, cura concitabat) Benedic, domine, id quod in utero meo eſt, clamare cœpit. Ille autem perſpicaci animæ oculo eum, qui utero geſtabatur, intuens: Benedicat hunc Dominus per primi martyris interceſſiones, reſpondit. Apud omnes porro mulier affirmabat, ſe ea hora, qua hoc audiiſſet, igneam flammam ex divino illo ore profilientem vidiſſe. Ut igitur in lucem editus eſt, ſtatim eum, ut magnus Germanus prædixerat, Stephanum appellarunt, &c.* Ita quidem ad bellum, quod parabatur, militem antequam naſceretur, viſus eſt deſignaſſe, ac martyrem prædixiſſe Germanus, dum eum per primi martyris Stephani interceſſionem cum benedictione ſignavit: quod & manifeſtius declararunt eventa, ut ſuis locis inferius dicturi ſumus.

Stephanus junior in matris utero benedicitur.

Tor-

PAGIUS num eſſe, & Joannis ad Gregorium II. Epiſtolam ad nos non perveniſſe.

II. Ad eum itaque Chriſti annum *Joannes*, qui ante Pontificatum fuerat *Diaconus & Chartularius Oeconomii*, quique annos tres ſedit, quod utrumque docet Nicephorus in Chronico, vitam propagavit uſque ad annum ſequentem, eodemque mortuus eſt ante diem undecimam menſis Auguſti. Theophanes enim ad annum Incarnat. ſecundum Alex. DCCVII. Kalend. Septemb. præſentis anni Dionyſiani inchoatum, ſcribit: *Eodem ſecundo Imperii Artemii, qui etiam Anaſtaſius, Indictione decima tertia, menſis Auguſti die undecimo, a Cyzicena Metropoli Conſtantinopolim Germanus tranſlatus eſt*, ideoque anno ſequenti, non vero currenti, ut putavit Baronius, qui non animadverterat, *Theophanem* Imperatorum annos a Kalendis Septembris morti Deceſſoris proximioribus cum anno civili inchoare, ideoque anno DCCXV. menſe Auguſto, juxta computandi rationem a Theophane uſurpatam, ſecundum Anaſtaſii Imp. annum adhuc in curſu fuiſſe. Eo autem Chriſti anno dies Dominica in diem undecimam menſis Auguſti incidit, & ordinationes Epiſcoporum diebus Dominicis, aut Feſtis ſolemnibus fieri ſolitas ſæpe inculcavimus. Goarus in Notis ad Theophanem contendit, *Sanctum Germanum* anno primo Anaſtaſii Imp. die quarto menſis Auguſti Conſtantinopolim tranſlatum eſſe, Anaſtaſiumque ſeu Artemium præſenti ſolum anno ad Imperium evectum; & juxta eam ſententiam textum Theophanis corrigit, ſeu, ut verius dicam, corrumpit. *Anaſtaſium* enim anno elapſo dictum eſſe Imperatorem jam demonſtravimus: *Germanum* vero die XI. Auguſti anni DCCXV. ordinatum eſſe, ex dicendis anno DCCXXX. quo abdicavit, magis confirmabitur.

Si Germanus ſucceſſit Joanni in Patriarchatum Conſtantinop.

Ad

VI. Turbatur inter hæc totus Reipublicæ ſtatus, tumultuantibus militibus, & alium ſibi Imperat. deligentibus nomine Theodoſium. Quod quidem hoc anno factum eſſe, Theophanes in primis tradit, & alii omnes æque conſentiunt, cum Imperii Anaſtaſii non niſi annum, & tres menſes numerant. Quomodo autem id acciderit, ab eodem Theophane, qui ceteris ſicut antiquitate, ita, & auctoritate præſtat, hæc breviter accipe: *Cum Artemius, idemque dictus Anaſtaſius, didiciſſet, quod claſſis Sarracenorum ab Alexandria in Phœnicem properaret ad ligna cipreſſina incidenda, eademque ad uſum navium comparanda, mittit claſſem, ut* * Comitem obſequii. *obſiſteret, cui præficit * Obſicium, necnon Joannem magnæ Eccleſiæ diaconum. Porro idem Imp. generalem Logothetam Obſicium, & alios omnes in Rhoda inſula convenire jubet. Ubi cum eſſent, ab eis qui erant Obſicii, adverſus eos, qui erant Joannis, diſſenſio orta eſt, qua factum, ut occiſo Joanne, adverſæ partis militibus prævalentibus, dum timerent Imperatorem ob admiſſum facinus, reverſuri ad propria, cum Adramyttium perveniſſent, invenientes indigenam hominem, nomine Theodoſium, qui erat tributorum publicorum exceptor, eum hortati ſunt imperare; qui fuga lapſus in monte latuit, ſed inventum imperare coegerunt; Conſtantinopolimque verſus navigantes, cum claſſe regia pugnandum fuit, donec tandem poſt ſex* Anaſtaſius Imp. ceſſat. Theodoſius Imp.

PAGIUS III. *Theodoſius anno ſequenti Imp. dictus.* Ad num. VI. Theophanes eodem Incarnationis anno Alexandrino eitam, quo narravit Tranſlationem Sancti Germani e Cyzicena Metropoli ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum, refert *Artemium* Imp. Claſſem adverſus Saracenos miſiſſe, eique Joannem Magnæ Eccleſiæ Diaconum præfeciſſe, qui ubi Rhodum appulit, militares copiæ ex Opſici themate Joannem Diaconum gladiis peremere, Claſſique diviſa rebelles in Reginam Urbem recta contendere, & hominem quendam nomine *Theodoſium*, quem obviam habuere, Imperatorem ſalutarunt. Artemius de rerum ſuarum ſalute deſperans, dedit manus, & Monaſticum habitum induit; *Theodoſius ſalvum eum eſſe jubens, Theſſalonicam in exilium egit. Imperavit itaque Philippicus annos duos, & menſes novem: Artemius autem unum & menſes tres.* Quibus ex Theophanis verbis infert Baronius Artemium ſeu Anaſtaſium hoc anno depoſitum eſſe, & Theodoſium Imperatorem levatum; cum hic Chronographus Imperii Anaſtaſii nonniſi annum & tres menſes numeret. Verum locus ille Theophanis corruptus, legendumque: *Imperavit itaque Artemius annos duos, & menſes novem; Theodoſius annum unum, & menſes tres*, ideoque Artemius, qui die IV. Junii anni Dionyſiani DCCXIII. Imperium iniit, in exilium actus eſt anno ſeptingenteſimo decimo ſexto, menſe circiter Januario. Theophanes enim in præfata menſium enumeratione unum plus dicit, vel Artemio, vel Theodoſio detrahendum. Et ratio eſt, quia a die IV. menſis Junii ſuperioris Chriſti anni, ad diem XXV. menſis Martii anni DCCXVII, quo *Leo Iſaurus* regnare cœpit, fluxerunt tantum anni tres & menſes decem, & ii utrimque incompleti. Leonem autem Iſaurum anno & die prædictis ad Imperium evectum eſſe, infra demonſtrabo.

IV. *Duo Theophanis de Philippico loca corriguntur.* Decepit Baronium modus narrandi & numerandi a Theophane adhiberi ſolitus. Hic enim Imperatorum annos, uti jam dixi, cum anno civili incipit, ideoque & ſecundum Anaſtaſii Imp. a Kalendis Septemb. præſentis Chriſti anni. His adde, Theophanem uno ſæpe tenore, quæ pluribus annis geſta, recenſere. Noſtra emendatio certa; anno enim Incarnat. ſecundum Alex. DCCVII. laudato, poſtquam retulit Anaſtaſii depoſitionem, & Theodoſii inaugurationem, ſuam narrationem his verbis claudit: *Imperavit itaque Philippicus annos duos*, &c. Et tamen ne verbum quidem de Philippico præmiſerat, ſed tantum de Anaſtaſio & Theodoſio [illegible]utus fuerat. Præterea Theophanes jam ſuo loco ſcripſerat: *biennio Imperii Philippici inter ſuperius memorata tranſacto*, Artemius ſeu Anaſtaſius coronatus eſt Imperator. Corrigendus & alius Theophanis error pag. 306. ubi de Concilio Trullano verba faciens, ait: *a Canonum promulgatione uſque ad annum quartum Philippici anni quinque intercedunt*. Nam Philippicus, non annos IV. ſed annos II. & menſes IX. imperavit. Tertio, in Tabulis Theophanis unus tantum annus *Theodoſio* aſſignatur, ſicuti & in Chronico; & tam in Tabulis, quam in Chronico anni tantum duo Philippico, itidemque Artemio adſcribuntur, & quod peculiari animadverſione dignum, in Chronico duratio Imperii Theodoſii præter hujus Chronographi morem non memoratur. Quare non dubium, quin hæc verba, *Artemius annum unum & menſes tres*, de Theodoſio intelligenda ſint. Neque quis dicat, Theophanem ſcribere, *biennio Imperii Philippici tranſacto*, eum Imperio dejectum eſſe. Hiſtorici enim hujuſmodi loquendi formulis plerumque intelligere tantum biennium inchoatum variis paſſim exemplis in hoc Opere monſtravi. Quare Auctor Miſcellæ, qui Theophanem exſcribere ſolet ea verba ita intellexit, cum ait: *Biennio Imperii Philippici tranſeunte, viſum eſt Imperatori Sabbato Pentecoſtes*, &c. & Nicephorus tam in Hiſtoria, quam in Chronico, Paulus Diaconus lib. 6. de Geſtis Langobard. cap. 36. & Beda lib. de Sex Ætat. annum tantum unum Theodoſio recte aſſignant.

Certe Auctor Libri Pontificalis teſtatur, *Artemium* adhuc in vivis fuiſſe, quo anno *Conſtantinus* Papa ſepultus eſt, ideoque anno ſequenti, quo die nona Aprilis tumulo mandatus fuit. V. *Anaſtaſium Imp. uſque ad annum ſequentem imperaſſe magis confirmatur.* Inſuper Capitulare Gregorii Papæ II. datum Martiniano Epiſcopo, aliiſque in Bajoariam ablegatis, his verbis clauditur: *datum Idibus Martii, imperante Domino Auguſto Anaſtaſio a Deo coronato Magno Imperatore, anno tertio Pontificatus ejus*, &c. Quæ imperitus Librarius prætermiſit, ignorans per hæc tempora non tantum Imperii, ſed etiam ſæpe Conſulatus annos in Actis publicis memoratos fuiſſe. Omiſit enim hæc verba: *Imperii vero ejus anno tertio*, ac inſuper loco, *Conſulatus ejus*, perperam appoſuit, *Pontificatus ejus*, notas ſcilicet temporarias ad Gregorium Papam II. referens; cum tamen Artemius ad annum III. ejuſdem Pontificis non pervenerit, ſed primo Pontificatus ejus exeunte in Monaſterium retruſus ſit. His adde neque hoc, neque ſequenti ſæculo Pontifices Romanos ſo-

li-

Digitized by Google

ſex menſes proditione urbis porta patefacta, una cum ſuis admiſſus eſt Theodoſius, qui Anaſtaſio vitam conceſſit, quam duceret factus monachus in monaſterio, ubi fuit exilio relegatus. Cum interim Leo Iſauricus præfectus Orientis minime volens novo Imperatori ſe ſubjicere, ſecum attrahens Artabaſſum prætorem Armenia, cui & filiam ſpopondit in matrimonium ſe daturum, de Imperio adipiſcendo cogitare cœpit. Hæc ſunt ex Theophane ſummatim collecta, de rebus hoc anno geſtis in Oriente.

PAGIUS ſitos fuiſſe annos ſuos in literis exprimere, ſed tantum Imperatorum annos, ſi aliquem temporis characterem adhiberent. Quamobrem Capitulare illud datum Idibus Martii anni ſeptingenteſimi decimi ſexti, quo Romæ Anaſtaſii depoſitio, quæ paulo ante contigerat, nondum innoteſcebat, & adhuc in curſu erat annus tertius tam ejus Imperii, quam Conſulatus. Quæ accurate explicanda fuere; cum ex recentioribus Hiſtoricis, alii *Philippici*, alii vel *Artemii*, vel *Theodoſii*, vel denique *Leonis Iſauri* Chronotaxim labefactarint.

VI. Malmesburienſis lib. 1. de Geſtis Reg. Angl. cap. 5. Orientalium Anglorum Reges, qui per hæc tempora in Eſtanglia regnarunt, his verbis perſtringit, ubi locutus de Ethelherio fratre Annæ Regis: *Hujus Succeſſor frater Ethelwaldus continuatis ſucceſſionibus Regnum reliquit ejuſdem Ethelerii filiis Adulpho, Ethelwoldo: his Beorna: huic quoque Ethelredus ſucceſſit: hujus filius fuit Sanctus Ethelberthus, quem Offa Rex Merciorum doloſo interemit.* Sed cum Principes iſti magis ex nomine quam rebus geſtis cogniti ſint, annos eorum non digeremus, & de S. Ethelberti morte an. DCCLXXV. & DCCXCIII. verba faciemus. *Series Regum Orient. Anglorum.*

I. SEptingenteſimus decimusquintus Redemptoris annus ſequitur, idemque ſui exordio ſignatus Indictione decimatertia, quo Theodoſius ejus nominis quartus Imperator, ubi habenas Imperii, pulſo Anaſtaſio, eſt adeptus, quod Catholicus eſſet, nihil antiquius habuit, quam ut quod Philippicus Imperator fuerat demolitus, ipſe reſtitueret nobile monumentum, quo ſex œcumenicæ Synodi depictæ erant: qui hoc facto ita compreſſit ora hæreticorum, ut omnis de fide quæſtio in ea urbe ceſſarit. Iſta Anaſtaſius in Gregorio, & alii, hæc in Oriente. Jam vero quæ in Occidente in ejuſdem Gregorii Pontificatus exordio facta idem Anaſtaſius tradit, hic reddamus.

II. Quod enim Longobardorum gladii undique imminerent, quibus maxime in votis eſſet Urbe potiri; quam cum Heruli, Gothi, Wandali diverſis temporibus ſæpe cepiſſent, ipſi vero quod nunquam conſequi potuiſſent, probro ducebant. Quamobrem Gregorius Papa ad muniendam mœnibus Urbem adjecit animum, quod & a prædeceſſoribus tentatum eſſe ſciebat: ſed quod nec ipſe perfecerit, aliis ingruentibus moleſtiis, Anaſtaſius docet his verbis: *Hic exordio Pontificatus ſui calcaria decoquere juſſit. A porta ſancti Laurentii inchoans, hujus civitatis muros inſtaurare decreverat, & aliquam partem faciens, emergentibus incongruis, variiſque tumultibus præpeditus eſt*. Hæc Anaſtaſius. Cœptis itaque minime favens Deus, voluit cunctis innotuiſſe, ipſum eſſe poſitum in Urbe (a) murum, & antemurale; fortemque atque inexpugnabilem, permanſuram Urbem, ſi ejus habitatores juſtitiam colerent: quod quidem pluribus ſæpe eſt declaratum exemplis. Sed quid turbarum his diebus acciderit, ut idem S. Gregorius avocaretur ab inſtituto, idem Anaſtaſius narrat his verbis: *Tempore etiam ipſo caſtrum unum a Longobardis fuerat ſub pacis dolo pervaſum: quo audito, omnes redditi ſunt triſtes. Adhortatur autem ſanctiſſimus Pontifex, ac commonens Longobardos, ut redderent: quod ſi non acquieſcerent, in iram divinam inciderent pro dolo, quem fecerant, ſuis ſcriptis proteſtabatur: Nam & munera eis dare, ut reſtituerent, voluit multa; ſed illi turgida mente neque monita audire, nec reddere ſunt paſſi. Unde idem ſanctus indoluit, ſeſeque ſpei contulit divinæ. Atque in munitione Ducis Neapolitani, & populi vacans, ducatum eis, qualiter agerent, quotidie ſcribendo præſentabat. Cujus mandato obedientes, inito conſilio, mœnia ipſius caſtri * verſuti ſub nocturno ingreſſi ſunt ſilentio, Joannes ſcilicet dux cum Theodimo ſubdiacono, & Rectore, atque exercitu: & Longobardos pene trecentos cum eorum Caſtaldione interfecerunt; vivos autem amplius quingentos comprehendentes, captos Neapolim abduxerunt, & ſic caſtrum recipere potuerunt, pro cujus redemptione ſeptuaginta auri libras ipſe ſanctiſſimus Papa (ut promiſerat) dedit*. Hucuſque verba Anaſtaſii. Eadem habet, & Paulus diaconus, qui & Cumanum id fuiſſe caſtrum affirmat: ex quo poſſumus intelligere a Beneventano Duce Longobardorum id perpetratum fuiſſe.

Cumanum caſtrum Roman. Eccleſiæ invaſum a Longob.

Per Neapolitanos Eccl. Rom. Caſtrum recipitur.

(a) Iſai. 20.

* veluti.

Vi-

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLIII. Anno Hegiræ XCVII. inchoato die 5. Septemb. fer. 5. A. C. 715.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6208.

☉ 24. F. ☽ 13. P. 31. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 715.

GREGORII II. PAPÆ 3.

ANASTASII IMP. 3.

I. Rebellio militum adverſus Artemium Imp.

AD num. I. *Theodoſius* anni tantum ſequentis initio Imperator levatus eſt, ut patet ex dictis anno ſuperiori num. III. & ſeq. ubi & oſtendimus, exercitum adverſus *Anaſtaſium* Imp. rebellaſſe, & *Theodoſium* illum tunc publicorum vectigalium exactorem, forte repertum Imperatorem, etiam renitentem, ſalutaſſe. Subdit his Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCVII. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti DCCXIV. inchoatur: *Eo comperto Artemius domeſticos ſuos Optimates una cum Claſſe, quam ipſe inſtruxerat, atque armis ornarat, Urbis cuſtodiæ deputavit: ipſe in Urbem Nicæam receſſit, probeque ſe munivit. Porro rebelles reſumtis animis commoti, toto Opſicii Regione & Gothogræcis in ſocia arma impulſis multis magnis parviſque negotiatorum navibus convectatis, Chryſopolim terra marique fluunt. Cum autem Urbis Claſſis in portu Sancti Mamantis ſtationem ageret, per menſes ſex continuos ſingulis diebus inter utroſque pugnatum eſt*. Idem referunt Nicephorus in Breviario, Cedrenus, & alii. Verum cum ſex illi menſes anni ſequentis initio, quo Artemius ſeu Anaſtaſius Imperium depoſuit, & Theodoſius imperare cœpit, abſolvantur, liquet, Theophanem citius hæc narrare, quam contigerint.

II. In Occidente, Gallia nuſquam majoribus tumultibus, quam hoc & duobus ſequentibus annis agitata. Franci ſeu Neuſtraſii *Pippinum* Virum Auſtraſium pari auctoritate in Neuſtria æque ac in Auſtraſia poſitum eſſe ægre ferebant. Quare poſt ejus mortem, quæ menſe Decembri anni DCCXIV. contigit, pars eorum tumultuata eſt adverſus *Theudoaldum*, ejus ex filio nepotem, Majorem Domus, cui *Plectrudis* avia, quæ Coloniæ morabatur cujuſque maxima auctoritas erat, Auſtraſiique auxiliati ſunt. Secutum itaque grave bellum, pugnatum in Cotia ſylva, ut refert Continuator Fredegarii cap. 104. & ſeq. *Franci mutuo in ſeditionem verſi, conſilio inutili, commiſſa acie in Cotia ſylva*

Galliæ bellis civilibus laceratæ. Carolus e cuſtodia elabitur.

va,

III. Bona Eccleſiæ quomodo a raptoribus recuperanda.

Vidiſti, Lector, ſanctum Pontificem atque ac Gregorium primum in numerum ſanctorum receptum, bona Eccleſiaſtica ab hoſtibus invaſa minime contempſiſſe, vel recuperare deſiiſſe, quantumlibet impoſſibilis propemodum videretur ejus expugnatio loci, ſed quod minus poſſet ſuis, id alienis armis recipere procuraſſe, omnique ſtudio præſto fuiſſe, conſilio, ope pecunia adjuvaſſe, ſubdiaconi etiam Eccleſiæ Romanæ opera uſum eſſe. Sed obſerva ordinem, quo proceſſit, nimirum ut primum paternis monitionibus rem ageret: deinde ut contemptores Eccleſiaſticis cenſuris exterreret; demum vero, ut in eos hæc omnia contemnentes ageret armis, eiſque caſtrum expugnandum curaret. Sic Deus rem tantam aggredi voluit Pontificem & doctrina, & ſanctitate inſignem, ejuſque exemplo ſanciri diſciplinam, qua ſucceſſores eruditi, ablata bona Eccleſiaſtica ab iniquis poſſeſſoribus vindicarent, etiam ſi opus ſit armis, ſi cætera remedia contemnantur. Poſſunt ſane bella fieri a Chriſtianis, ut ſanctus Auguſtinus (a) ſcribit ad Marcellinum, ex charitate, & miſericordia dixerim, & lucro eorum, qui impetuntur; cum videlicet occupando quis quæ ſua non ſunt, reus permanet damnationis æternæ, a qua vel invitus liberatur, cum vi auferetur, quod male poſſedit, fitque ſecundum illud Davidicum (b): *Contere brachium peccatoris & maligni*. Ex qua fractura, quod ſalus animæ acquiratur, mox ſubditur: *Quæretur peccatum illius, & non invenietur*. Sic igitur ea charitate atque miſericordia infertur bellum, in quo qui vincitur, ſimul vincat: & unus tantummodo vincatur diabolus, cum cogitur captivatam animam reddere liberam, facta reſtitutione bonorum.

(a) Aug. ep. 5.
(b) Pſ. 9.

IV. Theodimi ſubdiaconi Epitaphium.

Quod vero ad Theodimum S. R. E. Subdiaconum, & Rectorem Campaniæ, de quo eſt facta mentio, pertinet, extat ejus ſepulcralis inſcriptio Neapoli in Eccleſia ſancti Andreæ, ad Nidum dicta, in tabula marmorea ante altare his verſibus exarata.

CONFVGIENTIS AD TVVM SVFFRAGIVM LAETVS AMPLECTERE OSSA PVTRIDA TABEFACTA APOSTOLE SCE QVI OB TVI MERITI DESIDERIVM AVLAE TVAE MOENIA MIRA FECIT PVLCRITVDINE CORVSCARE. VT TVIS ADIVTVS AVXILIIS DISRVPTIS VINCVLIS INFERNI HINC RESVRGERE CARO MISERA POSSIT ET IN DIE EXAMINATIONIS CALCATIS FACINOROSIS PECCATIS GAVDIA DIVINA PERCIPIAT TE INTERPRECANTE MARTYR ANDREA.

HIC IN PACE MEMBRA SVNT POSITA THEODIMI SVBD. REG. ET RECT. SCE SED.
APOST. ET * DISP. HVIVS DIAC. BEATI ANDREAE.
SI QVIS PRAESVMPSERIT HVNC TVMVLVM VIOLARE ERIT ANATHEMATIS VINCVLIS INNODATVS.

* Diſpenſator hujus Diaconiæ.

PAGIUS

ra, contra Theudoaldum & Leudes Pippini quondam atque Grimoaldi, iniere certamen. Corruitque ibi immodicus exercitus. Theudoaldus itaque a ſodalibus ſuis per fugam lapſus evaſit. Magna & valida perturbatio & perſecutio extitit apud gentem Francorum. Eo tempore elegerunt in honorem Majoris Domus quemdam Francum nomine Raganfridum. Commotoque exercitu hoſtili uſque Moſam fluvium properant cuncta vaſtantes, cum Radbodo Duce fœdus inierunt. His diebus Carolus Dux a præfata femina Plictrude ſub cuſtodia detentus Dei auxilio liberatus eſt.

III. *Ragenfredus fit Major-Domus.*

Ragenfridus itaque ſeu Ranginfridus, aut Raganfredus hoc anno in locum Theudoaldi paulo poſt demortui, apud Neuſtraſios Major Domus conſtitutus eſt, Reſque Auſtraſiæ valde periclitabantur, niſi *Carolus Martellus* poſtea cognominatus, in Hiſtoria Francorum celeberrimus, e cuſtodia, ubi a *Plectrude* noverca detinebatur, elapſus animos omnium in magnam ſpem erexiſſet. Rexit *Carolus* populum Francorum annis XXVI. menſibus VI. obiitque menſe Octobri anni DCCXLI. ut ſuo loco videbitur. Quare hoc anno menſe Aprili e Plectrudis novercæ poteſtate evaſit. Hinc Annaliſta Nazarianus ſcribit: *Anno DCCXV. pugna Francorum, & mors Dagoberti Regis.* Subdit idem Continuator *Ragenfredum* in Majorem Domus electum cum hoſtili exercitu Carbonariam ſylvam tranſiiſſe, & ad Moſam uſque fluvium properaſſe cuncta vaſtantes aut ſuccendentes.

IV. *Variæ Galliarum Provinciæ bello afflictæ.*

Nec aliæ Galliarum Provinciæ a clade immunes. Anonymus enim in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium a Labbeo publicata, & Monachus Altiſiodorenſis a Camuſato editus teſtantur, *Savaricum* Epiſcopum Autiſſiodorenſem pagum Aurelianenſem, Nivernenſem, Turonenſem, Avalenſem, nec non & Tricaſſinum militari manu invaſiſſe, & ſuæ Ditioni ſubieciſſe; cumque *Lugdunum*, exercitu undecumque collecto, ut eam Urbem ſibi ferro ſubjugaret, pergeret, divino fulmine ictum interiiſſe. Quod tamen regnante jam *Chilperico* Dagoberti Succeſſore, menſe circiter Octobri factum, ex laudata Hiſtoria deducitur.

V.

Dagobertum etiam, qui anno DCCXI. die XIV. April. Francis præeſſe cœperat, [1] hoc anno morte immatura ſublatum eſſe, anno ætatis

NOTÆ [1] D*agobertus, qui anno &c. die XIV. Aprilis præeſſe cœperat &c.* Forte melius dixerit die XXIII. Februarii. Vide Notas ad A. 709. 9. MANSI

Diaconiæ Rom. Eccl. in diverſis provinciis.

Hactenus Theodomi ſubdiaconi Regionarii, & Rectoris ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Diſpenſatoris Diaconiæ ſancti Andreæ epitaphium ſepulcrale. Ex quibus, & illud obſervatione dignum intelligis in locis illis, ubi Romana Eccleſia patrimonia poſſidebat, conſtitutas eſſe Diaconias, ſicut in Urbe, in quibus eleemoſynæ a ſubdiacono Rectore patrimonii & diſpenſatore erogari ſolerent. Eorum namque miniſtrorum fuiſſe munus, curam gerere pauperum, ex pluribus ſancti Gregorii litteris edocemur, datis ad Anthemium ſubdiaconum, eo tempore Neapoli eodem munere fungentem. Sed etſi non tempus, locus tamen exigit, ut in eadem Diaconia S. Andreæ, aliud hoc vetuſtius ibidem poſitum epitaphium hic deſcribamus.

V.

Candidæ vetus Epitaphium.

✠ MORS QVAE PERPETVO CVNCTOS ABSORBET HIATV
PARCERE DVM NESCIT SAEPIVS IPSA FAVET
FOELIX QVI AFFECTVS POTVIT DEMITTERE TVTOS
MORTALEM MORIENS NON TIMET ILLE VIAM.
CANDIDA PRAESENTI TEGITVR MATRONA SEPVLCRO
MORIBVS INGENIO ET GRAVITATE NITENS.
CVI DVLCIS REMANENS CONIVX NATVSQVE SVPERSTES
EX FRVCTV MATER NOSCITVR IN SOBOLE
HOC PRECIBVS SEMPER LACRYMOSA HOC VOCE PETEBAT
CVIVS NVNC MERITVM VOTA SECVTA PROBANT.
QVAMVIS CVNCTA DOMVS NVNQVAM TE FLERE QVIESCAT
FELICEM FATEOR SIC MERVISSE MORI
✠ HIC REQVIESCIT IN PACE CANDIDA C. F. QVAE VIXIT PL. M. ANN. L.
DIE IIII. ID. SEPT. IMP. D. N. MAVRITIO PP. AVG. ANN. IIII. P. C.
EIVSD. AN. II. IND. QVARTA.

Tra-

PAGIUS

Dagobertus III. Francorum Rex moritur.

tis circiter vigeſima docent Annales Petaviani, Metenſes, Fuldenſes, ac Auctor Chronici Moiſſiacenſis, qui ejus mortem hoc anno recitant. Idem habent Annales Tiliani, in quibus etiam legitur: *Regnavit annos IV. obiit in V.* Anno DCCIX. num. IX. oſtendimus *Dagobertum* III. quamdam donationem feciſſe *anno quinto* Regni ſui, *quinto Iduum Juniarum die Dominica*, & Auctorem Chronici Fontanellenſis, qui eam refert, addere eum eodem anno mortuum eſſe. Qui ideo hoc anno, quo dies nonus Junii in Dominicam incidit, eo menſe adhuc in vivis erat. Quare erravit Auctor incertus, qui ab anno Chriſti DCLXXXVIII. uſque ad annum MXV. Chronicon ſuum a Franciſco Ducheſnio editum perduxit, qui tradit Dagobertum iſtum XIV. Kalend. *Februarias* demortuum eſſe, diemque emortualem Dagoberti I. Dagoberto III. perperam adſcripſit. Neque etiam audiendi Cointius, aliique, qui laudatos Annaliſtas priſco more Gallicano annos illos quinque, vel a Martio, vel a Paſchate inchoaſſe putant, & Dagobertum III. ad annum ſequentem perveniſſe ſcribunt. Hanc enim difficultatem, ex cujus ſolutione non ſolum initium Dagoberti III. & Theodorici Calenſis, ſed & alia multa pendent, ſedulo examinavi, comperique omnes iſtos Rerum Francicarum Annaliſtas annum a Die Natali Domini, vel ſaltem a Kalendis Januariis auſpicari; quod ex eo liquet, quod qui de morte *Hadriani* Papæ loquuntur, quæ contigit die Nativitatis Chriſti anni DCCXCV. eum anno DCCXCVI. demortuum tradant, & *Carolum* M. die Natali Chriſti anni DCCC. factum Imperatorem, anno inſequenti hunc honorem adeptum eſſe ſcribant. Præterea certum eſt, prælium *Vinciacenſe* anno DCCXVII. diebus XV. ante Paſcha habitum fuiſſe, & tamen Annaliſtæ iſti illud non cum an. DCCXVI. ſed cum anno DCCXVII. conjungunt. Denique Carolus M. menſe Januario an. DCCCXIV. vita functus eſt, & tamen qui uſque ad annum illum Annales ſuos perducere non tradunt, eum anno DCCCXIII. demortuum, & ſi quiſpiam ex eis in peculiaribus his Epochis erravit, variis aliis in locis eum annum a Natali Chriſti vel a Kal. Januarii ſe exordiri evidenter oſtendit. Hæc regula magni momenti eſt ad hujus ſæculi Chronologiam accurate pertexendam.

VI. *Chilpericus II. ei ſuccedit.*

Dagoberto III. Raginfredus Major Domus & Franci Occidentales ſuffecerunt *Danielem* quemdam Clericum, quem *Chilpericum* hujus nominis II. appellarunt. Hujus Principis pater a recentibus Francorum Scriptoribus tandem detectus ex Diplomate ab eo dato *III. Kalendas Martii anno I. Regni* ſui; teſtatur enim in eo patrem ſibi fuiſſe Regem *Childericum*, aviam *Baldechildem* Reginam, patruum *Clotharium* Regem. Loquitur Chilpericus II. de Childerico Francorum Rege anno DCLXXIII. vita functo & de Bathilde hujus matre. In altero Diplomate recitato a Mabillonio lib. VI. de Re Diplomatica pag. 608. profitetur, genitorem ſuum fuiſſe *Childericum Regem*, *avum Clodoveum*, *proavum Dagobertum*, *avunculos* (ſeu patruos) *Clotharium & Theodericum*, *conſobrinos vero Clodoveum*, *Childebertum*, & *Dagobertum*. Quid dici poteſt clarius?

VII. *Moritur Valid Saracenorum Kalipha.*

Hoc anno obiit *Walid* Saracenorum Calipha, qui Viſigothos e Mauritania Tingitana, quæ trans fretum Gaditanum ſita eſt, & ex univerſa ferme Hiſpania expulit. Elmakinus enim cap. 15. Hiſtoriæ Saracenicæ narrat ex Abugiapharo Tiberiadenſi eum mortuum eſſe anno Hegiræ XCVI. in media menſis Giomadæ Poſterioris. Addit, Imperii ejus diem ultimum fuiſſe Sabbatum. Quare mors ejus contigit die XXIII. menſis Februarii, quæ hoc anno incidebat in Sabbatum, eratque dies XIV. Giomadæ Poſterioris, qui cavus eſt. Regnavit annos IX. & menſes VIII. & male Rodericus Toletanus hujus Caliphæ mortem differt uſque ad annum Hegiræ XCVIII. tribuitque ei Regni annos undecim. Quare is Auctor Caliepharum annos

Digitized by Google

Tradunt hanc claruiſſe miraculis, dignamque habitam quæ referretur in Sanctorum numerum. Viget enim ejus memoria in Romano Martyrologio una cum ſancta Candida ſeniore diſcipula ſancti Petri.

VI. Luithprandus donationem confirmat. Sed redeamus ad Longobardos. Horum Rex Luithprandus primo infenſus Pontifici repetiit ab Eccleſia Romana Alpes Cottias, quas Aripertus Rex Longobardorum antea ipſi donaverat: verum pœnitentia ductus eaſdem rurſus eidem Eccleſiæ confirmavit. Hæc Anaſtaſius, & Paulus diaconus necnon Beda hujus temporis ſcriptor, dum ait: *Luithprandus Rex Longobardorum donationem Alpium Cottiarum, quam* * *Heribertus rex fecerat, & ille repetierat, admonitione venerabilis Gregorii Papæ confirmavit.* Hæc ipſe. Eadem & alii recentiores hiſtorici. Id ipſum Oldradus in Epiſtola ad Carolum Magnum, ubi id primo anno ejuſdem Regis ab ipſo factum tradit. Se-

* Aripertus.

PAGIUS nos ſtudioſe non inquiſivit. Succeſſit Walido frater ejus *Soleiman*, qui *Alaborum*, Ducem præfecit Hiſpaniæ, ne hujus Regni regimine amotus fuit *Ayoub*, eo quod ſanguine conjunctus eſſet miſero *Muſa*, qui obiit anno Hegiræ XCVII. Hæc fuſius narrat Rodericus laudatus in Hiſt. Arab. cap. 10. additque, *Alaborum* Præfectum Hiſpaniæ Galliam Narbonenſem, & utramque Hiſpaniam, *fraude, vi, & deditione receptantem vectigali* reddidiſſe *ſervituti*; nec ſolum ferum & immitem in Chriſtianos; ſed in ipſoſmet Arabas, qui has Provincias ſubegerant, *Alaborum* ſe ſe exhibuiſſe. De eo ſcribit etiam Iſidorus Pacenſis: *Galliam Narbonenſem petit*, ut ſcilicet Chriſtianos Gallos a religione Mahometana, novoque Imperio alienos in ordinem, ut in cæteris Gothici Regni Provinciis actum erat, invitos redigeret.

VIII. *S. Germanus fit Epiſc. Conſtantinopolitanus.* Hoc pariter anno Sanctus *Germanus* e Metropoli Cyzicena ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum tranſlatus eſt die XI. Auguſti, ut anno ſuperiori num. II. monſtravimus. De Concilio Conſtantinopoli ab eo celebrato, cujus nulla mentio in Annal. nec in Vita ejus, collecta ab Henſchenio ad diem XII. menſis Maii, hæc ſcribit Auctor Anonymus Libelli Synodici: *cum Theodoſius ab Occidente, Imperio inſidiaretur, & Apſimarum* (legendum, Artemium) *perſequeretur; B. Germanus Divina & Sancta centum Archipræſulum inſtituta Synodo, Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum & Joannem anathemate notavit; & Chriſti Jeſu veri Dei noſtri duas Voluntates & Operationes declaravit.*

JESU CHRISTI ANNUS 716.	GREGORII PAP. II. ANNUS 3.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 1.

I. *Leo Iſaurus Imp.* SEquitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus decimusſextus, Indictione decimaquarta, quo octavo Kalendas Aprilis Leo Iſaurus, abdicante ſe Theodoſio Imperatore, habenas ſumit Imperii. De his acturi, primum omnium quæ ad temporis rationem pertinent, ſunt accuratius diſquiranda. De die aſſentimur Theophani, ea id factum die affirmanti; at non ſic de anno, qui id in annum ſequentem reiicit, cum id factum tradat Indict. decimaquinta. Sunt hæc ejus verba: *Regnavit autem Leo ab octavo Kalendas Aprilis decimaquintæ Indictionis, uſque ad quartumdecimum Kal. Julii nonæ Indictionis, &c.* Ut autem ipſi minime aſſentiamur, cogit Gregorii Papæ epiſtola ad eundem Leonem Imperatorem data, quam reddituri ſumus ſuo loco inferius, qua ipſe affirmat, accepiſſe ab eodem Imperatore epiſtolam inter alias datam quartadecima Indictione, & alias annis ſingulis ſequentibus, uſque ad decimum annum ejuſdem Imperii ab ipſo datas; cujus certa aſſertione, firmaque teſtificatione recedere cogimur a Theophane. His accedit, quod cum omnes qui de Theodoſio agunt, affirment, ipſum non niſi annum imperaſſe, ac poſtea ſe abdicaſſe, ſi in ſequentem annum ipſum Imperium propagaſſe dixerimus, utique biennio imperaſſe dicendum eſſet, quod nemo aliorum Græcorum dixiſſe videtur. Hæc de tempore.

II. *Abdicatio Theodoſii.* De abdicatione vero Imperii per Theodoſium facta modo dicendum. Theophanes rem geſtam breviter narrans, hæc ait: *Theodoſius compertis his, quæ geſta ſunt, ſuperius enarrata, conſilio a Germano Patriarcha, & a Senatu percepto, per eumdem Patriarcham a Leone verba indemnitatis accepit, & Eccleſiæ ſuæ ſine perturbatione ſervandæ; & ſic ei committunt Imperium. Porro Theodoſius una cum filio ſuo Clericus factus, reſiduum vitæ ſuæ tranſivit in pace.* Hæc Theophanes. Epheſi eum defunctum tradunt, egregieque dum viveret philoſophatum, ſepultumque in Eccleſia Sancti Philippi in fraterno ſepulcro, in quo, epitaphii loco, id tantum inſcribi voluerit, SANITAS, deſignans virum fidelem per mortem tantummodo perfectam conſequi ab animæ paſſionibus ſanitatem. Addunt præterea ab incolis loci traditum, ipſum etiam miraculis coruſcaſſe.

III. Quod vero pertinet ad Leonem, præfectus (*a*) hic fuit ab Anaſtaſio Imperat. regionibus Orientis pollenſque exercitu, poſt obitum Anaſtaſii, in Armenia, ubi degebat, cœpit augere vires, quibus (quod cogitabat aſſidue) poſſet Theodoſium pellere, Imperioque potiri; quod, ut vidimus, ex ſententia accidit, cum Theodoſius quietis potius, quam Imperii cupidus eſſet. Sed quæ de ipſius Leonis origine, & ad Imperium uſque progreſſu Græcorum Annales habent, hic pariter deſcribamus (*b*): *Hebræi impoſtores, qui quod falſa prænuntiaſſent Arabum Regi, quæſiti ad necem, cum fugiſſent in Iſauriam, nacti Leonem adoleſcentem, eumdemque & Cononem nominatum, videntes ipſum formoſum procero corpore, ſed qui ſe ſordida arte alebat, pronuntiaverunt ei,*

Leonis primordia, & aſcenſus in Imperium.

(*a*) Cedr. Annal. l. 3.

(*b*) Cedr. Annal. l. 3. Theoph. & Zonar.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLIV. Anno Hegiræ CXVIII. inchoato die 24. Aug. fer. 2. A.C. 716.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6209.

☉ 25. ED. ☽ 24. P. 29. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 716.

GREGORII II. PAPÆ 2.

THEODOSII IMP. 1.

I. *Initium Imperii Theodoſii.* AD num. I. & ſeq. Anno ſuperiori narravimus ex Theophane ad annum Incarnat. ſecundum Alex. DCCVII. obſidionem Urbis Conſtantinopolitanæ per rebelles milites, qui Theodoſium Imperatorem dixerant, eamque obſidionem menſes ſex duraſſe. His ſubdit Theophanes: *At Regina Urbis Claſſe in neoterii Urbis portum tandem ſe ſubducente, Theodoſius freto trajecto Thraciæ partes occupatum irruit. Factaque ad Blachernarum murum, qui unus & ſingularis eſt, proditione, Urbem in ſuam poteſtatem accepere.* Paulo poſt: *Artemius iis conſpectis de rerum ſuarum ſalute deſperavit: & vita ſibi relinquenda ſervandaque fide accepta, dedit manus, & Monaſticum habitum induit. Theodoſius ſalvum eum eſſe jubens, Theſſalonicam in exilium egit.* Acta hæc menſe Januario, aut ſaltem Februario, quo ſex illi obſidionis menſes elapſi ſunt, ut anno ſuperiori num. I. oſtendimus, & ab alterutro menſe Theodoſii Imperium inchoatum eſt.

II. *Imperio depoſito fit Monachus.* Quia tamen Baronius ejus depoſitionem & *Leonis Iſauri* in ejus locum ſubrogationem hic narrat, de utraque nobis agendum. Theophanes loco laudato ſubiicit: *Ceterum Leo* (Iſaurus nempe) *Orientalium copiarum Dux, Artemii partibus ubique propugnatis, Theodoſio minime paruit: & in eundem ſenſum conſpirantem & auxiliatorem habuit Artabaſdum Armenia ortum & Armeniacorum cohortium Ducem, cui filiam conjugem locare fuerat pollicitus, quod poſtmodum executus eſt.* Nicephorus in Breviario ſuo hæc de Theodoſii Imperio habet: *dum aſſidue hunc in modum contra Imperatores conjurationes exiſtunt, denique invaleſcente tyrannide Imperii ac Reipublicæ ſtatus negligitur, ac paulatim in deterius prolabitur, ana & literarum ſtudia reſtingui atque interſidere cœperunt, nec minus diſciplina militaris peſſumdari. Ita factum, ut Romanum Imperium bellis impune laceſſeretur, ac cædes paſſim promiſcue & abductiones hominum, & Urbium everſiones fierent. Acceſſit ad harum malorum cumu-*

ei, fore, ut Romano Imperio potiretur; juramentoque eum obligant, ſi hoc eſſet, facturum quod poſtulabant. Juravit id Leo in Eccleſia S. Theodori, quæ vicina erat. Poſt hac factum, ut Leo a Siſinnio Patricio in militiam adſciſceretur, a Juſtiniano autem Spatarius crearetur, ab Anaſtaſio vero præfectura Orientis inſigniretur, licet alii eam a Theodoſio aſſecutum tradant, & ſic Imperator evaſerit.

IV. Pergamum a Saracenis captum. Dum hæc agerentur, ſubdit Theophanes: *Maſalmas Princeps Sarracenorum deſcendens in Aſiam minorem, nullo negotio Pergamum cepit, peccatis populi id exigentibus. Decepti cives ab impoſtore mago horrendum diabolo ſacrificium immolarunt: ſiquidem adductam viri civitatis illius mulierem incinctam, jamque parituram inciderunt: & aſſumpto parvulo in cacabo coxerunt, atque in hujuſmodi deteſtabili ſacrificio omnes, qui bellare volebant, dexteræ manus ſuæ manicas intingebant: & idcirco traditi ſunt inimicis.* Iſta Theophanes, cui aſſentiuntur Græcorum cæteri. Quæ his ſubjiciunt de obſidione Conſtantinopolis civitatis, anno ſequenti ea contigiſſe noſcuntur: agemus de ea pluribus ſuo loco.

V. Quo pariter anno idem Leo potitus Imperio, ne quid prætermitteret quod præſtare ſolerent orthodoxi Imperatores, coronandus a Germano Patriarcha, ipſo exigente, juravit ſe Fidem Catholicam illibatam in omnibus ſervaturum; epiſtolamque ſcribens ad Gregorium Romanum Pontificem, de ſua promotione eumdem reddit certiorem, Fideique ſuæ Orthodoxam confeſſionem adjungens, ex more ab eo Catholicam communicationem expetiit. His acceptis Gregorius, qui litteris Germani Patriarchæ de ſincera fide Imperatoris pariter admonitus fuerat: Apoſtolicas ad eumdem Imperatorem litteras reddidit, quibus ſignificaret, ſe eum ut Eccleſiæ filium benigne ſuſcipere, & curaturum, ut ubique in Occidente principes Chriſtiani ipſi fœdere amicitiæ jungerentur: factumque tunc, ut miſſæ Romam imagines ejuſdem Imperatoris, quas Laurata nominare conſueverunt, a civibus magno fuerint honore ſuſceptæ, utque id ipſum in provinciis præſtaretur a Principibus Chriſtianis, æque ejuſdem Gregorii opera curatum eſt. Habentur hæc omnia fuſius explicata ab ipſo Romano Pontifice in ea, quam ejuſdem Imperatoris anno decimo ad ipſum ſcripſit epiſtolam, quam ſuo loco inferius reddituri ſumus.

Leo Imp. ſcribit ad Gregor. Pap. a quo benigne ſuſcipitur.

VI. Cæterum idem Gregorius his temporibus ceſſans a tumultibus bellicis, ad monachiſmi collapſi reſtitutionem, monaſteriorumque dirutorum reſtaurationem, adjicit animum. *Nam ut ait Anaſtaſius, monaſteria, quæ ſecus Baſilicam ſancti Pauli erant in ſolitudinem reducta, renovavit, atque ordinatis ſervis Dei monachis, congregatione per longum tempus reſtitui conſtituitque ut ibidem die noctuque monachi redderent Deo laudes.* Subdit inſuper: *Hic Gerontocomium, quod poſt apſidem ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe ſitum eſt, monaſterium inſtituit; atque monaſterium ſancti Andreæ Apoſtoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum deſertionem, in quo ne unus quidem habebatur monachus, adſcitis monachis ordinavit; atque fecit ut utraque monaſteria ad ſanctam Dei genitricem ſingulis diebus atque noctibus laudes Deo canerent.* Hæc Anaſtaſius de vigilanti ſtudio Gregorii Papæ: cætera de ipſo ſuis locis dicenda erunt.

Gregorii Pap. diligentia in reſtituendis monaſteriis.

VII. Ad hæc etiam tempora pertinet, quod tradit Paulus diaconus verbis iſtis (a):

(a) Paulus diac. l. 6. cap. 40. nov. edit. & vet. 13.

Cir-

PAGIUS

nullum Saracenorum irruptio (hanc pluribus narrat Theophanes), *qui contra Regiam Urbem terreſtri expeditione facta, infinitas equitum ac peditum copias ex ſubjectis ſibi gentibus collegerant. Eodemque tempore Claſſem ingentem mille octingentarum navium circiter miſerant, Duce Muſalmano: ita enim Gentili eum lingua vocabant. Quibus rebus cognitis, tam militia Præfecti, quam civiles Magiſtratus, cum Theodoſii imperitiam animadverterent, neque tantis hoſtium viribus ſuſtinendis parem eſſe ſcirent, inſtare atque hortari cœperunt, ut Imperio ſe ſe abdicaret, ac tuto ſe in ordinem cogi pateretur. Nec conditionem abnuit ille, ſed anno Imperii vertente ſponte ſe abdicavit. Inde de Succeſſore deligendo conſilium ineunt, ac tum forte Leo Patricius oblatus eſt Orientalibus copiis ea tempeſtate Præfectus. Hoc igitur, ut Imperatores ſolent, ſolemni pompa ſuſcepinus, Aurea porta Byzantium ingreditur, atque in Majore Eccleſia Imperatoriam coronam accipit.*

III. Imperavit *Theodoſius* annum unum cum uno aut altero menſe, ut anno ſuperiori oſtendimus, & poſtquam Imperio ſe ſe abdicavit, *tum ipſe, tum filius quoque Clericorum albo adſcripti, reliquum vitæ tempus in pace tranſegere* inquit Theophanes pag. 327. qui pag. 346. ait, *a menſe Martii die XXV. decima quinta Indictione ad menſis Junii diem XVIII. nona Indictione*, Leonem imperaſſe, qui ideo anno tantum ſequenti Imperium iniit. Opinionis Baronii fundamenta, quæ hactenus Viris doctiſſimis fucum fecere, ſuis locis evertemus.

Leo Iſaurus in ejus locum ſubrogatur.

IV. Ad num IV. *Saraceni* anno tantum ſequenti *Pergamum* occuparunt. Nicephorus in Breviario pag. 34. pluribus de hujus Urbis obſidione diſſerit, quam *tredecim totos menſes* duraſſe prodit, indicatque eam imperante *Theodoſio* a Muſalmo factam, & ſub Leone Iſauro Urbem captam eſſe, ac denique Saracenos multa Romanorum Oppida everſiſſe.

Pergamum a Saracenis captum.

V. Ad num. V. Cum *Leo* anno ſequenti Imperium inierit, eo tantum anno de ſua promotione ad Gregorium Papam ſcripſit, a quo benigne, ut Eccleſiæ filius ſuſceptus eſt, uti narrat Baronius.

Leo Imp. ad Gregorium II. ſcribit.

VI. Ad num. VII. & ſeq. Caſſinenſe monaſte-

rium,

Digitized by Google

Petronax reſtituit monaſterii Caſſinenſis. *Circa hæc tempora Petronax civis Brixianæ urbis, divino amore compunctus Romam venit; hortatuque tunc Gregorii Apoſtolicæ Sedis Papæ Caſſinum caſtrum petiit, atque ad Sacrum corpus beati patris Benedicti perveniens, ibi cum aliquibus viris jam ante reſidentibus habitare cœpit: qui eumdem venerabilem virum Petronacem ſibi Seniorem ſtatuerunt. Hic non poſt multum tempus, cooperante divina miſericordia, & ſuffragantibus meritis beati Benedicti patris, jamque evolutis fere centum & decem annis, ex quo locus ille habitatione hominum deſtitutus erat, multorum ibi monachorum & nobilium & mediocrium ad ſe concurrentium pater effectus, ſub ſanctæ regulæ jugo, & beati Benedicti inſtitutione, reparatis habitaculis, vivere cœpit, atque hoc ſanctum cœnobium in ſtatu, quo nunc cernitur, erexit.* Hucuſque de rebus ſub Gregorio geſtis Paulus diaconus, incerto tamen anno ejus Pontificatus, licet alii ſuo arbitrio ſub primo referant, quod non puto contingere potuiſſe, turbatis illic tunc regionibus ut vidimus, Longobardorum tumultibus. Verum quod Paulus numeret annos centum decem, ex quo locus ille fuit ob Longobardorum graſſationes habitatoribus deſtitutus; ſcias centum quadraginta quatuor annos interlapſos eſſe ab invaſione illa Longobardorum, qua coacti ſunt monachi locum deſerere, & migrare Romam, uſque ad præſentem annum, quo ponitur Petronacis ad locum acceſſus ſub Gregorio Papa.

VIII. Quod autem ait idem Paulus, tanto tempore perſeveraſſe locum illum abſque habitatione hominum: intelligas ſic perſeveraſſe abſque monaſterio ad monachorum regularem habitationem conſtituto, cum alioqui numquam illic defuerint habitatores, qui ad venerandum corpus ejuſdem ſancti Benedicti excubias agerent: nam ante conſtructum a Petronace monaſterium illud habitatores ipſum ibi inveniſſe, qui eum delegerant (ut ait) Seniorem, idem ipſe teſtatur Paulus. Sic igitur illud exploratiſſimum eſt, a tempore verſionis Caſſinatis monaſterii a ſancto Benedicto conſtructi, uſque ad erectum a Petronace monaſterium, locum illum deſtitutum fuiſſe ſicut monaſterii habitatione, ita & monaſtica regulari inſtitutione cum tamen numquam defuerint qui illic habitaverint ſervi Dei excubantes ad ſepulcrum ſanctiſſimi patris (ut diximus) Benedicti.

Caſſinenſis locus numquam habitatoribus deſtitutus.

Mirum dictu, quanta mox ex nova plantatione Petronacis fuerint propagata eo in loco germina monachorum & aucta ipſorum examina, inſtar apum, quæ ex turgeſcentibus alvearlis prodeuntes in diverſa loca ad fœtus multiplicationem volaverint. Sed & illud ſecure abſque trepidatione mendacii aſſeri jure poteſt, nullum umquam toto Chriſtiano orbe extitiſſe aliquando monaſterium, ex quo tot viri ſanctitate conſpicui atque doctrina, tanta numeroſitate ad regimen ſanctæ Apoſtolicæ ſedis adſciti fuerint, ut plane dici poſſit, fuiſſe idem aliquando ſeminarium ſacrorum Antiſtitum, prout quæ ſuo tempore dicturi ſumus, manifeſte docebunt. Sed ad Gregorium redeamus.

Quem igitur ad reparanda (ut dictum eſt) monaſteria his temporibus vidimus magnopere addictum fuiſſe: ad baſilicas ipſas Urbis tectis aliqua ex parte collapſis, idem Pontifex ſollerti ſtudio reſtituendas ſe contulit: atque primum quod pertinet ad eam quæ majori amplitudine extendebatur, baſilicam ſancti Pauli, hæc Anaſtaſius habet peracta ejuſdem Pontificatus primis annis: *Hic maximam partem baſilicæ beati Pauli Apoſtoli quæ ceciderat, allatis de Calabria trabibus, cooperuit; & altare a novo fecit, & cyborium argenteum, quod fuerat ruina quaſſatum. Sancti Laurentii pariter Eccleſiam foris muros ſitam, quæ trabibus confractis, ruinæ jam erat vicina reparavit, atque aquam fiſtulis compaginatis, poſt multum tempus in eamdem Eccleſiam reduxit: diverſaſque Eccleſias in ruinam poſitas innovavit, quas per ordinem dicere longum eſt:* & inferius: *Hic Hieruſalem Eccleſiam ſanctam, quæ multo fuerat detecta tempore, & circam quoque porticus vetuſtate quaſſata, trabibus deductis cooperuit ac reparavit. Ambonem etiam marmoreum in eadem Eccleſia fecit, eamque diverſis ditavit luteis atque miniſteriis.* Hæc Anaſtaſius, qui poſt hæc infert de Apoſtolatu ſancti Bonifacii ad Germanos ipſi ab eodem Gregorio credito; cujus cum certus annus, quo contigit, ſatis exploratus habeatur, ſuo loco de ipſo copioſe dicturi ſumus: modo autem de alio Apoſtolico viro, qui ante ipſum ab eodem Gregoriu Papa idem Romæ manus accepit, oratio opportune inſtituenda eſt.

IX. Baſilicæ reſtitutæ a Gregorio.

Cum Romam ad Ilmina Apuſtolorum S. Cor- X.

PAGIUS Monaſterium Caſſinenſe inſtauratur. rium, cujus vaſtationem a Langobardis factam prædixit Sanctus Benedictus, teſte Gregorio Magno in lib. II. Dial. inſtauratum fuit a *S. Petronace* ejus Abbate, poſt everſionem annos fere centum quadraginta, ut docet Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. I. pag. 691. *Petronax* Brixiæ in Italia nobili loco natus, Romam venit Gregorio ſecundo ſedente, non vero tempore Zachariæ Papæ, ut perperam Petrus Diaconus Caſſinenſis. Fuit *Petronax* ſextus Abbas a B. Benedicto, vixitque uſque ad annum circiter DCCL. Colitur die VI. menſis Maii, ad quem diem de eo agit Henſchenius in Actis SS.

VII. Ad num. X. Vitam *Sancti Corbiniani* Epiſcopi

Digitized by Google

Apoſtolatus S. Corbiniani. S. Corbinianus vir meritis inſignis hiſce Gregorii Pontificis primis annis adveniſſet e Germania, innotuiſſetque ipſi Gregorio, ſtatuit ejus ad converſionem Gentilium miniſterio uti, eidemque credere Evangelium, Apoſtolatumque conferre. Hæc autem quomodo ſe habuerint ejus in Epiſcopatu Friſingenſe ſucceſſor, narrat (a) Aribo. In quo illum corrigas, quem vitio librariorum irrepſiſſe putamus errorem, dum videlicet ibi Epiſcopatum geſſiſſe ponitur temporibus Pipini Principis, quem ante bienium eſſe defunctum, conſtanti aſſertione antiquorum ſcriptorum omnium ſuo loco ſuperius dictum eſt; potuit tamen eveniſſe, ut cum exordio vitæ ejus dicatur innotuiſſe Pipino ante ſuſceptum Romæ Epiſcopatum, reliquas etiam res ab eo geſtas æque ſub Pipino eſſe tranſactas putaverit, qui exſcripſit. Vitam iſte ſolitariam cum elegiſſet, atque advenientium frequentia (quod cognitus eſſet Dei amicus) obrueretur, Romam proficiſci cogitavit, ut ſacra Apoſtolorum limina viſeret. Quomodo autem factum ſit, ut a Gregorio Pontifice crearetur Epiſcopus, ab eodem auctore ſic accipe.

(a) *Apud Sur. tom. 5. die 8. Septemb.*

His vero (inquit) tribulationibus fatigatus, quartumdecimum in ſua cella impleverat annum: tunc demum iniens conſilium, ad limina ſacratiſſima beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli orationis cauſa ire decrevit, & ibi ſe Apoſtolici viri doctrinæ & orationibus commendare: & ſi fieri poſſet, impetrare ab eo ſibi & ſuis qui cum eo venirent, in quodam angulo latitandi facultatem, ut ad ſanctorum Apoſtolorum patrocinia poſſet ſecretius pervenire, & ibi ſub ſanctæ converſationis regula liceret ipſi vitam ducere. Movit autem vir ſanctus comitatum ſuum cum univerſis ſupellectilibus, & incolumis cœptam perfecit iter. Oratione autem facta in Confeſſione beatiſſimi Apoſtolorum principis Petri, ad beatæ memoriæ Gregorii Papæ pedes ſe proſtravit, eique ſecretam animi ſui diligentiſſime explicavit, & quibus neceſſitatibus coactus ſuam amiſiſſet ſecretum, & quomodo tranquillum per humanos favores perdidiſſet portum, & quibus rerum ſæcularium tumultibus, quaſi navis in medio maris jactaretur fluctibus, ut vix ſolitudinis marginem recolendo proſpiceret: & plus etiam formidanda adjecit, quia temporalia ſibi a multis conceſſa munera, ſibi potius ad perditionis cumulum evenire poſſe timeret, quam ad præſentis vitæ ſolatia. Venerabilis autem Papa Gregorius audiens viri verba, intellexit zelum animi ejus, qualiter & quam magnam in Dei opera haberet animi puritatem. Et paulo inferius: *Hæc beatiſſimus Papa Gregorius intuens cœpit cum ſuis inire conſilium, ne tanti luminis fulgor abſconderetur ſub modio, ſed ut (* ſecundum dicta veritatis *b) ſupra candelabrum poſito illo, multi ab eo illuminarentur; cogitavitque, ut ex auctoritate beati Petri Apoſtoli ſacerdotalem ei honorem conferret. Itaque in viro Dei quæ conſultando tractaverat, opere perficiens, per ſingulos gradus uſque ad Pontificalem eum provexit honorem. Vir itaque ſanctus, quamvis coactus, tamen dono Dei & divini muneris largitori conſentiens, Pſalmiſtæ non immemor, timens ne talis fraudaretur honore, dicentis (c): Quia noluit benedictionem, elongabitur ab eo: quamvis honorem fugiendo humilitatem continere voluiſſet, obeditionem tamen majorem judicavit, ne Patrem reſiſtendo contriſtaret vel divinæ voluntati contraire videretur. Coactus ergo ſacerdotalem ſuſcepit benedictionem, accepto etiam Pallio cum benedictione & adjutorio Beati Petri Apoſtoli, ut ubique prædicationis officium exercere in toto orbe poſſet, & tanti Patris conceſſu poteſtatem haberet.* Hactenus de ejus Apoſtolatu, quem Deus ſequentibus ſignis mirifice illuſtravit, quæ idem auctor enarrat. Licet enim generatim ad omnes prædicandi Evangelium poteſtatem a Romano Pontifice accepiſſet, titulum tamen Friſingenſis Eccleſiæ eſt conſecu-

(b) *Mat. 5.*

Pallium tribuit Gregorius Corbiniano.

(c) *Pſal. 108.*

PAGIUS *S. Corbiniani prima profectio Romana.* pi Friſingenſis primi, literis mandavit *Aribo*, ipſius poſt Erembertum & Joſephum Succeſſor. Natus erat in Galliis, ubi cum longe lateque fama Sanctitatis ejus creſceret, *Pippinus* Major Domus unum ex chariſſimis ſibi Optimatibus ad eum tranſmiſit, ſeque ejus præcibus commendavit. Cumque Vir Dei crebris advenientium colloquiis occuparetur, Romam petiit, ubi Gregorius Papa Sacerdotalem ei honorem conferre voluit, quamvis renitenti. In Galliam reducem Pippinus Major Domus rursus ad ſe acceſſivit, ut ejus confeſſionem audiret. Ita Aribo. Hæc prior profectio Romana Corbiniani ſuperiori anno ſuſcepta in quantum ex ejus Vita colligi poteſt. Baronius exiſtimat, non Gregorium II. cum Corbinianus Romam venit Eccleſiam Romanam gubernaſſe, ſed alium Pontificem; cum Corbinianus in Galliam reverſus confeſſionem Pippini Majoris Domus exceperit, iſque menſe Decembri anni DCCXIV. vita functus ſit, ut ſuo loco oſtendimus. Verum longe veroſimilius eſt Aribonem falli in iis, quæ de Pipino narrat, & loco *Pippini* reponendum eſſe *Carolum* Majorem Domus, ejus filium, ut etiam putavit Cointius anno DCCXV. numer. LVIII. Aribo enim qui anno DCCLX. Epiſcopus Friſingenſis creatus eſt, ut liquet ex Catalogo MS. Epiſcoporum Friſingenſium vix potuit ignorare nomen Pontificis Romani, qui paucos ante annos primum Epiſcopum Friſingenſem conſecrarat. De ſecunda profectione Romana Corbiniani anno DCCXXIV. agemus.

Ad num. XI. Beda in Epitome Hiſt. Gentis VIII.
Anglorum ſcribit: *Anno ſeptingenteſimo decimo*

tus. Verum quia amator nimium erat ſolitudinis atque ſecreti ſilentii, dimiſſum rurſus repetens habitaculum, ut ſe abdicaret ab Epiſcopatu, Romam iterum poſt multos annos ad Gregorium rediit. Quæ autem tunc inter eos tranſacta ſint, ſuo loco dicturi ſumus. Porro Otho Friſingenſis Epiſcopus res ab eo præclare geſtas ſummatim tantum attingit.

XI. Hic pariter annus conſignatur, quo in Anglia longævum ſchiſma de Paſchatis celebratione a Scotis monachis Hienſis inſulæ opera ſancti Egberti, de quo plura ſunt dicta ſuperiori tomo, penitus tollitur. Agit de his Beda (a), rem geſtam ſic narrans: *Nec multo poſt illi quoque, qui Hii inſulam incolebant, monachi Scoticæ nationis cum his, quæ ſibi erant ſubdita, monaſteriis ad ritum Paſchæ ac tonſuræ canonicum, Domino procurante, perducti ſunt: ſiquidem anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſextodecimo, quo Oſredo occiſo, Coenrbedus gubernacula regni Nordanhumbrorum ſuſcepit, cum veniſſet ad eos de Hibernia Deo amabilis & cum omni honorificentia nominandus pater ac ſacerdos Egbertus, cujus ſuperius memoriam ſæpius fecimus, honorifice ab eis & multo cum gaudio ſuſceptus eſt. Qui quoniam & doctor ſuaviſſimus, & eorum quæ agenda docebat, erat executor devotiſſimus, libenter auditus ab univerſis, immutavit pie & ſedulis exhortationibus inveteratam illam traditionem parentum eorum, de quibus Apoſtolicum (b) illum licet proferre ſermonem, quod æmulationem Dei habeant, ſed non ſecundum ſcientiam: Catholicoque illos atque Apoſtolico more celebrationem (ut diximus) præcipuæ ſolemnitatis ſub figura coronæ perpetuæ agere perdocuit. Quod mira divinæ conſtat factum diſpenſatione pietatis: ut quoniam gens illa, quæ noverat ſcientiam divinæ cognitionis, libenter ac ſine invidia populis Anglorum communicare curavit: ipſa quoque poſtmodum per gentem Anglorum in iis quæ minus habuerat, ad perfectam vivendi normam perveniret. Sicut e contra Britones, qui nolebant Angelis eam, quam habebant Fidei Chriſtianæ notitiam pandere, credentibus jam populis Anglorum, & in regula Fidei Catholicæ per omnia inſtructis, ipſi adhuc inveterati & claudicantes a ſemitis ſuis, & capita ferri ſine corona prætendunt, & ſolemnia Chriſti ſine Eccleſiæ Chriſti ſocietate venerantur.* Ut ex his intelligas cur ablatum ſit regnum ab ipſis, & datum ſit genti facienti fructum ejus. Pergit vero Beda:

(a) Beda l. 5. c. 23.

Hienſes Catholicos ritus recipiunt.

(b) Rom. 10.

Susceperunt autem Hienſes monachi, docente Egberto, ritus vivendi Catholicos ſub Abbate Duunchado poſt annos circiter octoginta, ex quo ad prædicationem gentis Anglorum Aidanum miſerant Antiſtitem. Manſit autem vir Dei Egbertus annos tredecim in præfata inſula, quam ipſe velut nova quadam relucente gratia Eccleſiaſticæ ſocietatis & pacis Chriſto conſecraverat. Hactenus de his Beda.

XII. Jam vero extremo loco anni hujus funera Hiſpaniorum Eccleſiæ ex clade Saracenica proſequamur. Peccatis id exigentibus populorum, invaleſcentibus Saracenis res in deterius dilabuntur: ſiquidem duæ præcipuæ civitates hactenus integræ conſervatæ, ab iiſdem captæ miſerrime exciduntur. De his enim iſta Tudenſis: *Poſt hæc Mauri, viribus totis Geticis non * ſtantibus totam fere Hiſpaniam atque provinciam Burgundiam & Pictavium ferro flammaque attritus, ſuo dominio manciparunt.* Sed hæc poſtea. *Legionenſem vero civitatem, quondam caput regni Suevorum ſibi ſubjugaverunt, multis Galleciorum in defenſione ipſius urbis viriliter obſiſtentibus hoſtili gladio trucidatis. Urbs quoque Toletana multarum gentium, Iſmaelitis triumphis ita ſuccubuit per proditionem Judæorum, quia fortior, & rebellior fuerat. Nam cum Chriſtiani in die in Ramis palmarum ad Eccleſiam ſanctæ Leocadiæ extra urbem regiam ob reverentiam tantæ ſolemnitatis, ad audiendum verbum Dei conveniſſet; Judæi, qui proditione ſignum Sarracenis dederant, a Chriſtianis clauſas portas Sarracenis aperuerunt, & Deo fideles populum*

* obſtantibus.

Hiſpania vaſtatur a Saracenis, Toletum capitur.

PAGIUS *Moritur Oſredus Rex Northumbriæ.*

ſexto Oſred Rex Northanymbrorum interfectus, Et Rex Merciorum Coelred defunctus. Et Vir Domini Echerht Hiienſes Monachos ad Catholicum Paſcha, & Eccleſiaſticam correxit tonſuram. Oſredo occiſo, Coenredus gubernacula Regni Nordenymbrorum ſuſcepit, & Sacerdus Ecgbertus Hienſes Monachos ac ſubdita illis Monaſteria, quæ diu Romano ritui reſtiterant, & etheroclitum Paſcha hactenus celebrarant, docuit cum cætero Orbe convenire, ut narrat Baronius ex Beda lib. 5. cap. 23. De *Coelredo* legendus Baronius num. XVII. & ſeqq. Et ſucceſſit in Regno Merciorum *Ethelbaldus*, cui olim Sanctus *Guthlacus* Regnum promiſerat: & ille fidem, quam *Guthlaco* dederat, hoc anno liberat, & *Croylandenſe* Monaſterium conſtruit, ac nobiliter dotat, ut videre eſt apud Ingulphum ejuſdem Monaſterii Abbatem, qui Chartam fundationis, an. Incarnat. DCCXVI. notatam, exhibet. Jamdiu enim Æra Dionyſiana in Diplomatis Regum in Anglia uſurpabatur, ut non ſemel indicavi.

IX. Hoc anno Gallia bellis civilibus iterum afflicta. *Chilpericus* enim II. Francorum Rex, ut Carolum Martellum, qui Palatii Auſtraſiani Majoratum ſibi arrogabat, opprimeret, numeroſum ex Neuſtria & Burgondia collegit exercitum, & *Radbodum* Friſiorum Regem ad ſuas partes pertraxit. *Carolus*, ne hinc inde laceſſitus obrueretur, prius occurrit Friſiis, quam exercitus Neuſtraſiorum adveniret. Acriter utrimque pugnatum. Victor evaſit *Radbodus*, ut

Carolus a Radbodo, Regenfredus a Carolo victus.

pulus Toletanus foris inventus extra urbem gladio deletus eſt. Poſt hac Sarraceni Præfectos per omnes provincias Hiſpaniæ poſuerunt, qui plurimis annis tributa exegerunt. Cordubam ſibi ſedem elegerunt. Tunc reſidui Gothi in ardua montium Pirenæorum, Aſturiorum, & Galleciæ ſe claudentes, evaſerunt Sarracenos. Hæc ſummatim ex illo. Si bellica iſta cupis, tu pete eos, qui eadem ſcriptis ſuis pluribus ſunt proſequuti.

XIII. Sed quanta mala gens inimica Deo Chriſtianæ religioni intulerit, ex threnis ſanctorum, qui his ipſis temporibus Sarracenorum ſcripſere mala quæ paterentur, eſt facile pervidere. In quibus nolim tu delicatus exhorreas barbariſmis & ſolœciſmis pannoſam intextam orationem, cum alioquin in ſermone lugubri lugubris, rudiſque veſtis magis permoveat adſiſtentes. Ex antiquo ſcripto codice, cujus eſt titulus, *Indiculus Luminoſus*, iſta produntur (*a*): *Ecce* (inquit auctor) *lex publica pendet, & legalia juſſa per omne regnum eorum diſcurrunt, ut qui blaſphemaverit,* Mahometem ſcilicet, vel ad eum pertinentes, *flagelletur, & qui percuſſerit, occidatur. Et ecce quotidie boris diurnis & nocturnis in turribus ſuis & montibus caliginoſis Dominum maledicunt, dum vatem impudicum, perjurum, rabidum & iniquum una cum Domino teſtimonii voce extollunt.* Iſta illi in ſuperſtitionis eorum cultu tuendo & ampliando. Quæ autem pati ſolerent ab illis jugiter Chriſtiani, idem ita proſequitur: *Quotidie opprobriis & mille contumeliarum faſcibus obruti perſecutionem nos dicimus non habere? Nam ut alia taceam, certe dum defunctorum corpora a ſacerdotibus vident, ut mos eſt Eccleſiaſticus, humanda portari: nonne apertis vocibus, & impuriſſimis gemitibus dicunt: Deus non miſereatur illis? & lapidibus ſacerdotes Domini impetentes, ignominioſis verbis populum Domini denotantes, ſpurcitiarum fimo Chriſticolas tranſeuntes fœdore infando aſpergunt, majora minitando ringentes?* Et paulo poſt (*b*): *Sic itidem & cum ſacerdotes Dei cauſa quopiam uniquam obviaverint per viam, lapides coram ipſis cumulantes, teſtuſque aridiſſimas ante veſtigia eorum revolventes, ac improperioſo & infami nomine derogantes, vulgari proverbio & cantico inhoneſto ſugillant, & fidei ſignum opprobrioſo elogio detruncant. Sed cum baſilicæ ſignum, hoc eſt, tinnientis æris ſonitum, qui pro conventu Eccleſiæ adunando, horis omnibus canonicis percutitur, audiunt, deriſione & contemptu inhiantes, moventes capita, infanda iterando congeminant, & omnem ſexum, omnemque ætatem, totumque Chriſti Domini gregem non uniformi ſubſannio, ſed milleno contumeliarum infamio impetunt & derident.* (*c*) *Numquid non iſti ſunt, qui Hieruſalem maledicunt, & muros ſancta Sion deſtruunt & ſuccendunt? de quibus dicitur: Maledicti omnes qui ſpernunt te, & omnes qui blaſphemant te. Maledicti omnes qui deſtruunt muros tuos, & omnes, qui ſubvertunt turres tuas, & omnes, qui ſuccendunt habitationes tuas. Et licet hæc omnia ab illis per contemptum, vel deriſionem, vel odium, ut diximus, impleantur; tamen etiam carnaliter in habitationes Domini, & in ſanctuarii ædes quotidie perpetrantur, dum Eccleſiæ Dei deſtruuntur, & antiqua ſoliditate templa firmata terratenus coæquantur.* Huc uſque qui his aderat auctor.

Quod autem ſinerent Sarraceni quæ remanſerunt templa aperta eſſe, & a Chriſtianis ad libitum frequentari; id inde provenit, quod magnam ex his pecuniam corradebant, non annua ab eis tributa exigentes, ſed menſtrua, ut quicquid in Eccleſias conferretur oblatione fidelium, totum in fiſcum inferretur Sarracenorum. Audi de his quid Samſon (*d*) Abbas S. Zoili martyris, qui inter impios Sarracenos claruit doctrina & probitate, dicat: *Omnes* inquit, *baſilicas* XIV.

(*a*) Reci-tat ex eo Moral. in L. 1. Eulog. 8.

De Hiſpaniarum clade luctus.

(*b*) Eulog. Memor. Sanct. l. 1. n. 12. 13.

(*c*) Tob. 13.

(*d*) Apud Moral. in præf. ad Eulogium.

PAGIUS ut produnt Auctor de geſtis Francorum cap. 52. & Continuator Fredegarii cap. 106. Rem hoc anno geſtam eſſe teſtantur Annales Nazariani, Petaviani, Tiliani, & Auctor Chronici San-Dionyſiani. *Radbodus* profligato Carolo victor ad territorium uſque Colonienſe pervenit idque *menſe Martio*, ut habent Annales Petaviani, & Chronicon San-Dionyſianum. Tum alia expeditio a *Regenfredo* Majore Domus & a Neuſtraſianis ſuſcepta: *Reginfridus*, inquit Annaliſta Fuldenſis hoc anno, *Major Domus & Hilpricus cum exercitu fines Colonienſium & Regiones Rheno contiguas vaſtant, acceptiſque a Plectrude* (vidua Pipini) *muneribus revertuntur*. Sed Neuſtraſianis in itinere luctuoſiſſima clades obtigit; cum enim redirent cum muneribus illis *ab exercitu Caroli grande perpeſſi ſunt damnum*, inquit Auctor de Geſtis Francorum cap. 53. Hoc ultimum certamen numeratur primum a Paulo Diacono lib. 6. de Reb. Longob. c. 43. inter ea quæ Carolum inter & Regenfredum de Domus Regiæ Majoratu contendentes inita fuiſſe ſcribit. Habitum illud *in loco, qui dicitur Amblava*, inquit Auctor citatus de Geſt. Franc. Amblava autem locus eſt in finibus Tungrorum, non procul a Monaſterio Stabulenſi, a flumine Amblava, vulgo *Ambles*, nomen habens, ut probat Valeſius in Notitia Galliarum. Hoc inter illa tria prælia primum fuiſſe liquet ex dicendis anno DCCXIX.

X. „ Interim dum Saraceni Rebus Hiſpanienſi„ bus intenti a Gallia Gothica occupanda ceſ„ ſabant, dubitandum non eſt, quin Galli li„ bertatis & religionis avitæ retinendæ cupidi „ ſe cum Principe finitimo fœderum æquis le„ gibus conjunxerint. Is erat *Eudo* Dux Aqui-

tas urbis prædicta (loquitur de Corduba) *tributarias fecit eſſe ; & impurus hoſtis de puriſſimis oblationibus fidelium in uſum templi collatis Dominici, theſauros fiſci inhiatus eſt ampliare, ut ſpoliando menſam Chriſti, & ditando palatia fiſci, videretur aquam ſitientibus auferre, & ampliſſimo mari ſinu infundere: ſicque peractum eſt, ut venale ſacerdotium ſuſtinentes, ipſa baſilica non more ſolito dignos recipere, & indignos queant ſacerdotes repellere.* Et quæ ſequuntur, dum quæritur quod potentiores qui cum ſuis dignitatibus remanſerunt inter Sarracenos Chriſtiani, hujuſcemodi ſacrilegiis demereri ſtuderent gratiam Maurorum Regum.

XV. Sed & threnos S. Eulogii martyris audiamus, ipſe enim poſt alia multa in (a) Memoriale Sanctorum ſic ait: *Nullam opinantes eſſe moleſtiam diruptiones baſilicarum, opprobria ſacerdotum, & quod lunariter ſolvimus* (ſingulis menſibus ſcilicet) *cum gravi mœrore tributum; adeo ut expeditius nobis ſit compendium mortis, quam egentiſſima vitæ laborioſum diſcrimen.* Et paulo inferius. *Et quis inter cunctos perſecutores fidelium cruentius, quam hic infandus, Eccleſiam inſecutus eſt? Quis tanta in everſionem Catholicorum, quanta idem exaggeravit infauſtus? Quia, ut ita dixerim, nemo noſtrum inter eos ſecurus ingreditur, nemo quietus permeat, nemo ſeptum eorum niſi dehoneſtatus pertranſit. Etenim cum nos cujuſlibet rei familiaris neceſſitas ire in publicum coegerit, & inſtante domeſtica neceſſitate, ex angulo tuguris noſtri in forum proſilire contigerit: mox ut ſtigmata in nobis ordinis ſacri advertunt, acclamatione deriſionis, ut amentes & fatuos impetunt, præter illa puerorum quotidiana ludibria, quibus non ſatis eſt inferre lingua convicium, turpia exaggerare ſcurrilitatum, verum etiam a tergo nos lapidibus inſectari non deſinunt. Quid illud memorem, quod in contumeliam ſigni venerabilis proferunt? quod cum forte competens tempus pſallendi ſignum fidelibus dare compulerit, & imminens hora obſecrationis indicium populis facere conſuetum popoſcerit: mox ut illectum ſuperſtitione mendaci vulgus clangorem tinnientis metalli aure captaverit, in omnem maledictionem, & ſpurcitiam linguam admovere non differt. Ergo non incongrue maledicuntur, qui tanto odio adverſus Dei ſortem ſequipedas ſuos informant. Sæpe ab eis, & inceſſanter calumniamur: cauſaque religionis eorum ſævitiam ubique perpetimur: adeo ut multi ex eis tactu indumentorum ſuorum nos indignos diiudicent, propinſque ſibimet accedere, execrentur: magnam ſcilicet coinquinationem exiſtimantes, ſi in aliquo rerum ſuarum admiſceamur.* Hæc & alia ſanctus Eulogius, deplorans infelicem ſub barbara gente Fidelium captivitatem.

(a) Eulog. l. 2. n. 12.

Quam male habiti Chriſtiani a Saracenis.

XVI. Quod audiſti de lunari tributo, nempe menſtruo, ejuſdem meminit & Leovigildus (b) presbyter Cordubenſis, qui eodem vixit tempore, ſcripſitque librum de habitu clericorum, in quo cum præfatur cauſas ſcribendi, ſic ait: *Ut qui ex nobis ad remanentes doctores, imbecillitate corporis præpediente, dirigere greſſus nequiverit, aut quem inquiſitio, vel cenſus, vel vectigalis, quod omni lunari menſe pro Chriſti nomine ſolvere cogimur, retinuerit; ſaltem nocturno tempore inter Eccleſiaſtica munia, qui neceſſarium, duxerit, legat.* Meminit ejuſdem Leovigildi idem, qui ſupra Samſon Abbas, refertque Morales. At iſti ſcripſerunt, quæ agebantur ſuis temporibus poſt centum & amplius annos, ex quo Sarraceni potiti ſunt Hiſpaniis, & jam furor ille priſtinus perſecutionis deferbuiſſet ut dubium non ſit, majores ſuos qui iſtis vixere temporibus, duriorem tuliſſe ſub impiis barbaris ſervitutem, cum nec eſſet qui eorum afflictiones ſcri-

(b) Apud Moral. in Eulog. l. 2.

PAGIUS

"-taniæ, qui Toloſam olim armis Clodovæi Re-
" gis a Regno Gothico reſectam obtinebat una
" cum reliquo Aquitaniæ Primæ & Secundæ
" corpore, inquit Marca lib. 3. Marcæ Hiſpanicæ cap. I. num. IX. Verum non tantum Septimaniæ populi de quibus ſolis loquitur ibi Marca; ſed etiam Provinciales *Eudonis* auxilium imploraruot. Saraceni enim jus ſibi in omnes, quas Wiſigothi poſſederant Regiones, aſſerebant, & univerſa Gallia bellis lacerata, viſum eſt ſe ſe in *Eudonis* nominatiſſimi Ducis fidem & tutelam committere. Id quidem a nullo Hiſtorico proditum, quod brevis ejuſdem *Eudonis* in Provincia Dominatus fuerit, ſed ex Schedula, quæ cum Reliquiis Sanctæ Mariæ Magdalenæ anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono inventa eſt, manifeſte colligitur. *Carolus* Salernitanus Princeps, qui Carolo Andegavenſi patre Comite Provinciæ & Neapolis Rege abſente, Provinciam regebat, eo anno ejuſdem Reliquias apud fanum Sancti Maximini *mirifica revelatione* repertas, ut loquitur *Robertus* Rex ejuſdem Caroli filius ac Succeſſor, in literis Neapoli die ſeptima Decembris anni milleſimi treceanteſimi triceſimi ſeptimi datis, in decentiorem locum *transferre* voluit.

Provinciales metu Saracenorum ſeſe Eudoni Aquitaniæ Duci ſubdunt.

XI. Quamobrem Archiepiſcopos Aquenſem, Arelatenſem aliosque Provinciæ Antiſtites XV. Kal. Januarii anni milleſimi duceuteſimi ſeptuageſimi noni convocavit, ut ipſemet in ſuo Diplomate, eodem die emiſſo, teſtatur. Effoſſa terra inventum eſt ſepulcrum marmoreum, & intra illud reliquiæ cum Schedula, cujus iſte tenor erat: *Anno Nativitatis Dominicæ DCCXVI. menſe Decembri, in nocte, ſecretiſſime, regnante Odoino piiſſimo Francorum Rege tempore infeſtationis gentis perfida Sarracenorum, tranſlatum fuit hoc corpus cariſſimæ & venerandæ Mariæ Magdalenæ de ſepulcro ſuo alabaſtri, in hoc marmoreum, ex metu dictæ gentis perfidæ Sarracenorum,*

Probatur ex Schedula cum Reliquiis S. Magdalenæ reperta.

Digitized by Google

ſcriptorum monimentis committeret.

XVII. Ceolredi Regis obitus & damnatio ad inferos. Hoc eodem anno (ut auctor eſt Beda) moritur Ceolredus Merciorum Rex, quem damnatum in pœnas æternas inferni, ex defuncto homine in vita revocato, certa teſtificatione cognitum eſt. Res quidem admiranda, haud tamen ignoti cujuſpiam auctoris aſſertione proponitur, ſed viri clariſſimi, & qui his ipſis temporibus vixit, orbi Chriſtiano notiſſimus S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus, idemque martyr, & Apoſtolus Germaniæ nominatus. Extat de his ſcripta ab ipſo epiſtola, inter alias nondam editas numerata vigeſima ſeptima, quarum duo nacti ſumus exemplaria; alterum Romæ in bibliotheca S. Mariæ ſuper Minervam vetuſtiſſimum, ſed nonnihil mendoſum, alterum Antonii Auguſtini diligentia perpurgatum. Epiſtola autem ſic ſe habeat.

XVIII. Epiſtola S. Bonifacii de homine ad vitam revocato. *Beatiſſimæ virgini, immo dilectiſſimæ Dominæ Eadeburgæ monaſticæ normulæ converſationis emeritæ, Vvinfridus exiguus in Chriſto Jeſu intimæ charitatis ſalutem.* Qui Vvinfridus hic nominatur, idem poſtea, cum inſignia accepit Apoſtolatus, appellatus eſt Bonifacius, ut ſuo loco dicetur.

Rogabas me, ſoror cariſſima, ut admirandas viſiones de illo redivivo, qui nuper in monaſterio Milburgæ Abbatiſſæ mortuus, & revixit, quæ ei oſtenſa ſunt, ſcribendo intimare, & tranſmittere curarem, quemadmodum, iſta veneranda Abbatiſſa Hildelida referente, didici. Modo ſiquidem gratias omnipotenti Deo refero, quia in hoc dilectionis tuæ voluntatem eo plenius, liquidiuſque, Domino patrocinium præſtante, implere valeo, quia ipſe cum ſupradicto fratre redivivo, dum nuper tranſmarinis partibus ad iſtas pervenit regiones, locutus ſum, & ille mihi ſtupendas viſiones, quas extra corpus ſuum raptus in ſpiritu vidit, proprio expoſuit ſermone. Dicebat quippe ſe per violentæ ægritudinis dolorem, corporis gravedine ſubito fuiſſe exutum, & ſimillimam eſſe collationem, veluti ſi videntis & vigilantis hominis oculi denſiſſimo tegmine velati, & ſubito auferatur velamen, & ei perſpicua ſint omnia quæ antea non conviſa, & velata & ignota fuere; ſic ſibi abjecto terreni velamine carnis, ante conſpectum univerſum collectum fuiſſe mundum, ut cunctas terrarum partes, & populos & maria ſub uno aſpectu contueretur. Et * *tantum magnæ claritatis, & ſplendoris Angelum eum de corpore egreſſum ſuſcepiſſe, ut nullatenus præ nimio ſplendore in eos aſpicere potuiſſet, qui jucundis & conſonis vocibus canebant* (a): *Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: Et ſublevans me, duxit in aera ſurſum; & in circuitu totius mundi ignem ardentem videbam, & flammam immenſæ magnitudinis exhalantem, & terribiliter ad ſuperiora aſcendentem, non aliter pene, quam ut ſub uno globo totius mundi machinam complectentem, niſi eam ſanctus Angelus impreſſo ſigno ſanctæ Crucis Chriſti compeſceret. Quando enim in obviam minacis flammæ ſignum Crucis Chriſti expreſſerat; tunc flamma magna ex parte decreſcens reſedit, & iſtius flammæ terribili ardore intollerabiliter torquebar, oculis maxime ardentibus, & ſplendore fulgentium ſpirituum vehementiſſime reverberatis, donec ſplendida viſionis Angelus manus ſuæ impoſitione caput meum quaſi protegens tangebat, & me a læſione flammarum tutum reddidit.*

Præterea referebat ille in temporis ſpatio, quo extra corpus fuit, tam magnam animarum migrantium de corpore multitudinem illuc, ubi ipſe fuit, conveniſſe, quam totius humani generis in terris non fuiſſe antea exiſtimarat, innumerabilem quoque malignorum ſpirituum turbam, necnon & clariſſimum chorum ſupernorum Angelorum adfuiſſe narravit; & maximam intra ſe miſerrimos ſpiritus, & ſanctos XIX.

* al. tam

(a) Pſ. 37.

PAGIUS. *rum, quia ſecurius eſt hic, amoto corpore Sidonii.* Supereſt adhuc ea Schedula, quæ tamen propter vetuſtatem amplius legi non poteſt. Sed Bernardus Guido Sacræ fidei Inquiſitor ac Epiſcopus Lodovienſis circa annum MCCCXX. in ſuo Speculo Hiſtoriali eandem refert, aitque: *Iſtum ego cartellum vetuſtiſſimum legi, qui hæc ſcribo, & vidi ibidem in Sacrario* (ſcilicet Oppidi Sancti Maximini) *reſervari teſtimonium veritatis* &c. Eandem etiam vidit Philippus Caballula Epiſcopus Cavallicenſis & Cardinalis, ut ipſemet teſtatur in libello anno MCCCLV. adverſus Monachos Vezilincenſes compoſito, qui MS. extat in Bibliotheca S. Victoris Pariſina. Denique eadem verba leguntur in Libro pergameno aſſervato in Conventu Patrum Prædicatorum Sancti Maximini, & in omnibus fere Scriptoribus, qui de hac Inventione ſuperioribus ſæculis locuti ſunt.

Sed quis Rex ille *Odoinus* Epiſcopis, qui Tranſlationi Reliquiarum interfuere, ignotus erat, neque alius quam *Chlodoveus*, credebatur in laudato Caroli Salernitani Principis Diplomate tunc exarato *Clodovei* Regis nomen in *Odoini* locum ſubſtituere. In eodem errore verſatus eſt Caballola Cardinalis, qui Schedam legerat; ait enim: *Odoinus pleno nomine dicitur Chlodoinus, & lingua Gallica Clodoveus.* Vana hæc, ſed ſæculis in quibus Theologia Scholaſtica, utramque paginam faciebat, tolerabilia; cum Sigebertus in Chronico Clodovei III. initium anno DCCXV. conſignet. Verum iſ *Odoinus* Francorum Rex alius non eſt ab *Eudone* Aquitaniæ Duce, qui aliquando *Ode*, aliquando *Otte*, *Odocus*, vel *Odoinus* appellatus reperitur. Indeque diſcimus, hoc anno Auſtraſiis & Neuſtraſianis ex una parte Gallias devaſtantibus, ex alia vero Saracenis Septimaniam, ut an- XII. *In ea Eudo dicitur Rex Francorum.*

*ctos Angelos de animabus egredientibus de corpore diſputationem habuiſſe, dæmones accuſando, & peccatorum pondus gravando, Angelos vero relevando, & excuſando: & ſe ipſum audiſſe omnia flagitiorum ſuorum propria peccamina, quæ fecit a juventute ſua, & ad confitendum aut neglexit, aut oblivioni tradidit, vel ad peccatum pertinere omnino neſciebat, ipſius propria voce contra illum clamitaſſe, & eum duriſſime accuſaſſe, & ſpecialiter unumquodque vitium, quaſi ex ſua perſona in medium ſe obtuliſſe, dicentia quodam: ego ſum cupiditas tua, qua illicite frequentiſſime, & contraria præceptis Dei concupiſti: quodam vero: Ego ſum vana gloria, qua tu, apud homines jactantur exaltaſti alio: Ego ſum mendacium, in quo mentiendo peccaſti: alio: Ego ſum otioſum verbum, quod inaniter locutus fuiſti: alio: Ego viſus, quo videndo illicita peccaſti: alio: Ego contumacia, & inobedientia, qua ſenioribus ſpiritualibus inobediens fuiſti: alio: Ego torpor, & deſidia in ſanctorum ſtudiorum neglectu alio: Ego vaga cogitatio, & inutilis cura, qua * tunc ſupramodum ſive in Eccleſia, ſive extra Eccleſiam occupabas: alio: Ego ſomnolentia, qua oppreſſus tarde ad confitendum Deo ſurrexiſti: alio: Ego iter otioſum: alio: Ego ſum negligentia & incuria, qua detentus erga ſtudium divinæ lectionis incurioſus fuiſti: & cætera his ſimilia omnia, quæ in diebus vitæ ſuæ in carne converſatus peregit, & confiteri neglexit. Multa quoque, quæ ad peccatum pertinere omnino ignorabat, contra eum cuncta terribiliter vociferabantur. Similiter & maligni ſpiritus in omnibus, conſonantes, vitia accuſando, & duriter teſtificando, & loca, & tempora nefandorum actuum memorantes, eadamque peccata * dixere clamantes, * probabant.*

Quod per ſpeciem oſtenſum eſt ſimilitudinem habet cum his quæ ſcribit S. Cyrillus Alex. in tractatu de exitu animæ. * te

* dire * prodebant.

XX. *Vidit quoque ibi hominem quemdam, cui jam in ſæculari habitu degens, vulnus inflixit, quem adhuc in hac vita ſupereſſe referebat, ad teſtimonium malorum ſuorum adductum, cujus cruentatum & patens vulnus, & ſanguis ipſe propria voce clamans improperabat, & imputabat ei crudelis effuſi ſanguinis crimen, & ſic cumulatis, & computatis ſceleribus antiqui hoſtes affirmabant, eum peccatorem juris eorum, & conditionis indubitanter fuiſſe. Et contra autem dixere excuſantes me clamitabant parvæ virtutes animæ, quas ego miſer indigne & imperfecte peregi. Quadam dicit: Ego ſum obedientia, quam ſenioribus ſpiritualibus exhibuit: quadam: Ego ſum jejunium, quo corpus ſuum contra deſiderium carnis pugnans, caſtigavit: alia: Ego oratio pura, quam effundebat in conſpectu * Dei: alia: Ego obſequium infirmorum, quod clementer ægrotantibus exhibuit: quadam; Ego * in pſalmis, quem pro otioſo ſermone ſatisfaciens, Deo cecinit: Et ſic unaquæque virtus contra æmulum ſuum peccatum, excuſando me, clamitabat, & has illi immenſæ claritatis Angelici ſpiritus magnificando defendentes me affirmabant, & iſtæ virtutes univerſæ valde mactæ, & multo majores & excellentiores eſſe mihi videbantur, quam unquam viribus meis digne perpetratæ fuiſſent. * Interea referebat, ſe quaſi inferioribus in hoc mundo vidiſſe igneos puteos horrendam eructantes flammam plurimos, & erumpente terra, terribilem flammam ignis volitaſſe, & miſerorum hominum ſpiritus in ſimilitudine nigrarum avium per flammam plorantes, & ululantes, & verbis & voce humana ſtridebant, lugentes propria merita, & præſens ſupplicium, conſediſſe paululum hærentes in marginibus puteorum, & iterum ejulantes cecidiſſe in puteos, & unus ex Angelis dixit: Parviſſima hæc requies indicat, quia*

Accidit ſecundum illud Proverbiorum 31. Laudent eam in portis opera ejus. * Domini

* ſum pſalmus,

* Item

PAGIUS anno ſuperiori diximus, Provincia vicinam depopulantibus, Sacraſque Reliquias, uti in Hiſpaniis, conculeantibus, Provinciales *Eudoni* Aquitaniæ Duci, jam Septimaniam tuendi ſe ſe ſubdidiſſe, eumque Regem agnoviſſe.

XIII. *Schedula illa non poteſt dici ficititia.* Joannes Launoius in ſuis libellis de *Commentitiis Lazari & Maximini, Magdalenæ & Marthæ in Provinciam appulſu*, ait Monachos San-Maximianenſes Carolum Principem Salernitanum, Epiſcopoſque omnes anno MCCLXXIX. decepiſſe, ac præfatam Schedulam intra ſepulchrum, in quo Reliquiæ inventæ, fraudulenter injeciſſe; eo præſertim argumento innixus, quod nullus *Odo* in Gallia anno DCCXVI. regnare; indeque deduxit hujus Regis nomen imposturam maniſeſte detegere; addens non diu ante illam Tranſlationem Reliquiarum Sanctæ Magdalenæ traditionem illam excogitatam eſſe. Verum nullus ſæculo decimo tertio, quo ea Tranſlatio peracta, adeo in Hiſtoria verſatus erat, ut *Odonem* anno DCCXVI. Provinciæ dominatum eſſe, vel minimum ſuſpicari poſſet; cum etiam hoc docto ſæculo id Viros omnes in Hiſtoria Gallica exercitatiſſimos fugerit. Quod ſi quis tunc *Odonem* anno DCCXVI. in Provincia regnare dexeriſſet, hujus Regis nomine ſcriptum illud non notaſſet, ne ei omnem fidem adimeret, & imposturam quam adſtruere voluiſſet, proderet. Neque enim dubitaſſet, Hiſtoricorum omnium de Dominatu *Odonis* in Provincia ſilentium locum ſuſpicandi omnibus daturum, Chartam illam confictam eſſe, Reliquiaſque *Magdalenæ* ſuppoſititias. Sed ponamus inventum tunc aliquem, quem Regnum hoc *Odonis* in Provincia non latuiſſet, numquid is cum *Odonem* ſuum ab omnibus ignorari, & cum *Clodoveo* confundi vidiſſet, neminemque reperiri, cui *Odo* Aquitaniæ Dux in mentem venires, nodum iſtum difficillimum explicaſſet, remque doctioribus quibuſcumque ignotam aperire gloriatus eſſet? Ex illa itaque Scheda, tria eruimus. Primum Anno DCCXVI. *Eudonem* Aquitaniæ Ducem in Provincia Regem agnitum fuiſſe, Secundum, illo ipſo anno Provinciales

Bea-

quia omnipotens Deus in die futuri Judicii his animabus refrigerium ſupplicii, & requiem perpetuam paraturus eſt. Sub illis autem puteis adhuc inferioribus, & in imo profundo, quaſi in inferno inferiori audiunt horrendum & tremendum, & dictu difficilem gemitum, & fletum lugentium animarum, ad quas numquam pia miſeratio Domini perveniet, ſed æterna illas flammas ſine fine cruciabit.

XXI. De viſione Paradiſi. *Vidit quoque miræ amœnitatis locum, in quo pulcherrimorum hominum glorioſa multitudo miro lætabatur gaudio, qui eum invitabant, ut ad eorum gaudia, ſi ei licitum fuiſſet, cum eis gaviſurus veniret, & inde miræ dulcedinis flagrantia veniebat, quæ beatorum aditus fuit ibi congaudentium ſpirituum, quem locum ſancti Angeli affirmabant, famoſum eſſe Dei paradiſum.*

Per ſpeciem demonſtrantur pœnæ purgatorii. *Nec non & igneum, piceumque flumen bulliens & ardens miræ formidinis, & teterrimæ viſionis cernebat, ſuper quod lignum pontis vice poſitum erat, ad quod ſanctæ glorioſæque animæ ab illo ſecedentes conventu properabant, deſiderio alterius ripæ tranſire cupientes, & quædam titubantes conſtanter tranſibant; quædam vero labefactatæ de ligno cadebant in tartareum flumen, & aliæ tingebantur, quaſi toto corpore merſæ; aliæ autem ex parte quadam veluti uſque ad genua media: quædam vero uſque ad axillas, & tamen unaquæque cadentium multo clarior, ſpecioſiorque de flumine in alteram aſcendebat ripam, quam prius eſſet, cum in bulliens cecidiſſet flumen: & unus ex beatis*

De viſione purgatorii. *Angelis, de illis cadentibus animabus dixit: Hæ ſunt animæ, quæ poſt exitum mortalis vitæ, quibuſdam levibus vitiis non omnino ad purum abolitis, aliqua pia miſerentis Dei caſtigatione indigebant, ut Deo digne offeratur.*

Et citra illud flumen ſpeculatus, muros fulgentes clariſſimi ſplendoris, ſtupendæ longitudinis, & altitudinis immenſæ, & ſanctos Angelos audivit dixiſſe; Hæc eſt enim illa ſancta & inclyta civitas cœleſtis Hieruſalem, in qua iſtæ perpetualiter ſanctæ gaudebunt animæ. Illas itaque animas & iſtius glorioſæ civitatis muros, ad quam poſt tranſitum fluminis feſtinabant, tam magna immenſi luminis claritate, & fulgore ſplendentes eſſe dixit, ut reverberatis oculorum pupillis præ nimio ſplendore eos nullatenus aſpicere potuiſſet.

Narravit quoque, ad illum conventum inter alias veniſſe cujuſdam hominis animam, qui in Abbatis officio defunctus eſt, quæ ſpecioſa nimis & formoſa eſſe viſa eſt, quam maligni ſpiritus rapientes contendebant ſortis eorum & conditionis fuiſſe. Reſpondit ergo unus ex choro Angelorum dicens: Oſtendam vobis cito miſerrimi ſpiritus, quia veſtræ poteſtatis anima illa probatur non eſſe. Et his dictis, repente intervenit magna cohors animarum candidarum, quæ dicebat: Senior & doctor noſtrum fuit iſte, & nos omnes ſuo magiſterio lucratus eſt Deo; & hoc pretio retentus eſt, & veſtri juris non eſſe dignoſcitur, & quaſi cum Angelis contra dæmones pugnam inirent, & adminicula Angelorum cripientes illam animam de poteſtate malignorum ſpirituum liberavere: & tum increpans dæmones Angelus dixit: Scitote modo & intelligite, quod animam iſtam ſine jure rapuiſtis; & diſcedite miſerrimi ſpiritus in ignem æternum. Cum vero hoc dixiſſet Angelus, illico maligni ſpiritus levavere fletum & ululatum magnum in momento, & quaſi in ictu oculi, pervici volutu jactabant ſe in ſupradictos puteos ignis ardentis, & poſt modicum inter- XXII.

Hic illud Petri recole: Si juſtus vix ſalvabitur, & impius & peccator ubi parebunt.

PAGIUS Beatæ Magdalenæ Reliquias ſe poſſidere pro certo habuiſſe. Tertium, Reliquias Sanctæ Magdalenæ ſub iſtius ſæculi finem Vezeliacum in Burgundiam delatas non fuiſſe, cum quingentis poſt annis in Provincia repertæ fuerint eodem modo ac cum eodem Scripto cum quo hoc anno Saracenorum metu reconditæ ſunt.

XIV. *Era incarnat. in Galliis hoc tempore uſurpata.* Quod annum Chriſti DCCXVI. in eadem Scheda memoratum, licet Era Dionyſiana in publicis Actibus nondum tunc uſurparetur, in Hiſtoriis tamen Actiſque privatis, hoc circiter tempore in uſum vocatam fuiſſe, variis exemplis conſtat. Imo in Hiſpaniis, cum quibus Septimania ante Saracenorum adventum conjuncta erat, Era Dionyſiana ſæculo elapſo jam uſurpabatur, ut elicio ex his Juliani Toletani verbis in libro 3. adverſus Judæos, quem anno DCLXXXVI. abſolvit. Hæc ejus verba in ejuſdem Operis fine: *Nunc acclamatur Era ſeptingenteſima viceſima quarta. Emenſis igitur triginta & octo annis, ex quo Era inventa eſt, uſque ad Nativitatem Chriſti reſidui ſunt ſexcenti octoginta ſex anni*, Paulo inferius: *Ab initio mundi uſque ad Chriſtum computatos diximus quinque mille trecentos viginti quinque annos: quibus ſi addantur anni ab Incarnatione Domini ſexcenti octoginta ſex, uſque ad præſentem diem, id eſt, quando Sereniſſimus Princeps Ervigius Imperii ſui videtur habere annum ſeptimum, computati ſunt ſex mille & undecim anni.* Quare cum Septimania & Provincia continentes ſint, eadem etiam Era modo Incarnationis, modo Nativitatis appellata, in utraque Provincia uſurpata per hæc tempora. Vide quæ de hac Eudonis Ducis Præfectura dixi anno ſequenti.

His diebus Theudo Bajoariorum Gentis Dux, orationis gratia, Romam ad Beatorum Apoſtolorum veſtigia venit, inquit Paulus Diaconus lib. 6. de Geſtis Langobard. cap. 44. poſtquam narravit, *Faroaldum* Spoletanorum Ducem Claſſem Ravennatium Civitatem invaſiſſe. In Indice vero Ducum Spoletanorum ex Gregorio & Joanne Monachis Monaſterii Farfenſis, a Mabillonio in Muſæi Italici Tom. I. part. 2. pag. 63. exhibito, legitur: *DCCIII. Faroaldus Dux.* XV.

Theudo Secundus Bajoariæ Dux a S. Rudberto ad fidem Chriſti converſus.

vallum everſi, certantes in illo conventu de animarum meritis diſputabant. Et diverſorum merita hominum in hac vita commorantium dicebat ſe illo in tempore ſpeculari potuiſſe; & illos, qui ſceleribus obnoxii non fuerunt, & qui ſanctis virtutibus freti propitium omnipotentem Deum habuiſſe noſcebantur, ab Angelis ſemper tutos & defenſos, & eis charitate & propinquitate conjunctos fuiſſe: illos, qui nefandis criminibus, & maculata vita ſordibus polluti fuere, adverſarium ſpiritum aſſidue ſociatum, & ſemper ad ſcelera ſuadentem fuiſſe, & quandocumque verbo, vel facto peccavere, hoc jugiter quaſi ad lætitiam, & gaudium aliis nequiſſimis ſpiritibus, in medium proferens, manifeſtavit; & quando homo peccavit, nequaquam malignos ſpiritus ſuſtinuit, moram faciens expectando, donec iterum peccaret; ſed ſigillatim unumquodque vitium ad notitiam aliorum ſpirituum offerebat; & ſubito apud hominem peccata ſuaſit, & illico apud dæmones perpetrata demonſtravit.

XXIII. *Minima quæque ad judicium afferri, Deus intelligi voluit, qui de omni quoque verbo otioſo homines reddituros rationem prædixit.*

Interea narravit ſe vidiſſe puellam quandam in hac terrena vita molentem in mola, quæ vidit juxta ſe jacentem alterius novam colum ſculptura variatam & pulchram, & viſa fuit quod furata eſt illam. Tunc quaſi ingenti gaudio repleti: quandaque teterrimi ſpiritus hoc furtum aliis in illo referebant conventu, teſtificantes illam furti ream, & peccatricem fuiſſe. Intulit quoque: Fratris cujuſdam, qui paulo ante defunctus eſt animam ibi triſtem videbam, cui antea ipſe in infirmitate exitus ſui miniſtravi, ex eo quia [a] probus; qui mihi moriens præcepit, ut fratri ſuo germano verbis illius teſtificans demandarem, ut ancillam quandam, quam in poteſtate communiter poſſederunt, pro anima ejus manumitteret: ſed germanus ejus, avaritia impediente, petitionem ejus non implevit, & de hoc ſupradicta anima per alta ſuſpiria, accuſans fratrem infidelem, & increpans, graviter querebatur. Et ſimiliter teſtatus eſt de Coelrede Rege Merciorum, quem illo tamen tempore, quo hæc viſa ſunt, in corpore fuiſſe non dubium eſt, quem (ut dixi) videbat Angelico quodam umbraculo contra impetum dæmoniorum, quaſi libri alicujus magni extenſione & ſuperſtitione defenſum: ipſi dæmones anhelando rogabant Angelos, ut ablata defenſione illa, ipſis permitteretur crudelitatis eorum voluntatem in eo exercere, & imputabant ei horribilem ac nefandam multitudinem flagitiorum, & minantes dicebant illum ſub duriſſimis inferorum clauſtris claudendum, & ibi peccatis promerentibus æternis tormentis cruciandum eſſe. Tunc Angeli ſolito triſtiores facti, dicebant: Proh dolor, quod homo iſte ſemetipſum plus defendere non permittit, & ob ejus propria merita nullum ei adjutorium poſſumus præbere: & auferebant ſuperpoſiti tutaminis defenſionem. Tunc dæmones gaudentes & exultantes, de univerſis mundi partibus congregati majori multitudine, quam omnium animarum in ſæculo fieri exiſtimaret, diverſis eum tormentis inæſtimabiliter fatigantes, lacerabant.

De anima Regis damnato ad inferos.

XXIV. Tunc demum beati Angeli præcipiebant ei, qui hæc omnia extra corpus ſuum raptus, ſpiritali contemplatione vidit, & audivit, ut ſine mora ad proprium rediret corpus, & univerſa, quæ illi oſtenſa fuere, credentibus, & intenſione divina interrogantibus manifeſtare non dubitaret; in-

PAGIUS Tum anno DCCXXIV. *Tranſmundus Dux filius Faroaldi*, quare loquitur Paulus de Theudone Secundo qui Bojoariæ Tetrarcha erat, quique hoc anno Romam venit, ut ex Anaſtaſio in Vita Gregorii II. Papæ certa temporis nota eruitur: *Hujus temporibus ſignum in Luna factum eſt Indictione XIV. & viſa eſt cruentata uſque ad mediam noctem. Eo itaque tempore Theodo Dux gentis Bajoariorum ad Apoſtoli Beati Petri limina primus de gente eadem occurrit, orationis gratia.* Accidit hæc Eclypſis Lunæ hoc Chriſti anno, die XIII. menſis Januarii, feria ſecunda, horis poſt meridiem ſeptem. Cœpta Luna obſcurari paucis minutis poſt horam quintam a meridie, duravitque uſque ad horam fere nonam, ut docet Calviſius in Opere ſuo Chronologico. Hic eſt ille *Theudo*, quem S. *Rudbertus* Salisburgenſis Epiſcopus ad fidem Chriſtianam convertit, ut poſt biennium demonſtrabimus, & hoc tempore parti Tetrarchiæ Ducatus Bavariæ præerat.

XVI. Hoc anno *Sanctus Bonifacius*, qui tunc *VVinfridus* appellabatur, prædicandi Evangelii cauſa, aſſumptis duobus aut tribus Monachis, ex Anglia in Friſiam navigavit: *Sed quoniam*, inquit Willibaldus in ejus Vita cap. 4. *gravi ingruente Paganorum impetu hoſtilis exortu diſſenſio inter Karolum Principem glorioſumque Ducem Francorum, & Radbodum Regem Freſorum, populos ex utraque parte perturbabat, maximaque pars Eccleſiarum Chriſti, quæ Francorum prius in Freſia ſubjectæ erant Imperio, Radbodi incumbente perſecutione, ac ſervorum Dei facta expulſione, vaſtata erat ac deſtructa, idolorum quoque cultura exſtructis delubrorum fanis lugubriter renovata: tunc Vir Dei, perſpecta perverſitatis nequitia, pervenit ad Trecb*, (id eſt, Trajectum ad Rhenum) *ibique aliquantis expectatis diebus, advenientem Regem Radbodum allocutus eſt.* Sed cum intelligeret, ſe fruſtra ibidem laboraturum, ad natale ſolum tranſmigravit. Subdit enim Willibaldus: *Sanctus Vir, dum ſterilem aliquandiu Freſorum terram inhabitaret, & æſtatis autumnique aliquantulum tempus præteriret, jam arida cæleſtis rore fecunditatis reliquerat arva, & ad natale ſuis ſecum ſupradictis comitatoribus ſolum migravit: ac Monaſterii ſui ſecreta petens, etiam ibidem, ſecundi ſiquidem anni hyemem, tripudiantium fratrum amore ſuſceptus, hyemando tranſegerat, ut Doctoris Apoſtolicam gratiam unanimi-*

S. Bonifacius Evangelii prædicandi gratia in Friſiam venit.

inſultantibus autem narrare denegaret: & ut cuidam mulieri, quæ inde in longinqua regione habitabat, ejus perpetrata peccata per ordinem exponeret, & ei intimaret, quod omnipotentem Deum potuiſſet per ſatisfactionem repropitiari ſibi, ſi voluiſſet; & ut cuidam presbytero, nomine Beggam, iſtas ſpeciales viſiones cunctas exponeret, & poſtea, quemadmodum ab illo inſtructus fieret, hominibus pronuntiaret: propria quoque peccata, quæ illi a ſpiritibus immundis imputata fuere, confeſſa, ſupradicti presbyteri judicio emendaret, & ad indicium Angelici præcepti presbytero teſtificari, qui jam plurimos annos zonam ferream circa lumbos ſuos, nullo hominum conſcio, amore Domini cogente, habuerat.

XXV. *Proprium corpus dicebat ſe, dum extra fuerat, tam perhorruiſſe, ut in omnibus illis viſionibus nihil tam odibile, nihil tam deſpectum, nihil tam durum fœtorem evaporans, exceptis dæmonibus, & igne flagrante, videret, quam proprium corpus: & fratres ejus conſervos, quos intuitus eſt obſequia corpori ſuo clementer exhibere, ideo perhorruit, quia inviſi corporis curam agerent. Juſſus tamen ab Angelis, primo diluculo rediit ad corpus, qui primo gallicinio exierat de corpore. Plena ſeptimana nihil omnino corporaliter oculis videre potuit, ſed oculi fuſci plene frequenter ſanguinem ſtillavere: & poſtea de presbytero religioſo, & peccatrice muliere, ſicut ei ab Angelis manifeſtatum eſt, ita illis profitentibus, verum eſſe probavit. Subſequens autem, & citus ſcelerati Regis exitus, quæ de illis viſa fuere, vera eſſe procuidubio probavit. Multa alia, & his ſimilia referebat ſibi oſtenſa fuiſſe, quæ de memoria labefacta per ordinem recordari nullatenus potuiſſet; & dicebat ſe, poſt iſtas mirabiles viſiones, tam tenacem memoriæ non fuiſſe, ut antea fuerat. Hæc, quæ te diligenter flagitante ſcripſi, tribus [a] meis religionis, & valde venerabilibus fratribus in commune audientibus expoſuit, qui mihi in hoc ſcripto adſtipulatores fideles teſtes dignoſcuntur. Vale, vere virgo, vita ut & vivas Angelica recto [b] ritu, & rumore regens ſemper in æthere Chriſtum.* Hucuſque epiſtola Bonifacii, qui tantæ rei haud fuit otioſus auditor & ſcriptor, ſed vitam licet a puero ſancte pieque ductam, in monaſterio arctioribus diſciplinæ vinculis coarctare, & uberiorem frugum culturam præparare diſponens, meditatus eſt Evangelii prædicationem in Gentibus. Quomodo autem, ut hoc impleret, ſe Romam contulit ad Gregorium Papam, ſuo loco dicemus.

[a] mecum

[b] locus depravatus.

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS *imitaretur dicentis: Ibi enim conſtitui hyemare.* Ita Willibaldus, qui his verbis *reliquerat*, & *tranſegerat*, ſignificat, *reliquit*, & *tranſegit*, uti Alcuinus in Vita Sancti Willibrordi, qui præterita pluſquam perfecta pro abſolutis non ſemel uſurpavit. Quare adventus Sancti Bonifacii in Friſiam hoc anno contigit, quo duntaxat cum Radbodo *Carolus Martellus* bellum gerere cœpit, non vero anno ſuperiori, ut perperam eo anno Cointius num. LXV. & ſeqq. tradidit, ubi & reditum ejus in hunc annum differt. Is tamen ſolide refellit Serarium lib. 3. Rer. Mogunt. Not. LIV. in Vitam Sancti Bonifacii, ubi initium peregrinationum ejus ab anno DCCIV. repetit, reditumque in patriam hoc anno recte collocat. Anno enim DCCIV. Carolus vix infantiam egreſſus erat, & Bonifacium Carolo Majoratum gerente in Galliam veniſſe teſtatur non ſolum Willibaldus in ejus Vita; ſed etiam S. Luidgerus in Vita S. Gregorii Rectoris Eccleſiæ Trajectenſis ad Rhenum. Quare ubi Luidgerus ait Bonifacium in Turingiam profectum eſſe poſt tredecim annos peractæ in Freſonia prædicationis, loco *tredecim*, legendum, *tres*, quot annos *Bonifacium* in Friſia Verbum Dei annunciaſſe ſcribit Willibaldus citatus. Quæ emendatio videtur certa, quia Luidgerus Auctor coævus vix hac in re errare potuit.

Tit. 5.

XVII. *Ob bellum Carolum inter & Radbodum Regem exortum diſcedere cogitur.*

Auctor Chronici Wirziburgenſis a Baluzio V. Cl. lib. 2. Miſcellaneorum publicatus, hujus profectionis annum notavit: *DCCXVI. Sanctus Bonifacius, qui & VVinfridus, a Gregorio Papa in Franciam ad prædicandum Verbum Dei miſſus eſt*, ubi tamen Chronographus hanc Bonifacii peregrinationem cum Miſſione ei a Gregorio II. ſeſius commiſſa confundit, uti & Petrus Bibliothecarius apud Ducheſnium Tom. III. pag. 540. Ipſemet Bonifacius in Epiſtola num. CXXXV. Zachariæ Papæ, data anno DCCXLV. & ibidem a Baronio num. XXIV. recitata, inquit, *poſtquam me, ante annos prope triginta, ſub familiaritate atque ſervitio Apoſtolicæ Sedis, annuente & jubente veneranda memoria Antiſtite Apoſtolico Gregorio, anteriore* (ſcilicet Secundo) *voto conſtrinxi, quidquid mihi lætitia vel triſtitia accideret, Apoſtolico Pontifici ſolebam indicare.* Ab hoc autem anno ad DCCXLV. anni triginta incompleti intercurrunt. Adhæc Willibaldus citatus teſtatur, hunc Sanctum Germaniæ Apoſtolum, anno DCCLV. Martyrio coronatum eſſe, *quadrageſimo peregrinationis ejus anno revoluto*, quæ ideo hoc anno incœpta fuit. Othlonus vero ait: *Paſſus eſt anno peregrinationis ſuæ XL.* Quare hæc Epocha certa & indubitata. Serarius, qui Bonifacii in Angliam reditum cum hoc anno accurate illigavit, ita ultima Willibaldi verba numero ſuperiori recitata interpretatur, ut *Bonifacius* in Anglia hyemes duas e Friſia, unde autumno ſolverat, reverſus tranſegerit, & ſub initium tertiæ Romam perrexerit, anno ſcilic. ſeptingenteſimo decimo octavo, bienniumque, in natali ſolo ſolidum tunc manſerit. Cæterum opinio Cointii adventum *Bonifacii* in annum præcedentem, quo omnia in Friſia pacata erant, conjicientis, & reditum ejus ex Friſia in Angliam cum præſenti copulantis, ſubſiſteri non poteſt; cum ejus in Friſia commoratio ſex circiter menſium fuerit, ejuſque in Angliam reditus autumnali tempore acciderit; quod utrumque ex Willibaldo citato manifeſte apparet. De ejus in Franciam reverſione anno DCCXIX. Baronii ordinem ſequentes, agemus.

Tiberii laudatio & obitus *S. Ceolfridi* Abbatis, de quibus anno ſequenti, huc retrahenda.

I. ANnus agitur Redemptoris ſeptingenteſimus decimuſſeptimus, Indictione decimaquinta, quo (*a*) & Leonis Imperatoris primi anni clauſa periodo, ſecundus inchoatur, cum Conſtantinopolitana civitas Sarracenorum obſidione in maximum eſt diſcrimen adducta, ſed liberata Dei genitricis auxilio. Vigilabat in ea ſpiritualibus intentus excubiis S. Germanus ejuſdem civitatis Epiſcopus, longævus ætate ſenex, ſed vigens animo, florenſque meritis, renovatus ut aquila in ſenectute ſua. Famoſa obſidio iſta tum Græcorum, tum Latinorum ſcriptis reperitur eſſe vulgata, quæ, ſi quod Beda atque Paulus Diaconus hujus temporis auctores, & Anaſtaſius tradunt, verum eſt, triennio ſive biennio perduravit, oportet dicere, ipſam cœptam jam fuiſſe anno ſuperiori (*b*). Beda ſic de ipſa enim in Leone:

(*a*) *Cedr. num. 1. Leonis Imp.*

Obſidio Urbis Conſtantinop.

(*b*) *Beda de ſex ætat. in fin.*

Sarraceni cum immenſo exercitu Conſtantinopolim venientes, triennio, civitatem obſident, donec civibus multa inſtantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, peſtilentia perirent, ac ſic pertæſi obſidionis abſcederent. Qui inde regreſſi, Bulgarorum gentem, quæ eſt ſuper Danubium, bello aggrediuntur, & ab hac quoque victi refugiunt, ac naves repetunt ſuas. Quibus cum altum peterent ingruente plurimum tempeſtate, plurimi etiam, merſis ſive confractis per littora navibus, ſunt necati. Hæc Beda, claudens ejuſdem Leonis temporibus commentarium de ſex ætatibus. Eadem Paulus Diaconus (*c*) in geſtis Longobardorum totidem verbis, addens hoc funeſtum: *Intra Conſtantinopolim vero trecenta millia hominum peſtilentia interierunt.*

(*c*) *Paulus Diac. lib. 6. c. 47.*

II. Sed viciniores Græcos, quid de his ſcripſerint, conſulamus. Id ipſi factum tradunt decimaquinta Indictione, decimonono Kalendas Septembris, cum idem, qui ſupra, Maſalma Princeps Sarracenorum Conſtantinopolitanam urbem obſidere cœpit; eam & vocato Zulcimino Arabum Duce, claſſe potente, idem hoc anno menſe Septembris, quo prima Indictio inchoatur, cum claſſe pervenit Conſtantinopolim, jamque deſcenſurus erat in urbem, niſi Deus cito præſto civitati illi fuiſſet. De his enim breviter hæc Theophanes: *Imperator vero protinus igniferis navibus contra eos directis ab * Areopoli: divina ope igne conſumpſit, & aliæ quidem ex eis ad ripæ muros projectæ ſunt, aliæ vero una cum hominibus in profundum demerſæ ſunt: porro aliæ uſque ad acutam, & latam inſulam conſumptæ, portatæque ſunt. Hi ergo, qui erant in urbe, fiduciam perceperunt: at hoſtes magno pavore concuſſi ſunt, cognoſcentes efficaciſſimam ignis operationem. Volebant enim eadem die veſperi ad ripæ muros applicare ſtationem, & temones ſupra pugnacula ponere: ſed conſilium eorum diſſipavit omnipotens per interceſſionem caſtiſſimæ genitricis ejus Mariæ.* Hæc Theophanes. Erat populus ille Dei genitricis ſtudioſiſſimus cultor, cujus ope quam ſæpiſſime (ut vidimus) fuit a barbaris urbs liberata.

Gens Saracenorum convenit expugnare Conſtantinopolim.

* orgyropoli.

III. Sed non hic finis victoriæ: etenim addidit, hoc eodem anno poſt omnia iſta, quæ diximus, accidiſſe, ut duæ claſſes Sarracenorum, quarum altera ſolveret ex Ægypto, ex Africa vero altera, quibus annona ferebatur obſidentibus urbem, pariter male perierint, miſſis ab Imperatore contra utramque claſſem igniferis navibus, de quibus Theophanes: *Cum* inquit, *Deo cooperante per interceſſionem intemeratæ Dei genitricis Mariæ protinus ſubmerſi ſunt inimici, & aſſumptis ſpoliis noſtris, & expenſis eorum, annona videlicet, cum gaudio reverſi ſunt.* Tunc & qui in ſtationibus erant Sarraceni obſidentes urbem, deſtituti annona, fame & peſte periere, trucidatis ex illis etiam a Bulgaris viginti duobus millibus. Cum tot tantaque atrocia una ſimul paſſi ſunt Sar-

Victoriæ adverſus Saracenos.

PAGIUS Sæc. VIII, Anno Æræ Hiſp. DCCLV. Anno Hegiræ XCIX. inchoata die 14. Aug. fer. 7. A.C. 717. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6210.

☉ 16. C ☽ 15. P. 4. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 717.

GREGORII II. PAPÆ 5.

LEONIS ISAURI IMP. 2.

ANnum. I. ad IV. Hoc anno *Theodoſius* ſponte Imperium abdicat, & *Leo Iſaurus* die XXV. *Martii in ejus* locum ſubrogatur, uti anno ſuperiori monſtravimus. Narrat his Baronius obſidionem Civitatis Conſtantinopolitanæ per Saracenos factam. Theophanes enim anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCIX. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato refert, *Maſalmam* Saracenorum Ducem, poſtquam in Aſia hyemaſſet, copioſum exercitum in partes Thraciæ navibus tranſmiſiſſe, & in Urbem Regiam arma moviſſe, *Sulimane* Calipha antea monito, ut cum Claſſe inſtructa adveniret. *Die menſis Auguſti XV.* Urbem obſidere cœpit Maſalmas, & *die prima menſis Septembris Indictione prima* Suliman cum magna Claſſe ad eam appulit. Onerarias naves *Leo* incendiariis navibus, igne Dei juvantis opere injecto, cunctas abſumpſit: & hæ quidem ad maritima Urbis mœnia conflagrantes disjectæ, aliæ pelagi pro-

Leo Iſaurus fit Imp. & Conſtantinopolis a Saracenis obſidetur.

Sarraceni, *experimenta*) inquit Theophanes) *didicerunt, quia Deus & ſanctiſſima Virgo Dei mater Maria hanc muniunt urbem, & Chriſtianorum Imperatorem; & non eſt omnimoda dimiſſis Dei in iis, qui eum invocant in veritate, licet admodum quid caſtigemur propter peccata noſtra.* Hucuſque Theophanes, qui non modo tantum, ſed ferme ſemper cum magnum aliquid a Deo conſequutum eſſe Conſtantinopolitanum populum tradit, id quidem acceptum precibus ſanctiſſimæ Dei genitricis affirmat, non ob aliam cauſam, quam quod celeberrimus illic eſſet beatiſſimæ Deiparæ cultus, cui (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt) eadem civitas fuerat dedicata. Porro cum ejus cultus
Cultus Deiparæ Conſtantinop. ubique locorum ampliſſimæ civitatis celebris eſſet, frequentiſſimus in Blachernis erat, ubi Deiparæ nomine auguſtiſſimum templum fuit.

Extat. in Conc. Nic. 2. Act. 4. & inter ep. Greg. Pap. 2. ep. 4. Porro quod pertinet ad eamdem liberationem Conſtantinopolitanæ civitatis, de qua eſt ſermo, factam auxilio Dei genitricis Mariæ, meminit ejuſdem Gregorius Pontifex Romanus, qui his diebus moderabatur Catholicæ Eccleſiæ clavem, in epiſtola ad S. Germanum Conſtantinopolitanum Patriarcham: qui hujus obſidionis temporibus eidem præerat Eccleſiæ, dum id, quod ope Dei genitricis acciderat, in memoriam revocat iſtis verbis: *Pugnatricis illius ſanctæ & omnium Chriſtianorum Dominæ miranda facta, quæ in ſe declarata ſunt per quæ ta quoque inter hoſtes ſervatas es, non ſunt reticenda. Illi enim cum inſania multa tumultuarentur, tantum invenerunt in ſe adverſitatis hoſtilis, quantum eorum tanſa injuſtitia habuit. Neque hoc tamen mirandum eſt: nam ſi Bethulia per manus*
(a) Judith. 4. *(a) Judith Iſraelitis ſervata eſt, cujus opus Holofernis erat ſublatia, & per ea tempora ob id ſalus Iſraelis votata eſt:*
Dei genitricis ope defenſa civitas Conſtant. a Saracenis. *quomodo non oportebat, & tuam ſanctitatem hujuſmodi propugnatrice atentem hoſtibus civitatis prævalere, ipſamque victoria coronare? &c.* Hæc Gregorius, qui cum agat de cultu ſacræ ejus imaginis, plane ſignificat, ejus venerandam effigiem ſupra muros ſolemnibus ritibus circumductam, & ſic ab imminenti periculo civitatem illam tunc liberatam: nam ſuperius dixerat: *Eccleſiam noſtram idololatria propter venerandarum imaginum divina, & miranda ad promotionem, & adductionem ad pietatem ſtudia ſi quis accuſet: habeatur hic non alias, quam canis oblatrans, & ut fœda a nobis quam procul abiciatur, &c.* Sane quidem, quandiu fuit civitas illa Romanæ Eccleſiæ communicatione conjuncta, inexpugnabilis barbaris infidelibus fuit, & occini poterat de ea canticum Juda (*b*): (b) Iſ. 26.
Urbs fortitudinis noſtræ Sion: Salvator in ea poſitus murus & antemurale. Et Dei genitricis nomine illud ex Canticis Canticorum pariter recini (*c*): *Ego murus, & ubera mea turris.* Sed ubi ab (c) Cant. ult.
ipſa Eccleſia Romana fuit ſchiſmate penitus ſeparata, tunc lugubre carmen illud concinuiſſe oportuit Hieremiæ (*d*): *Luxit antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt.* (d) Thren. 2.
Sed de his modo ſatis.

Quod ad res pertinet Occidentales, IV. Tyberis inundatio monſtruoſa.
hac decimaquinta Indictione mirum in modum Romam afflictatam eſſe Tyberis exundantis alluvione, Anaſtaſius tradit, qui hæc de his habet: *Eo autem tempore fluvius Tyber alveum ſuum egreſſus, ſeſe per campeſtria dedit: intumuit enim inundatione aquarum in tantum, ut etiam per Flaminiam portam ingreſſus ſit: tranſcendit etiam in aliquibus locis muros Urbis,* illos ſcilicet, qui ejuſdem fluminis ripam muniebant, *atque ultra baſilicam Sancti Marci per plateas ſe extendit: ita ut in Via lata ad unam, & ſemis ſtaturam ...... aqua ejuſdem fluminis excrevisſet, atque a porta beati Petri Apoſtoli uſque pontem Milvium aqua ſe diſtenderent, & juxta remiſſa ejuſdem fluminis ſe dederint. Domos itaque evertit, agros diſſipavit, eradicans arbuſta, & ſegetes. Nam nec ſerere ipſo potuit tempore pars maxima Romanorum: pro hoc imminebat tribulatio magna. Per dies autem ſeptem aqua Romam tenebat pervaſam*

PAGIUS profundo cum impoſitis hominibus abſortæ. Die vero menſis Octobris octava Suliman Calipha extinguitur, & Saracenorum Principatum *Umarus* obtinet. Hæc currenti anno in ea obſidione peracta. Elmakinus tamen in Hiſtoria Saracenica ſcribit, *Suleimanum*, ſeu *Sulimanum* die ſecunda menſis Octobris hujus anni vivere deſiiſſe, & *Umarum* ſeu *Omarum* XV. Saracenorum Calipham ei ſucceſſiſſe.

II. Tiberis exundat & S. Ceolfridus Abbas obit. Ad num. IV. & ſeq. Magna illa Tiberis inundatio, quam Anaſtaſius narrat *per dies ſeptem* Romam tenuiſſe pervaſam, & die octava *per Indictionem decimam quintam* Dominum aquam amoviſſe, contigit anno ſuperiori, quo Indictio XV. menſe Septembri initium ſumſit. Beda enim in lib. de Sex Ætatibus, ubi de ea inundatione locutus eſt, poſt mortem S. *Ceolfridi* Abbatis Wiremuthenſis in Magna Britannia, cujus Vitam a Beda cum Vita Sancti Benedicti Biſcopi Abbatis Wiremuthenſis primi ſcriptam recitat Mabillonius Sæculo II. Benedictino, memorat, atque *Ceolfridum* morti vicinum Paſtoralem curam in alium tranſtuliſſe, dato fratribus ſuis præcepto, ut ipſi de ſuis, qui aptior eſſet, eligerent: poſtea Romam profectum eſſe lugentibus Monachis. *Pridie Nonas Junias quinta feria* vale dixit ultimum eiſdem fratribus, qui numero erant fere ſexcenti. *Ex die quo de Monaſterio ſuo profectus abiit, uſque ad diem quo defunctus eſt, id eſt, a pridie Nonas Junias uſque ad ſeptimum Kalendarum Octobrium diem, per dies CXIV. exceptis Canonicis Orationum*

ſam. A Domno itaque propterea Litaniæ crebro fiebant: cumque in oratione, & Litaniis crebro perſiſterent, per octavum jam diem miſertus Dominus aquam amovit, & fluvius ad proprium regreſſus eſt alveum per Indictionem decimamquintam. Hucuſque de his Anaſtaſius.

V. Obitus matris ipſius Gregorii Papæ.

Ejus quoque ſententia oſtenditur, his ferme diebus obitum contigiſſe matris ipſius Gregorii Papæ, eo ſcilicet tempore, quo a Sarracenis Conſtantinopolitana civitas eſſet obſeſſa: de qua obſidione loquutus, iſta mox ſubdit: *Eo namque tempore moribus certe Honeſta, & nomine Pontificis mater ab hac vita ſubtracta eſt. Poſt cujus obitum Gregorius domum propriam in honorem ſanctæ Chriſti martyris Agathæ, additis a fundamenta cænaculis, vel quæ monaſterio erant neceſſaria, e novo conſtruxit in monaſterium: prædia illi urbana vel ruſtica pro monachorum obtulit neceſſitate. Fecit autem in eadem Eccleſia beatæ Agathæ ciborium ex argento, quod penſat libras ſeptingentas viginti, arcus argenteos ſex penſantes libras quindecim, caniſtra decem penſantia ſingula libras duodecim, & alia dona multa largitus eſt.* Hæc Anaſtaſius de pietate tanti Pontificis, ſeniorem Gregorium imitantis qui proprias ædes convertit in monaſterium. Beda etiam ad finem libri, quem ſcripſit de ſex ætatibus, ubi egit de Tyberis famoſa inundatione, iſta mox ſubjicit:

His temporibus multi Anglorum gentis nobiles, & ignobiles, viri, & feminæ, Duces, & privati, divini amoris inſtinctu de Britannia Romam venire conſueverant, inter quos etiam Reverendiſſimus Abbas meus Ceolfridus annos natus ſeptuaginta quatuor, cum eſſet presbyter annis quadragintaſeptem, Abbas autem trigintaquinque, ubi Lingonas pervenit, ibi defunctus, atque in Eccleſia beatorum geminorum martyrum ſepultus eſt. Qui inter alia dona, quæ deferre diſpoſuerat, miſit Eccleſiæ ſancti Petri Pandecten a beato Hieronymo in Latinum ex Hebræo vel Græco fonte tranſlatum. Hæc Beda. Ex quibus & illud obſerva, Romam peregrinantes afferre ſecum conſueviſſe munera offerenda S. Petro Apoſtolo. Porro quod feminæ etiam adoleſcentiores ex Anglia pietatis ergo frequenti cœtu Romam pergere ſolerent, non probavit S. Bonifacius Epiſcop. Moguntinus, eo quod complures ex illis abiiſſent retro poſt ſatanam, magno ſcandalo cunctorum fidelium, & pudore ſuorum gentilium, ut ſuo loco ex ejus epiſtola tunc ſcripta dicetur.

VI. (a) Edidit nuper Pith.

Quod pertinet ad res Francorum vetus Chronicon (a) hæc habet: *Septingenteſimo decimoſeptimo anno Raginfredus, & Chilpericus Rex in Vinciaco die Dominica ante Paſcha cum Carolo pugnantes, terga verterunt: quos Carolus fugientes cædendo proſequitur uſque Pariſios.* Eadem auctor ſui temporis res deſcribens, in Appendice ad Gregorium Turonenſem, qui id actum ait duodecimo Kal. Aprilis. Tum & acciderunt quæ narrantur in Actis (b) ſanctiſſimi viri Rigoberthi Rhemorum Archiepiſc. verbis iſtis: *Accidit tum, ut Carolus Rhemorum urbem prætereuns, totam (ut ajunt) circumiret, donec ad eam perveniret portam, in qua ſanctus Rigobertus congruis extructis ædibus degebat. Quem ſane hujuſmodi compellavit vocibus: Domine Rigoberte jube portam civitatis aperire, ut liceat mihi ire præatum ad ſanctam Mariam. Sed cum Sanctus nullum daret reſponſum, quippe orationi intentus, cui perpetuo vacabat; fertur tertio iiſdem uſus vocibus, ita ut tandem vir Dei ejus valido clamore compulſus, ſic ei reſponderit: Porta hæc tibi non aperietur, donec certo conſtet, utri veſtrum eſſura ſit victoria. Tu enim & * Raginfredus inter vos de dignitate contenditis, nec adhuc ſcire licet, quem ſit res exitum habitura. Quod ſi Dominus te voluerit victorem evadere, reverten-*

Carolus Martellus adverſantes inſequitur.

(b) Apud Sur. tom. 1. die 4. Jan.

Carolus Martellus quid in S. Rigobertum.

* Ramanfredus.

ten-

PAGIUS

num Horis, quotidie bis Pſalterium ex ordine decantari curavit. Subdit Beda: *Obiit autem ſeptimo Kalendarum Octobrium die, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexto decimo, feria ſexta,* quæ anno ſuperiori in diem XXV. Septembris cadebat, ſicuti feria quinta in diem quartum Junii. Quare tam mors Sanctiſſimi hujus Abbatis, quam inundatio *Tiberis* ad annum ſuperiorem pertinent. De *Sancto Ceolfrido* & Monaſterio cui præfuit ſupra egimus. Diem clauſit ultimum in Gallia apud Lingonas, dum ad limina beatorum Apoſtolorum tenderet, ut ibidem Beda.

III. A num. VI. ad IX. Hoc anno *Carolus Martellus* ſecundo conflixit cum Ragenfredo Majore Domus. Hic Neuſtraſios & Burgundiones, Carolus Auſtraſios in aciem eduxere: *Bellum* inquit Continuator Fredegarii cap. 106. *invicem die Dominica in Quadrageſima XII. Kal. Aprilis in loco nuncupato Vinciaco in pago Cameracenſi, ut invicem cæde invicem colliſi. Chilpericus* (Francorum Rex) *& Raganfridus devicti in fugam lapſi terga vertentes evaſerunt, quos Carolus perſecutus Pariſios Civitatem properavit.* Acriter utrimque dimicatum eſt, & maxima clades ab ambobus exercitibus accepta, ut docet Hincmarus Epiſt. X. ad Ludovicum Regem Ludovici Pii nepotem, ubi prælium *Fontanidenſe*, quo vix ullum atrocius initum eſt, cum Vinciacenſi comparat. In Annalibus Petavianis legitur: *Anno DCCXVII. quando bellum fuit Vinciago inter Carolum & Ragenfridum, in die Dominico, die XV. ante Paſcha.* Idem habent Annaliſtæ Nazarianus, & Tilianus quod annum & menſem Martium, qui ideo exordiuntur omnes annos Chriſti, vel a die Nativitatis Chriſti,

Carolus Ragenfridum vincit ad Vinciacum.

vel,

tenti tibi libens portam reſerabo, fidelemque me exhibebo. His auditis Carolus furibundus juramenta affirmavit, ſi victor rediret non impune id laturum Epiſcopum. At vir Dei non valde ejus minas pertimeſcens (juſtus (a) enim quaſi leo confidens abſque terrore erit) portam ei noluit patefacere. Facile enim ut vir prudens animadverterit, non orandi ſtudio illum velle ingredi) quod ſimulabat) ſed vaſtandi potius animo, quemadmodum alias urbes devaſtarat. Tum etiam verebatur, ſi hunc intro admiſiſſet, Raginfredum, ſi ad eum victoria inclinaſſet, ipſum infidelitatis incuſaturum. Et inferius.

(a) Prov. 30.

VII. Carolus duodecimo Kalendas * Aprilis, qui tunc Dominicus erat dies, ſummo mane confligit cum Chilperico Rege, & Raginfredo, quem Chilpericus Majorem domus vel Magiſtrum equitum creaverat, & pro voto victoria potitus, mox ut reverſus eſt, e ſede ſua exturbavit Pontificem Rigobertum, & quidem injuſtiſſime, ut erat ille antea comminatus. Neque id tamen adeo mirum, cum etiam aliis ſimiliter fecerit. Porro in depulſorum locum ſuarum partium ſtudioſos intruſit. Hæc auctor, qui & ſuperius ait, hunc eumdem ſanctum Epiſcopum Rigobertum olim rogatum a Patre ipſius Pipino eumdem Carolum baptizaſſe, ſed animum ferocia imbutum nullum penitus horum rationem habuiſſe. Senſit enim ipſum infeſtum ſibi ſanctus Pontifex Rigobertus ad ſupremum uſque vitæ ſuæ diem. Iſta plane paſſus propter juſtitiam, dum (quod decebat) Regi potius ipſe faveret, quam ejus Inimicis, qui hac ex parte tyranni judicabantur. Quamobrem quæ in S. Rigobertum geſta ſunt ab ipſo, per Gregorium Romanum Pontificem irrita penitus reddita ſunt, ut ejus epiſtola ad Turpinum ſcripta declarat his verbis.

* Augusti.

S. Rigobertus exulat.

VIII. *Tua fraternitas nobis retulit, quia faciente diſcordia, Archiepiſcopus Rhemenſis, Rigobertus nomine a ſede contra canones dejectus & expulſus fuit ſine ullo crimine, & ſine ullo Epiſcoporum judicio, & ſine ullo Apoſtolicæ ſedis conſenſu, & interrogatione; ſed ſolummodo, quod non antea conſenſit in partem illius, qui poſtea partem de illo regno in ſua poteſtate accepit, in qua parte eſt Rhemenſis civitas: & donatus, atque magis uſurpatus contra Deum, & ejus auctoritatem fuerit ille Epiſcopatus ſimul cum alio Epiſcopatu, & aliis Eccleſiis, ex ſæcularibus poteſtatibus. Miloni cuidam ſola tonſura clerico nihil ſapienti de ordine Eccleſiaſtico; & quod alii Epiſcopatus de ipſa Rhemenſi diœceſi diverſo modo fuerunt diviſi, & aliqui magna ex parte in Epiſcopio conſiſtentes, ad alios Epiſcopos & Metropolitanos Epiſco-* pi

Epiſt. Gregor. in cauſa Rhemenſis Eccleſ.

PAGIUS vel a Kalendis Januariis, non vero vel a Paſchate vel a die Annunciationis Beatæ Virginis, ut pluribus viſum fuit. Iſtis enim Annaliſtis conſentiunt Annaliſtæ Fuldenſis, Metenſis, & Hildensheimenſis, adeo, ut hæc lis dirempta cenſeri debeat.

IV. Carolus *Chilpericum* & *Ragenfredum* perſecutus eſt Pariſios, ut tradit Fredegarii Continuator, qui addit, Coloniam Urbem reverſum ipſam Civitatem cepiſſe reſeratam, & Regem ſibi conſtituiſſe nomine *Chlotarium*, quod & Auctor de Geſtis Francorum cap. 53. aſſerit. Cujuſnam filius extiterit *Chlotarius* iſte, quem Carolus Chilperico oppoſuit, nullus Antiquorum literis mandavit. Sed cum ipſe in Auſtria deliteſceret, valde veroſimile eſt, eum fuiſſe ex Stirpe Auſtraſiorum Principum Sigeberti & Dagoberti, nequaquam vero Neuſtraſiorum, Clodovei & Theodorici. Quare exiſtimo, Clotarium iſtum filium extitiſſe Dagoberti II. ultimi Auſtraſiæ Regis. Parte altera, *Chilpericus & Raganfredus Legationem ad Eudonem dirigunt, ejus auxilium poſtulantes rogant, Regnum & munera tradunt*, inquit idem Continuator Fredegarii. Cointius anno DCCXIX. num. VI. *Regni* nomine coronam intelligit, cui ea in explicatione aſſentio. Anaſtaſius enim in Conſtantino Papa de Tiberio Imp. eumdem Pontificem Conſtantinopoli excipiente ait: *In die qua ſe viciſſim viderunt, Auguſtus Chriſtianiſſimus cum Regno in capite ſe ſe proſtravit, pedes oſculans Pontificis*, ubi *Regni* nomine coronam Imperialem intelligit, ſicut & in variis aliis locis a Ducangio recitatis in voce *Regnum*. In hac magna rerum converſione & perturbatione, quibus potuit modis *Chilpericus* Rex ſaluti ſuæ conſuluit, temporique obſecutus eſt, & Provinciales qui ad Saracenorum furorem vitandum ſe ſe *Eudoni* dediderant, *Caroli* Victoris partes ſecuti ſunt, ideoque Principatus *Eudonis* in Provincia breviſſimus fuit, indeque a Veteribus non notatus.

Poſt eam Victoriam Clotarium Regem creat.

V. Ante pugnam Vinciacenſem multæ Auſtraſiæ Civitates nondum a *Chilperico* Rege defecerant. Flodoardus lib. 2. Hiſt. Rhemenſis cap. 12. narrat, *Carolum* prope Urbem Rhemorum tranſeuntem petiiſſe a *Rigoberto* Rhemenſi Epiſcopo ut ſibi juberet Civitatis portam aperiri, ſed Rigobertum renuiſſe, *donec ſciret, quem finem lis capta perciperet*. Referuntur hæc fuſius in Vita S. Rigoberti, a Bollando ad diem IV. Januarii recitata, ubi & legitur, poſt pugnam Vinciacam Carolum Rhemos ingreſſum Sanctum *Rigobertum* expuliſſe, & *Milonem* Trevirenſem jam Epiſcopum introiſiſſe, qui deinceps utrumque Epiſcopatum peſſumdedit, teſte Hincmaro in Præfatione ad Vitam Sancti Remigii lib. 2. cap. 12. Baronius num. VIII. recitat partem Epiſtolæ Adriani Papæ ad *Tilpinum* Archiepiſcopum Rhemenſem, in qua ſermo eſt de expulſione *Rigoberti* ex ſua Eccleſia & *Milonis* in eam intruſione. Deſumſit illud fragmentum Baronius ex Flodoardo lib. 2. cap. 13. exiſtimavitque nihil aliud de ea Epiſtola ſupereſſe. Verum Flodoardus ibidem cap. 16. aliam partem ejuſdem Epiſtolæ, & cap. 17. reliquum ejuſdem exhibet, eamque ubique *Hadriano* Papæ adſcribit. Baronius tamen partem Epiſtolæ quam deſcripſit, perperam attribuit *Gregorio ſecundo*, & nonniſi Librariorum Errore Hadriani

S. Rigobertum Epiſc. Rhemenſem relegat.

pi, & clerici ordinationes aliquando acceptatores erant, & refugia indebita habebant, & a ſuis judicari & diſtringi non ſuſtinebant; & quod clerici, & ſacerdotes, & monachi pro voluntate, & licentia vivebant. Huculque epiſtolæ pars, reliqua deſunt. Sed & corrigendus epiſtolæ titulus, in quo ponitur, Hadrianus, cum longe abſint hæc tempora ab Hadriani Pontificatu, licet conſtet Turpinum ipſum Rhemenſem Epiſcopum, cum eam Eccleſiam annis quadraginta ſeptem adminiſtraſſet, ad tempora Hadriani Pontificis perveniſſe, a quo, & precibus Caroli Magni accepiſſe Pallium reperitur. Cæterum quod pertinet ad S. Rigoberti ſucceſſorum, non ſolum ex recitata epiſtula, ſed & Actis vitæ ejuſdem in iis, quæ ſequuntur, liquet a Carolo illi ſubrogatum fuiſſe Milonem quod & Frodoardus teſtatur in vitis Rhemenſium Epiſcoporum, ut de his nulla dubitatio eſſe poſſit. Quamobrem quod hic Turpinus, ad quem Gregorius dictam ſcribit epiſtolam, Epiſcopus hoc tempore fuerit (fratrem enim appellat ipſum Pontifex) dicendum eſt, alterius alicujus Eccleſiæ Epiſcopum tunc fuiſſe, ex eaque poſt Milonem in Eccleſiam Rhemenſem eſſe tranſlatum. Porro quod ad Carolum ſpectat, eſt querela ſcriptorum omnium hujus ſæculi, quod Epiſcopatus laicis hominibus ſuæ partis ſtudioſis dederit perfruendos.

IX. Hoc eodem anno Kalendas Martii moritur mirificus ille Saxonum & Friſonum appellatus Apoſtolus, primus Werdenſis Epiſcopus S. Suvibertus, cujus ſuperiori tomo præclaras res geſtas ſæpe contigit enarraſſe. Defunctus eſt cum eſſet ætatis annorum ſexaginta novem. Qui fideliſſime ejus vitam conſcripſit ejuſdem temporis, & muneris Apoſtolici Marcellinus, ejus obitum ita narrat: *Anno a nativitate Domini ſeptingenteſimo decimoſeptimo, S. Suvibertus omnium virtutum chariſmate plenus, ex omnibus animi medullis videndi Deum deſiderio flagrans, cum in feſto principis Apoſtolorum ſancti Petri ad Cathedram in ſuo monaſterio divina celebraſſet, mox languore eum invadente, lecto decubuit.* Et poſt nonnulla ab ipſo probe diſpoſita: *Appropinquante denique die obitus, ſive dormitionis ſuæ, quam præſcivit Angelico miniſterio, convocans fratrum ſuorum præfatorum felicem catervam, celebrari ſibi fecit Miſſarum ſolemnia: deinde perceptione corporis Dominici ſe muniens, & ſancta Crucis vexillo ſe, cunctoſque circumſtantes conſignans, in mortis quiete dormiens, tranſiit feliciter de mundo, & ab Angelicis choris anima ejus ſancta in conſortio Sanctorum, & felicitatis perpetuæ in perpetuum collocanda ſuſcepta eſt, ſtatimque facies ejus ut glorificata lucens ſplenduit: cella vero ejus ut apotheca redolens, omniumque ora, & pectora fragrantia ſuavitatis replevit, &c.* Pergit fuſius dicere quæ poſt obitum contigerit fieri ibi miracula diverſi generis, quæ tu ipſe majori otio con-

S. Suviberti Epiſcopi Werdenſis obitus.

PAGIUS ni nomen præferre putavit, indeque *Tilpinum* qui Carolo Magno in Francia regnante Præſulatum Rhemenſ. geſſit, & circa an. DCCLIII. Miloni ſucceſſit, ab aliquo Epiſcopatu ad Archiepiſcopatum Rhemenſem *tranſlatum* credidit; quo pacto annos fere centum Epiſcopus fuiſſet, ſi quod multi tradunt, ad annum uſque DCCCX. vitam prorogavit. Quare nullum dubium eſſe poteſt, quia ea Epiſtola, in qua mentio exilii *Rigoberti*, & confirmantur antiqua Eccleſiæ Rhemenſis jura, ſcripta fuerit ab *Hadriano* circa annum DCCLXXV. ut eo anno videbimus, recteque inter Epiſtolas Hadriani ordine XV. in Collectione Conciliorum collocata.

VI. *Rigobertus ex exilio reverſus Sedem ſuam non recuperavit.*

Succeſſerat *Sanctus Rigobertus* Sancto Reolo circa annum DCXCIX. & *Primus Rhemenſium hic Epiſcopus fertur communem eis* (nempe Canonicis) *inſtituiſſe ærarium, generaliter illorum uſibus in ſæcula profuturum*, inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ, ideoque ſcribit Marlotus in Hiſtoria Metropolis Rhemenſis lib. 2. cap. 45. ait: *palmam merito aliis præripuiſſe cenſendus eſt, qui ſimili per Galliam reformationi Canonicorum incubuerunt*. Verum tam Anonymus ille quam Marlotus hallucinantur; Canonici enim primum a Chrodegango Epiſcopo Metenſi longe poſt hunc annum inſtituti, ideoque illa Eccleſiæ Rhemenſis traditio nullo nititur fundamento. In exilio in Vaſconia, quo relegatus fuerat, miraculis claruit, & omnibus admirationi fuit. Ex exilio reverſus videtur poſt pugnam Sueſſionenſem, quo tempore *Carolus* Major Domus *Chilpericum* Regem Francorum, a cujus partibus ſteterat Rigobertus, ab Eudone Aquitaniæ Duce accepit Auctor Vitæ ejus, qui poſt annum milleſimum floruit, ideoque de ejus geſtis non ſatis edoctus fuit; *refert* mortem ejus contigiſſe anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo tertio, ſed errore manifeſto, vel ejus, vel potius Librariorum, uti ex Milonis morte & Tilpini hujus Succeſſoris initio manifeſtum fit. Bollandus laudatus, & Cointius anno DCCXXXIII. n.VI. monent, loco, *anni* DCCXXIII. per unius literæ mutationem, annum DCCXXXIII. reſtituendum eſſe, cui conjecturæ adhæreo, cum melior non occurrat. Nunquam autem Epiſcopatum recuperavit, ſed poſt ſuam reverſionem ex Vaſconia, in agro Rhemenſi vixit, unde ſæpe Civitatem inviſebat, & in altari Beatiſſimæ Virginis, quod a *Milone* ſuæ Sedis invaſore obtinuerat, miſſam celebrabat, ut tradit Flodoardus lib. 2. cap. 22.

VII. *Moritur S. Suvibertus Epiſc. & Monaſterii Verdenſis Abbas.*

Ad num. IX. *Sanctus Suvibertus*, qui ordinatus fuerat Epiſcopus, ut Friſiis viciniſque populis, qui adhuc idola colebant, Evangelium annunciaret, currenti anno mortuus eſt, ut legitur tam in Annalibus Petavianis, quam in Chronico San-Dionyſiano, in quo etiam dicitur mortem ejus contigiſſe *in menſe Martio*. Quæ de eo refert Baronius ex Pſeudo-Marcellino in ejus Vita, fabuloſa ſunt. Nunquam enim *Suviber-*

Digitized by Google

conſulas. Videbis enim eum, in quo primitiæ Apoſtolatus earum gentium ſunt conſecratæ, non tantum cum viveret, ſed & poſt obitum Apoſtolicis coruſcaſſe miraculis, quo prædicata ab eo Fides multiplicibus conſignata teſtibus poſteris traderetur.

Sep-

PAGIUS. *bertus* fuit Epiſcopus Werdenſis ad Aleram flumen ultra Viſurgim, ſed tantum primus Abbas Monaſterii Verdenſis ad Rhenum in Diœceſi Colonienſi. Neque *Vverda* ad Aleram flumen Sede Epiſcopali ornata fuit ante tempora Caroli Magni, hujuſque Civitatis primus Epiſcopus extitit *Sanctus Suidbertus junior*, alius a Seniori, licet Pſeudo-Marcellinus Juniorem cum eum Seniori Sancti Willibrordi ſocio confundat. Sed de figmentis Pſeudo-Marcellini legendus Blondellus in Pleniori Aſſert. Genealogiæ Franciæ Tom. II. pag. 78. ubi paucis demonſtrat Pſeudo-Marcellinum fere ubique monſtra locutum, & omni fide indignum eſſe; quod etiam poſtea judicium tulerunt Henſchenius ad diem I. Martii, Cointius an. DCCXIII. num. IV. & ſeqq. & Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. I. adeo ut fabulator iſte impoſturam alicui amplius facere non poſſit.

JESU CHRISTI ANNUS 718.	GREGORII PAP. II. ANNUS 5.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 3.

I. SEptingenteſimos decimusoctavus ſequitur annus primæ Indictionis, quo Sarraceni, qui fruſtra Conſtantinopolim obſediſſent, reverſuri, qui reliqui erant, ad propria, naufragio (ut & ſuperius dictum eſt) periere: de quibus iſta Theophanes: *Sarraceni ergo moti decimo octavo Kalendas Auguſti cum multa confuſione reverſi ſunt. Cum autem navigaret claſſis eorum, tempeſtas a Deo per interceſſionem Dei matris incumbens in illos, hos diſperſit, & alios quidem eorum penes Proconneſum, & reliquas inſulas, alios vero in vertigines, & cætera demerſit in æquora: reſidui quoque cum tranſiſſent Ægæum pelagus, extemplo pervenit in eos terribilis indignatio Dei: grando namque ignea deſcendens ſuper eos, aquam maris ebullire fecit, & pice liquefacta naves ſimul cum hominibus inducta ſunt in profundum, decem ſolis ex eis ſalvis, & ipſis providentia Dei Salvatoris ad annuntiandum nobis & Arabibus magnalia Dei, quæ in ipſis facta ſunt: quas etiam noſtrates invenire potuerunt, & quinque earum comprehendere; aliæ vero quinque ſalvæ in Syriam deductæ ſunt, Dei annuntiaturæ potentiam.* Hæc Theophanes; eadem quoque Cedrenus.

Ignea grando in Saracenos.

II. Tantam gratiam conſecuti cives ſtatuerunt pro ea celebrare annis ſingulis ſolemnes gratiarum actiones: nam in Menologio Baſilii Imper. die xv. Auguſti iſta leguntur: *Commemoratio adventus Sarracenorum, & perditionis eorumdem impiorum. Sub Leonis Iſauri principatu magna Sarracenorum venit multitudo, & Conſtantinopolim obſederunt terra, marique. Et Imperatore neceſſitatem vidente, & cum eis fœdera ſancire volente; ipſi dicebant, ſe civitati jam quoque cuſtodes conſtituiſſe; perinde atque capta eſſet. Sed ſuperbis reſiſtens Deus obſtitit eorum conſiliis. Videns igitur eorum Princeps, quod nihil ageret: petiit, ut ſaltem urbem ingrederetur, & eam cerneret, pollicitus poſt hæc inde diſcedere. Quod cum conceſſum eſſet, & per portam Boſphoriam equo ſedens intrare vellet; aliis ſuis ſine moleſtia ingredientibus, Principis ſolius equus intrare omnino nolebat. Reſpiciens vero ſurſum, vidit ſupra portam Dei genitricis imaginem: tunc ſe novit hoc paſſum, quod eamdem auxiliantem civibus blaſphemaſſet: deſiſtenſque; & recedens cum ſuis in Ægæo pelago una cum navigiis ab ignifera procella conſumpti ſunt. Hujus tanti miraculi gratia populus ſolemnes celebrat gratiarum actiones annis ſingulis.* Hæc ibi.

Preces publicæ ex propulſatis Saracenis.

Tanto portento percuiſus Haumar Princeps Sarracenorum, qui hoc anno poſt Zulciminom ſuſcepit habenas, adeo manifeſtam Dei indignationem expertus, duo ſibi facienda propoſuit; alterum ut populum ſibi ſubditum expiaret, alterum vero, ut quos putabat Dei hoſtes, Chriſtianos inſequeretur.

III. Sic igitur hoc eodem anno (ut idem Theophanes auctor eſt) civitatibus ſibi ſubiectis vini potum inhibuit, & in Chriſtianos promulgavit edictum, quo recederent ab ipſorum religione, præmio appoſito facientibus, nempe a tributi immunitate; pœna vero mortis ſancita in omnes, qui facere detrectarent. His adjecit, ut eodem edicto caveret, Chriſtiano-

Perſecutio excitata a Saracenis in Chriſtianos.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLVI. Anno Hegiræ C. inchoato die 3. Aug. fer. 4. A. C. 718.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6211.

☉ 27. B. ☽ 16 P. 27. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 718.

GREGORII II. PAPÆ 4.

LEONIS ISAURI IMP. 2.

I. AD num. I. & II. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCIX. & ſequenti, ac Nicephorus in Breviario pag. 35. geſta hoc anno in obſidione Conſtantinopolitana eodem fere modo referunt, aiuntque *inſequente vere*, currentis ſcilicet anni, alteram rurſus ex Ægypto Claſſem appuliſſe, ac paulo poſt aliam ex Africa, ſed milites cum peratum a Romanis ignem atque incendium metuerent, Byzantii freto ob trajiciendi deſperationem relicto, ad Bythiniam applicant. Ægyptii vero, qui una cum iis navigabant, Biſaotium confugiunt, & Imperatoris nomen fauſtis acclamationibus perſequuntur. Quibus rebus animatus Imperator incendiarias naves adverſus illas Claſſes immittit, atque univerſas igne conſumit. *Die igitur Auguſti decima quinta Saraceni cum magno generis ſui dedecore receſſerunt. Claſſe ſiquidem e littoribus noſtris ſolvente immiſſa Dei nutu, Deique Matris interventu procella naves hinc inde jactatas diſperſit.* Subdit Theophanes alias ad varias inſulas, alias ad diverſa maris littora illiſiſſe ac ſubmerſiſſe. Libertatæ Urbis annuam memoriam die XV. Auguſti recolit Eccleſiæ Græcæ Menæum. Legenda Oratio Hiſtorica de Urbis Conſtantinopolitanæ Liberatione a Combefiſio in Auctario Biblioth. SS. PP. Tom. II. publicata.

Conſtantinopolis Saracenorum obſidione liberata.

II. Quod vero ſcribit Baronius, *Haumarum Saracenorum Principem hoc anno poſt Zulciminum regnare cœpiſſe*, ex aliquo imperito Scriptore deſumptum. *Soleiman* enim Saracenorum Calipha menſe Octobri anni ſuperioris fato functus eſt, eique *Omarus* ſeu Umarus in Caliphatum ſucceſſit, ut ibidem num. I. oſtendimus.

Omarus apud Saracenos regnat.

III. Ad num. III. Theophanes anno Incarnat. ſecun-

Digitized by Google

norum teſtimonium adverſus Sarracenos minime recipiendum. Auſus eſt inſuper litteris tentare Leonem Imperatorem, ut a fide Chriſtiana recederet. Hæc omnia Theophanes, & alii; idemque teſtatur, quamplurimos Chriſtianos haud conſentientes impietati, potius delegiſſe necari, ſicque clariſſimo ipſos omnes coronatos eſſe martyrio. Hic ingemiſcimus magnam horum temporum ſterilitatem ſcriptorum, qui ſicut olim ſub Gentilibus Imperatoribus, ſcriberent eorumdem Martyrum acta. Verum nubes iſta fulmina vomens haud diu eſt permiſſa ſubſiſtere; ſiquidem poſt ſequentem annum barbarus truculentus tertia Indictione ex hac vita ſubtractus eſt.

Hoc pariter anno a Sergio Protoſpathario novus Imperator Artemius erigitur in Sicilia: ſed miſſo illuc a Leone Imperat. Paulo Chartulario, igne incenſus extinguitur, ſumpto ſupplicio de rebellibus.

IV. Quod ad res Occidentales pertinet, *hoc anno*, ut Tudenſis numerat, *Æra ſcilicet ſeptingenteſima quinquageſima ſexta (eſt is annus Domini ſeptingenteſimus decimus octavus) Aſtures omnes in unum collecti ſuper ſe principem erexerunt Pelagium. Fuit iſte Regis Theodorici Spatharius, qui fugiens impreſſionem Sarracenorum, cum ſuis in Aſturios ſe contulit montes: cum autem auditum eſſet a Sarracenis Hiſpaniam occupantibus, id magna audacia eſſe præſumptum, in eum acies movent: ſed primum inſidiis ipſum appetendum putarunt, miſſo ad ipſum Oppa Archiepiſcopo Toletano Vvitizæ Regis filio, qui magnis pollicitationibus deditionem ei ſuaderet. Ad quem iſto Pelagium reſpondiſſe idem auctor affirmat: Tu (inquit), & fratres tui cunctos ſubvertiſtis, & Chriſti Eccleſiam dejeciſtis: & propter ſcelera patris veſtri, qui peccare coëgit glorioſam gentem Gothorum, reliquit Dominus Eccleſiam ſuam. Et quia Deo facile eſt ſalvare ſive in paucis, ſive in multis, nos de miſericordia Dei confidentes, committimus ad Dominum Deum noſtrum, ut fidem Catholicam conſervemus, quam vos ſpreviſtis & pater veſter. Eſt enim Eccleſia Dei ſicut luna, quæ aliquando apparet plena, aliquando valde diminuta, & iterum revertitur ad plenitudinem primam. Ecce in iſta tumba (ſpelunca loci natura munita illic erat, ubi cum ſuis Pelagius degebat) hodie incluſa eſt maxima pars militiæ Gothorum; ſed egredietur ex illa, dante Domino, ſemen, quo genus Gothorum ut erat, Chriſto in tota Hiſpania reſtauretur. Et quia devotam eam habemus, apud Deum Patrem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum totam ſpem noſtram ponentes, hanc multitudinem paganorum, quibus ducatum præbes, deſpicimus. Confidimus enim per interceſſionem glorioſæ Virginis genitricis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvari, & ipſa adjuvante, quæ mater miſericordiarum eſt, gentem Gothorum de paucis, qui ſunt in iſta ſpelunca, reſtaurari, ſicut ex paucis granis infinitæ ſegetes germinantur.*

Quibus dictis Pelagius, & qui cum eo erant, tanto hoſte perterriti incluſerunt ſe in ſpelunca, beatæ Mariæ ſuffragia expetentes, ejus ibi memoriam venerabantur, & pro recuperatione Chriſtianorum orationibus inſiſtebant. Videns autem Oppa quam Pelagius confidentiam in Domino poſuerat, reverſus ad Iſmaelitas dixit: Properate ad ſpeluncam & pugnate fortiter, quia ut ex verbis ejus comperi, niſi per gladium pacem cum eo habere non poſſumus (a). *Alchaman illico fundibulariis & ſagittariis, & jacientibus jacula portam ſpeluncæ ferire præcepit. Tunc cerneres ſaxa intermixtis jaculis ſicut denſiſſimas pluvias evolare contra beatam ſpeluncam. Sed in hoc turbine jaculorum & lapidum, qualiter divina manus, quæ percutit & ſanat, pro Chriſtianis pugnaverit, exemplo poterit adverti, quod* V.

(a) Habet eadem Roderic. l. 4. c. 2.

Pelagius ingenti potitus victoria.

PAGIUS cundum Alex. DCCX. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno terræ motu per Syriam exorto, Umarus Civitatibus vinum inhibuit, Chriſtianoſque ad fidem religionemque fœda deſertione conſpurcandam adegit: eos vero qui negato Chriſti nomine ad ritum alienum defeciſſent, immunes a vectigalibus declaravit, qui piaculum non admitterent, crudeliter necavit, ex quo plures effecti Martyres: ne Chriſtiani præterea adverſus Saracenum teſtimonium reciperentur lata lege ſanxit. Epiſtolam denique fidei ſuæ expoſitionem manifeſtantem ad ſpurcos ejus ſenſus Virum deducere arbitratus ad Leonem Imp. datam tranſmiſit*. De Umari Caliphæ morte anno DCCXX. quo ea contigit, agemus.

Ejus iniqua leges.

IV. Ad num. IV. & ſeqq. Tudenſis initium Regni *Pelagii* in Aſturiis, quo ſe ſe receperat hoc quidem anno conſignat, & Vaſæus illud in præcedentem confert, ſed illud ad annum DCCXII. pertinere ibidem diximus. Pelagius Chriſtianos multos metu Saracenorum latitantes ad audendum aliquid pro ſalute patriæ adhortatus, adeo ſibi obnoxios fecit, ut omnes cum communi ſuffragio Regem ſalutaverint. Tum ad eum quotidie plures tanquam ad Azylum quoddam divinitus datum confugere, paulatimque illuſtribus victoriis parvum illud Regnum ampliatum.

Pelagius novum in Aſturiis Regnum inſtituit.

V. *Inter hæc Alabor Cordubam attentavit, & Chriſtianos ibi degentes, emunctos uſque ad exinanitionem extremæ virtutis, tyrannide coarctavit*, inquit Rodericus in Hiſtoria Arabum cap. 10. ſubditque: *Hoc tempore Eclypſis ſolis ab hora ſexta uſque ad horam nonam duravit, & ſtella, ut in tenebris apparebant*. Ejuſdem Eclypſis meminit Iſidorus Pacenſis, eaque accidit in Hiſpania die III. menſis Junii, feria ſexta, hora poſt meridiem pri-

Chriſtiani in Hiſpania Saracenis vexati.

lapides & jacula, & ſagittæ a Sarracenis emiſſa contra eos retorquebantur, & maximam Sarracenorum multitudinem proſtraverunt.

Barbari autem ubi non ſolum ad peragendum negotium quod volebant, ſe nihil proficere, ſed maximam ſuorum partem vident proſtratam armis ſuis, confuſi & turbati retrocedendo, ſpeluncam oppugnare deſtiterunt. Pelagius ad prælium Dei gratia & fortitudine roboratus, cum totam multitudinem hoſtium proſtratam aſpiceret, reliquos ſuperaturus Sarracenos aggreſſus de ſpelunca ſtricto enſe invadit ubique. Statim Oppa captus eſt, & Alchaman cum viginti millibus Sarracenorum interfectus. Sed nec ſexaginta millia, quæ remanſerant, Domini vindictam evadere potuerunt. Siquidem dum per verticem montis Auſenæ fugam arriperent, atque per concava petrarum & devia loca adveniebant, & venire vellent ad quoddam ſupercilium montis, dum graderentur ſecus flumen Devæ, divinum numen oppreſſit eos; unde cum idem flumen inundatione aquarum proprium alveum excedit, multos ex eis occidiſſe, ſigna armorum & oſſium evidenter oſtendunt.

VI. (a) Cor. 10. *Vere Deus implevit tunc ſuſius illud quod Paulus dixit (a): Fideles Deus, qui non patietur vos tentari ſuper id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere. Tam glorioſe egit Deus tunc cum populo Chriſtiano, ut in primo Iſraelitico, cui Deus cum paucis de multis dedit ſemper triumphare, talis victoria invenitur.* Hæc Tudenſis, qui & inferius ſubdit de Sarracenorum Rege, quod his auditis, pudore ſuffuſus & furore ſuccenſus, in eos, quos ſecum habebat Hiſpanos furorem convertit, nempe in Julianum Comitem, regni proditorem, & filios duos Witizæ, quos fecit capite plecti, ita Domino operante, ut ab eodem interficerentur ſcelerati, cui Hiſpanias prodidiſſent; ſicque Pelagium regulum tenuiſſe regnum idem tradit annis decem & octo. Porro ſpelonca illa Dei genitricis memoriæ dicata eſt, ejus quoque nomine nuncupari cœpta, dictaque ſancta Maria de Covadouga. Recitatæ autem hiſtoriæ adſtipulantur ſcriptores omnes, qui res Hiſpaniarum ſunt proſecuti. Addunt præterea, Pelagii opera venerandas reliquias ſanctorum, & ſacros codices per Urbanum Archiepiſcopum Toletanum ſucceſſorem Sinderedi tranſlatos fuiſſe in Aſtures. Reliqua vero bellorum ſi cupis, conſule eos, qui in his enarrandis potiſſimum verſati ſunt: nobis autem hæc ſatis ad inſtitutum. Obſervatione plane dignum eſt, quod tam in Oriente Leo Imperator quam in Occidente Pelagius, cum Dei genitricem adverſus Sarracenos invocant, inſperatam, ingentemque conſequuntur utrobique victoriam. Sed de his ſatis.

☞ Eodem anno Gregorius Papa, cum a Viennenſi Archiepiſcopo accepiſſet ſtatum Eccleſiæ Gallicanæ felicem, ad eumdem has reddidit litteras, quibus & commendat ſanctum Bonifacium, cui ad Germanos crediderat Apoſtolatum (b): VII.

(b) Bibl. Flor. edit. a Jo. a Boſco Cœleſt. part. ult. pag. 42. 43.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Auſtroberto reverendiſſimo fratri ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.

De-

PAGIUS prima, ut obſervavit Calviſius in Opere Chronologico. Quare præfectura *Alahori*, quæ triennalis fuit, menſe Junio adhuc durabat. Triennio illo hoc anno exacto *Zama* ab Iſit Soleimani filio Hiſpanienſem adminiſtrationem per aliud triennium tenuit, & graviſſimis tributis Hiſpaniarum Chriſtianos afflixit.

VI. *Caroli auctoritas in Galliis magis confirmatur.* *Carolus* Martellus, *Chilperico* Rege expulſo, ad Auſtraſiæ ſuæ Principatum, Neuſtriæ atque Burgundiæ Regna adjunxit, & omnibus Francis, exceptis nationibus, quæ defecerant, paulatim dominatus eſt. Cumque *Chilpericus* Saxones, qui eis & ultra Viſurgim tunc imperabant in ſocietatem vocaſſet, *Carolus* perrexit in Saxoniam cum exercitu, totamque Regionem cis Viſurgim vaſtavit, & ad propria victor reverſus eſt, ut hoc anno referunt Annales Nazariani, Petaviani, Tillani, San-Dionyſiani, & Metenſes.

VII. *Moritur S. Rudbertus Epiſc. Salisburgenſis.* Hoc anno *Sanctus Rudbertus* Epiſcopus Saltzburgenſis in Bojoaria *inter verba orationis reddidit Spiritum in pace, die videlicet Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti*, inquit Anonymus in Vita ejus, recitata a Caniſio Tom. II. Antiq. Lect. & ex eo a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. 1. Hoc enim ſæculo, quo *Sanctus Bonifacius* Joannem Epiſcopum Salisburgenſem conſtituit anno DCCXXXIX. Paſcha non incidit in diem XXVII. Martii, quo Rudbertus creditur mortuus, niſi annis DCCVII. & DCCXVIII. Laudatus Anonymus diem mortis ejus non memorat; ſed Auctor Libelli *de Epiſcopis Salisburgenſibus*, apud Caniſium loco citato, de ejus Tranſlatione loquens ait: *Hujus Tranſlationis dies eo ipſo die, id eſt, VIII. Kal. Octob. per totum Epiſcopatum illum Salisburgie ſtatutus eſt celebrari. Qua dies Officiis Dedicationis Eccleſiæ, in qua corpus jacet, intantum eſt occupata, ut hujus celebrationi ejus plene nequeat deſervire. Et dies tranſitus ejus VI. Kal. Aprilis die Reſurrectionis Dominica, propter Officia Quadrageſimæ vel ipſius Paſcha, raro, ſicut dignum eſt, conſuevit celebrari. Ideo poſtea dies, id eſt, VII. Kal. Octob. illi conſuetudinaliter inofficiatur atque vacatur, ſed intra Urbem tantum. Ex qua conſuetudine Tranſlationem ejus quidam cauſa ignari in diem eundem tranſcripſerunt, ſicut in quibuſdam Martyrologiis habetur. Et etiam congruum ac religioſum eſt, ut quidquid alia obſervatio alius celebrationis, ob reverentiam Quadrageſimalis Officii vel Paſchalis gaudii obſervantiam ademit diei dormitionis illius, qui Auctor Sedis & Apoſtolus extitit, hoc, ſaltem in domo requiei ſuæ, illa aſſumta die Tranſlationis ſuppleatur.* Auctor vero illius Libelli prædictæ Vitæ ſubjecti videtur antiquus. Bollandus ad diem XXVII. Martii refert aliam Vitam Sancti Rudberti ex MS. Rubeæ-Vallis, in qua dicitur, Sanctum An-

Reg. Pap. epiſtola ad Auſtrobertum Archiep.

*Deſiderabiles litteras veſtra ſanctitatis accepi, in quibus indicaſtis ſtatum Eccleſiæ Catholicæ pietate firmum apud Eccleſiam Gallorum manere. Beati enim Petri fides in ſoliditate fundata eſt, quæ illuc plena manavit, ac ſinceriſſima, Domino Deo noſtro cooperante perſiſtit, nec ullis errorum * moribus ſuffunditur. Munera, quæ miſiſtis, in odorem ſuavitatis peregrinis, & captivis Deo offerenda, gratanter quaſi benedictionem ſuſcepimus: & indigentibus Chriſti ſuſtentationem præbuimus. Ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet uſque in diem Chriſti Jeſu. Reverendum fratrem Bonifacium rudibus gentibus Epiſcopum deſignavimus, quem veſtra charitas Principibus Francorum inſinuare non gravetur, ut legutionem noſtram adimpleat. Auctoritatem Eccleſiæ veſtræ, quam venerabiliter uſa, a beato Petro promeruit, quamque uſque nunc prædeceſſoribus meis firmantibus, retinet: & roborare cupimus, & ut inde decoretur Eccleſia veſtra, volumus, & Apoſtolica dono præoptamus. Data pridie Kal. Septembris, imperante piiſſimo Leone Auguſto, anno tertio Imper. regni ejus.*

* rumoribus.

PAGIUS Antiſtitem *in die Reſurrectionis Dominicæ, cum Miſſarum ſolemnia in conſpectu totius Eccleſiæ celebraſſet, Sexto Kal. Aprilis* ad Dominum migraſſe. Sed hujuſmodi Interpolatoribus non magna fides habenda.

VIII. *Rudbertus Erendrudi nepti Monaſterium ædificat.*

Quoad *Erendrudem, ea non ſoror* Rudberti, ut falſo Interpolatores Vitæ Sancti hujus Præſulis ſcripſere, ſed neptis fuit, quod non tantum in *Sancta Erendrudis* Vita, & in Libro *Donationum Eccleſiæ Saltzburgenſi factarum*, legitur; ſed etiam in *Adnotatione & Indicule* earundem Donationum, ab *Arnone* Saltzburgenſi Antiſtite Caroli Magni juſſu edito. Fuerat ea Abbatiſſa in Francia, & cum Sancto Rudberto in Noricum venit, qui apud Juvaviam, ſeu Saliſburgum ei Monaſterium conſtruxit, eamque Matram Virginum conſtituit. *Secundo Kal. Julii Gaudium Domini intravit*, inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ, qui annum ejus emortualem non exprimit. Marianus quidem Scotus in Chronico refert, *Sanctum Bonifacium* primum fuiſſe, qui in Germania Monaſteria Virorum & Virginum condiderit, ut infra videbimus; ſed Marianus intelligit veram Germaniam Rheno, mari Baltico, & Danubio terminatam; Noricum vero, in quo ſitum *Saliſburgum*, Provincia Transdanubiana fuit, nonniſi improprie Germania vocata. Nec fuſius tractanda fuera, qui ob vulgarem prochroniſmum centum annorum Hiſtoria Eccleſiaſtica in non paucis ſupplenda & illuſtranda erit. Baronius ad annum DXCX. num. XLII. quo ſeptimum Annalium Eccleſiaſt. Tomum abſolvit, de *Rudberto & Erendrude* verba facit, quia ejus ætate una omnium ſententia erat, *Rudbertum* Childeberto II. in Francia regnante Evangelium Boiis annunciaſſe.

Nativitas *Conſtantini Copronymi* & coronatio *Mariæ Imperatricis*, de quibus anno ſequenti.

JESU CHRISTI ANNUS 719.	GREGORII PAP. II. ANNUS 6.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 4.

I. S. Bonifacius accipit Apoſtolatum a Gregorio Pap. ad gentes.

SEptingenteſimus undevigeſimus Redemptoris adeſt annus Indictionis ſecundæ, quo Gregorius Papa S. Bonifacium presbyterum natione Anglum Romam venienſem Apoſtolico munere inſignivit, cum ei ad prædicandum Evangelium Gentibus credidit. Quomodo autem hæc ſe habuerint, auctor, qui ex Wilibaldo Epiſcopo ejus diſcipulo ipſius res geſtas proſequutus eſt, ſic ſinceriſſime narrat (a): *Reverendum Epiſcopum Danielem adiit, petens ab illo, ut ejus benedictione & litteris commendatitiis Romam iturus frui mereretur. Epiſcopus libens annuit, & providi paſtoris officio fungens Stephanum virum bonum orbatæ congregationi præficiendum curavit, & Bonifacium Dei ſervum longum iter peregre ſuſcepturum ad loca optata cum ſuis litteris a ſe dimiſit.* Sed quod Dei beneficio adhuc extent Danielis Epiſcopi litteræ commendatitiæ, hic eas deſcribere, antequam ulterius progrediamur, operæpretium judicavimus: ſic enim ſe habent (b):

(a) Extat apud Sur. die 5. Julii tom. 3.

(b) Cod. MS. ex Biblioth. S. Mariæ ſuper Minervam, & alio exemplari Ant. Aug. 19.7.

Piiſſimis ac clementiſſimis Regibus, Ducibus, univerſis reverendiſſimis, & dilectiſſimis Epiſcopis, religioſis, necnon Abbatibus, presbyteris, & ſpiritualibus filiis Chriſti nomine conſignatis Daniel Dei famulorum famulus,

II. *Dum univerſis fidelibus devotione ſinceriſſima Dei mandata ſunt obſervanda, quantum ſit hoſpitalitatis munus, quamque acceptabile Deo humanitatis officium viantibus exhibere, ſanctis ſcripturis atteſtantibus demonſtratur, dum & beatus Abraham (c) propter hoſpitalitatis miſericordiam ſanctorum Angelorum præſentiam ſuſcipere meruit, & veneranda eorum colloquio perpotiri. Loth (d) quoque per hujuſmodi miniſterium pietatis de Sodomorum flammis ereptus eſt: ſalvavit eum hoſpitalitatis gratia de flammarum interitu, mandatis cœleſtibus obſequentem; ita, & veſtræ dilectioni proveniet ad ſalutem, dum horum portitorem religioſum presbyterum, Deique omnipotentis famulum ſuſcipientes juveritis, dum caritatem ei, quam Deus, & diligit & præcepit, exhibueritis. Recipientes ergo Dei famulos, eum recipitis, cujus majeſtati deſerviunt, ita pollicentis. Qui (e) vos recipit, me recipit. Hæc itaque concordi devotione facientes, & Dei mandata peragitis; & de divinæ promiſſionis oraculo confidentes, mercedem apud eum habebitis ſempiternam. Incolumem eminentiam veſtram ſempiterna gratia cuſtodiat.* Hactenus Danielis literæ. Fuit iſte Daniel (f) Epiſcopus Ventæ civitatis in Anglia apud Saxones Occidentales, ſub cujus diœceſi monaſterium erat ea lingua (g) Adeſcancaſter dictum, in quo a puero S. Bonifacius monaſticum ſectatus eſt inſtitutum. Pergit vero ex Willibaldo auctor de Bonifacio ſemel cœptam orationem.

(c) Geneſ. 18.

(d) Geneſ. 19.

Litteræ patentes commendatitiæ.

(e) Matt. 10.

(f) Bed. hiſt. Angl. 5. c. ult.

(g) Wilib. in Vita S. Boniſ.

III. *Ea igitur benedictione fretus, mox valedicens fratribus, dat ſe itineri, terrarum longa ſpatia, & ignotas vias emenſurus. Collecti ſunt autem ad eum undique non pauci ſervi Dei eodem ſpiritu ferventes: cunctique uno animo quotidie multa ſanctorum templa inviſentes, rogabant divinitus adjuti, tutius Alpium juga ſuperarent, & Longobardorum feros animos erga ſe lenes & humanos ſentire mererentur. Cumque ſæviſſimæ gentis regiones citra diſcrimen ullum pertranſiſſent, beatiſſimi Apoſtoli Petri limina adierunt, Chriſtoque (ut par erat) gratias agentes, peccatorum ſuorum abolitionem, & itineris proſperos ſucceſſus petierunt; nec ſunt votis fruſtrati ſuis. Nam ſimul atque vir ſanctus venerabilem Apoſtolicæ ſedis Præſulem Gregorium ſecundum allocutus eſt, eique tum cauſam adventus ſui, tum deſiderium, quo diu flagrarat, expoſuit; mox Pontifex hilari vultu eum intuens, percuntatus eſt, num aliquas Epiſcopi ſui litteras commendatitias apud ſe haberet. Illo vero ſtatim chartam pro more involutam Pontifici obtulit. Qua perlecta, ſanctique viri comperto deſiderio, ſedulo cum illo deinceps ſermones cantu-*

Bonifacius Romam venit.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLVII. Anno Hegiræ Cl. inchoato die 23. Julii fer. 1. A.C. 719. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6212.

☉ 18. A. ☽ 17. P. 16. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 719.

GREGORII II. PAPÆ 5.

LEONIS ISAURI IMP. III.

A Num. I. ad XIII. Incipit hic Baronius loqui de Apoſtolatu S. Bonifacii in Germania, quo miſſus eſt a Gregorio II. *Primus omnium*, inquit Adamus Bremenſis, *qui Auſtrales Germaniæ partes idolorum cultui deditas ad cognitionem Divinæ, ac Chriſtianæ religionis adduxit, erat Vuinfridus natione Anglus, verus Chriſti Philoſophus, cui poſtea cognomentum ex virtute erat Bonifacius. Et quamvis alii Scriptorum, vel Gallum in Alemannia, vel Hemmerammum in Bavaria, ſive Kilianum in Franconia, ſeu certe Vuilibrordum in Freſia priores aſſerant, Verbum Dei prædicaſſe: hic tamen omnes alios, uti Paulus Apoſtolus, ſtudio & labore prædicationis antevertit.* Primus Sancti Bonifacii ab Anglo-Saxonibus patria lingua Winefridi ſeu Winfridi appellati Vitam ſcripſit *Vuillibaldus*, poſt Willibaldum *Othlonus* Monachus Benedicti-nus,

S. Bonifacius Romam petit.

Digitized by Google

tulit, illicque commorantem reverenter tractans, quaſcumque petiit ſanctorum reliquias illi donavit. Tum etiam per omnem Germaniam prædicandi ei munus demandans, ſuas ei litteras tradidit, quarum hoc eſt exemplar.

Gregorius ſervus ſervorum Dei Bonifacio religioſo presbytero.

IV. Litteræ Apoſtolatus Bonifacii. *Exigit manifeſtata nobis religioſi propoſiti tui pie in Chriſto flagrantis intentio, & approbata ſinceriſſima fidei tuæ perlata relatio, ut ad diſpenſationem verbi divini, cujus per gratiam Dei curam gerimus, te conminiſtro utamur. Experientes proinde te ab infantia ſacras litteras didiciſſe, profectuſque indolem ad augmentum crediti cælitus talenti proſpectu divini timoris extendere, videlicet gratiam cognitionis cæleſtis oraculi in laborem ſalutiferæ prædicationis, ad innoteſcendum gentibus incredulis myſterium Fidei inſtanti conatu extendere: collætamur fidei tuæ, & adjutores effici cupimus gratiæ prærogatæ. Igitur quia præmiſſi conatus pium affectum uſque ad Apoſtolicæ ſedis modeſta proviſione perduxiſti conſultum, ut membrum ex membro proprii corporis caput requirens, motum mentis probares, capitiſque arbitrio humiliter te ſubmittens, & ejus directionis, juſto tramite properans, ſoliditati compagines plenitudo exiſtas, ideo in nomine indiviſibilis Trinitatis, per inconcuſſam auctoritatem beati Petri Apoſtolorum principis, cujus doctrinæ, & magiſterio fungimur, & locum ſacræ ſedis adminiſtramus, modeſtiam tuæ religionis inſtituimus, atque præcipimus, ut in verbo Dei (quo igne ſalutifero, quem Dominus mittere venit in terram, enitere videris) ad quaſcumque gentes infidelitatis errore detentas, properare, Deo annuente, potueris, myſterium regni Dei per inſinuationem nominis Chriſti Domini Dei noſtri, veritatis ſuaſione deſignes, & per ſpiritum virtutis, & dilectionis & ſobrietatis, prædicationem utriuſque Teſtamenti mentibus indoctis conſona ratione transfundas. Diſciplinam denique ſacramenti, quam ad initiandos Deo prævio credituros tenere ſtudeas, ex formula officiorum ſanctæ noſtræ Apoſtolicæ ſedis, inſtitutionis tuæ gratia præliбuta, volumus ut intendas. Quod vero actioni ſuſceptæ tibi deeſſe perſpexeris, nobis (ut volueris) intimare curabis. Bene vale. Data * Idus Maii, imperante domino piiſſimo Auguſto Leone ſecundo a Deo coronato, anno tertio Imperii ejus, Indictione ſecunda.* Hucuſque Apoſtolatus litteræ; quibus videas priſcos mores, & antiquos ritus, quomodo quis munere Apoſtolatus initiari ſoleret.

* Idibus

Sed quos vir Apoſtolicus de collato Apoſtolatu fructus colligere cœperit, ab eodem, qui ſupra auctore ſic accipe: *His igitur litteris acceptis a venerabili Papa, profectus eſt inde ad Longobardorum Regem Luitbprandum, a quo honorifice ſuſceptus aliquandiu apud eum hoſpitio uſus eſt. Porro ab illo diſcedens, ardua, & prærupta juga traſcendit, ignotoſque Bojoariorum, & Germaniæ fines perluſtrans, in Thuringiam pervenit, accurateque explorans ubique, inſtar apis prudentiſſimæ, ubi poſtmodum nectarea ſanctæ Fidei mella colligere, & comportare poſſet. Cumque dies aliquot in Thuringia hæreret, omnes interim illius provinciæ principes verbis ſpiritualibus alloquens, ad ſacram complectendam Fidem, & religionem invitavit. Sacerdotes quoque quos variis deditos flagitiis comperit, ſermonibus Evangelicis ad inſtitutionis canonicæ normam coercuit. Audita autem Radbodi Friſonum Regis morte, qui per id tempus magnam in Chriſtianos perſecutionem exercuerat, magno affectus gaudio, in Friſiam navigavit, ibique verbi divini ſemina ſpargens, permultos ab errore idololatriæ retraxit, &c.*

V. De converſione infidelium facta per Bonifacium.

VI. Quod autem de Radbodi Regis morte meminit, opportune hic de ipſo agendum: quod enim hoc anno ejus contigerit obitus, etiam Jonas eſt auctor, qui res geſtas S. Wlfranni Senonenſis Epiſcopi ſcriptis proſecutus eſt, ex quibus corrigas Sigebertum, qui ſuperiori anno contigiſſe errore ponit. Sed quæ miranda valde tum contigerint, ex eodem Jona (a), qui eodem tempore vixit, accipe: qui ubi prius inſignia per ſanctum Epiſcopum edita divinitus miracula enarravit, quibus viſis, idem Radbodus nonnihil permotus eſt ut fieret Chriſtianus, jamque nomen dediſſet: ſed cur ſe retraxerit, ita narrat: *Præfatus*, inquit, *Princeps Radbodus, cum ad percipiendum baptiſma imbueretur, percontabatur a ſancto Epiſcopo Volfranno;*

(a) Extat ap. Sur. die 20. Martii to. 2.

Radbodus Rex Friſiæ reſilit a fide Chriſtiana.

PAGIUS mus, relatis variis ipſius Bonifacii, aliorumque Epiſtolis. Bonifacium Anglo-Saxonem fuiſſe ipſemet docet in Epiſtola apud Othlonum in lib. 2. cap. 8 recitata, in qua ait: *Synodus & Eccleſia, in qua natus & nutritus fui, id eſt in Tranſmarina Saxonia*, ſeu Weſt-Saxonia. Monachis Cœnobii cujuſdam Weſtſaxoniæ traditus eſt fere ſeptennis, annoque DCCXVI. in Friſiam primo trajecit. Vix dimidio anno expleto patriam repetiit, annoque ſeptingenteſimo decimo octavo, ſeu abdicata, ſeu recuſata Abbatis dignitate, literiſque commendatitiis a *Daniele* Occidentalium Saxonum Epiſcopo acceptis, ad limina Apoſtolorum Romam venire tentavit, ut narrat Willibaldus in ejus Vita cap. 5.

II. Congregatis omnibus Collegis, *per ſingulas* quoſ-

no, juramentis eum per nomen Domini aſtringens, ubi eſſet major numerus regum, & principum ſeu nobilium gentis Friſonum, in illa videlicet cæleſti regione, quam ſi crederet, & baptizaretur, percepturum ſe promittebat, an in ea, quam dicebat tartaream regionem. Tunc beatus Volfrannus: Noli, inquit, errare inclyte Princeps: Apud Deum certus eſt numerus ſuorum electorum. Nam prædeceſſores tuos principes gentis Friſonum, qui ſine baptiſmi ſacramento deceſſerunt, certum eſt damnationis ſubiiſſe ſententiam: qui vero ab hinc crediderit, & baptizatus fuerit, cum Chriſto gaudebit in æternum. Hæc audiens dux incredulus (nam ad fontem proceſſerat, ut ferunt) a fonte pedem retraxit, dicens non ſe carere poſſe conſortio prædeceſſorum ſuorum Friſonum Principum, & cum parvo pauperum numero reſidere in illo cæleſti regno: quin potius non poſſe facile novis dictis aſſenſum præbere, ſed potius permanſurum ſe in iis, quæ multo tempore cum omni Friſonum gente ſervaverat.

VII. Deridet S. Wlfrannum Radbodus. At beatus Pontifex: Heu, proh dolor, inquit, deceptum te video a ſeductore, qui humanum decepit genus. Sed niſi pœnitentiam egeris, & credideris, & in nomine Trinitatis baptizatus fueris, januam regni perennis non intrabis, ſed æternæ damnationis pœna plecteris. Hæc dicente, & docente ſancto Pontifice, multi Friſonum credebant, & baptizabantur, prædicto Rege in paganiſmo perſeverante: non a ſacro fonte infeliciter acceſſit. Et jam Vuillebrordum, cognomento Clementem, Epiſcopum, & doctorem præfatæ gentis accerſiri fecit, ut ad ejus conſulta ſimul cum beato Vulfranno in doctrina ſuæ religionis concordante efficeretur Chriſtianus. Sed quoniam (ut ſcriptum eſt a) in malevolam animam non introibit ſapientia: quia dubitando per omnia in Fide Catholica, & tentando ſanctos Antiſtites loquebatur: ideo obtinere non meruit, quod ficte quærebat.

(a) Sapien. 1.

VIII. Cum vero ejus legatum ſuper hoc facto ſuſcepiſſet Vuillebrordus, reſpondiſſe fertur: Quia prædicationem ſancti fratris noſtri Vuulfranni Pontificis dux veſter audire contempſit, meis quomodo obſecundabit dictis? Nam hac nocte vidi illum in viſu catena religatum ignea; unde certum fore conſtat, damnationem jam illum ſubiiſſe æternam. Cumque iter carperet, quod ad domum ejuſdem damnati Ducis ducebat; nuntiatur ei, ipſum ſine baptiſmi ſacramento jam eſſe mortuum: ſicque cœptum deſerens iter, ad propria repedavit habitacula. Hæc Jonas, cui adſtipulatur Sigebertus, & alii complures auctores. Sed quæ diaboli præſtigiæ eluſerunt miſerrimum hominem, ne fieret Chriſtianus ab eodem Jona ſic accipe.

IX. Illuditur a diabolo Radbodus. Nec, inquit, prætereunda ratio eſt, quam de præfato duce Radboda, venerabili presbytero Ocone narrante, didicimus, cur in Chriſtum credere, ac fonte regenerationis noluit mergi. Nam in ægritudine poſitus, de qua, & præſentis vitæ lucem clauſit, perpetuaſque Averni deſcendit ad umbras, dum ſopori deditus foret, deceptor hominum diabolus, qui etiam Dei omnipotentis permiſſu in Angelum ſe transfigurat lucis, ei apparet diademate aureo, circumfulgentibus gemmis capite coopertus, veſteque aurea textili toto amictus corpore. Denique attonitus præfatus princeps diligenter in eum attendebat ſtupens ac tremebundus, admirans cujus ſpeciei, & virtutis eſſet, qui ei apparebat: iſque multimodæ artis nocendi ſæviſſimus draco inquit ad eum: Dic quæſo, fortiſſime virorum, quis te ita ſeduxit, ut a cultura deorum & a religione prædeceſſorum tuorum velis recedere? Noli ita, obſecro agere, ſed in his, quas hactenus tenuiſti culturis deorum, permane: ibiſque ad domos aureas æternaliter manſuras, quas tibi in proximo ſum daturus, ut verborum meorum dictis aſtruam fidem. Quapropter cras accerſiens Vulfrannum doctorem Chriſtianorum, inquire ab eo, ubinam ſit illa manſio æternæ claritatis, quam pollicetur, te, ſi Chriſtianum ſuſceperis dogma, in cœlitibus habiturum. Quam cum demonſtrare nequiverit; utrinſque partis mittantur legati, eroque dux itineris & demonſtrabo illis manſionem eximiæ pulchritudinis, & fulgoris immenſi, quam tibi poſt modicum ſum daturus: qui evigilans ſancto Pontifici Vulfranno cuncta per ordinem pandit.

X. Sanctus autem Pontifex ingemiſcens ejus damnationem, ait: Hæc illuſio diaboli eſt, qui omnes vult perire, & neminem ſalvari. Quapropter ſalva teipſum vir nobilis, credendo in Chriſtum, & feſtina ad fontem baptiſmi, in quo eſt remiſſia

PAGIUS Anno ſuperiori. quoſque dies imminente hyemis frigore profecti ſunt, ſubdit idem Willibaldus. Quare eo Chriſti anno menſe circiter Octobri Sanctus Bonifacius cum ſociis ſe ſe viæ dedit, & Romam feliciter pervenit, ubi tranſactis diebus non multis Gregorium II. affatus eſt, qui perlectis literis & recepta commendatitia conſcriptionis Charta, ſedulum deinceps cum eo habebat quotidiana diſputationis colloquium, donec proficiſcendi, redeundique æſtivum inſtaret tempus, æſtas nempe currentis anni. Cum vero Niſan menſis, qui eſt Aprilis, præteriret, & Jair, qui eſt Majus, jam porta pateſcerent; tunc etiam poſtulata atque accepta benedictione, & literis a Beatiſ-

miſſio omnium peccatorum ; & nullo modo fidem accomodes verbis diaboli mendacibus. Hac & hujuſmodi plura proſequente ſancto Pontifice, reſpondit prædictus incredulus Princeps, omnia ſe facturum, quæ jubebat, ſi illa non demonſtraretur manſio a ſuo deo, quam ſibi largiturum ſpoponderat. Cumque inſuperabilem in cunctis Chriſti ſacerdos animum illius cerneret ; ne a Gentilibus alia fingerentur pro aliis, miſit continuo cum quodam Friſone ſuum diaconum. Præſtigiæ diaboli. *Qui cum paululum ab oppido proceſſiſſent, obviam ſibi repererunt in humana effigie quemdam itineris comitem, qui dixit eis : Properetis cito : nam oſtenſurus ſum vobis manſionem eximiæ pulchritudinis, quæ præparata eſt a deo ſuo Principi Radbodo. Qui ducem ac comitem itineris proſequentes, loca diu peragrant incognita, donec viam ingredientes latiſſimam diverſorum generis marmorum, eam cernunt polito opere decoratam. Videntque a longe domum auream, ut perveniunt uſque ad plateam quæ ante præfatam domum ſita erat, & ipſa auro gemmiſque ſtrata : intranteſque in domum auri ſplendoris, & incredibilis pulchritudinis, aſpiciunt tronum miræ magnitudinis. Tunc ductor itineris : Hæc eſt, (inquit) domus, & iſta pulcherrima ſedes, quam poſt ejus mortem Principi Radbodo deus ſuus largiturum ſe ſpopondit. Et diaconus ſtupefactus in his, quæ viderat, dixit : Si a Deo cuncti potente facta ſunt iſta, perpetuo maneant : ſi autem a diabolo, cito diſpareant. Et cum vallaret ſe continuo ſanctæ Crucis munimine, dux itineris, qui videbatur homo, evaneſcendo tranſiit in diabolum, & domus verſa eſt in lutum.*

XI. *Remanſeruntque hi duo ſimul, Friſo, ſcilicet & diaconus in medio locorum paluſtrium, quæ plena erant longiſſimis rauſcis virgultis : triduoque immenſi laboris iter conficientes, reverſi ſunt ad oppidum invenientes præfatum ducem Radbodum* Moritur Radbodus. *ſine baptiſmatis ſacramento mortuum narrantque beato Antiſtiti quantam a diabolo pertuliſſent illuſionem. Friſo autem credidit in Chriſtum, & baptizatus eſt : vocabatur autem Ingomarus : qui, & ipſe ad Fontanellenſe cœnobium beatum Vulfrannum ſecutus eſt. Inducias itaque ſibi renuntiandi, quas putaverat ſe adipiſci, prædictus dux minime valuit impetrare, quia non erat ex ovibus Chriſti, neque ad vitam præordinatus æternam. Percrebuitque hoc ſtupendum miraculum apud incolas gentis Friſonum, atque ex hoc facto plurima gentis multitudo converſa eſt ad Dominum. Mortuus eſt autem infeliciter præfatus dux Radbodus anno Domini noſtri Jeſu, in quem ipſe credere contempſit, ſeptingenteſimo decimonono, qui erat annus ſeptimus inclyti Principis Caroli, cognomento Martelli.* Hactenus Jonas ejuſdem Fontanellenſis cœnobii monachus.

Ita plane illud meruit irriſor princeps & corde durus : qui cum ingentia ſigna de veritate Chriſtianæ religionis ab Apoſtolicis viris facta vel vidiſſet, vel audiſſet, & adhuc tamen permanſiſſet obſtinatus : meruit his phantaſmatibus, Deo permittente, illudi ſecundum illud Sapientiæ (a) : *Videbunt & contemnent eum : illos autem Dominus irridebit*. Et ſecundum illud Eccleſiaſtici (b) : *Qui mentis eſt duræ, corruet in malum* : & (c) *Cor durum male habebit in extremo*. Illuſionibuſque dæmonis decipi jure debuit qui Dei miniſtros vel perſecutus eſt, vel tergiverſatione deluſit : ut eveniret illi quod Achab, ſecundum illud librorum Regum, dicente Domino (d) : *Quis decipiet Achab ?* Cum ſe promptum exhibuit ſpiritus mendacii : nam & ab eodem iſte præſtigiis dæmonis meruit dementari. Porro non Jonas tantum eſt hujus veritatis ſcriptor, & aſſertor, ſed (ut dictum eſt) Sigebertus, & alii plures. Cæterum hæc omnia in novellæ plantationis Eccleſia fieri voluit Deus, quo gentes illæ præſtigiis diaboli diu illuſæ reſipiſcerent, verumque Deum colerent, exploſo penitus deorum cultu ; ſicque artes omnes iſtæ pravi dæmonis ad profectum conducerent Evangelii.

XII. Jure deluſus a dæmone vanus princeps.

(a) Sap. 4.

(b) Eccl. 3.

(c) Prov. 28.

(d) 3. Reg. 22.

XIII. Ingens humilitas Bonifacii.

Sed ad Bonifacium redeamus, qui & in hoc vera ſigna ſui Apoſtolatus expreſſit, dum Chriſtianam humilitatem amplexus, licet Apoſtolica legatione dux verbi videretur effectus, tamen ſui tyrocinia Apoſtolatus voluit ſub alio profiteri, coadjutor accedens in Friſiorum converſione magno illi Clementi, ita ea Villebrordo a Romano Pontifice, ut vidimus, nominato, cui triennio in miniſterio verbi fidus comes inhæſit : a quo cum rogaretur Epiſcopus ipſi ſuccedere, renuens, licentia petita, receſſit. Sed locus poſtulat, ut hic reddamus epiſtolam ad S. Bonifacium ſcriptam, in qua fit mentio de Radbodi obitu, aliiſque ad prædicationem Bonifacii pertinentibus per vi-

Ex eodem Cod. ep. 35.

PAGIUS *tiſſimo Papa, ad inſpiciendos immuniſſimos Germaniæ populos directus eſt*, inquit idem Willibaldus. Recitat eas literas Othlonus in Vita Sancti Bonifacii lib. 1. cap. 9. & ex eo Baronius num. IV. Epiſtola *data Idus Maii, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Leone Secundo a Deo coronato, anno tertio Imperii ejus, Indict. II.* ideoque præſenti Chriſti anno. Unde obiter notabis Gregorium II. annos Leonis Imp. a menſe Martio anni DCCXVII. auſpicari, quod & ex aliis ejuſdem Pontificis literis magis confirmabitur.

viſionem divinitus demonſtratio. Epiſtola eſt clariſſimæ virginis cognatæ Regis Cantiæ, quæ ſic ſe habet.

XIV. *Venerando Dei famulo & plurimis ſpiritualium chariſmatum ornamentis prædito Bonifacio, ſive Vvinfrido digniſſimo Dei presbytero, Buggan vilis vernacula perpetuæ charitatis ſalutem.*

Epiſtola Buggan ad Bonifacium. *Notum ſit almitatis tuæ auctoritati, quod gratias omnipotenti Deo referre non deſino, eo quod tibi, ut ſcriptione beatitudinis tuæ agnovi, multipliciter miſericordiam ſuam tribuit, & te tranſeuntem per ignotos pagos piiſſime conduxit; primum Pontificem glorioſæ ſedis ad deſiderium mentis tuæ blandiendum inclinavit: poſtea inimicum Catholicæ Eccleſiæ Radbodum coram te conſternavit: deinde per ſomnium ſemetipſum revelatum, quod debuiſti meſſem Dei metere, & congregare ſanctarum animarum manipulos in horrea regni cœleſti: idcirco eo magis confiteor, quod nulla varietas temporalium viciſſitudinum ſtatum mentis meæ inclinare queat a propoſita charitatis tuæ cuſtodia, ſed ardentius in me vis amoris caleſcit, dum pro certo agnoſco per meritum orationum tuarum ad portum alicujus quietis perveniſſe. Ideo iterum humiliter moneo, ut interceſſionum tuarum ſtudia pro mea parvitate Domino offerre digneris, quatenus ſua gratia me faciat incolumem cum tuis protectionibus. Simulque ſciat charitas tua, quod paſſiones Martyrum, quas petiſti tibi tranſmitti, adhuc minime potui impetrare; ſed dum valeam, faciam: & tu mihi cariſſime, dirige meæ parvitati ad conſolationem, quod per dulciſſimas litteras tuas promiſiſti, item congregationes aliquas ſanctarum ſcripturarum. Similiter depoſco, ut ſanctarum Miſſarum oblationes offerre digneris pro anima mei propinqui, qui mihi præ cæteris carus erat. N. Et per eumdem portatorem tibi tranſmitto nunc quinquaginta ſolidos, & pallium altaris, quia majora munuſcula minime potui adipiſci; ſed hæc ſunt cum maxima charitate directa, licet ſint parva in ſpecie. Vale in ſæculo hoc ſancte, & in charitate non ficta.*

Hactenus Buggan epiſtola.

XV. Audiſti Bonifacium quæritare, quæ legeret acta Martyrum, utpote qui jam cœperat ſitire martyrium, quo tandem calice, pro voto inebriari contigit, ut ſuo loco dicemus. Quod vero ſpectat ad Buggan, quæ ſcripſit: fuit iſta Abbatiſſa in Anglia, genere regio, quam Romæ invenit Bonifacius, cum illuc ad Gregorium Romanum Pontificem ſe contuliſſet. Teſtantur id litteræ Hildeberti Regis Cantiæ ad eumdem Bonifacium poſtea datæ, quas inter epiſtolas ejuſem S. Bonifacii nondum impreſſas, ſuo loco reddemus: hic vero deſcribantur illæ ejus viri Apoſtolici litteræ, quæ hoc ipſo anno datæ intelligi poſſunt. Ubi enim legatione ſibi iniuncta, perarduam ſe ſuſcepiſſe provinciam intellexit, quo magis ſe tanto imparem oneri ſenſit, eo minus ſuis fidare debere viribus, ſed ſanctorum Dei amicorum precum auxilio niti debere cognovit; quas ut conſequi poſſet, cum ad plures alios, tum ad ſacras Deo dicatas virgines has litteras dedit.

Venerandis, & amandis, cariſſimis ſororibus Leogbatæ, & Beddæ, necnon, & Cunechildi, & omnibus in Chriſto diligendis ſororibus vobis cohabitantibus, æternæ caritatis ſalutem. XVI. Ex eodem qui ſup. Cod. ep. 29.

Obſecro & præcipio, quaſi filiabus cariſſimis, quemadmodum vos jam inceſſanter facere, & feciſſe, & facturas eſſe confidimus, ut veſtris orationibus crebris Dominum deprecemini, ut liberemur, juxta dictum Apoſtoli (a) ab importunis, & malis hominibus. Non enim omnium eſt fides: & ſcitote quoniam Dominum laudamus, & ſi tribulatio noſtri cordis dilatata eſt, ut Dominus Deus, qui eſt refugium pauperum, & ſpes humilium, de neceſſitatibus noſtris, & de tentationibus hujus ſæculi nequam eripiat nos: ut ſermo Domini currat, & clarificetur glorioſum Evangelium Chriſti, ut gratia Domini in me vacua non ſit; & quia ultimus & peſſimus ſum omnium legatorum, quos Catholica, & Apoſtolica Eccleſia Romana ad prædicandum Evangelium deſtinavit, ut omnino ſine fructu Evangelii ſterilis non moriar, & vacuus filiorum & filiarum numero non revertar, ne de abſcondito talento, Domino veniente, reus eſſe judicer, nec peccatis exigentibus, vice laboris pro mercede ultionem infructuoſi laboris accipiam ab eo, qui miſit me.

Bonifacii Epiſt. ad ſanctimoniales.

(a) Theſ. 3.

Inſignis humilitas Bonifacii.

XVII. *Multi enim (quod pejus eſt) quos oves in futuro judicio ad dexteram Chriſti ponendos cenſebam: verſa vice, putridæ, & petulcæ, & ad ſiniſtram ſe ſtatuentes capellæ eſſe dignoſcuntur. Et pietatem* Do-

PAGIUS III. *A quo ejus Apoſtolatus deducitur.* Baronius quidem cum Willibaldo mortem Sancti Bonifacii cum die quinta menſis Junii anni ſeptingenteſimi quinquageſimi quinti, & præfatas Gregorii literas cum hoc anno recte copulat, ſed initium Apoſtolatus Sancti Bonifacii non bene in hunc annum diſtulit, quod ex eodem Willibaldo evidenter patet. Scribit is de Bonifacio: *Sedit in Epiſcopatu annos XXXVI. menſes ſex, & dies ſex*, qui characteres leguntur etiam apud Othlonum lib. 2. cap. 26. ubi uterque Epiſcopatum pro concionandi munere improprie uſurpant, eumque Epiſcopum dicunt, quem Gregorius II. Præconem fidei, Legatumque Sedis Apoſtolicæ per Germaniam creavit, quia Evangelii prædicatio eſt inter præcipua Epiſcopi munia, & quandoque *Apoſtolatus* voca-

Google

Domini precamini, ut ſpiritu principali confirmet cor meum Deus, qui me indignum paſtorem in populo vocare voluit, ut lupo veniente, more mercenarii (a) non fugiam, ſed exemplo boni paſtoris agnos pariter cum matribus, Eccleſiam ſanctam Catholicam cum filiis, & filiabus ſuis contra hæreticos, & ſchiſmaticos, vel hypocritas fideliter, & fiducialiter defenſare ſtudeam. Præterea, quia (b) dies mali ſunt, nolite eſſe imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei. Quamobrem (c) confortamini, & ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini, omnia veſtra cum charitate fiant; & juxta Evangelium (d): In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, & recordamini ſanctorum Apoſtolorum, & Prophetarum, quia multum laboraverunt in Domino, ideo adepti ſunt præmia ſempiterna, & juxta Pſalmiſtam (e): Multæ tribulationes juſtorum, ſed de his omnibus liberavit eos; & juxta Evangelium: (f) Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Hæc ad ſuas in Anglia ſacras virgines, privatim autem ad unam ex illis iſta conſcripſit eodem pariter argumento.

(a) Joan. 10.
(b) Epheſ. 5.
(c) 1. Cor. 16.
(d) Luc. 21.
(e) Pſ. 33.
(f) Matt. 24.

XVIII. Boniſ. ep. pro precib. ad Deum obtinendis.

Reverendiſſimæ, & dilectiſſimæ ancillæ Chriſti .... Bonifacius ſupplex ſervus ſervorum Dei, in Chriſto ſinceram charitatis ſalutem.

Charitatis veſtræ clementiam intimis precibus obſecramus, ut pro nobis peccatoribus apud Dominum intercedere curetis, quia multis & variis tempeſtatum turbinibus concuſſi, & quaſſati ſumus, ſive a Paganis, ſive a falſis Chriſtianis, ſeu a Fornicariis clericis, ſive a pſeudoſacerdotibus, & maxime quod, ut timemus, noſtris meritis exigentibus tribulamur, ſed ut conſolemur, & eripiamur orationibus veſtris, deprecamur. Et confidimus in Domino Jeſu, quod per orationes veſtræ dilectionis, & veniam peccatorum, & tranquillitatem tempeſtatum invenire mereamur, quia fidelis promiſſor Jacobus (g) Apoſtolus dixit: Confitemini alterutrum peccata veſtra ut ſalvemini. Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. Et Joannes Evangeliſta (h) ait in prima epiſtola: Scimus quoniam audit nos quicquid petierimus: ſcimus quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo. Et quia jam ante de hoc ipſo deprecatus ſum, rogo, ut non indignemini, eo, quod raro petere non debeo, quod ſine intermiſſione ſemper fieri deſidero; quia quotidiana tribulatio divina ſolamina fratrum & ſororum me quærere admonet.

De clericis fornicariis.

(g) Jacob. 5.
(h) 1. Jo. 5.

Præterea qui timemus eaſdem tentationes Satanæ ibi eſſe, quæ hic ſunt; ſecundum dictum (i) Apoſtoli: Stabiles eſtote, & immobiles, & abundantes in opere Domini, ſemper ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino. Et alibi (k) Vigilate, & ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini; omnia veſtra in charitate fiant: etiam ſi egeſtas tangat, dicti Evangelici nolite oblivisci: (l) Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Si tribulatio veniat, memores eſtote veritatis dicentis (m): In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras: & in Pſalmo (n): Patientia pauperum non peribit in finem. Si infirmitas corporis, Pauli Apoſtoli ſententia proferatur, quia dixit (o): Quando infirmor, tunc potens ſum: & virtus in infirmitate perficitur. Hucuſque epiſtola. Cæterum nec ſuorum, quos in Anglia reliquerat, monachorum curam dimiſit, ut indicant ſequentes

(i) 1. Cor. 5.
(k) 1. Cor. 16.
(l) Matt. 5.
(m) Luc. 21.
(n) Pſ. 9.
(o) 2. Cor. 12.

PAGIUS

cator. Verum Apoſtolatum illum Willibaldus & Othlonus deducunt a die ultimo menſis Novembris Divo Andreæ Apoſtolo ſacro anni ſeptingenteſimi decimi octavi; ab illo enim anno & die ad diem quintum menſis Junii anni ſeptingenteſimi quinquageſimi quinti intercurrunt anni XXXVI. menſes VI. dies VI. Quare licet literæ Apoſtolicæ quibus Legatus per Germaniam inſtitutus eſt Bonifacius, datæ ſint currenti anno, die XV. menſis Maii, *Willibaldus* tamen & Othlonus Bonifacii Apoſtolatum ab eo die & anno non deducunt, ſed a die XXX. menſis Novembris anni ſuperioris, quo Gregorius II. viva voce poteſtatem fecit Bonifacio Evangelium Gentibus annunciandi eumque Legatum ſuum declaravit. Sic licet *Auguſtinus* & Monachi ad prædicandum genti Anglorum Evangelium a Divo Gregorio Magno miſſi, nonniſi anno DXCVII. in Magnam Britanniam pervenerint, eodemque anno Verbum Dei prædicare cœperint, Beda tamen in Hiſtoria Gentis Anglorum, annum acceptæ ab Anglis fide non diſtinguit ab anno, quo Auguſtinus Epiſcopus cum Sociis ad prædicandum Genti Anglorum directus eſt, ut ſuo loco expoſuimus. Unde mirum videri non debet, ſi Willibaldus in eadem Inſula ortus eundem loquendi modum uſurpet. Quod hic accurate explicandum fuit, ut omnis æquivocatio tollatur, & annus emortualis Sancti Bonifacii certius defigi poſſit.

IV. *Redit hoc anno in Germaniam, paulo ante mortem Radbodi Regis.*

Bonifacius itaque acceptis literis Apoſtolicis, hoc anno, menſe Majo Roma in Thuringiam venit. Othlonus ejus iter cap. 23. breviter perſtringit: *Literis acceptis a Venerabili Papa profectus eſt inde ad Langobardorum Regem Luitprandum, a quo honorifice ſuſceptus aliquandiu cum eo eſt hoſpitatus. Profectus vero exinde ardua & prærupta Alpium juga tranſcendens, incognitoſque Bagoariorum & Germaniæ terminos perluſtrans, in Thuringiam devenit, conſiderans & explorans in omnibus inſtar prudentiſſimæ apis, ubi poſtmodum nectaream ſanctæ fidei dulcedinem colligere poſſet.* Paulo poſt: *Audita Radbodi Freſonum Regis morte, qui per id tempus magnam in Chriſtianos perſecutionem exercuerat, magno affectus gaudio, in Friſiam navigavit, ibique Verbi Divini ſemina ſpargens, permultos ab errore ido-*

eædemque perbreves litteræ, quæ ſic ſe habent:

Ex eodem Cod. ep. ej.

Cariſſimis filiis Tavino, & Vvigberto presbyteris, Bernardo, & Hiede, Nunfredo, & Stirme, Bonifacius ſervus ſervorum Dei perennem in Domino ſalutem.

XIX. *Paterno amore dilectionem veſtram obſecro, ut eo majorem monaſterialis normam vitæ cuſtodire ſtudeatis, quo pater noſter Vvigbertus defunctus eſt. Vvigbertus presbyter, & Meginotatus diaconus regulam veſtram vobis inſinuent, & ſpecialis horas, & curſum Eccleſiæ cuſtodiant, & cæteros admoneant, & magiſtri ſint infantum, & prædicent verbum Dei fratribus. * Hedde ſit præpoſitus, & ſervos noſtros admoneat; & Nunfridus adjuvet illum, ubicumque opus ſit; & ædificet domunculam noſtram, ubi*

Curat Bonifacius res ſui monaſterii.

* Hede

PAGIUS

idololatria retraxit. Radbodum vero hoc anno, quo e Francis ad Sueſſionas pugnatum, ut mox videbimus, mortuum eſſe tradunt Annaliſtæ Nazarianus, Petavianus, & Tilianus. Ejus interitum prædixit *Sanctus Erminio* Abbas Laubienſis, & Epiſcopus, de quo an. DCCXXXVII. verba faciemus. In ejus enim Vita ab Anſone ejuſdem Monaſterii Abbate ſcripta habetur: *Cum completa eſſet malitia præfati Viri Radbodi cœpit adunare turbas Gentilium, exercitumque valde copioſum, cupiens irrumpere in Francorum terras, ut ſuam in eis ultionem exerceret. Hæc audientes Franci metuebant eum nimis, reminiſcentes quod olim ab eo graviter vulnerati terga vertiſſent. Tunc miſertus Dominus ſervis ſuis, non permiſit illum intrare in Regnum Francorum, ſed percuſſit eum & mortuus eſt. Contigit autem, ut ipſa die Sanctus Erminio equitaret de ſuo Monaſterio ad villam, quæ vocatur Fleon; circa horam fere diei nonam, paululum præfixit gradum, & ait circumſtantibus ſibi comitibus; Vere dico vobis, quia cecidit modo terrena & ſublimis altitudo.* Addit Anſo, Radbodum mortuum eſſe, *eo ipſo momento, quo S. Erminoni fuerat revelatum.*

V. *S. Bonifacius ſcribit ad Monachos Fritiſlarienſes poſt mortem S. Vigberti eorum Abbatis.*

Ad num. XIX. Epiſtola XVII. Codicis Bonifaciani a Baronio recitata, & a Sancto Bonifacio inſcripta, *Chariſſimis filiis Tatuvino & VVigberto Presbyteris, Bernardo & Hiedde, Hunfrido & Stirme,* data eſt anno ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, paulo poſt mortem Sancti Wigberti Fritiſlarienſis Abbatis, qui eo Chriſti anno ad Deum migravit, ut ibidem monſtrabimus. In ea Bonifacius Monachos obſecrat, *ut eo majore cura Monaſterialis normam vitæ cuſtodire* ſtudeant, quo *Pater* eorum *VVigbertus defunctus* eſſet: *VVigbertus Presbyter & Megingozdus Diaconus Regulam eis inſinuent, & Magiſtri ſint infantium, Stirme in coquina ſit,* &c. Addit Bonifacius: *Tatuvinum Abbatem interrogate, & quodcumque vobis inſinuet, hoc facite: & unuſquiſque ſtudeat, ſecundum vires ſuas & propriam mores in caſtitate conſervare, &c. uſque ad præſentiam reverſionis noſtræ in Dei voluntate.* In Monaſterio itaque Fritiſlarienſi in Haſſia ſito, ſicuti erant eodem tempore duo Wigberti, alter Abbas, alter Monachus ejuſdem Cœnobii; ita & duo Tatuvini, quorum alter ſucceſſit Sancto Wigberto in regimine Monaſterii Fritiſlarienſis, ut recte ex hac Epiſtola obſervarunt Magdeburgenſes in Centuria 8. pag. 834. *Stirme* Monachus diverſus fuit e *Sancto Sturmio* Abbate Fuldenſi primo, qui quo tempore hæc Epiſtola data, Monaſterium illud adminiſtrabat; ideoque Browerus in Antiquit. Fuld. aliique, qui utrumque confudere, valde hallucinati ſunt. Denique *Megingozdus* Diaconus, ſeu, ut alibi appellatur, *Megingus,* ſeu *Megingozus,* magnus amicus Sancti Bonifacii fuit, ut dicitur in Vita Sancti Wigberti cap. 5. & poſtea ad Epiſcopatum Vicebergenſem, ſeu, ut nunc loquimur, Herbipolitanum evectus fuit, ut infra videbimus.

VI. *Non vero ad Monachos Nutſcellenſes poſt mortem Vigberti Magiſtri S. Bonifacii.*

Et quia hoc circiter tempora plures floruere *VVigberti,* quorum unus pro altero non raro a Vitis auctoribus ſumptus fuit, juvat hic celebriores exhibere, ut confuſio vitetur, & variorum errores facilius emendari poſſint. Prior eſt *VVigbertus,* de quo loquitur Beda lib. 5. cap. 10. & ſeq. quem aſſerit, *duobus annis continuis* Evangelium in Friſia prædicaſſe, qui cum apud Barbaros auditores fidem non inveniret, in Angliam rediit. Vide quæ de eo diximus ſuperius. Secundus *VVigbertus* Abbas *Nutſcellenſis* in Anglia, & Sancti Bonifacii Præceptor, ut ipſemet eum vocat in Epiſtola, ordine III. ad Danielem Epiſcopum Ventanum apud Baronium anno DCCXXVI. num. XLIX. & ſeqq. hicque *VVigbertus* anno DCCXVIII. vita functus eſt, ut tam ex Willibaldo, quam ex Othlono in Vita Sancti Bonifacii liquet. Cointius anno DCCXXXIII. num. XVIII. & ſeqq. ubi laudatam Bonifacii Epiſtolam, ordine XVII. mox a nobis explicatam refert, contendit, eam a *Bonifacio* poſt ſui Magiſtri mortem miſſam eſſe in Angliam, & in ea Bonifacium, cum diuturnam in Germania moram nondum feciſſet, eandem ſcripſiſſe, dum de reverſione in patriam adhuc cogitaret. Verum *Bonifacium,* poſtquam in Galliam vel in Germaniam iterum venit, in Angliam redire decreviſſe, nullo verbo, nec Willibaldus, nec Othlonus in ejus Vita, nec ipſemet in aliqua ſuarum Epiſtolarum indicat. Quam ob rem ea Epiſtola ex aliquo Monaſterio Germaniæ Fritiſlarienſi vicino data, ex quo Fritiſlariam reverſurus erat, interimque Monachis Monaſterii officia diſtribuebat. Sed *VVillibaldus* in Vita Sancti Bonifacii cap. 5. & Othlonus lib. 1. cap. 7. litem plane dirimunt; cum ſcribant, Wigberto Nutſcellenſi Abbate demortuo voluiſſe Monachos *Bonifacium* ſibi præficere, ſed eos id ab eo obtinere non potuiſſe, ac poſtquam cum fratribus aliquod tempus commoratus eſſet, ſe ſe mari commiſiſſe. Imo Willibaldus teſtatur, eum ex Anglia non ſolviſſe, niſi poſtquam hybernale jam tempus præterivit.

VII. *Septem VVigberti inter ſe diſtinguendi.*

Tertius *VVigbertus* Sanctitate clarus Abbas Fritiſlarienſis, hujuſque occaſione de aliis Wigbertis hic agimus. Quartus *VVigbertus* Monachus Fritiſlarienſis, fuit Magiſter *Sancti Sturmii* Primi Fuldenſis Abbatis, ut in hujus Sancti Vita legitur. Quintus *VVigbertus* Monachus Glestingaburgenſis, ſeu Glaſtonienſis Monaſterii, quod poſitum erat in pago Somerſetenſi, cujus eſt Epiſtola LIII. inter Bonifacianas, inſcripta *Patribus ac Fratribus in Monaſterio Gleſtingaburg conſtitutis,* in qua Wigbertus Presbyter ait: *Vos volo ſcire chariſſimi, quod Archiepiſcopus noſter Bonifacius, cum adventum noſtrum audiſſet, per ſemetipſum dignatus eſt longa via in obviam nobis venire, ac ſuſcipere valde benigne.* Hunc Wigbertum omnes hactenus cum Sancto Wigberto

Fri-

a *ubi opus ſit* [a] *tonſtrina, & coquina ſit. Bernardus operarius ſit, & de omnibus ubicumque vobis inſinuet, hoc facite, & unuſquiſque ſtudeat ſecundum viros ſuos proprios mores in caſtitate conſervare, & in communi vita veſtra adjuvare alterum, & in fraterna charitate permanere, uſque ad præſentiam reverſionis noſtræ in Dei voluntate; & tunc ſimul laudantes Dominum, in omnibus ei gratias agamus. Valete in Chriſto.* At de Bonifacio hactenus.

XX. De rebus autem Orientalibus hæc tantum exhibent Annales Græcorum, auctore Theophane, qui Græce ſcripſit hiſtoriam illam, quæ inſcribitur Miſcella, & ſub titulo Pauli diaconi errore circumfertur; aitque: *Anno tertio Imperii ſui natus eſt Leoni Principi filius Conſtantinus, qui magis illo impius fuit,* di-

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS Fritiſlarienſi Abbate male confuderunt, indeque quia Lupus Abbas Ferrarienſis in Vita Sancti Wigberti ſcribit, *Sanctum VVigbertum*, poſtquam Moguntinenſem Epiſcopatum ſuſcepit Bonifacius, ab eo renunciatum fuiſſe Abbatem Fritiſlarienſem, deduxere Sanctum Wigbertum ante annum DCCXLV. Abbatem dictum non eſſe; cum tamen Lupus diſerte aſſerat, *VVigbertum* in Germaniam veniſſe, antequam Bonifacius Præſulatum iniiſſet, ideoque Wigbertum iſtum alium eſſe a Sancto Wigberto Fritiſlarienſi Abbate, quem errorem in obitu Sancti Wigberti magis evertemus. Sextus *VVigbertus* Abbas incerti loci non procul a Diœceſi Moguntina poſiti, ut patet ex Epiſtola LXXXIII. inter Bonifacianas, cujus titulus eſt: *Sanctiſſimo & a Deo ſemper conſervato Domino Lullo Epiſcopo Vvigbertus ſervus ſervorum Dei, quamquam indignus Abbas veſter in omnibus*, &c. in qua eum rogat, ut Monaſterium, cui præeſt, inviſere velit. Septimus Wigbertus Parochus ſeu Curio in Diœceſi Moguntina, cujus ſunt Epiſtolæ CII. & CX. inter Bonifacianas ad Lullum Epiſcopum Moguntinum, quas explicat Cointius an. DCCLIV. num. CV. & ſeq. ubi magno errore *S. Vigbertum* cum hoc ſeptimo Wigberto Abbate confundit, illiuſque mortem in eum Chriſti annum differt. Poſita hac Wigbertorum diſtinctione, initium regiminis Sancti *Vvigberti Fritiſlarienſis*, ejuſque annum emortualem certo infra ſtatuere facile erit.

VIII. *Miſer ſtatus Eccleſiarum Galliæ & Germaniæ.* Porro quam peſſimo in loco verſaretur hoc tempore Eccleſia Gallicana, diſcimus ex Hincmaro Epiſt. VI. ad Epiſcopos Rhemenſis Diœceſis data, cap. XIX. *Tempore Caroli Principis, quando propter diſcordiam & contentionem de Principatu inter eum & Raganfredum, & frequentia ac civilia, imo plus quam civilia, quia inteſtina & parricidalia verba in Germanicis & Belgicis, ac Gallicanis Provinciis omnis religio Chriſtianitatis pene fuit aboliſta, ita ut Epiſcopis in paucis locis reſiduis Epiſcopia laicis donata & rebus diviſa fuerint; (adeo ut Milo quidam tonſura Clericus, moribus, habitu & actu irreligioſus laicus, Epiſcopia Rhemorum ac Treverorum uſurpans inſimul, per multos annos peſſumdederit & multi jam, in Orientalibus Regionibus* (ſcilicet Franciæ Transrhenanæ) *idola adorarent, & ſine Baptiſmo manerent. Gregorius a Primo Secundus, ſed & Tertius Gregorius, Vvinfrid cognomento Bonifacium Legatum Apoſtolicæ Sedis ad reformandam Chriſtianitatis religionem, primo Presbyterum, poſtea vero Epiſcopum ordinatum direxerunt.* Idem legitur in Epiſtola Hadriani ordine XV. ad Tilpinum Archiepiſcopum Rhemenſem data: *Tua Fraternitas nobis retulit quia facientes diſcordia inter Francos, Archiepiſcopus Remenſis, nomine Rigobertus a Sede contra Canones dejectus & expulſus fuit ſine ullo crimine, & ſine ullo Apoſtolicæ Sedis conſenſu, vel interrogatione; ſed ſolummodo quod antea non conſenſit in parte illius, qui poſtea partem illam de Regno in ſua poteſtate accepit, in qua parte Remenſis Civitas eſt: & donatus, atque magis uſurpatus contra Deum & ejus auctoritatem, fuit ille Epiſcopatus, ſimul cum alio Epiſcopatu, & aliis Eccleſiis, a ſæcularibus Poteſtatibus, Miloni cuidam ſola tonſura Clerico, nihil ſapienti de ordine Eccleſiaſtico; & alii Epiſcopatus de ipſa Diœceſi Remenſi diverſo modo eſſent diviſi, & aliqui ex magna parte ſine Epiſcopis conſiſtentes, & ad alios Metropolitanos Epiſcopi & Clerici ordinationes aliquando accipientes erant, & refugia indebita habebant, & a ſuis Epiſcopis judicari & diſtringi non ſuſtinebant: & Clerici & Sacerdotes, & Monachi, & Sanctimoniales, ſine lege Eccleſiaſtica pro voluntate & licentia vivebant. Deinde ſanctæ memoriæ Bonifacius Archiepiſcopus*, &c. Ubi obiter obſervabis, quam immerito Cointius contra communem omnium Veterum conſenſum ſcripſerit, *Carolum Martellum* bona Eccleſiaſtica perſonis ſæcularibus non tradidiſſe.

IX. *Nativitas Conſtantini Copronymi & matris ejus coronatio.* Ad num. XX. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCXI. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, tradit Leoni Imperatori natum eſſe filium, *Conſtantinum* poſtea appellatum, & *Octobris menſis die XXI. Mariam* ejus uxorem coronæ recepiſſe conſortium. Addit Theophanes, *Artemium* Theſſalonicam relegatum adverſus Imperatorem rebellaſſe, eumque Conſtantinopolim recta tetendiſſet, Bulgaros cum quibus arma junxerat eum *Leonis* poteſtati permiſiſſe, a quo morti traditus eſt. Verum tam nativitas Conſtantini poſtea Copronymi appellati, quam coronatio Auguſtæ pertinent ad ſuperiorem annum Chriſti, quo Theophanes annum DCCXI. Incarnat. inchoat. Præterea Theophanes non eſt Auctor Hiſtoriæ, cui titulus, *Miſcella*, ut putavit Baronius, ſed ea ex Theophane excerpta fuit, ut poſt Hiſtoriam Theophanis publicatam inter omnes conſtat.

X. *Tertium Caroli adverſus Ragenfredum prælium.* Hoc anno *Carolus Martellus* tertium adverſus *Raginfredum* pugnavit, eumque ac *Chilpericum* Francorum Regem profligavit. Initum eſt certamen in pago Soeſſionenſi, ut docet Annaliſta Nazarianus. De hoc prælio Continuator Fredegarii cap. 107. ſcribit: *Chilpericus & Raganfredus Legationem ad Eudonem Ducem dirigunt, ejus auxilium poſtulantes rogant, Regnum* (ideſt Coronam) *& munera tradunt. Illi quoque hoſte* (ideſt exercitu) *Vaſconorum commoto ad eos venientes, pariter adverſus Carolum perrexerunt. At ille conſtanter & intrepide eis occurrere properat. Eudo territus, quod reſiſtere non valeret, aufugit. Carolus inſecutus eum uſque Pariſius. Sequanum fluvium tranſit, uſque Aurelianenſem Urbem accesſit. Et vix evadens terminos Regionis ſuæ penetravit, Chilpericum Regem ſecum cum theſauris ſublatis avexit. Chlotharius itaque Rex eo anno obiit.*

XI. Paulus Diaconus lib. 6. de Geſtis Longobard. cap. 43. recte quidem ſcribit, Carolum tribus præ-

* Auguſti. Conſtantini Leonis filii Baptiſmus.

*dictus Antichriſti præcurſor. Cæterum octavo Kalendas Januarii Maria uxor Leonis coronata eſt in Triclinio * Auguſta, & proceſſit ſola cum ſolemni obſequio ſine viro ſuo ad magnam Eccleſiam, & oratione ante ingreſſum altaris effuſa, tranſiit ad baptiſterium magnum, viro ejus jam cum paucis ingreſſo. Ubi cum Germanus ſummus ſacerdos Conſtantinum nequitiæ ipſorum, & Imperii ſucceſſorem baptizaret, dirum quiddam, & fœdum parvulus Conſtantinus, eodem præſignans, exhibuit argumentum, ſtercus emittens in ſanctum lavacrum, ut ajunt, qui diligenter hujus rei facti ſunt inſpectores, ita ut Germanus ſanctiſſimus prophetice diceret: Conſtat Chriſtianis, & Eccleſiæ maximi mali per eum efficiendi hoc ſignum eſſe futurum. Poſt divina vero officia cum ſolemni rurſus obſequio Auguſta Maria una cum baptizato filio reverſa eſt, donativis erogatis, ab Eccleſia uſque ad æneam portam.* Hæc de his Theophanes, & alii omnes eadem de infantis baptiſmate. Eadem Zonaras, & alii; ajuntque Conſtantinum ob ſtercus tunc egeſtum in ſanctum lavacrum cognomento Copronymum eſſe dictum. Quo pariter anno idem Theophanes tradit, Leonem decollari præcepiſſe Archiepiſcopum Theſſalonicenſem una cum Arthemio, qui adverſus Imperatorem rebellaſſet, plurimamque conjuratorum ſtragem Conſtantinopoli factam eſſe.

Vi-

PAGIUS

Rangefridus devictus, Andegavos fugit.

prælliis de manu Reginfredi Principatum Francorum ſuſtuliſſe, ſed perperam ait: *Noviſſime eum apud Vinciacum magno certamine ſuperavit. Cui tamen unam, hoc eſt, Andegavenſem Civitatem ad habitandum conceſſit. Cunctam vero Francorum Gentem ipſe gubernandum ſuſcepit.* Pugna enim Vinciacenſis ſecunda fuit, non vero tertia. Præterea Carolus non niſi anno DCCXXIV. Civitatem Andegavenſem Raginfredo conceſſit. Eo enim anno, ut docent Annaliſtæ Nazarianus, & Petavianus Andegavenſes adverſus Carolum rebellarunt, incentore Raginfredo, ut colligitur ex his Annaliſtæ Metenſis verbis: *Ragenfredus quondam Major Domus contra Carolum ſe erigere tentavit. Contra quem Carolus exercitum duxit, & illum in Civitate Andegavis incluſit, filiumque ejus obſidem ducens, ipſum Comitatum ſibi, quandiu vixit, ſola pietate habere conceſſit.* Eo itaque in loco Paulus duo ultima certamina præpoſtere narravit. Ragenfredum tamen e prælio Vinciacenſi, non vero e prælio Sueſſionenſi, fuga lapſum, Andegavum, Civitatem propugnaculis non parum munitam perveniſſe, teſtatur Chronographus Fontanellenſis cap. 3. qui ait in præfato prælio Vinciacenſi *Wandonem* cum Ragenfrido & Hilperico Rege interfuiſſe; cumque poſt actam cædem Ragenfridus cum *Hilperico Rege* fugam arripuiſſet, tandem poſt multiplicem fugæ lapſum ad Noviomum Monaſterii Fontanellenſis villam perveniſſe, at Wandonis equo uſſumpto ad portum, *qui vocatur Dovenna*, penetraſſe. *Illic namque tranſmiſſo Sequana ab Andegavis Urbem aufugit* (nempe Regenfridus): *inſequebatur enim a Carolo ſatellitibus.* Addit Chronographus Carolum cum hoc comperiſſet, *Wandonem* e regimine removiſſe, eumque apud Caſtrum Trajectum relegaſſe, Ragenfridus anno DCCXVI. Benignum Abbatem, anno vero DCCXVII. Carolus Wandonem, quem in hujus locum ſubſtituerat Ragenfredus, dignitate movit; tanta erat per hæc tempora Majorum Palatii auctoritas.

Digitized by Google

I. *Conſtantinus filius Leonis Aug. coronatur.* Vigeſimus poſt ſeptingenteſimum ſequitur annus tertiæ Indictionis, quo Leo Imperator filium ſuum Conſtantinum Copronymum infantem ipſo ſancti Paſchatis die creat Imperatorem, quem ſolemnibus ritibus coronavit Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Hæc Theophanes, & alii. Quo pariter anno Haumar Dux Arabum (ut idem teſtatur Theophanes) qui perſecutionem adverſas Chriſtianos indixerat, ſecundo ſui principatus anno moritur: ſolutaque eſt mox indicta ab eo perſecutio, atque reddita pax Eccleſiis.

II. Quod ad res Francorum ſpectat, cum Carolus Martellus potens armis eſſet, acer ingenio, animo ferox, pro arbitrio res Francorum moderabatur: nam Raginfrido Majore Principe Chilperici Regis, hoc (*a*) anno defuncto, Carolus Theodoricum in regni ſede conſtituit, mortuo jam anno ſuperiore Lothario Rege, cujus ipſius Carolus Majordomus erat. Sed adverſarium magnopere ſenſit Eudonem Aquitaniæ Ducem, quem ante biennium vicerat: ſicque fuit cum eo ſicut cum Raginfrido juge bellum. Quomodo autem Eudo ſuperatus ſit; ſuo loco dicetur.

(a) Chron. Franc. ex Bibl. Pith.

III. Hoc eodem anno decimotertio Kalendas Aprilis moritur ſanctus Wifrannus Archiepiſcopus Senonenſis, cujus res præclare geſtæ ſuo loco ſuperius aliqua ex parte tomo octavo interatæ ſunt, auctore Jonu monacho Fontunellenſi, qui vitam ejus fideliter ſcripſit (*b*).

(b) Extat. apud Sur. to. 2. die 20. Martii.

Sep-

PAGIUS

Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLVIII. Anno Hegiræ CII. inchoato die 12. Julii fer. 6. A. C. 720.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6213.

☉ 1. GP. ☽ 18. P. 31. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 720.

GREGORII II. PAPÆ 6.

LEONIS ISAURI IMP. 4.

CONSTANTINI COPRONYMI I.

1. *Conſtantinus Copronymus fit conſors Imperii.* Ad num. I. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCXII. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato, ſcribit, *Indictione tertia, ipſo Paſchatis die*, Conſtantinum a patre Imperii coronam accepiſſe, ideoque XXXI. menſis Martii, in quam hoc anno Paſcha incidebat. Id factum etiam fuiſſe die Paſchatis, tradunt Cedrenus & Nicephorus in Breviario; ſed in Nicephoro numeri corrupti ſunt; ait enim id contigiſſe *die XXV. Martii ipſo die ſalutifera Reſurrectionis Chriſti*.

II. *Obitus Omari Chalifæ.* Obiit hoc anno *Umarus* Saracenorum Calipha, ſeptimo Idus Februarias; Elmacinus enim in Hiſtoria Sarac. teſtatus mortem ejus contigiſſe anno Hegiræ CI. die XXIII. menſis ſeptimi ſeu *Rageb*, ideſt, ſeptimo Idus Februarias præſentis Chriſti anni. Eo mortuo *Izit* ejus frater jam Regni Collega ſolus imperare cœpit, annoque ſequenti Galliam Narbonenſem adortus eſt, ut tunc oſtendemus.

III. Ad num. II. Auctor de Geſtis Francorum cap. 53. de Chilperico Rege Francorum ſcribit: *Regnavit annis V. & dimidio. Franci vero Theodoricum ad Cala Monaſterium enutritum, filium Dagoberti Junioris, Regem ſuper ſe ſtatuunt, qui uſque nunc in Regno ſubſiſtit.* Regnum autem inierat anno DCCXV. ideoque mortem ejus in annum ſequentem Cointius perperam differt. [1] Continuator Fredegarii cap. 107. qui hoc etiam tempore vixit, tradit eum regnaſſe *annos ſex*, quia ſcilicet loquitur numero rotundo. *Theodoricus* hujus nominis IV. ſeptennis a patre *Dagoberto* III. relictus fuerat, & educabatur in Monaſterio Calenſi in agro Pariſienſi ſito, unde ei *Calenſis* cognomen inditum. Indeque intelligimus, *Chilperico* nullos filios fuiſſe. [2]

Moritur Chilpericus Rex Francorum.

IV. *Quem antea Eudo Dux Aquitaniæ Carolo reddiderat.* Idem Anonymus de Geſtis Francorum narrato prælio Sueſſionenſi anno ſuperiori commiſſo, ſubdit: *Carolus anno inſequenti Legationem ad Eudonem dirigens, amicitiaſque cum eo faciens: ille vero Chilpericum Regem cum multis muneribus reddidit, ſed non diu in Regno reſedit.* Idem habet Continuator Fredegarii. *Carolus* enim Chilpericum Regem revocare conſtituit, ut ejus nomine Regnum cum minore invidia gubernaret; neque *Eudo* Aquitaniæ Dux conditionem oblatam reſpuit, qui ſibi a Saracenis bellum minitantibus non parum timebat. Annaliſtæ Nazarianus, Petavianus, Tilianus, & San-Dionyſianus, Carolum hoc anno bellum adverſus Saxones geſſiſſe tradunt.

V. *Obitus S. Wilfranni Epiſc. Senonenſis.* Quoad *Sanctum Wolfrannum* Epiſcopum Senonenſem, cujus mortem recitat hoc anno Baronius, ea contigit anno DCXCIII. ut anno DCC. num. I. monſtravimus, quare videnda quæ ibi diximus.

NOTÆ

[1] Cointium erroris arguit hic Pagius, quod obitum Chilperici in ſequentem annum transfert; ſed forte ipſe Pagius notandus, qui anno præſenti Principis hujus mortem illigat; cum hic fateatur regnaſſe annis V. & ſemis; ſuperius vero ad A. 715. 5. ex Diplomate quod laudat deceſſorem ejus Dagobertum anno illo 715. die nono Junii adhuc regnaſſe eruat. Hinc enim multo facilius argueremus Chilpericum ad exordium uſque ſequentis anni vitam producere potuiſſe. MANSI

[2] *Indeque intelligimus Chilperico nullos filios fuiſſe &c.* Id ergo lubens admitto; ſed Pagius idem, immemor eorum quæ hic ſcripſerat, Childericum III. Chilperici hujus II. filium ſtatuit; ait enim ad annum 742. 25. *Sequitur eum parentem habuiſſe Chilpericum Regem II. Danielem appellatum.* MANSI

I. Romanum Concilium.

Septingenteſimus vigeſimusprimus odeſt annus quarto Indictione, quo Nonis Aprilis a Gregorio Romano Pontifice congregata eſt Romæ Synodus, cui interfuerunt Epiſcopi vigintiduo. De qua in primis ille corrigendus eſt error, quo aſſeritur ſub Gregorio tertio hujus nominis eſſe celebratam. Ex nota enim Indictionis quartæ, & numero annorum Imperii Conſtantini, nempe ſecundo, dicendum plane eſt, hoc anno habitam eſſe; quæ omnia ſub Gregorio tertio nullo modo convenire ſimul poſſunt. Feciſſe reperitur in hoc Concilio Pontifex Conſtitutum adverſus illicita conjugia. Videre eſt ex ejus actis quo modo Pontifex ſoleret facere Conſtitutum, quod idem eſt, quod decretum. Quod autem ejus acta brevia ſint, licet admodum depravata, hic tibi reddenda putavimus, quibus hæc inſcriptio præficitur his verbis:

In nomine Domini Salvatoris Dei noſtri Jeſu Chriſti, imperante piiſſimo Auguſto Leone a Deo coronato magno, & pacifico Imperatore anno ſexto, poſt Conſulatum vero ejus anno ſexto; ſed & Conſtantino ejus filio, anno ſecundo, menſe Aprilis Indictione quarta, præſidente ſanctiſſimo Gregorio Apoſtolico Papa in baſilica beati Petri Apoſtolorum principis ante Confeſſionem, conſidentibus etiam ſanctiſſimis Epiſcopis, &c. Quorum nominibus ſingulis recitatis, hæc ſubſequuntur: *Gregorius ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa ante corpus beatiſſimi Petri in Synodo reſidens dixit:*

II. Præfatur Pontifex.

*Cum ſimus Dominicæ plebis ſuperna miſeratione rectores, ſtudioſius nos convenit Dei præſidium pro eorum ſæpe rogitare ſalute, ne decreditis fruſtratiſque (quod abſit) animabus inſidiis antiqui hoſtis ante paſtorem omnium (niſi ſuccedat præveniendo de offenſis correctio) diſtrictam cogamur ſolvere rationem; dumque perpendo, vel ad animum reduco, quanta circumſpectione, nos oporteat invigilando contra ſui cujuſque ſceleris nequitiam obviare, & ſi quando inſilierit ad perturbandas fidelium mentes, adjutorio ſuperno ictui ejus reſiſtere; valde concutior, & nimis tabeſco, ne ſerpentina calliditate (quod abſit) leviores quoſque decipiat. Deo vero favente ſolicitudine nimia, animæquiore mente, divino juvamine freti, pro ſalute omnium ſtudere debemus, ut inconfuſo vultu, non de fraude cujuſquam perculſi, aſſiſtere æterno judicis mereamur, & vocem audire inquientem (a): Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui. Hic namque eſt quod ingemiſcens dico, quia populi Chriſtiani aliquos per provinciam Italiam commorantes, audio temere contra Catholicam Fidem & Patrum ſtatuta * patrare, ut Deo ſacratas feminas ducere præſumant mulieres, & propinquas in conjugio ſocient. Quod opportunum eſt ſpirituali amputari mucrone, atque ſi veſtræ placeat ſanctitati, radicitus evelli, ne ſeges boni agricolæ zizaniorum mixta horrentibus frutetis ſordeſcat.*

(a) Matth. 25.

Adverſus feminas virorum antea demiſſorum conjugia repetentes.

* peccare

III.

Sanctiſſimi Epiſcopi ſeu venerabiles presbyteri reſponderunt: Vere cognoſcimus gratia Spiritus ſancti cor Apoſtolatus veſtri ſuccenſum; & ut radicitus tantæ miſeriæ ſqualores a fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixum, aditu talis miſeriæ obſerata, ſalutari antidoto curetur (ſicut bene proviſum eſt) interdictione anathematis; ne denuo hoc quiſquam Romanus, Longobardus, vel cujuſque ſit gentis, ſacrique baptiſmatis unda lotus attentet; ut non tanti piaculi mole oppreſſus præcipitationem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus evellatur. Poſt hanc

---

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLIX. Anno Hegiræ CIII. Inchoato die 2. Julii fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6214.

☉ 2. E. ☽ 19. P. 20. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 721.

GREGORII II. PAPÆ 7.

LEONIS ISAURI IMP. 5.

CONSTANTINI COPRONYMI 2.

A.C. 721. I.

A Num. I. ad VI. In parte III. Diſſert. Hypat. cap. 4. num. V. & in Prolegomenis ejuſdem Diſſert. num. XLVI. jam obſervavimus annum, quo Concilium Romanum ſub Gregorio II. *Nonis Aprilis* celebratum, alium non eſſe, quam currentem, ideoque quam quintum Leonis Aug. licet in ejus exemplaribus modo annus V. modo annus VI. ejuſdem Imper. legatur. In exemplari, quo uſus eſt Baronius, habetur: *Imperante Piiſſimo Auguſto Leone anno ſexto, poſt Conſulatum vero ejus anno ſexto: ſed & Conſtantino ejus filio anno ſecundo, menſe Aprili, Indictione quarta.* In editione Labbeana *anno VI. poſt Conſulatum vero ejus anno XVI. ſed & Conſtantino Novo Imperatore ejus filio anno II. menſe Aprili, Indictione IV.* Ubi in margine loco, *anno XVI.* Labbeus reponit, *anno VI.* Mabillonius in Præfatione part. II. Seculi IV. Benedictini cap. VII. num. CVI. refert eandem ſubſcriptionem iiſdem, quibus Baronius verbis; ſitque eam legi, tum in fronte, tum in fine Decretorum Gregorii II. in veteri exemplari

Concilium Romanum primum.

hanc omnium conſonam reſponſionem. Gregorius Apoſtolicus Papa ante corpus memoratum venerabilis Chriſti Apoſtolorum Principis inſerendo ſententiam, dixit:

Si quis presbyteram duxerit in conjugium anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio: Anathema ſit.

Si quis diaconam in conjugium duxerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio: Anathema ſit.

IV. Quæ Presbyteræ, & quæ Diaconæ. *Si quis monacham, quam Dei Ancillam appellamus, in conjugium duxerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio: Anathema ſit.* Quas audis Presbyteras, Diaconas, erat harum diſcreta ratio: ſiquidem Presbyteræ, & Diaconæ, ut alias ſuperius meminimus dixiſſe, erant illæ, quæ ex mutuo conſenſu a viris ad ſacros Ordines promotis relinquebantur, quæ tenebantur caſtitatem ſervare; quarum ſi viri ad Diaconatum promoti eſſent, Diaconæ dicebantur ſive Diaconiſſæ; ſi ad Presbyteratum, Presbyteræ: diverſæ erant hæ a monialibus, quæ virgines erant, & perpetuam virginitatem Deo profitendo vovebant. Quod autem hoc potiſſimum tempore ejuſmodi vepres exortæ fuerint in agro Dominico Occidentalis Eccleſiæ, ex Orientali puto manaſſe decreto. Etenim quod vulgatum ubique eſſet in appendice ad ſextam Synodum, Orientalis Eccleſiæ Epiſcopos canones edidiſſe, quibus juberetur, ne qui aſſumerentur ad ſacros Ordines, conjugem, quam habebant, dimitterent; in Occidentali vero Eccleſia ſecus, quæ ejuſmodi canonem recipere omnino renuit; nonnullæ ex ipſis, quæ a viris ſic ea conſenſu dimiſſæ eſſent, quod ad viros ſuos redire non permitterentur, ſicut Orientales Presbyteræ recipi juſſæ a viris ſuis; levitate & procacia muliebri aliis ſe viris junxerunt titulo matrimonii, quos Pontifex una, & Patres ſimul ſancientes decretum, anathemari ſubiiciunt.

Statutis igitur in eadem Synodo adverſus illicita conjugia anathematiſmis ultimo loco ab eodem Gregorio Papa in clericos comam relaxantes inflictum eſt pariter anathema. Quibus ſtatutis appoſita eſt omnium, qui interfuerunt ſubſcriptio, atque ipſius Pontificis primo loco hoc modo, V. Sincredus Epiſc. Toletanus.

Gregorius Epiſcopus ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ huic conſtituto a nobis promulgato ſubſcripſi. Subſcripſerunt, & alii, inter quos, qui tunc repertus eſt in Urbe Sincredus Epiſcopus ex Hiſpania, vel Archiepiſcopus, ut ſuperius nominatur. Toletanum hunc fuiſſe Archiepiſcopum (a) tradunt, qui civitate exciſa, ad Romanam Eccleſiam totius Chriſtianæ religionis aſylum confugerit. Subſcriptus eidem Synodo reperitur Pictus Epiſcopus Scotiæ; diverſæ enim cauſæ longe poſitos Epiſcopos duxerant Romam. Numquam autem caruiſſe Urbem peregrinis Epiſcopis, Synodus illic celebratæ declarant. Sincredus autem eo quietiori animo Romæ quieſcebat, quo ſciret ſe accepiſſe ſucceſſorem Urbanum Epiſcopum; qui tamen quod ſederit vivente adhuc Sincredo, inter Toletanos Epiſcopos apud veteres non reperitur adnumeratus.

(a) *Roderic. rer. Hiſpan. l. 3. c. 16. 18.*

VI. Quod vero pertinet ad res Orientales, Theophanes nihil præterea habet hoc anno,

PAGIUS plari MS. in Bibliotheca San-Germanenſi aſſervato, ac pariter in alio antiquo Codice; niſi quod in ſubſcriptione nonnemo ſecunda manu adiecit, *decimo*, poſt hæc verba, *poſt Conſulatum ejus anno ſexto*, concluditque, indubie legendum eſſe, *anno ſexto*, ut etiam, inquit, Collectio Canonum ſub Clemente II. exarata oſtendit. Verum cum certum indubitatumque ſit, Leonem Imperium anno DCCXVII. die XXV. Martii iniiſſe, quomodo currenti Chriſti anno, menſe Aprili, annus ſextus Imperii Leonis, annuſque pariter ſextus ejus Conſulatus a tempore Conſtantini Pogonati per modum Tribunitiæ poteſtatis ab Imperatoribus geſti in curſu eſſe potuit; cum exinde Imperatores uno eodemque die Imperium & Conſulatum ſuſceperint, ac tot Conſulatus quot Imperii annos numeraverint, ut in laudata Differt. demonſtravi? Librarii igitur Imperii & Conſulatus connexionem non capientes, numeros depravarunt, tam in hic Gregorii II. literis, quam in variis aliis, quod mirum videri non debet; cum antequam præfatam Diſſertationem in lucem emiſiſſem, ea etiam Eruditos omnes lateret. Legendum itaque: *Imperante Domino Piiſſimo Aug. Leone anno V. poſt Conſulatum vero ejus anno V. &c.* [1]

II. Ad num VI. Theophanes anno Incarnat. ſecun-

NOTÆ [1] DE anno quo Concilium hoc Romanum celebratum fuit, licet nihil certi habeam, quod proferam, cum ejus inſcriptio perſpicue mendoſa ſit; conjecturam Eruditis proponere, totamque eorum judicio permittere liceat. Concilium hoc nonis Aprilis habitum fuiſſe ex ipſa ejus ſubſcriptione liquet. Certum eſt autem Concilia veteri ritu die dominica vel feria II. inchoari conſueviſſe, ut ipſe Pagius non ſemel agnoſcit, præſertim ad A. 553. 9. Cum igitur nonæ Aprilis non quidem hoc anno, at ſequenti 722. in Dominicam caderent, hinc datur ſuſpicandi ratio, hanc eſſe Concilio ſedem conſtituendam; atque ita annus VI. Leonis, qui in fronte ejus concilii exhibetur nihil mendi præferet, & emendatio tota ad annos Conſtantini, & indictionem pertinet. Tota ergo inſcriptio ita reformanda eſſet: *Imperante Domino &c. Leone anno VI. & P. C. ejus anno VI. ſed & Conſtantino filio ejus anno III. Indictione V.* MANSI

Impoſtor Chriſtum ſe eſſe ſimulans.

no, niſi quod Syrus quidam impoſtor apparuit, ſe ſimulans eſſe Chriſtum, atque eo modo ſeduxit Hebræos, putantes eum vera eſſe Chriſtum: Porro hæc ipſa, ut de-

PAGIUS

Impoſtor Meſſiam ſe eſſe ſimulat,

eundem Alex. DCCXII. Kalend. Septemb. anni Chriſti DCCXIX. inchoato, refert quendam *Syrum* Chriſtum Dei Filium ſe eſſe mentientem Hebræos ſeduxiſſe. Sed hoc citius quam par erat, narravit Theophanes, recteque Baronius, licet contra ejus mentem (eum enim citat) hæc ad præſentem annum refert. Marca quippe lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 1. num. XI. obſervat ex Iſidoro Pacenſi, tempore Præfecturæ Hiſpaniæ *Ambizæ* hoc anno ei a Calipha commiſſæ, ut mox oſtendam, *Serenum* quendam Judæum in Hiſpania ſe pro Meſſia jactaſſe; cumque eam ſtultitiam quibuſdam male ſanis verbis perſuaſiſſet, illos balatronem iſtum ſecutos in Judæam, abdicatis patrimoniis ſuis ſeſe contuliſſe, iliaque ut vacantia fiſco adjudicaſſe *Ambizam* præfatum. Quæ obſervatio deſumta eſt ex Codice MS. Iſidori Pacenſis in Bibliotheca Collegii Navarrici tunc aſſervato, idque ad calcem Hiſtoriæ Roderici Toletani. Codex ille nunc non reperitur, fruſtraque a me quæſitus.

III. *Saraceni Galliam Narbonenſem adoriuntur.*

Rodericus Toletanus in Hiſtoria Arabum cap. XI. refert geſta hoc anno a *Zama* Saracenorum in Hiſpaniis Præfecto, aitque: *Zama, qui tribus annis Ducatum tenuit in Hiſpaniis* (ab anno ſc. Chriſti DCCXVIII. uſque ad currentem) *proprio ſtylo deſcripſit vectigalia Hiſpanorum; & quod prius indiviſum ab Arabibus habebatur, ipſe partem reliquit militibus dividendam, partem fiſco de mobilibus & immobilibus aſſignavit, & Galliam Narbonenſem diviſione ſimili ordinavit, & Francorum Gentem bellis frequentibus ſtimulavit, & Narbona ob tuitionem patriæ electos milites collocavit.* Alahorus ejus Deceſſor Narbonenſem Galliam fruſtra tentaverat, ſed eam Zama in ſuam poteſtatem redegit, ut narrat Iſidorus Pacenſis: *Poſtremo*, inquit, *Narbonenſem Galliam ſuam facit, Gentemque Francorum frequentibus bellis ſtimulat, & ſeditas* (ideſt, ſtationes militum) *Saracenorum in prædictum Narbonenſe Oppidum, ad præſidia tuenda, decenter collocat.* Porro ex Iſidoro, qui res a Zama geſtas ſtylo valde barbaro deſcripſit ſua mutuatus eſt Rodericus.

IV. *Narbona Civitas munitiſſima a Saracenis occupata.*

Auctor Chronici Moyſſiacenſis, ab Andrea Ducheſnio publicati, hanc Narbonis obſidionem narravit, ſed Ducheſnius uſus eſt mendoſiſſimo apographo in ſua editione; in ea enim legitur: *Soma Rex Sarracenorum nono anno, poſtquam Spaniam ingreſſi ſunt, Narbonam obſidet, obſeſſamque capit; Viroſque Civitatis illius gladio perimi juſſit, mulieres vero vel parvulos captivos in Spaniam ducunt.* Quod factum anno Chriſti DCCXV. in illo Chronico adſcribitur; cum tamen in contextu ad annum nonum occupatæ Hiſpaniæ referatur. Verum Baluzius, qui vidit veterem Codicem ex quo illud Chronicon deſcriptum, nunc in Bibliotheca Colbertina ſervatum, teſtatur ibi legi: *Sema Rex Sarracenorum poſt nono anno, quam in Spania ingreſſi ſunt Sarraceni, Narbonam obſidet*, &c. additque, ita etiam haberi in vetuſtis Annalibus Anianenſis Monaſterii. Hæc Baluzius habet in notula ad lib. 3. Marcæ Hiſpanicæ num. VIII. ubi Marca obſervat, Zuritam depravatum etiam Codice Chronici Moyſſiacenſis uſum ſcribere, *Zemam* obſediſſe Narbonam anno DCCXV. & Marianam huic teſtimonio innixum ſcribere, ſe eo anno invexiſſe Narbonem & Mauris fuiſſe occupatam; & quia id, nondum pacatis Hiſpaniis, terreſtri exercitu confici non poterat, Marianam fingere varias manus ex Africa ad famam rei bene geſtæ ſe ſe, examinum inſtar in varias Imperii Gothici partes infudiſſe. Tandem concludit Marca, certam invaſæ primum a Saracenis Galliæ Gothicæ epocham, *Zamæ* auſpiciis, eſſe annum Ducis illius tertium, & undecimum Imperii Saraceni in Hiſpania; qui ex ſupputatione Iſidori in annum DCCXXI. incidit, ex aliorum vero calculo ad annum DCCXXIV. ſubmovendus erit. Ita recte Marca; loco enim ſuo demonſtravimus, Saracenos Hiſpanias anno Chriſti DCCXI. in ſuam poteſtatem redegiſſe, & vulgarem ſententiam, quæ hanc invaſionem cum anno Chriſti DCCXIV. alligat, prorſus falſam eſſe. In Chronico itaque Moyſſiacenſi edito, loco *Soma Rex*, legendum, *Zama Rex*, Præfecti enim illi Reges etiam vocabantur. In exemplari vero MS. a Baluzio laudato loco, *Sema Rex*, legendum, *Zama Rex*, & loco, *poſt nono Anno*, legendum, *poſt undecimo anno*; vel potius Chronographus annum illum nonum ab anno DCCXII. exorditur, excluſo ſcilicet anno ingreſſus Saracenorum; qui numerandi modus ab aliis Scriptoribus etiam uſurpatus.

Hæc currenti anno contigiſſe oſtendit idem Iſidorus, qui ait, ſupervenientem *Eudonem* cum validis copiis *Zamam* acie victum caſtris & vita exuiſſe, ingenti edita Saracenorum ſtrage. Quod ex Iſidoro accepit etiam Rodericus Toletanus loco laudato. De eodem hæc pariter verba Chronici Moyſſiacenſis & Annalium Anianenſium, poſt illa quæ paulo ante deſcripta ſunt, recitat Mates laudatus: *In ipſo anno, menſe tertio, ad obſidendam Toloſam pergunt; quam dum obſiderent, exiit eis obviam Eudo Princeps Aquitaniæ cum exercitu Aquitanorum vel Francorum, & commiſit cum eis prælium, & dum præliare cœpiſſent, terga verſus eſt exercitus Saracenorum, maximaque pars ibi cecidit gladio.* Annum rei geſtæ memorant Annaliſtæ Nazarianus, & Petavianus. Primus ait: *Anno DCCXXI. ejecit Hiudo Sarcinos de Aquitania.* Alter: *Anno DCCXXI. expugnavit Eodo Saracenos de terra ſua.* Denique hoc anno *Izit* Caliphæ, *Azam* Præfectum in Hiſpanias miſit, ſi fides ſit Roderico citato, qui cum ei tribuat annos II. & dimidium, ſcribatque *Ambizam* anno Hegiræ CIII. qui die prima Julii hujus anni inchoatus fuit, Principatum Hiſpaniæ ſuſcepiſſe, cum ſe ipſo pugnat, ideoque cum Marca laudato poſt Zamam *Ambiza* collocandus eſt, cujus Principatus hoc anno Chriſti deſinente inchoatus. Recte itaque Anonymus Andaluſianus *Ambaſa*, ſeu *Ambeſa*, aut *Ambiza* Præfecturam hoc anno collocat, & Iſidorus Pacenſis de Zama ſcribit: *Tunc in Occidentis partibus multa illi* (nempe Omaro Caliphæ menſe Februario anni præcedentis demortuo) *perveniunt proſpera, atque per Zama nomine tres minus paulalum annos* (ab an. nempe DCCXVIII. ad currentem) *in Hiſpania Ducatum habente, Ulteriorem vel Citeriorem Iberiam* (ex Codice Mazarin impreſſi enim habent Imperium) *proprio ſtylo, ad vectigalia inferenda deſcribit prædia & manualia, vel quidquid illud eſt, quod olim prædabiliter indiviſum retemptabant.* Vide dicta anno DCCXII. num. X.

V. *Saraceni irrito conatu Toloſam obſident.*

VI. Mortuus eſt hoc anno *Sanctus Joannes Beverlacenſis* Epiſcopus Eboracenſis, cujus varia miracula narrat Beda lib. 5. cap. 2. & ſeqq. ſub-dit-

deciperentur a pſeudoprophetis Judæi, *Ann. Eccl. Tom. XII.*

ſæpe ſæpius paſſos eſſe, quæ ſuperius dicta ſunt, docent, P p An-

PAGIUS

Obitus S. Joannis Epiſc. Eboracenſis.

ditque; *Manſit in Epiſcopatu annos triginta tres, & ſic Cœleſtia Regna conſcendens ſepultus eſt in porticu Sancti Petri in Monaſterio ſuo quod dicitur in Sylva Deirorum anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo viceſimo primo. Nam cum poſt* (ſcilicet poſt annos illos XXXIII.) *præ majore ſenectute, minus adminiſtrando Epiſcopatui ſufficeret, ordinato in Epiſcopum Eboracenſis Eccleſiæ Vuilfrido Presbytero ſuo, ſeceſſit ad Monaſterium ſuum præfatum, ibique vitam in Deo digna converſatione complevit.* Henſchenius ad diem VII. SS. Menſis Maii refert ejus Vitam, quam collegit *Folcardus Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Cantuariæ Monachus, ad precem & inſtantiam Aldredi Archiepiſcopi Eboracenſis*, uti præfert titulus illi præfixus; quæ ideo ſcripta fuit undecimo Eccleſiæ ſæculo, quo *Aldredus* Eccleſiam Eboracenſem rexit. Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. I. refert Epitomen ejuſdem Vitæ a Folcardo ſcriptæ, & Folcardum perperam confundit cum Folcardo Monacho Sithivenſi, qui vitam Sancti Bertini Abbatis Sithivenſis ſcripſit, quod refellit laudatus titulus, quem non viderat. In ea Vita dicit Folcardus Joannem *Nonis* Maii vitam feliciter finiiſſe, indeque varia Martyrologia ab Henſchenio laudata Natale ejus memorant ad diem VII. Maii. Beda citatus cap. 2. de Alfrido Northumbriæ Rege loquens ait: *cujus Regni principio defuncto Eata Epiſcopo, Joannes, Vir Sanctus, Auguſtaldenſis Eccleſiæ Præſulatum ſuſcepit*, ideoque anno Chriſti DCLXXXVI. Joannes Epiſcopus creatus, ut anno DCLXXXVII. num. XII. monſtravi. Quare Sanctus Joannes anno ſeptingenteſimo decimo octavo Epiſcopatum depoſuit, & quadriennio incompleto in Monaſterio ſuo Beverlacenſi, quod in ſylva Deirorum ædificaverat, cuique Sanctum *Berethunum* ſuum diſcipulum Abbatem præfecerat, Monachus vixit. In Fragmento enim Vitæ Sancti Brithuni ſeu Berethuni apud Capgravium, & in alio Fragmento Tom. I. Monaſtici Anglicani pag. 169. recitato dicitur, *Joannem* relicto Epiſcopatu quatuor annos tranſegiſſe in Beverlac. Ricardus vero Prior Haguſtaldenſis cap. 13. habet annos tantum tres, indeque Henſchenius videns, Folcardum ſcribere Joannem manſiſſe in Epiſcopatu *triginta tribus annis, octo menſibus, & tredecim diebus*, exiſtimavit hos Auctores deceptos eſſe, & Joannem vix decem menſes annumque integrum poſt depoſitum Epiſcopatum ſupervixiſſe. Verum cum certum ſit, *Vuilfridum* Juniorem anno DCCXVIII. in Eccleſia Eboracenſi ſedere cœpiſſe, ut an. DCCXXXI. evidenter oſtendam, non dubium, quin Folcardus calculos male poſuerit, aut ſaltem quin anni illi XXXIII. menſes VIII. cum diebus XIII. mendoſe deſcripti fuerint.

Per annos illos XXXIII. Joannes modo Auguſtaldenſem Eccleſiam, modo Eboracenſem, modo neutram exauctoratus adminiſtravit. Mabillonius & Henſchenius citati eum Archiepiſcopum Eboracenſem cum Folcardo Monacho perperam appellant, cum poſt Paulinum Sedes Eboracenſis uſque ad Egbertum, annumque Chriſti DCCXXXV. Epiſcopalis tantum fuerit. S. Wilfridus anno DCLXXXVII. Epiſcopatum ſuum accepit, ut eo anno oſtendimus, & Joannes Beverlacenſis, qui defuncto *Eata* Epiſcopo Præſulatum Auguſtaldenſis Eccleſiæ nuper ſuſceperat, ut *Boſa*, qui ſedebat Eboraci, exauctorati ſunt. Poſt quinquennium Wilfridus iterum in exilium miſſus eſt, & *Boſa* Sedem Eboracenſem repetiit, *Joannes* Auguſtaldenſem, ut anno DCLXXXVII. expoſuimus. Tandem an. DCCV. Wilfridus *in Epiſcopatum Auguſtaldenſis Eccleſiæ*, inquit Beda lib. 5. cap. 3. receptus eſt; tranſlato Eboracum *Joanne*, qui Boſæ nuperrime mortui locum teneret. A quo an. ad DCCXVIII. Joannes Eccleſiam Eboracenſem adminiſtravit. Neque enim *Sanctus Joannes*, ſed *Acca* Wilfrido Seniori anno DCCIX. viro ſancto ſucceſſit. Porro Joannes dicitur ſediſſe annos XXXIII. licet per quinquennium *Vuilfridus* Epiſcopatum Auguſtaldenſem obtinuerit, eo fere modo quo *Vuilfridus* dicitur Eboracenſem Eccleſiam per annos XLV. rexiſſe, quamvis intra tempus illud non ſemel ſine Epiſcopatu vixerit. Baronius anno DCCXXXI. num. XVIII. ut probet Bedam a Joanne Beverlacenſi Diaconum ordinatum non fuiſſe ante annum DCXC. dicit Joannem juxta Bedam ſedere cœpiſſe anno DCLXXXVIII. ſediſſe annis XXXIIII. deceſſiſſe vero anno DCCXXI. ideoque Bedam ante annum DCLXXXVIII. Diaconum a Joanne ordinari non potuiſſe. Verum *Joannes* anno DCLXXXVI. Epiſcopus conſecratus fuit, annoque DCCXVIII. Epiſcopatum depoſuit, ut mox vidimus. De egregiis *Joannis Beverlacenſis* virtutibus legenda ejus Vita.

VII. *Sedes Eboracenſis Epiſcopalis tantum fuit uſque ad annum DCCXXXV.*

Saraceni in Imagines graſſantur, ut anno DCCXXIII. dicemus.

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. II. ANNUS	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS
722.	9.	7.

I. *Leo Imp. cogit Judæos baptizari.*

ANnus adeſt Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimusſecundus indictione quinta, *quo* (inquit Theophanes) *Leo Imperator coegit Judæos, & Montanos baptizari. At vero Judæi baptizati contra propoſitum ſuum diluerunt baptiſmum, & comedentes ſancto munere participabantur, & contaminabant fidem. Porro Montani divinantes ſibi, & definientes fidem, domos introierunt errori ſuo deputatas, & incenderant ſemetipſos.* Hæc Theophanes: eadem Cedrenus. Sed quoſnam per Montanos intellexerit Theophanes, qui adeo baptiſmum exhorreſcerent, nos latet; non enim potuerunt hæc dici de priſcis illis hæreticis Montanum ſectantibus, ſiquidem ii baptiſmum non reiiciebant: niſi forte dicamus, per Montanos hæreticos intelligi Manichæos, qui de civitatibus pulſi, incolerent montes. Scimus enim eumdem Imperatorem inſequutum eſſe Manichæos in Armenia degentes; adverſus quos (ut dictum eſt ſuperiori tomo) prædeceſſores Imperatores Conſtantinus Heraclii nepos, & Juſtinianus junior egerunt, nec penitus eos extirpare valuerunt, ſemper exciſis capitibus in ſobole pullulantibus. Poſt enim flammis datos a Juſtiniano omnes, quos reperit Manichæos, unus dumtaxat Paulus Armenus fuga lapſus eſt cum filiis duobus Geneſio, & Theodoro, quorum alteri, nempe Geneſio, Thimothæi nomen impoſuit. De hoc cum accepiſſet Leo Imperator, Conſtantinopolim cum vocavit: quæ autem cum venit, facta ſint, Lucas Siculus, qui claruit ſub Baſilio Imperatore, & in illis regionibus verſatus eſt, de iiſdem Manichæis hiſtoriam Græcè ſtylo proſequitur his verbis.

De Manichæis in Armenia degentibus.

II. *Timotheus Manichæorum Antiſtes.*

De quibus omnibus, Manichæis ſcilicet in Armenia pullulantibus, cum certior factus fuiſſet Imperator, Geneſium protinus acciri jubet cognomento Thimotheum, vel ut aptius dicam Thymotheum (ita auctor, quod Τιμόθεος, honor Dei, interpretetur, Θυμόθεος, ira Dei) *eumque ad Patriarcham mittit Conſtantinopolitanum. Hunc ergo ut vidit Patriarcha, quæſtionem ordine inſtituens, Cur (ad eum ait) Orthodoxam Fidem negaſti? At ille: Anathema, inquit, qui Fidem Orthodoxam negat: Orthodoxam Fidem vocans ſuam ipſius hæreſim. Tunc iterum Patriarcha: Quare non credis, nec adoras venerandam Crucem? Et ille: Anathema, inquit, qui non adorat, & colit venerandam ac vivificam Crucem; Crucemque intelligebat Chriſtum ipſum, manibus expanſis crucem efformantem. Cui rurſum Patriarcha: Cur non colis nec adoras Deiparam ſanctam? At ille: Anathema, inquit, qui ſanctiſſimam Deiparam non adorat, communem omnium noſtrum matrem, in quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus introivit: hanc autem volebat eſſe ſupernam Hieruſalem, in quam præcurrens Chriſtus pro nobis ingreſſus eſt. Interrogabat demum Patriarcha, quæ cauſa eſſet, cur immaculatum Domini noſtri Jeſu Chriſti corpus, & pretioſum ejus ſanguinem non participas, ſed vilipendis ipſum? Cui Thimotheus: Anathema, inquit, qui non fecerit, aut qui ſpernit corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti. De ipſis enim verbis loquebatur. Similiterque de ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia interroganti reſpondebat: Eccleſiam Catholicam non aliam intelligens, quam ipſa conciliabula Manichæorum. Et de baptiſmo pariter affirmabat, Jeſum Chriſtum ipſummet eſſe baptiſma, & quod ſcripſit: Ego ſum aqua vivens. Atque in hunc modum pravo ſenſu omnia pervertens, & anathema in ſingulis proferens, pro innocente habitus eſt Timotheus. Vitus namque mos fuit Manichæorum, & eorum ab eis*

Secreta Manichæorum.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLX. Anno Hegiræ CIV. inchoato die 21. Junii fer. 2.	ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6215.
	☉. 3. D. ☽ 9. P. 22. April. Indict. 5.
	JESU CHRISTI 722.
	GREGORII II. PAPÆ 8.
	LEONIS ISAURI IMP. 6.
	CONSTANTINI COPRONYMI 5.

A. C. 722. I.

ANum. I. ad VI. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCXIV. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, refert Leonem Imp. *Hebræos & Montaniſtas* ad Baptiſmum ſuſcipiendum coegiſſe. Baronius multis nititur oſtendere, non poſſe hæc accipi de Montani antiqui Hæreſiarchæ ſectatoribus, quod hi a Baptiſma non ſic abhorrerent, ut *Baptiſmate tamquam contracta ſorde ſe* expiarent, quod narrat Theophanes de Montaniſtis de quibus verba facit. Combefiſius tamen in Notis ad Theophanem de illis maxime accipiendum exiſtimat: nec enim, inquit illorum Baptiſma ratum erat, qui ſic in Trinitate, & Spiritu Sancto errarent. Potuit ergo *Leo* ad Eccleſiæ veram Baptiſma cogere, quod ſic illi indigne tulerint, ut ob eam cauſam ſe flammis devoverint, quod de Montaniſtis illis afferit Theophanes. Ipſa prophetia, qua inductos ait idem Theophanes, ad necem ſibi conſciſcendam, character quidam videtur Montani illius Sectæ, qui novo illi Spiritui totum credebant. Timotheus Presbyter Conſtantinop. inter præcipuos errores *Taſcodrugorum*, qui ex Epiphanio hæreſi XLVIII. idem ſunt ac Cataphyges, Paulicianiſtæ, ipſi Montaniſtæ, hunc ponit,

Leo Imp. Montaniſtas & Judæos ad Baptiſmum ſuſcipiendum cogit.

eis deſcendentium hæreticorum, ut quovis modo etiam jurati occultarent quod crederent: eratque in ipſorum ore, & opere lex illa eo verſu conſcripta:

Jura, perjura, ſecretum prodere noli.

Sed pergit Lucas de eodem Timotheo. *Acceptis*, inquit, *ab Imperatore formalibus litteris, Epiſparim* vicum in Armenia, in quo degere conſuevit, *reverſus eſt: coactiſque ſubito ſuis omnibus diſcipulis, cum eis aufugit, deſcenditque ad Deo inviſam Mananalim Manichæorum metropolim apud Sarracenos, ex qua primo prodierat Conſtantinus eorum auctor, de quo ſuperiori tomo dictum eſt. Ibi poſt aliquot annos ad ſummum jam inſaniæ culmen evectus, & furore, rabie, angore, tamquam miſſione a pravis Angelis accepta exagitatus, Deo pœnas expoſcente, fœdo ex inguinis tumore vitam finivit, cum annos ferme triginta impietatis familiam duxiſſet.*

III. Zacharias & Aphronetus Manichæorum primi. *Erat huic filius Zacharias nomine, & mercenarius item puer arte caprarius, quem prope viam olim forte offenderat faſciis involutum, quod ex injuſto ſcilicet, pollutoque thoro natus eſſet: ſolet enim adultera fœtus ſuos in viam proiicere criminis metu. Mortuo igitur Geneſio, diviſi ſunt in factiones ejus diſcipuli. Quidam enim Zachariæ adhæſerunt, alii ſpurio Joſepho (ſic enim vocabatur.) Gravis deinde ſuborta inter utraſque diſſenſionem, qualis inter alios majores ſuos antea fuerat, dum uterque ſpiritus gratiam ſibi infuſam prædicarit, impuri potius ſpiritus agitationem ſuſceperunt. Tandem ira percitus Zacharias, hac ſi paterna hæreditate privandus eſſet, Joſephum Aphronetum lapide feriens, parum abfuit, quin necaret. Nec multo poſt, collectis uterque diſcipulis, clam aufugere deſtinabant: & jam modicum a vico proceſſerant, quum ſuſpicati Agareni eos in Romanorum ditionem tranſire, percontari cœperunt. Zacharias vero Agarenorum impetum videns, relictis diſcipulis, ſolus evaſit: illos enim aſſecuti Agareni gladio ad unum preꝛmerunt: quo nomine graviter ab aliis vituperatus eſt Zacharias, ut qui mercenarium ſe ſuis præbuiſſet, non paſtorem.*

IV. *Joſeph vero, qui & Aphronetus, cum hæc geri videret, curnus converſis, quaſi tenderet in Syriam, dicens Sarracenis, ſe ad lactarium opus, & armenta proficiſci: quo reſponſo contenti Agareni, eos intactos reliquerunt, & abierunt. Ita opportunum fugæ tempus nactus Joſeph Aphronetus, cum ſuis omnibus evaſit; Epiſparimque appelleas vicum a nobis jam ſæpe memoratum, honorifice ab incolis habitus. Omnes ſiquidem accenſis lampadibus, ſingulari honore illum, qui ſumma infamia dignior erat, tamquam Chriſti diſcipulum exceperunt. Quod intuens prius quidam vir ex iis, qui illic erant in Imperio nomine, Cricoraches, magna vi militum domum obſedit, ad quam diverterat Manetis ſectator, atque diſcipulos quidem ejus omnes cepit, ipſe autem fuga lapſus, in Phrygiam exceſſit, ſedemque fixit Antiochiæ Piſidiæ. Qua in urbe triginta* In Phrygiam migrant Manichæi. *annorum curriculo pro eadem hæreſi decertans, auditoribus ſuis affirmabat ſe Epaphroditum eſſe Pauli diſcipulum, ab eoque ad ipſos miſſum. Ego vero jure illum dixerim Aphronetum: valde enim litterarum rudis erat exorſque prudentiæ. Cæterum poſtquam multos illic pravis artibus corrupit, æternique ſupplicii reos fecit, vitam, & ipſe finivit in loco, cui nomen eſt Eſortocopiam.*

V. Bahanes Manichæus. *Quo adhuc ſuperſtite, mulier quædam Armenia ejus diſcipula ab ejuſdem diſcipulis conſtuprata filium ex Habreis (ut fama eſt) edidit, illum inquam nequitia celebrem improbum Babanem, Aphroneto ſuccedens, & hæreſim, quam a majoribus acceperat, homo omnibus flagitiis integram retinens, multoſque ſimplices ad exitium capiens, factus eſt pariter nefariæ ſectæ magiſter.* Hactenus hæc de his, quæ cœpta ſunt (ut vidimus) ſub Leone Iſaurico,

PAGIUS nit, quod βάπτισμα [illegible] aliaque omnia externa ſymbola reſpuunt; eoque primos docuit, quos accedentes ad Eccleſiam oporteat baptizari: ut non mirum præ omnibus hæreticis hos Leonem ad Baptiſmum cogendos duxiſſe, illoſque rem ſic indigne tuliſſe. Quod vero ait de Judæis Theophanes, *cibo communi jam ſancto Sacri Doni ſe conſortes futuros exhibebant, atque adeo fidem contaminabant*, ita explicat Combefiſius, ut eo fidem polluerent, quod intincti Baptiſmo illum eluebant, ſicque eluentes, ac execrantes; ore tenus Sacro Myſteria ac Euchariſtiam percipiebant, quod & præſtitere Granatenſes ex Hiſpania ejecti: & Judæi etiamnum ſibi hoc liberum putant, ut propter Gentium preſſuram, quam vocant, eorum mores ac religionem ſimulent externa, apud quos viſitant, modo alia Judaici ritus quoad eis licet, obſervent, puta Sabbati cultum, circumciſionem, abſtinentiam a cibis immundis, aliaque, quæ dictis Granatenſibus perſancta eſſe, quibus ita multis habitant locis, neminem latet.

II. Petrus Siculus ſcripſit adverſus Manichæos. Cæterum Baronius num. II. de *Manichæis* loquens meminit Hiſtoriæ Petri Siculi *de vana & ſtolida Manichæorum hæreſi*, quam perperam *Lucæ Siculo* tribuit. Hæc Hiſtoria, cujus ipſe tantum partem habuerat a Sirmondo *e* Græco in Latinum verſam, extat nunc integra Tom. XVI. Biblioth. Patrum edit. Lugdun. pag. 753. ex verſione Matthæi Raderi. Deſcribit in illo Opere *Petrus Siculus* Manichæorum originem a Scythiano, Terebintho, Manete cœptam, a Paulo Samoſateno, Conſtantino quodam ac Simeone & Sergio Hæreſiarchis propagatam, ac identidem mutatam: horumque omnium vitam, mortem-

rico, & ad poſteriora ſunt tempora propagata: quæ autem hæc ſequuta ſint, inferius ſuo loco diſturi ſumus: hæc enim, quæ dicta ſunt uſque ad tempora Irenis Auguſtæ pervenerunt, quo Sergius Bahania ſucceſſor cæteros ſuperans impietate innotuit, ut inferius idem auctor affirmat.

VI. Converſio Gentilium per Bonifacium facta.

Quod vero ad Occideotalem Eccleſiam pertinet, hoc anno ipſa mirum in modum in converſione Georium propagatur, ſiquidem hic annus eſt tertius, quo recedens Bonifacius a Clemente Epiſcopo Trajectenſe, non ſolum quamplurimos Friſiorum, ſed & Cattorum, qui contermini ſunt Saxonibus populi, ab idolorum cultu ad Chriſti fidem convertit, & ſacro baptiſmate imbuit. Narrat hæc auctor ex Vuillebaldo in vita ipſius, additque: *Cumque ex eis etiam plurimas converteſſet, & multa hominum millia undis ſalutaribus tinxiſſet, quemdam e ſuis fidelem, Binnam nomine, Romam cum litteris miſit, indicans Apoſtolico Præſuli omnia, quæ per ipſum geſſiſſet Deus, & quantam hominum multitudinem cæleſti gratia illuſtratam ſacro baptiſmo abluiſſet. Tum præterea de rebus variis, quæ ad quotidianam Eccleſiaſticæ regulæ neceſſitatem, populique recens converſi curam pertinerent, prudentem eum conſulens, perſcripſit.*

Bonifacius ſcribit ad Roman. Pont.

Nuntius autem ab eo miſſus Romam, omnia ipſius mandata fideliter exequens, Præſuli Apoſtolico litteras ejus obtulit; aliaſque ab illo, ad quæſtiones propoſitas reſponſa continentes magiſtra ſua referens, celeriter receſſit. Hæc ipſe. Porro viſum eſt Gregorio Pontifici vocare Bonifacium Romam, & eum dignitate inſignire Epiſcopali; quod factum eſt anno ſequenti: agemus de his ſuo loco.

Se-

PAGIUS

temque exponit, ut ſe Tibricæ, dum ibi Legationem obiens pro *Baſilio* Macedone Imper. verſaretur, affirmet didiciſſe a Manichæis quibuſcum diſputando congreſſus erat, & a Catholicis qui alias Manichæi fuerant. De qua Legatione anno DCCCLXXI, quo ea peracta, ſermo erit.

III. *B. Bonifacius relinquit Friſiam, & recuſat Epiſcopatum.*

Ad num. VI. Sanctus Bonifacius, qui in erudiendis Friſiis *triennium* cum S. Willebrordo illius Regionis Epiſcopo inſumpſerat, Epiſcopali dignitate recuſata, eam Provinciam deſeruit, ut Germaniæ partes adiret, ad quas, ſe miſſum a Gregorio Papa dicebat. Rem, ut geſta eſt, in ejus Vita Willibaldus deſcripſit, ſed brevius, clariuſque Othlonus lib. 1. cap. 14. & ſeqq. *Per venerabilem Vuillibrordum Trajectenſis Eccleſiæ Præſulem buccina Cæleſtis Doctrinæ in Friſiam inſonuit. Cujus ſtudio Sanctus Dei famulus Bonifacius omnimodo congaudens & adhærens, per tres continuos annos laboravit cum illo, tam in deſtruendis fanis, quam in conſtruendis Eccleſiis, omnibuſque negotiis Divinis. Unde factum eſt, ut quia prædictus Pontifex ætate jam decrepita gravatus, ſuggerentibus diſcipulis ſolatium ſuæ ſenectuti providere cupiebat, hunc Dei famulum ad Epiſcopalis regiminis ſuſcipiendum gradum, regendumque ſibi commiſſum populum anxie obſecraret. Sed ille talia humiliter reſpuens, minime ſe dignum eſſe Epiſcopali gradu reſerebat,* (quibus ex verbis liquet, eum toto illo triennio nondum Epiſcopum fuiſſe,) *& ut ſibi in annis adoleſcentiæ adhuc conſtituto tanta dignitatis faſtigium imponeret, precibus omnibus inſtabat, atteſtans etiam, quia juxta Canonicæ inſtitutionis præcepta, nec dum quinquageſimi anni ætatem, qui hujus gradus culmine conveniret, pleniter reciperet. Prædicto vero Pontifice* (ſcilicet Willibrordo) *blandis illum verbis increpante, & ad ſuſcipiendum Epiſcopatus ordinem inſtigante, diverſiſque pro hac ſpirituali contentione verbis invicem prolatis, hic Sanctus Vir in tanto agone poſitus, placidum tandem excuſationis ſermonem protulit dicens. Onus regiminis, quod mihi indigno imponere cupis, Sancte Præſul, ſuſcipere non audeo, quia a Beato Gregorio Papa in Germaniam ob evangelizandi cauſam directus ſum, ipſiuſque Legationis gratia, in has barbaras nationes adveniens, ſponte me ſuæ gubernationis imperio ſubjeci. Tantum ergo mandatum præterire, & aliud quodlibet negotium ſubire nullatenus præſumo. Unde, Pater Venerande, obſecro, ut in illas Regiones ad quas a Præſule Apoſtolico miſſus ſum cum tua gratia ſimul & licentia tranſire merear. Hæc audiens Sanctus Vuilibrordus, data benedictione, permiſit eum abire. Ille vero exinde proficiſcens, pervenit ad locum cui nomen eſt Amanaburg, Deum ubique habens comitatorem, cujus etiam virtute atque protectione ſuffultus, quocumque perrexit, ubique Sacræ Doctrinæ notitiam dilatavit. Cumque ingentem populum Domino in Freſia prædicando acquireret, multi ab ejus ſpirituali doctrina educati, ad agnitionem veritatis pervenerunt, adeo ut ſupra dictum locum, cui duo præerant germani, Dietib videlicet & Dierole, Domino Deo auxiliante obtinens, collecta non pauca Fratrum congregatione Monaſterium conſtrueret. Tunc etiam alias Germaniæ partes prædicandi cauſa, adiit, Haſſonia videlicet in Saxonum confinio poſitas.* Ita Othlonus.

IV. *Gregorius & Sturmius adoleſcentes B. Bonifacium ſequuntur.*

Bonifacio præcipuum excuſationis caput hoc erat, quod Evangelii prædicandi cauſa liberam a Gregorio Papa quocunque vellet, eundi licentiam nactus eſſet, idemque relicta Friſia, cujus Epiſcopus erat *Vuillebrordus*, in Germaniam Interiorem ſtatuit proficiſci. Primo autem adiit *Palatiolum*, celebre puellarum prope Treverim ad Moſellæ ripam Monaſterium, cui *Addula* illuſtris Abbatiſſa Dagoberti Secundi quondam Auſtraſiorum Regis noſtro ſæculo cogniti filia, præerat. Porro quem in diſciplinam ſuam tunc accepit *Bonifacius*, adfuit ibidem *Gregorius* puer, ſupra dictæ Addulæ ex Albrico filio legitimus nepos, ut docet Beatus Ludgerus, ipſius Gregorii diſcipulus in ejus Vita. Pontificatum Ultrajectinum poſtea geſſit *Gregorius*, quem hoc anno decimum quintum ætatis annum attigiſſe, & Bonifacium ſequi cœpiſſe, oſtendit Cointius hoc anno num. LI. qui & alibi de illius ætate inter Eruditos controverſa diſſerit. *Bonifacius* Gregorio comite, ut in ejus Vita Ludgerus ſcribit, ad Haſſos & Thuringos profectus eſt; utrorumque enim meminit in ſuis Epiſtolis Gregorius Papa. Luctuoſiſſimus erat *Thuringiæ* ſtatus propter Paganorum viciniam, paupertatemque incolarum prope incredibilem, de qua Ludgerus in prælaudata Sancti Gregorii Vita.

JESU CHRISTI ANNUS 723.	GREGORII PAP. II. ANNUS 10.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 8.

I. SEquitur ordine temporis annus Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimustertius ſextæ Indictionis, quo Gregorius Papa vocavit Romam Bonifacium, quem ante annos quatuor miſerat Apoſtolum in Germaniam: cumque adeo magna ac digna tanto munere ab eo edita facta noviſſet, eumdem conſecrat in Epiſcopum. ☞ Iſta de tempore ordinationis ſancti Bonifacii, cum ex litteris ejuſdem, atque Gregorii Papæ luce clariora reddantur, ut nullas eſſe poſſit dubitandi locus, monemus Lectorem, nuper Acta ejuſdem Bonifacii eſſe edita, quæ admodum depravata in annorum numeris convincuntur, ut in his de quibus agimus, cum ibi ordinatum fuiſſe ipſum Epiſcopum a Gregorio ſecundo, anno Redemptoris ſeptingenteſimo trigeſimooctavo auctor affirmat (a), quo quidem tempore, non Gregorium Secundum, ſed Tertium ſediſſe liquet. Vocatus igitur Romam a Gregorio Secundo Papa, Epiſcopus ordinatur ☜. Ita plane ſecundum illud divinum oraculum accidit (b), quod dicitur: *Numquid mittes fulgura, & ibunt: & revertentia dicent tibi, adſumus?* Ita quidem, ſed & de his, quos cœleſtis imbuit ſpiritus homines miſſos ad myſterium Evangelii, hæc etiam myſtice dicta habes (c): *Animalia ibant, & revertebantur, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Unde ſcias, ſicut Apoſtolos, ita, & Apoſtolicos viros eſſe filios tonitrui appellatos, uti Bonifacius, qui miſſus in Germaniam, fulminis inſtar impietatis deſtruxit munitiones, extollentes ſe adverſus ſcientiam Dei. Romamque vocatus venit de ſuo Apoſtolatu redditurus ſummo Pontifici rationem, de quo iſta ejus vitæ auctor ex Vvilicbaldo (d) poſt alia recenſita ejus egregie facta, ſic ait:

(a) Apud Caniſ. Antiq. lect. tom. 4. pag. 469. in fin. Vit. Boniſ.

(b) Job. 38.

Viri Apoſtolici myſtico fulmina.

(c) Ezech. 1.

(d) Extant apud Sur. to. 3. die 5. Junii.

II. *Poſtquam autem vir ſanctus, lectis Pontificis litteris, ſe inter cætera Romam accerſiri didicit: mox ad ſummum obedientiæ gradum contendens fratrum agmine ſtipatus Italiam petiit, conſpectiſque Romanæ Urbis mœnibus, Deo gratias agens beatorum Apoſtolorum patrocinio, ſe commendavit. Ut autem ejus adventum didicit Romanus Pontifex, confeſtim illum ad ſe evocavit, ſalutatumque familiariter, honorifico Xenodochio commendavit. Deinde opportuno ſe offerente ad colloquendum die, ad beatiſſimi Petri Apoſtoli Eccleſiam venire juſſus eſt. Cumque ſe invicem mutuis expleſſent ſermonibus, Pontifex de Symbolo, & Fidei Catholicæ traditione ſciſcitatus eſt. Reſpondit autem vir ſanctus: Tantæ quæſtioni, Domne Apoſtolice, in ſermone familiari non facile poſſum ſatisfacere: oro itaque, ut fidei, quam a me exigis, conſcribendæ mihi tempus largiaris: ſicque eam ex ſcriptis Pontifici obtulit.*

Bonifacius ſcriptis confitetur fidem Catholicam.

III. *Pontifex poſtquam ea ſcripta perlegit: ſibi eum aſſidere jubet, ut eam fidem conſtanter retineat, & accurate doceat, hortatur. Multa deinde de ſpirituali vita religione cum illo conferens, ita ut nonnumquam pene integrum diem mutua inter ipſos colloquia abſumerent, ad extremum quot populi idololatræ ejus opera crediderint, ex eo percontatur. Ubi ad ea reſpondit vir ſanctus, Pontifex ei ſuam aperit voluntatem, quod eum decreverit Epiſcopum ordinare, ut eo majori conſtantia errantes corrigeret, & ad viam veritatis revocare poſſet, quo ſit ampliori Apoſtolicæ dignitatis auctoritate ſuffultus: tantoque apud omnes conciones ejus gratioſiores ſint, quo certius conſtaret, a Præſule Apoſtolico ipſum, ut concionetur, eſſe deſtinatum. Tum vir Dei ſagaciter perpendens, metuenſque ne illud propheticum in ipſum competeret (e): Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: tantæ benedictionis gratiam minime recuſavit. Ut autem adfuit dies ordinationis ejus, qui fuit pridie* Ka-

(e) Pſ. 108.

PAGIUS SAEC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXI. Anno Hegiræ CV. inchoato die 20. Junii fer. 5. A.C.755.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6216.

☉ 4. C. ☽ 2. P. 28. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 723.

GREGORII II. PAPÆ 9.

LEONIS ISAURI IMP. 7.

CONSTANTINI COPRONYMI 4.

I. ANnum I. ad XVII. Sanctus Bonifacius Evangelium in Haſſia & Thuringia feliciſſimo ſucceſſu prædicavit: *Tunc*, inquit Beatus Ludgerus in Vita S. Gregorii Ultrajectini Epiſcopi, *priores & prudentiores Francorum, qui electum Dei Martyrem Bonifacium, ejuſque diſcipulos, Venerabilem Gregorium & Socios ejus in tanta virtute operum & fortitudine conſtantia eſſe & intelligere potuerunt, cœperunt eis & ſua offerre diligenter de die in diem, & laudem tanta beatitudinis & unitatis apud Regem Francorum, Seniorem videlicet Carolum (qui* Rex dictus, quia rerum Summa apud eum erat) *non celare. Cœpitque & ipſe Rex Virum Dei Bonifacium velle videre, juſſitque eum venire ad ſe. Qui cum veniſſet, non ſtatim in initio honore ſibi condigno exceptus eſt a Rege, ſed ſic competenter dilatus quia fuerunt quidam Pſeudo-Doctores & adulatores, qui famam Sancti Viri & diſcipulorum ejus obfuſcare & impedire co-*

S. Bonifacius in Haſſia & Thuringia Evangelium prædicat.

Kalendas Decembris, id eſt, in ſancti Andreæ Apoſtoli feriis, Pontifex eum & conſecravit Epiſcopum, & Bonifacium deinceps dici voluit, cum antea Vuilfridus diceretur. Et ut ad obedientiam ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus exhibendam, omnemque ſacræ fidei traditionem obſervandam arctius eum adſtringeret, juramentum ab eo exegit, & accepit: quod quidem in antiquis exemplaribus ita ſcriptum habetur.

IV. S. Bonifacii juramentum. *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Imperante domino Leone magno Imperatore, anno ſeptimo poſt Conſulatum ejus, ſed & Conſtantini magni Imperatoris ejus filii anno quarto incboante ſcilicet, Indictione ſexta, promitto ego Bonifacius, Dei gratia Epiſcopus, tibi, beate Petre Apoſtolorum Princeps, Vicarioque tuo beato Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus ejus per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem ſanctæ Fidei Catholicæ exhibere, & in unitate ejuſdem Fidei, Deo operante, perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe ſine dubio comprobatur: nullo modo me contra unitatem communis, & univerſalis Eccleſiæ, ſuadente quopiam, conſentire; ſed (ut dixi) fidem, & puritatem meam, atque concurſum tibi, & utilitatibus Eccleſiæ tuæ, cui a Domino Deo poteſtas ligandi, ſolvendique data eſt, & prædicto Vicario tuo, atque ſucceſſoribus ejus per omnia exhibere. Sed & ſi cognovero Antiſtites contra inſtituta antiqua Sanctorum Patrum converſari, cum eis nullam habere communionem aut conjunctionem: ſed magis, ſi valuero prohibere prohibebo; ſin minus fideliter ſtatim Domino meo Apoſtolico renunciabo. Quod ſi (quod abſit) contra hujus promiſſionis meæ ſeriem aliquid facere quolibet modo, ſeu ingenio, vel occaſione tentavero, reus inveniar in æterno judicio, ultionem Ananiæ, & Saphyræ incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere præſumpſerunt. Hunc etiam Indiculum ſacramenti ego Bonifacius exiguus Epiſcopus manu propria ſcripſi, atque ponens ſupra ſacratiſſimum corpus ſancti Petri, ita, ut præſcriptum eſt, Deo teſte & judice, feci ſacramentum, quod & ſervare promitto.* Hactenus juramentum, quod & reliqui ordinati Epiſcopi præſtare ſolerent. Subdit vero auctor.

Poſtquam hujuſmodi jusjurandum apud Gregorium Pontificem dedit: ille viciſſim in omnibus eum juvare, provehere, & venerari ſtuduit. Nam libellum, in quo ſacratiſſimæ Eccleſiaſticæ inſtitutionis jura Pontificalibus digeſta conventibus habebantur, ei dono dedit, præcipiens, ut tam Clerus, quam populus ejus regimini ſubdendus iis inſtitutis imbueretur: familiaritatemque Sedis Apoſtolicæ tum ipſi, tum omnibus ejus ſubditis perpetuam; dato privilegio, confirmavit; litteraſque ſuas ei impertiens non ſolum Carolo illuſtri Duci, qui id temporis Francorum regnum moderabatur, ſed etiam cunctis viris Eccleſiaſticis & Principibus Germaniæ eum tuendum commendavit. V. Sed quando iſta? ſequenti die ab ordinatione ipſius omnia ſunt mira celeritate confecta, quod rarum eſt, ut contingat in Urbe, ubi ex omnibus Eccleſiis jugiter imbres negotiorum non ſolum ſtillant, ſed denſitate ingruentes, diluvium ſecum ferunt: verum quod iſta de converſione gentium ſint reliquis omnibus præferenda, cuncta primum expediri Gregorius Papa voluit. Subdit vero auctor: Litterarum autem earum exempla hoc loco (quandoquidem ita res poſtulat) inſerere voluimus: primo illarum, quæ ad Carolum Ducem, deinde quæ ad Principes omnes ſcriptæ ſunt.

Domino glorioſo filio Carolo Duci Gregorius Papa.

Comperientes te, in Chriſto dilectiſſime, religioſæ mentis affectum gerere: in multis opportunitatibus, debito ſalutis promiſſo, notum facimus Deo dilectæ tuæ dignitati, præſentem fratrem Bonifacium fide, & moribus approbatum, a nobis Epiſcopum conſecratum, atque inſtitutionibus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui, Deo auctore, præſidemus Eccleſiam generali ſolicitudine informatum ad prædicandum plebibus Germaniæ gentis, ac diverſis in VI. Greg. Papæ epiſtola ad Carolum Martellum.

Ori-

PAGIUS *nati ſunt apud Regem. Veruntamen in illo die crevit amor & honor hominis Dei & diſcipulorum ejus apud omnes, qui fidem illorum & vitam ſcire & inveſtigare interius deſiderabant, & juxta dictum Evangelii juſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis. Redierunt electi Dei iterum ad ſua, & in cœpto opere ſine ulla hæſitatione permanentes in Thuringis & in Haſſis, ubi tunc temporis maxime opus erat doctrina illorum, ob vicinitatem Paganorum, & indoctam plebem.*

II. Poſtea de proſpero ſuſceptæ prædicationis eventu Gregorium Papam per unum e ſuis certiorem fecit *Sanctus Bonifacius*, ſtatimque Romam litteris Apoſtolicis invitatus eo contendit magnis itineribus, ubi *pridie Kalendas Decembris* ordinatus eſt Epiſcopus in Feſto Sancti Andreæ, ut ex Willibaldo in ejus Vita refert Baronius num. II. Quod hoc anno factum eſſe demonſtrant literæ Gregorii Papæ poſtero poſt Bonifacii ordinationem die, omnibus Chriſtianis in Germania conſtitutis inſcriptæ, & recitatæ a Baronio num. VII. quarum hæc eſt ſubſcriptio; *Dat. Kalendis Decembris imperante Domino Piiſſimo Auguſto Leone, Imperii ejus anno ſeptimo; ſed & Conſtantini Imperatoris ejus filii anno quarto, Indictione ſexta.* Mendoſa tamen Indictio, legendumque, *Indictione ſeptima*. Sic-Conſecratur Roma Epiſcopus. mondus quidem mendum in annis utriuſque Impe-

Digitized by Google

Orientali Rheni fluminis parte conſiſtentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiæ obſcuritatibus præpeditis, neceſſario deſtinare. Pro quibus eum glorioſæ benevolentiæ tuæ omni modo commendamus, ut eum in omnibus neceſſitatibus adjuvetis, & contra quoſlibet adverſarios, quibus in Domino prævaletis, inſtantiſſime defendatis; certiſſime retinentes Deo vos exhibere, quæcumque huic promptiſſimo impenderitis favore, qui ſanctis Apoſtolis ſuis ad lucem Gentium deſtinatis; ſuſcipientibus eos, ſe ſuſcipiendum prædixit (a): quorum inſtitutionibus per nos informatus prædictus Antiſtes, in ſortes prædicationis procedit. Hactenus ad Carolum Martellum Gregorius. Sed & ex eodem auctore reliquas epiſtolas a Gregorio Papa eodem tempore pro Bonifacio ſcriptas hic reddamus. In primis vero illas ad Epiſcopos Boreales, & alios omnes datas litteras commendatitias more majorum conſcriptas reddamus, quæ ſic ſe habent.

(a) Joan. 13.

VII. Gregor. Pap. epiſt. Generalis pro Bonifacio.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis reverendiſſimis, & ſanctiſſimis fratribus Coepiſcopis, religioſis presbyteris, ſeu diaconibus, glorioſis Ducibus, magnificis Caſtaldis, Comitibus etiam, vel cunctis Chriſtianis Deum timentibus.

Solicitudinem nimiam gerentes pro ſpeculatione credita, quia in umbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga Orientali Rheni fluminis, antiquo hoſte ſuadente, errare, & quaſi ſub religione Chriſtiana idolorum culturæ ſervire cognovimus: aliquos vero, qui nec Dei cognitionem habentes, nec baptiſmatis ſacri unda ſunt loti, ſed comparatione brutorum animalium pagani, factorem non recognoſcunt: neceſſario pro utrorumque illuminatione, ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum litterarum portatorem Bonifacium reverendiſſimum Epiſcopum fratrem noſtrum ad eaſdem partes dirigere ſtuduimus, ut illis prædicando verbum ſalutis, vitam provideat ſempiternam. Et ſi quos forte, vel ubicumque a recta fidei tramite deviaſſe cognoverit, aut aſtutia ſuaſos diabolica erroneos repererit, corrigat, atque ſui eductione ad portum reſtituat ſalutis, eoſque ex Apoſtolicæ Sedis hujus doctrina informet, & in eadem Catholica fide permanere inſtituat.

Cui, hortamur ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Apoſtolorum ejus reverentiam, ut in omnibus ſolatia exhibeatis, eumque in nomine Jeſu Chriſti recipiatis, ut ſcriptum eſt de ſuis diſcipulis (b): Qui vos recipit, me recipit: Providentes inſuper neceſſaria itineris ejus, comiteſque tribuentes, cibum etiam ac potum, vel ſi quid eguerit largientes: ut uno labore, & ſocia voluntate opus ſibi creditum pietatis & negotium ſalutis, annuente Deo, perficiatur, atque præmium laboris percipere mereamini, deque converſione errantium merces vobis adſcribatur in cælis.

(b) Joan. 13.

Si quis itaque huic Dei famulo ad illuminationem gentium ab hac Apoſtolica, & Catholica Dei Eccleſia deſtinato aſſenſum vel concurſum præbuerit: exorantibus Apoſtolorum Principibus, conſortium mereatur ſanctorum Martyrum Chriſti Jeſu. Si quis vero (quod non optamus) adverſari ejus laboribus conatus fuerit, aut contrarius extiterit miniſterio ſibi credito, ſucceſſorumque ejus in eundem laborem intrantium; ex ſententia divina anathematis vinculo ligatus perpetua damnationi ſubjaceat. Data Kalendis Decembris imperante domino piiſſimo Auguſto Leone, Imperii ejus anno ſeptimo; ſed & Conſtantini Imperatoris ejus filii anno quarto. Indictione ſexta. Adjecit his alias ad Clerum, & populum ita conſcriptas, quibus idem S. Bonifacius Evangelium prædicaverat, cum ipſis eum Epiſcopum jam ordinatum reſtituit, docens quæ ſervanda ipſi ex ſacrorum canonum præſcripto præceperit, contenta in libello illo quem ipſi dediſſe revertenti, ſuperius dictum eſt.

VIII. Gregorii epiſtol. ad Clerum, & populum.

Gregorius ſervus ſervorum Dei Clero, & plebi dilectiſſimis filiis in Domino ſalutem. Probabilibus deſideriis nihil tarditatis præſtantes, fratrem jam, & Coepiſcopum noſtrum Bonifacium vobis ordinavimus ſacerdotem: cui dedimus in mandatis, ne umquam ordinationes præſumat illicitas, ne bigamum, & qui virginem non eſt ſortitus uxorem, neque illiteratum,

PAGIUS

peratorio eſſe putat, ideoque & anno elapſo Bonifacium creatum eſſe Epiſcopum. At ex ejuſdem Pontificis literis annis ſequentibus datis liquet, non in annos Imperatorum, ſed in Indictionem errorem irrepſiſſe. Præterquam quod Librarium in uno, quam in duobus peccaſſe, longe veroſimilius. In juramento quod Bonifacius eidem Gregorio præſtitit, a Baronio num. IV. recitato, eadem Indict. VI. legitur, ſed utrobique mendoſe.

III. Sed nulli Sedi affigitur.

Anno DCCXIX. Sanctus *Bonifacius* Præco Chriſtianæ fidei, Legatuſque Sedis Apoſtolicæ creatus eſt, ut auctoritate Apoſtolica Gentibus, quibus Chriſtus nondum annunciatus, Evangelium prædicaret, ipſumque concionandi Officium adimpleret, ſed hoc anno conſecratus eſt Epiſcopus, ut Apoſtolicæ dignitatis auctoritate fulciretur, & in Officio prædicandi cunctis acceptior fieret. Diſtinguenda autem duo Epiſcoporum & Archiepiſcoporum genera, ut obſervat Serarius Not. XXV. in Vitam Sancti Bonifacii: Quibuſdam, inquit, certa Sedes, certuſque locus & fixus eſt, cujus Epiſcopi aut Archiepiſcopi appellentur. Quibuſdam vero incerta Sedes, nulluſque certus & fixus locus, & poſterius hoc genus in iis plerumque Gentibus ac Provinciis invenitur, quæ ad Chri-

tum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curiæ, vel cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad ſacros ordines permittat accedere, ſed ſi quos hujuſmodi repererit, non audeat promovere. Afros paſſim ad Eccleſiaſticos ordines prætendentes nulla ratione ſuſcipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui, rebaptizati ſæpius ſunt probati. Ita quidem ſuperius alias ſæpe dictum, quod occupantibus Africam Saracenis, extorres Africani in tranſmarinas oras ſeſe infuderant, quærentes ex ordinibus Eccleſiaſticis victum. Verum quod detecti fuiſſent eſſe Manichæi, vel Donatiſtæ, univerſali ſancita lege oportuit vetuiſſe, ne Africanus aliquo modo a quopiam Epiſcoporum ordinari deberet. Videas & ex his Dei judicia non occulta, ſed manifeſta, cum tot antiqua ſanctiſſimi Patres tanto tempore per quadringentos videlicet annos, fruſtra laboraverint, ut in Africa poſitos Manichæos & Donatiſtas ad Fidem Catholicam revocarent, & non potuerint, in dies magis ipſis infelici ſobole pullulantibus, tradidit eos Deus ſæviſſimis Barbaris puniendos. Pergit vero Gregorius in epiſtola.

IX. *Miniſteria atque ornatum Eccleſiæ, vel quicquid illud eſt in patrimonio ejuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere; de reddito vero Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones, quarum unam ſibi ipſe retineat, alteram clericis pro officiorum ſedulitate diſtribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam Eccleſiaſticis fabricis noverit reſervandam; de quibus divino erit redditurus judicio rationem: ordinationes vero Presbyterorum ſive Diaconorum, non niſi quarte ſeptimi, & decimi menſis jejuniis, ſed & in ingreſſu quadrageſimali, atque media veſpere Sabbati noverit celebrandas. Sancti autem Baptiſmi ſacramentum non niſi in Paſchali feſtivitate, & Pentecoſte noverit eſſe præbendum, exceptis iis, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubvenire. Huic ergo Sedis noſtræ præcepta ſervantem devotis animis obſequi vos oportet, ut irreprehenſibile, placitumque fiat corpus Eccleſiæ per Chriſtum Dominum noſtrum. Deus incolumes vos cuſtodiat, dilectiſſimi. Data &c.* ut in epiſtola præcedenti.

Subiicit alias ad nobiles confeſſores Thuringos conſcriptas litteras iſtis verbis.

X. *Viris magnificis Asulpho, Godolan, Vvilario, Gunthario, Alboldo & omnibus Dei dilectis Thuringis fidelibus Chriſtianis, Gregorius Papa.*

Gregorii epiſtola ad Thuringos confeſſores.

Inſinuatam nobis magnificæ fidei veſtræ conſtantiam agnoſcentes, quod Paganis compellentibus vos ad idola colenda, fide plena reſponderitis, magis velle feliciter mori, quam fidem ſemel in Chriſto acceptam aliquatenus violare: repleti nimia exultatione, gratias debitas perſolvimus Deo noſtro, & Redemptori, bonorum omnium largitori; cujus gratia comitante, vos ad meliora, & potiora aptamus proficere, & ad confirmandum fidei veſtræ propoſitum ſanctæ Sedi Apoſtolicæ religioſis mentibus adhærere, & prout opus popoſcerit ſacræ religionis, a memorata ſancta Sede Apoſtolica, ſpirituali omnium fidelium matre ſolatium quærere, ſicut decet filios cohæredes regni. Miniſterio quoque præſentis fratris chariſſimi Bonifacii, quem ad vos Epiſcopum conſecratum in ſorte prædicationis deſtinavimus, Apoſtolicis inſtitutionibus informatum ad conſtruendam fidem veſtram in omnibus volumus, & hortamur obedientes ei conſentire, ad complementum in Domino veſtræ ſalvationis. Hæc ad confeſſores. Ad reliquum vero populum nondum Chriſtianum epiſtolam catechiſticam ſcribit, qua & hortatur recedere ab idolis, & ſacrum baptiſma ſuſcipere. Eſt hujuſmodi,

Gregorius ſervus ſervorum Dei, univerſo populo Thuringorum.

XI. Ad Thuringos Gregorius ſcribit.

Dominus Jeſus Chriſtus filius Dei Deus verus, qui de cœlo deſcendit, homo factus eſt, & pro nobis pati & crucifigi dignatus eſt, & ſepultus tertia die reſurrexit a mortuis, & aſcendit in cœlum, diſcipulis etiam ſuis ſanctis ait: (a) *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti: ipſe in ſe credentibus vitam æternam promiſit: cupientes ergo vos in perpetuum nobiſcum gaudere, ubi finis nul-*

(a) Matt. 28.

que

PAGIUS „ Chriſti fidem aggregari primo inceperant. „ Cum enim ii, qui Evangelium iis annuntiant, „ huc illuc procurrere debeant, neque congre„ gatum adhuc ovile in una quapiam aut ditione „ aut Urbe obtineant, Epiſcopalem quidem Pre„ sbyterorum, ordinandorum, variiſque in lo„ cis collocandorum, vel Archiepiſcopalem etiam „ creandorum Epiſcoporum poteſtatem ab Apo„ ſtolico accipiant, ſed incertis interea vagan„ tur Sedibus, & ad Verum Summumque ani„ marum Paſtorem Chriſtum Jeſum, quotquot „ & undique poſſunt, oves congregant. Et hi „ quidem præciſe ac ſimpliciter Epiſcopi, vel „ generatim ejus Regionis, in qua laborant, „ Gregemque Domini conquirunt, Epiſcopi & „ Archiepiſcopi nuncupantur. Ita accurate Serarius. Poſterioris generis Epiſcopus fuit S. *Bonifacius*, ut ex ſequentibus magis patebit. Ubi factus Epiſcopus, Bonifacius ſimpliciter appellatus fuit, nulla veteris nominis facta mentione, vel conjunctim vocatus eſt *Bonifacius & Vvinfridus*, ut is indicaretur Bonifacius, qui prius *Vvinfridi* nomen geſſerat.

IV. *Poſtquam ergo* inquit Othlonus lib. 1. cap. 20. de Bonifacio ordinato Epiſcopo loquens, *hujuſmodi promiſſionem coram Gregorio Papa peregit*

las eſt, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, ſed gloria ſempiterna: ideo fratrem noſtrum ſanctiſſimum Bonifacium Epiſcopum ad vos direximus, ut vos debeat baptizare, & fidem Chriſti docere, & ab errore ad viam ſalutis adducere, ut ſalutem habeatis & vitam ſempiternam. Sed & vos ei in omnibus obedite, & ſicut patrem veſtrum illum honorate, & ad ejus doctrinam corda veſtra inclinate, quia illum non pro lucro aliquo temporali acquirendo direximus, ſed pro lucro animarum veſtrarum ad vos eum miſimus. Diligite ergo Deum, & in nomine ejus baptiſmum ſuſcipite: quia (a) Dominus Deus noſter (b), quod oculus hominum numquam vidit, nec in cor hominis aſcendit, præparavit diligentibus ſe.

(a) Iſai. 64.
(b) 1. Cor. 2.

XII. *Jam recedite a malis operibus, & bene agite. Non adoretis idola, nec immoletis carnes, quia Deus non recipit iſta: ſed in omnibus ſecundum quod vos frater noſter Bonifacius docuerit, obſervate & agite, & ſalvi eritis vos & filii veſtri in ſempiternum. Facite ergo & domum, ubi debeat ipſe pater veſter habitare, & Eccleſias, ubi debeatis orare, ut Deus vobis indulgeat peccata veſtra, & donet vobis vitam perpetuam.* Hactenus ad Thuringos & quidem Apoſtolice, non in perſuaſionibus humanæ ſapientiæ verbis, quod (c) Evangelium Chriſti non ſit in ſermone tantum, ſed in virtute, & in Spiritu ſancto; & ipſe ſermo (d) Dei vivus ſit & efficax ad convertendum corda hominum ad Deum: ſed ſicut Apoſtolice ſcripſit, ita & Apoſtolico ſpiritu nondum Chriſtianis licet etiam imperat, ut Epiſcopo domum conſtruant & Eccleſiam.

(c) Hebr. 4.
(d) 1. Cor. 2.

Fuit eidem Pontifici tunc ſcribendum etiam ad Saxones, adhuc magna ex parte idola colentes, ad quos litteras dedit, paſtorali ſolicitudine plenas, etenim ſicut olim (e) Petro in demiſſo cœlitus linteo, oſtenſa ſunt omnia quadrupedia & ſerpentia terræ, & volatilia cœli, eademque immunda, moxque addita vox de cœlo: *Occide, & manduca.* Ita modo Gregorius idipſum non in imagine, ſed rei veritate ſibi videt oblatum, nimirum indomitas adhuc gentes, animo truces, moribus ſævas, & inhærentes idolis: quas reddi penitus Chriſtianos gladio ſpiritus, impietatis internecione, Deus ipſe præcipiat. Cujus rei cauſa has ad eoſdem ipſi Bonifacio litteras dedit.

(e) Act. 10.

Gregorius Papa univerſo populo provinciæ Altſaxonum.

XIII. Ad Saxones S. Gregorius ſcribit.

Sapientibus & inſipientibus debitor ſum, fratres cariſſimi; ideoque volens vos ſcire, qualem ſolicitudinem habeam pro vobis, & pro his, qui verbum exhortationis fidei Jeſu Chriſti Domini noſtri ſuſceperunt, & qui adhuc ſuſcepturi ſunt, ut conſoleatur corda veſtra in charitate & in omni plenitudine ſapientiæ: annuntio vobis, quoniam prope eſt regnum Dei, ut nemo vos amplius decipiat in ſublimitate verborum; nec in quocumque metallo ſalutem veſtram quæratis, adorantes idola manufacta, aurea, argentea, ærea, lapidea, vel de quacumque materia facta; quæ falſidica nomina a paganis antiquitus quaſi dii facti ſunt, in quibus dæmones habitare noſcuntur: quoniam omnes dii Gentium (ut ait ſcriptura f) dæmonia ſunt: Deus autem noſter cœlos fecit. Hæc ad Gentiles; ad illos autem, qui crediderant, convertit ita ſermonem:

(f) Pſ. 95.

XIV. *Quicumque autem in vobis ſuſceperunt Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum; in ipſo ambulent radicati & ſuperædificati, & confirmati in fide, abundantes in gratiarum actione: Videte (g) ne quis vos amplius decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam: aſtutiores (h) enim ſunt filii tenebrarum, quam filii lucis. Diſcedite ab idolorum cultura, & accedite & adorate (i) Dominum Deum veſtrum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia,*

(g) Coloſſ. 2.
(h) Luc. 16.
(i) Pſ. 134.

PAGIUS

Gregorius II. Bonifacium Eccleſiaſticis & Magnatibus Germaniæ commendat.

egit, tunc & ipſe eum in omnibus adjuvare, præferre, & venerari ſtuduit. Nam libellum, in quo Sacratiſſima Eccleſiaſticæ Inſtitutionis jura, Pontificalibus digeſta Conventibus, habebantur, ei donavit, præcipiens, ut tam Clerus, quam cæteri populi, ſuo regimini ſubiiciendi, Inſtitutis talibus erudirentur. Sed & familiaritatem Sedis Apoſtolicæ ſibi omnibuſque ſibi ſubjectis perenniter reſervandam Privilegio confirmavit, ſicque eum literis tranſmiſſis non ſolum Carolo Duci glorioſo, qui per idem tempus Francorum Regnum gubernabat; ſed etiam univerſis Eccleſiaſticis Viris, Principibuſque in Germania conſtitutis muniendum commendavit. Refert poſtea idem Auctor Epiſtolas ſex Gregorii Papæ, quas & Baronius exhibet.

V. Othlonus num. XIII. recitat ejuſdem Pontificis Epiſtolam *univerſo populo Provinciæ Alt-Saxonum* miſſam, qua eis commendat Bonifacium Epiſcopum, Germaniæ Apoſtolum; quod de Germanicis Saxonibus intelligendum eſſe inter omnes convenit. Porro, Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Elogio Hiſtorico Venerabilis Joannis Abbatis Aethelingienſis, qui erat genere *Eald-Saxo*, ut prodit Aſſerus in Vita Aelfredi Angliæ Regis, notavit, *Eald-Saxones* fuiſſe veteres Saxones, Friſonibus finitimos; vocem vero *Eald* apud Anglos Saxones perinde ſonare, atque *Alt* apud Teutones ſeu Germanos. Alt vero Germanis vetus ſignificat, probante *Smaragdi* Abbatis Commentario in Donatum, qui nondum lucem vidit. Is quippe Auctor in lib. 2. cap. 10. de Patronomicis agens, *Altmir vetulus mihi*, interpretatur, ut conſtat ex fragmento ab eodem Mabillonio in Analect. Tom. II. relato. Quam *Alt-Saxonum* vocem hic explicare placuit, ut quantum poſſum Bonifacii Legationi lucem affundam.

S. Bonifacius Alt-Saxonibus a Gregorio II. commendatus.

Que

mnia, quæ in eis ſunt, & vultus veſtri non erubeſcent. Unus enim Dominus hominum, volucrum, quadrupedum, & piſcium, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Expoliate vos ergo veterem hominem, & induite Chriſtum novum, deponentes iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem quoque ſermonem nolite de ore veſtro proferre. Jam enim adveſperaſcit dies ſæculi, & tempus tenebrarum appropinquat; ideoque nolite eſſe otioſi, ſed potius operamini opus bonum, ut Chriſtus habitet in vobis: Et

(a) Coloſſ. 3. *(a) quodcumque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum: reſpuentes gentilitatis ſectam, ſcientes vos Dominum habere in cœlis, orationi inſtantes, ad ipſum Dominum cor erigite (b) quoniam magnus eſt Dominus noſter & laudabilis nimis & terribilis ſuper omnes deos (c), qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire.*

(b) Pſ. 95.

(c) 1. Tim. 2.

XV. *Hoc etiam admoneo fratres, ut quicumque ex vobis voluerit ad Chriſtum converti, nullo modo eum prohibeatis, nec vim ei faciatis ſculptilia adorare. Miniſtrum quoque & conſervum in Domino, quem miſi ad vos Bonifacium ac Coepiſcopum meum ad hoc ipſum, ut cognoſcat quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra cum exhortationis verbo, in Chriſto Jeſu Domino noſtro ſuſcipite, ut a diabolica fraude liberati, mereamini adoptionis filiis aggregari.* Hactenus ad Saxones Gregorius Papa: quæ poſt hæc autem ſequuta ſunt, dicentur anno ſequenti: profectus enim Bonifacius Romam, non niſi ſequenti anno illuc potuit pervenisse.

XVI. In recentiores Saxones atque Germanos hereticos. Ad hæc rurſum recentiores provoco Saxones, atque Germanos hæreticos, ut reſpiciant a quibus ſanctum acceperint Evangelium, & qui, qualeſve, aut cujus fuerint fidei, qui primam eis veritatem Catholicam propinarunt, u quo fluente Apoſtolica doctrina manarit; & videant a quibus defecerint, & quibus adhæſerint. Vivit quidem, vivit in cœlis tantus Germanorum Apoſtolus, qui in noviſſimo die ab ipſis ſingulis ſigillum ſuæ prædicationis, & collatæ fidei depoſitum ſit apud magnum Judicem exacturus. Erit namque & ipſe vir Apoſtolicus ſedens cum Apoſtolis judicaturus, non duodecim tribus Iſrael, ſed Saxones & alios Germaniæ populos, quibus a Catholica & Apoſtolica Eccleſia acceptum Evangelium, ipſumque ſignis ac virtutibus divinitus conſignatum tradidit, quo uno e dæmonum cultu, ad Deum verum, & e tenebris in lucem magnam ſunt feliciter vindicati: ſtabilitis ſimul ante Tribunal Chriſti reddituri ingrati de acceptis per S. Bonifacium beneficiis rationem. Sed ad res Orientales convertamus orationem.

Dum hæc aguntur quam feliciſſime in Occidente, hoc eodem anno in Oriente exoritur monſtrum horrendum, quod diu cornibus ventilavit Eccleſiam Dei, hæc eſt hæreſis Iconoclaſtarum. Sed quibus præcurſoribus ſeſe impudenter in medium inferat, audiamus. Ea anteambulonibus ejus quæ qualiſve ſit, & unde emerſerit, tu ſi ſapis, facile colliges: & in primis in his, quæ ſpectant ad tempus, audi Theophanem, qui ait: *Anno* ſeptimo Leonis Imperatoris Judæus quidam oriundus ex Laodicea maritimæ Phœnicis maleficus, veniens ad Gizid Sarracenorum tunc Principem, promittit eum quadraginta annis (alii habent triginta) retenturum Arabum principatum, ſi venerabiles, quæ in Eccleſiis in toto principatu ſuo imagines venerabantur, deponeret. Huic itaque credens ſtolidus Gizid, edictum generale contra ſanctas imagines promulgavit: ſed gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & interceſſionibus Matris ejus, omniumque ſanctorum, mortuus eſt Gizid, pluribus adhuc nec audire volentibus ſatanicam ipſius edictum.* Hæc ſummatim de ipſo Theophanes. Porro hiſtoriam tantam diffuſius enarratam in ſacroſancto Oecumenico Nicæno Concilio hic totidem verbis reddendam, operæ pretium exiſtimamus; ſic enim ſe habet (d) his præmiſſis. XVII. Gizid Principis Saracen. contra imagines Sanctorum edictum. *Octavo. (d) Conc. Nic. 2. Act. 5.

XVIII. *Ex præcedenti lectione indicatum eſt, ab*

PAGIUS VI. Mandata Gregorii II. unde deſumta. Quæ Gregorius ſuis literis mandata complexus eſt, deſumta videntur, ex Epiſtola IX. Gelaſii Papæ Primi ad Epiſcopos, *per Lucaniam & Brutios & Siciliam* conſtitutos directa *quinto Idus Martii, Aſterio & Præſidio Viris Clariſſimis Coſſ.* ideſt anno CCCCXCIV. ut de ſingulis Conſtius hoc anno num. XXVII. & ſeq. oſtendit. Gregorius tamen de cavendis illicitis ordinationibus ſermonem habens, meminit Afrorum, de quibus ſilet Gelaſius, & hanc rationem reddit Gregorius, quod *aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati.* Saraceni priuſquam in Hiſpaniam tranſirent, Africam occuparunt, & extorres Africani ſe ſe in Europam infundentes victum ex Ordinibus Eccleſiaſticis cœperunt quærere. Verum quia plerique eorum agniti ſunt, vel Manichæi, vel Donatiſtæ, *univerſali lege*, ut Baronius numer. VIII. ſcribit, ſancitum eſt, ne Africanus aliquo modo a quopiam Epiſcoporum ordinaretur. Neque dubium, quin Gregorius per Afros deſignet *Donatiſtas*, quia in magno numero fuerunt in Africa, & pertinaciter Anabaptiſmum defenderunt.

VII. A num. XVII. ad XXII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCXV. qui Kalend. Sep-

Ex Hebræis & Sarracenis hæreſis Iconoclaſtarum.

ab Hebræis, Gentilibus, Manichæis, Phantaſiaſtis Eccleſiam velut in culpam tractam ob ſanctarum imaginum cultum: & paulo inferius: *Joannes religioſiſſimus monachus Vicarius Orientalium Epiſcoporum e charta legit: Cupio quidem ego omnium poſtremus præſentem hanc ſacram Synodum demonſtratione quadam docere, idque omni veritate, qua ratione, quoque tempore, & unde ſceleſtiſſima iſta, & a Deo odio habita Chriſtianorum calumnia, & Iconoclaſtarum rabies originem duxerit. Quo autem expeditius, & compendio res agatur, de charta mihi pronunciandum eſſe ſtatui, ne qua in re veritati parcatur. Cum diem extremum impiorum Arabum Tyrannus, quem * Suliman nominabant, clauſiſſet: ſubſequutus eſt illum Umarus, qui poſtea quam regnum adeiſſet, Anaſchaphum Maſalman hoſtem ſane atrocem per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris, ejuſque Deiparæ matris cum magna exercitus ſui clade & ignominia a terra iſta expulit, in Syriamque fugavit; neque de redeundo ſpem illi ullam reliquit. Umaro autem fato defuncto, * Ezidus quiſpiam homo levis & inconſtans regnum accepit.*

* Suliman Soliman

* Gizidus

XIX. *Per ea tempora in Tiberiade dux quiſpiam erat Hebræorum impiorum, cui nomen * Sarantapechys, officina diabolorum, quibus vitiare animas luſus eſt & jocus, homo præſtigiator, & veneficus, & Eccleſiæ Dei hoſtis implacabilis. Hic animadverſa * Ezidi Regis levitate, hominem aggreditur, pollicetùrque Hebræorum ingenita malitia ſe Regi quædam prædicturum, & vatem acturum in maxime neceſſariis rebus ſe offert. Eas ob res cum eſſet inſinuatus Tyranno: Volo (inquit) o Princeps, modo me audias, rationem quandam indicare tibi, qua poteris facillime & vitam commodam degere, & triginta annos regnum æquabili in poteſtate conſervare. Stultus autem Tyrannus ſpe & deſiderio longioris vitæ, animi levitate elatus* (erat enim homo voluptatibus deditus & præditus) *reſpondit: Quæcumque me juſſeris facere, modo poſſim, agam.*

* Serantapicus

* Gizidi

XX. Hebræi nefarium concilium.

Veneficus autem Hebræus confeſtim inquit: Sine ulla dilatione jube univerſum per regnum epiſtolam, quæ paſſim circumferatur, ſcribi & mitti, quæ omnem imaginem & picturam, ſive ea in tabulis, ſive in opere muſaico, in parietibus, ſive in vaſis ſacris, aut indumentis & altaribus ſit, & quæcumque in Chriſtianorum Eccleſiis reperitur, deleri, expungi, auferri, & ex toto ſubverti mandes: neque illas ſolum, verum omnes ſimilitudines, & earum etiam, quæ in foro ornatus & honeſtatis gratia collocantur. Nulla igitur ratione alia, quam ut odium & furorem adverſus Chriſtianos exerceret, præſtigiator id tentavit.

XXI. *Tyrannus autem nefandus præſtigiatori levitate ſua auſcultans, miſſis nunciis, omnes ſanctas imagines, & ſimilitudines per univerſam provinciam abſtulit. Hoc itaque modo primum Eccleſiæ ornamenta, procurante Hebræo venefico, ablata ſunt. Chriſtiani autem cum id ſuis manibus facere detrectarent: miſſi ſunt Hebræi & Arabes, homines in Deum impii, qui imaginibus exuſtis, Eccleſiarum quaſdam calce, quaſdam aliis coloribus dealbarunt, & incruſtarunt. Ita plane Joannes* (a) *Damaſcenus de Iconoclaſtis ita dicit (inquit) quod cum ſanctas, & venerationæ dignas imagines cum ignominia tractaviſſent, tum in minutiſſimas partes comminuerunt, tum conjecerunt in ignem, eodemque modo eas, quæ in parietibus erant depictæ, partim aqua calida, partim calce, atramentoque obliterarunt.* Hæc ipſe, ſed pergit Joannes Orientis Vicarius: *Hæc autem cum perveniſſent ad aures pſeudoepiſcopi Natoliæ, & qui ejuſdem erat cum illo opinionis, impios Hebræos & Arabes imitati † Eccleſias Dei, veluti Crucem Chriſti, verecundantes reddiderunt.*

(a) Joann. Damaſ. de hæreſ.

† Anaſtaſii verſio ita: imitati ſunt injuriam inferentes Eccleſiis Dei.

*Arbitror autem relatu dignum, ut & ſanctitas veſtra audiat, quem finem ignavus iſte & veneficus Hebræus habuerit. * Ezidus enim, qui facinus perpetraverat, ultra annum cum dimidio non vixit, in ignemque æternum deſcendit. Poſtquam autem mortuus fuit, in priſti-*

* Gizidus.

PAGIUS *Iſidi Kalipha Decretum adverſus Chriſtianorum Imagines.*

Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, narrat Judæum quendam *Izidi* Saracenorum Caliphæ annis XL. Arabum Principatu potiturum promiſiſſe, ſi Venerandas Imagines e Chriſtianorum Eccleſiis eliminaret, indeque *Izidem* generale Decretum adverſus eas promulgaſſe, ſed paulo poſt extinctum eſſe, ut ex eo etiam narrat Baronius. Verum hæc adverſus Imagines perſecutio ad annum DCCXXI. pertinet. In Concilio enim Nicæno II. Act. V. cujus verba recitat Baronius ex verſione Antiqua & vulgata, legitur: *Cum hoc egiſſet Ezidus, non plus quam duobus annis & dimidio vivens defunctus eſt*. Eſidus autem ſeu Jezidus Calipha menſe Februario anni DCCXXIV. vivere deſiit, Quare medio circiter anno DCCXXI. in Sacras Imagines graſſatus fuerat. In vulgata quidem verſione, quam ſecutus eſt Baronius num. XXI. habetur, *ultra annum cum dimidio non vixit*. Sed hæc verſio ex textu Græco & verſione Anaſtaſiana emendanda. Corrigendus & Theophanes, cujus verſionis verba recitat Baronius num. XVII. qui ait, Izidum extinctum eſſe, *nondum Satanico ejus ſancito ad plurium aures & notitiam publicato*. Joannes enim Monachus in loco Synodi Nicænæ II. mox laudato, ait: *Tyrannus deceptione captus* (nempe Izidus) *hunc* (nempe Judæo) *levitate uſus abſcondunt: & mittens depoſuit ab omni Provincia, quæ ſub ipſo erat, Sanctas Imagines & reſiduas ſimilitudines;*

Digitized by Google

num ordinem, & ſtatum imagines reſtitutæ ſunt. Filius autem illius Ulidus nomine indignatus Hebræo, tamquam interfectori patris, turpiſſima morte hominem mori coegit. Ita is falſi ſui vaticinii dignum præmium accepit. Sanctiſſimus Episcopus * *Meſenæ dixit: Ego parvulus eram in Syria, quando Sarracenorum Princeps imagines ſubvertit.* Hactenas de his Nicæna acta: quibus arguas eos, qui ante Leonis Imperium id factum volunt, ut Cedrenus; cum non ante hunc annum idem Rex barbarus regnare cœperit.

* Emeſæ

XXII. Leo adhæret Iconoclaſtis.

Vidiſti lector quibus gloriari poſſint anteſignanis Iconoclaſtæ, nempe Judæis, & Sarracenis, a quibus & proh dolor, in tranſverſam actus eſt Leo Iſauricus Imperator, de quo hoc eodem anno poſt recenſita illa de Gizido Arabum Rege, iſta mox Theophanes ſubdit: *Percepta ergo amara iſta, & illicita, nequamque doctrina, Leo Imperator multorum effectus eſt nobis cauſa malorum. Porro cum inveniſſet indiſciplinationis hujus conſentaneum quemdam Beſer nomine, qui natus quidem de Chriſtianis fuerat, ſed captivus in Syriam ductus, refuga fidei, quæ eſt in Chriſtum, repertus eſt, Arabum dogma ſectari apparuit. Is ante tempus non multum ab illorum ſervitute liber effectus, cum veniſſet ad Rempublicam Romanorum, ob robur corporis, & conſenſum pravæ opinionis honoratus eſt ab eodem Leone: qui & Impor. fautor in magni hujus mali piaculo factus eſt. Concordabat autem ei & Episcopus Nacoliæ, qui indiſciplinationi ejus operam dans, conſimili vita vivebat cum ipſo.* Hucuſque de anni hujus rebus geſtis Theophanes. Addunt alii, Judæos, qui Leoni prædixiſſent Imperium, id exegiſſe hoc anno ab eodem Imperatore, ſed errant plane, dum iſtud de Gizido ante Leonis Imperium factum, putant. Certum eſt autem non niſi ſub Leone regnare cœpiſſe, anno ſcilicet quarto ejuſdem Imperatoris poſt Haumarem, atque ſequenti octavo ejuſdem defunctum eſſe, Theophane id teſtante, & aliis ☞ Eodem tempore, quo Leo Impius in hæreſim lapſus, blaſphemat in Oriente Deum, ſanctoſque ejus laudat in Occidente Luithprandus Rex Longobardorum. De his autem conceſſit Deus inſignia plane monimenta in lucem prodi, quæ temporis injuria, ac ſi numquam extitiſſent aliquando, penitus oblivione perierant, ſed in lucem vendicata, hic opportuno loco deſcribenda curavimus: Sic ſe habent (*a*).

(*a*) *Antiq. Inſcrip. in Append. pag. 1168. n. 10.*

QVANDO LEO CECIDIT MISERO DOCTORE SVASVS
SCHISMATIS IN FOVEAM RECTO DE CVLMINE CÆSAR
TVNC EGO REGALES STATVI * HIS MIHI CONDERE THERMAS
MARMORIBVS PVLCHRIS LEUTBRANT REX ATQVE COLVMNIS;
SED ROMAM PROPERANS POSTQVAM DEVOTVS AD IPSAM
PERVENI ATQVE SACRO CAPITI MEA BASIA FIXI
SANCTI ANASTASII SERVVS TVVS ECCE REPENTE
PATERNA DE SEDE MEO HANC IN PECTORE CHRISTE
PRÆCLARAM FVNDARE DOMVM SVB CVLMINE MONSTRAS;
TALIBVS VNDE MEAS TENDENS AD SIDERA PALMAS
VOCIBVS ORO DEI FILI PRO PLEBE FIDELIS
QVI REGIS ANGELICOS CÆTVS QVI CVNCTA GVBERNAS
FAC PRECOR VT CRESCAT MECVM CATHOLICVS ORDO,
ET TEMPLO CONCEDE ISTI VT SALOMONI LOCVTVS.

* ſ. His

Hæc in viſitatione, & cultu exhibito venerando capiti ſancti Anaſtaſii Perſæ martyris, quod ſuperius Romam ab Oriente tranſlatum audiſti. Porro pius Rex adeo in

PAGIUS *nes: & hoc modo non parcens deturpavit Eccleſias Dei per veneficum Hebræum ſub poteſtate ſua ſitas, antequam perveniret malum ad terram iſtam*, ad Ditiones nempe Imperio Romano ſubditas. Neque *enim* intra biennium cum dimidio Caliphæ Edictum ad plurium notitiam, imo & omnium non pervenire non potuit. Certum tamen videtur, illud ubique non fuiſſe executioni mandatum; alioquin Joannes Monachus de illo ut de re parum cognita locutus non fuiſſet in Concilio. Combefiſius in Scriptoribus Hiſtoriæ Byzantinæ, qui poſt Theophanem ſcripſere, pag. 512. Græce & Latine recitat narrationem Joannis Hieroſolymitani Monachi, quia non meminit eam integram reperiri in Actione V. Synodi Nicænæ II.

VIII. Ad num. XXII. Elmakinus in Hiſtoria Sarac. cap. 16. docet, *Jezidum Saracenorum Caliphum anno Hegiræ CV. die XXV. Saabani*, idest, die IV. Februarii ſequentis Chriſti anni mortuum eſ-

in ejus amorem exarſit, ut reverſus eidem ſancto martyri inſignem eccleſiam conſtruxerit, ac monaſterium; de cujus eccleſia ejuſmodi reperitur vetus Inſcriptio rediviva (*a*):

(a) Antiq. Inſcrip. in Append. pag. 1168. n. 8.

In Eccleſia ſancti Anaſtaſii.

ECCE DOMVS DOMINI PERPVLCRO CONDITA TEXTV
EMICAT ET VARIO FVLGET DISTINCTA METALLO
MARMORA CVI PRETIOSA DEDIT MVSEVMQVE COLVMNAS
ROMA CAPVT FIDEI ILLVSTRANT QVAM LVMINA MVNDI
EVGE AVCTOR SACRI PRINCEPS LEVTBRANDE LABORIS
TE TVA FELICEM CLAMABVNT ACTA PER ÆVVM
QVI PROPRIÆ GENTIS CVPIENS ORNARE TRIVMPHOS
HIS TITVLIS PATRIAM SIGNASTI DENIQVE TOTAM.

De monaſterio autem ſancti Anaſtaſii ab eodem tunc erecto mentio habetur inferius in ejuſdem Regis obitu, de quo ſuo loco dicetur [illegible].

An-

PAGIUS

Moritur Jezidus Saracenorum Calipha.

IX. eſſe, & imperaſſe annos IV. & menſem unum, eique ſucceſſiſſe *Hiſcamum* ejus fratrem. Is inter Saracenorum Caliphas decimus ſeptimus numeratur.

Ad hunc vel præcedentem annum retrahenda ſecunda profectio Romana *Sancti Corbiniani*, quam anno ſequenti Baronium ſecuti narravimus; poſtquam cum nulla amplius mentio occurrat *Theodonis* II. Baioariæ Tetrarchæ, qui eum honorifice excepit, hujus, ut videtur, mors contigit. Ei ſuperſtes fuit *Grimoaldus* filius ac Tetrarcha, ſed *Theodebaldus* ante patrem e vivis exceſſit, & forſan etiam *Teodebertbus* alter Theodonis filius, uterque Bajoariæ Tetrarcha, ut tam ex dictis, quam ex dicendis intelligere eſt.

Moritur Theodo II. Bajoariæ Tetrarcha.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. II. ANNUS	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS
724.	11.	9.

I. ANnos ſeqoitur Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimusquartus Indictionis ſeptimæ, quo S. Bonifacius Epiſcopus ordinatus a ſancto Gregorio Papa in Urbe, rediens in Germaniam, fidem Chriſtianam mirifice propagavit: de quo iſta ex ejus diſcipulo Wilibaldo(a): *Tantarum itaque litterarum auctoritate fretus ſanctus Præſul Bonifacius proficiſcitur in Germaniam, venienſque ad Carolum Principem ſupradictam* cognomento Martellum, *litteras Romani Pontificis ei attulit: ſeque ejus ditioni, & patrocinio committens, illo annuente, ad Cattorum (quos Heſſos, vocant) quibus jam ante prædicare cœperat, regionem abiit*. Sed hic opportune reddendæ ſunt litteræ ab eodem Carolo tunc datæ eidem Bonifacio: accepimus eas a Frontone Ducæo Societatis Jeſu profeſſore viro Eccleſiaſticarum antiquitatum ſtudioſiſſimo: qui exſcripſit (ut ait) ex ſcripto Codice Eccleſiæ Virdunenſis, quo continentur Concilia Generalia, & Provincialia: cujus & nos alia reperimus exemplaria.

(a) Apud Sur. die 5. Junii.

Prædicatio S. Bonifacii in Germania.

Dominis ſanctis & Apoſtolicis Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Domeſticis, vel omnibus agentibus junioribus noſtris, ſeu Miſſis decurrentibus, & amicis noſtris, illuſtris vir Carolus Majordomus benecupiens veſtri.

II. *Cognoſcatis qualiter Apoſtolicus vir in Chriſto pater Bonifacius Epiſcopus ad nos venit, & nobis ſuggeſſit, quod ſub noſtro mundeburde vel defenſione eum recipere deberemus: quod ita nos gratanti animo feciſſe cognoſcite. Proinde vos taliter, ut fecimus ei manu noſtra roboratam dari, ut ubicumque, ubi & ubi ambulare videtur, cum noſtro amore, vel ſub noſtro mundeburde, & defenſione quietus, & conſervatus eſſe debeat, in ea ratione ut juſtitiam reddat, & ſimpliciter juſtitiam accipiat. Et ſi aliqua cauſatio, vel neceſſitas ei advenerit, quæ per legem definiri non potuerit: uſque ante nos quietus, vel conſervatus eſſe debeat tam ipſe, quam qui per ipſum ſperare videntur, ut ei nullus ullam contrarietatem, vel damnationem adverſus eum facere debeat, niſi ut omni tempore ſub noſtro mundeburde vel defenſione, quietus, vel conſervatus reſidere debeat. Et ut certius credatur, manu propria ſubter, firmavimus, & de annulo noſtro ſubter ſigillavimus.* Huc-uſque litteræ Caroli ea formula conſueta, qua ejuſmodi litteræ patentes pro ſecuritate ab eodem Principe ſcribi ſolerent: in quibus voce illa barbara, mandeburde, ſcias ex Gloſſario, quod appoſitum eſt ad capitulare Regum Francorum, ſignificari tuitionem, ſed tutelam alicujus perſonæ.

III. Sed de prædicationis ejus fructibus ut aliqoid decerpamus, audi ejus rerum geſtarum ſcriptorem ex Wilibaldo, qui ſuperius narratis ſubiicit iſta: *Ad Cattos* (ut dictum eſt) *poſtquam acceſſit: complures, inquit, illic reperit Chriſtiana religione abjecta, in varios incidiſſe errores: alii enim lignis, & fontibus clam vel palam ſacrificabant, alii aruſpicia, divinationes, præſtigias, & incantationes ſectabantur, plerique aliis nefandis ſacrificiis erant addicti; pauci vero in via veritatis, quam ſemel didicerant, perſiſtebant. Quorum quidem conſilio arborem quandam miræ vaſtitatis, quam priſca voce, Jovis arborem nuncupabant in loco, qui Geiſmar dicitur, ſervis Dei ipſis aſſiſtentibus, excidere tentavit. Accurrit autem magna Ethnicorum multitudo, illum tamquam hoſtem deorum ſuorum necare volentium. Sed cum arbor paulum caderetur: mox quaſi divinitus agitata, in quatuor partes diſrupta eſt. Quod cernentes Ethnici illi, Dominum laudantes fidem complexi ſunt. Sanctus autem Præſul, communicato cum fratribus conſilio, ex illa ingenti vaſta arboris mo-*

Gentiliciam ſuperſtitionem S. Bonifacius evertit.

PAGIUS SÆC.VIII. Anno Eræ Hiſp. DCC-LXII. Anno Hegiræ CVI. inchoato die 26. Maii fer. 2. A.C. 724. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6217.

☉ 5. BA. ☽ 5. P. 16. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 724.

GREGORII II. PAPÆ 10.

LEONIS ISAURI IMP. 8.

CONSTANTINI COPRONYMI 5.

ANum. I. ad V. *Sanctus Bonifacius*, qui initio menſis Decembris ſuperioris Chriſti anni Roma cum Gregorii Papæ literis ad Carolum Majorem Domus Francorum commendatitiis diſceſſit, in *Haſſiam* profectus eſt annuente Carolo, qui lectis Apoſtolicis literis ipſum perhumaniter ſuſcepit, & in univerſa cis & ultra Rhenum Francia ſartum tectum eſſe præcepit, auctoritate literarum, quas Baronius num. II. recitat. Bonifacius in Haſſia & Thoringia uſque ad mortem Gregorii II. Evangelium prædicavit, & res quam plurimas laude digniſſimas geſſit, quas Willibaldus, & Othlonus in ejus Vita conglobatim enarrant ſine ulla annorum diſtinctione. Res ab eo in Thuringia geſtas, ut Willibaldus, ſic & Othlonus lib. 1. cap. 28. ob hæreticorum expulſione ita auſpicatur: *Ad Thuringiam profectus eſt, illiuſque populi Principes magna ex parte a Chriſtiana religione deficientes corrigere ſtuduit. Poſtquam enim religio-*

S. Bonifacius in Turingia & Haſſia hæreticis convertendis operam impendit.

le oratorium conſtruxit, in beatiſſimi Petri Apoſtoli honorem illud dedicans.

IV. Hic ſiſte gradum lector, Apoſtoli Bonifacii dum affectaris veſtigia. Primum omnium velim conſideres tanti viri laborioſum Apoſtolatum ad gentes, populos ſcilicet, qui adhuc idolorum cultura tenebantur impliciti: immenſus plane hic labor ipſi ſubeundus fuit, Quis tam altis radicibus fixis in tam duris, & agreſtibus animis inolitam ſuperſtitionem evelleret? Quoties ob eam cauſam ipſi fuerunt Apoſtoli Pauli præ animi

(a) 2. Cor. 1. anguſtia illa repetenda verba (a): *Supra modum gravati ſumus ſupra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere?* Teſtes ſunt ejus rei diverſæ ab eo tum temporis epiſtolæ ſcriptæ, quibus auxilium precum enixe poſtulat ab amicis Dei; qui id naviter impleſſe videntur; dum nec defuerunt præſto eſſe laboranti in Evangelio quibuſcumque valuere ſubſidiis etiam corporalibus, utpote quod vir Apoſtolicus, & in hoc fulgeret inſignibus Apoſtolatus, quod magna premeretur paupertate inter Gentiles illos agreſtes, immites, ac feros, ut cum A-

(b) 1. Cor. 4. poſtolo dicere poſſet (b): *Uſque ad hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus.* Mittebant enim alii ad eum veſtimenta, alii ad victum ſtipem, libros alii, alii vero conſolationem, exhortationemque literis impartiebantur.

V. Inter alia autem a diverſis impartita officia ac beneficia, Daniel ille Ventanus in Anglia Epiſcopus, qui (ut ſuperius dictum eſt) ejus ad Apoſtolatum viſus eſt primus fuiſſe ſuadendo, & adjuvando promotor, dum Romam primo proficiſcentem ad Gregorium Papam literis commendatitiis fuerat comitatus: hic, inquam, ubi accepit, ipſum perarduam ad prædicandum Gentibus Evangelium ſuſcepiſſe provinciam; catecheſim ad eum miſit, qua poſſent ipſi Gentiles inſtrui ad credendum. Extat ipſa quidem, quam ex duobus codicibus ſcriptis, quorum ante meminimus, collatione facta hic tibi reddendam putavimus, ſic enim ſe habet.

Venerando, & amando Antiſtiti Bonifacio Daniel Dei famulus.

Quamvis mi frater, conſacerdoſque cariſſime, te primam virtutum promereri gaudeam palmam, qui ſaxea, ſterilia que hactenus Gentilium corda fidei magnitudine fretus fiducialiter aggrediendo, vomere Evangelicæ prædicationis infatigabiliter ſubigens in glebas fertiles quotidiano labore convertere niteris; ut vere tibi aptari propheticum, Evangelicumque dictum poſſit (c); *Vox clamantis in de-* (c) Iſai. 40. *ſerto, &c. Tamen ſecunda portio palmæ non incongrue ipſis etiam parabitur, qui tam pio, tam ſalubri operi congratulando, quibus valent ſubſidiis favent, eorumque indulgentiam competentibus adminiculis ſupplent, quo alacres cœptum prædicationis opus, & frequenter Chriſto generare filios ſtudeant, Unde & devota benevolentia pauca tua ſuggerere prudentiæ curavi: quo magis adverſas ſecundum meum ſenſum, qua potiſſimum ratione agreſtium obſtinationem convincere promptius queas. Neque enim contraria eis de ipſorum quamvis falſorum deorum genealogia aſtruere debes, ſed ſecundum eorum opiniones quoſlibet ab aliis generatos per complexum mariti, ac feminæ concede aſſerere, ut ſaltem modo hominum natos deos, ac deas, homines potius non deos eſſe cœpiſſe, qui ante non erant, probes. Cum vero initium habere deos, utpote alios ab aliis generatos coacti didicerint: item interroga, utrum initium habere hunc mundum; an ſine initio ſemper extitiſſe arbitrentur. Si initium habuit, quis hunc creavit: proculdubio ante conſtitutionem mundi, nullatenus genitis diis invenient ſubſiſtendi, vel habitandi locum: mundum enim non hanc viſibilem tantum terram, & cœlum, ſed cuncta etiam extant a locorum ſpatia, quæ ipſi quoque Pagani ſuis imaginare cogitationibus poſſunt, dico. Quod ſi ſine initio ſemper extitiſſe mundum contenderint; hoc multis refutare, ac convincere documentiſque, & argumentis ſtude: tamen altercantes interroga, quis ante natos deos mundo imperaret, quis regeret; quomodo autem ſubdere dominatui, vel ſui juris ſe-*

Eadem quæ ſuperius duo exemplaria epiſt. 23.

PAGIUS *gioſorum Ducum Dominatio in eis ceſſavit, ceſſare etiam Chriſtianæ religionis intentio cœpit; falſique quidam Chriſtiani, quorum nomina ſunt Drethwin, Berthere, Camberech, & Hunred, inter eos hoſpitantes, maximam hæreticæ pravitatis introduxerunt, ſectam. Qui ſcilicet fornicatores & adulteri cum validiſſimum adverſus hominem Dei extitarent conflictum, veris verborum oppoſitionibus confutati, dignam recompenſationis ſortiti ſunt ſententiam. Nam excommunicati & expulſi ſunt de Eccleſia*, Neque Willibaldus, neque Othlonus in quibuſnam articulis hæretici iſti errarent, produnt, ſed tantum ajunt, hujuſcemodi Pſeudo-Doctores non doctrina modo; ſed moribus etiam corruptiſſimos fuiſſe. Narrat poſtea Othlonus, Bonifacium condidiſſe Monaſterium *Ordorfenſe* in honorem Sancti Michaelis. Ejus verba recitat Baronius num. XV. Conſtructum illud in Thuringia ad *Oram* ſeu *Oranam* fluvium, haud longe ab *Erfurt* Oppido.

A num. V. ad XVIII. Refert Baronius varias Epiſtolas, quarum aliquæ a *Sancto Bonifacio* ad varios ſcriptæ, & aliquæ ab aliis ad eum datæ. Præ ceteris *Daniel* Ventanus in Anglia Epiſcopus magnam ſibi laudem comparavit, ſcriptis ad eum literis inſtar catecheſeos, qua Gentiles ipſi poſſent ad credendum inſtrui. II.

Erat

facere mundum ante ſe ſemper ſubſiſtentem potuerint. Unde autem, vel a quo, vel quando inſtitutue, aut genitus primus deus, vel dea fuerit; utrum autem adhuc generara deos, deaſque alios, altaſque ſuſpicentur. Vel ſi jam non generant: quando, vel cur ceſſaverint a concubitu, & partu. Si autem adhuc generant, infinitus jam deorum effectus numerus eſt, & quiſnam inter tot, tantoſque potentior ſit incertum mortalibus eſt; & valde cavendum, ne in potentiorem quis offendat. Utrum autem pro temporali, at præſenti, an potius pro æterna, & futura beatitudine colendi ſint arbitrentur. Si pro temporali, in quo jam feliciores Pagani ſint, dicant: quid autem ſe ſuis conſequi ſacrificiis lucri ſuſpicantur Pagani cunctis ſub poteſtate exiſtentibus, vel cur in poteſtate ſibi ſubjectorum fieri permittune ipſi dii: quid ipſis tribuant, ſi talibus indigent, cur non ab ipſis magis potiora aliguntur? Si autem non indigent, ſuperflue jam talibus hoſtiarum collationibus placare ſe poſſe deos putant. Hæc & his ſimilia multa alia, quæ nunc enumerare longum eſt, non quaſi inſultando, vel irritando eos, ſed placide, & magna obiicere moderatione debes. Et per intervalla noſtris item Chriſtianis hujuſcemodi confutanda ſunt dogmatibus ſuperſtitiones, & quaſi e latere tangenda, quatenus magis confuſi, quam exaſperati Pagani erubeſcant pro tam abſurdis opinionibus, & ne nos latere ipſorum nefarios ritus ac fabulas æſtiment.

VI. *Hoc quoque inferendum, ſi omnipotentes ſunt dii, & bene ſcilicet juſti, non ſolum ſuos remunerant cultores, verum etiam puniunt contemptores; & ſi horum utraque temporaliter faciunt, cur ergo parcunt Chriſtianis totum pene Orbem ab eorum cultura avertentibus, idolaque evertentibus? & cum ipſi iidem Chriſtiani fertiles terrae, vinique & olei feraces, cæteriſque opibus abundantes poſſident provincias; ipſis autem, id eſt Paganis, frigore ſemper rigentes terras cum eorum diis reliquere, in quibus jam tamen toto orbe pulſi, falſo regnare putantur. Inferenda quoque ſæpius eis eſt orbis auctoritas Chriſtiani, in cujus comparatione ipſi pauciſſimi in vanitate antiqua adhuc perſeverant, & ne, quaſi de legitimo ſemper a principio ſuper ipſas gentes deorum jactitent imperio, intimandum eis, cunctum prius mundum idolorum deditum cultura, donec Chriſti gratia omnipotentis conditoris, rectoris, uniuſque Dei notitia illuminatus, vivificatus, reconciliatuſque Deo eſt: nam quod apud Chriſtianos fidelium quotidie baptizantur filii, quid aliud faciunt, niſi a ſorde, & reatu Gentilitatis, quo totus olim conſtrictus eſt, per ſingulos eos purgant? Hæc charitatis intuitu frater mi breviter tuæ commemorare libuit dilectioni. Et qui corporali prægravatus languore laboro, ita ut congrue illud Pſalmiſtæ dicere poſſim: (a) cognovi quia juſtum judicium tuum, & vere afflixiſti:* (a) Pſ. 118. *Inde obnixius tuam peto reverentiam, quatenus cum his, qui tecum Chriſto in ſpiritu ſerviunt, pro me ſupplicationum fundere preces digneris, ut Dominus, qui me vino compunctionis potavit, cito etiam ſua anticipet miſericordia, ut qui juſte corripuit, clementer ignoſcat: propheticumque illud ſua faciat pietate me quoque* * *gratabundum poſſe cantare: Secundum (b) multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* (b) Pſ. 93. *Optant in Chriſto bene valeas, & mei memineris conſacerdos cariſſime.* Iſta Daniel ad Bonifaciam.

VII. Nititur precibus ſanctorum Bonifacius

Sed quas ipſe Bonifacius ſolaret legatione precam per epiſtolas mittere ad diverſos, ſecundum quod Paulus Apoſtolus ait: (c) *Adiuvantibus & vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum perſonis, ejus quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.* (c) 2. Cor. 1. Docent plures ejuſdem argumenti litteræ ad diverſos, diverſis temporibus datæ, & inter alias, quæ ad Eadburgam, ſive Eadeburgam Abbatiſſam. Fuit iſta Regis Cantiorum affinis, ut quæ dicentur, ſuo loco docebunt, cujus quoque juvabatur in extrema paupertate muneribus, & libros ſacros ad erudiendos populos accipere conſuevit, ut ipſius Bonifacii ad eam litteræ datæ declarant: harum tres hic ſubiiciemus perbreves, ex iiſdem, quæ diximas exemplaribus acceptas, nondum (quod ſciamus) alicubi cuſas, atque primum omnium illam, qua petit ab ipſa deſcribi aureis litteris epiſtolas Petri Apoſtoli, ut a quo accepiſſet ad Gentes Apo-

Epiſtolas Petri aureis rogat ſcribi literis.

PAGIUS. *Eadburga ad quam S. Bonifacius ſcripſit, diverſa a Eadburga Abbatiſſa Tanatenſi.*

Erat *Daniel* Occidentalium Saxonum Epiſcopus, qui anno DCCXXXI. quo Hiſtoriam ſuam Beda abſolvit, adhuc in vivis erat, obiitque anno ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, ut produnt Weſtmonaſterienſis & Chronographus Mailroſenſis. Addit Malmesburienſis lib. 5. de Pontif. pag. 241. Danielem adhuc viventem Epiſcopatum abdicaſſe, & Monachum in Monaſterio Malmesburii exercuiſſe. Varias ad *Eadburgam* Abbatiſſam literas ſcripſit Sanctus Bonifacius, quas Baronius num. VIII. & ſeq. recitat. Mabillonius Sæculo III. Benedictino part. 1. pag. 448. exiſtimat, *Eadburgam* etiam dictam fuiſſe *Buggam*, cui Sanctus Bonifacius, ut ipſa viciſſim Bonifacio, plures Epiſtolas direxit. Bugga enim filia fuit Eangythæ Abbatiſſæ, ut conſtat ex Epiſtola Bonifaciana XXXVIII. cujus hæc inſcriptio: *Venerabili Vuenfrido cognomento Bonifacio Eangyth indigna ancillarum Dei & nomine Abbatiſſa ſine merito functa; & unica filia*

Digitized by Google

Apoſtolatum, cjus quoque litteras prædicandas in Gentibus auri nitore fulgidas, præ tanti Apoſtoli amore ac reverentia ſecum haberet, quod immenſe amantium eſt, ita affici erga eum, quem cupit. Quanti enim fecerit culmen Apoſtolicum Petrum, jam audiſti cum primam omnium, quam ibi inter Gentes crexit Eccleſiam, voluit Petri nomine, atque memoria inſigniri: Petrus illi in ora ſemper, ſicut in mente, & in opere jugiter erat. Sed jam ab eo tunc ſcriptam perbrevem epiſtolam audiamus: ſic enim ſe habet:

VIII. (a) Eod. Cod. epiſt. 31. *Reverendiſſimæ (a) ac dilectiſſimæ ſorori * Eadburgæ Abbatiſſæ Bonifacius exiguus ſervus ſervorum Dei in Chriſto optabilem charitatis ſalutem.*

* Eadeburgæ

Bonifacii ep. ad Eadburgam Abbat. *Deum omnipotentem retributorem, & remuneratorem omnium bonorum operum deprecor, ut tibi in cœleſtibus manſionibus, & in æternis tabernaculis omnium beneficiorum tuorum, quæ mihi præſtitiſti, æternalem mercedem, & in ſuperna Curia Angelorum beatorum reſtituat. Quia ſæpe ſive ſolamine librorum, ſive veſtimentorum adjuvamine pietas tua triſtitiam meam conſolata eſt; ſic & adhuc precor, ut augeas quod cœpiſti, id eſt, ut mihi cum auro conſcribas epiſtolas Domini mei S. Petri Apoſtoli, ad honorem, & reverentiam ſanctarum ſcripturarum ante oculos carnalium prædicando: & quia dicta ejus, qui me in hoc iter direxit maxime ſemper in præſentia cupiam habere. Ad ſcribendum hoc ergo * Eobam presbyterum deſtino: fac ergo ſoror cariſſima de hac petitione noſtra, ſicut benignitas tua de cunctis precibus meis ſolebat, ut & hic opera tua ad gloriam cœleſtis Patris aureis litteris fulgeant. Valere in Chriſto, & ſanctis virtutibus ad meliora conſcendendo proficere te opto.* Ruſum ad eamdem his verbis (b):

* Eobanum

(b) Eod. Cod. epiſt. 29.

IX. Ad eamdem ejuſdem pro precibus. *Dilectionis veſtræ clementiam intimis imploramus precibus, ut pro nobis intercedere apud auctorem omnium dignemini; & ne ignoretis cauſam hujus petitionis, ſciatis, quia peccatis exigentibus, converſatio peregrinationis noſtræ variis tempeſtatibus eliditur, undique labor, undique furor, foris pugnæ, intus timores, ſuper omnia graviſſimum, quod vincunt inſidiæ falſorum fratrum malitiam infidelium Paganorum. Rogate ergo pium defenſorem vitæ noſtræ, & unicum ſalutare laborantium refugium agnum Dei, qui abſtulit peccata mundi, ut nos inter talium luporum cubilia luſtrantes, dextera ſua protegente, illæſos cuſtodiat, & ubi deberet eſſe ſpecioſi pedes portantium lucernam pacis Evangelicæ, non inveniantur tenebroſa errantium apoſtatarum veſtigia: ſed magis Pater piiſſimus accinctis lumbis noſtris perficiat lucernas ardentes in manibus noſtris, & illuminet corda Gentilium ad contemplandum Evangelium gloriæ Chriſti. Interea precor, ut intercedere pietas veſtra pro iſtis Paganis, qui nobis ab Apoſtolica ſede commiſſi ſunt, dignetur, ut eos Salvator mundi ab idolorum cultura eripere dignetur, & aggregare unicæ matri Eccleſiæ Catholicæ filiis, ad laudem, & gloriam nominis ſui, (c) qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vale.* Sed & miſſis libris, rurſus ad eamdem paucis his.

(c) 1. Tim. 2.

X. (d) Eod. Cod. epiſt. 10. *Dilectiſſimæ (d) ſorori etiam dudum ſpiritalis clientelæ propinquitate connexæ Eadburgæ Abbatiſſæ Bonifacius ſervus ſervorum Dei, perennem in Chriſto ſalutem.*

Cariſſimam ſororem remunerator æternus juſtorum operum in ſuperna lætificet Curia Angelorum, quæ ſanctorum librorum munera tranſmittendo exulem Germanicum ſpiritali lumine conſolata es: quia qui tenebroſos angulos Germanicarum gentium luſtrare debet, niſi habeat lucernam pedibus, & lumen ſemitis ſuis verbum Domini, in laqueum mortis incidit. Præterea de charitate tua confidens, obſecro, ut pro me orare digneris, quia peccatis meis exigentibus, periculoſis maris tempeſtatibus quatior, rogans, ut ille, qui in altis habitat, & humilia reſpicit, indulgens flagitia, præſtet mihi verbum in (e) apertione oris mei, ut currat, & clarificetur inter Gentes Evangelium gloriæ Chriſti. Hucuſque epiſtola.

Pro libris miſſis gratiarum actio.

(e) Epheſ. 6.

Erat jugis communicatio precum piorum fidelium Anglorum cum ſuo gentili Bonifacio in miniſterio, quod ſuſceperat Apoſtolatus, ipſius memoriam facientium in ſacroſancto ſacrificio Miſſæ: teſtati ſunt id litteris ad eum ſcriptis,

PAGIUS *lia ejus Eaburg cognomento Buge.* Baronius anno DCCXIX. num. XV. exiſtimat, *Egburgam* ſeu *Buggam* haud aliam eſſe quam Eadburgam, Abbatiſſam, ad quam extant Bonifacianæ litteræ, VII. XIII. XIV. XXI. & XXVIII. Verum *Buggam* & *Eadburgam* diverſas fuiſſe veriſimile eſt, ut inquit ibidem Mabillonius: tum quia Bonifacius ad illam ſcribens, ſemper *Buggam* cognominat, hanc vero *Eadburgam*; tum quia hæc videtur fuiſſe *Eadburga*, a qua *Leobgytham* didiciſſe artem poeticam, ipſamet Leobgytha teſtatur in Epiſtola XXXVI. inter Bonifacianas, ut proinde Abbatiſſa fuerit Winimburnenſis Monaſterii, in quo *Leobgytha* educata eſt; cum tamen *Eadburga* Abbatiſſa Tanetenſis Monaſterii extiterit. Porro *Leobgytham* eamdem eſſe ac *Liobam* Sanctitate illuſtrem anno ſequenti videbimus.

III. Baronius num. XIII. refert Epiſtolam his verbis inſcriptam: *Reverendiſſimo Præſuli & pia Pa-*

quas ex iiſdem codicibus depromptas his ſubiicimus. Sic enim ſe habent (a):

(a) Ead. Cod. ep. 40.

Domino ſinceriſſimo meo, & dulciſſimo charitatis cultu, & præcipuo Dei gratia copioſo, ſemperque in Chriſto paſtoralis curæ regimina gubernanti Bonifacio, qui & Vuinfridus, Archiepiſcopo, Torthelmus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei in Domino ſalutem.

XI. *Deſiderabiles litteras excellentiæ veſtræ ſuſcepimus, quas relegentes cognovimus tuam piiſſimam devotionem, ferventiſſimumque amorem, quem habet propter beatam vitam, ut dextera Domini protegente, mediteris die, ac nocte, ad fidem Catholicam atque Apoſtolicam pro tuæ animæ redemptione corda Paganorum Saxonum converti. Quis enim audiens hæc ſuavia, non lætetur? quis non exultet, & gaudeat in his operibus, quia gens noſtra Chriſto omnipotenti Deo credat? Per gerulum vero apicum tuorum, modicum tibi munuſculum, ſed magni affectus pignus transmitto, ſimul & indicans omnia, quæ a parvitate noſtra petere dignatus es, libentiſſime ſuſcepimus, hoc eſt, quod in ſacris Miſſarum celebrationibus, & in quotidianis precibus tuæ ſanctitatis memoria celebretur; optantes, & obnixe deprecantes noſtræ fragilitatis conſcii, hoc idem a veſtra parte, quanto meritis excellentiores eſtis, tanto circa nos perfectius obſervari. Feſtinet igitur veſtra celſitudo novum Chriſto populum coacervare, & dedicare. Profecto enim habetis protectorem humani generis redemptorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Fraterno itaque affectu ſalutantes veſtram excellentiam, & divinam deprecamur jugiter clementiam, quæ vos veſtroſque omnes in omnibus operibus auxiliari dignetur, ut cum Chriſto in futuro regnetis ſæculo.* Hactenus Torthelmus Epiſcopus. Subiicimus hic alias aliorum inſignium virorum eodem argumento conſcriptas. Sunt hujuſmodi (b).

Bonifacii memoria ſacrificio miſſæ.

(b) Ead. Cod. epiſt. 43.

XII. *Domino glorioſiſſimo, & cum honoris affectu venerandiſſimo Bonifacio Archiepiſcopo Aelbuvaldus, Deo donante, regia poteſtate fretus, ſimul & tota Abbatiarum omni congregatione ſervorum Dei in noſtra provincia, Aleitbronum pro Eccleſiarum incolumitate die noctuque precibus pulſantes, in Deo remuneratore omnium ſalutem.*

In primis itaque ſcire te volumus, o dilectiſſime, quia gratanter accipimus, noſtram parvitatem veſtris ſanctis orationibus commendatam, ut ſicut veſtra benignitas de Miſſarum ſolemnitatibus, & orationum aſſiduitatibus, Deo inſtigante, dictavit, ita quoque noſtra mediocritas devota mente implere conetur; memoriaque nominis veſtri in ſeptennio monaſteriorum noſtrorum ſynaxibus perpetua lege cenſeri debet, quia in ſeptenario numero perfectio ſæpe deſignatur. His itaque bene compoſitis, & Deo adjuvante, de animarum regulis rite diſpoſitis, & de interioris hominis habitu apte condicto, & exteriora, terrenaque ſubſtantiæ adminicula, quæ ſub noſtra poteſtate, Deo largiente, redacta ſunt, ſub veſtræ voluntatis arbitrio conſecrare volumus, ita tamen, ut orationum veſtrarum adjutoria benevolentiam almitatis veſtræ in Eccleſiis Dei frequentare faciatis, & ſicut te paſtorem in populo ſua prædeſtinatio Dei fieri voluit, ita & nos te patronum ſentire ſatagimus. Nomina quoque defunctorum, & viam univerſalem ingredientium, prout opportunitas anni exegerit, ex utraque parte adducentur, quatenus ut Deus deorum, & Dominus dominantium, qui vos in Epiſcopatus regimen ponere voluit, ſuam plebem ad individuæ Trinitatis agnitionem, & Unitatis ſubſtantiam per vos adducere dignetur. Præterea, o piiſſime Pater, tibi intimandum curamus, ut gerulum præſentium litterarum devota mente a nobis tranſmiſſum ſciat, & ſicut fidelem tibi comperimus eſſe, ita & eum veridicum in omnibus invenire. Sed accipe alias eodem argumento conſcriptas.

Quæ miniſtrata ſunt Bonifacio.

XIII. Ex cod. Cod. ep. 41. *Reverendiſſimo Præſuli, & piæ paternitatis prærogativa divulgando Archiepiſcopo Bonifacio, Sigebaldus licet indignus & ultimus famulorum Dei famulus optabilem in Domino ſalutem.*

*Primitus ſubnixis precibus, ac ſi progeniculans flexis poplitibus, ut indulgeas obſecro petitionem meam, quam rogavi te per tuum presbyterum nomine * Eobo, id eſt, ut tibi indicaret meam petitionem, & deſiderium, id eſt, ut*

* Ebbo

meus

PAGIUS Sigebaldus Monachus non vero Rex ad S. Bonifacium ſcribit.

Paternitatis, prærogativa divulgando Archiepiſcopo Bonifacio, Sigebaldus licet indignus, & ultimus famulorum Dei famulus optabilem in Domino ſalutem. Eandem Epiſtolam refert Serarius in Codice Epiſt. Boniſac. & ante laudata verba hæc præfigit: *Epiſtola XLIX. Sigebaldi Regis*, & in notis ad eandem dicit, Sigebaldum Regem fuiſſe Occidentalium Saxonum, apud quos Daniel Ventanæ Civitatis Epiſcopus, cujus mentio in ea Epiſtola, erat. Et quia ea his verbis inchoatur: *primitus ſubnixis precibus, ac ſi progeniculans flexis poplitibus, ut indulgeas obſecro petitionem meam, quam rogavi te per tuum Presbyterum nomine Eobo, id eſt, ut tu meus eſſes Epiſcopus cum meo Epiſcopo Daniele*, Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. in Obſervationibus præviis ad Vitam Sancti Bonifacii num. VIII. inde deduxit, *Sigebaldum* Regem Bonifacium jam in ciſmarinis partibus conſtitutum rogaſſe, ut ejus eſſet Epiſcopus, ſed Bonifacium eam dignitatem recuſaſſe, ne Gentilium converſioni deeſſet. Verum ea Epiſtola,

non

Digitized by Google

meus eſſet Epiſcopus cum meo Epiſcopo Daniele, & pro tua clementia hoc mihi concedas; ut ſi ita fuiſſet, ſicut eum rogavi, putabam a te de me aliquem conſolationis ſermonem venire ad me. Notum ſit tibi, quia ex eo tempore nomen tuum adſcriptum habuiſſem, cum Miſſarum ſolemnia celebrarem, ſimul cum nominibus Epiſcoporum noſtrorum, & modo non ceſſo quamdiu ſubſiſtam. Et ſi ſupervixero tibi, cum nomine patris noſtri Erconwaldi Epiſcopi tuum adſcribo nomen, non quia de merito mei peccatoris confidens ſim, ſed de miſericordia Dei, & ſpe tua, quam habes in Deum. Ideo deprecor te, ut tecum memoria mea ſecundum parvitatem meam, & in præſenti, & in futuro perſiſtat. Vale in Chriſto.

Commemoratio Bonifacii in miſſis.

XIV. Precum igitur gentilium ſuorum, Dei amicorum S. Bonifacius divinitus roboratus, quæque ardua, ac difficillima, majoribus ſumptis ſpiritibus, tentat. Parumque ſibi viſum eſt gentiles homines ad Chriſtianam fidem convertere, niſi Chriſtianos depravatis, corruptiſque moribus ad normam Chriſtianæ religionis induceret, reduceretque in primis eos qui ſub diverſis Eccleſiæ Ordinibus militarent, ad antiquitus traditam, legibuſque præſcriptam Eccleſiaſticam diſciplinam. Conatus eſt iſta pro viribus, in quibus ipſi laborandum plurimum fuit; cum præſertim hæretici nonnulli fidelium mentes erroribus labefactare conati eſſent. Nam audi quæ ex Vvilibaldo idem, qui ſupra pergit narrare auctor.

Adverſus hæreticos pugnat Bonifacius.

His ita geſtis, in Thuringiam profectus eſt; ejuſque gentis principes magna ex parte a Chriſtiana religione deficientes corrigere ſtuduit. Cum enim religioſi principes apud illos imperare deſiiſſent, ſimul etiam religio vacillare cœpit: at quidam Pſeudochriſtiani Dorthvvinus, Berthirus, Eanbertus, & Hunradus apud eos hoſpitio recepti, hæreſeos illis auctores fuere; cumque ii ipſi impuri ſcortatores, & adulteri ingens viro Dei certamen excitaſſent, ab illo egregie confutati dignam retulere ſuæ veſaniæ mercedem, excommunicati, & expulſi ab Eccleſia.

Ann. Eccl. Tom. XII.

Manabat interim longe lateque fama prædicationis ejus, & credentium numero magnæ fiebant acceſſiones, templa inſtaurabantur, monaſteria conſtruebantur, atque in iis etiam illud extructum eſt, quod eſt in Ordorff, in honorem ſancti Michaelis Archangeli, congregata illic ſervorum Dei multitudine, qui omnes Apoſtolico more viventes, laboribus ſuis ea, quæ ad victum, & veſtitum neceſſaria ſunt, ſibi comparabant. Quod autem in honorem ſancti Michaelis illud ædificatum fuerit, ejus hæc ratio eſt. Cum vir Dei in Thuringia verſaretur, prædicans & baptizans, apud flumen Orabam, tentoriis fixis, quadam nocte permanſit. Tota autem nocte illa lux cœlitus ſparſa, locum, in quo ille manebat, ambivit, atque in ipſa luce ſanctus Michael Archangelus ei apparuit, eumque in Domino confortavit. Mane vir Dei laudans, & benedicens Dominum Miſſarum ſolemnia illic celebrat, ac deinceps eodem in loco prandium ſibi parari jubet. Dicente miniſtro deeſſe cibum, quo veſceretur, reſpondit: Ita ne? Quot hominum millia in deſertis, annis quadraginta pavit manna? mihi indigno ſervulo ſuo non poteſt unius diei alimoniam ſuppeditare? His dictis jubet apponi menſam. Interea quædam avis advolat, & piſcem ore ferens, qui illo die ad cibum ſufficeret, ante menſam deponit. Tum vero ſanctus Præſul gratias agit Deo, piſcemque mandat ocius præparari. Cumque ex illo comediſſet, reliquias in flumen projici jubet, &c. Subdit de erectione illic facta Eccleſiæ, & monaſterii in honorem S. Michaelis Archangeli. *Quis iſta audiens non fide digniſſima putet, ſi recolat mente, quoties in divinis litteris Angelos apparuiſſe patribus legitur? Certe quidem majora præſtanda fore miniſtris novi teſtamenti, quam veteris, Pauli ſententia redditur manifeſtum, ſcribente ipſo iſta ad Corinthios* (a): *Quod ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur; quomodo non magis miniſtratio ſpiritus*

XV. Monaſt. S. Michaelis Archangeli.

Michaelis Archangeli apparitio.

(a) 2. Cor. 3.

R r 2 erit

PAGIUS non a *Sigebaldo* Rege, ſed a *Sigebaldo* Monacho ſcripta, ut humile Scriptionis genus ſuadet, & mutua in ſacrificiis memoria, quam petit, non vero ut Bonifacius in Angliam veniat, ſicuti Alfordus hoc anno num. XVII. obſervavit. Neque enim Bonifacio vivente aliquis in Saxonia Occidentali *Sigebaldi* nominis Rex fuit, & e contra *Lullo* Succeſſore Sancti Bonifacii Eccleſiam Moguntinam regente, ſcripta ab eo Epiſtola inter Bonifacianas LXII. cujus hæc eſt inſcriptio: *Cariſſimis filiis Denehaldo, Eanbertho, Vinbertho, Sigeberto, Sigevvaldo, Lullus Antiſtes in Domino ſalutem*, qui Sigewaldus non videtur diverſus a Sigebaldo a quo eſt Epiſtola XLIX. qui ideo a Lullo obtinuit, quod a Bonifacio impetrare non potuerat, ut cum illo vivere poſſet. Ea enim Epiſtola Monachis in Thuringia poſitis ſcripta. Quod hic monendum duxi, ne titulus Regis a Serario confictus Viris doctis fucum impoſterum faciat.

IV. Gregorius Papa literas Bonifacio Epiſcopo ſcripſit, partim gratulatorias, quod pleroſque Paganorum ad Chriſtianam religionem perduxiſſet, partim exhortatorias, ut in cœpto Verbi Miniſterio conſtanter inſiſteret. Eas recitat Baronius num. XVI. datæque dicuntur *pridie Nonas Decembris imperante Domino Piiſſimo Auguſto Leone a Deo coronato Magno Imperatore*, an-

IV. *Gregorius II. Papa hortatur S. Bonifacium, ut in cœpto opere inſiſtat.*

erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multo magis abundat miniſterium juſtitiæ in gloria. Sed & cum miniſtratorii ſpiritus dicantur ab (a) Hebr. 1. eodem Apoſtolo (a) Angeli in miniſterium miſſi eorum, qui hæreditatem capiunt ſalutis: plane in primis invigilandum ipſis eſt, & miniſtrandum iis, quorum munus eſt, ut plurimos erudiant ad ſalutem. Bonifacius igitur, cum tot tantoſque de prædicationis ſemente, nondum anno abſoluto, collegiſſet proventus, de his omnibus Gregorium Romanum Pontificem reddidit certiorem litteris ſuis, quæ non extant. Verum ex redditis ad eum ab ipſo litteris fiunt iſta omnia manifeſta. Nam hoc pariter anno, jam inchoata Indictione octava redditæ leguntur Gregorii Papæ ad eumdem Bonifacium litteræ, ad eas, quas ante idem ipſe ad Gregorium ſcripſerat de ubere fructu ex prædicatione collecto, deque negociis ad ſtatum ejus Eccleſiæ optime diſponendum. Quænam autem iſta fuerint, intelligemus ex ipſis Gregorii litteris in fine anni hujus ad ipſum (b) Greg. 2. epiſt. 7. et 2. epiſt. Rom. Pontif. datis, quæ ſic ſe habent (b):

Reverendiſſimo, & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Gregorius ſervus ſervorum Dei.

XVI. *Credita ſpeculationis ſollicitudine permati, Evangelica quoque inſtitutione, qua Chriſtus ait* (c) Luc. 10. (c): *Obſecrate Dominum meſſis, ut* * *mittat operarios in meſſem* * Mittat (d) Matt. 9. *ſuam* (d): *tuam proinde reverendam fraternitatem ad imitationem Apoſtolorum* (e) Marc ult. (*ut Domino jubente præcepti ſunt* (e): *Euntes prædicate Evangelium regni* (f. Matth. 10. (f): *Gratis accepiſtis, gratis date*) *in partibus* * *Heſpaniarum ad illuminationem Germaniæ gentis, in umbra mortis ſedentis dirigere prævidimus, lucrum ut inde apportare deberes; quia ſervus ille de negotio talenti* (*ſicut ſcriptum eſt*) *ſidus in* * Haſbaniarum vel Heſſorum *futuro* * *auctori abſente Deo feciſſe. Quod, quia ex obedientia munere miniſterium verbi cernimus adolere, & prædicationis præconio populum infidelem* (*ut innotuiſti*) *audivimus converti: Domini potentiæ gratias referentes, ut ipſe, a quo bonum omne procedit, & qui ad agnitionem vult omnes venire veritatis, tibi* (*ut optamus*) *cooperetur, & a tenebris ad lucem populum illum ſua potentia inſpirationis reducat. Hinc enim vobis merces copioſa credimus, quod ab omnipotente Deo adſervabitur in cælis* (g). *Bonum* (g) 2. Tim. 4. *enim certamen, ſi perſeveraveris, poſſis cum Apoſtolo dicere, certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi; ſed ut coronam percipias laboris inſiſte: pollicetur enim Deus perſeverantibus in finem ſalutem. Nec te minæ terreant, nec deiiciant terrores: ſed fixam in Deo tenens fiduciam, veritatis verbum denuncia. Erit enim ex adjutorio divino protectio, tantum ſit bonum in voluntate opus. Igitur quantos ab errore converteris, ſyllabarum tuarum recenſito textu cognovimus, læti ubere Deo gratias agentes, de lucro animarum exultamus.*

Gregorii Pap. ad Bonifacium epiſtola.

XVII. *Porro pro Epiſcopo illo, qui nunc uſque deſidia quadam in eadem gente prædicationis verbum diſſeminare neglexerat, & nunc ſibi partem, quaſi in parochia defendit, Carolo excellentiſſimo filio noſtro, ut eum compeſcat ſuadentes, paternis litteris ſcripſimus, & credimus, quod hoc vetari præcipiat: ipſe vero opportune, importune prædicare quæ ſunt ſalutis, non deſinat. Igitur Thuringiæ, & Germaniæ populo, ea, quæ ad animæ reſpiciunt utilitatem & ſalutem, ſcribere non omiſimus, inter alia, ut conſtruant Epiſcopia, & Eccleſias condant, injungentes,* (h). (h) Ezech. 18. *Ipſe enim qui non vult mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat, erit omnibus daturus incrementum. Deus te incolumem cuſtodiat. Dat. pridie nonas Decembris, Domino piiſſimo Auguſto Leone a Deo coronato magno Imperatore anno* * *octavo;* * Nono *ſed & Conſtantino magno ejus filio anno quinto, Indictione octava.* Hæc Gregorius ad Bonifacium. Cæterum reliquæ litteræ, quas ſe ad diverſos ſcripſiſſe teſtatur, non extant: deſiderantur præterea, & ipſius Bonifacii aliæ litteræ ad Gregorium Pontificem crebro conſcriptæ, immo & cætera ab eo geſta reliquo tempore Pontificatus ejuſdem Gregorii; de quibus illud tantum innoteſcit, accerſitos ab eo ex Anglia miniſtros, inſignea ho-

PAGIUS *anno octavo; ſed & Conſtantino Magno Imperatore ejus filio, anno quinto, Indictione octava*, a Septemb. præſentis Chriſti anni cœpta. Baronius, qui Leonis Imperium anno uno anticipavit, in earum literarum margine annum Leonis, *nonum*, loco *octavi* notavit, ſed perperam. Cum enim *Leo & Conſtantinus* ejus filius eodem menſe, nempe Martio, dicti ſint Imperatores, ille anno DCCXVII. hic anno DCCXX. in omnibus ſubſcriptionibus anni tres Leoni amplius quam Conſtantino, nunquam vero quatuor, tribuuntur. Serarius in Notis ad eam Epiſtolam legit: *Imperante Aug. Leone, anno octavo, Patricimus ejus anno octavo*. Verum Conſulatus nomen omnino retinendum, legendumque cum Sirmondo, *anno octavo, poſt Conſulatum ejus anno octavo*. Sed quiſquis Decretalium editioni præfuit, ignoravit a tempore Conſtantini Pogonati Imperatores tot Conſulatus, quot Imperii annos memoraſſe, de induſtria Conſulatum prætermiſit. Imo neque Sirmondus in hoc arcanum penetrarat; cum in Notis ad Indiculum Sacramenti a Bonifacio Romæ editi, de Leonis Imperio & Conſulatu ſcribat: *Leo Iſaurus Imperium iniit VIII. Kalendas Aprilis, & mox, ut conjectura eſt, Conſulatum proximis Kalendis anno Chriſti DCCXVII.* In eodem Conſulatu hæſit Cointius citatus num. XX. & præterea annum Pa-

homines, quos inſtitutis a ſe Eccleſiis præficeret, necnon probatæ caſtitatis feminas, quæ mulierum curæ, & monaſteriis virginum præeſſe deberent, de quibus agemus anno ſequenti.

XVIII. S. Corbinianus Romam ad Greg. Papam venit.

Eodem ferme tempore cum S. Corbinianus Friſingenſis Epiſcopus perfunctus eſſet annis octo Epiſcopatus, amore quietis Romam venit ad Gregorium Pontificem ut miſſionem peteret ab Epiſcopatu, quam non obtinuit. Qui ejus res geſtas conſcripſit Aribo ejuſdem civitatis Epiſcopus, ubi multa admiratione digna, quæ in itinere contigerunt, enarravit, iſta de acceſſu ad Gregorium Pontificem ſubdit (a): *Ipſe iter proſequens Romam uſque pervenit, & oratione facta ad utraque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina, ad ſummi Pontificis beati Gregorii præſentiam veniens, ad ejus ſe ſtravit veſtigia. At ille ſurgere illi imperans, ſedemque juxta ſe poni faciens, ſedere præcepit. Qui cum ſediſſet, non modica dona ſancto Dei viro obtulit, & cuncta ſibi de ſua converſatione diſplicentia enarravit, quomodo videlicet, & quibus, quaſi immenſis fluctibus, quateretur hujus mundi honoribus: & quomodo ei nec murorum claustra tranquillitatem præſtare potuiſſent, & quantum hujus mundi formidaret divitias, quippe qui nec unum vellet habere colonum. Secretum vero petens, ut ei omnes perturbationes animi ſui atque anguſtias libere poſſet referre, lacrymis fuſis flebili voce deplorat, ut ſuum ſecretum impoſito honore perdiderit, in priſtina petitione perſiſtens, ut ad cœnobium ipſum ire permitteret, vel in quandam cellulam includeret, vel in aliqua ſecreta ſilva ad operationem ipſi concederet agellum.*

(a) Extat ap. Sur. die 8. Septemb.

XIX. *His auditis, tantam humilitatem ejus miratus eſt ſummus Papa: eoque a ſe dimiſſo, ad ſecreta neceſſaria Synodum congregavit*, colligens ſcil. presbyterium & Epiſcopos, qui in Urbe præſto eſſent *& in eo conventu iſta recitavit. Quibus illi auditis, una voce eum reverti debere, proclamabant, multis teſtimoniis Scripturarum id confirmantes. His ita dicentibus, virum Dei in medium venire juſſit: quorum verbis ſe victum conſiderans, ut injunctum ſibi a ſancto Patre officium nullo modo omitteret, & a lucro vacuus rediret ad aream: cum ſummo ibi aliquantum temporis retentus honore, benedictione accepta, valefaciens omnibus, triſtis receſſit.* Hæc Aribo ejus in Epiſcopatu ſucceſſor, qui de his, quæ ipſi Ticini cum Luithprando Longobardorum Rege interceſſerunt, hiſtoriam ita contexuit.

In Spondo rejecta petitio S. Corbiniani.

XX. Ultus Deus in nobilem ob equum S. Viri ſublatum.

Cumque revertendo Papiam perveniſſet, ad portam urbis feretro impoſitum cujuſdam mortui corpus efferebatur, quem univerſus ſequebatur urbis magiſtratus. Qui mox ut virum Dei conſpexere, ſubtiliter de perſona ejus, atque vocabulo ſciſcitabantur. Erat autem cadaver ejus viri, qui caballum ſancti Corbiniani Romam venientis ante rapere auſus fuerat. Eos autem omnes pavor ingens invaſit: quia ille deſperatus a medicis facinus ſuum non abſcondit, ſed publice confeſſus eſt. Tunc quoque vir ſanctus cum omni humanitatis reverentia a Rege receptus, regalem deducebatur in aulam, quia nequaquam Principem latebant divina virtutis miracula, quæ per virum ſpatia ab eo, & per eum geſta fuerant, & propterea miles Chriſti ampliorem ab omnibus recipiebat honorem, quamvis ille ea omnia voluiſſet ſilentio premi.

XXI. Equus & pecunia data Corbiniano.

Sedente autem Rege, & cum eo viro Dei, mulier ipſius tunc defuncti orbata viro, & viduata, flebili vultu veſtigiis viri Dei provoluta eſt, adducens viri Dei caballum a viro ſuo machinis diabolicis, & nefandis raptum inſidiis, forma, & ſpecie decorum, quaſi de obitu viri ſui mortis reum; inſuper ducentos ſoli-

PAGIUS

Patriciatus cum Serario etiam retinendum putavit. Verum anno DCCXXI. jam Juſtiniani, Imperatores a Conſtantino Pogonato, eodem die & Imperium & Conſulatum cepiſſe, eo prorſus modo quo Veteris Romæ Imperatores Tribunitiam poteſtatem cum Imperio inibant. Quod impoſterum in controverſia eſſe non debet; cum hoc tot exempla adſtruxerim.

V. S. Bonifacius ad Hiſpanias miſſus non eſt.

Baronius in margine earundem literarum Gregorii ad Bonifacium, ubi ille ait: *Euntes prædicate Evangelium Regni: Gratis accepiſtis, gratis date, in partibus Heſperiarum ad illuminationem Germaniæ Gentis in umbra mortis ſedentis dirigere providimus*, Heſperiarum loco vocem *Hiſpaniarum* repoſuit, nulla ſuæ emendationis ratione reddita, niſi quod in margine habet: *Hasbaniarum vel Heſſorum*. Verum cum omnes editiones habeant, *in partibus Heſperiarum*, a Germania longius abſint Hiſpaniæ, & Bonifacius Apoſtolicum munus non niſi in Germania geſſerit, non dubium, quin *Heſperiarum* nomen in literis Gregorii Papæ retinendum ſit; cum illud Provincias Occidentales ſignificet, quales ſunt Haſſia, Saxonia, Friſia, aliæque finitimæ, de quibus Auctores Vitæ Bonifacii loquuntur. Ipſemet Gregorius, ut obſervat Cointius hoc anno num. XVIII. in iiſdem literis ſcribens: *Igitur Thuringis & Germaniæ populo, ea quæ ad animæ reſpiciunt utilitatem & ſalutem, ſcribere non omiſimus*, Thuringos a reliqua Germania ſic diſtinguit, ut per Germaniam deſignet ſpatium illud terrarum, quod cis Thuringiam ad Occaſum vergit, & Haſſiam, Saxoniam, Friſiam, circumjacenteſque Provincias ad Rhenum & Oceanum uſque complectitur.

VI. Secunda profectio Rom. S. Corbiniani.

Ad num. XVIII. & ſeqq. *Sanctus Corbinianus* primus Friſingenſis Epiſcopus *continuis ſeptem annis*, ut ait Aribo in ejus Vita cap. IX. poſt profectionem ſuam Romanam in ſeceſſu quodam, *ab advenientibus ſecumque commoran-*

Digitized by Google

ſolidos viro Dei obtulit, dicens virum ſuum eadem die percuſſum fuiſſe, qua illecebroſis machinis viam viro Dei impedire præſumpſit, & ut ab eadem percuſſione languor quotidie doloris fomitem miniſtraſſet, & ut jam a medicis deſperatus ſibi præcepiſſet, ut omni diligentia ipſam cuſtodiret caballum viro Dei, ſi Deo adjuvante, eo reverſus eſſet, omnino redderet, & ejus facinus illi confiteretur, & inſuper debita impenſionis et aurum afferret, ut pro ejus anima vir ſanctiſſimus deprecari divinam clementiam dignaretur.

Luithprandi Regis erga Sanctum reverentia.

Quibus dictis compaſſus eminentiſſimus Rex, & dolore ac tremore compunctus, ſtatim ex throno proſiliens, genibus provolutus iſti Epiſcopi, rogans ut hoc ſperneret, quod mulier obtulit, & inſuper ſuum reciperet, quod amiſit. Vir autem Dei ut totam eminentiæ familiam contriſtaret, quam ob mortem tanti viri flentem conſpexit, & in magna eſſe deſperatione animæ illius, univerſis petentibus ad ſuſcipienda quæ mulier obtulerat, tandem coactus conſenſit: Regem ut ſurgeret, petiit, leviterque eum conſolari cœpit, &c. Ex his, & aliis pietas quidem ipſius Luithprandi ab omnibus prædicatur, quomodo ſcilicet erga Dei ſervos propenſior eſſet, quos omni obſequio colere conſuevit: Utinam ſic ſemper ad finem uſque perſeveraſſet.

XXII. Inſtar Joannis Corbinianus arguit Grimoaldum.

Porro quod ad ſanctum Corbinianum pertinet, ſicut erga Principes Deum timentes benignum ſe præbere, ita in Dei mandatorum contemptores durum & aſperum, quo eos ab errore revocare poſſet, ſe exhibere ſolebat. Nam audi quæ inter ipſum & Grimoaldum ducem filium Theodonis Ducis Bavariæ interceſſerunt, cum in ſuam Eccleſiam reverſus eſt: *Cum autem* (inquit idem, qui ſupra Aribo) *ad palatium prædicti Principis pervenit, per quemdam dilectum ejus cubicularium eidem Principi demandavit, nequaquam ſe faciem illius videre velle, antequam lafcivam conjugem a ſe expelleret, quam ſibi tunc copulaverat poſt obitum fratris ſui Theodoaldi viduam. Quæ quidem ſecundum ſ[illegible] carnis pulcedinem pulcra videbatur & decora, nomine Pildrud, & genere præclara, ex Galliæ partibus genitricem ſequuta, iſtas pervenerat in partes. Sed cum Epiſcopi dictis conſentire nollet, ipſe in ſua perſeveravit ſententia, atque egregii prædicatoris Pauli ea verba demandavit, inter cætera:* (a) *Quia neque adulteri neque fornicatores regnum Dei poſſidebunt.* (a) 1. Cor. 6.

XXIII. Nova Herodias forit in Sanctum.

Illa autem ſceleſta Herodiadis ſequens exemplum, de morte viri Dei cum malevolis quibuſdam tractare cœpit. At vir Dei meminerat pro tali crimine Joannem increpaſſe Herodem propter (b) *Herodiadem, quam tulerat fratri ſuo viventi uxorem, atque ob hoc ab eo interemptum eſſe; ideoque nullatenus in tantum facinus ſe conſentire prædixit, antequam ſe eſſe potius moriturum. Sic ergo quadraginta diebus ab eorum ſe ſubtraxit obtutibus, eoſque per ſuos jugiter admonere non deſtitit, ut tam execrabile conjugium relinquerent; congruiſque temporibus jam quidem ſi converterentur ad pœnitentiam, blandis ſermonibus Dei regnum promiſit: porro ſi permanerent in malitia, terrorem magni judicii Dei, æternumque eis cito venturum minabatur ſupplicium. Tandem omnipotentis Dei conſolante clementia, perduxit eos ad promiſſionem ſeparationis ſuæ.* (b) Matt. 14. Marc. 6. Luc. 3.

XXIV. Pœnitentia inceſtuoſorum.

Tunc vir ſanctus in Domini Chriſti Jeſu confiſus gratia, eos fecit ad ſuam venire præſentiam: qui venientes humi ſe proſtraverunt ambo, & extenſis ad pedes ejus brachiis, ſe graviter peccaſſe, ſe nimium reos eſſe, confeſſi ſunt, & ita pura confeſſione ad pœnitentiæ confugerunt remedia. Quorum capitibus vir Dei manus imponens, ſigna æternæ ſalutis eos munire curavit, ex humo eos erigens, tum graviter lapſis pœnitentiam deſignavit, viam eis ſalutis oſtendit, remediorum ſolatia eleemoſynarum largitate, jejuniorum & orationum frequentia adipiſcenda monſtravit; & ut amplius peccare caverent, ſolicite præmonuit; ſicque domum ingreſſi communiter ſumpſerunt cibum; ſicut autem a menſa Principis vir Dei alimoniam corporis ſumpſit, ita illis alimoniam animarum, prædicando verbum Domini, miniſtravit. Hactenus de rebus geſtis cum Grimoaldo duce Aribo. Verum cum non longius (ut par erat) a ſe feminam illam Grimoaldus ablegaſſet, reverſus ad vomitum, ulciſcente numine, in ſe ſuoſque Dei vindictam miſer expertus eſt. Siquidem illa necem ſubtrahere viſum Dei hauſtu veneni cum cogitaret, & opere explere curaret de-

ſcen-

PAGIUS

tibus Verbum Dei ſedulo miniſtravit; ſed quia ejus fama magis increbeſcebat, ipſeque *ſupervenientium turbas ſuſtentare non poterat,* decrevit iterum Romam pergere, ut Epiſcopatum abdicaret, & ſecreta Monaſterii peteret. Quare *in Alemanniam pervenit, deinde in Germaniam: & ſic in Noricum veniens, ibi aliquandiu demoratus, Verbi Divini ſeminavit Doctrinam, & nonnullorum Sacra verba penetrabant Gratia Dei, corda in augmentum Fidei Chriſti. Quæ gens adhuc rudis erat, & nuper ad Chriſtum converſa* (nempe per Sanctum Rudbertum, Primum poſtea Saltzburgenſem Epiſcopum.) *Eo namque tempore erat ibi devotiſſimus Theodo Dux, &c. earique ibi habebantur Sacerdotes, ut ſolet apud novitios.* Profectio illa Romana quam tar-

dius

ſendente Domino vir ſanctus periculum impendens evaſit; vindicta autem in domum ejus converſa eſt, quam paucis his Aribo deſcribit:

XXV. Dei vindicta in domum Principis. *Quæ autem* (inquit) *tales inſidias fuerit ſecuta vindicta, ſilentio non eſt premendum. Filius Grimoaldi, quem nefando crimine* (*ut diximus*) *machinis diaboli incantaverat, rebus exceſſit humanis: eoque mortuo, Grimoaldus ab inſidiatoribus interfectus eſt. Prædictus Ninus, qui necem Epiſcopo per venenum ſcilicet afferre voluit, probroſa morte vitam finivit; cum enim ventrem purgaret, lancea percuſſus interiit. Ad ultimum vero Pildrud Carolum* Martellum ſcilicet, *in Gallias ſequens, pro meritis ejus ab eo repudiata, omnem honorem & gloriam perdidit, propriiſque exuta ſubſtantiis, noviſſime nihil niſi unum aſellum ad ſubvectionem poſſidens, in Italia vitam finivit; nati ejus, qui ex illius prodierant utero, cum multa tribulatione regno privati, vitalem amiſerunt ſtatum.* Hactenus de his auctor, reliqua narrare pergens tanto quidem Apoſtolico digna viro, quæ nos brevitatis cauſa præterimus.

Re-

PAGIUS dius anno DCCXXII. ſuſcepta, juxta ea quæ anno DCCXVI, num. VII. in medium adduximus. Quare tunc in Bajoaria, quam *Norici*, nomine *Aribo* intelligit, Principatum gerebat *Theodo* Secundus, quem eum eſſe, cujus mentio in Vita Sancti Rudberti diximus. *Corbinianus*, ubi Romam pervenit, fruſtra Gregorium Papam rogavit, ut Epiſcopali munere dimiſſo Monaſterium ingredi ſibi liceret. Quare Roma per Longobardiam in Baioariam rediit; cumque per iter aliquo tempore moratus fuiſſet in Ditionibus *Grimoaldi*, unius e filiis *Theodonis* præfati, eum cum Theodaldi ſeu Theodebaldi fratris nuperrime mortui vidua inceſte viventem ad pœnitentiam reduxit, ut narrat Baronius ex Aribone.

I. REdemptoris ſeptingenteſimus vigeſimusquintus annus adeſt octavæ indictionis, quo translatio facta eſt opera Luithprandi Longobardorum Regis corporis ſancti Auguſtini ex Sardinia Ticinum, redempto ipſo magno pretio a Sarracenis, qui eam inſulam occupaverant. Hujus rei geſtæ antequam hiſtoriam proſequamur, de tempore exquirenda eſt ratio quam exactiſſime, eo quod diverſorum diverſæ de his ſententiæ inveniantur, cum alii id factum dicant anno ſeptingenteſimo vigeſimo primo, alii trigeſimo quarto. Ex ſupputatione autem annorum ab eo facta, qui eam fuſius ſcripſit hiſtoriam, dicendum eſſet eam habitam anno decimo poſt ſexcenteſimam, ſed exploditur omnino iſta, eo quod needum eo tempore Luithprandas regnare cœpiſſet. Ut autem nos hic potius collocemus, Beda hujus temporis auctor nobilis perſuadet, quod ſcilicet producens ille commentarium ſuum de ſex ætatibus uſque in annum * onnum Leonis Imperatoris, ponenſque extremo loco eam translationem, qua claudit eam lucabrationem, poſſumus exiſtimare hoc anno eamdem contigiſſe. Porro rei geſtæ ſeries habetur in epiſtola ad Carolum Magnum poſtmodum ſcripta a Petro Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui & Oldradus, quam hic tibi deſcribendam putavimus; ſic enim ſe habet:

Facta Tranſlatio corporis S. Auguſtini.

* decimum.

Domino Regum piiſſimo Carolo Magno Petrus Oldradus indignus Mediolanenſium Archiepiſcopus perennem in Chriſto coronam.

II. Epiſtola Petri Oldradi ad Carolum Magnum.

*Opus, quod celſitudo veſtra, dum in urbe Mediolani moraretur, mihi imponere dignata fuit, ut aliquid de tranſlatione corporis beati Auguſtini Epiſcopi de Sardinia Papiam inquirerem, & fideli ſermone celſitudini veſtræ tranſcriberem: quantum humana fragilitas laborare potuit, elaboravi: & quod ex litteris & libris Regum Longobardorum, & etiam ex traditione multorum legi & audivi, Deo adjuvante, breviter ſcribam. Beatus Auguſtinus doctor Eccleſiarum Chriſti poſt multa miraculorum ſigna, quibus in hoc mundo effulſit: poſt multam inſudationem laborum, qua obſtinationem hæreticorum rectum iter vitæ depravantium oppugnaverat, Deo animam reddens, honorifice a fidelibus ſepultus eſt in civitate Hipponenſi in Epiſcopatu ſuo, in Eccleſia ſancti Stephani, currente anno Incarnationis Chriſti quadringenteſimo trigeſimo; ibique honorifice ſepultus per manum diſcipulorum ſuorum, jacuit annis fere * quinquaginta ſex: deinde in Sardiniam tranſlatum eſt a fidelibus & Catholicis Epiſcopis: qui ob Chriſti fidem ab iniquo Traſamundo Rege una cum Fulgentio Ruſpenſi Epiſcopo, cum innumerabilibus Chriſti fidelibus in eamdem inſulam relegati fuerant, quo tempore Vvandali armis Africam vaſtabant: ne gemma & theſaurus tantus ab immundis ſpiritibus pollueretur, ſecum cum nonnullis aliis ſanctorum reliquiis deportarunt. Ibi multis miraculis claruit annis ducentis viginti * tribus. In quo manifeſtum datur intelligi, quod quos Deus caros habet, ad ſanctitatis eorum teſtimonium clarificat & inſignit virtutibus miraculorum.* * LXXIV. * CCXXI.

III. *Unde Luithprando Aſprandi filio Longobardorum Rege, quo tempore a die obitus ipſius ſancti ducenti & * octuaginta anni evoluti fuerant, regno Longobardorum adepto, & perſeverante in vero religionis propoſito, quippe qui protector & defenſor fidelis Eccleſiarum Dei extitit, vir certe tanto principatu digniſſimus, ſi prudentiam, ſapientiam, conſiliumque quo plurimum valebat, quis inſpexerit; juſtitia autem & clementia ita inſignis* * CCXCV.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXIII. Anno Hegiræ CVII. inchoato die 29. Maii fer. 4. A.C. 725. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6218.

☉ 6. G. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 725.

GREGORII II. PAPÆ 12.

LEONIS ISAURI IMP. 9.

CONSTANTINI COPRONYMI 6.

ANnum I. ad IX. Certum eſt, *Luitprandum* Longobardorum Regem corpus *S. Auguſtini* Hipponenſis Epiſcopi, & Clariſſimi Eccleſiæ Doctoris a Sardinia in Urbem Ticinenſem tranſtuliſſe; cum Paulus Diaconus lib. 6. cap. 48. & Beda lib. de Sex Ætatibus id diſerte teſtentur, & uterque hoc ſæculo floruerit. Verum rei geſtæ annus hactenus in obſcuro manet, Hermanno Contracto in annum Chriſti DCCXXII. Sigeberto in annum DCCXXI. & Mariano Scoto in annum DCCXXXIV. hanc Tranſlationem conferentibus. Mabillonius Tom. I. Muſæi Italici pag. 221. exiſtimavit, ſe illam detexiſſe, quia luſtrans Archiva Eccleſiæ Sancti Petri in Cœlo Aureo, quo tunc corpus Sancti Auguſtini tranſlatum eſt, & ubi modo incerto in loco latet, vidit Chronicon loci a quodam Canonico Regulari compoſitum, in quo varia ejuſdem Eccleſiæ Privilegia ex integro referuntur. Ex iis primum eſt *Luitprandi* Regis, Abbati & Monachis conceſſum, quibus variae poſſeſſiones confirmat, donatque: *Hæc omnia*, inquit

Annus Tranſlationis corporis S. Auguſtini incertus.

Luithprandi pia opera. *ſignis haberetur, ut difficile judicaretur, quo jure majorem promeruerit laudem, Chriſtianiſſimus adeo fuit, ac religionis amator, ut nulla umquam in regno templa ſine ſuo ſuffragio ædificari permiſerit: nam ut de cæteris taceam, Papiæ plurima templa ornata miro conſtruxit, donatis & additis multis caſtris & poſſeſſionibus: & præcipue in palatio ſuo oratorium in honorem Salvatoris mundi extraxit, ubi & ſacerdotes & clericos multos inſtituit, qui die noctuque divina officia exolverent, attributis multis bonis, ut honeſtius & alacrius Deo inſervire poſſent.*

Et primo regni ſui anno donationem, quam beato Petro Aripertus Rex donaverat, confirmavit, ſcilicet Alpes Cottias, in quibus Janua eſt, & quicquid ab ea Alpes uſque ad Galliarum fines continebant. Et beato Petro Apoſtolorum principi in ſuburbio Papienſi monaſterium conſtruxit artificis opere excellenter ornatum, cui etiam indidit nomen, Cælum aureum.

IV. *Barbarorum igitur infinita multitudo Sardiniam expugnare eſt aggreſſa: quam cum invaſiſſent, & ſubjugatam deſtruerent, loca etiam ſancta violenter aggreſſi polluebant, inter quæ ſepulcrum beati Auguſtini. Hæc cum juſtitiæ cultor & amator religionis Luithprandus Rex audiſſet, a ſanctæ memoriæ Petro Papienſi Epiſcopo, quem Rex maxime honore & ſumma reverentia ob vitæ ſanctitatem proſequebatur, videlicet coinquinari, & inhoneſte tractari ſanctiſſimi Auguſtini locum: Legatos ſuos proceres nobiles cum magno pondere auri & argenti tranſmiſit in Sardiniam, ut corpus tanti Sancti redimerent pretio, & transferrent quamprimum ad civitatem Papienſem; qui juſſioni, & deſiderio piiſſimi Regis ſatisfacere cupientes, navigio venerunt in Sardiniam, & redimentes corpus ſanctum a barbaris, navique illud imponentes, Dei miſericordia & ingenti eorum gaudio plenis velis per tranquillum mare in unius diei & noctis ſpatio perducti ſunt ante portum & ſtationem Januenſem; & per Legatos Regi quæ facta erant denuntiarunt, & ut honorifice occurreret ad reliquias tam glorioſi corporis ſuſcipiendas.*

V. *Quo audito, Rex immenſo gaudio perfuſus, gratias ingentes Deo referebat, quod deſiderium ſuum implevisset: omnique negotio poſtpoſito, rogatis, & convocatis omnibus civitatum ſuarum Epiſcopis, & univerſo clero, uſque ad finem agri Dertonenſis ad ſuſcipiendum tam præclarum Dei munus cum maxima humilitate proceſſit: & more Davidico, (a) ad* (a) 2. Reg. 6. *accipiendam Arcam Domini, & reponendam in decentiori loco, properabat cum innumerabili procerum, & populi utriuſque ſexus multitudine, Deo gratias omnes agentes de tantis donis datis. Cum autem ad locum, ubi jacebat ſanctum corpus, appropinquaſſet, depoſitis regalis aulæ inſignibus, nudatoque capite & pedibus cum tanta humilitate, & devotione procedebat, ut omnes, qui aderant, mirarentur, & Deum ſuper tanta devotione piiſſimi Regis laudarent.*

VI. *Ad confeſſorem autem ſuum clarificandum miſericors Dominus dignatus eſt multa miracula operari: multi enim aliquo officio corporis privati aderant, qui recuperata ſanitate, alacres ad laudem & honorem Dei vociferantes, læti ad propria remeabant. Unde corpus beati confeſſoris cum laudibus & hymnis deferentes pervenerunt ad fines agri Dertonenſis, ad prædium, quod appellant Savinacienſe, ubi Rex Luitprandus cum univerſo Epiſcoporum & procerum comitatu pernoctantes, & debitum tanto patre officium digne peragentes: Rex ipſe tamquam unus de plebe prope ſanctiſſimi corporis reliquias nimio devotionis zelo ardens pernoctavit.*

VII. *Cum autem aurora ſequentis diei illa-*

PAGIUS quit Luitprandus, *qua ſupra diximus, adjudicamus, Venerabili Monaſterio Sancti Petri in Cœlo-Aureo, in quo Sanctum & Venerabilem Auguſtinum adduximus. Datum IV. Non. Aprilis, Regni Luitprandi primo, Indict. X.* quæ notæ reſpondent anno Incarnat. DCCXII. quo proinde anno, qui Luitprandi primus erat, Tranſlatio Sancti Auguſtini facta, ait Mabillonius, qui obſervat Baſilicam illam Sancti Petri in Cœlo-Aureo, quæ nunc Canonicorum Regularium & Eremitarum Auguſtinianorum communis eſt, ad Monachos tunc pertinuiſſe. At cum duo certa & indubitata eſſe debeant, primum, *Luitprandum* anno DCCXII. Regnum Longobardorum ſuſcepiſſe; ſecundum, eumdem Principem Baſilicam illam ædificaſſe; cum id Paulus citatus cap. 58. Eccleſias ab eo conſtructas enumerans afferat: *Hic Monaſterium Beati Petri, quod foris muros Ticinenſis Civitatis ſitum & Cœlum Aureum appellatur, inſtituit*, quomodo anno DCCXII. ante diem IV. menſis Aprilis Baſilicam illam condere potuit, & intra menſes tres tam magnificum ædificium abſolvere? [1] quare annum illum primum Luitprandi, & In-

NOTÆ [1] Multo certiorem rationem arguendi falſitatem hujus Diplomatis a Mabillonio exhibiti invenimus ſupra in nota ad annum 715. 8. ſed & Mabillonius hanc ſententiam ſuam poſtmodum retractavit, ſtatuitque tranſlationem, de qua hic, ad annum 722. facile pertinere. Vide Cl. Fontanini in Diſquiſitione Corporis S. Auguſtini Ticini reperti capite 10. MANSI

ceſſeret, ad peragendum iter ad urbem Tisinenſem ſiſtentes, nullo modo ſanctum corpus movere potuerant. Cum igitur plures ad feretrum accederent, nec quicquam proficerent: Rex Luithprandus ſciſſis veſtibus, & deformata facie in terra devolutabatur; quippe qui immenſo deſiderio tanti patris transferendi reliquias ad urbem Ticinam æſtuabat nimis: at tum omnino ab omni ſpe ceciderat poſſe amoveri ſanctum corpus. Quo miraculo omnes Epiſcopi & proceres ſtupebant cogitantes intra ſe, quidnam Deus omnipotens indicare vellet de reliquiis tam glorioſi doctoris. Aderat inter cœtum Epiſcoporum ſanctæ memoriæ Gratianus Novarienſis Eccleſiæ Præſul, vir multa doctrina præditus, & omni ſcientiarum genere illuſtris & vere Dei ſacerdos, qui acceſſit confidenter ad Luithprandum Regem, affirmans Dei miſericordiam non verbis & actibus externis, ſed magis votis & operibus implorandam. Quæ Rex libentiſſime monita audiens, facto voto, deliberavit, ſi Dominus Deus omnipotens corpus beati Auguſtini Ticinum deferri permitteret, quod ſupranominatum prædium Savinarienſe Deo & Eccleſiæ beati Petri, ad quam ipſum ſanctum corpus deferre volebat, perpetuo habendum tribueret. Factum eſt igitur, ut cum votum perſolviſſet, accederet ad feretrum: qui cum corpus de terra levare tentaret, ita leviſſimum invenit, ut nullo ulterius onere impedientu corpus beatiſſimum, quod prius nec moveri poterat a pluribus, modo non prohiberetur ferri a duobus. Peragebant igitur inceptum iter, ingenti gaudio & exultatione laudantes Dei omnipotentiam, qui vota Regis tam facile audiſſet.

VII. Cum autem in urbe auditum eſſet de adventu Regis cum reliquiis beatiſſimi confeſſoris: ad ſuſcipiendum corpus ſanctiſſimum omnes, qui reſidui fuerant, feſtinarunt occurrere, & cum ſummo honore, utpote tanto patri debito detulerunt cum hymnis & canticis, & totius populi concurſu, ſummo gaudio perfuſi, & repoſuerunt in Eccleſia beati Petri in Cœlo aureo. Jure autem in Apoſtolica poſitus eſt Eccleſia, qui pro Eccleſiaſtica dimicans fide, diabolicas hæreticorum fraudes diſperſit. Ubi etiam ad ſanctitatis ejus teſtimonium, ad argumentum fidei poſterorum multis ſignis & miraculis claruit. Illud memoria dignum contigit poſt tranſlationem Papiam factam, quo Deo, beatoque patri Auguſtino gratam fuiſſe eam tranſlationem innotuit: ſiquidem multi tactu ſacrorum pignorum tantum, ex variis morbis ſtatim convaluere. Sed inſignis fuit illa apparitio facta quibuſdam Ultramontanis numero quadraginta, qui petentes Romam, prope vicalum Cavæ Papia diſtantis circiter tria millia paſſuum, quo membra feſſa in longo itinere curarent, pernoctantes, circa ſecundam horam noctis ab Eccleſia, quæ vicina erat dicata ſanctis martyribus Coſmæ & Damiano, viderunt egredi hominem habitu Pontificali ornatum, qui ipſis appropinquans percunctatus eſt, quo pergerent. Cum reſpondiſſent, ſe Romam ad baſilicas Sanctorum Petri & Pauli proficiſci, quatenus a Domino impetrarent liberari ab infirmitatibus, quibus unuſquiſque eorum affligebatur: erant enim omnes infirmi, ideo Romam peregrinabantur, tum ut viſerent ſancta loca, tum ut ſanctorum meritis ibi quieſcentium Deus eos ſanaret, dixit illis Pontifex: Dirigite greſſus veſtros ad urbem vobis vicinam, Papiam nempe, & ingredimini templum beati Petri in Cœlo aureo, ingreſſi ſanabimini a languoribus veſtris. Quis eſſet, interrogantibus peregrinis, reſpondit, ſe eſſe Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum. His auditis, ſtupore & gaudio repleti, feſtinantes Papiam, & templum ingreſſi, clamantes dixerunt: Sancte Auguſtine, ſicut pollicitus es, reſtitue nobis ſanitatem. His vix pronunciatis, ſenſerunt ſe priſtinæ incolumitati redditos, & Deo, beatoque Auguſtino gratias agentes, ad propria læti & incolumes remearunt, narrantes mirabilia, quæ fecerat Dominus intercesſione ſancti Doctoris.

Dona autem, quæ piiſſimus Rex Luithprandus Eccleſiæ beati Petri donavit, tam in prædiis & poſſeſſionibus, quam in vaſis VIII.

PAGIUS & Indictionem X. librarios corrupiſſe, ut ſæpe fit, oportet. Adhæc dies, *pridie Kalendas Martii*, quo in Epiſtola de qua mox, ea Tranſlatio dicitur facta, & recolitur in Martyrologio Rom. neque an. DCCXII. neque an. DCCXXI. neque anno DCCXXII. neque currenti in Dominicam incidit, & Beda librum *de Sex Ætatibus* abſolvit, Leonis Iſauri anno IX. Chriſti ſcilic. DCCXXIV. ideoque ea Tranſlatio, cujus in eo libro meminit, ante illum Chriſti annum peracta, non vero anno DCCXXXIV. ut perperam Marianus Scotus.

II. Baronius refert Epiſtolam, in qua Tranſlationis hujus hiſtoria narratur; ſed ea adulterina & ſuppoſititia. Hæc enim ejus inſcriptio: *Domino Regum Piiſſimo Carolo Magno Petrus Oldradus indignus Mediolanenſium Archiepiſcopus.* Anno enim Chriſti DCCXCVI. quo ea dicitur data, Carolus in litteris *Magnus* non cognominabatur; imo nec quoad in vivis fuit, hoc titulo nominatus reperitur. Mabillonius Tom. II. Analect. pag. 420. refert Smaragdum Abbatem Virdunenſem, qui Carolo M. & Ludovico Pio imperantibus floruit, compoſuiſſe Commentarium in Donatum, ex quo Vir doctiſſimus exſcripſit omnia nomina, quæ *Smaragdus* aſſerit utrique Imperatori data fuiſſe, indeque recte colligit, neque Carolo ſuperſtiti agnomen tribui ſolitum fuiſſe *Magno*, neque Ludovico cognomen *Pio*. Secundo, *Caroli Magni* tem- *Epiſtola de eadem Tranſlatione adulterina.*

ſit aureis & argenteis, & veſtibus ad Dei cultum pertinentibus, excedunt omnium piorum & Catholicorum opinionem. Exiſtimabat autem Rex illa, ſe tantum non poſſe donare miniſtris, qui cuſtodiebant corpus beati Patris, quod opinioni & voluntati ſuæ penitus ſatisfaceret. Et tanto gaudio ad corpus tanti viri receptum repletus eſt, quod die ac nocte in hymnis & canticis Dei cum clericis & ſacerdotibus in Eccleſia pernoctaret, & tamquam unus de miniſtris in canticis Dei & pſalmodia ſe exerceret. Hæc tranſlatio corporis ſancti Auguſtini facta fuit pridie Kalendas Martii, ſedente in ſancta Petri Sede bonæ memoriæ Gregorio ejus nominis ſecundo. Excellentiam magnitudinis veſtræ per multa annorum curricula Rex Regum Chriſtus Dominus ſua dignatur cuſtodire potentia. Datum in Urbe Mediolani anno ſalutiferæ Incarnationis Domini ſeptingenteſimo nonageſimo ſexto. Hucuſque epiſtola Petri ad Carolum Magnum. Cæterum eidem tranſlationi ſub Gregorio Papa ſecundo factæ adſtipulatur præter Bedam etiam Paulus Diaconus, & ipſe ſui temporis res geſtas Longobardorum proſecutus, Marianus Scotus, Sigebertus, & alii omnes recentiores hiſtorici. Cæterum dies ipſa, qua contigit ejuſmodi tranſlationem fieri pridie Kal. Martias, perpetua memoria conſecrata, relataque in Eccleſiaſticas tabulas fuit: & anniverſario cultu in Eccleſia celebris perſeverat.

Hoc item anno (ut habet vetus Chronicon a Pithœo editum, cui libenter aſſentior) Eudo Aquitaniæ Dux in odium Caroli Martelli vocat in Gallias Sarracenos ex Hiſpaniis. Leguntur enim hæc ibi. *Anno ſeptingenteſimo vigeſimoquinto Sarraceni ab Eudone in auxilium ſuum vocati cum Rege ſuo Abdirama, Garumnam, Burdigalamque perveniunt, cunctis locis vaſtatis, & Eccleſiis igne crematis: baſilicam quoque S. Hilarii Pictavis incendunt.* Hæc ibi. Eudem apud Gregorium Turonenſem in Appendice, & alios veteres, res Francorum ſcriptis proſequutos: qui adduot: cum IX. Sarraceni Gallias invadunt.

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS tempore Epiſcopi ſolum nomen ſuum, nunquam vero cognomen exprimebant. Imo nondum eo tempore cognomina inſtituta fuiſſe communis ſententia fert. Tertio, Papebrocius in Exegeſi de Epiſcopis Mediolanenſibus, præfixa Tom. VII. Sanctorum menſis Maii, obſervat, aliqua Diplomata *Petro Oldrado* Epiſcopo Mediolanenſi fuiſſe afficta, & ab Ughello in Italia Sacra recitata, quorum falſitas manifeſta eſt ex variis capitibus, & præſertim quod in illis Petrus dicatur *Oldradus*, in gratiam ſcilicet familiæ ejuſdem nominis. Denique ea Epiſtola tot anachroniſmis fœdata eſt, ut nullam prorſus fidem mereatur.

III. *Irruptio Saracenorum in Gallias.* Ad num. IX. & ſeq. Saracenorum in Gallias irruptionem, & *Sancti Eucherii* Epiſcopi Aurelianenſis exilium, de quibus hoc anno Baronius, differimus in ann. Chriſti DCCXXXI. quia majori claritate ſingula eorumdem cum Gallis certamina ſuis annis explicari poterunt. Hoc itaque anno accidit quod in variis Francorum Annalibus legitur. In Annal. Petaviania habetur: *Anno DCCXXV. quando Karolus primum fuit in Bavvarios. & Cretudis moritur, & Sarraceni venerunt.* In Annalibus Nazarianis: *Sarcini venerunt primitus*, ideſt, Oppida quædam primum ſui juris fecerunt; antea enim levi impreſſione in Franciam facta ſtatim receſſerant, Toloſanæ Urbis obſidionem ſolvere coacti; verum hoc anno ſuam Dominationem per Aquitaniam, pulſis Francorum præſidiis, dilatare cœperunt. Belli Saracenici præter illos Annaliſtas, & Rodericum Toletanum mentionem etiam facit Chronographus Moiſſiacenſis, cujus verba hic referre juvat: *Ambiza Rex Saracenorum* (ideſt, præfectus) *cum ingenti exercitu poſt quintum annum* (a prælio nempe Toloſano, in quo Zama ejus Deceſſor periit) *Gallias aggreditur, Carcaſſonam expugnat & capit: & uſque Nemauſo pace conquiſivit* (abſque vi bellica) *& obſides eos Barcinona tranſmiſit.* Nemauſus Urbs Gothorum non ignobilis tunc exiſtebat, ſed Carcaſſona, quam expugnavit Ambiza, erat tunc Francorum & Aquitanorum contra Barbaros munitiſſimum propugnaculum, licet eam Gothi etiam incolerent. [1]

IV. Anaſtaſius in Vita Gregorii II. de bello Saracenico hoc anno geſto in hæc verba loquitur: *Ne-*

NOTÆ [1] NOn Aquitaniam tantummodo, ſed & Galliam Lugdunenſem hoc anno excurriſſe Saracenos, certum eſt. Id enim diſcimus ex vetuſtis Francorum annalibus vulgatis a P. Martene in Collect. veter. monum. to. V. col. 888. qui cum ſua omnia deriveut ex Chronico Moiſſiacenſi, & Codex unde deſcriptum eſt Chronicon hoc apud Ducheſnium hiſce in annis mancus ſit, ejus defectum ſupplent. In his autem ita legitur: *Saraceni Auguſtodunum civitatem deſtruxerunt IV. feria XI. Kal. Septembris, theſaurumque civitatis illius capientes cum præda magna Spania redierunt.* Ex hoc autem intelligimus iſto quidem anno Saracenos Galliam invaſiſſe, ſed nullam adhuc ibi ſedem occupaſſe; adeoque Pagii explicationem de occupata hoc primum anno in Gallia ſede bona a Saracenis a mente veterum Scriptorum alienam eſſe. Ait quidem Chronographus Moiſſiacenſis Saracenos poſt quinque annos a prælio Toloſano in Galliam veniſſe, & Carcaſſonam occupaſſe; ſed non ſatis liquet an annos completos vel incompletos, an ſatis exacte annorum illam periodum definierit. Certe hoc anno nihil illum adnotaſſe niſi Saracenorum excurſionem quandam, ex iis quæ ſupra animadvertimus, planum eſt. Inſuper in iiſdem Annalibus Francorum, adeoque & in Chronico Moiſſiacenſi ad annum 731. legimus Saracenos ſignis collatis cum Eudone felici evento pugnaſſe: *Et ita demum*, ſubdit Author, *Saraceni Aquitaniam deprædare cœperunt.* Hic facile deſinit periodus illa quinque annorum, de qua ſupra. MANSI

Digitized by Google

Sarraceni irent, ut baſilicam S. Martini Taronenſis incenderent, Carolum Martellum occurriſſe cum exercitu, a quo iidem victi fuerint Sarraceni, exercituque deleto, Rex eorum Abdirama occiſus fuerit. Verum hæc de victoria a Carolo adverſus Sarracenos obtenta ſequenti anno contigiſſe, in eodem Chronico ponitur. Paulus (a) diaconus his addit, necata fuiſſe trecenta quinquaginta millia Sarracenorum a Carolo, Francorum vero mille tantum & quingentos eſſe deſideratos. Additque Eudonem quoque Aquitaniæ Ducem, qui eos vocaverat, ſuper eorum caſtra irruiſſe, plurimoſque ex eiſdem occidiſſe, ea puto ex cauſa, quod contra pactu conventa illi loca ſancta flammis abſumpſiſſent. Habet eadem de numero occiſorum Anaſtaſius Bibliothecarius in Gregorio ſecundo Romano Pontifice, immo aliquid amplius, nempe trecenta ſeptuaginta quinque millia Sarracenorum fuiſſe trucidata, idque teſtificatione, ut ait, epiſtolæ ejuſdem Eudonis Ducis Aquitaniæ, miſſæ ad Gregorium Papam. Habet eadem quoque Marianus Scotus, & alii recentiores, qui proſequuti ſunt res Francorum.

(a) *Paul. diac. lib. 6. c. 54. ant. edit. & in nov. 46.*

Carolus Martellus Saracenos vincit.

X. *Ex vita ejus apud Sur. die 20. Febr. to. 2.*

Ubi autem potitus eſſet tanta victoria Carolus Martellus, Pariſios reverſurus, Aurelianis tranſiens, ſanctum Eucherium ejus civitatis Epiſcopum ſequi ſe juſſit, ſicque abductus ab Eccleſia, jam munere paſtorali annos quindecim bene perfunctus, in exilium Coloniam mittitur; inde vero in Hasbanium ablegatur, datus cuſtodiendus Roberto Duci. Cauſam autem ejuſmodi indignationis Caroli illam referunt, quod ipſum proficiſcentem ad bellum redarguerit, quod decimas Eccleſiarum in ſtipendia militum convertiſſet. Porro pro juſtitia ipſum iſta paſſum eſſe, crebra miracula ab

PAGIUS *Saraceni in Septimania vel Aquitania victi.*

Nefanda Agarenorum gens, cum jam Hiſpaniarum Provinciam per decem tenerent annos pervaſam, undecimo anno Rhodanum conabantur fluvium tranſire, ad Francias occupandum, ubi Eudo præerat. Qui facto Francorum generali motione contra Saracenos, eos circumdantes interfecerunt. Trecenta enim ſeptuaginta quinque millia uno die ſunt interfecti, ut ejuſdem Eudonis Francorum Ducis miſſa Pontifici Epiſtola continebat. Mille tantum quingentos ex Francis fuiſſe mortuos in eodem bello, dixerunt. Adiecerunt quod anno præmiſſo in benedictionem a prædicto Viro eis directis tribus ſpongiis, quibus ad uſum menſæ Pontificis apponuntur, in hora qua bellum committebatur, idem Eudo Aquitaniæ Princeps populo ſuo per modicas partes tribuens ad ſumendum eis, nec unus vulneratus eſt, nec mortuus ex his, qui participati ſunt, ubi loquitur Anaſtaſius de ſpongia, qua menſa Pontificis tergebatur, Eudoni tranſmiſſa, & pro benedictione exercitus diſtributa. Arabum in Hiſpaniam adventus epocha ab anno DCCXI. proficiſcitur; aliqui tamen eam ab anno inſequenti, quo *Muza* Dux Saracenorum cum ingenti exercitu in Hiſpaniam venit, & aliqui ab an. DCCXIV. deducunt; quia, ut inquit Rodericus lib. 3. cap. 22. finitur gloria Gothicæ majeſtatis Era DCCLII. ſeu anno Chriſti DCCXIV. Quare annus poſtundecimus quo Saracenos Anaſtaſius ab Eudone profligatos aſſerit, in currentem Chriſti annum competit. Idem narrat Paulus Diaconus lib. 6. de Geſt. Langobard. cap. 46. ubi poſtquam dixit, Saracenos univerſam Hiſpaniam invaſiſſe, ſubdit: *Deinde poſt decem annos cum uxoribus & parvulis venientes, Aquitaniam Galliæ Provinciam, quaſi habitaturi ingreſſi ſunt.* Verum Paulus & Anaſtaſius geſta hoc anno adverſus Saracenos cum geſtis anno DCCXXXII. adverſus eoſdem, inſulſe permiſcent, & numerum cæſorum in prælio poſterioris anni huic irruptioni attribuunt. Ex utriuſque tamen verbis liquet, hoc anno cum eiſdem Saracenis pugnatum eſſe, eoſque Rhodanum tranſire non potuiſſe, ideoque prælium illud commiſſum eſſe, vel in Septimania, vel in vicinis Diœceſibus Aquitaniæ, Ruthenenſi, & Albigenſi, quas Viſigothis jam Saraceni eripuerant. Porro de victoria, ope Spongiæ a Gregorio II. miſſæ relata loquitur etiam Flodoardus lib. de Pontificibus Romanis. *Ambiza* Succeſſit Iahie *in Era DCCLXIII. anno ſuprafati Imperatoris* (Iſidis nempe) pene jam ſexto, Arabum CVII. inquit Iſidorus Pacenſis.

V. *Obitus Rotrudis uxoris Caroli.*

Rotrudis ſeu *Chrotrudis* hoc anno demortua fuit prior uxor *Caroli Martelli*, qui Carolomannum, Pippinum, aliaſque proles ex ea ſuſcepit. Iſtum Pippinum hujus nominis III. natum circa annum DCCXIV. ut ex dicendis in morte ejus colligitur, *Sanctus Vuillibrordus* Ultrajectinus Epiſcopus baptizavit, & anterioribus Francorum Ducibus majorem fore prædixit, ut Alcuinus in ipſius Willibrordi Vita tradit. Dua poſtea Carolus *Sonichildem*, de qua mox, ex eaque *Grifonem* ſuſcepit.

VI. *Primum bellum Bavaricum a Carolo geſtum.*

Quoad bellum *Bajoaricum*, Annaliſta Tilianus & Auctor Chronici San-Dionyſiani fidem faciunt, Carolum bis in Bajoaria pugnaſſe, hoc nempe anno, iterumque anno DCCXXVIII. Prioris belli meminit Continuator Fredegarii cap. 108. ubi poſtquam de priori bello Saxonico anno ſuperiori geſto verba fecit, ſcribit: *Sequutis diebus, evoluto anni circulo, cum multitudine Rhenum fluvium tranſiit* (nempe Carolus) *Alemannoſque & Suavos luſtrat, atque Danubium peraccesſit, illoque tranſmeato fine, Bajoarenſes occupavit. Subacta Regione illa, theſauris multis, cum matrona quadam Biltrude & nepote ſua Sonichilde egreditur;* Biltrudis in Vita Sancti Corbiniani Epiſcopi Friſingenſis *Piltrudis* appellatur, & *uxor Principis*, nempe Grimoaldi, Tetrarchæ in parte Bavariæ: *Ad ultimum vero*, inquit Aribo in hujus Sancti Vita, *Carolum in Gallias ſequens, pro meritis ſuis ab eo repudiata* (ideſt, ejecta, ſive ablegata e comitatu) *omnem honorem & gloriam perdidit, propriiſque exuta ſubſtantiis, noviſſime nihil niſi unum aſellum ad ſubvectionem poſſidens, in Italia vitam finivit. Natique ejus qui ex illius prodiderant utero, cum multa tribulatione Regno*, (ideſt, Præfectura Bajuariæ) *privati.* Filii illi, vel a Theodabaldo Grimoaldi fratre anno incerto demortuo, vel ab ipſa Grimoaldo geniti. *Piltrudis* in Galliam cum Sonichilde nepte ſua venit, ubi poſtquam Ca-

(a) *Molan. in Natal. SS. Belg. die 20. Febr.* ab eo edita declaraſſe, perhibetur (a).

XI. S. Bonifacius ex Anglia vocat adjutores verbi.

Quod ad res Eccleſiæ Germaniæ pertinet, S. Bonifacius ejus ab Eccleſia Romana conſtitutus Apoſtolus, cum ad finem (ut vidimus) anni ſuperioris accepiſſet ab Apoſtolica Sede litteras, quibus Gregorius Papa eum fuerat cohortatus ad ſuſceptam in prædicatione Evangelii provinciam proſequendam: conſiderans (b) regiones ad meſſem Evangelicam jam maturas, & opus tantum eſſe meſſoribus: ex patrio ſolo eos petendos eſſe, putavit, ex Anglia, inquam unde eiſdem prima fax illuxerat: exemploque (c) Petri, cujus legatione ad convertendas gentes barbaras fungeretur, innuens ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent; ex Anglicana Eccleſia vocavit ſocios, cooperatores in Evangelio. Et quod ſciret exemplo Apoſtolorum, non inutiles eſſe ad opus ſanctas quoque mulieres, quibus uteretur veluti diaconiſſis, quas præficeret monaſteriis, & per quas facilius Gentiles feminæ mutua conſuetudine allicerentur ad fidem: probatas ſanctitate mulieres æque ex Anglia eſſe petendas, utile duxit. Quinam autem viri iſti atque feminæ fuerint, qui ex Anglia in Germaniam ad Bonifacium vocati migrarint, auctor qui deſcripſit ea Willibaldo, ſic narrat: *Interim vir beatus prædicans, & baptizans apud Thuringos & Cattos, ſive Heſſos, vidit quidem multam illic extare meſſem, ſed operarios paucos, & qui tantæ credentium multitudini inſtituendæ non ſufficerent. Miſit igitur in patriam ſuam, excivitque non modo viros religioſos, & multivaria eruditione præſtantes, ſed etiam feminas. In his præcipui fuere Burchardus, Lullus, Vuilliboldus, Vuilibaldus, & ejus frater Vuitta & Gregorius. In feminis autem religioſis, matertera S. Lulli Cunigildis, & filia ejus Bertgictis, item Cunitrudis Thecla, Lioba, & * Vualpurgis ſoror Vuilibaldi, & Vuilibaldi. S. Cunigildis, & filia ejus Bertgictis* li- Qui ex Anglia venerint in Germaniam.

(b) *Joan. 4.*

(c) *Luc. 5.*

* Walburgis

PAGIUS

rolus Sonichildem uxorem duxit, apud eum gratia non mediocri valuit, ſed paulo poſt e Regno Francorum abire juſſa eſt. Qua de cauſa, incertum.

VII. *Tetrarchia Ducatus Bavariæ finem accipit.*

Hoc itaque anno diſſipata domo *Grimoaldi* filii Theodonis II. in parte Bavariæ Tetrarchæ, filius ejus rebus exceſſit humanis, ipſeque ab inſidiatoribus interfectus, ut narrat Aribo in Vita Sancti Corbiniani, qui pluribus refert, funeſtam hanc Herodiadem inſidias *Corbiniano* ſtruxiſſe, quod eam Grimoaldo ſeparare voluiſſet. Aribonis verba Baronius anno ſuperiori num. XVIII. & ſeqq. recitat *Hucbertus autem cum regnare cœpiſſet, humaniſſime & ſummo cum honore Virum Dei ad ſe revocavit, eumque tanto venerabatur ſtudio, ut ſanctis ejus meritis dignum erat, atque etiam ſacro fontis lavacro eum ſibi ſociavit*, inquit Aribo. Erat *Hucbertus* filius Theodeberti filii majoris natu Theodonis II. ut docet Arno Salisburgenſis Epiſcopus apud Caniſium Tom. VI. Antiq. Lect. ubi poſtquam dona Theodeberti Bavariæ Ducis Eccleſiæ Salisburgenſi facta enumeravit, locuturus de poſſeſſionibus ab *Hucberto* eidem Eccleſiæ collatis, ſic ſermonem inchoat: *Succeſſor namque filius ejus Hucbertus Dux tradidit in pago Ratagoe*, &c. Hoc itaque anno *Tetrarchia* Bavariæ a *Theodone* II. inſtituta finem accepit; *Theodebaldus* enim & *Theodebertus* Tetrarchæ incerto anno demortui & *Grimoaldus* præſenti interiit, in cujus Tetrarchiæ partem *Hucbertus* ſucceſſit & Ducatum in ſolidum obtinuit.

VIII. *S. Liobe ex Anglia in Germaniam evocatae.*

Ad num. XI. & ſeq. *Prædicans & baptizans Sanctus Præſul Bonifacius in Turingorum, & Heſſorum Regionibus perſpexit meſſem quidem eſſe multam ibi, ſed Operarios paucos ad copioſam multitudinem credentium inſtruendam. Unde in Provinciam, patriamque ſuam mittens, excude tam feminas, quam Viros religioſos, ſcientiaque varia imbutos plures venire fecit*, inquit Othlonus in Vita Sancti Bonifacii lib. 2. num. 25. qui inter alios numerat *Liobam & Vualpurgem, Vuilibalt & Vunnibalt*, Liobæ, & Walpurgiæ fratres, de quibus omnibus hic nobis aliquid dicendum, ſi prius monuero, Baronium ab Othlono deceptum, harum religioſarum feminarum in Germaniam adventum ſub Gregorio II. male narrare. Ex Vita enim *S. Liobæ* mox citanda conſtat, Bonifacium miſiſſe Sturmionem Abbatem, ſuum diſcipulum in Monaſterium Caſinenſe, eique mandaſſe, ut ex Anglia Moniales & ancillas Dei in Germaniam evocaret. Quare cum *Sturmio* anno tantum DCCXLIV. Abbas Fuldenſis dictus fuerit, *Lioba*, aliæque poſt illum Chriſti annum in Germaniam transfretarunt. *Sancta Lioba* Sanctimonialium in Germania inſtitutarum Anteſignana, & Apoſtola haud immerito dici poteſt, inquit Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. ubi ejus Vitam recitat, a Rudolfo Monacho Fuldenſi Sæculo IX. ſcriptam, & ex Schedulis trium Liobæ diſcipularum collectam. Eo itaque tempore, quo ea in quodam Monaſterio Angliæ lectioni atque auditioni Sanctarum Scripturarum magis, quam labori manuum Operam impendebat, Bonifacius in Germania Monaſteria conſtruere cogitabat, *ut ad fidem Catholicam populi non tam Eccleſiaſtica gratia, quam Monachorum ac Virginum congregationibus vaperentur*. Quare ad *Liobæ* Abbatiſſam ſcripſit, rogavitque, ut ſibi Liobam tranſmitteret, cui ſtatuit Monaſterium in Diœceſi hodierna Moguntinenſi; hujus nunc ſola ſuperſunt veſtigia in Oppido quodam ad Tuberam amnem. Eam poſtea *Pippinus* Rex Francorum, & filii ejus *Carolus* & *Carolomannus* omni veneratione coluerunt, & *Hildegardis* Caroli Magni uxor voluit, ut aſſidue ſecum maneret, *quatenus ad viam Vitæ verbis ejus proficeret & exemplis*. Fuldenſis Eccleſia illi ſoli patebat, quod nec prius nec poſtea alli unquam feminarum concedi potuit; *quia loco illi, ex quo a Monachis habitare cœptus eſt, femineus negabatur ingreſſus*. Mortua eſt die XXVIII. Septembris, quo etiam ejus meminit Rabanus in ſuo Martyrologio; ſed quo anno incertum. Cum tamen *Hildegardi* Caroli Magni uxori, quæ hinc circa annum DCCLXVIII. nupſit, familiaritate conjuncta fuerit, ultra annum illum vitam propagavit. *Liobe* in variis Sancti Bonifacii Epiſtolis *Leobgytha* etiam vocata.

San-

Digitized by Google

liberalibus ſcientiis erudita apud Thuringos magiſtræ ſunt conſtitutæ. Cunitrudis miſſa eſt in Bojoariam, ut verbi divini ſementem illic faceret; Theclam apud Moganum fluvium, & Ochnofurtt voluit manere: Liobam denique virginibus ſacris apud Biſchofesbemium præfecit. Hucuſque de his auctor.

XII. Porro cum omnes iſtæ egregia claruerint ſanctitate, trium quoque ipſarum nomina inter ſanctos in Eccleſiaſticis tabulis reperiuntur eſſe relata (*a*), Theclæ videlicet (*b*), Liobæ: atque (*c*) Waltpurgis, quarum quoque res geſtæ ſcriptis mandatæ leguntur (*d*), Liobæ videlicet, atque (*e*) Waltpurgis, Liobæ, juſſu Rabani a Rodulpho ejus diſcipulo, & Waltpurgis, ſive Waltpurgæ a Wolfhardo monacho, quam fideliſſime ſcriptæ, qui & a quibus Angliæ monaſteriis fuerint hæ petitæ, narrant. Addit præterea Rodulphus in Lioba, eumdem S. Bonifacium, ut quam exactiſſimam monaſticam diſciplinam Germaniæ populis traderet, ab ipſo fonte eam haurire curaſſe, nimirum ex domo ipſa prima atque primaria S. Benedicti Abbatis, hoc eſt, ex monaſterio Caſſinate, cujus rei gratia miſiſſe tradit illue Sturmum diſcipulum ſuum, ut aliquandiu illic moratus, diſceret cultum perfectiſſimum monaſticæ vitæ, quamvis ipſe Bonifacius a puero monaſticis imbutus fuiſſet inſtitutis in Anglia, ubi revera his temporibus florebant monaſteria ſanctitate, atque doctrina, ut tum ex Beda, tum ex ejuſdem Bonifacii litteris intelligitur: ſed nihil voluit prætermiſiſſe vir ſanctiſſimus, quin in Germaniam, quam ſuſceperat excolendam Eccleſiam, quæcumque ſciret, vel exiſtimaret eſſe perfectiora, conferret; cum ad tantum opus, omnes quos peteret, hilares largitores haberet, præſertim vero gentiles ſuos Anglos, ut plurimis eſt patefactum exemplis. ☞ Poſt hæc edita emerſerunt in lucem, & typis edita triplicia (*f*) Acta S. Wilibaldi, necnon Winibaldi, atque Walpurgæ, a Caniſio collocata Tomo quarto antiquæ lectionis, quibus quidem iſta ſunt corrigenda, eo quod Wilibaldus non ex Anglia, ſed ab Urbe Roma vocatus fuerit tempore Gregorii tertii a S. Bonifacio, cum Romam eſt profectus, inde deductus ☜.

(*a*) Martyrol. Rom. die 15. Octob.
(*b*) Eod. Mart. 28. Sept.
(*c*) die 1. Maii.
(*d*) Apud Sur. tom. 5. die 28. Sept.
(*e*) Apud Sur. to. 7. die 1. Maii.

Bonifacius Monachiſmi inſtitutor in Germania.

(*f*) Antiq. lect. tom. 4. pag. 481. 695. 705.

Fa-

PAGIUS IX. *Floret S. VValpurgis Abbatiſſa Heidenheimii prima.*

Sancta Vvalpurgis, quibuſdam *Volburgis*, Liobæ ſoror, poſtquam Wunnibaldus & Willibaldus fratres in Germaniam venere, ab illis & a Bonifacio in eamdem Regionem evocata, profecta eſt in Thuringiam, ubi Sanctus Wunnibaldus ei, ejuſque ſociis Monaſterium conſtruxit *Heidenheimii*, a ſuo Monaſterio ſegregatum quidem, ſed non longe poſitum. Crevit locus ille per utriuſque merita, & brevi tempore in exterioribus fidelium oblationibus eſt amplificatus. Sed cum viderent, fines prædiorum ſuorum dilatari, veriti extollentiam oculorum ex ſuperfluitate divitiarum generari, partem Eccleſiaſticarum rerum in uſus pauperum diſtribuerunt; fuitque illo tempore ipſorum Eccleſia aſylum, & portus omnium laborantium; nec erat, qui in tribulationibus ſuis non inveniret ibi certum refugium. Poſtquam vero *S. VVunibaldus* ad Deum migravit *Vvillibaldus* frater ejus Eiſtetenſis Epiſcopus, ejus Diœceſanus ſorori injunxit, ut gubernacula & regimen tam ſuper Monachos, quam ſuper Sanctimoniales ſuſciperet. cui ipſa obediens ſedecim annis, quibus ſuperſtes fuit, utriſque ſe ipſam formam & exemplum bene vivendi præbuit. Frequens erat in manuali labore, frequentior in lectione, frequentiſſima in oratione. In tanto coævorum Scriptorum de anno mortis ejus ſilentio nihil certius ſtatui poteſt, quam eam circa annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum animam Deo reddidiſſe, die etiam incerto. Ejus veneratio magna eſt per Germaniam, Burgundiam & Galliam, variaque templa ei in Flandria dicata, ut videre eſt in Actis Sanctorum Bollandianis, ad diem XXV. menſis Februarii, ubi variæ hujus Sanctæ Vitæ referuntur. Prima ſcripta fuit a *VVolfhardo* Presbytero ſub finem ſæculi noni, quam etiam recitat Mabillonius Sæc. III. Benedictino part. II. Secundus Auctor eſt *Adelbordus*, Trajecti Inferioris Epiſcopus, qui anno milleſimo vivebat. Extant & aliæ quatuor in eiſdem Actis SS. Bollandianis relatæ.

X. *Floret S. VVillibaldus Epiſc. Eiſtetenſis primus.*

Sanctus *Vvillibaldus* quinquennis traditus eſt Abbati cujuſdam Monaſterii in Anglia, ubi poſtquam Sacris Litterarum ſtudiis imbutus fuit, de peregrinatione aliqua ſuſcipienda cogitavit, ut caduca cuncta magis contemneret, adeoque *Richardum* patrem & Wullebaldum fratrem ad idem faciendum tanto amoris ſenſu hortatus eſt, ut ſimul cum eo Romam profecti fuerint. Inde Hieroſolymam & varias Orientis Civitates luſtrarunt, quarum meminit quædam Sanctimonialis Heidenheimenſis, Willibaldo æqualis & conſanguinea, quæ hujus Vitam ſeu Itinerarium exaravit. Poſt annos decem Romam rediit, [r] ubi Gregor. III. Papa indicavit ei voluntatem S. Bonifacii, qui eum rogabat, ut ad ſe veniret. Quare in Germaniam profectus eſt, ubi S. Bonifacius anno DCCXLII. eum Eiſtetenſi Eccleſiæ præfecit. Ibi Monaſterium condidit, ad quod ſtatim undique quamplurimi de illis Regionum Provinciis confluere cœperunt. Late per vaſtam Bajoariorum Provinciam, cum multis operariis Chriſti fidem propagavit, & poſtquam Epiſcopatum per multos annos ſanctiſſime

NOTÆ [r] *Poſt decem annos Romam rediit &c.* Non quidem poſt decem, ſed poſt ſeptemdecim a primo adventu in Urbem; nam ex ejus vita conſtat, poſt annos ſeptem a prima ad Urbem peregrinatione Monachum induiſſe Caſini; tum decennio peracto Romam rediiſſe. MANSI

XIII. Favebat enim Bonifacio in Evangelio laboranti univerſa Eccleſia Anglicana (ut vidimus) aliis ſe ipſos in opus miniſterii exhibentibus, aliis libris, aliiſque muneribus adjuvantibus, preces aliis impartientibus, epiſtolas aliis ſcribentibus, & honorantibus, & inter alios, qui hoc ipſo anno in paternum ſucceſſit Cantiæ regnum, ut teſtatur Beda (a) ad eumdem iſta conſcripſit, quibus videas, quanta fuerit tanti Regis erga Bonifacium obſervantia (b):

(a) Beda l. 5. c. 24.

(b) Ex eod. Cod. ep. 39.

Domno beatiſſimo, & Pontificali infula merito decorato Archiepiſcopo Vuinfrido cognomento Bonifacio, Hedilbertus Rex Cantiæ in Domino Dominorum ſalutem.

Hedilberti Regis Cantiæ epiſt. ad S. Bonif.

Ante paucos annos venerabilis Abbatiſſa nomine Bugge poſtquam Romanæ Urbis loca ſacratiſſima, orationis videlicet obtentu adierat, exinde huc rurſus remeans, ad propriam venit patriam, & ad monaſterium ſanctimonialium feminarum, quod antea ſub jure Eccleſiaſtico bene regebat: ſtatim cum veniſſem rogatus ad ejus colloquium, inter alia deſiderabilia, hæc vel maxime auditui noſtro inculcare curavit, quod dediſſes licentiam familiariter loqui de rebus ſcilicet ſibi neceſſariis, apud tuam affabilem, amabilemque ſanctitatem, dum ambo videlicet Romæ eſſetis, & limina beatorum Apoſtolorum frequenter viſitando terere non ſuperſediſſetis. Deinde continuo intulit, quia diligenter paternitatem tuam ſimiliter pro me ſupplex precibus obnixis compellare curaret, utpote conſanguinitate propinquitatis noſtræ admonita, quatenus ſicut illa meruit præſens tuis ſalutaribus imbui præceptis, & orationum tuarum benedictione confirmari; ita & ego quoque quamvis abſens, & ignotus corporali præſentia, tamen ut ſpiritu præſens, hoc eodem munere mihi neceſſario a tua ſolita beneficentia ditarer.

Quid Bonifac. cum Romæ eſſet.

XIV. *Cumque, te hoc facturum promiſiſſe indubitata fide, diceret, vere fateor, quantumcumque conſolationis ex hoc habui, eoque multo magis, ut aſſolet, exhilaratus ſum, quod ex inopinata ſpe ſubito tam precioſa dona pertulerit. Quocirca utile mihi omnino, ac conveniens eſſe videtur, ut perfulgidam longe lateque beatitudinem tuam amicabilium litterarum lectione, ſeu fidelium legatorum allegatione alloquar, quod quidem alio quolibet in tempore melius, efficaciuſque adimplere me poſſe non arbitror, quam modo nunc, cum ſint excellentiæ veſtræ viri religioſi, qui a vobis huc in Britanniam, utpote prudentes, & fideles legatarii tranſmiſſi ſunt; necnon videlicet ad viſionis veſtræ placidam præſentiam, Deo adjuvante, quantocyus optant*

PAGIUS ſine rexiſſet, ſpiritum Deo reddidit. Anno DCCXLII. quo Synodus Germanica *XI. Kal. Maii* celebrata, jam Willibaldus Epiſcopus erat, cum ei interfuiſſe memoretur. Imo vivebat adhuc anno DCCLXXXV. quo Fuldenſe Monaſterium inſigni locupletavit donatione, a Cointio anno DCCLXXXV. num. XIV. recitata, in cujus fine legitur: *Actum in Monaſterio Fuldenenſi, anno XVIII. regnante Carolo glorioſiſſimo Rege Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, die VIII. menſis Octobris.* Idem Cointius exiſtimat, eum vixiſſe uſque ad annum DCCLXXXVII. anno Epiſcopatus ejus XLVI. Celebris eſt Willibaldi memoria Nonis Julii. Duæ extant hujus Sancti Epiſcopi Eiſtetenſis primi Vitæ; altera a Sanctimoniali Heidenheimenſi laudata, altera ab Auctore Anonymo perantiquo ſcripta, & utraque a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. II. recitata, & Notis illuſtrata.

XI. *S. VVunebaldus Abbas Heidenheimenſis primus.* *Vvunebaldus*, poſtquam ſemel & iterum Romæ fuit, Sancti Bonifacii conſanguinei ſui hortatu cum *Sancto Vvillibaldo* fratre in Thuringiam anno DCCXXXVIII. acceſſit, ubi ab illo Presbyter conſecratus eſt, & ſeptem Eccleſiis præfectus, ut populis ſaluberrimam vitæ viam panderet. Evolutis aliquantis annis, ut latiora & ſpatioſiora Evangelici ſermonis ſata pullularent, in Bajoariam ſe contulit, ubi multos potentes & divites, alioſque inferioris gradus injuſtæ copulationis conjugio nuptos, & variis Paganorum præſtigiis pollutos, quantum potuit, a pravitate morum prohibuit, *potentes non formidando, & pauperibus compatiendo.* Tranſacto triennio in Germaniam rediit, ubi frater ejus *Villibaldus* in Urbe Eiſtetenſi Epiſcopus erat. In ea Diœceſi ad locum, qui vocatur *Heidenem*, Monaſterium conſtruxit, & cum aliis ſibi ſubditis Monachalem regularis vitæ diſciplinam obſervavit. Plurima Paganicæ pravitatis præſtigia, multoſque diabolica fraude deceptos idololatriam colentes in his partibus invenit. Alii namque aruſpicia obſervantes, alii incantationum frivola facientes, aliique, qui fornicali ſpurcitia polluti erant, ad eum occidendum vel comburendum multoties per maleficia animum intenderunt; ſed Vir Dei non deſinebat, docendo plebem, ab erratica Paganorum pravitate perſuadendo educere. Diem obitus ſui præſcivit, & prædixit junioribus quomodo illum Sacerdotali indumento deberent veſtire edixit. *Et ſic requieſcebat una hebdomada ante Natalem Domini: & tunc fuit Sabbatum poſt veſperam, XIV. Kalend. Januarii, & tunc erat ille LX. annorum ætate, & fuit Abbas fere decem annos*, ut inquit Sanctimonialis Heidenheimenſis, ipſius conſanguinea in ejus Vita, quæ extat Sæc. III. Benedictino part. I. *Vvalpurgis* Wunebaldi ſoror, ejus vitam etiam ſcripſerat, ut indicat ibidem Sanctimonialis Heidenheimenſis num. XXI. ſed ea Vita ad nos non pervenit. Duo hi characteres, *Sabbatum, & XIV. Kal. Jan.* annum indicant præditum littera Dominicali D. quem Bollandus in Notis ad Vitas Sancti Richardi & Sanctæ Walburgis, quorum ille Wunebaldi pater, hæc ſoror fuit, ad diem VII. Februarii & diem XXV. ejuſdem menſis, annum Chriſti interpretatur ſeptingenteſimum ſexageſimum primum, a quo non recedunt Mabillonius loco laudato, & Cointius ad eum Chriſti annum num. XIV. Colitur *S. Vvunebaldus*, Primus Heidenheimenſis Abbas, die XVIII. menſis Decemb. in Tabulis Eiſtetenſibus.

XII. A num. XIII. ad XVI. Beda lib. 5. cap. 24. ſcri-

ptant pervenire. Unde igitur mihi optime placuit, hunc præſentem portatorem litterarum iſtarum nomine Heldum religionis ſcilicet habitu monachum, cum prædictis veſtris hominibus, quaſi cautiore, & tutiore curſu ad vos dirigere ac per eum hæc ſalutatoria charitati veſtræ, ſeu precatoria ſcripta porrigere, per quæ aut primo declaramus, omnes in commune omnipotenti Deo gratias uberiores rependere, qui tantam in vos miſericordiæ ſuæ gratiam contulit, ut innumeroſam multitudinem Gentilium, idololatria vetuſtiſſimo errore miſerabiliter deceptam, ad Chriſtianæ fidei normam prædicationis veſtræ verbo, & labore converterit. Unde plurima adhuc, auxiliante Deo, ſperamus, & optamus, certi, quia qui per vos cœpit operari, majora perficere de die in diem non deſinet.

XV. *Per hunc quoque bajulum horum apicum reverentia veſtræ direxit devotio mea magna cum charitate nonnulla munuſcula, id eſt * caucum argenteum intus deauratum, penſantem libras tres & ſemis, & duo * repte, & hæc xenia vobis, non ea intentione, neque occaſione direximus, ut terreſtre lucrum aliquod, aut retributionem quampiam temporalem pro eis recipere deſideremus, ſed multo magis benedici (quod multo magis neceſſarium eſt) totis viſceribus efflagito mentis, ut quoniam dies mali ſunt, & multiplicantur quotidie variæ & improviſæ perturbationes in hoc ſæculo ſcandalis pleno multis, nos crebris orationum tuarum ſuffragiis adjuvare digneris, & ad hoc ipſum agendum alios quoſcumque vel jubendo, vel ſuggerendo poſſis provocare auctoritate tua veneranda dilectio, quæ ſemper ſit vivaci memoria plena, tam dum adhuc eſſe me in hac mortali carne audias, quam etiam poſt obitum meum, ſi te promerear habere ſuperſtitem. His itaque breviter ſummatimque prælibatis, unam rem prætérea a vobis deſidero mihi exhiberi, quam nobis acquirere valde difficile eſſe, juxta quod mihi indicatum eſt, nullatenus reor, hoc eſt, duos falcones, quorum ars, & artis audacia ſit grues velle libenter captando arripere, & arripiendo conſternere ſolo. Ob hanc etenim cauſam de harum acquiſitione, & tranſmittendarum ad nos avium vos rogamus, quia videlicet perpauci hujus generis accipitres in noſtris regionibus, hoc eſt, in Cantia reperiuntur, qui tam bonos producant fœtus, & ad artem ſupradictam animo agiles, ac bellicoſi educentur, & edomentur, ac doceantur. Poſtremo autem in fine epiſtolæ precor, ut ad ſcribentem tibi reſcribas, & litteris tuis manifeſtare digneris, ut ea, quæ tibi direxi, bene ſunt reddita. Orantem pro nobis beatitudinem tuam longævam divina pietas faciat.* Hucuſque Rex Cantiæ ad Bonifacium.

Sed non prætereat memoria regiæ feminæ, conſanguineæ ſcilicet ejuſdem Cantiæ Regis, Buggæ appellatæ, cujus & peregrinationis ad limina Apoſtolorum meminit. Fuit iſta cognomento ſic dicta, nomine vero Eadburga, filia clariſſimæ feminæ Cangyth, quæ ſimul ſub prædeceſſore Rege gravia paſſæ ſunt, ut ipſarum XVI.

PAGIUS *Æthelbertus ſit Rex Cantiæ, & ſcribit ad S. Bonifacium.* ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo viceſimo quinto (qui erat annus ſeptimus Oſrici Regis Northanymbrorum, qui Coenredo ſucceſſerat) Viſtredus filius Egberthi, Rex Cantuariorum defunctus eſt nono Kalendarum Majarum. & Regni, quod per triginta quatuor ſemis annos tenebat, filios tres Æthelbertum, Eadberthum, & Alricum reliquit heredes.* Quare nullum in particulari ſibi Succeſſorem deſignavit, ſed tres filios conjunctim, & indiviſim Regni hæredes inſtituit. *Æthelberthus*, ſeu *Æthelbertus* major natu Wictredi filius, dum eſſet Cantuariæ Rex, hoc anno gratulatus eſt *Sancto Bonifacio* tantam Gentilium multitudinem, ejus labore ad Chriſtum converſam, poſtulavitque, ut commercium literarum ſecum habere vellet, ut videre eſt in Epiſtola XL. inter Bonifacianas hic a Baronio recitata. Verum in recentiori Chronologia Saxonica, & in uno ex MSS. vetuſtiori ad annum DCCXXV. *Eadbertus* dicitur Cantiæ Regnum capeſſiſſe, quia ſc. *Ethelbertus* hoc ipſo anno ab Eadberto fratre, qui ſolus regnare cupiebat, Solio dejectus eſt, aut ſaltem ſubditi, qui ab iſto Triumviratu ſibi timebant, univerſum Regnum, quod valde anguſtum erat, *Eadberto* tradiderunt. Id etiam colligitur ex Malmesburienſi lib. 1. de Reg. pag. 11. ubi Edberto *XXIII. annos*, *Edilberto XI. Alrico XXXIV.* attribuit. Certum eſt autem ex omnibus Hiſtoricis Anglicis, anno DCCXLVIII. *Æthelbertum* Eadberto ſucceſſiſſe, & poſt annos XI. *Alricum* fratrem majorem natu *Æthelberthum* excepiſſe, qui ideo, quando pater mortuus eſt, in puerili adhuc verſabatur ætate. Huntindonienſis lib. 4. pag. 339. ait: *de ſtatu Eccleſiaſtico in ſuo tempore ita Beda ait. In præſenti Cantuarienſis Archiepiſcopus eſt Tatwinus &c. Rex vero Cant eſt Eadbryht.* Loquitur Huntindonienſis de tempore, quo Beda Hiſtoriam Gentis Anglorum abſolvit, de anno ſcilicet DCCXXXI. quo ideo *Eadbertus* ſolus in Regno Cantiæ regnabat, quod in mortem ejus extra omnem controverſiam ponitur. Beda quidem lib. 5. cap. 24. ubi deſcribit ſtatum, qui tunc erat Gentis Anglorum, non meminit Eadberti Regis, ſed Huntindonienſis id ſtruit ex *Scriptis Veterum diligenti ſcrinio collectis*, ut ejus verbis utar. Succeſſor *Viſtredi Regis, & laudatus locus baſtenus in obſcuro fuere; neque enim in Operibus Bedæ is legitur.* Alfordus in Annal. Eccleſ. Angl. deceptus a Weſtmonaſterienſi tradit, *Æthelberthum* primogenitum Wictredi Regnum eum ſuſcepiſſe, & *annos XVII.* regnaſſe, ac *Eadberti* Regni exordium in annum DCCXLVIII. differt, ſicque Chronologiam rerum Anglicarum per hæc tempora turbat.

XIII. Ad oom. XVI. & ſeqq. *Bugga*, quam *Æthelbertus* tunc Cantii Rex in laudata Epiſtola a Baronio relata, aſſerit Regio ſanguine ortam, filia

rum epiſtola indicat, ad S. Bonifacium, cum eſſet tantum presbyter, data, qua ſuas deplorant ærumnas. Extat ipſa inter ejuſdem S. Bonifacii litteras nondum impreſſas, trigeſimaoctava ordine poſita. Quod igitur ſecundum illud Davidicum:

(a) Pſ. 111.

(a) *Generatio rectorum benedicetur*. Ipſum quod extat eorum ſcriptorum monumentum, in commendationem earumdem, Annalibus intexendum, putavimus. Sic enim ſe habet (b).

(b) Ead. Cod. ep. 38.

XVII. *Benedicto in Deo, in fide & dilectione venerabili † Vvinfrido presbyteratus privilegio prædito, & virginalis caſtimoniæ floribus, velut liliorum fertis coronato, necnon doctrina ſcientia erudito, Cangyth indigna ancilla ancillarum Dei, & nomine Abbatiſſa ſine merito functa, & unica filia ejus Eadburg, cognomine Bugge, in ſancta Trinitate æternam ſalutem.*

† Bonifacio poſtea dicto.

Cangyt Abbatiſſæ ep. ad S. Bonif.

Ad referendas gratias amplitudini tuæ laudationis, quam tranſmarinis litteris per gerulum Seedare pietas tua tranſmiſit, nullus oris noſtri ſufficit ſermo. Gratulandum eſt, ſi vera laus eſt, qua laudatæ ſumus: timendum eſt valde, ne magis vituperatio ſit non merita laus, quam laudatio. Amantiſſime frater ſpiritualis magis quam carnalis, & ſpiritualium gratiarum munificentia magnificate, tibi ſoli indicare volumus, (& Deus ſolus teſtis eſt nobis) quas cernis inter litteras lacrymas, quam multis miſeriarum molibus, velut graviſſima ſarcina, aut preſſura premente, depreſſæ ſumus ſæcularium rerum tumultibus, qui nos tamquam ſpumoſi maris vortice vorant, & agitant velut undarum cumulos colliſos ſaxis, & quemadmodum ventorum violentia procellarum tempeſtates immenſa ſæviſſime Euripum impellunt, & Cymbarum carina ſurſum, & malus navis deorſum immutantur: haud ſecus animarum noſtrarum navicula magnis miſeriarum machinis, & multifera calamitatum quantitate quatiuntur & velut quod veritatis voce de Evangelica domo dicitur (c): Deſcendit pluvia, venere flumina, flavere venti, & impegere in domum illam, & reliqua. Igitur primum omnium pluvia ponitur, & ſequuntur omnia alia, quæ illi exterius accedunt, memorata innumerabilium concatenatio criminum, & nullius boni placita, & perfecta fiducia, & non tantum recordatio animarum noſtrarum, ſed (quod difficilius eſt, & multo gravius) quod univerſarum commiſſarum animarum promiſcui ſexus, & ætatis, & multorum

(c) Matth. 7.

*mentibus, & diverſis moribus deſervituræ, & poſtea ante ſublime Tribunal Chriſti rationem reddituræ, non ſolum pro manifeſtis peccatis geſtorum ſive dictorum, ſed ſimul pro occultis cogitationibus, quæ homines latent, Deo tantum teſte, & cum ſimplici (d) acie adverſus duplicem, & cum decem millibus adverſus viginti millia duellium pictura: & additis animabus noſtris additur interea domeſticæ rei difficultas, & diſputatio diverſarum diſcordiarum, quas ſeminat bonorum invisor, qui rancida corda virorum inficit malitia, & inter homines ſpargit, maxime per monaſticorum, & monachorum contubernia, & * ſcit quia (e) potentes potenter tormenta patientur.*

(d) Luc. 14.

* ſcio

(e) Sap. 4.

XVIII. *Angit præterea paupertas, & penuria rerum temporalium, & anguſtiæ ceſpitis noſtri juris, & infeſtatio regulis, quia accuſamur apud eum ab his, qui nobis invident, ut quidam Sapiens ait: Faſcinatio & invidia obſcurat multa bona; ſimiliter ſervitium Regis, & Reginæ, Epiſcopi, & Præfecti, & Poteſtatum, & Comitum, quæ omnia enumerare longum eſt, ut facilius poſſint mente tractari, quam ſermone. Additur his omnibus miſeriis amiſſio amicorum, & contribulium catervæ, propinquorum, & conſanguineorum turbæ. Non habemus filium, neque fratrem, patrem, aut patruum, niſi tantum unicam filiam penitus deſtitutam omnibus caris in hoc ſæculo, præter unam tantum ſororem ejus, & matrem valde vetulam, & filium fratris earum, & illum valde infelicem, propter ipſius mentis amentiam: & quia Rex noſter ejus gentem multum exoſam habet, & nullus ſit alius, qui noſter ſit neceſſarius, ſed diverſis caſibus tranſtulit illos Deus: alii obiere in patrio ſolo, & corpore eorum in terræ pulvere ſqualente requieſcunt, iterum reſurrectura in die neceſſitatis, quando horribilis tuba concrepabit, & humanum genus atris tumbis emerſerit rationem redditurum, & ſpiritus eorum angelicis ulnis evecti regnaturi cum Chriſto, ubi omnis dolor deficiet, & invidia fatiſcet, & fugiet dolor, & gemitus a facie ſanctorum: Aſt alii patria litora reliquere, & æquoreis campis ſe credidere, & ſanctorum petivere Apoſtolorum limina Petri & Pauli, & multorum martyrum, virginum, atque confeſſorum, quorum numerum, & nomina Deus ſcit. Pro his omnibus, & hujuſcemodi * caſibus, quæ vix uno die enumerari poſſent, quamvis, ut dicitur, Sextilis, aut Quintilis tempora protelent*

* cauſis

PAGIUS Florent SS. Bugga & VVidburga.

filia unica erat illuſtris feminæ *Eangyth*. *Eangyth* in Epiſtola inter Bonifacianas XXXVIII. recitata a Baronio num. XVII. & ſeq. exponit Divo Bonifacio injurias, quas a Rege, Regina, Epiſcopis, & Præfectis patiebatur cum tota familia, conſulitque eum de Romana, quam meditabatur peregrinatione. Hanc ei permittit Bonifacius in Epiſtola XX. recitata a Baronio num. XXII. in qua ait *VVidburgam* ſibi per literas intimaſſe, *per talem vitam quietem in-*

actatis, tadet nos vitæ noſtræ, & pene nobis pertæſum eſt vivere.

XIX. *Omnis homo in ſua cauſa deficiens, & in ſuis conſiliis diffidens, quærit ſibi amicum fidelem, in cujus conſiliis confidat, qui in ſuis diffidit, & talem fiduciam habeat in illo, ut omne ſecretum ſui pectoris pandat, & aperiat, & ut dicitur, quid dulcius eſt, quam habeas illum, cum quo omnia poſſis loqui, ut tecum: & ideo pro his dumtaxat omnibus miſeriarum neceſſitatibus, quæ lacinioſo ſermone enumeravimus, nobis neceſſarium fuit, ut quæreremus amicum fidelem, & talem, in quo confidamus melius, quam in nobiſmetipſis, qui dolores noſtros & miſerias, & paupertates ſuas deputaret, & compatiens nobis eſſet, & conſolaretur nos, & ſuſtentaret, eloquiis ſuis, & ſaluberrimis ſermonibus ſublevaret. Diu quæſivimus, & confidimus, quia invenimus in te illum amicum, quem cupimus, & optamus. Et ſperavimus, ſi nobis Deus dediſſet, ut per Angelum ſuum ſicut Abacuch (a) prophetam cum prandiis in lacum leonum ad Danielem vatem miſit, & (b) Philippum unum de ſeptem diaconibus ad Eunuchum, in illas terras, & in illam peregrinationem poſſemus pervenire, ubi habitas, ut ſic licuiſſet nobis viva verba ex ore tuo audire (c): Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, deſuper mel, & favum ori noſtro.*

(a) Dan. 14. (b) Act. 8. (c) Pſ. 118.

XX. De peregrinando Romam. *Sed quia hoc noſtris meritis non meruimus, ſed longo intervallo terra marique, & multarum provinciarum terminis dividimur: tamen pro hac fiducia ſupra memorata, notum tibi facere volumus, frater Boniface, quia multum tempus fluxit, ex quo deſiderium habuimus (ſicut plurimi ex neceſſariis noſtris, & cognatis, ſive alienis ſciunt) ut Dominam quondam Orbis Romam peteremus, & ibi peccatorum noſtrorum veniam impetraremus, ſicut alii multi fecere & adhuc faciunt, & ego maxime, quæ ætate provectior ſum, & multa plura in vita mea commiſi, & perpetravi; & hujus meæ voluntatis, atque propoſiti mihi conſcia fuit Vuale Abbatiſſa quondam mea & mater ſpiritualis, & unica filia, quæ adhuc in annis juvenilibus fuit: & hujus rei deſiderium quieſcere neſcivit. Sed quia ſcimus, quod multi ſunt, qui hanc voluntatem vituperant, & hunc amorem derogant, & eorum ſententiam his adſtipulationibus firmant, quod canones Synodales præcipiant, ut unuſquiſque in eo loco, ubi conſtitutus fuerit, & ubi votum ſuum voverit, ibi maneat, & ibi Deo reddat vota ſua; & quia diverſa univerſi voluntate vivimus, & nobis incerta res, & occulta Dei judicia, ſicut ait Propheta (d): Juſtitia tua ſicut montes Dei, & judicia tua abyſſus multa: & ejus ſecreta voluntas, & diſpenſatio in hac re nobis valde occulta eſt: pro his ergo incertis, & occultis ambæ te ſupplices, atque proſtratis vultibus flagitamus, ut ſis nobis Aaron, id eſt, mons fortitudinis: orationum tuarum nos ſuffragio fulcias, & dirigas (e) thuribulum deprecationum tuarum, ſicut incenſum ante conſpectum divinitatis, & elevatio manuum tuarum conjungatur ſacrificio veſpertino: Vere enim confidimus in Domino, & ejus clementiam exoramus, ut per ſupplicationem oris tui, & orationes medullatas oſtendat nobis per te, quod profuturum, & utile judicaverit, ſive in patrio ſolo vivere, vel in peregrinatione exulare. Similiter poſtulamus pietatem tuam, ut tua reſcripta tranſpontum dirigere digneris; & reſpondeas his, quæ in his chartis * caraxavimus ruſtico ſtylo, & impolito ſermone; quoniam nullam fiduciam habemus apud eos, qui in facie gloriantur & non in corde. De tua fide, charitate in Deum, & dilectione in proximum ſecuri, commendamus illum fratrem ſupramemoratum, ſive neceſſarium amicum noſtrum nomine Denevaldum, ſi Deus diſponat, vel decreverit, ut dirigat viam ejus in illas partes terræ, & peregrinationem illam, in qua habitas; tu illum charitate, & dilectione ſuſcipias: & ſi voluntas ejus, vel deſiderium flagitat, cum tua benedictione, & gratia, & eulogia dirigere digneris ad venerabilem fratrem nomine Berhere presbyteratus gratia decoratum, & confeſſionis titulo notatum, qui diu incoluit illam peregrinationem. Vale frater ſpiritualis fideliſſime, atque amantiſſime, & ſincera, & pura dilectione dilecte, & proſperis ſucceſſibus polle in Domino dilecte. Amicus diu quæritur, vix invenitur, difficile ſervatur. Ora pro nobis, ut non noceant nobis noxarum crimina amara.* Hactenus matris & filiæ ſanctarum feminarum epiſtola.

(d) Pſ. 35. (e) Num. 16. * exaravimus.

Contigit autem poſthæc, ut ipſa mater Cangyth Abbatiſſa ex hac vita migraret, & cura monaſterii tota refunderetur in filiam Eadburgam cognomento Buggan, Abbatiſſam electam, quæ cum graviſſimis exagitata eſſet perturbationibus, ad ipſam Bonifacius conſolaturus eam litteras dedit, quæ cum adhuc Dei beneficio extent, dignæ quidem tanto viro martyrii candidato, hic eas tibi redden-

PAGIUS *inveniſſe juxta limina Sancti Petri, qualem longum tempus deſiderando quæſivit.* Baronius num. XXIII. recitat aliam *Eadburgæ* Virginis Epiſtolam ad Sanctum Bonifacium datam, in qua de Widburga clariſſima femina legitur, quod Romæ ſpontanee apud Sancti Petri cellam inſtar carce-

(a) Ex eodem Cod. ep. 10.

dendas, putavimus. Sic enim ſe habent (a).

Venerandæ, & dilectiſſimæ ſorori Buggan Bonifacius Vuinfridus ſervus ſervorum Dei, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem.

XXI. *O ſoror cariſſima, priuſquam nos timor Chriſti, & amor peregrinationis longa, & lata terrarum, ac maris intercapedine ſeparavit: multorum relatu audivi tempeſtates tribulationum, quæ tibi in ſenectute, Deo permittente, supervenere: mœrore contriſtatus ingemui, reputans, quia poſtquam quietem contemplativæ vitæ quærendo, majores monaſteriorum ſollicitudines abjeciſti; frequentiores, & validiores tribulationes occurrere. Nunc autem, ſoror veneranda, tribulationibus tuis compatiens, fraternas & hortatorias, & conſolatorias, beneficiorum tuorum, & antiquorum amicitiarum memor, litteras ad te tranſmitto, rogans ut mente non excedat ſententia veritatis, quæ*

(b) Luc. 21.

dixit (b): In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et verbum ſapientiſſimi Salomonis (c): Quem diligit Deus

(c) Prov. 3.

corripit, flagellat omnem filium quem recipit. Et Pſalmographi ſententia (d):

(d) Pſ. 33.

Multæ tribulationes juſtorum, & de his omnibus liberabit eos Dominus. Et alibi:

(e) Pſ. 50.

(e) Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Et recordare Apoſtolicæ ſententiæ, quæ dicit (f): Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum

(f) Act. 14.

Dei. Et alibi (g): Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem ſpem, ſpes autem non confundit. De iſta ſpe ſoror cariſſima ſemper gaude, & lætare, quia non confunderis; & tribulationes mundanas toto mentis adnixu contemne, quia omnes milites Chriſti utriuſque ſexus tempeſtates, & tribulationes, infirmitateſque hujus ſæculi deſpexere, pro nihiloque duxere, ſancto Paulo atteſtante, qui ait (h): Quando infirmor, tunc potens ſum. Et

(g) Roman. 5.

(h) 2. Cor. 12.

(i) Rom. 8.

alibi (i): Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio? Et reliqua uſque. Qui nos dilexit. Qui pater, & amator eſt caſtæ virginitatis tuæ. Qui te primævo tempore juventutis tuæ paternæ dilectionis voce ad ſe invitans, filiam

(k) Pſ. 44.

vocavit per Prophetam dicendo (k): Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui, quia concupivit Rex ſpeciem tuam: Ipſe eſt qui modo in ſenectute tua laboribus, & tribulationibus ſpeciem, & pulchritudinem animæ tuæ decorare, & adornare deſiderat. Tu autem cariſſima de futura hæreditate patriæ cœleſtis in ſpe gaudens, contra omnes adverſitates ſive cordis, ſive corporis, ſcutum fidei, & patientiæ oppone, ut & Chriſto ſponſo cooperante, turris Evangelicæ ædificium, quod in bona juventute cœpiſti, in ſenectute bona ad gloriam Dei perficias, ut Chriſto veniente cum ſapientiſſimis virginibus lampadem cum oleo fulgentem in obviam portare merearis; interea intimis obſecro precibus, ut memor promiſſionis antiquæ, pro me orare digneris; ut Dominus, qui eſt redemptor noſter, & ſalus omnium, de iſtis multifariis periculis animam meam eripiat in fructu ſpirituali. Vale in Chriſto.

XXII. Cum autem hiſce multiplicibus agitaretur anguſtiis clariſſima virgo, in ſenectute ſua abdicans ſe a præfectura, ſolum patriæ relinquere amore quietis, & Romam petere cogitavit, ubi apud ſancta Apoſtolorum limina degens incognita, illic divinis tantum vacans rebus, ultimam diem præparans ſe ad obitum expectaret: quod tamen ſuæ mentis deſiderium, inconſulto eodem Bonifacio, minime perficere auſa eſt. Cum igitur eidem animi ſui iſtiuſmodi conſilium litteris aperuiſſet: ipſe Bonifacius ad eam iſta reſcripſit, ſuadens emeritæ militiæ feminæ regiæ, jam ætate provectæ Romam ad limina Apoſtolorum peregrinari (l).

(l) Eod. Cod. ep. 26.

Domnæ dilectiſſimæ, & in amore Chriſti omnibus cæteris feminei ſexus præferendæ ſorori Buggan Abbatiſſæ, Bonifacius exiguus indignus Epiſcopus æternam in Chriſto ſalutem.

S. Bonifacii epiſt.

Notum ſit tibi ſoror cariſſima, de illo conſilio, quo me indignum per litteras interrogaſti, quod ego tibi iter peregrinum nec interdicere per me, nec audenter ſuadere præſumo; ſed quod viſum eſt, dicam: Sin ſollicitudinem, quam erga ſervos Dei, & ancillas, & monaſterialem vitam habuiſti; propter acquirendam quietem, & contemplationem Dei demiſiſti: quomodo debes nunc ſæcularium hominum verbis, & voluntatibus ſervire cum labore, & tædioſa ſollicitudine? Melius enim mihi videtur, ſi propter libertates ſæculares in patria libertatem quietæ mentis habere nullatenus poſſis, ut peregrinatione libertatem contemplationis, ſi volueris & poſſis, acquiras, quemadmodum ſoror noſtra Vuiethburga faciebat, quæ mihi per ſuas litteras intimavit, per talem vitam, quietem inveniſſe juxta limina Sancti Petri, qualem, longum tempus deſiderando, quæſi-

PAGIUS cerit, ſe ſa clauſerit; ibique vitæ contemplativæ operam dederit. Sed cum ejus inſcriptio ſit: *Abbati Sanctæ, virgque amico, jure & merito honorando Vuinfrido Eadburg ultima diſcipulorum, vel diſcipularum tuarum*, &c. liquet longe ante præſentem annum eam Epiſtolam ab Eadburga.

*vit. De iſto autem tuo deſiderio illa mihi mandavit (quia de te ad illam ſcripſi) ut expectes, donec rebelliones, & tentationes, & minæ Sarracenorum, quæ apud Romanos nuper emerſere conquieverint, & quoadusque illa, Deo volente, ſuas literas invitatorias ad te dirigat, & hoc mihi optimum videtur eſſe, ut præpares tibi neceſſaria itineris, & ſuſtineas verbum ejus, ut poſtea quod pietas Dei juſſerit, facias. De conſcriptione autem ſententiarum, de qua rogaſti, peccatis meis indulgere debes, quia propter inſtantes labores, & itinera continua adhuc perfecte conſcriptum, quod rogaſti, non habeo; ſed cum implevero, ad præſentiam dilectionis tuæ tranſmittere curabo. De muneribus namque, id eſt, veſtimentis, quæ miſiſti, gratias agentes, Dominum omnipotentem rogamus, ut tibi præmium remunerationis æternæ cum Angelis & Archangelis in alto cælorum culmine reponat. Obſecro igitur per Deum, ſororem cariſſimam, immo matrem, & dominam dulciſſimam, ut aſſidue pro me orare dignetur; quia pro peccatis meis multis * perturbationibus fatigor, & multo majore mentis tribulatione, & ſolicitudine, quam corporis labore conturbor: fidem antiquam inter nos numquam deficere ſcias. Vale in Chriſto.* Hactenus ad Buggan virginem cognatam Regis, quæ & Eadburga, Bonifacii epiſtola, in qua cum meminerit Wictburgæ clariſſimæ feminæ, quæ apud limina S. Petri quietem invenerit; eſt mentio ipſius in epiſtola ejuſdem Eadburgæ virginis ad eumdem Bonifacium ſcripta, quæ & numeratur ordine quadrageſimaſeptima, in qua de ipſa Wictburga habetur, quod Romæ ſpontanee ſe apud S. Petrum cella inſtar carceris clauſerit, ibique incluſa vitæ contemplativæ operam dederit. Ne igitur tantæ feminæ memoria excidat, hic ejuſdem Eadburgæ ad S. Bonifacium datam, in qua de ea mentio eſt, deſeribamus epiſtolam, numquam hactenus prælo cognitam, quæ ſic ſe habet (a).

* tribulationibus

(a) Ead. Cod. ep. 47.

XXIII. *Abbati ſancto, veroque amico, jure, & merito honorando, divinæ ſcientiæ, ac religionis gratia repleto Vvinfrido Eadburg ultima diſcipulorum, vel diſcipularum tuorum æternam in Domino ſoſpitatis ſalutem.*

* dulcia.

Eadburgæ epiſt. ad S. Bonifacium.

*Caritatis tuæ * dulcedinem fateor, dum per interiorem hominem guſtavi quiddam mellitæ dulcedinis, meis viſceribus hic ſapor inſidet: & licet interim, ut nacta ſum aſpectu corporali, viſualiter defraudata ſim; ſororis tamen ſemper amplexibus collum tuum conſtrinxero. Quamobrem mi amande olim jam frater, nunc autem ambo in Domino pariter Dominus Abba; atque frater appellaris; quia priusquam a me ſeparavit amara mors & crudelis illum, quem ſuper omnes alios amare conſueveram germanum meum Oſberem, te pene ceteris omnibus maſculini ſexus caritatis amore præferebam. Et ne diutius varie verba protelem, non volvitur dies, neque nox elabitur ulla ſine magiſterii memoria tui. Idcirco crede mihi, Deo teſte, quia te ſummo complector amore, & de te confido, quod numquam ſis immemor illius amicitiæ, quam cum fratre meo te certam fuit habuiſſe. Ego autem, licet ſcientia tardior, meritis vilior illo ſim; tamen erga tuæ caritatis obſequium diſpar non ſum: & quamvis temporum ſeries ocyus currendo diſcreverit, memoria tamen numquam me nebula atra deſeruit, ſed majora ſpatia temporum majorum mihi addidere luſtra injuriarum, ut ſcriptum eſt: Amor hominis adducit dolorem, amor autem Chriſti illuminat cor.*

XXIV. De Wictburga, quæ Romam petiit.

*Et poſtquam mihi ſimul cariſſima ſoror Vvictburga quaſi inflicto vulnere, iteratoque dolore ſubito ab oculis evanuit (cum qua me adolevit idem nutricum ſinus, una mater ambabus in Domino) & dereliquit, Jeſum teſtor, ubique dolor, ubique pavor, ubique mortis imago. Malui mori, ſi ſic Deo auſpici, cui arcana non latent, placuiſſet, vel tarda mors non * tricaverit. Sed quid dicam nunc? non improvida tandem nos non amara mors, ſed amarior diviſio ſeparavit ab invicem: illam, ut reor, felicem, me vero infelicem, quaſi quiddam depoſitum huic ſæculo ſervire permiſit. Scient enim quantum illam dilexi, quantum amavi, quam nunc, ut audio, Romana Urbs carcere includit; ſed amor Chriſti, qui in ejus pectore viruit, floruitque omnibus vinculis fortior, & validior eſt & perfecta caritas foras mittit timorem. Ea inquam ille ſuperi rector olympi ineffabili gratulatur tripudio, qui taliter ea doctrina exornat divina, & in lege ejus die, noctuque meditaris, ut ſcriptum eſt (b): Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Illa arduum & arctum jam graditur callem: ego autem adhuc in infirmis lege carnali, quæ quadam compede præpedit, jaceo. Illa gratulabunda in judicio futuro pariter cum Domino decantans, dicet (c): In carcere fui, & viſitaſti me. Tu autem in regeneratione cum ſederint duodecim Apoſtoli in ſedibus duodecim, ſedebis, & ibi de quantis labore proprio acquiſieris, de tantis ante tribunal æter-*

*

Spontaneo carcere ſe claudit Wictburga.

(b) Iſai. 52. Rom. 10.

(c) Matth. 19. Eſt Hieronymi ad Ruffinum ep. 41.

PAGIUS ga, cognomento Bugga, ſcriptam eſſe, eo ſcilicet tempore, quo Sanctus Bonifacius Abbas, relicto Monaſterio, ad Evangelii Opus ſe primum accinxit.

æterni Regis Dux futurus decoratus gaudebis. Ego autem adhuc in valle lacrymarum, ut emeritum eſt, lugeo propria peccata, eo quod talibus, me indignam feciſſet Deus adhærere comitibus. Quapropter crede mihi: non ſic tempeſtate jactatus portum nauta deſiderat; non ſic ſitientia imbres arva deſiderant; non ſic curvo aſſidens litori anxia mater filium expectat, quam ego viſibus veſtris frui cupio; ſed quia peccatis meis exigentibus, & innumeris delictis aggravata, ut hoc evenire poſſit, ut ab imminentibus periculis abſoluta ſim, in deſperationem deducta ſum: idcirco ego peccatrix veſtigiis celſitudinis tuæ provoluta, ex intimis præcordiorum penetralibus implorans a finibus terræ ad te clamavi: o beatiſſime pater, quam anxie requirit cor meum, ut in petra orationum tuarum exaltes me, quia factus es ſpes mea, (a) Pſ. 60. *(a) turris fortitudinis a facie viſibilis & inviſibilis inimici. Et ad conſolationem immenſi doloris, ad ſedandam mœroris undam, obſecro, ut tuo ſuffragio mea fragilitas quaſi quibuſdam ſuſtenta-culis, ut non prorſus corruat, fulciatur. Similiter ſupplex rogito, ut mihi aliquod ſolatium, vel in reliquiis ſanctis: vel paucula ſaltem perſcripta beatitudinis tuæ verba deſtinare digneris, ut in illis tuam præſentiam ſemper habeam. Vale jugiter proſperis ſucceſſibus vivens Deo, terquaterque interpellans pro me.* † *Ego autem ſimiliter Ealdbeorath pauperculus Chriſti in Domino cum omni affectu ſaluto te, deprecor te, ut illius amicitiæ, quam olim ſpopondiſti, in tuis deificatis orationibus recorderis, & licet corpore ſeparemur, tamen recordatione jungamur.* † *Quæ ſequuntur alius qui aderat, & forte amanuenſis addidit.* Hactenus epiſtola Eadburgis cognomento Buggæ, (quæ ut vidiſti nuper ex litteris ejus conſanguinei Regis Cantiæ Hedilberti) Romam ſe contulit ad ſancta limina Apoſtolorum, ubi Dei voluntate contigit ex optato reperiri S. Bonifacium, cum a Gregorio Papa Romam vocatus eſt, conſecrandus Epiſcopus; quem & enixe rogavit pro eodem conſanguineo ſuo Rege Deum precari.

Seps

JESU CHRISTI ANNUS 726.	GREGORII PAP. II. ANNUS 13.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 11.

I. Septingenteſimus vigeſimus ſextus annus ſequitur, nona Indictione notatus, quo novum monſtrum, horrendumque in Oriente viſum univerſam Dei Eccleſiam terruit atque turbavit; progreſſa ſiquidem e portis inferi nova hæreſis, cornibus potentiæ imperialis armata, Imperatoris potens edicto, longe lateque graſſatur: hoc inquam anno, nondum abſoluto decimo Imperii ſui anno, magno rugitu Leo publicum promalgavit edictum, ut ſacræ ubique delerentur imagines. De his acturi, ea more, primum omnium quæ ſunt temporis, diſquiramus. Scimus Theophanem, Cedrenum, & alios ejuſmodi probroſum ab Imperatore promulgatum edictum in annum referre, qui nonus numeratur ejuſdem Imperatoris: in Actis autem Stephani junioris martyris, qui ſub hujus filio Conſtantino Copronymo paſſus eſt, iiſdemque ab ejuſdem temporis ſcriptore elaboratis, omnique fide conſcriptis habetur promulgatum idem edictum fuiſſe anno decimo ejuſdem Leonis Imperatoris. Id ipſum teſtatur Zonaras: quod & ex eo etiam redditur manifeſtum, dum Beda hujus temporis ſcriptor accuratiſſimus, librum, quem ſcripſit de ſex ætatibus, perducit uſque ad nonum ejuſdem Leonis Imperatoris annum: ubi nihil penitus habet de ejuſmodi edicto, quod magno fragore fulminis inſtar univerſo orbi ſtatim innotuit, eo quod nondum tale quippiam promulgatum fuiſſet. His de temporis ratione diſcuſſis, jam quæ ad rerum geſtarum narrationem pertinent, proſequamur.

Leonis edictum adverſus ſacras imagines.

II. Qui autem ex improviſa edicti promulgatione Leo apparuit hæreticus Iconoclaſta, cum antehac ab omnibus fuerit Catholicus æſtimatus: quomodo acciderit, ut uno veluti momento magna adeo mutatione omnium, ex Catholico ſit viſus hæreticus: omnes æque conſentiunt, Hebræorum impoſtorum, qui de ejus futuro Imperio vaticinati fuerunt, id opera factum: licet in eo diverſa ſententia ſit, at id ab eis factum anno ante promulgatum edictum alii dixerint; alii vero id exordio ejus Imperii ab eis tentatum, ipſumque eis aſſenſum eſſe, verum uſque in hunc annum facinus continuiſſe ſecretum. Agens de his Conſtantinus Manaſſes Græcus hiſtoricus hæc ait: *Rebus humanis ad ſceleratiſſimum Leonem delatis* (proh qualia ſunt Dei judicia) *gravis tempeſtas Eccleſiam excepit magnis cum hominum cædibus conjuncta. Nam execrabilis Imperator parturiebat illa quidem (ceu conſentaneum eſt) abſurda, novaque conſilia contra Chriſtum, ſed fœtum improbitatis nullo modo parere poterat: quippe timidus animus eum ab inſtituto revocabat. Tandem vero capiata opportunitate, ſummaque audacia fœtum edidit, alvus rupta eſt, viperæ ſoboles prodiit.* Et inferius ubi Judæorum vaticinium de Imperio, & pollicitationem ipſis a Leone tunc factam recenſuit, iſta mox addit de facta ab eis exactione, ubi illum Imperatorem creatum adierunt: *Hebræi Leonis renunciatione cognita, mox ad Imperatorem advolant, & ut promiſſo ſatisfaciat, orant: non tamen illi, vel aurum, vel argentum, vel gemmas petebant, ſed ſanctarum imaginum, pictarum, ſtatuarum veneratione dignarum abolitionem, hoc eſt, ipſam religioſi cultus everſionem, cujus turres atque munitiones hoc facto de fundamento ſubrui oportebat. Imperator pravus pravis, viperæ ſoboles aſpidis fœtibus aſſentitur, & accerſito ſacrorum Antiſtite, qui tunc temporis erat Germanus, de perverſo dogmate; cum eo communicat. Cum ille non tantum non aſſentitur ipſius impietati, ſed etiam Imperatoris audaciam ac furorem reprehenderet. Heu paſtorem laput, heu fureus Cerberus mitem gregis ducem Eccleſia pellit, & exturbat.* Hactenus Con-

Ex Hebræis Iconoclaſtæ.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXIV. Anno Hegiræ CVIII. inchoato die 8. Maii fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6229.

☉. 7. F. ☽ 5. P. 24. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 726.

GREGORII II. PAPÆ 12.

LEONIS ISAURI IMP. 10.

CONSTANTINI COPRONYMI 7.

A. C. 726. I. Annum I. ad V. Zonaras in Leone Iſauro tradit, hunc Imperatorem *decimum ſuæ tyrannidis annum* auſpicantem Venerandas Imagines invaſiſſe; quod & legitur in Vita Sancti Stephani Junioris Monachi & Martyris, ſcripta a Stephano Diacono Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quadrageſimo ſecundo poſt hujus Sancti obitum anno, & Græce ac Latine publicata Tom. I. Analectorum Græcorum a Jacobo Loppino Monacho Benedictino: *Poſt decimum ſui Imperii annum*, inquit Stephanus Diaconus, *novus ille Baltaſſar, Manichæam hæreſim, & Æphthartodocitarum, ut ita loquar forte haud diſſimilem in Eccleſiam ſpiravit. Itaque ſubjecta ſibi plebe convocata coram omnibus leoninum rugiens inhumana hæc bellua, & Leonis nominis inſignis, ex immunda corde, velut ex Ætna monte ignem & ſulphur miſerandam illam vocem eructavit, & protulit: Quandoquidem Imaginum fabricatio ars eſt idolica, illas adorare non oportet.* Idem legitur in alia Vita ejuſdem S. Martyris, cujus verba citat Baronius num. IV. ubi

Leo Impi bellum indicit ſacris imaginibus.

Conſtantinus uſque ad exturbationem ſancti Germani Conſtantinopolitani Epiſcopi, quæ tamen longe poſt iſta fieri contigit.

III. Porro cum iſtu proſequuturus auctor exclamat (ut audivimus) dicens: *proh qualia ſunt Dei judicia?* Certe quidem etſi inſcrutabilia ſint judicia Dei, utpote abyſſus multa: tamen etſi totam non liceat tenui mente noſtra tantum exhaurire pelagus, num non licebit ſaltem vaſculo aquam attingere? Ecce tibi oſtendum, quot ex uno malo bona invenitur elicuiſſe Deus: etenim ex veneno magnum adverſus venena paravit antidotum. Siquidem Monothelitæ illam Eccleſiam jugiter infeſtantes, ex hoc tempore penitus ſiluiſſe noſcuntur, neque amplius quicquam adverſus Catholicam veritatem vel mutiiſſe reperti ſunt. Accidit enim perinde, ac ſi cum bello civili flagret civitas, ſi externum inſurgat bellum, eo omnes arma convertant, quibus antea ſe mutuo trucidabant. Ita plane; adeo enim turpis, ac deteſtabilis ejuſmodi hæreſis viſa eſt, ut non ſolum Catholicorum, ſed & omnium hæreticorum in ſe arma converterit, qui pugnantes ſimul cum Orthodoxis, adverſus Iconoclaſtas hæreticos, junxerint ſe ipſi Eccleſiæ Orthodoxæ. Acciditque illud plane mirandum, ut cum Orientalis Eccleſia (ut ſæpe vidimus) hæreticorum crebrius infecta venenis, vires conſternata perdiderit, & reſolutis ſolidæ conſtantiæ nervis, penitus elangueſit: mox hujus ipſo tantum conſpectu hæreſis ſpiritus ſumpſerit, animos erexerit, vires collegerit, nervoſque omnes intenderit, adverſus eam totis viribus certatura: ex quo certamine licet multi facti ſint deſertores, tot tantaque victrix erexit glorioſa trophæa, ut dicere illud auſim, numquam Orientalem Eccleſiam viſam adeo celebrem, & illuſtrem, quam cum adverſus Iconoclaſtas bellum iniit: utpote quæ numquam tot tantiſque fuerit decorata martyribus; adeo ut non ſolum præteritum deleverit ignominiam ſuæ proſtitutionis factæ ſæpe diverſis hæreticis, ſed adjecerit gloriam & honorem, tot martyrum aucta coronis, & inſignita victoriæ palmis ſemper, & ubique virentibus: ut plane illud Davidicum de judiciis Domini ipſi fuerit occinendum (a): *Judicia Domini vera juſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, dulciora ſuper mel, & favum.* Et quod ſequitur: *In cuſtodiendis illis retributio multa.* Sed jam cœptum proſequamur hiſtoriam ex vetuſtioribus monumentis.

(a) Pſ. 18.

De oborta hæreſi conſilium Dei.

IV. Extant (ut diximus) apud S. Joannem Damaſcenum Acta martyrum Stephani, & ſociorum omni fide conſcripta, in quibus ipſo ferme exordio hæc habentur: *Cum autem ad decimum jam Imperii annum Leo Iſauricus Imperator perveniſſet; nec jam eam hæreſim diutius animo premere ac continere poſſet, ſceleratum factum edidit: acitaque & coacta Senatorum claſſe, abſurdum illud, & impium evomuit; imaginum picturas formam quamdam idolorum retinere, inquiens, neque iis cultum adhibendum eſſe, ne aliquis Dei loco imprudentes idola veneremur.* Hæc de Senatuſconſulto, imo ejuſdem Leonis, inconſulto Senatu, de imaginibus abrogandis dictu atque firmata ſententia: haud enim dubium ſi rogaſſet ſententias ſingulorum, a propoſito cauſa penitus excidiſſet, omnibus refragantibus: facta igitur in comitiis illis ejuſmodi aſſertione, ab eodemque Imperatore decreta ſententia, ſimulque dimiſſo Senatu, res tam fœda in publicam magna omnium admiratione atque ſtupore delata eſt. Vidiſti non Orthodoxorum, ſed hæreticorum Principum morem eſſe, ut in Senatu, non in Eccleſia de dogmatibus agant, & inconſultis Epiſcopis Orthodoxæ fidei, pro arbitrio quæque ardua de fide, ſive Eccleſiæ ritibus juribuſque temere atque inique definiant. Sed quomodo ea accepta fuerit a populo Conſtantinopolitano, audi quæ eadem produnt Acta. Pro-

Senatus conſultum de abolendis imaginibus.

PAGIUS ubi eam perperam attribuit S. Joanni Damaſceno, quod Joannes Billius eam hujus Sancti Operibus ſubjunxerit; cum tamen hæc genuinus fœtus ſit Metaphraſtes, ut docet Allatius in Diatriba de Simeonibus pag. 226. Sicuti ergo alias Imperatores Ethnici annis Decennalibus ſuis dicatis adverſus Chriſtianos Edicta promulgabant; ſic Leo Iſaurus anno Imperii ſui decimo adverſus Orthodoxos perſecutionem excitavit, & bellum Sacris Imaginibus indixit, idque ante Kalendas Septembris, quo Indictio decima initium ſumpſit, ut diſcimus ex Auctore Anonymo a Combefiſio inter Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ, qui poſt Theophanem ſcripſere, publicato. Vivebat hic Anonymus anno DCCLXX. ut ipſemet in Invectiva edita *ad confutationem eorum, qui ſana fidei. Sanctorumque ac Orthodoxorum Patrum doctrina adverſantur* teſtatur, qui ſubdit: *Sunt anni quadraginta quinque plus minus, ex quo ſcrutinium hoc inſtituiſtis. Annona enim Indictione cepiſtis perigenti obſiſtere ac ſcrutari, qua demum ratione everteretis, quæ ut evertantur fieri non poteſt.* In ea Invectiva multa in Sacrarum Imaginum defenſionem hic Anonymus in medium adducit. Porro Theophanis Chronologia per hæc tempora depravata, & hæc perſecutio anno ſuperiori perperam collocata, ut Indictio IX. cum anno X. Leonis Imp. collata certo oſtendit.

II. Notabile eſt quod de hæreſi Iconomachorum obſervat *Theoſteriſtus* Monachus & diſcipulus Sancti Nicetæ Hegumeni Medicienſis in Bythynia Sacrarum Imaginum defenſione clariſſimi. Scripſit ille in hujus Sancti Vita intra quinque prim-

Hæc hæreſis ab ipſo initio a- *cerba.*

V. Varus prætextus Imperatoris.

Protinus igitur ingens tumultus a plebe excitatus eſt, ac mœſtitiæ nubes Orthodaxorum Eccleſiam obtegebat. Quod ut verſipellis ille ſenſit, ſtatim Gygis annulum vertens, ut obſcurum eſſet, quod agebat, laborabat, non videlicet leonis libertatem imitans: Non (inquit) *huc ſpectat mea ſententia, ut eæ prorſus deleantur, ſed hoc ajo, ſublimiore loco eas collocandas eſſe, ne ore quiſquam eas contingat, atque ita quodam modo rebus honore dignis contumeliam inferat. Quorſum hoc tandem, & quid moliens? nimirum, ut eas a nobis longe collocando, ac procul ab oculis noſtris removendo, ne eas facile aut cernere, aut contingere queamus, paulatim (ut ſæpe nobis in his, quæ amamus uſu venit) in oblivionem incidamus, eaſque caras habere dediſcamus, atque ita ſenſim, & citra tumultum hoc a nobis obtineatur, ut eas non adoremus, nec honore afficiamus.* Fuiſſe namque, oſtendunt hæc, in Conſtantinopolitanis Eccleſiis ſacras imagines non ſolum viſui præſentes expoſitas, ſed poſitas deorſum, ut exoſculari quilibet eas poſſet. Quid autem ad hæc S. Germanus Conſtantinop. Epiſcopus his auditis egerit, eadem Acta ita declarant.

VI. Quæ Germanus ad Imperatorem.

*De hac impietate, quæ & multum abstruſæ, & multum item apertæ abſurditatis habebat, cum certior factus fuiſſet Germanus, vir libera atque intrepida pietate præditus: per quemdam ex præcipuis Eccleſiæ miniſtris hæc ei mandat: Haud quaquam oportebat, Imperator, te, qui tum vitam, tum Imperium a Deo accepiſſes, adverſus conditorem tuum inſolenter extolli, atque (ut vulgo dicitur) non movenda movere, patrumque terminos, quos illi antiquitus poſuerunt, transferre ſtudere. Etenim humana forma a Deo verbo ex ſancta & puro Virgine ſuſcepta cum omnis dæmonum cultus extinctus eſt, tum omnis idolorum adoratio abſceſſit: at vero Theandricæ Dei virilis ſimilitudinis imago Chriſti adoranda, & colenda perſpicue tradita eſt, itemque illius, quæ eum modo omni ſermone præſtantiore peperit, & Sanctarum, quarum vita ipſi grata, atque accepta fuit. Ex qua enim ille in forma noſtra ad nos acceſſit (ab hinc autem ſeptingenti * triginta ſex anni jam effluxerunt) Patres in terra ac Doctores, quorum ſumma virtus fuit, venerandarum imaginum cultum nobis perſpicue tradiderunt. Ne longe abeam poſt Chriſti in cœlum aſcenſionem mulier illa, quæ ſanguinis profluvio laborabat, ab eo ſanitati reſtituta, ipſius imaginem, veluti acceptum beneficium referens, exculpſit. Ac prius etiam ab ipſomet Chriſto ipſiſſima Patris imagine, divino linteo facies ejus impreſſa eſt, ac Toparchæ Abagaro id poſtulanti Edeſſam miſſa. Demum ab Evangeliſta Luca picta eſt, quæ ab Hieroſolymis quoque Virginis Dei genitricis imago miſſa eſt: ob eamque cauſam divina, & ſacroſancta Concilia variis temporibus, ac locis coacta, non ut eæ calcarentur, ſed ut adorarentur, dixerunt.* Hæc Germanus, non ut expreſſe cultum imaginum canone ſancito Synodi Oecumenicæ comprobarint: ſed quod ſatis eædem viſæ ſint comprobaſſe, dum vigentem ubique cultum ſanctarum imaginum, nequaquam ut rem fidei Catholicæ adverſariam damnaverunt Patres ibidem conſidentes: ſicque ſatis viſi ſunt probaſſe, quod non damnaſſent eas, quæ ob oculos omnium poſitæ ubique erant, & in ipſis locis, ubi eædem Synodi cogi ſolerent: ſed pergit eadem oratione Germanus.

* vigintiſex

De cultu SS. imaginum vetus traditio.

Quomodo a Conciliis probatus cultus SS. imaginum.

VII. *Velim itaque,* inquit, *hoc ſcias, Imperator, quod ſi cuiquam hoc dogma confirmare, atque conſtabilire in animum induxeris: me primo nullo modo aſſentientem habiturus es, ſed promptum, ac paratum, qui pro Chriſti imagine animam meam profundam, pro qua ille, ut collapſam, atque proſtratam imaginem meam inſtauraret, cruorem ſuum effudit: perſpicuum eſt enim ignominiam eam, & contumeliam, quæ Chriſti imagini infertur, in* ex-

PAGIUS priores annos ab ejus morte elucubrata: *Sed & hoc mihi conſidera, alias quidem hæreſes ab Epiſcopis inferioribuſque Presbyteris ortum habuiſſe, hanc vero ab ipſis proceſſiſſe Imperatoribus (noſti autem quantum Reges inter & Sacerdotes interſit;) & iſtas quidem docendo & contradicendo coaluiſſe, paulatimque invaluiſſe; hanc vero ab Imperatoria poteſtate fuiſſe ab initio valentiſſimam.* Uſum cultumque Imaginum Chriſti ac Sanctorum non ſolum cum lege Dei non pugnare, ſed religioni conſentaneum eſſe, & fidelium excitandæ pietati utilem, pluribus demonſtrat Natalis Alexander Sæculo VIII. Diſſert. VI. & de uſu Imaginum in veteri Eccleſia egimus anno LV. num. III. & ſeq.

III. A num. V. ad IX. Tam Metaphraſte, quam Stephanus Diaconus in Vita Sancti Stephani Junioris, poſtquam narrarunt Leonem Imp. anno Imperii ſui decimo Sacras Imagines perſequi cœpiſſe, una ſerie recitant quæ poſtea anno Imperii ejus XIV. Chriſti ſcilicet DCCXXX. in eadem cauſa egit Imperator, ajuntque *Sanctum Germanum* Epiſcopum Conſtantinopolitanum, cum id reſciviſſet, ei mandaſſe qui ſignificarent, ab initio poſt Chriſti in Cœlos aſſumptionem Imagines expreſſas eſſe, ſe pro illis libentiſſime moriturum, & qui Chriſti imaginem ignominia afficit, in illum, quem ea exhibet, injuriam rejicere. Tumque Imperatorem Satrapas in Patriarchicam domum miſiſſe: *quibus præcepit ut cum pugnis & conviciis Sanctum Virum inde deturbarent.* Sed nuncii illi a Germano ad Imperatorem miſſi anno Imperii ejus decimo tertio exeunte, Chriſtique DCCXXX. Hoc autem anno poſt perſecutionem motam accidit, quod Theophanes anno K.

Non confundenda quæ duobus diverſis Imperii ſui annis adverſus Imagines egit Imp.

exemplar ipſum redundare. Quocirca nobis faciendum eſt, ut gratorum ſervorum officio fungentes, pro Domini honore periculum adeamus. Hucęſque Germanus ad Leonem per Eccleſiæ nuncios ad eum miſſos. Subiicit his auctor depoſitionem ejuſdem S. Germani, ſed quod id poſt trienniam exactum contigiſſe noſcatur, agemus de ea re ſuo loco. Etenim hac uſus eſt tolerantia Leo, ut eum blanditiis pelliceret, ageretque ſi conſentientem ipſum poſſet habere, at Synodali decreto, quod ipſe promulgaſſet edictum, ſolide firmaretur, ſatis intelligens, non aliter abſque magna ignominia tyranni nomen, & hæretici vitare poſſe, niſi Epiſcoporum aucuparetur aſſenſum.

VIII. At poſt hæc, quæ recitata ſunt de Germani per nuncios primo cum Leone congreſſu, idem ipſe eum coram aggreſſus eſt: de quo ſecundo congreſſu habet tantum iſta Theophanes: *Leo Imperator furens contra rectum fidem, adducto beato Germano, cœpit blandis ſermonibus eum delinire. At vero beatus, ſummuſque ſacerdos dixit ad eum: Depoſitionem ſanctarum imaginum audivimus quidem futuram, ſed non tempore imperii tui. Cum autem ille cogeret eum dicere, ſub cujus Imperio: ait ſub Cononis. At ille: Revera inquit, vera ex baptiſmo mihi Conon nomen eſt. At ille dixit: Abſit domine, ut per Imperium tuum iſtud malum perficiatur. Antichriſti præcurſor eſt, qui hoc adimpleturus eſt, & divinæ Incarnationis everſor. In hoc ergo ſævus tyrannus inſaniens, minas beato Germano prætendebat. Reducebat autem ad memoriam ejus Patriarcha ſponſiones ipſius ante Imperium factas, qualiter ſibi Deum dederit vadem, in nullo commuturum Eccleſiam ſuis Apoſtolicis, & divinitus traditis ritibus.* Erant hæ ſolemnes cærimoniæ peragi ſolitæ, cum quis a Patriarcha conſecraretur Imperator, ut ejuſmodi emitteret ſponſiones, & Patriarcha fidejuſſorem promiſſorum peteret; ipſe vero Deum offerret: Quæ quidem omnia conſtanti animo in eum exprobrans revocavit in ipſius memoriam Patriarcha. Hæc & alia tranſacta ſunt inter Germanum ipſum, atque Leonem, dum ille conatur tantum Patriarcham ad probandam impietatem adducere: iſte vero eumdem ab ea revocare magnopere laboraret; inter has autem contentiones adverſarioſque conatus tres anni prolapſi ſunt. Cæterum ex litteris Gregorii Papæ ad ipſum Germanum redditis perſpicue apparet, longe acriora ſuſcepta fuiſſe ab ipſo Germano prælia adverſus Leonem Imperatorem, quibus eum vicerit, & manus dare coegerit, licet poſtea ſic proſtratus majori furore ſurrexerit. Noverat autem iſta ipſe Gregorius Papa ex ipſius litteris Romam ſcriptis. Etenim ipſe Germanus ad Gregorium Romanum Pontificem de hæreſi recens oborta, & de his, quæ tranſacta eſſent inter ipſum, & Imperatorem, quo modo eidem ſæpe reſtiterit, litteras dedit. Quid autem ad hæc Gregorius ipſe reſcripſerit, antequam dicamus, recenſenda ſunt nobis quæ hoc anno itidem acciderunt in Oriente, ex quibus, ſi ſapuiſſet, potuiſſet Leo tamquam a Deo monitus a cœptis deſiſtere.

Quid in Imperatorem Germanus.

IX. Hoc namque anno (ait Theophanes) a Maſalma principe Sarracenorum captam fuiſſe Cæſaream Cappadociam; ſed & portentum magnum factum in mari deſcribit his verbis: *In ipſo anno æſtivo tempore, vapor ut ex camino ignis, viſus eſt ebullire inter Theram & Theraſiam inſulas ex profundo maris per aliquot dies. Quo paulatim incraſſato & dilatato, igniti æſtus incendio totus fumus igneus monſtrabatur. Porro vaſtitudine terrenæ ſubſtantiæ petrinos pumices grandes, & cumulos quoſdam tranſmiſit per totum minorem Aſiam, & Lesbon, & Abidum, & maritima Macedoniæ, ita ut tota ſuperficies maris hic punicibus eſſet repleta. In medio autem tanti ignis inſula ex terra congerie facta, inſulæ, quæ Sacra dicitur copulata eſt, nondum prius exiſtens.* Hæc quidem adeo horrenda iſto anno facta ſunt, quo edictum de hæreſi eſt promulgatum; tali namque portento prævio decebat hæreſim, tamquam novam Furiam apparere, quam infernus una cum globis igneis evomeret: nam pergit Theophanes. *Verum ſicut Thera & Theraſia inſulæ quondam ebullierant: ita & tunc temporibus impugnatoris Dei Leonis, qui divinam iram contra ſe, pro ſe fore opinatus,* im-

Cæſarea Cappadociæ capta a Sarracenis.

Incendium in mari.

V v

PAGIUS X. Imperii Leonis refert: *Ab eo tempore inimicitias cum Beato Patriarcha Conſtantinopol. Germano imprudenter ſuſcepit, omnes Deceſſores ſuos Imperatores, Præſules, Chriſtianoſque populos, tamquam idololatras, ob Sanctarum Venerandarumque Imaginum adorationem condemnans; cum ille præ nimia incredulitate atque ruſticitate de reſpectivo earum cultu rationem ac ſermonem minime capere valeret.* Quare quæcumque Baronius num. V. & tribus ſequentibus ex Theophane & Auctore Vitæ Sancti Stephani Junioris, quem Damaſcenum arbitratur, habet, pertineat ad annum DCCXXX.

IV. Idem Theophanes anno Leonis Imp. XIII. refert Imperatorem *Germanum* ad ſe acceſſiſſe, huncque ei reſpondiſſe Sanctas Imagines proſcribendas fore *Cononis tempore*; cumque Imperator ſibi *Cononis* nomen in Baptiſmo fuiſſe impoſitum dixiſſet, ſubdidiſſe Patriarcham *Abſit, Domine, ut te imperante malum iſtud perpetretur*, & ei in memoriam revocaſſe promiſſionem ab illo factam, quando imperium ſuſcepit. Tamque de eo e Throno Conſtantinopolitano exturbando conſilium iniiſſe. Hæc latius refert Baronius num. VIII. ſed ea ad unnum

Primus congreſſus S. Germani cum Leone Imp. de ſacris Imaginibus.

Digitized by Google

impudentius contra ſanctas & venerabiles imagines prælium excitavit, collegam & auxiliatorem habens Beſer Dei abnegatorem, & in irrationabilitate ſimillimum: ambo enim erant ineruditi, & indiſciplinati, ex quo multa malorum genera veniunt. Hæc de his Theophanes, qui & de cædibus, & incendiis hoc eodem anno per Leonem factis, mox ſubdit.

X. Defenſores SS. Imaginum quæ paſſi. *Turba autem, quæ in regia urbe erant valde triſtes ſuper novis doctrinis, meditabantur in eum inſurgere, & quoſdam regios homines occiderunt Dei deponentes iconam, quæ ſuper magnam æneam portam cernebatur. Adeo ut multi eorum pro veritate punirentur membrorum detruncationibus & flagris, & exiliis, & rerum jacturis, maximeque illi, qui nobilitate ac verbo clari eſſe videbantur. Ita ut etiam eruditionis ſcholas, & piam eruditionem a ſancta memoriæ Conſtantino Magno hucuſque ſervatas extingueret, cujus videlicet cum aliis quoque multis tomis, deſtructor Leo factus eſt, ejuſdem cum Sarracenis ſenſus exiſtens.* Hæc Theophanes; quæ ſubobſcura diffuſiori indigent narratione: petimus eam a Conſtantino Manaſſe, qui ait:

De Bibliotheca Conſtantinop. ſuccenſa. *Quam nequiter ſe geſſerit Leo, inter alia vel unicum hoc exemplum demonſtrare poterit, Haud procul a templo ſanctæ Dei Sapientiæ ſplendida domus erat extructa, quam nuncupare licuiſſet Amorum hortum, arboribus libros ferentibus plenum, adeoque lucum pulcherrimum omnigenæ doctrinæ ſapientiæque plantis conſitum. Nam erat in ea congeſtus librorum theſaurus, quorum numerus triginta & tria millia complectebatur. Talis hortus, tantuſque lucus divini cujuſdam hominis curæ fidique commendatus erat, qui doctrina præſtabat, & ſuper cæteros omnes radiis ſcientiæ collucebat: non inepte dixeris, alium quemdam Adamum fuiſſe divinum curatorem arborum, de pulchris Edenis arboribus delicias capientem, ejuſque plantarum non marceſcentium agricolam. Hi tot numero, quot circuli Zodiaci ſigna ſunt, abſque mercede litterarum & doctrinæ cupidos inſtruebant, & caliginis*

Fruſtra tentat Imp. Bibliothecarios. *velum tam in patre præſtigiiſque refertæ Græcorum quam religioſiſſima noſtra diſciplina ſuis auditoribus adimebant, uno illo de quo diximus inter omnes, Solis inſtar lucente. Tanta vero in opinione virtutis erant, ut ne ipſi quidem Imperatores novi quicquam & inuſitati vel moliendum, vel agendum ſibi putarent, illis in conſilium non adhibitis.*

Tales ergo viros pietate ſingulares, & innocentia vitæ conſpicuos, variorumque donorum ubere copia præſtabiles Imperator intra ſua retia comprehendere, ſuique furoris impii participes efficere multum ſitiebat. Cum autem cunctis molitionibus adhibitis eluderetur; nec enim vel metu, vel minis eos in ſententiam ſuam pertrahere poterat? cumque auro etiam uteretur, cæteroquin inexpugnabili ſocio: tamen aquilam ſe perſequi, vel ſidera tacta contingere velle deprehendebat: tandem re deſperata (quonammodo hæc obſecro exponam?) conſilium ſævum, abſurdum, impium capit, quod quidem nec immanis Scytha, vel Maſſagetes cepiſſet: materiam ſiccam & concremabilem ex aridis faſcibus coacervat; eaque ſuccenſa, cunctos exurit, homines inquam illos, heu, religioſos cum libris; proh infeſtum virtuti animum! proh mentem belluinam! Nimirum ex unguibus ſævus ille leo jam agnitus. Pulcherrima quæque de diſciplinis omnibus iſtic aſſervabantur. Et inter alia volumina extabat admirabile confectum de draconis inteſtino, cui erant inſcripti libri Homerici, tam Ilias tota, quam Ulyſſea. XI. Hæc Conſtantinus, eadem de his Zonaras, Cedrenus, Glicas, & alii.

Exuſti ob Imp. Bibliothecarii cum Bibliotheca.

XII. Tunc etiam accidit, ut ſacroſanctam Salvatoris imaginem ſuper portam æneam publice expoſitam Leo e loco eminenti deiiciendam præceperit. Enarratur rei tum geſtæ hiſtoria in Actis S. Stephani martyris junioris apud Joannem Damaſcenam poſitis ubi iſta leguntur. *Ac primum* (o ingentem Chriſte patientiam tuam) *adverſus tuam imaginem audaciſſima illa anima graſſatur, eamque quæ ſupra portam fixa erat, ac vulgo ærea dicebatur, Theandricam tuam formam deiici, atque obliterari jubet. Cum autem ad hoc facinus perpetrandum miſſus ſatelles, impoſita jam ſcala, conſcenderit, divino zelo incenſæ mulieres, præclariſſimum ac ge-*

Egregium facinus mulierum Orthodoxorum.

PAGIUS num Chriſti DCCXXX. revocanda; cum anno XIII. Imperii Leonis acciderint.

V. Imago Chriſti Ærea a piis mulieribus fortiter defenſa. A num. X ad XIV. Theophanes, ubi anno X. Leonis Imp. de perſecutione adverſus Sacras Imagines ſermonem inſtituit, graviter labitur. Ait enim: *Populus Urbis Imperatricis ob novam iſtam doctrinam maximo dolore percitus, cum ipſum Leonem ſtatuit invadere, tum multos ex Imperatoris famulitio, qui Æream porta Domini Imaginem exturbaverant, neci dedit*, & cætera quæ Baronius num. X. & XI. ex Anaſtaſii verſione in medium adducit. Nam gerata hæc anno DCCXXX. auctore impio *Anaſtaſio*, quem tunc Imperator in locum Sancti Germani e Sede Conſtantinop. expulſi ſubrogavit, ut eo anno num. I. & ſeqq. oſtendemus. Ad eum etiam Chriſti annum ſpectant Martyrium Sanctarum Mulierum, quæ impedire conatæ erant, ne illa Chriſti imago, quæ vulgo *Ærea* dicebatur deiiceretur, & quæſtiones, quæ habitæ ſunt de Nobilibus quibuſdam Viris, morti tandem traditis, quæ a Baronio num. XII. & XIII. recitantur.

generoſiſſimum virtutis ſpecimen edentes, arreptam manibus ſcalam in terram deiiciunt, unaque eum, qui hoc facinus aggrediebatur, præcipitem agunt; qui ſtatim hanc præſtiti ad hoc miniſterii mercedem tulit, ut vita orbaretur. Quæ autem ſequuntur poſtea contigerunt, cum ejecto ſancto Germano Patriarcha, homo hæreticus in ejus locum ſubrogatus eſt: *Sanctæ autem illæ mulieres, ob Chriſtum, cujus zelo flagrabant, opportune abjecto, & contempto pudore, curſu effuſo in Eccleſiam feruntur, atque impium Patriarcham, qui tum illic erat illum (inquam)*

(a) Matt. 24.

ut Chriſti verbis, utar (a) deſolationis abominationem in loco ſancto ſtantem lapidibus inceſſunt, mercenarium, non paſtorem, lupum, non paſtorem, Eccleſiaſticarum denique ſanctionum proditorem appellantes. Ille autem pudore ſimul, &

Sobeunt Martyrium feminæ.

metu correptus, confeſtim ad imperatorem confugit, eique quod factum fuerat, narrat, atque ad mulierum cædem eum extimulat. Hujuſmodi enim boni illius ac pacifici paſtoris ſtudium erat, tanquam videlicet per ea, quæ agebat docere cupientis, malum pro bono rependendum eſſe. Hæ igitur gladio necantur, ac pro pietatis præmio mortem ferunt.

XIII. Decem Martyres.

At tunc videre erat multos eorum, qui Orthodoxam fidem arcte complectebantur, patrium ſolum, tamquam inimicum & hoſtile fugientes, atque ad ſolitudines & deſerta perfugii cauſa ſe conferentes, totiuſque cenſentes cum feris habitare, quam cum viris hujuſmodi verſari. Hæc ibi. Præter cæſas tunc mulieres illas, effervescente ira & crudelitate Imperatoris, habita quæſtio eſt de nobilibus quibuſdam viris, necnon de Maria Patricia femina, quaſi horum impulſu feminæ illæ, licet genere viles & ſexu fragiles, adeo forte facinus eſſent aggreſſæ: qui cum multa paſſi eſſent, demum gladio capitibus obſciſſis, egregium conſummavere martyrium die nona menſis Auguſti, qua in tabulis Eccleſiaſticis eos adſcriptos Græci anniverſario commemoratione celebrant: In ipſorum enim Menologio iſto leguntur: *Natalis beatorum decem martyrum, qui propter ſanctam imaginem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in ærea porta conſtitutam martyrium paſſi ſunt. Quorum nomina hæc ſunt, Julianus, Marcianus, Joannes, Jacobus, Alexius, Demetrius, Photius, Petrus Leontius, & Maria Patricia. Omnes hi ſub Leone Imperatore impio pro defenſione ſanctarum imaginum multas ærumnas perpeſſi, & variis tormentis ſuperatis, poſtremo gladio percuſſi, martyrio coronati ſunt.* Hæc ibi.

XIV. Tunc & illud memoria dignum accidit, quod tradit Gregorius Papa in epiſtola ad Leonem Imperatorem nimirum reliquos Chriſtianos principes, eum a ſuis, qui Legatorum munere Conſtantinopoli apud eum Imper. fungebantur, accepiſſent ipſum Leonem ſic inſaniiſſe in ſacroſanctam imaginem Salvatoris: mox omnes converſos adverſus imagines Imperatoris, eas omnis generis ludibrio & ignominia affeciſſe, in ipſumque Imperium commotos eſſe; atque de his ſatis. Jam ut ſumus polliciti redeamus ad S. Germanum, qui nihil (ut dictum eſt) antiquius habuit, quam ut de his omnibus, quæ Conſtantinopoli acciderant, redderet certiorem Gregorium Romanum Pontificem datis ad ipſum litteris, quibus & certamen, quod ſæpe iniiſſet adverſus Imperatorem, pariter ſignificaret. Non extant ipſæ quidem litteræ ab

Germanus ſcribit ad Gregorium Pap.

ipſo ad Gregorium ſcriptæ, ſed tantum illæ, quas idem Gregorius reſcripſit ad eumdem Germanum Epiſcopum, quæ recitatæ, & intextæ reperiuntur in ſacroſancto poſteriore Niceno (b) Concilio; ſed cum Latine primum ſcriptæ, poſtea in Græcum translatæ, & de Græco iterum ſermone Latinitati redditæ habeantur, non ſine detrimento (ut ipſe intelligere poteris, cum ipſas legeris) id accidiſſe videmus; quæ ſic ſe habent ex duplici verſione.

(b) Concil. Nican. 2. Act. 4. & in epiſt. Greg. Pap. 2. epiſtol. 4.

XV. Epiſt. Gregorii Pap. ad German. Epiſc. Conſtant.

Quanta, qualiſve animi delectatio noſtram ſic lætificare animam novit, cum venerabile tuum, & honorificum nomen exaudio, quod mihi gratiam annunciat, non poſſum ſatis declarare. Hanc enim nunciationem, quæ & nuper a te tuis venerandis litteris mihi evangelizata eſt, plurimo gaudio & exultatione ſuſcepi, & præ gaudio nimio ſpiritus meus refocillatus eſt. Deinde in cælum oculos ſuſtollens, gratiarum actionem Deo omnium rerum principi dixi, qui ita in omnibus beneplacitum ſuum facit, & vobiſcum uſque ad finem adeſt: hic enim omnia veſtra ad lucem perducit. Hoc eſt enim, quod noctu, diuque precor, neque umquam ab hac intentione ceſſabo: confido enim in Chriſtum, neque ab eo abſiſtam. Teſtatur idem ſuavis illa, & honeſta in ſingulas horas tuæ probitatis recordatio, o benedicte, & Deo amate frater. Hanc enim in labiis habens, non poſſum dimittere, quin per litteras ſubinde te alloquar. Non enim mihi ſolummodo hoc utile eſt, ſed omnibus, quod tam inſignem Eccleſiæ propugnatorem habeant, ut recte tua certamina omnium ore celebrentur. Maxime autem in hoc certamine, in quo quamquam multa paſſus ſis, & pro benefactis injuriam acceperis: tamen laudandus es, quod ad ſummam felicitatem res perduxeris. Credidit enim impietatis præcurſor. Nam poſtquam putabat juxta ſuam voluntatem omnia peragere, ex alto in profundum ruens, & viribus comminutus

cecidit & inſigniter fruſtratur. Audivit autem ab Eccleſia, quæ & Pharao Ægyptius tyrannus prius, Moyſe illi accinente, audierat (a): Dixit inimicus: Com-
(a) Exod. 15. prehendam, dividam ſpolia, implebo animam meam: Acclamabatur autem illi, velut diabolus ipſe foret, hæc propheti- ca execratio: Propter hoc auferet te uſque ad finem, evellet te, & transfe-
(b) Pſ. 51. ret de tabernaculo ſuo (b), & radicationem tuam e terra viventium. Ita ille præter ſpem fruſtratus propoſito ſuo ſecundum ſpem periit, idque fortitudine propugnationis, quæ venit deſuper, quæ ad ſummam pervenit excidionem, ut de eo verum eſſe videatur quod per ſcriptu-
(c) 1. Reg 2. ram dictum eſt (c): Telum potentium imbecillum redditum eſt, & impotentes accincti ſunt fortitudine. Ob id nihil eſt quod contra impietatem eorum, qui cum Deo pugnant, Deum eſſe imbecillem credamus. Et ſi in inſanos totus mundus pu-
(d) Sap. 5. gnare dicitur (d): quare tu, qui ſanctificatus es, cum Deo hoſtes tuos non poſſes ſuperare?

XVI. Bellum enim erat cum impiis, in quo licet non aperte, inſignem tamen belli ſocium habuiſti Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cujus quidem labarum inſigne geſtaſti, ipſam dico vivificantem Crucem, magnum illud poſt mortem illius trophæum, in quo mundi fines quadripartite deſcripſit, partes etiam ejus litteris tres indicavit. Deinde etiam ſanctam omnium Dominæ caſtæ Dei matris imaginem, cujus faciem divites populi ſupplicant: ſanctum enim eſt, ut patribus videtur: nam quicumque eam ita venerantur, his ſine dubio magna retribuit, quandoquidem imaginis veneratio in prototypum (juxta magnum Baſilium) redit. Pietate enim plenum eſt venerandarum picturarum argumentum, ut eſt auctor Chryſoſtomus: Si quis alius, Ego certe, inquit, ex cera fuſilem picturam pietate plenam amavi. Vidi enim Angelum turmas barbarorum in imagine perſequentem,
(e) Pſ. 72. & David vere dicentem (e): Domine in civitate tua imaginem eorum annihilabis.

Neque unquam Eccleſia erravit in hoc, quod dixeris, Deum nobis imagines conceſſiſſe: neque etiam hoc Hebræam traditionem ſapit. Nam & in Paneadem civitatem Hæmorrhoiſſæ imago tranſmiſſa in memoriam miraculi, quod herbæ excreſcentes omnibus ægritudinibus auxiliares eſſent, celebratur: idque ſumma Dei erga nos bonitate. Ergo Eccleſiæ capita, & columnæ talia fieri permiſerunt & tradiderunt, ut in omnium oculis hujuſmodi picturæ exhiberentur, ſacer ille & venerandus typus, qua juxta humanitatem Chriſtus, qui peccata mundi abſtulit, velut columna erigeretur, per quam humilitatis Dei altitudinem noſceremus, & diſpoſitionem illius incarnationis in memoriam reduceremus, inque agnitionem ſacratæ mortis illius veluti manu duceremur, quemadmodum " quam redemptionem, quæ huic mundo effecta eſt: atque tamen in hoc quicquam, quod a divinis diſcordat, dicitur.

Si enim prophetica præconia eventum non aſſecuta ſunt, ne ſcribantur res ipſæ ad demonſtrationem eorum, quæ nondum contigerunt: hoc eſt, niſi incarnatus eſt Dominus, ne figuretur illius juxta carnem imago: Si in (f) Bethlehem non na- (f) Matth. 2. Luc. 2.
tus eſt ex glorioſa Virgine Deipara, neque Magi munera obtulerunt, neque paſtoribus adfuit Angelus, turbaque cœleſtis exercitus hymnum nato puerulo cantarunt, ſi non in brachiis is, qui cuncta portat, geſtatus eſt, neque lacte nutritus eſt, qui dat eſcam omni carni: neque etiam illa pingantur. Si non a ſene ſuſceptus is, qui vitæ, & mortis omnium princeps & dominus eſt (fuit ſimul ab ipſo cognitus, cum ab eo liberationem, diſſolutionemque precaretur) ipſumque prædicavit: ſi non in Ægyptum a matre deportatus, & rurſum ex ea rediit, Nazarethque habitavit: coloribus non effingatur: Si non mortuos ſuſcitavit, ſi non diſſolutos reſtituit, ſi non lepras mundavit, & cæcis oculos reddidit, & impeditam linguam ſolvit; item greſſus claudorum firmavit, dæmoniaque exegit, aures ſurdorum aperuit, cuncta ultra fidem hominum divinis ſignis egit: non pingatur. Si paſſionem volens non ſubiit, & infernum non ſpoliavit, & ubi ſurrexiſſet, in cælum aſcendit, unde venturus eſt judicare vivos & mortuos: non per picturam indicetur, neque etiam earum rerum figuræ, & hiſtoriæ picturis, & coloribus repræſententur. Hæc autem cuncta ſi facta ſunt, magnumque hoc pietatis myſterium eſt: utinam fieri poſſit, & cælum & terra & aqua, omnia quoque animantia, & plantæ, & ſi quid aliud eſt, ſive per colores, ſive per picturas, aut voces poſſent narrare. Siquidem earum rerum, quæ non ſunt, effiguratio, imaginativa pictura vocatur: quam ſane & Græcorum fabuloſitas poeſin tacentem eſſe dixit.

Neque tamen volumus, ut in Eccleſia XVIII.
Chriſti idolum aliquod ſit: Abſit. Non enim vaccas adoravimus; neque vitulum in Horeb fudimus; neque Deus nobis factitius exiſtimatus eſt; neque rurſus ſculptili procidimus; neque Beelphegor initiati ſumus; neque filios noſtros, & filias noſtras unquam dæmonio obtulimus, ut nobis ea, quæ in Salomonem (g) dicun- (g) 3. Reg. 11.
tur, obiici poſſint: neque a nobis terra ſanguine cædium perfuſa eſt, aut imaginem fecimus quadratam continentem idolum:

lum: nec in templum hoc induximus, neque impuritatem ſerpentium aut volatilium parietibus templi inſcripſimus: ne- (a) Ezech. 8. *que Ezechiel (a) ſpectavit nos Adonim lamentantes, & thymiama Soli offerentes: de quibus, inquit (b) Apoſtolus: ſervie-* (b) Rom. 1. *runt in colenda creatura, creatorem re-* (c) Ezech. 23. *linquentes: neque etiam imagines (c) duarum meretricum Oolla & Ooliba in Ægypto ereximus, aut has adoravimus: neque ſacrificia a nobis Bel in Babylone, neque Dagoni in Palæſtina obtulimus, neque etiam aliis Gentium diis ſubjecti fuimus. Non ſunt iſta: vere non ita ſe habent: nemo hac de re nos accuſet. Non enim iis rebus, quæ nihil ſunt, nomen illud, quod ſupra omne nomen eſt, inferius Chriſti populus uſque in hunc præſentem diem judicat, ſed vivificantem Trinitatem colimus & adoramus: Abſint impura illa a nobis: modus enim, quo idola coluntur, ſatis manifeſtus eſt: Chriſtianis autem pietate ſtudioſis omnium Dominus eſt, quem adorant.*

XIX. *Quod ſi quiſpiam Judaico animo nobis obiiciat ea, quæ in eos, qui inſano in idola amore ferebantur dici ſolent, Eccleſiamque noſtram idololatriæ propter venerandarum imaginum divina & admiranda ad promotionem, & adductionem ad pietatem ſtudia accuſet: habeatur hic non alius, quam canis oblatrans, & ut in funda a nobis quam procul abiiciatur. Utinam ſa-* (d) Gen. 28. 32. *ne & Iſraelem (d) Judæus imitetur, cui juſſum erat per viſum, ut Deum typica commemoratione adoraret: neque vitulum, & muſcas ante tabulas teſtamenti excuſiſſet. Utinam ſacrum altare illi placuiſ-* (e) Oſe. 10. *ſet, & non (e) vacca Samariæ. Utinam virgam Aaron aſpexiſſet, & non Aſtar-* (f) Reg. 11. *then (f): profecto longe honeſtius & ju-* (g) Num. 20. *ſtius fuiſſet illis, petra (g) per quam Deus aquam dedit ſalutarem Baal. Utinam ſatius duxiſſet virgam Moyſis inſpicere, & vas aureum, & arcam, & propitiatorium, & velum, & ephod, & menſam, & tabernaculum interius exteriuſque, quæ omnia ad honorem Dei, quamvis manu ho-* (h) Exod. 26. *minum erant facta, & (h) Sancta Sanctorum vocabantur: deinde etiam ſculpta Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium, quoque gloriam Dei provehere, ex* (i) Exod. 25. *ſacris (i) ſcripturis edocti ſumus, quam* (k) Reg. 14. *coram Idolis (k) procedere, luciſque adorandis ſanctitatem collocare: omne enim opus, quod in nomine Domini factum eſt, venerandum & ſanctum eſt.*

XX. *Quid multis opus eſt verbis? maxime autem ad virum in divinis eruditum & electum vas Dei, quique gratiam Spiritus ſancti accepit? Non ſane neceſſarium eſt deſcendere ad divinorum decretorum profunditates: cum tu ad altitudinem ſcientiæ, Deo duce, facile aſcendas. Sed hæc hactenus. Ad id autem, quod in princi-pio dicebamus, revertamur. Propugnatricis illius ſanctæ & omnium Chriſtianorum dominæ,* Dei genitricis videlicet *mi-* De liberata Conſtantinopoli per Dei Genitricem Mariam. *randa facta, quæ in ſe declarata ſunt, per quæ tu quoque inter hoſtes ſervatus es, non ſunt reticenda. Illi enim cum inſania multa tumultuarentur, tantum invenerunt in ſe adverſitatis hoſtilis, quantum eorum cauſa injuſtitiæ habuit. Neque hoc tamen mirandum eſt. Nam ſi Be-* (l) Judith. 4. *thulia per manus Judith (l) Iſraelitis ſervata eſt, cujus opus, Holofernis erat ſublatio, & per ea tempora ob id ſalus Iſraelis vocata eſt: quomodo non oportebat tuam ſanctitatem hujuſcemodi propugnatrice utentem hoſtibus civitatis prævalere, ipſamque victoria coronare? Sane ipſius* Deiparæ ſcilicet *interceſſionibus omnium Sanctorum precibus potens eſt in bello, Deus noſter fortis & longanimis, qui duxit te ſuper Joſeph, & tanquam* (m) Pſ. 79. *(m) ovem paſcere, cuſtodiat te in longa etiam tempora, ut Chriſtianorum Rempublicam univerſam beneficiis afficiat, & ad divinam regulam cuncta diſpenſet. Simul autem invicem cohortemur, ut mandata, quæ a ſanctis Patribus accepimus, ſervemus, erranteſque in viam rectam ducamus, pro quo tibi gaudium, & oblectatio, & honorum fruitio, o pater ſanctiſſime, & omnibus Chriſtianis expectate.* Hactenus Gregorii Pontificis epiſtola ad Germanum ex Actis Nicænis accepta.

XXI. Concilium Roman. adverſus Iconoclaſtas. At non iſta ſibi ſatis viſa Gregorio, qui ad evellenda venenata hæreſis germina, quæ alta radice Imperator in Oriente plantaſſet, Romæ Synodum convocavit, qua hæreſin condemnavit; ipſum vero pium cultum ſacrarum imaginum ſancito decreto firmiter roboravit. Cujus quidem Synodi unicum, quod extat fragmentum recitatum ab Hadriano Romano Pontifice in epiſtola ad Carolum Magnum, hic tibi ad conſervandum rei geſtæ tanti Pontificis monumentum deſcribendum putavimus, ſic enim ſe habet: *Pro his* (inquit Hadrianus) *firmiſſimis exemplis prædeceſſor noſter ſanctiſſimus dominus Gregorius ſecundus, junior Papa, in ſuo ſacro Concilio (quod & in alio Concilio prædeceſſoris noſtri domini Stephani Papæ una cum ſacerdotibus partium Franciæ, atque Italiæ acto, ſuſceptum & veneratum eſt) in eo ipſo præſidente ſanctiſſimo ac beatiſſimo quondam domino Gregorio Papa per ſemetipſum ſimiliter dixit: Si contraria ſentientibus, & irritas facere quærentibus antiquas Patrum traditiones, * ſalutis occurreret con-* * ſalutaris *verſio, ſufficerent utique ea, quæ ſuperius a nobis ex Patrum teſtimoniis, vel ſacris dicta ſunt documentis: ſed quia videmus (quod mœrentes dicimus) pleroſque turbatis mentibus ſtatuta conturba-*

re

re Eccleſiæ; ideo fratres chariſſimi, extenditur ſermo, & cœpimus ad compeſcendam erroris inſaniam adhuc ex veteribus documentis aliquid dicere, ſi forſan reſpiciant inquieti.

XXII. (a) Exod. 25. In libro enim Exodi ſic legimus; Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens (a): Loquere filiis Iſrael, ut tollant mihi primitias; ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas. Hæc ſunt autem ea, quæ accipere debetis: & cætera per ordinem uſque ad duos Cherubim: qui erant ſuper arcam teſtimonii, cuncta, quæ mandabo per te filiis Iſrael. Nam & illud protulit teſtimonium ex libro tertio (b) 3. Reg. 26. (b) Regum (ut ſileant garrientes mandato Dei): A Salomone conſtructo templo inter alia fecit in oraculo duos Cherubim, de lignis olivarum. Et infra: Exſculpſit in eis picturam Cherubim & palmarum ſpecies, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam Cherubim, quam palmas, & cætera auro. Ecce chariſſimi fratres conſideramus quid Deo mandante Moſes fecerit, quidve Salomon ſapientiſſimus juſſu conſtruxerit divino, &c. Quanto debemus puro corde & animo ſculptum Chriſtum Deum noſtrum, ſanctamque ſemper Virginem ejus genitricem Mariam, Apoſtolos quoque, vel omnes ſanctos Dei per eorum ſacras effigies atque imagines colere vel adorare, & ad propitiandum nobis petere relaxari delicta? Nos non ob aliud nomen imagines facimus, & adoramus, ſed pro nobis incarnato Verbo Dei. Si autem manufacta omnia abiicienda ſunt: neque Arca fœderis, neque aurei & celati Cherubim ejus debuerunt recipi, quæ per Beſeleel & Ooliab facta ſunt, juxta præceptum Dei. Si vero illa ſuſcepta ſunt, & hæ imagines opportune recipiuntur, quoniam ſecundum Deum fiunt: unde & operantur, ſicuti & Arca multa miracula. Nam & Arca & Cherubim, ut & hæ, ſine anima erant, & manufacta & ſculpta: ſed ſicut illic per illa operabatur Deus & glorificabatur: ita & hæ ſimili modo ſecundum viſiones & revelationes prophetarum coloribus diſtinctæ efficiuntur.

XXIII. Et ne quis aliter propter adorationem, quæ a prædeceſſoribus noſtris ſanctiſſimis Præſulibus promulgata eſt, oblatrare præſumat; ſciat ipſos talem adorationem docuiſſe, qualem prædeceſſor noſter S. Gregorius (c) egregius doctor & Papa in epiſtola ſua, quam in præfato Concilio domini Stephani Papæ Herulphus Epiſcopus provinciæ Galliarum civitatis protulit. Ubi inter cætera Secundinum ſervum Dei incluſum Galliæ docuit, dicens; Scimus quia tu imaginem Salvatoris noſtri ideo non petis, ut pro Deo, aut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filii Dei, & in ejus amore recaleſcas, cujus tu imagi-

(c) Greg. l. 7. e. 3. in fin.

nem videre deſideras. Et nos quidem non quaſi ante divinitatem, ante illam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut paſſum, aut in throno ſedentem recordamur. Et dum nobis illa pictura, quaſi ſcriptura ad memoriam Filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideoque direximus tibi Surtarias duas, imaginem Salvatoris & ſanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumque Petri & Pauli Apoſtolorum continentes per ſupradictum filium noſtrum diaconum, & unam Crucem & clavem pro benedictione a ſanctiſſimo corpori Petri Apoſtolorum principis: ut per ipſum a maligno ſit defenſus, per cujus ſanctum lignum munitum te eſſe credis, &c. Huc uſque ex Concilio Romano ſub Gregorio ſecundo Hadrianus Pontifex recitat.

In quo ipſo item Concilio dictum eſſe anathema Iconoclaſtarum hæreſi, & his qui eam ſequerentur, Zonaras docet his verbis: Gregorius, qui tum Romæ veteris Eccleſiam gubernabat, repudiata ſocietate Præſidis novæ Romæ, Leonis ſcilicet Imperatoris, nec non eorum, qui illum ſequerentur, illos una cum imperatore Synodico anathemate obſtrinxit, & vectigalia, quæ ad id uſque tempus Imperio inde pendebantur, inhibuit, icto cum Francis fœdere. Et inferius: Igitur Papa Gregorius deſerta Imperatoris obedientia ob perverſam ejus opinionem (ut dictum eſt) pacem cum Francis fecit, cum prius ſæpe dediſſet operam, ut Leonem per litteras ab odio Dei revocaret, atque ad cultum ſacrarum imaginum reduceret. Hæc Zonaras, quæ & alii Græcorum hiſtoricorum affirmant. XXIV. Quid in Synod. Roman. ſtatutum ſit.

Quod autem ad populum Italiæ pertinet, & totius etiam Orbis Occidentalis, factum eſt, ut ſimul ac audierunt per promulgatum edictum rugitum Leonis ſævientis: quodam veluti tonitro excitati univerſi, non ex timore fugam captarent, ſed zelo Orthodoxæ religionis æſtuantes omnes adverſus eum ad certandum pro fide Catholica moverentur. Tantum enim abfuit, ut ejus parerent juſſionibus timore pœnarum, ut eidem reſiſtere, immo & ab ipſo deſciſcere omnes uno conſenſu decernerent; ex quo factum eſt, ut in primis ipſi tributa pendere recuſarent, jure inquientes illi non eſſe parendum, qui defeciſſet a Deo, & ſecum ſubditos in hæreſis præcipitium conaretur impellere; utpote qui non hæreticus tantum eſſet, ſed hæreſiarcha, ejuſdem hæreſis auctor, & propagator pariter, & propugnator exiſteret. Porro Occidentalium tumultum iſtum ipſe Imperator adſcripſit Gregorio Romano Pontifici, e cujus ore pendere Occidentales omnes exiſtimaret. Quod XXV. Populi Italiæ rebellant adverſus Imp. hæreticum.

enim

enim accepiſſet, ipſum Gregorium, edictum illud ut hæreticum abieciſſe, ſubieciſſeque anathemati omnes, qui ipſi quomodolibet aſſentirentur: in ipſum furorem convertit, quem & decrevit, illata nece, auferre de medio, ut quæ paulo poſt ſumus dicturi, manifeſtius declarabunt.

XXVI. Vulgatum eſt interea in Oriente, quod jactaret coram omnibus publice Imperator, ipſum Gregorium Pontificem magno ſtudio Italiæ populum ad defectionem ab Imperio ſolicitaſſe, pendereque eos tributa Imperatori vetuiſſe: quod ſicut ab illis fuit creditum, ita & ſcriptum, nam audi Theophanem: *cum* (inquit) *didiciſſet Gregorius Papa Romanus de imaginibus ſacris Leonis errorem: tributa Romanæ Urbis prohibuit, & Italiæ, ſcribens ad Leonem epiſtolam dogmaticam, non oportere Imperatorem de Fide facere verbum*, edictum ſcilicet promulgare, *& novitate violare antiqua dogmata Eccleſiæ Catholicæ, quæ a ſanctis Patribus ſunt prædicata*. Hæc Theophanes, eadem & Zonaras, quæ nuper recitata audivimus, eadem & reliqui Græcorum hiſtorici, ſed rerum Latinorum ignari, ut quæ ſumus dicturi, manifeſte docebunt. In odium enim atque invidiam Romanæ Eccleſiæ, jacturam factam Occidentalis Imperii in Romanum Pontificem Græci ſchiſmatici retorquere ſoliti ſunt, ad commovendos tum Imperatorum, tum aliorum animos in Romanam Eccleſiam. Cæterum tantum abeſt, ut Gregorius Papa ad rebellionem contra Imperatorem Italiæ populum, defectionemque his temporibus ſolicitarit, ut potius magnopere laborarit, ut eum ſub Imperatore in officio contineret, adverſus Longobardos Imperium invadentes arma movens. Sunt de his teſtes quam fideliſſimi temporis hujus ſcriptores Latini, inter quos eminet Paulus diaconus, & poſt eum Anaſtaſius, qui tradunt, Gregorium cobibuiſſe populum, continuiſſeque, ne recederent ab Imperatore; ait enim ille: *Omnis quoque Ravennæ exercitus, vel Venetiarum talibus juſſis uno animo reſtiterunt, & niſi eos prohibuiſſet Pontifex, Imperatorem ſuper ſe conſtituere fuiſſent aggreſſi*. Hæc Paulus. Tunc quidem Longobardorum Rex Luithprandus ſacrilegum Imperatorem deteſtatus, quod Salvatoris venerandam imaginem deturbaſſet, indignumque ratus, ut Catholicis imperaret, qui bellum eo modo in Chriſtum indixiſſet: ad ejus invadendas regiones, quæ eſſent in Italia non validum exercitum comparavit, & Ravennam invaſit, eaque potitus eſt, claſſe deſtructa, id quidem cum (a) Anaſtaſio Paulus quoque (b) Diaconus tradit; in primis vero ipſemet Gregorius Romanus Pontifex docet id ipſum in epiſtola ad Leonem Imperatorem poſt hæc ſcripta, de qua proxime dicturi ſumus. Sanctiſſimus enim Pontifex cupiens beneficiis potius Imperatoris animum delinire, revocareque ab errore, quam auſteritate cenſuræ Eccleſiaſticæ exaſperare, ſecundum illud Apoſtoli (c): *Patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros*: Omne remedium antea experiri tentavit, quam ab Orientali ſcindere Imperium Occidentale, ſemper cum vellet, in promptu habere ſciens (d) omnem inobedientiam ulciſcendi. Sic igitur primum movit omnem lapidem, quo Longobardorum Regem a locis Imperatoris occupatis arceret; hiſque tunc ſcriptis litteris, quam citiſſime adverſum eum Ducem Venetiarum commovit.

Gregorius Pap. pro Imperio laborat non contra ipſum.

Ravenna capta a Rege Longobardorum.

(a) Anaſt. in Greg. 2.

(b) Paul. diac. l. 6. c. 14. & in nov. edit. c. 48.

(c) Epheſ. 6.

(d) 2. Cor. 10.

XXVII. *Gregorius* (e) *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Urſo Duci Venetiarum*.

Quia peccato faciente, Ravennatum civitas, quæ caput extat omnium, a nec dicenda gente Longobardorum capta eſt, & filius noſter eximius dominus Exarchus apud Venetias (ut cognovimus) moratur: debeat nobilitas tua ei adhærere, & cum eo noſtra vice pariter decertare, ut ad priſtinum ſtatum ſanctæ Reipublicæ in Imperiali ſervitio dominorum, filiorum noſtrorum Leonis & Conſtantini magnorum Imperatorum ipſa revocetur Ravennatum civitas, ut zelo & amore ſanctæ Fidei noſtræ in ſtatu Reipublicæ, & imperiali ſervitio firmi perſiſtere, Domino cooperante valeamus. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime fili. Ita Gregorius pro conſervando Exarchatu Ravennæ Imperatori valde ſolicitus. Porro ejuſmodi Pontificis Romani conatum haud fruſtra ceſſiſſe, ſed per Venetos expulſum fuiſſe Regem Longobardorum, receptamque Ravennam, omnes affirmant.

(e) Ex ſcript. Cod. rerum Ven. Andr. Dand.

Greg. Papæ epiſtola ad Urſum Ducem Venetorum.

XXVIII. Vidiſti, lector, arbitrio Romani Pontificis Venetos arma paraſſe, victoreſque

PAGIUS VI. A ann. XXVIII. ad XXXII. Duas Gregorii Papæ II. ad Leonem Imp. Epiſtolas recitat Baronius, in quibus Sanctus Pontifex acriter illum objurgat, quod Sacrarum Imaginum cultum prohibuerit. Prioris initium eſt: *Literas Veſtra a Deo cuſtodita Majeſtatis*, &c. poſterioris: *Accepimus veſtri a Deo conſervati Imperii, atque in Chriſto fraternitatis literas*, &c. Utraſque carreati anno datas exiſtimat Baronius quod in priorum exordio dicat Gregorius, ſe eas accepiſſe, *imperante te, Indictione quarta decima: ipſius etiam XIV. & XV. & I. & II. & III. & IV. & V. & VI. & VII. & VIII. & IX. Indictionem acceptas Epiſtolas ejus diligenter*

Duæ a Gregorio II. ſcripta ad Leonem Epiſtola de Imaginibus.

ſervire. Et quia Indictio XIV. Kalendis Septemb. anni Chriſti DCCXV. inchoatur, hinc de-

que magna gloria extitiſſe. Erant olim belli, (a) tubæ in manibus Sacerdotum, quibus ſignificaretur, non abſque conſilio ipſorum arma movenda; hocque eſſe quod (b) Hieremias admonet, bellum eſſe ſanctificandum, legitime ſcilicet decernendum, auſpicandum, & proſequendum, ſed ingratus Imperator, at impius mala pro bonis rependit ſancto Pontifici. Quod enim ipſum in errore perſeverantem Gregorius fortiſſimis litteris corripuiſſet: magno ipſe furore commotus, litteras ad eum reddidit, comminationes fulminans; fore namque dicebat, ut ſicut olim Martinus Papa per Conſtantium Auguſtum adductus ab Urbe relegatus fuerat Cherſonam; ita ipſum quoque vinctum ab eadem Urbe adſtrahendum, & relegandum. Adjecit inſanus, ſe quoque miſſurum Romam, qui imaginem æneam proſtantem conſpicue ſanctiſſimi Apoſtoli Petri confringeret. Quibus acceptis Gregorius litteris, tantum abfuit, ut hiſce Leonis rugitibus terreretur, ut poſt alias dulcedine plenas ad ipſum datas epiſtolas, aliam ſcriberet reprehenſionibus aculeatam, ſummo Pontifice dignam, qui ſacerdotali conſtantia, invicto robore, & intrepido animo furenti Imperatori reſiſteret, atque ſtylo ferreo lancinaret. Quo quidem nomine etiam apud Orientales omnes ipſe Gregorius ſummam ſibi ex virtute laudem & gloriam comparavit; laudantes omnes ipſius ſcripta adverſus impietatem emergentem edita, quibus hæreſim Iconoclaſtarum proſciderit, atque opportunæ afflictatæ admodum ab impio tyranno Eccleſiæ Orientali ſubvenerit. Sed quæ hæc ſcripta, niſi

(a) Num. 10.
(b) Hier. 6.

PAGIUS deducit, *Leonem* eo anno Imperium ſuſcepiſſe, & ſingulis annis ſequentibus Indictionibus deſignatis literas ab eodem Imperatore accepiſſe, currenti vero anno, viſis literis Indictione nona, quæ uſque ad Septembrem in curſu fuit, notatis, *Gregorium* alias ſtatim ſub eadem Indictione nona dogmaticas, eaſdemque reprehenſionibus aculeatas, quas ipſemet Baronius recitat, reſcripſiſſe. At Cardinalis doctiſſimus ſine dubio fallitur; utraque enim ſcripta, poſtquam *Sanctus Germanus* Sede Conſtantinopolitana pulſus fuit, ut ex earum lectione conſtat. Is autem uſque ad menſem Januarium anni ſeptingenteſimi trigeſimi Conſtantinopolitanam Eccleſiam adminiſtravit. Priorem Gregorii Epiſtolam, in qua mentio de aliis ante decimum Leonis Imp. annum ſcriptis, poſt currentem datam eſſe plura demonſtrant. Primo dicit in ea Gregorius; *Tu Eccleſias Dei denudaſti, quas Sancti Patres conveſtierant & ornarant, tu ſpoliaſti atque denudaſti; tametſi talem habebas Pontificem, Dominum, inquam, Germanum fratrem noſtrum & Comminiſtrum. Hujus debebas tanquam Patris ac Doctoris & tanquam Senioris, multaque rerum cum Eccleſiaſticarum, tum civilium experientia pollentis, conſiliis obtemperare*, &c. Quare Germanus quando ea Epiſtola ad Imp. data Conſtantinopoli non erat, & Pontificatum abdicarat; ac præterea aliquot jam anni a cœpta perſecutione effluxerant. Nam hoc anno ante Septembrem, quo eam Epiſtolam datam ſupponit Baronius, *Leo* nondum Eccleſias denudarat, ſed hæc facinora paulatim patravit.

VII. *Pontificatus ejus initio ad eum datæ non ſunt.* Secundo dicit Gregorius: *Scripſiſti, ut Concilium univerſale cogeretur: & nobis inutilis ea res viſa eſt, Tu perſecutor es Imaginum, & hoſtis contumelioſus, & everſor. Ceſſa, & nobis hoc largire, ut taceas: tum mundus pace perfruetur, & ſcandala ceſſabunt.* Quis vero credat hæc a moderatiſſimo Pontifice ipſo perſecutionis initio ſcripta? Quis dubitabit, quin Sanctiſſimus & Sapientiſſimus Pontifex in prioribus ſuis poſt motam perſecutionem ad Imperatorem literis, blandis ſermonibus eum a cœpto propoſito revocare conatus ſit? Cumque in eadem Epiſtola *Gregorius* dicat, Imperatorem in omnibus, quas ipſe enumerat literis, promiſiſſe ſe ſe in perpetuum omnes Sanctorum Patrum & Doctorum admonitiones obſervaturum, non potuit in literis nona Indictione datis, mentio fieri de Concilio Generali congregando, cum ad illud non confugerit Imperator, niſi cum omnium Orthodoxorum animos a ſe alienatos vidit. Tertio, ea in Epiſtola Gregorius meminit Imaginis Salvatoris, qui *Antiphonetes ſeu Sponſor* appellatur, & necis Spathario ab Imperatore miſſo illatæ, poſtquam ter ſecuri Imaginis Salvatoris faciem percuſſiſſet. Quam ob rem mulieres, quæ iniquum illud facinus non tulerant, & Spatharium necaverant, Imperator morti tradidit, adſtantibus Viris ex toto interiori Occidente: *Cum autem advenirent*, inquit Gregorius, *& in ſuis regionibus ſinguli juvenilia tua, puerilia que facta narraſſent, tunc proſecta laureata tua conculcarunt & faciem tuam conciderunt; ac delectu habito Longobardi & Sarmatæ, cæterique qui ad Septentrionem habitant, miſeram Decapolim* (legendum, Pentapolim, quæ pars Piceni hodierni, ut infra videbitur) *incurſionibus infeſtarunt, ipſamque Metropolim Ravennam occuparunt.* Mulieres autem, de quibus loquitur Gregorius anno DCCXXX. Martyrio affectæ, ut ibidem ex Actis Sancti Stephani Junioris Martyris demonſtrabo. Denique priores Leonis Aug. ad Gregorium literæ Indictione XIV. datæ, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum quintum ex indictione prædictum pertinere non poſſunt; cum ea Indictione currente Leo Imperator non fuerit, ideoque quæ ſub Indictione IX. præſenti nempe anno datæ, aliæ fuerunt ab iis quæ ſuperſunt, quaſque hoc anno Baronius recitat.

VIII. *Gregorio III. perperam attributa.* Viri Eruditi, qui *Leonis* initium an. DCCXVII. Indictione XV. uſque ad Septembrem inſignitæ recte conſignarunt, arbitrati ſunt Baronium Epiſtolas a Leone Aug. ad Gregorium III. ſcriptas, Gregorio II. ejus Deceſſori perperam attribuiſſe. Gregorius enim III. inquiunt, ſedere cœpit anno DCCXXXI. Indictione XIV. uſque ad Septembrem notato; & tam ipſe Gregorius III. quam Leo Aug. initio anni DCCXLI. Indictione IX. prædicti, adhuc in vivis fuerunt. Inter alios Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. in Gregorio III. & Cointius an. DCCXIX. num. XXI. & ſeqq. Sed recte Baronius utramque Epiſtolam non a Gregorio III. ſed a Gregorio II. ſcriptam demonſtrat; quod ex eo confirmatur, quia in ea, in qua mentio Epiſtolarum a Leone Aug. datarum, aliqua leguntur,

Digitized by Google

niſi epiſtolæ ? præter epiſtolas enim aliquid ſcripſiſſe nullus meminit; ſed erant epiſtolæ illæ dogmaticæ, graves, quas ipſi Orientales in Græcum e Latino tranſlatas cuſtodierunt, de quibus Theophanes: *Gregorius autem eumdem Leonem per epiſtolas, quæ multis ſunt notæ, manifeſte redarguit*. Sed periere iſtæ penitus apud Latinos; apud Græcos vero Græce ſcriptæ adhuc extant illæ litteræ quas hoc anno ad Leonem Imperatorem reddidit, cum ille ad ipſum ſpirans minarum & cædis antea, hoc eodem anno ſcripſiſſet, nona videlicet Indictione, licet antehac, annis ſingulis, ſingulas idem Leo Imperator ad Gregorium Papam miſiſſet litteras, ut numerat idem Gregorius in ipſa priori hoc anno ad eum reddita epiſtola, in qua inter alia plura commemorat, quæ pro ipſo Imperatore apud Chriſtianos Principes in Occidente regnantes feciſſet, ſecundum ea, quæ nuper hoc anno a nobis ſunt dicta.

Accepimus ipſas Græce ſcriptas epiſtolas duas ea bibliotheca Cardinalis Lotharingiæ, inde depromptas, atque in lucem editas a viro inſignis doctrinæ ac pietatis Ducæo Frontone Societatis Jeſu profeſſore, qui & eaſdem in Græcum tranſlatas reſtituit Latinitati. Nos autem ſicut ipſe miſit, pro magno munere accepimus, eaſque tum Græce, tum Latine ſcriptas, hactenus numquam excuſas, hic edendas curavimus in gratiam Lectoris antiquitatis, ſicut & veritatis ſtudioſi, ſic autem ſe habet ipſarum prior.

PAGIUS tur, quæ nonniſi Gregorio II. convenire poſſunt: *Teſtis eſt Deus*, inquit Pontifex, *quaſcumque miſiſti ad nos Epiſtolas, auribus cordibuſque Regum Occidentis obtulimus, pacem illorum tibi ac benevolentiam conciliantes, ac mirifice efferentes, prout te antea converſantem intuebamur. Idcirco etiam laurata tua receperunt, & Reges a Regibus honore uſſici convenit, idque cum nondum inceptum hoc, conatumque tuum, quo adverſus Imagines inſurrexiſti, audiviſſent*. Edictum adverſus Imagines hoc anno a Leone emiſſum; Imagines vero Leonis Aug. ad Civitates & Reges nonniſi ejus Imperii initio, ut mos ferebat, mitti potuere. Unde non Gregorius III. ſed Gregorius II. qui tunc Eccleſiam Romanam gubernabat, ad Reges, ut Leonis Imagines admitterent, ſcripſit. Nam cum Gregorius III. privatus tunc eſſet, quando Leo Imperator acclamatus eſt; operam & ſtudium conferre non potuit, ut hujus Imagines in Occidente admitterentur. Præterquamquod inter Gregorium III. & Leonem jam hæreticum tantum literarum commercium eſſe non potuit poſt ejus in perſequendis Sacris Imaginibus pertinaciam.

IX. *Anno DCCXXX. exeunte ſcripta.* Utraque itaque Gregorii Papæ ad Leonem Aug. Epiſtola a Baronio relata, hactenus anno ſuo non reddita. Res ita ſe habuit. *Leo* anno DCCXVII. die XXV. Martii Imperator renunciatus ad Gregorium II. Epiſtolam Indictione XIV. quæ eo anno in curſu erat, ſubſcriptam miſit. Singulis deinceps annis uſque ad præſentem Indictione IX. uſque ad Septembrem inſignitam, alias ad eumdem Pontificem dedit literas, quarum is meminit in laudata Epiſtola. Certe hoc anno *Gregorium* II. ad Leonem literas ſcripſiſſe teſtantur Anaſtaſius in illius Vita, Paulus Diaconus lib. 6. de Geſtis Langobard. cap. 49. & Theophanes. Sed eæ omnes Epiſtolæ viciſſim ſcriptæ periere. Quæ vero a Baronio hoc anno recitantur, anno ſeptingenteſimo trigeſimo Indictione XIV. a Septembri notato, datæ ſunt ad Leonem Aug. qui ab anno currenti Indictione IX. prædito ad eumdem Pontificem non ſcripſerat. At cum vidit jam Romanos, Campanos, Ravennates, & Pentapolitanos a ſe defeciſſe & de Imperio ſibi abrogando, quod tamen Pontifex, ut tradit Anaſtaſius, impedivit, agi, rurſus ad eumdem Pontificem ſcripſit, petiitque Concil. Generale indici. *Gregorius* omne cum eo literarum commercium diſſolverat, quod eum vita exuere tentaſſet. Reſpondit tamen ultimis ejus literis. Ind. XIV. ſc. an. DCCXXX. datis, illumque irriſit quod ei inſolenter inſultaret, & minas intentaret. Quare utraque Epiſtola anno DCCXXX. poſt Kalendas Septembr. ſcripta, reſponſum eſt ultimis literis eodem anno ab Imperatore ad ipſum datis, & *Gregorius* mentionem fecit literarum ab Imperatore ad ſe ſcriptarum Indictione XIV. primo nempe Imperii ejus anno, & ſic deinceps aliarum annis conſequentibus ante motam perſecutionem adverſus Sacras Imagines, ad ſe miſſarum. Certe *Gregorium* anno DCCXXX. ad Leonem Aug. ſcripſiſſe, teſtatur Theophanes in Chronico, licet uno anno tardius quam par erat, ut moris ejus eſt, per Leonis Imperium, rem geſtam conſignet.

Sancti Patris noſtri	Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν
GREGORII DIALOGI	**ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ**
PAPÆ ROMANI	**ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ.**
De ſacris imaginibus ad Leonem Iſaurum Imperatorem.	Περὶ τῶν ἁγίων Εἰκόνων πρὸς Λέοντα βασιλέα τὸν Ἴσαυρον.

LITTERAS veſtræ a Deo cuſtoditæ majeſtatis ac fraternitatis per Auguſtalem Spatharocandidatum miſſas accepimus, imperante tu indictione quartadecima, ipſius etiam 14. & 15. & 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. Indictionum acceptas epiſtolas tuas, in ſancta Eccleſia repoſitas in limine confeſſionis ſancti & glorioſi, ac Principis Apoſtolorum Petri diligenter ſervamus, ubi & Chriſti amantium prædeceſſorum tuorum qui pie imperarunt, ſunt litteræ. Et in decem ſyllabis recte ac pie, utque Imperatorem Chriſtianorum decet, obſervaturum te ac cuſtoditurum in perpetuum omnes ſanctorum Patrum noſtrorum, & doctorum admonitiones promiſiſti. In primis autem ac præcipue quod litteræ tuæ, & non alienæ, ſigillis Imperatoriis obſignatæ diligenter eſſent, & accuratæ intus ſubſcriptiones per cinnabarin propria manu tua, ut mos eſt Imperatoribus ſubſcribere, recteque admodum ac religioſe confeſſionem inculpatæ & orthodoxæ Fidei noſtræ edidiſti, ſed & ſcripſiſti, eum, qui * ſolvit ac diſſolvit terminos, patrum, execrandum eſſe. Cumque iſthæc accepiſſemus, gratiarum actionis hymnos Deo obtulimus, quod a Deo tibi plane donatum eſſet imperium. Et cum recte curreres, quis auribus tuis inſonuit, & cor pervertit velut arcum pravum, & in ea (a), quæ a tergo ſunt, reſpexiſti? Decem annos Dei benignitate recte ambulaſti, neque ſacrarum imaginum mentionem feciſti: nunc autem eas dicis idolorum locum implere, atque illos, qui eas venerantur idololatras eſſe, teq. ad eas evertendas penituſque delendas convertiſti: neque judicium Dei reformidaſti, cum ſcandala in hominum corda non fidelium modo, ſed & infidelium ingererent. Atqui denuntiat tibi Chriſtus (b), at ne unum de puſillis ſcandalizes, & ob exiguum ſcandalum in ignem æternum immiſſum iri: at tu mundum totum ſcandalizaſti, at qui mortem nolis ſubire, atque infelicem rationem reddere? Scripſiſti autem non eſſe manufacta veneranda, nec ullam effigiem ad ſimilitudinem effictam, ſicut dixit Deus (c), neque in cœlo, neque in terra; &, demonſtra mihi quis tradiderit veneranda, & adoranda eſſe manufacta, tam ego Dei eſſe mandatum fatebor. Quare vero tamquam Imperator & caput Chriſtianorum ſapientes non percontatus es, qui experientia pollent, & ab ipſis edoceri potuiſſes propter quæ manufacta Deus hæc dixerit, prius quam confunderes & commi-

* reſcindit & deſtruit

(a) Pſ. 77. 57.

(b) Luc. 17. 2.

(c) Exod. 20.

ΤΑ γράμματα τῆς ὑμετέρας θεοφρουρήτου βασιλείας, καὶ ἀδελφότητος, ἐδεξάμεθα διὰ Αὐγουσταλίου τοῦ Σπαθαροκανδιδάτου, βασιλεύσαντός σου εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῶν ἐπινεμήσεων αὐτῆς τε τῆς ιδʹ. καὶ ιεʹ. καὶ αʹ. καὶ βʹ. καὶ γʹ. καὶ δʹ. καὶ εʹ καὶ ϛʹ. καὶ ζʹ. καὶ ηʹ. καὶ θʹ. τῶν ἐπινεμήσεων δεξάμενοι τὰς ἐπιστολάς σου, ἀσφαλῶς διακατέχομεν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἀποθέμενοι εἰς τὸ πρόσθεν τῆς κοιμήσεως τοῦ ἁγίου, καὶ ἐνδόξου, καὶ κορυφαίου τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου· ὅπου καὶ τῶν πρὸ σοῦ βασιλευσάντων εὐσεβῶς φιλοχρίστων, καὶ εἰς τὰς δέκα συλλαβὰς καλῶς, καὶ εὐσεβῶς καὶ ὡς πρέπει βασιλεῖ Χριστιανῶν, ὅπως ὡμολόγησας τηρεῖν, καὶ φυλάττειν ἀνελλιπῶς πάσας τὰς νουθεσίας τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, καὶ διδασκάλων. καὶ τοὺς ὅρους, καὶ ἐξαιρέτως. ὅτι τὰ σὰ γράμματα, καὶ οὐκ ἀλλότρια, ταῖς βασιλικαῖς σφραγῖσιν ἐσφραγισμένα ἀσφαλῶς, καὶ ἔσωθεν ἀσφαλεῖς ὑπογραφαὶ διὰ κινναβάρεως ἰδιόχειροί σου, ὡς ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν ὑπογράφειν. καὶ ὡμολόγησας πάνυ καλῶς, καὶ εὐσεβῶς διὰ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν, καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. ἀλλὰ καὶ ἔγραψας· ὅτι ὁ λύσας, καὶ καταλύων τὰ ὅρια πατέρων, ἐπικατάρατος· καὶ ταῦτα δεξάμενοι, εὐχαριστηρίους ὕμνους ἀνεπέμπομεν πρὸς τὸν θεόν, ὅτι ταύτης ἐκ τῆς βασιλείας ἐκ θεοῦ σοι δεδώρηται· καὶ καλῶς σου τρέχοντος, τίς ἐνεκόδισέ σου τὰ ὦτα, καὶ τὴν καρδίαν διέστρεψεν, ὡς τόξον στρεβλόν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω ἀπέβλεψας; τὰ δέκα ἔτη χάριτι θεοῦ καλῶς περιπατήσας, καὶ εἰς μνήμην τὰς ἁγίας εἰκόνας οὐκ ἤγαγες· νῦν δὲ λέγεις, ὅτι εἰδώλων τόπον ἀναπληροῦσι. καὶ ὅτι οἱ προσκυνοῦντες αὐτάς, εἰδωλολάτραι· καὶ ἐπέστρεψας ἀφανίσαι αὐτάς, καὶ τελείως ἀφανεῖς γενέσθαι. καὶ οὐκ ἐφοβήθης τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ, τὰ σκάνδαλα ἐλθεῖν εἰς τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, οὐ μόνον πιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπίστων. παραγγέλλει δέ σοι ὁ Χριστός, μὴ σκανδαλίζειν ἕνα τῶν μικρῶν, καὶ διὰ τοῦ μικροῦ σκανδάλου εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον ἀπέρχεσθαι. καὶ σὺ ὅλον τὸν κόσμον ἐσκανδάλισας, ὡς μὴ βουλόμενος θάνατον ὑποστῆναι, καὶ κακὴν ἀπολογίαν δοῦναι; καὶ ἔγραψας, ὅτι οὐ δεῖ προσκυνεῖν χειροποίητα, καὶ πᾶν εἶδος καθ' ὁμοίωμα, καθὼς εἶπεν ὁ θεός, μήτε ἐν οὐρανῷ, μήτε ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ὅτι πληροφόρησόν με, τίς ἡμῖν παρέδωκε σέβεσθαι, καὶ προσκυνεῖν χειροποίητα· κἀγὼ ὁμολογῶ, ὅτι θεοῦ νομοθεσία ἐστί. καὶ διὰ τί, ὡς βασιλεύς, καὶ κεφαλὴ τῶν Χριστιανῶν, οὐκ ἠρώτησας γνωστικοὺς ἔχοντας πεῖραν; καὶ παρ' αὐτῶν πληροφορηθῆναι εἶχες, δι' ἃ εἴρηκεν ὁ Θεὸς χειροποίητα, πρὶν ἢ συμφύρσαι, καὶ συγχύσαι,

καὶ

καὶ συνταράξαι τοὺς ταπεινοὺς λαούς; ὅμως σὺ ἀπώσω, καὶ ἠρνήσω, καὶ ἐξέβαλες ἔξω τοὺς ἁγίους ἡμῶν πατέρας, καὶ διδασκάλους· οἷς ἰδιοχείρους, καὶ ἐγγράφους ὁμολογήσας πείθεσθαι, καὶ ἀκολουθεῖν· ἡ γραφὴ ἡμῶν καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ σωτηρία ἡμῶν, οἱ ἅγιοι, καὶ θεοφόροι πατέρες, καὶ διδάσκαλοι ἡμῶν τυγχάνουσι, καὶ αἱ ἐν Χριστῷ ἓξ σύνοδοι παρέδωκαν ἡμῖν, καὶ οὐ παραδέχῃ αὐτῶν τὰς μαρτυρίας. ἀνάγκην ἔχομεν, γράψαι σοι παχέα, καὶ ἀπαίδευτα, ὥσπερ εἶ ἀπαίδευτος, καὶ παχύς· ἀλλ' ὅμως δύναμιν, καὶ ἀλήθειαν Θεοῦ ἔχουσι. ὁρκιζόμενοί σε διὰ τὸν Θεὸν ἀποῤῥίψασθαι τὴν ὑψηλοφροσύνην, καὶ ὑπερηφανίαν τὴν περικειμένην σοι· καὶ μετὰ πολλῆς ταπεινώσεως χαρίσασθαι ἡμῖν γνησίως τὴν ἀκρόασίν σου· καὶ πείθοι σε ὁ Θεὸς εἰς τὴν ἀλήθειαν δι' ὧν ἐλάλησε. διὰ γὰρ τοὺς εἰδωλολάτρας διελέγετο τοὺς ἐγκαθεζομένους εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· οἵπερ προσεκύνουν ζῶα χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ξύλινα, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν προσεκύνουν, καὶ πάντα τὰ πετόμενα ὄρνεα· καὶ ἔλεγον. οὗτοί εἰσιν οἱ θεοὶ ἡμῶν, καὶ ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστι. Διὰ ταῦτα τὰ χειροποίητα τοῦ διαβόλου, τὰ ἐπίβλαβῆ καὶ ἐπικατάρατα, ἔλεγεν ὁ Θεὸς, μὴ προσκυνεῖσθαι. ἐπειδὴ γὰρ εἰσὶ χειροποίητα εἰς ὑπηρεσίαν, καὶ εἰς δόξαν Θεοῦ, ὡς βουλόμενος, τὸν οἰκειακὸν αὐτοῦ λαὸν τὸν ἡγιασμένον τῶν Ἑβραίων εἰσαγαγεῖν, καθὼς προεπηγγείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, δοῦναι αὐτοῖς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ποιῆσαι τοὺς Ἰσραηλίτας κτήτορας, καὶ κληρονόμους τῶν κτημάτων τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ συντρίψαι, καὶ τελείως ἐξαλεῖψαι τὰ ἔθνη ἐκεῖνα, ὅτι ἐμίαναν τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀέρα ἐκ τῆς παρανομίας, ἧς ἔπραττον, προέλεγεν ὁ Θεὸς, καὶ προησφαλίζετο τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐμπέσωσιν εἰς τὰ προσκυνήματα αὐτῶν· εἰς τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν δύο ἄνδρας ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ ἡγίασεν, ἵνα ἔργα χειροποίητα ἐργάζωνται, ἀλλ' εἰς δόξαν, καὶ ὑπηρεσίαν Θεοῦ, εἰς μνημόσυνον τῶν γενεῶν αὐτῶν, τὸν Βεζελεὴλ λέγω, καὶ τὸν Ἐλιὰβ τῆς πρώτης φυλῆς τοῦ Δάν. λέγει ὁ Θεὸς τῷ Μωυσῇ· λάξευσον πλάκας δύο λιθίνας, καὶ φέρε μοι· καὶ λαξεύσας ἤγαγε· καὶ ἔγραψεν ὁ Θεὸς τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ τοὺς δέκα, καὶ ζωοποιοὺς, καὶ ἀθανάτους λόγους· οὕτω λέγει ὁ Θεὸς ποίησον Χερουβὶμ, καὶ Σεραφὶμ, καὶ ποίησον τράπεζαν, καὶ χρύσωσον ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν, καὶ ποίησον κιβωτὸν ἀπὸ ξύλων ἀσήπτων, καὶ ἔμβαλλε τὰ μαρτύριά σου εἰς τὴν κιβωτὸν, εἰς μνημόσυνον τῶν γενεῶν ὑμῶν· τοῦτ' ἔστι πλάκας, τὴν στάμνον, τὴν ῥάβδον, τὸ μάννα. ἆρα οὐκ εἰσὶ ταῦτα καὶ εἴδη, καὶ ὁμοιώματα χειροποίητα, ἢ οὐχί; ἀλλὰ εἰς δόξαν, καὶ ὑπηρεσίαν Θεοῦ. ὁ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ μέγας, φόβῳ συνεχόμενος, θέλων ἰδεῖν εἶδος, καὶ ὁμοίωμα, μή πως πλανηθῇ, παρεκάλει τὸν Θεὸν, λέγων· κύριε, δεῖξόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ὡς ἴδω σε· καὶ ὁ Θεὸς ἀπεκρίνατο· ἐὰν ἴδῃς με, ἀποθνήσκεις· ἀλλὰ εἴσελθε διὰ τῆς ὀπῆς τῆς πέτρας, καὶ ὄψει τὰ ὀπίσθιά μου· ἔδειξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐν ὁράματι τὸ ἀποκεκρυμμένον μυστήριον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν. ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γενεῶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἔδειξεν ἡμῖν ἑαυτὸν φανερὸν, καὶ τὰ ὀπίσθια, καὶ τὰ ἔμπροσθεν, ὁλοτε-

ſceres humiles populos atque conturbares? Verumtamen tu ſanctos patres noſtros ac doctores rejeciſti ac repudiaſti, & foras amandaſti, quibus manu propria ſcriptiſque tuis te pariturum, eoſque ſequuturum promiſiſti. Scriptura noſtra lux & ſalus noſtra ſancti ac Deo pleni patres, & doctores noſtri ſunt, & hoc ſex in Chriſto Synodi nobis tradiderunt, & tu eorum teſtimonia non accipis. Neceſſe habemus craſſa tibi & indocta ſcribere, ut indoctus es & craſſus, ſed revera tamen virtutem ac veritatem Dei in ſe continent. Per Deum te obteſtamur, ut arrogantiam deponas & ſuperbiam, qua circumfluis, multaque cum humilitate ſincere nobis aures accommodes. Flectat animum tuum Deus ad veritatem ſermonum ſuorum efficacitate. Propter idololatras enim, qui terram promiſſionis occupabant, verba faciebat, qui aurea & argentea ligneaque & omnem creaturam adorabant, & volantes aves omnes, ac dicebant: Iſti ſunt dii noſtri & alius Deus non eſt. Propter hæc manufacta diaboli noxia & execranda dicebat Deus, ne ea adoraremus. Nam quia ſunt manufacta quædam ad miniſterium & gloriam Dei, cum peculiarem populum ſuum Hebræorum ſanctificatum introducere vellet, prout ante Deus Abraham, Iſaac, & Jacob promiſerat, ſe terram illis promiſſionis daturum, & poſſeſſores ac hæredes poſſeſſionum idololatrarum * illos redditurum, * Iſraelitas
ac gentes illas conciſurum penituſque deleturum, quia terram & aerem iniquitate ſua, quam perpetraverant, contaminaraor, prædicebat Deus, ac præmuniebat populum ſuum, ne in eorum adorationes prolaberentur. In populo Iſraelitico viros duos ſelegit Deus, ac benedixit eos & ſanctificavit, ut opera manufacta fabricarentur, verum ad gloriam & miniſterium Dei in 2.
monumentum generationum ipſorum (a); (a) Exod. 31.
Bezeleel inquam & * Eliab ex prima tribu Dan. * Ooliab
Dixit Moyſi (b) Deus: Præcide tabulas duas lapideas, & affer mihi: cumque (b) Exod. 34.
præcidiſſet advexit, & digito ſuo decem & vivifica, & immortalia verba ſcripſit Deus. Deiode, fac (c) Cherubim & Seraphim, inquit Deus, & (d) fac menſam, ac deaurato (c) Exod. 25. (d) Exod. 25.
intus & foris, & arcam fac de lignis imputribilibus, & impone teſtimonia tua in arcam in memoriale generationum veſtrarum, hoc eſt, tabulas, urnam, virgam, manna. Suntne hæc figuræ ac ſimulacra manufacta, an non? Verumtamen ad gloriam, & miniſterium Dei. Moyſes ille magnus timore correptus cum figuram vellet, & ſimulacrum intueri, ne forte erraret, orabat Deum dicens: Oſtende mihi teipſum manifeſto, ut videam te. Et reſpondit (e) Deus: (e) Exod. 33.
Si videris me, morieris; ſed aſcende per foramen petræ, & videbis poſteriora mea. Oſtendit ei Deus in viſione myſterium a ſæculis abſconditum, & a generationibus. Verum noſtrarum generationum ætate in-

noviſſimis temporibus manifeſtum ſelpſum & poſteriora ſimul, & anteriora perfecte nobis oſtendit. Cum vero genus hominum in perpetuum perire vidiſſet Deus, figmenti ſui miſertus, Filium ſuum ante ſæcula genitum miſit, & de cælis deſcendens in ventrem Virginis Mariæ ingreſſus eſt, cum in ejus utero verum lumen eluxiſſet, & ſeminis loco lumen factum eſt caro, & in Jordane fluvio baptizatus eſt, & nos quoque baptizavit: Indiciorum nobis pignora dare cœpit ne fallamur, & Hieroſolymam ingreſſus, in cœnaculo ſanctæ & glorioſæ Sion in myſtica cœna ſacrum nobis corpus ſuum obtulit, & pretioſo nos ſanguine ſuo potavit. Illic & pedes noſtros lavit, & cum ipſo bibimus & comedimus, & ipſum manus noſtræ contrectaverunt, & familiaris noſter eſt factus, & manifeſtata nobis eſt veritas, & error, & caligo, qua circumfuſi eramus, aufugit & e medio ſublata eſt, atque in omnem terram exivit ſonus ejus, & in fines orbis terræ verba ejus. Cœperunt ab univerſo terrarum orbe homines velut aquilæ advolantes Hieroſolymam venire, prout in Evangeliis dixit Dominus;
(a) Matt. 24.
(a) Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Chriſtus autem cadaver, aquilæ in ſublime volantes religioſi ſunt homines & Chriſti amantes. Qui Dominum cum vidiſſent, prout viderant, ſpectandum
3. ipſum proponentes depinxerunt; cum Jacobum fratrem Domini vidiſſent, prout viderant, ſpectandum ipſum proponentes, depinxerunt: cum Stephanum protomartyrem vidiſſent, prout viderant ſpectandum ipſum proponentes, depinxerunt; & ut uno verbo dicam, cum facies martyrum, qui ſanguinem pro Chriſto fuderant, vidiſſent, depinxerunt, & his conſpectis deinceps in toto terrarum orbe homines diaboli adorationibus derelictis, has exhibuerunt non latria, ſed habitudine. Num tibi juſtum videtur imperator, has imagines venerari, an erroris diabolici? Cum Hieroſolymis ageret Chriſtus, Augarus, qui tum temporis dominabitur, & Rex erat urbis Edeſſenorum, cum Chriſti miracula inaudiiſſet, epiſtolam ſcripſit ad Chriſtum; qui manu ſua reſponſum, & ſacram glorioſamque faciem ſuam ad eum miſit. Itaque ad illam non manufactam imaginem mitte, ac vide: congregantur illic Orientis turbæ populorum, & orant: & aliæ multæ ſunt tales manufactæ, quas Chriſti amantes peregrinantium cœtus conſervant, qui ad ſpectacula ejuſmodi confluunt, quæ quotidie veneraris & circumſpicis. Cur tandem Patrem Domini Jeſu Chriſti non oculis ſubiicimus, ac pingimus? quoniam quis ſit non novimus, Deique natura ſpectanda proponi non poteſt ac pingi. † Quod ſi eum intuiti eſſemus, ac noviſſemus prout Filium ejus, illum quoque ſpectandum proponere potuiſſemus, ac pingere, ut & illius imaginem idolum appellares. Obteſtamur te tamquam fratres in Chriſto, ingredere rurſum ad veritatem, unde exiviſti, excute ſpiritus elatos, & pertinaciam tol-

† Poſtea uſu venit, ut pingatur in Eccleſia Deus Pater & Spiritus ſanctus, non quod ſub aſpectum cadant, ſed uti apparuiſſe in divinis ſcripturis leguntur ſub forma ſenioris, & ſub imagine columbæ; quod enim deſcribitur idem & pingitur, cum ſit eadem ratio utriuſque ſtyli nimirum & penicilli.

λῶν. ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εἰς τέλος ἀπολλύμενον, σπλαγχνισθεὶς εἰς τὸ ἴδιον πλάσμα, ἐξαπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρὸ αἰώνων γεγεννημένον· καὶ κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν εἰσῆλθεν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, ἐκλάμψας τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐν τῇ μήτρᾳ αὐτῆς καὶ τὸ φῶς ἀντὶ σπόρου σὰρξ ἐγένετο. καὶ ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, καὶ ἐβάπτισε καὶ ἡμᾶς. ἤρξατο δοῦναι ἡμῖν ἐνέχυρα γνωρισμάτων, ἵνα μὴ πλανώμεθα, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα εἰς τὸ ὑπερῷον τῆς ἁγίας, καὶ ἐνδόξου Σιὼν εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον παρέβαλεν ἡμῖν τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἐπότισεν ἡμᾶς τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα· ἐκεῖ καὶ τοὺς πόδας ἡμῶν ἔνιψε, καὶ συνεπίομεν, καὶ συνεφάγομεν αὐτῷ· καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν αὐτόν· καὶ γνώριμος ἡμῶν ἐγένετο· καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν ἡ ἀλήθεια· καὶ ἡ πλάνη, καὶ ἡ ἀχλὺς ἡ ἐκαλυπτομένη ἡμῖν ἐξέφυγε, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο· καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτοῦ. ἤρξαντο ἀπὸ ὅλου τοῦ κόσμου οἱ ἄνθρωποι πετόμενοι, ὡς ἀετοὶ, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα συναγίνεσθαι· καθὼς εἶπεν ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί· ὁ Χριστὸς δὲ τὸ πτῶμα· ἀετοὶ ὑψηλοπετεῖς, οἱ θεοσεβεῖς, καὶ φιλόχριστοι ἄνθρωποι· ἰδόντες τὸν κύριον, καθὼς εἶδον, ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν· ἰδόντες Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, καθὼς εἶδον, αὐτὸν ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν· ἰδόντες τὸν πρωτομάρτυρα Στέφανον, καθὼς εἶδον, αὐτὸν ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν. καὶ κατ' ἔπος, ἰδόντες τὰ πρόσωπα τῶν μαρτύρων τῶν ἐκχυσάντων τὸ αἷμα ὑπὲρ Χριστοῦ, ἐζωγράφησαν· καὶ θεωρήσαντες λοιπὸν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ οἱ ἄνθρωποι, ἀφέντες τὰς προσκυνήσεις τοῦ διαβόλου, ταύτας προσεκύνησαν, οὐ λατρευτικῶς, ἀλλὰ σχετικῶς. ποῖον σοι φαίνεται, βασιλεῦ, δίκαιον, ταύτας τὰς εἰκόνας προσκυνεῖσθαι, ἢ τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου; ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, Αὔγαρος, ὁ τότε κρατῶν, καὶ βασιλεύων, εἰς τὴν πόλιν Ἐδεσσηνῶν, ἀκούων τὰς θαυματουργίας τοῦ Χριστοῦ, ἔγραψε τῷ Χριστῷ ἐπιστολὴν, καὶ ὁ Χριστὸς ἀπέστειλεν ἰδιόχειρον ἀντίγραφον, καὶ τὸ ἅγιον, καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ πρόσωπον. καὶ εἰς ἐκείνην τὴν ἀχειροποίητον πέμψον, καὶ ἴδε· πλήθη λαῶν τῆς ἀνατολῆς ἐκεῖ συναθροίζονται, καὶ προσεύχονται· καὶ ἄλλα πολλὰ χειροποίητα τοιαῦτά εἰσιν, ἅπερ διακατέχουσι τὰ φιλόχριστα ἐκστρατεύματα τῶν θεαμάτων, ἅπερ καθ' ἡμέραν προσκυνεῖς, καὶ περιφρονεῖς· διὰ τί τὸν πατέρα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐχ ἱστοροῦμεν, καὶ ζωγραφοῦμεν; ἐπειδὴ οὐκ οἴδαμεν, τίς ἐστι, καὶ θεοῦ φύσιν ἀδύνατον ἱστορῆσαι, καὶ ζωγραφῆσαι· καὶ εἰ ἐθεασάμεθα, καὶ ἐγνωρίσαμεν, καθὼς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, κἀκεῖνον ἂν εἴχομεν ἱστορῆσαι, καὶ ζωγραφῆσαι, καὶ ἵνα κἀκείνου τὸν χαρακτῆρα εἴδωλον ἀποκαλῇς. μαρτυρόμεθά σοι, ὡς ἀδελφοὶ ἐν Χριστῷ, εἴσελθε πάλιν εἰς τὴν ἀλήθειαν, ὅθεν ἐξῆλθες· ἀπόρριψον τὴν ὑψηλοφροσύνην, καὶ τὸ πεῖσμά σου

κατέργησον· καὶ γράψον παντὶ καὶ πανταχοῦ, καὶ ἀνάστησον οὓς ἐσκανδάλισας, καὶ ἀπετύφλωσας, κἂν εἰς οὐδὲν αὐτὸ ἔχῃς, διὰ τὴν πολλήν σου ἀπαιδευσίαν· οἶδεν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, ὅτε εἰσελθωμεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου κορυφαίου Πέτρου, καὶ θεωρήσωμεν τὴν ζωγραφίαν τοῦ ἁγίου, εἰς κατάνυξιν ἐρχόμεθα, καὶ ὥσπερ ὑετὸς ἐκ τοῦ ἀέρος βροχῆς, οὕτω τὰ δάκρυα ἡμῶν καταχέονται· ὁ Χριστὸς τοὺς τυφλοὺς ἀνέβλεψε. σὺ τοὺς καλῶς βλέποντας ἀπετύφλωσας, καὶ ἐνεπόδισας, κἂν εἰς οὐδὲν αὐτὸ ἔχῃς, καὶ ἀπαιδεύτους ἐποίησας, καὶ τὸν καλὸν δρόμον τῶν ἀνθρώπων ἐνέκοψας, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτοὺς ἀπεστέρησας, καὶ ἀντὶ ἀγρυπνιῶν, καὶ προσεδρείας, καὶ σπουδῆς τῆς πρὸς Θεόν, εἰς ὕπνους, καὶ ῥογχασμούς, καὶ ἀμελείας τοὺς ταπεινοὺς λαοὺς κατέῤῥαξας, καὶ ἀπεκεφάλισας, καὶ λέγεις· ὅτι πέτρας, καὶ τοίχους, καὶ σανίδας προσκυνοῦμεν. οὐχ ὡς λέγεις, ἐστί, βασιλεῦ, ἀλλ' εἰς ὑπόμνησιν ἡμῶν, καὶ εἰς διέγερσιν, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν τὸν σκαιόν, καὶ ἀπαίδευτον, καὶ παχὺν ἄνω ἀναφέροντα, δι' ὧν τὰ ὀνόματα, καὶ δι' ὧν ἡ ἐπίκλησις, καὶ δι' ὧν οἱ χαρακτῆρες, καὶ οὐχ ὡς θεούς, ὡς λέγεις σύ, μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ ἔχομεν τὰς ἐλπίδας εἰς αὐτά· καὶ εἰ μέν ἐστιν εἰκὼν τοῦ κυρίου, λέγομεν· κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ τοῦ Θεοῦ βοήθησον, καὶ σῶσον ἡμᾶς· εἰ δὲ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρός, λέγομεν· ἁγία θεοτόκε μῆτερ τοῦ κυρίου, πρέσβευσον εἰς τὸν υἱόν σου τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, εἰς τὸ σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. εἰ δὲ μάρτυρος· ἅγιε Στέφανε, ὁ ἐκχύσας τὸ αἷμά σου ὑπὲρ Χριστοῦ, ἔχων παῤῥησίαν, ὡς πρωτομάρτυς, πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ ἐπὶ παντὸς μάρτυρος μαρτυρήσαντος οὕτω λέγομεν· τοιαύτας εὐχὰς ἀποπέμπομεν δι' αὐτῶν· καὶ οὐκ ἔστιν, ὡς λέγεις, βασιλεῦ, θεοὺς τοὺς μάρτυρας ὀνομάζοντες· ἀπόστρεψον τὰς ἐννοίας σου τὰς κακάς· μαρτύρομαί σοι· καὶ ῥῦσαι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ τῶν σκανδάλων, καὶ ἀπὸ τῶν κατάρων, ὧν λαμβάνεις ἀπὸ ὅλου τοῦ κόσμου· ὅτι καὶ τὰ μικρὰ παιδία καταπαίζουσί σοι· γύρευσον εἰς τὰς διατριβὰς τῶν στοιχείων, καὶ εἰπέ, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ καταλύτης, καὶ διώκτης τῶν εἰκόνων· καὶ εὐθὺς τὰς πινακίδας αὐτῶν εἰς τὴν κεφαλήν σου ῥίψουσι. καὶ ὅπερ οὐκ ἐπαιδεύθης ὑπὸ τῶν φρονίμων, παιδευθήσῃ ὑπὸ τῶν ἀφρόνων. ἔγραψας, ὅτι Ὀζίας ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων μετὰ ὀκτακοσίους ἐνιαυτοὺς ἐξήγαγε τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐκ τοῦ ναοῦ, κἀγὼ μετὰ ὀκτακοσίους ἐνιαυτοὺς ἐξήγαγον τὰ εἴδωλα ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν· ἀληθῶς καὶ Ὀζίας ἀδελφός σου ἦν, καὶ τὸ σὸν πεῖσμα εἶχε, καὶ τοὺς τότε ἱερεῖς ἐτυράννησεν, ὥσπερ σύ. ἐκεῖνον γὰρ τὸν ὄφιν ὁ ἡγιασμένος Δαβὶδ εἰσήγαγεν εἰς τὸν ναὸν μετὰ τῆς ἁγίας κιβωτοῦ. τί γὰρ ἦν ἐκεῖνο, εἰ μὴ χάλκωμα ἡγιασμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τοὺς τότε ἀῤῥωστοῦντας, καὶ δακνομένους ὑπὸ τῶν ὄφεων; ἵνα δειχθῇ τοῖς λαοῖς ὁ ὑποβαλὼν τὴν ἁμαρτίαν εἰς τὸ πρῶτον πλάσμα τὸ πλασθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸν Ἀδάμ, καὶ τὴν Εὔαν, αὐτὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ἴασιν κατέστησε. σὺ δέ, καθὼς ἐγκαυχᾶσαι, εἰς τοὺς ὀκτακοσίους χρόνους ἐξέβαλες ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν τὴν εὐλογίαν, καὶ τὸν ἁγιασμὸν τῶν

le, atque ad omnes ſcribe quoquoverſum, eoſque, quibus offendiculo fuiſti, erige, quoſque excæcaſti: tametſi præ nimia tua ſtupiditate illud pro nihilo habes. Novit charitas Chriſti: quando templum ſancti principis Apoſtolorum Petri ingredimur, & ſancti pictam imaginem contemplamur, compunctione percellimur, & inſtar imbris, pluente cœlo, lacrymæ noſtræ funduntur. Chriſtus viſum cæcis reſtituit; tu eos, qui recte videbant, excæcaſti, & obſtaculo illis fuiſti, tametſi pro nihilo iſtud habes, & imperitos reddidiſti, rectumque hominum curſum interrupiſti, ac precibus ipſos privaſti, & vigiliarum loco atque aſſiduitatis, & ſtudii erga Deum in ſomnum & dormitationem, & incuriam humiles populos devolviſti * ac præcipites egiſti. Et dicis nos lapides & parietes, ac tabellas adorare. Non ita eſt, ut dicis, Imperator, ſed ut memoria noſtra excitetur, & ut ſtolida, & imperita, craſſaque mens noſtra erigatur, & in altum provehatur per eos, quorum hæc nomina, & quorum appellationes, & quorum hæ ſunt imagines, & non tanquam deos, ut tu inquis; abſit, non enim ſpem in illis habemus. Ac ſi quidem imago ſit Domini, dicimus: Domine Jeſu Chriſte Fili Dei ſuccurre & ſalva nos. Sin autem ſanctæ Matris ejus, dicimus: Sancta Dei genitrix Domini mater intercede apud Filium tuum verum Deum noſtrum, ut ſalvas faciat animas noſtras. Sin vero martyris: Sancte Stephane, qui pro Chriſto ſanguinem tuum fudiſti, qui ut protomartyr loquendi confidentiam habes, intercede pro nobis. Et de quovis martyre, qui paſſus eſt martyrium, ita dicimus, tales per illos, preces offerimus: nec ita eſt, uti dicis Imperator, quaſi deos martyres appellemus. Averte cogitationes tuas malas, te obteſtor; & libera animam tuam a ſcandalis & execrationibus, quibus ab univerſo mundo inceſſeris, quandoquidem vel a puerilis parvis illuderis. Obito ſcholas eorum, qui elementis imbuuntur, & dic: Ego ſum everſor, & perſequutor imaginum. Et confeſtim tabellas ſuas in caput tuum projicient; quodque a ſapientibus minime doceri potuiſti, ab inſipientibus edocebere. Sic ad nos ſcripſiſti: Ozias (a) Rex Judæorum poſt annos octingentos ſerpentem æneum e templo ejecit; ego vero poſt annos octingentos idola ex Eccleſiis ejeci. Vere & Ozias † frater erat tuus, & eadem erat qua tu pertinacia præditus, illiuſque temporis ſacerdotibus vim afferebat, ut tu facis. Illum ſiquidem ſerpentem ſanctificatus David una cum arca ſancta in templum invexit. Quid enim illud erat, niſi conſecratum a Deo æramentum, propter eos qui tum ægri erant, & a ſerpentibus læſi? ut populis demonſtraretur is, qui primo figmento a Deo formato Adamo, & Evæ peccatum ſuggeſſerat, ipſum in medelam peccatorum conſtituit. At tu, prout gloriaris, poſt annos demum octingentos be-

ne-

* & capite truncaſti.

(a) 4. Reg. 18.

† Exiſtimo locum hunc depravatum eſſe in textu Græco: nam mendax reperitur, ſiquidem non Ozias, ſed Ezechias fuit qui ſerpentem æneum fregit; nec poterunt dici a Gregorio in Ezechiam, quæ hic habentur dicta de Ozia: ſed & ipſi ex divinæ ſcripturæ textu fortior ſolutio in promptu eſſet, nimirum fregiſſe Ezechiam ſerpentem æneum, quod illi ut Deo adolerent incenſum.

nedictionem ex Eccleſiis ejeciſti, ac martyrum ſanctificationem, &, ſicuti recte initio confeſſus es, data opera, non ex aliqua neceſſitate; poſtremo autem manu propria ſubſcribens in caput tuum ipſorum execrationem detorſiſti. Volumus & nos, utpote qui facultatem & poteſtatem, atque auctoritatem a S. Petro principe Apoſtolorum habeamus, tibi pœnam irrogare; ſed quoniam in teipſum execrationem ingeſſiſti, tibi habeto illam cum conſiliariis tuis, quos complecteris. Qualem quæſo ædificationem, & curſum eorum, qui recte currebant interrupiſti? Novit charitas Chriſti: Nos ipſi cum Eccleſiam ingredimur, & miraculorum Domini Jeſu Chriſti picturas contemplamur, & ſanctæ matris ejus Dominum Deumque noſtrum lactantem in ulnis habentis, Angeloſque circumſtantes, ac ter ſanctum hymnum canentes: non ſine compunctione regredimur. Ecquis enim non compungitur, & luget ſimiliter (intuens) & vaſa lavacri, & ſacerdotes in orbem circumſtantes, & miſticam cœnam, & cæcorum illuminationem, & Lazari exſuſcitationem, & leproſi, ac paralytici curationem, recubitus in herba, cophinos, ſportas, & reliquias, montis Tabor transfigurationem, crucifixionem Chriſti, ſepulturam ejus, & reſurrectionem, ſanctam aſcenſionem, & Spiritus ſancti deſcenſum? Quis picturam Abrahæ cernens, & gladium pueri cervicibus imminentem, non compungitur, & collacrymatur? & in univerſum omnes Domini paſſiones? Expediret tibi Imperator duobus propoſitis, ut hæreticus potius, quam perſequutor, & everſor hiſtoriarum & picturarum, imaginum, & paſſionum Domini appellareris. Atqui malum eſt minimeque commodum te hæreticum appellari: verum tibi ego referam quam ob cauſam. Hæreticus notus dicitur, quando paucis eſt notus, & non multis: & difficilia ſunt offendicula, ſententiæque intricatæ, neque dijudicari facile poſſunt: itemque qui doctrinam ſpargunt, & qui humilitate præditi non ſunt, ob imperitiam, atque cæcitatem ipſorum ſtatim labuntur; neque tanti criminis illi ſunt, quanti tu, damnandi. Tu ea, quæ cognita ſunt, & ſpectata ut lumen, aperte inſectatus es, & Eccleſias Dei denudaſti: quas ſancti patres conveſtierant & ornarant, tu ſpoliaſti atque denudaſti; tametſi talem habebas Pontificem, dominum inquam Germanum fratrem noſtrum & comminiſtrum: hujus debebas tamquam patris ac doctoris, & tamquam ſenioris, multaque rerum cum Eccleſiaſticarum, tum civilium experientia pollentis, conſiliis obtemperare. Annum etenim agit hodie vir ille nonageſimum quintum, ſingulis Patriarchis, & Imperatoribus inſerviens: perpetuoque fuit occupatus, quod utriſque rebus gerendis mirifice utilis, & aptus eſſet. Illum igitur omittens lateri tuo adjungere: improbum illum Epheſium Apſimari filium, ejuſque ſimiles audiſti. Cum enim dominus Germanus, quique tum temporis Patriarcha erat dominus Georgius ſuggeſſiſſent

Ita Gregorius quod nondum in claſſem hæreticorum eſſent conjecti Iconoclaſtæ.

5.

μαρτύρων, καὶ ὡσεὶ καλῶς ὡμολόγησας τὸ πρᾶγμα, προθέσει, καὶ οὐκ ἔκ τινος ἀνάγκης, ὕστερον δὲ ἰδιοχείρως ὑπογράψας, ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου τὴν κατάραν αὐτῶν. ἠθελήσαμεν καὶ ἡμεῖς, ὡς ἔχοντες τὸ κῦρος, καὶ τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν αὐθεντίαν, ἐκ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου δοῦναί σοι ἐπιτίμια. ἀλλ' ἐπειδὴ ἑαυτῷ τὴν κατάραν δέδωκας, μένε ἔχων αὐτὴν μετὰ τῶν συμβουλευόντων σοι, ὧν ἀκολουθεῖς. ἆρα ποίαν οἰκοδομὴν, καὶ δρόμον τῶν καλῶς δραμόντων ἐνέκοψας; οἶδεν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ. ἡμεῖς αὐτοὶ εἰσερχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ θεωροῦντες τὰς ἱστορίας τῶν θαυματουργιῶν τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς ἐχούσης εἰς τὰς ἀγκάλας τὸν κύριον, καὶ Θεὸν ἡμῶν γαλουχοῦντα, καὶ τοὺς ἀγγέλους κύκλῳ ἱσταμένους, καὶ βοῶντας τὸν τρισάγιον ὕμνον, οὐ χωρὶς κατανύξεως ἐξερχόμεθα· καὶ τίς γὰρ οὐ κατανύσσεται, καὶ κλαίει ὁμοίως, καὶ τοὺς βαπτιστῆρας καὶ τοὺς ἱερεῖς κύκλῳ ἑστῶτας, καὶ τὸ μυστικὸν δεῖπνον, καὶ τῶν τυφλῶν τὴν ἀνάβλεψιν, καὶ Λαζάρου τὴν ἔγερσιν, καὶ τοῦ λεπροῦ, καὶ παραλυτικοῦ τὴν ἴασιν, ἐπὶ τοῦ χόρτου τὰς ἀνακλίσεις, τοὺς κοφίνους, καὶ τὰς σπυρίδας, καὶ τὰ περισσεύματα, τοῦ Θαβωρίου ὄρους τὴν μεταμόρφωσιν, τὴν σταύρωσιν τοῦ κυρίου, τὴν ταφὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀνάστασιν, τὴν ἁγίαν ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος κάθοδον; τίς ὁρῶν τὴν ἱστορίαν τοῦ Ἀβραὰμ, ἐπικειμένην τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τράχηλον τοῦ παιδίου, οὐ κατανύσσεται, καὶ δακρύει, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ παθήματα τοῦ κυρίου; Συνέφερέ σοι, βασιλεῦ, τῶν δύο προκειμένων, αἱρετικόν σε ὀνομάζεσθαι, ἢ διώκτην, καὶ καταλύτην τῶν ἱστοριῶν, καὶ ζωγραφιῶν, τῶν εἰκόνων, καὶ παθημάτων τοῦ κυρίου· ἀλλὰ κακὸν, καὶ οὐ πρόσφορον τὸ αἱρετικόν σε ὀνομάζεσθαι· ἀλλ' ἐγώ σοι λέγω, διὰ τί ὁ αἱρετικὸς γνωστὸς λέγεται, ἐπειδὴ ὀλίγοις ἐστὶ γνωστὸς, καὶ οὐ πολλοῖς, καὶ τὰ σκάνδαλα δύσκολα, καὶ ἐμπεπλεγμένα τὰ νοήματα, καὶ δυσδιάκριτα· καὶ οἱ δογματίζοντες, καὶ μὴ ἔχοντες ταπείνωσιν, ἐκ τῆς ἀγνωσίας, καὶ ἐκ τῆς σκοτώσεως αὐτῶν, εὐθὺς πίπτουσι· καὶ οὐ τοσαύτη ἡ κατάκρισις αὐτῶν, ὥσπερ τὸ σόν. σὺ τὰ θεωρούμενα, καὶ βλεπόμενα, ὡς φῶς, φανερῶς ἐδίωξας, καὶ ἐγύμνωσας τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἅσπερ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐνέδυσαν, καὶ ἐκόσμησαν, σὺ ἐξέδυσας, καὶ ἀπεγύμνωσας· καὶ τοιοῦτον ἔχων ἀρχιερέα, τὸν κύριον Γερμανὸν λέγω, τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν· τοῦτο ὤφειλες, ὡς πατρὶ, καὶ διδασκάλῳ συμβουλεύεσθαι, καὶ ὡς παλαιῷ, καὶ ἔχοντι πεῖραν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων· ἄγει γὰρ ὁ ἀνὴρ σήμερον ἐνενήκοντα πέντε ἐνιαυτοὺς, ὑπουργῶν ἑκάστῳ πατριάρχῃ, καὶ βασιλεῖ. ἀδιάλειπτος δὲ ἐγένετο, διὰ τὴν χρησιμότητα τῶν ἀμφοτέρων πραγμάτων· ἐάσας αὐτὸν ἔχειν εἰς πλευράν σου, ἐκείνου ἤκουσας τοῦ κακοδόξου μωροῦ Ἐφέσου τοῦ υἱοῦ Ἀψιμάρου, καὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ. ὁ γὰρ κύριος Γερμανὸς, καὶ ὁ τότε πατριάρχης κύριος Γεώργιος, πληροφορήσαντες, καὶ πείσαντες

Κα-

Κωνσταντῖνον, υἱὸν Κώνσταντος, πατέρα Ἰουστινιανοῦ, γράψαι πρὸς ἡμᾶς ἐν Ῥώμῃ, ἔγραψεν ἡμῖν ὀμωμόκως, καὶ λόγον ἡμῖν ἔδωκεν ἀποστεῖλαι ἡμᾶς χρησίμους ἀνθρώπους, ἵνα γένηται οἰκουμενικὴ σύνοδος, καὶ ὅτι· οὐ μὴ συγκαθεσθῶ αὐτοῖς, ὡς βασιλεὺς, καὶ ἐξουσιαστικῶς λαλήσω, ἀλλ' ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ καθὼς συμβιβάζονται οἱ ἀρχιερεῖς, ἐμβιβάσω, καὶ τοὺς καλῶς λέγοντας δεξόμεθα καὶ τοὺς κακῶς λέγοντας ἐκδιώξομεν, καὶ ἐξορίαις παραπέμψομεν· ἐὰν ὁ πατήρ ὁ ἐμὸς διέστρεψέ τι τῆς ἀμωμήτου πίστεως καὶ καθαρᾶς, ἐγὼ πρῶτος αὐτὸν ἀναθεματίσω. καὶ Θεοῦ χάριτι ἀπεστείλαμεν· καὶ μετ' εἰρήνης ἐγένετο ἡ ἕκτη σύνοδος. οἶδας, βασιλεῦ, ὅτι τὰ δόγματα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας οὐχὶ βασιλέων εἰσὶν, ἀλλὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ ἀσφαλῶς δύνασθαι δογματίζεσθαι· διὰ τοῦτο οἱ ἀρχιερεῖς προετάχθησαν εἰς τὰς ἐκκλησίας, ἀπέχοντες τῶν δημοσίων πραγμάτων, καὶ οἱ βασιλεῖς ὁμοίως ἀπέχεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν, καὶ ἔχεσθαι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς· ἡ συμβουλία δὲ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, καὶ τῶν εὐσεβῶν ἀρχιερέων μία δύναμίς ἐστιν, ὅταν μετ' εἰρήνης, καὶ ἀγάπης, τὰ πράγματα διοικῶνται. ἔγραψας, ἵνα οἰκουμενικὴ σύνοδος γένηται· καὶ ἡμῖν ἀπρόσφορον ἐφάνη εἶναι τοῦτο· σὺ εἶ ὁ διώκτης τῶν εἰκόνων, καὶ ὑβριστὴς, καὶ καταλύτης· σιώπησον, καὶ τὴν σιωπήν σου χάρισαι ἡμῖν, καὶ ὁ κόσμος εἰρηνεύσει, καὶ τὰ σκάνδαλα παύσονται· σκέψαι, ὅτι ὑπηκούσαμέν σου, καὶ συνηθροίσθησαν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ ἡ σύγκλητος, καὶ ἡ βουλὴ ἐκαθίσθη· ποῦ ὁ βασιλεὺς ὁ φιλόχριστος, καὶ εὐσεβὴς, ὁ πρὸς συνήθειαν ὀφείλων καθίσαι εἰς τὴν βουλὴν, καὶ τοὺς καλῶς λέγοντας φιλοτιμήσασθαι, καὶ τοὺς ἔξω τῆς ἀληθείας ἀποδιῶξαι, σοῦ τοῦ βασιλέως ἀστατοῦντος, καὶ βαρβαρίζοντος; οὐκ οἶδας, ὅτι τὸ ἐγχείρημα, ὅπερ εἰργάσω τῶν ἁγίων εἰκόνων, ἀκαταστασίας, καὶ ἀλαζονείας, καὶ ὑπερηφανίας ἐστί; τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ βαθεῖαν εἰρήνην ἐχουσῶν, σὺ τὰς μάχας, καὶ τὰς ἔχθρας, καὶ τὰ σκάνδαλα συνέστησας· παῦσον, καὶ ἡσύχασον, καὶ συνόδου χρεία οὐκ ἔστι. γράψον πανταχοῦ, καὶ πανταχοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην, ὡς ἐσκανδάλισας· ὅτι Γερμανὸς ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἥμαρτεν εἰς τὰς εἰκόνας καὶ Γρηγόριος ὁ πάπας Ῥώμης· καὶ ἡμεῖς ἀμερίμνους σε ποιήσομεν περὶ τῆς ἁμαρτίας τοῦ σφάλματός σου, ὡς λαβόντες τὴν ἐξουσίαν ἀπὸ Θεοῦ λύειν τὰ οὐράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια. μάρτυς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὅσας ἔγραψας ἡμῖν ἐπιστολὰς, εἰς τὰ ὦτα, καὶ εἰς τὰς καρδίας τῶν βασιλευόντων τῆς δύσεως συνεθήκαμεν, εἰρηνεύοντες αὐτοὺς πρὸς τὴν ψυχήν σου, καὶ ἐπαινοῦντες, καὶ μεγαλύνοντές σε, καθὼς ἐθεωροῦμέν σε πολιτευόμενον τὸ πρότερον. διὰ τοῦτο, καὶ τὰ λαυράτα σου κατεδέξαντο, καθὼς πρέπει βασιλεῦσι βασιλέως τιμᾷν· καὶ ταῦτα, ὅτε τὴν κακὴν ἐγχείρησιν τῶν εἰκόνων, ἣν ἐποίησας, οὐκ ἤκουσαν· ὅτε δὲ ἔμαθον, καὶ ἐπληροφορήθησαν, ὅτι ἀπέστειλας τὸν Ἰουβῖνον τὸν σπαθαροκανδιδᾶτον εἰς τὰ Χαλκοπράτια εἰς τὸ σωτῆρα καταλῦσαι, καὶ κατακλάσαι τὸν λεγόμενον

perſuaſiſſentque Conſtantino, Conſtantis filio, Juſtiniani patri, ut Romam ad nos ſcriberet, ſic interpoſito jurejurando ſcripſit ad nos, † & nobiſcum egit, ut ad univerſalem Synodum congregandam viros utiles mitteremus: neque cum illis, inquit, tamquam Imperator ſedabo, aut imperioſa loquar; ſed tamquam unus ex illis, & prout ſtatuerint Pontifices, ego exequar, & eos, qui recte loquuntur, admittemus, eoſque, qui male loquuntur, expellemus, & exiliis relegabimus. Si pater meus quidpiam ex intemerata puraque Fide perverterit, ego primus illum anathematizabo; tum nos Deo benevolente miſimus: & cum pace ſexta Synodus celebrata eſt. Scis Imperator, ſanctæ Eccleſiæ dogmata non Imperatorum eſſe, ſed Pontificum, qui tuto aſſolent dogmata tradere. Idcirco Eccleſiis præpoſiti ſunt Pontifices a Reipublicæ negotiis abſtinentes: & Imperatores ergo ſimiliter ab eccleſiaſticis abſtineant, & quæ ſibi commiſſa ſunt, capeſſant. Conſilium autem commune Chriſti amantium Imperatorum, & piorum Pontificum conſenſuſque virtus eſt una, quando cum pace atque charitate res adminiſtrantur. Scripſiſti, ut Concilium univerſale cogeretur, & nobis inutilis ea res viſa eſt. Tu perſequutor es imaginum, & hoſtis contumelioſus, & everſor: ceſſa, & nobis hoc largire, ut taceas, tum mundus pace perfruetur, & ſcandala ceſſabunt. Finge nos tibi paruiſſe, & ex univerſo terrarum orbe Pontifices congregatos eſſe, Senatumque ac conſilium conſediſſe: ubi eſt Chriſti amator ac pius imperator, qui de more in Senatu conſidere debet, & eos, qui recte loquuntur, munerari, eoſque, qui aliena a veritate blaterant, amandare, cum tu Imperator vacilles, ac barbaros imiteris? Non animadvertis hunc tuum conatum, quo adverſus Imagines inſurrexiſti, facinus eſſe turbulentum & inſolens, & ſuperbum? Cum Eccleſiæ Dei alta pace fruerentur, tu pugnas, & odia & ſcandala ſuſcitaſti. Ceſſa, & quieſce, tum Synodo minime opus erit. Scribe ad omnes, & in quaſcumque regiones orbis terrarum, quibus offendiculo fuiſti, Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Gregorium Papam Romanum circa imagines peccaſſe, & nos ab hac cura quietum te præſtabimus, ne peccatum aut lapſus ullus ſit tuus, utpote qui a Deo poteſtatem & cœleſtia, & terrena ſolvendi acceperimus. Teſtis eſt Deus, quaſcumque miſiſti ad 6.
nos epiſtolas, auribus, cordibuſque Regum Occidentis obtulimus, pacem illorum tibi ac benevolentiam conciliantes, teque laudantes, ac mirifice efferentes, prout te antea converſantem intuebamur. Idcirco etiam laurata tua † receperunt, ut Reges a Regibus honore affici convenit, idque cum nondum incœptum hoc conatumque tuum, quo adverſus Imagines inſurrexiſti, audiviſſent: cum vero didicerunt, certioreſque ſunt facti, te Jovinum Spatharocandidatum ad Chalcopratia miſiſſe ad evertendum, & conſtringendum Salvatorem, qui

† Hoc eſt, ad Romanum Pontificem tunc exiſtentem, non ad Gregorium qui longe poſt ſextam Synodum vixit, qui loquendi modus alias ſæpe uſurpatus invenitur a Romanis Pontificibus.

Ironia.

† Laurata dicebantur imagines Imperatorum in provincias mitti ſolitæ.

qui appellatur Antiphonetæ, ubi & miracula multa fiunt, inventæ ſunt illic mulieres zelo ſuccenſæ, & illarum æmulæ, quæ unguenta ferebant, quæ Spatharocandidatum
7. orarunt: Ne, obſecramus, ne hoc facias, ajebant. Ille vero preces earum non admittens, erecta ſcala conſcendit: cumque ter ſecuri faciem imaginis Salvatoris percuſſiſſet, hoc videntes mulieres, & iniquum illud facinus non ferentes, attracta ſcala fuſtibus conciſum illic necarunt. Tum tu mali æmulator, miſſis ſatellitibus, mulieres neſcio quot illic occidiſti, aſtantibus utilibus viris Romanis, & ex Francia, ex Vvandalis, ex Mauritania, ex Gotthia, & ut generatim dicam, ex toto interiori Occidente. Cum autem adveniſſent, & in ſuis regionibus ſinguli juvenilia tua, puerilia que facta narraſſent: tunc projecta laurata tua conculcarunt, & faciem tuam conciderunt, ac delectu habito Longobardi, & Sarmatæ, cæterique, qui ad Septentrionem habitant, miſeram Decapolim incurſionibus infeſtarunt, ipſamque metropolim Ravennam occuparunt, & ejectis magiſtratibus tuis, proprios conſtituere magiſtratus; & vicinas nobis ſedes Regias, ipſamque Romam ſic tractare ſtatuerunt, cum tu nos defendere minime poſſis. Et hæc ob imprudentiam, ac ſtultitiam ſuſtinuiſti. At enim nos perterrefacis, aiſque: Romam mittam, & imaginem ſancti Petri confringam, ſed & Gregorium illinc Pontificem vinctum adduci curabo, ſicut Martinum *
* Conſtantius. Conſtantinus adduci juſſit. Scire autem debes, ac pro certo habere, Pontifices, qui pro
8. tempore Romæ extiterint conciliandæ pacis cauſa, ſedere tamquam parietem integerrimum, ſeptumque medianum Orientis & Occident. ac pacis arbitros & moderatores eſſe: quique ante te fuerunt Imperatores in hoc componendæ pacis certamine deſudarunt. Quod ſi nobis inſolenter inſultes, & minas intentes: non eſt nobis neceſſe tecum in certamen deſcendere; ad quatuor & viginti ſtadia ſecedet in regionem Cam-
9. paniæ Romanus Pontifex: tum tu vade, ventos perſequere. Prædeceſſor noſter Martinus Pontifex ad pacem cohortans ſedebat;
* Conſtantius. idcirco malignus ille * Conſtantinus de fide ſanctæ Trinitatis male ſentiens, & hæreticis Pontificibus proſcriptis adſtipulans, Sergio & Paulo & Pyrrho, miſſis ſatellitibus rapuit illum, & Byzantium tyrannica violentia abduxit, multiſque malis obſeſſum in exilium amandavit. Quin etiam Maximo monacho, & hujus diſcipulo Anaſtaſio mala multa exhibuit, & Lazicam in exilium miſit. At Conſtantinus, qui eos relegarat, interfectus, & in peccato ſuo mortuus eſt. Nezeuaius enim, qui tum Comes obſequii ejus erat, ab epiſcopis Siciliæ certior factus hæreticum eum eſſe; ipſum intus in templo trucidavit, & in peccato ſuo interiit: beatum vero eſſe Martinum teſtatur civitas Cherſonis, in quam relegatus eſt, & Boſphori, totuſque Septentrio, & in-

τῷ ἀντιφωνητῇ, ὅπου καὶ πολλὰ θαύματα γίγνονται, εὑρέθησαν ἐκεῖ γυναῖκες ζηλωταί τινες, καὶ μυροφόροι, παρεκάλεσαν τὸν Σπαθαροκανδιδάτον· μὴ, καὶ μὴ, λέγουσαι, ποίησον τοῦτο. ὁ δὲ μὴ δεξάμενος τὴν παράκλησιν αὐτῶν, στήσας τὴν κλίμακα, ἀνῆλθε, καὶ τρεῖς τύψας μετὰ τῆς ἀξίνης εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ χαρακτῆρος τοῦ σωτῆρος, ἰδοῦσαι αἱ γυναῖκες, καὶ μὴ φέρουσαι τὴν παρανομίαν, συρράσασαι τὴν κλίμακα, καὶ ἀποτυμπανίσασαι αὐτὸν, ἐκεῖ τὸν μόρον αὐτοῦ ἐποιήσαντο. σὺ δὲ ὁ ζηλωτὴς τοῦ κακοῦ, πέμψας, οὐκ οἶδα, πόσας γυναῖκας ἐφόνευσας ἐκεῖσε, παρεστηκότων ἀνθρώπων ἐντίμων ἀπὸ Ρώμης, ἀπὸ Φραγγίας, ἀπὸ Οὐανδάλων, ἀπὸ Μαυριτανίας, ἀπὸ Γοτθίας, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀπὸ πάσης τῆς ἐσωτέρας δύσεως. ὅταν δὲ ἦλθον, καὶ ἐξηγήσαντο, ἕκαστος πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν τὰ κατορθώματά σου, καὶ παιδικὰ ἔργα, τότε ῥίψαντες τὰ λαυράτα σου, καὶ κατεπάτησαν, καὶ ἀνασκαριφὸν τοῦ προσώπου σου ἐποιήσαντο, καὶ στρατολογήσαντες οἱ Λογγίβαρδοι, καὶ οἱ Σαρμάται, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἐκεῖσε, οἱ κατὰ τὸν Βορρᾶν, κατέδραμον τὴν ἐλεεινὴν Δεκάπολιν, καὶ αὐτὴν τὴν μητρόπολιν Ραβέννης παρέλαβον, καὶ τοὺς ἄρχοντάς σου ἐδίωξαν, καὶ ἰδίους ἄρχοντας κατέστησαν, καὶ βούλονται καὶ τὰ προσεγγίζοντα ἡμῖν βασίλεια, καὶ τὴν Ρώμην οὕτω ποιῆσαι, σοῦ μὴ δυναμένου ἡμᾶς ἐκδικῆσαι. καὶ ταῦτα ἀπὸ ἀνοησίας, καὶ ἀφρασιώνης ἔπαθες. ἐκφοβεῖς δὲ ἡμᾶς, καὶ λέγεις· ὅτι ἀποστελῶ ἐν Ρώμῃ, καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου τὴν εἰκόνα κατακλάσω. ἀλλὰ καὶ Γρηγόριον τὸν ἐκεῖσε ἀρχιερέα, δεδεμένον ἀνακομίσαι, καθὼς Κωνσταντῖνος Μαρτῖνον ἐποίησε, καὶ ὀφείλεις γνῶναι, καὶ πληροφορηθῆναι, ὅτι οἱ ἀρχιερεῖς οἱ κατὰ καιρὸν ἐν Ρώμῃ διὰ τὴν εἰρήνην καθέζονται, τῆς ἀνατολῆς, καὶ τῆς δύσεως μεσότοιχον, καὶ μεσόφραγμα τυγχάνοντες, τὴν εἰρήνην βραβεύουσι. καὶ οἱ πρό σου βασιλεῖς τοῦτον εἶχον τὸν ἀγῶνα τῆς εἰρήνης. ἐὰν γὰρ σοβαρεύῃ, καθὼς λέγεις, καὶ ἀπειλὰς ἡμῖν ὑποβάλλῃς, οὐκ ἔχομεν ἀνάγκην μετὰ σοῦ παλαιῶσαι. εἰκοσιτέσσαρα στάδια ὑποχωρήσει ὁ ἀρχιερεὺς Ρώμης εἰς τὴν χώραν Καμπανίας, καὶ ὕπαγε, δίωξον τοὺς ἀνέμους. ὁ πρὸ ἡμῶν ἀρχιερεὺς Μαρτῖνος διὰ τὴν εἰρήνην ἐκαθέζετο παρακαλῶν· διὰ τοῦτο ὁ κακόφρων ἐκεῖνος Κωνσταντῖνος ὁ βεβλαμμένος εἰς τὰ δόγματα τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ συμπαρελθὼν τοῖς τότε αἱρετικοῖς ἀρχιερεῦσι τοῖς προγεγραμμένοις, Σεργίῳ, καὶ Παύλῳ, καὶ Πύῤῥῳ, πέμψας, καὶ ἁρπάξας, τυραννικῇ ἀνάγκῃ αὐτὸν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ πολλοῖς ἀδικήσας αὐτὸν κακοῖς ἐξώρισεν. ἀλλὰ καὶ εἰς Μάξιμον τὸν μονάζοντα, καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Ἀναστάσιον, πολλὰ κακὰ ἐνεδείξατο, καὶ εἰς ἐξορίας ἔπεμψεν ἐν Λαζικῇ. καὶ Κωνσταντῖνος ὁ ἐξορίσας αὐτοὺς ἐσφάγη, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπέθανε· Νιζάξιος γὰρ ὁ τότε κόμης τῆς πομπῆς αὐτοῦ πληροφορηθεὶς ἐκ τῶν Σικελίας ἐπισκόπων, ὅτι αἱρετικός ἐστιν, ἔσω εἰς τὸ ἱερὸν τὸν μόρον αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἐτελεύτησε. τὸν δὲ μακάριον Μαρτῖνον μαρτυρεῖ ἡ πόλις, ἐν ᾗ ἐξωρίσθη, Χερσῶνος, καὶ

Βοσπόρου, καὶ ὅλος ὁ Βοῤῥᾶς, καὶ οἱ οἰκήτορες τοῦ Βοῤῥᾶ, εἰς τὸ μνῆμα αὐτοῦ κατατρέχοντες, καὶ τὰς ἰάσεις λαμβάνοντες. ἀξιοῖ καὶ ἡμᾶς κύριος τὴν ὁδὸν Μαρτίνου παρελθεῖν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν θέλομεν ζῆσαι, καὶ ἐπιζῆσαι. ὅτι πᾶσα ἡ δύσις εἰς τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν ἀποβλέπει· εἰ οὐκ ἡμεῖς τοιοῦτοι, ἀλλ' ὅμως μεγάλην πίστιν ἔχουσιν εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς ὃν ἐπαγγέλλῃ καταλῦσαι, καὶ ἀφανίσαι τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἁγίου Πέτρου, ὃν αἱ πᾶσαι βασιλεῖαι τῆς δύσεως θεὸν ἐπίγειον ἔχουσι. καὶ εἰ τοῦτο πειράσεις δοκιμάσαι, ὄντως ἑτοίμως ἔχουσιν οἱ τῆς δύσεως, καὶ τὰς ἀνατολικὰς, ὡς ἠδίκησας. ἀλλὰ παρακαλοῦμέν σε διὰ τὸν κύριον, ἀπόστρεψον ἐκ τῶν νεωτερικῶν σου, καὶ παιδικῶν ἔργων. οἶδας, ὅτι τὴν Ῥώμην τὸ βασίλειόν σου ἐκδικῆσαι οὐ δύναται, εἰ μὴ μόνον τὴν πόλιν διὰ τὴν προσπαρακειμένην αὐτῇ θάλασσαν, καὶ τὰ πλοῖα· ὡς προείπομεν γὰρ, εἰ εἰκοσιτέσσαρα στάδια ἐξέλθῃ ὁ πάπας ἀπὸ Ῥώμης, οὐδὲν φροντίζει σου. ἓν θλιβόμεθα, ὅτι οἱ ἄγριοι, καὶ βάρβαροι, ἥμεροι ἐγένοντο, καὶ σὺ ὁ ἥμερος, ἄγριος, καὶ ἀνήμερος. πᾶσα ἡ δύσις καρποφορίας πίστεως προσφέρει τῷ ἁγίῳ κορυφαίῳ, καὶ εἰ πέμψῃς τινὰς ἐπὶ καταλύσει τῆς εἰκόνος τοῦ ἁγίου Πέτρου, βλέπε, προμαρτυρόμεθά σοι, ἀθῷοι ἡμεῖς τῶν αἱμάτων ἐσμὲν, ὧν μέλλουσιν ἐκχέειν. εἰς δὲ τὸν τράχηλόν σου, καὶ εἰς τὴν κεφαλήν σου ταῦτα. ἀρτίως γὰρ ἐδεξάμεθα καὶ παράκλησιν ἀπὸ τῆς ἐσωτέρας δύσεως τοῦ λεγομένου Σεπτέτου, ποθοῦντος τὸ πρόσωπον ἡμῶν χάριτι Θεοῦ, ἵνα τῷ δώσωμεν τὸ ἅγιον βάπτισμα, τὰ ἐκεῖ παραδῶσαι. καὶ ἵνα μὴ τῆς ἀμελείας, καὶ τῆς ῥᾳθυμίας ὑμῶν λόγον μέλλομεν ἀπαιτεῖσθαι, ἐπὶ τὴν ὁδὸν παρασκευαζόμεθα· ὁ δὲ Θεὸς βάλῃ εἰς τὴν καρδίαν σου τὸν φόβον αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψῃ σε εἰς τὴν ἀλήθειαν, ἐξ ὧν περ κακῶς ἐπήνεγκας εἰς τὸν κόσμον, καὶ δέξωμαί σου τὰ γράμματα παρ' αὐτὰ τὴν τῆς ἐπιστροφῆς σου ἡμῖν ὑπογράφοντα δήλωσιν. ὁ δὲ Θεὸς ὁ κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς ἁγίας παρθένου τῆς Θεοτόκου διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, ἐνοικήσῃ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἀποδιώξῃ ἐν τάχει τοὺς εἰσοικοῦντάς σοι, καὶ τὰ σκάνδαλα εἰσάγοντας, καὶ τὴν εἰρήνην δωρήσηται τῇ πάντων Χριστιανῶν ἐκκλησίᾳ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

colæ Septentrionis, qui ad monumentum ejus accurrunt, & curationes accipiunt. Atque utinam Dei munere nobis contingat, ut per Martini viam incedamus, tametſi ob plebis utilitatem vivere volumus & ſupervivere quandoquidem Occidens univerſus ad humilitatem noſtram convertit oculos: ac licet tales non ſimus nos, illi tamen magnopere nobis confidunt, & in eum, cujus denuntias te imaginem everſurum atque deleturum, ſancti, ſcilicet Petri, quem omnia Occidentis regna velut Deum terreſtrem habent. Quod ſi hoc velis experiri, plane parati ſunt Occidentales ulciſci etiam Orientales, quos injuriis affeciſti. Verumtamen per Dominum te obſecramus, a juvenilibus ac puerilibus factis avertere. Scis Romam ulciſci imperium tuum non poſſe, niſi forte ſolam urbem propter adjacens illi mare ac navigia. Ut enim ante diximus, ſi ad quatuor & viginti ſtadia Roma fuerit egreſſus Papa, nihil tuas minas extimeſcit. Unum eſt quod nos male habet, quod agreſtes & barbari manſueti fiant, & tu manſuetus contra agreſtis, & ferus. Totus Occidens ſancto Principi Apoſtolorum fidei fructus offert. Quod ſi quoſpiam ad evertendam imaginem miſeris ſancti Petri, vide, proteſtamur tibi, innocentes ſumus a ſanguine, quem fuſuri ſunt; verum in cervices tuas, & in caput tuum iſta recident. Nuper ſiquidem ab interiori Occidente preces illius, quem Septetum appellant, accepimus, qui vultum expetit noſtrum Dei gratia, & ut ad impartiendum ei ſanctum baptiſma illuc proficiſcamur: ac ne ſocordiæ negligentiæque noſtræ ratio nobis reddenda ſit, ad iter nos accingimus. Deus autem timorem ſuum in cor tuum immittat, & te ad veritatem convertat ab iis, quæ in mundum perperam invexiſti, tuaſque literas quamprimum accipiam; quæ nobis tuam annuntient converſionem. At is, qui de cœlis deſcendit Deus & in uterum ſacræ Virginis Dei genitricis propter noſtram ſalutem intravit, inhabitet in corde tuo, citoque abigat eos, qui te inhabitant, & ſcandala invehunt; pacemque cunctorum Chriſtianorum Eccleſiis largiatur in ſæcula ſæculorum. Amen.

Occidentalium fides.

De Rege converſo baptizari a Papa petente.

Qui hanc invenit & in Latinum tranſtulit Gregorii epiſtolam, eamdem his notationibus locupletatam ad nos Romam miſit Ducaus Fronto.

1. Gregorii Dialogi. Hadrianus Pontifex in epiſtola ad Conſtantinum Irenes filium teſtatur, Gregorium II. & ejus ſucceſſorem Gregorium III. ad Leonem Iſauricum de Imaginibus ſcripſiſſe. Reperitur hæc epiſtola act. 2. Synodi II. Nicænæ, cujus inter alia hæc verba ſunt. Qua de cauſa in magnam tribulationem uterque Gregorius Romani Pontifices per ea tempora ſanctiſſimi conjecti ſunt: ſæpius etiam proavum veſtræ ſerenitatis admonuerunt, ne fineret venerandas Imagines de ſtatu ſuo dejici. Sed hanc ſecundi potius, quam tertii eſſe epiſtolam, ut credamus ſuadent, quæ ſuo tempore geſta narrat Pontifex, ut inter cætera illud de Ravenna a Longobardis occupata, & quod Dialogus hic auctor cognominetur; nam & hoc ſecundo Gregorio cognomen tribuit Cedrenus ad annum x. Leonis. Rumæ autem Gregorius Apoſtolicus vir & Petri Apoſtolorum cory-

phæi aſſeſſor, qui ob ſuas lucubrationes Dialogi cognomen adeptus eſt, a Leone ob ejus impietatem defecit, & pacto cum Francis inito, tributa Leoni denegavit, Anaſtaſium ac ſocios anathemate feriit, Imperatoremque multis epiſtolis, & a multis lectis, manifeſto redarguit. Et Theophanes, qui falſo inſcribitur Paulus Diaconus lib. 21. anno 1x. Imperii ſui cœpit impius Imperator Leo contra ſanctas & venerandas Imagines facere verbum. Quod cum didiciſſet Gregorius Papa Romanus, tributa Romanæ urbis prohibuit & Italiæ, ſcribens ad Leonem epiſtolam dogmaticam, non oportere Imperatorem de Fide facere verbum, & novitate violare antiqua dogmata Eccleſiæ Catholicæ, quæ a ſanctis Patribus ſunt prædicata. Idem legimus in libro Pontificali, unde Trithemius in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis hunc Gregorium virum doctum ac ſanctiſſimum tradit plena eruditionis ſcripſiſſe quædam opuſcula.

Ad interrogata Juſtiniani reſponſionum lib. 1.

Contra Leonem Aug. lib. 1.

Ad Joannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum lib. 1.

Epiſtolarum ad diverſos lib. 1.

Moritur anno Domini 731. Indict. 14. 3. Id. Februar.

Minus ergo mirum ſi Græcus ſive interpres ſive librarius, qui hanc exſcripſit epiſtolam, Gregorio cognomen Dialogi addidit, cum Cedrenus ipſe memoria lapſus id egerit. Nam Gregorii illius Magni hoc eſſe cognomen apud Græcos, ex quo Zacharias Pontifex ejus dialogos in Græcum ſermonem convertit, conſtat ex Græcis, Damaſceno in orat. de fidelibus defunctis, Euthymio, & Euchologio Græcorum cap. 96. & Latino Sigeberto ad annum Chriſti 605. ut nimirum a Thaumaturgo, Nazianzeno, Nyſſenoque diſtinguatur. Certe ejuſdem Interpretis imperitiæ tribuendum cenſeo, quod multa hic ἀνακόλουθα, nec ſatis cohærentia reperiantur. Qualecumque tamen opuſculum ſtudio conſervandæ antiquitatis vulgamus ex Illuſtriſs. Cardinalis Caroli a Lotharingia Rhemenſis Archiepiſcopi bibliotheca exſcriptum, anno MDXC. quæ in monaſterio S. Remigii Rhemis ſervatur.

2. Ex prima tribu Dan. Hic error ſubeſt, ita forte tollendus, τῆς πρώτης φυλῆς, καὶ τῆς τοῦ Δὰν, ex prima tribu & Dan. Legimus enim Exodi 31. Beſeleel fuiſſe de tribu Juda, quæ propter imperium ei delatum prima hic dici poteſt videri; & Ooliab, qui Eliab ſeptuaginta Græcis, de tribu Dan. Loci etiam ſcripturæ quæ ſequuntur, non tam ad verbum, quam ad ſenſum citantur.

3. Non latria, ſed habitudine. Sic locum Nicephori Conſtantinopolit. ex ejus Orthodoxo citatum vertit Turrianus noſter lib. 1. pro Canonibus Apoſtol. cap. 25. Cum Chriſtus initio prædicatus eſt, cum ea prædicatione conjuncta erat σχετικῶς, ideſt, habitudine prædicatio ejus imaginis: & ut non adoratur imago propter ſe, ſed propter prototypum: ſic non eſt dicendum adorari eam abſolute, ſed σχετικῶς, ideſt relate: & ut purpura & Imperator ea indutus unum faciunt habitu, ſic imago & prototypum ejus unum faciunt σχέσει, ideſt, habitudine. In ſententiis etiam Patrum de imaginibus, quas Lutetiæ edidit G. Morelius, 1562. pag. 10. Ἡ μὲν τοῦ Χριστοῦ λατρευτικὴ προσκύνησις, καὶ φυσικὴ, ἡ δὲ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ, σχετικὴ ἡ προσκύνησις, καὶ ὁμωνυμική. Quæ ſic redduntur ab interprete Euthymii Panopliæ tit. 19. In ipſo Chriſto eſt adoratio latriæ & naturalis: in imagine vero Chriſti eſt relativa & æquivoca. Vide Fran. Suarez. in 3. part. S. Thomæ, diſputat. 44. ſect. 4.

4. Ac ſi quidem imago. Horum ſimilia ſunt illa in eiſdem ſententiis de imaginibus pag. 16. καὶ εἰ μὲν ἐστιν εἰκὼν τοῦ κυρίου, λέγομεν, κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, &c. Porro quæ proxime ſequuntur verba Leonis, cum inani arrogantia conjunctum habent inſigne μνημονικὸν ἁμάρτημα. Non enim Ozias Rex ſerpentem æneum confregit, ſed ejus nepos Ezechias, ut eſt 4. Reg. 18. v. 4. niſi forte alicunde didicerat Oziam e templo eduxiſſe ſerpentem æneum, Ezechiam confregiſſe: quale & illud eſt quod ſubjicit de Davide, in templum ſive tabernaculum illum introducente Gregorius, quod opinor, ex ſacris litteris non conſtat: præterea nondum elapſi erant anni octingenti ab exordio legis Evangelicæ: nam ut notat Cedrenus Græcus hiſtoricus, Leonis filius Conſtantinus imperare cœpit anno mundi 6236. ab incarnatione Domini 739.

5. Improbum illum Epheſium. In mſ. erat τοῦ ἀθεωτάτου μωροῦ Ἐφεσίου; ac ſiquidem μωροῦ legiſſem, improbum ſtultumque vertiſſem; ſed veriſimilius eſt nomen hic deſiderari τοῦ Θεοδοσίου Ἐφεσίου, Theodoſii Epheſi Epiſcopi, qui a conſiliis erat Conſtantino Copronymo, & ut hinc conſtat, Leoni patri. Cedrenus anno 13. Copronymi, κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἀθέσμως συνέδριον τλη'. ἐπισκόπων συνέλεξεν, ὧν ἐξῆρχε Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Ἀψιμάρου ὁ Ἐφέσου, καὶ Πάστιλλας ὁ Πέργης. Quæ apud Theophanem, quem dicunt Paulum Diaconum, ex interpretatione Anaſtaſii Bibliothecarii ſic Latine efferuntur: Contra ſanctas imagines concilium iniquum triginta octo Epiſcoporum (Cedreno CCCXXXVIII.) congregavit, quorum primi erant Epheſinus filius Abſimari, & Paſtillas Pergenſis. Sed addendum eſt, Theodoſius Epheſinus, nam & in vii. Synodo Act. 1. in confeſſione Baſilii Ancy-

tyrani dicitur falſum conciliabulum congregatum, cui præfuit Theodoſius Epheſinus Epiſcop. Siſinnius item Pergæ cognomine Paſtillas. Idem teſtatur & Zonaras.

6. Idcirco etiam Laurata. Vocem Græcam retinuimus, cum interprete veteri Synodi ſeptimæ, ut quidem citatur a Franciſc. Balduino in lib. 3. Optati ſub finem: Lauratis & iconibus, quæ mittuntur ad civitates, vel regiones, obviam adeunt populi cum cereis & incenſis, non cera perfuſam tabulam, ſed Imperatorem honorantes. Quæ verba citata eſſe arbitror ab Hadriano Papa in epiſtola ad Conſtantinum Actione 2. Synodi VII. ex ſermone in quintam diem Paſchæ. Nam tum regiæ figuræ & imagines in civitates inferuntur. Et rurſus Act. 4. ex orat. in pelvim. Sic apud Gregorium lib. 11. Regiſtri epiſt. 1. Cum veniſſet icon Phocæ & Leontiæ, acclamatum eſt eis; & iconem Gregorius juſſit in oratorio S. Cæſarii reponi. Extat lex Theodoſii lib. 11. tit. 5. Cod. Theod. de imaginibus Imperatoriis.

7. Jovinum Spatharocandidatum. Narratur hoc ipſum a Paulo Diacono lib. 21. Miſcellæ (ita Theophanes verus auctor inſcribitur) ubi quoſdam regios homines occiſos ait, Dei deponentes icona, quæ ſuper magnam portam æneam poſita cernebatur, & in vita S. Stephani junioris nuper a doctiſſimo Billio edita una cum operibus Damaſceni. Cæterum Spatharum Cedrenus eſſe Romanis corporis cuſtodem docet par. 139. σπαθάριος ὁ σωματοφύλαξ, & apud eumdem πρωτοσπαθάριος. Spatharorum princeps Sergius anno I. Leonis appellatur, & a Curopalate inter magiſtratus Imperatoriæ aulæ numeratur, qui & Imperatoris τὸ σπάθιον, id eſt, enſem geſtaſſe Principem genere proximum ſcribit. Meminit & Paulus Diaconus pro Theophane inſcriptus, lib. 22. inter nomina magiſtratuum quorumdam Theophylacti Candidati anno 25. Conſtantini Copronymi. Luithprandus Ticinenſis lib. 6. cap. 5. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathororum, Spathariorum, Candidatorum, & id genus clientum. Ex utroque genere magiſtratus hoc Spatharocandidati forte coaluit.

8. Sicut Martinum Conſtantinus. Paulus Diaconus Conſtantem ſcribit lib. 18. nepotem Heraclii Indict. 8. anno Imperii ſui nono S. Martinum & Maximum apud Cherſonam & alia climata relegaſſe, quod Monothelitarum erroribus non faverent. Idem Cedrenus anno ejus 10. accidiſſe vult. Sed Conſtantinum hic appellat Gregorius quemadmodum & Ado Viennenſis in Chronico anno 641. & catalogus Imperatorum Orientis Græcus, quem alii Conſtantem dicunt. Variant etiam auctores in nomine exprimendo percuſſoris ejus, quem Zonaras & Cedrenus Μιζίζιον Ἀρμένιον, Mizizium Armenium, tranſlator Theophanis qui aſſeritur Paulus Diaconus, Mirium, Conſtantinus Manaſſes in hiſtoria ſua politicis verſibus ſcripta καὶ τυραννεῖ Μιξίζιος ἀνὴρ ἐκ Σικελίας, Gregorius hic Nezeuxium dicit. Librariorum culpa fortaſſe nomen barbarum immutatum eſt, vel interpretis Græci, qui & hic forte pro balneo τὸ ἱερὸν ſcripſit: nam alii omnes in balneo, non in templo Conſtantem necatum aſſerunt, aut aliter fando auditum Romæ fuit.

9. Ventos perſequere. Alludit ad illud Eccleſiaſtici 34. 2. ὡς ὁ δρασσόμενος σκιᾶς, καὶ διώκων ἄνεμον. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventos, ſic qui intendit inſomniis. Simile illud ex profanis. Ἀνέμους γεωργεῖς, Ventos colis, in eos, qui e ſuis laboribus nihil fructus reportant, & ex Clementis I. Stromate profertur, quod eſt Prov. 10. 4. Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos, idem autem ſequitur aves volantes.

Sed jam videamus poſteriorem, & fortaſſe noviſſimam ipſius Gregorii ad eumdem Leonem epiſtolam, tanto Pontifice revera dignam, eodem quoque anno haud diu poſt priorem nuper recitatam ab ipſo conſcriptam, ut ex iis, quæ prope finem ipſius habentur, intelligi poteſt. Sic enim ſe habet.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ

ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ

Περὶ τῶν ἁγίων Εἰκόνων πρὸς Λέοντα βασιλέα τὸν Ἴσαυρον ἐπιστολὴ δευτέρα.

Τὰ γράμματα τῆς ὑμετέρας θεοφρουρήτου βασιλείας, καὶ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητος, ἐδεξάμεθα διὰ Ῥουφίνου τοῦ πρέσβεως ὑμῶν, καὶ πάνυ ἀπέγνων τῆς ἐμῆς ζωῆς, ὅτι οὐ μετέγνως, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς κακοῖς ἐμμένεις, μὴ φρονῶν τὰ

Sancti Patris noſtri

GREGORII DIALOGI

PAPÆ ROMANI

De ſacris Imaginibus ad Leonem Iſaurum Imperatorem epiſtola ſecunda.

Accepimus veſtri a Deo conſervati Imperii, atque in Chriſto fraternitatis litteras per Ruffinum Legatum veſtrum delatas; meque prorſus vitæ meæ tæduit, quod ſententiam non mutaris, ſed in

In eiſdem malis perſeveres, nec ea, quæ Chriſti ſunt, ſapias, ut ſanctos ac celebres miraculorum effectores Patres noſtros ac doctores ſecteris & imiteris. Neque vero ſimpliciter doctores peregrinos profero, ſed eos tantum, qui ex urbe ac regione tua prodierunt. Num ſapientiores ſunt Gregorio miraculorum effectore, Gregorio Nyſſeno, Gregorio Theologo, Baſilio Cappadociæ, & Joanne Chryſoſtomo? ne infinita millia SS. illis ſimilium ac Deo plenorum Patrum doctorumque noſtrorum commemorem. Sed obſequutus es pervicaci animo tuo ac domeſticis perturbationibus, & ſcripſiſti: Imperator ſum & ſacerdos. Enimvero qui ante te fuerunt Imperatores, hoc opere ac ſermone demonſtrarunt, qui condiderunt, & curam geſſerunt Eccleſiarum una cum Pontificibus cupiditate zeloque incenſi, recteque Fidei veritatem perveſtigantes, Conſtantinus magnus, Theodoſius magnus, Valentinianus magnus, & Conſtantinus Juſtiniani pater, qui ſextæ Synodo interfuit. Imperatores iſti religioſe imperarunt, & cum Pontificibus uno conſilio ac ſententia Synodos congregantes, atque veritatem dogmatum perquirentes, ſanctas Eccleſias conſtituerunt & ornarunt. Hi ſunt † ſacerdotes, & Imperatores, qui id opere demonſtrarunt: tu vero, ex quo Imperium occupaſti, definitiones patrum perpetuo non cuſtodiſti; ſed cum ſanctas Eccleſias fimbriatis aureis veſtibus conveſtitas, & variegatas inveniſſes, eas ornatu privaſti, atque vaſtaſti. Quid enim noſtræ ſunt Eccleſiæ? nonne res manufactæ, lapides, ligna, paleæ, lutum & calx? verum picturis hiſtoriiſque miraculorum a ſanctis editorum, & Chriſti paſſionum, ac ſanctæ glorioſæ Matris ipſius, ſanctorumque Apoſtolorum exornatæ ſunt: & in hiſtorias, ac picturas homines facultates ſuas inſumunt, & pueros parvulos nuper baptizatos in ulnis ſuis tenentes, itemque florentes ætate juvenes, & ex gentibus diverſis profectos viri ac mulieres indicatis digito hiſtoriis eos ædificant, eorumque mentes & corda ſurſum ad Deum erigunt. At tu ab his abſtinere juſtos humiles populos in otioſis ſermonibus, nugis, citharis, crepitaculis, tibiis, & tricis occupaſti, & pro gratiarum actione ac celebratione ad fabulas illos traduxiſti: hæreditatem cum illis habeto, & cum iis, qui inutilia fabulantur, & inſcitias blaterant. Audi humilitatem noſtram, Imperator, ceſſa, & ſanctam Eccleſiam ſequere, prout inveniſti, atque accepiſti. Non ſunt Imperatorum dogmata, ſed Pontificum (a); quoniam Chriſti ſenſum nos habemus; alia eſt Eccleſiaſticarum conſtitutionum inſtitutio, & alius ſenſus ſæcularium in adminiſtrationibus ſæculi; militarem ac ineptum, quem habes ſenſum, & craſſum, in ſpiritalibus dogmatum adminiſtrationibus habere non potes. Et ecce tibi palatii, & Eccleſiarum ſcribo diſcrimen, Imperatorum, & Pontificum: agnoſce il-

† Sic Sacerdotes Imperatores hos nominat, quod zelo ſacerdotali inſurrexerunt adverſus hæretic. Cæterum idem auctor inferius pluſquam ſatis demonſtrat abſurdum eſſe, ut Imperatores immiſceant ſe Fidei dogmatibus decidendis, cum id munus ad ſacerdotem tantum ſpectet.

(a) 1. Cor. 2.

τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀκόλουθον, καὶ μιμητὴν γενέσθαι σε τῶν ἁγίων, καὶ ἐνδόξων θαυματουργῶν ἡμῶν πατέρων, καὶ διδασκάλων. καὶ ἁπλῶς οὐ περιφέρω ξένους διδασκάλους, εἰ μὴ τοὺς τῆς πόλεώς σου, καὶ τῆς χώρας σου· ἄρα φρονιμώτεροί εἰσι Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ Γρηγορίου Νυσσαέως, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Βασιλείου Καππαδοκίας, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου; ἵνα μὴ γράψω τῶν μυρίων μυριάδων τῶν ὁμοίων ἐκείνοις ἁγίων, καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν, καὶ διδασκάλων. ἀλλ᾽ ἐξηκολούθησας τῷ πείσματι, καὶ τοῖς οἰκείοις σου πάθεσι, καὶ ἔγραψας· ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεύς εἰμι. καὶ τοῦτο οἱ πρὸ σοῦ βασιλεῖς ἔδειξαν ἔργῳ καὶ λόγῳ, οἱ κτισάμενοι, καὶ φροντίσαντες τῶν ἐκκλησιῶν, ἅμα τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐκζητήσαντες πόθῳ, καὶ ζήλῳ τῆς ὀρθοδοξίας τὴν ἀλήθειαν, Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, καὶ Θεοδόσιος ὁ μέγας, καὶ Οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας, καὶ Κωνσταντῖνος, ὁ Ἰουστινιανοῦ πατὴρ, ὁ τῆς ἕκτης συνόδου. οὗτοι οἱ βασιλεῖς θεοπρεπῶς ἐβασίλευσαν μετὰ τῶν ἀρχιερέων, μιᾷ βουλῇ, καὶ γνώμῃ, τὰς συνόδους συναθροίσαντες, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν δογμάτων ἐκζητήσαντες, τὰς ἁγίας ἐκκλησίας συνεστήσαντο, καὶ κατεκόσμησαν. οὗτοι εἰσὶν ἱερεῖς, καὶ βασιλεῖς, οἵτινες ἐν τῷ ἔργῳ ἐπεδείξαντο· σὺ δὲ ἀφ᾽ οὗ ἐπελάβου τῆς βασιλείας, οὐκ ἐφύλαξας εἰς τέλος τοὺς ὅρους τῶν πατέρων, ἀλλ᾽ εὑρὼν τὰς ἁγίας ἐκκλησίας ἐν χρυσαῖς κλωσσαῖς ἀμφιβεβλημένας, πεποικιλμένας, ἀπεκόσμησας, καὶ ἠρήμωσας. τί γάρ εἰσιν αἱ ἐκκλησίαι ἡμῶν; οὐχὶ χειροποίητα, λίθοι, ξύλα, καὶ ἄχυρα, καὶ πηλὸς, καὶ ἄσβεστος; ἀλλ᾽ ἐκοσμήθησαν διὰ τῆς ζωγραφίας, καὶ ἱστορίας τῶν θαυμάτων τῶν ἁγίων, καὶ παθημάτων τοῦ κυρίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου αὐτοῦ μητρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. εἰς τὰς ἱστορίας, καὶ ζωγραφίας καταναλίσκουσιν οἱ ἄνθρωποι τὰς οὐσίας αὐτῶν· καὶ διαβαστάζοντες οἱ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτῶν τὰ νεοφώτιστα μικρὰ παιδία, καὶ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ νέους, καὶ τοὺς ἐλθόντας ἐκ τῶν ἐθνῶν, δακτύλῳ δεικνύοντες τὰς ἱστορίας, ὥστε αὐτοὺς οἰκοδομοῦσι, καὶ τὸν νοῦν, καὶ τὰς καρδίας ἄνω πρὸς τὸν Θεὸν ἀναφέρουσι. σὺ δὲ παύσας ἐκ τούτου τὸν πτωχὸν λαὸν, ἐσχόλησας αὐτοὺς εἰς ἀργολογίας, καὶ ὕθλους, καὶ κιθάρας, καὶ κροτάλιά τε, καὶ αὐλοὺς, καὶ λήρους, καὶ ἀντὶ εὐχαριστίας, καὶ δοξολογίας εἰς μύθους αὐτοὺς ἐνέβαλες. ἔχε τὴν κληρονομίαν μετ᾽ αὐτῶν καὶ μετὰ τῶν ἀργολογούντων, καὶ ἀπαιδευσίας λαλούντων. ἄκουσον τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, βασιλεῦ, καὶ παῦσαι, καὶ ἀκολούθησον τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, καθὼς εὗρες, καὶ παρέλαβες. οὐκ εἰσὶ τὰ δόγματα τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τῶν ἀρχιερέων, ὅτι ἡμεῖς νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. ἄλλη παίδευσις τῶν ἐκκλησιαστικῶν διαταγμάτων, καὶ ἄλλος νοῦς τῶν κοσμικῶν εἰς τὰς διοικήσεις τοῦ κόσμου. τὸν πολεμικὸν, καὶ σκαιὸν νοῦν, ὃν ἔχεις καὶ παχὺν, εἰς τὰς πνευματικὰς τῶν δογμάτων διοικήσεις ἔχειν οὐ δύνασαι. καὶ γράφω σοι τὰς διαφορὰς τοῦ παλατίου, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν βα-

ϭιλέως, καὶ ἀρχιερέων· καὶ σύγνωθι, καὶ σώθητι, καὶ μὴ φιλονείκει. ἐάν τις ἄρῃ ἐκ σοῦ τὰς βασιλικὰς ἐσθῆτας, τὴν πορφύραν, τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς, τὴν ἁλουργίδα, τὰς τάξεις τῶν πομπῶν, ὅπως μέλλεις θεωρεῖσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἄσχημος, καὶ ἄμορφος, καὶ οὐδαμινός· καθὼς κατέστησας τὰς ἐκκλησίας· ὅπερ γὰρ οὐκ ἔχεις σύ, τὰς ἁγίας ἐκκλησίας ἀπεκόσμησας, καὶ ἀμόρφους κατέστησας· ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ ἀρχιερεὺς ἐγκύψαι εἰς τὸ παλάτιον, καὶ προβαλέσθαι ἀξίας βασιλικάς, οὕτως οὔτε ὁ βασιλεὺς ἐγκύψαι εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ ψήφους ποιεῖσθαι ἐν τῷ κλήρῳ, οὔτε ἁγιάζειν, καὶ χειρίζειν τὰ σύμβολα τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἀλλ' οὔτε μεταλαμβάνειν χωρὶς ἱερέως· ἀλλ' ἕκαστος ἡμῶν ἐν ᾗ κλήσει ἐκλήθη ὑπὸ Θεοῦ, ἐν ταύτῃ μενέτω. Βλέπεις, Βασιλεῦ, τὰς διαφορὰς τῶν τε ἀρχιερέων, καὶ βασιλέων; ἐάν τις ἁμαρτήσῃ σοι, βασιλεῦ, δημεύεις τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ γυμνοῖς, ἐάσας ἔχειν τὴν ψυχήν, καὶ τέλος κρεμάννυεις ἢ ἀπάγχεις, ἢ ἀποκεφαλίζεις, ἢ ἐξορίζεις, καὶ ἀλλοδαπὸν αὐτὸν ποιεῖς τῶν τέκνων, καὶ πάντων τῶν συγγενῶν, καὶ φίλων αὐτοῦ. οἱ ἀρχιερεῖς οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὅπου ἁμάρτῃ τις, καὶ ἐξομολογήσηται, ἀντὶ τῆς ἀγχόνης, καὶ τοῦ ἀποκεφαλισμοῦ περιτιθέασιν εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸν σταυρόν, καὶ φυλακίζουσιν αὐτὸν εἰς τὰ κειμηλιαρχεῖα, καὶ ἐν τὰ διακονικὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξορίζουσιν αὐτόν, καὶ εἰς τὰ κατηχούμενα, καὶ νηστείαν εἰς τὰ ἔντερα, καὶ ὡς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀγρυπνίαν, καὶ δοξολογίαν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐμποιοῦσι. καὶ ὅτε καλῶς παιδεύσωσι, καὶ καλῶς λιμαγχονήσωσι, προσβάλλουσιν αὐτῷ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου, καὶ τὸ ἅγιον αἷμα ποτίζουσιν αὐτόν, καὶ ἀποκαταστήσαντες αὐτὸν σκεῦος ἐκλογῆς, καὶ ἀναμάρτητον, οὕτως αὐτὸν προπέμπουσι καθαρόν, καὶ ἄμωμον πρὸς Κύριον. βλέπεις, βασιλεῦ, τὰς διαφορὰς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν βασιλειῶν; οἱ βασιλεῖς, οἱ εὐσεβεῖς, καὶ ἐν Χριστῷ ζήσαντες, τοὺς ἀρχιερεῖς τῶν ἐκκλησιῶν οὔτε παρήκουσαν, οὔτε ἔθλιψαν. σύ, βασιλεῦ, παραβὰς, καὶ διαστρέψας, καὶ ἰδιοχείρως γράψας, καὶ ὑποβαλὼν αὐτόν, καὶ ὁμολογήσας, ὅτι ὁ κινῶν ὅρια πατέρων, ἐπικατάρατος, ἔνθα αὐτοκατάκριτος γέγονας, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπεχώρισας ἀπὸ σοῦ. τιμωρεῖς, καὶ τυραννεῖς ἡμᾶς στρατιωτικῷ, καὶ σαρκικῇ χειρί. ἡμεῖς ἄοπλοι, καὶ γυμνοί, μὴ ἔχοντες στρατόπεδα ἐπίγεια σαρκικά, ἐπικαλούμεθα τὸν ἀρχιστράτηγον πάσης κτίσεως, τὸν ἐν οὐρανοῖς καθήμενον Χριστόν, τὸν ἐπάνω τῶν στρατιῶν τῶν ἄνω δυνάμεων· ἵνα πέμψῃ σοι δαίμονα, καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. βλέπεις, βασιλεῦ, εἰς ποίαν ἀναίδειαν, καὶ ἀπανθρωπίαν ἐξώκειλας σεαυτόν, τὴν ψυχήν σου εἰς βάραθρα, καὶ κρημνοὺς ἐπέβαλες, διὰ τὸ μὴ θέλειν σε ταπεινωθῆναι, καὶ ὑποκλῖναι τὸν σκληρόν σου τράχηλον. ὅταν γὰρ οἱ ἀρχιερεῖς τοὺς βασιλεῖς διὰ νουθεσίας καλῆς, καὶ διδασκαλίας, τῷ

lud, & ſalvare, nec contentioſus eſto. Si quis a te regia indumenta, purpuram, diadema capitis, trabeam abſtulerit, & obſequii ordines: futurum eſt, at ab hominibus turpis, deformis, & abjectus habearis: quem in ſtatum Eccleſias redegiſti: quod enim ipſe non habes, ſanctas Eccleſias ornatu privaſti, deformeſque reddidiſti. Nam quemadmodum Pontifex introſpiciendi in palatium poteſtatem non habet, ac dignitates regias deferendi, ſic neque Imperator in Eccleſias introſpiciendi, & electiones in clero peragendi, neque conſecrandi, vel ſymbola ſanctorum * Sacramentorum adminiſtrandi, ſed neque participandi abſque opera ſacerdotis (a). Sed unuſquiſque noſtrum, in qua vocatione vocatus eſt a Deo, in ea maneat. Vides, Imperator, Pontificum & Imperatorum diſcrimen? Si quiſpiam te offenderit, domum ejus publicas, & ſpolias, ſolam illi vitam relinquens, tandemque illum etiam vel ſuſpendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque longe a liberis, & ab omnibus cognatis & amicis ſuis amandas. Pontifices non ita; ſed ubi peccarit quis, & confeſſus fuerit, ſuſpendii vel amputationis capitis loco, Evangelium & crucem ejus cervicibus circumponunt, eumque tamquam in carcerem in ſecretaria, ſacrorumque vaſorum æraria coniiciunt, in Eccleſiæ diaconia & in Cathecumena ablegant, ac viſceribus eorum jejunium, oculiſque vigilias, & laudationem ori ejus indicunt. Cumque * probe caſtigarint, probeque fame afflixerunt, tum pretioſum illi Domini corpus impartiunt, & ſancto illum ſanguine potant: & cum illum vas electionis reſtituerint, ac immunem peccati, ſic ad Dominum, purum inſontemque tranſmittunt. Vides Imperator Eccleſiarum Imperiorumque diſcrimen? Imperatores, qui pie, & in Chriſto vixerunt, Eccleſiarum Pontificibus obedire minime recuſarunt, nec eos vexarunt: tu vero, Imperator, cum tranſgreſſus fueris, ac perverſus evaſeris, & manu propria ſubſcripſeris, teipſum ſubiiciens, & confeſſus fueris, eum, qui terminos patrum tollit, execrabilem eſſe; in hoc proprio judicio condemnatus es, ac Spiritum ſanctum a te alienaſti. Perſequeris nos, ac tyrannice vexas, militari, carnalique manu. Nos inermes ac nudi qui terrenos & carnales exercitus non habemus, invocamus Principem exercitus omnis creaturæ ſedentem in cœlis, Chriſtum, qui eſt ſuper omnes exercitus ſupernarum virtutum, ut immittat tibi dæmonem, ſicut ait Apoſtolus (b): Tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit. Vides Imperator quo impudentiæ atque inhumanitatis teipſum provexeris? animam tuam in barathra & prærupta loca præcipitem egiſti, quod humiliari nolueris duramque cervicem tuam ſubmittere. Nam ubi præclara commonitione adhibita, & doctrina Pontifices

Deo

* myſteriorum

(a) 1. Cor. 7.

* egregie

(b) 1. Cor. 5.

Deo exhibuerint Imperatores irreprehenſibiles, & mundos a peccatis ac delictis: magnam apud eum laudem & gloriam obtinent in ſanctam reſurrectionem magnam, quo tempore res noſtras occultas, opera noſtra in lucem prolaturus eſt in confuſionem noſtram coram Angelis ſuis. Tum vero futurum eſt, ut nos humiles erubeſcamus, quod te propter inobedientiam tuam lucrati non fuerimus, cum illi, qui ante nos fuerunt Pontifices, eos quis ſuis temporibus imperarunt, Deo obtulerint; quod nobis humilibus pudorem incutiet, qui temporum noſtrorum Imperatorem non offeramus glorioſum & celebrem, ſed * ignominioſum & adulterinum. Ecce nunc quoque te hortamur, pœnitentiam age, & convertere, atque ad veritatem ingredere: ſicut inveniſti, & accepiſti, cuſtodi. Honore affice, & glorifica ſanctos, & glorioſos Patres noſtros ac doctores, qui cæcitatem a cordibus oculiſque noſtris ſecundum Deum diſpulerunt, iiſque viſum reſtituerunt. At enim ſcripſiſti: Qui fit, ut in ſex Conciliis de imaginibus nihil ſit dictum? Enimvero, Imperator, ne de pane quidem, & aqua dictum eſt quidquam, ſit ne comedendum, an non comedendum; bibendum, an non bibendum; quando quidem hæc antiquitus, & a principio ad vitæ humanæ conſervationem habes tradita: ſic etiam imagines traditæ fuerant, ipſique Pontifices imagines ad Concilia deferebant, nec ullus ex Chriſti amantibus, ac religioſis hominibus iter peragens, abſque imaginibus peregrinationes obibat, utpote qui virtute præditi, atque apud Deum probi eſſent. Hortamur te, ut ſis Pontifex, & Imperator, prout ante ſcripſiſti. Quod ſi te pudeat, hoc tibi ipſi tamquam Imperatori tribuere: ad regiones omnes, quibus ſcandalo fuiſti, ſcribe, Gregorium Papam Romanum circa Imagines errare, itemque Germanum Conſtantinopolitanum Patriarcham; & nos culpam peccati recipimus, utpote qui poteſtatem a Domino acceperimus & auctoritatem terrena cæleſtiaque ſolvendi ac ligandi; teque ab hac cura quietum præſtabimus: neque voluiſti, neque vis: nos, ut rationem Chriſto domino reddituri, monita atque documenta tibi adhibuimus, prout a Domino edocti ſumus: at tu refugiſti, atque obedire nobis humilibus recuſaſti, ſimulque Germano Præſuli, & ſanctis, atque glorioſis miraculorum effectoribus, & doctoribus Patribus noſtris, & ſequutus perverſos, pravoſque dogmatum magiſtros, qui a veritate aberrant. Habeto partem cum illis: nos, prout ante ſcripſimus tibi, viam ingredimur Dei benignitate in extremas Occidentis regiones verſus illos, qui ſanctum baptiſma efflagitant. Cum enim illuc Epiſcopos miſiſſem, & ſanctæ Eccleſiæ noſtræ clericos; nondum adducti ſunt, ut capita ſua inclinarent & baptizarentur eorum Principes, quod exoptent, ut eorum ſim ſuſceptor. Hac de cauſa nos

* infamia notatum.

Abſque imaginibus ſacris non peregrinabantur Patres.

Ironia

Θεῷ προσηνέγκασιν ἀμέμπτους, καὶ καθαροὺς τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ πλημμελημάτων, μέγαν ἔπαινον, καὶ δόξαν ἔχουσι παρ' αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν μεγάλην ἀνάστασιν, ὅταν μέλλῃ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἔργα φανερῶσαι, εἰς αἰσχύνην ἡμῶν ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ μέλλομεν αἰσχυνθῆναι, ὅτι διὰ τῆς παρακοῆς σου οὐκ ἐκερδήσαμέν σε. ὅσοι οἱ πρὸ ἡμῶν ἀρχιερεῖς οἱ κατὰ τοὺς ἰδίους καιροὺς τοὺς βασιλεύσαντας προσφέρουσι τῷ Θεῷ εἰς αἰσχύνην ἡμῶν τῶν ταπεινῶν· ὅτι οὐ προσφέρομεν τὸν τῶν ἡμετέρων καιρῶν βασιλέα ἔντιμον, καὶ ἔνδοξον, ἀλλ' ἄτιμον, καὶ παρακεχαραγμένον. ἰδοὺ καὶ νῦν παρακαλοῦμέν σε, μετανόησον, καὶ ἐπίστρεψον, καὶ εἴσελθε εἰς τὴν ἀλήθειαν, καὶ καθὼς εὗρες, καὶ παρέλαβες, φύλαξον· καὶ τίμησον, καὶ δόξασον τοὺς ἁγίους, καὶ ἐνδόξους πατέρας ἡμῶν, καὶ διδασκάλους οἵτινες κατὰ Θεὸν τὰς τυφλώσεις τῶν καρδιῶν, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν, διώρθωσαν, καὶ ἀνέβλεψαν. ἔγραψας δὲ, ὅτι διὰ τί εἰς τὰς ἓξ συνόδους οὐδὲν ἐρρέθη περὶ τῶν εἰκόνων; ἀληθῶς, βασιλεῦ, ὅτι οὐδὲ περὶ ἄρτου, καὶ ὕδατος οὐδὲν ἐρρέθη, φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν, πιεῖν, ἢ μὴ πιεῖν· ὅτι ταῦτα ἔχεις ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς, παραδεδομένα εἰς ζωὴν τῶν ἀνθρώπων· οὕτω καὶ αἱ εἰκόνες παραδεδομέναι ἦσαν, καὶ αὐτοὶ εἰς τὰς συνόδους οἱ ἀρχιερεῖς ἐπεφέροντο τὰς εἰκόνας· καὶ οὐδεὶς φιλόχριστος, καὶ φιλόθεος ἄνθρωπος, χωρὶς εἰκόνων τὰς πορείας ἐποιοῦντο, ὡς ἐνάρετοι, καὶ καλοὶ τῷ Θεῷ. Παρακαλοῦμέν σε. γενοῦ ἀρχιερεὺς, καὶ βασιλεὺς καθὼς προέγραψας. εἰ δὲ τοῦτο ἐρυθριᾷς ὁ βασιλεὺς αἰτιολογῆσαι ἑαυτὸν, γράψον εἰς πάσας, τὰς χώρας οἷας ἐσκανδάλισας, ὅτι Γρηγόριος ὁ πάπας Ῥώμης ἐσφάλη περὶ τῶν εἰκόνων, καὶ Γερμανὸς ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἡμεῖς ἀναδεχόμεθα τὸ σφάλμα τῆς ἁμαρτίας, ὡς λαβόντες παρὰ κυρίου τὴν ἐξουσίαν, καὶ αὐθεντίαν λύειν, καὶ δεσμεῖν τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ ἐπουράνια. καὶ σὲ ἀμέριμνον ποιοῦμεν· οὐκ ἠθέλησας, καὶ οὐ θέλεις. ἡμεῖς, ὡς λόγον ἀποδώσοντες τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, τὰς νουθεσίας, καὶ διδασκαλίας παρεθέμεθά σοι, καθὼς καὶ ἐδιδάχθημεν ὑπὸ τοῦ κυρίου· καὶ ἀπέφυγες, καὶ παρῄτησας ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς, καὶ Γερμανοῦ τοῦ προέδρου, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ ἐνδόξων θαυματουργῶν, καὶ διδασκάλων πατέρων ἡμῶν, καὶ ἠκολούθησας διεστραμμένους, καὶ σαθροὺς τῶν δογμάτων τῆς ἀληθείας ἐσφαλμένους. ἔχε τὴν μερίδα μετ' αὐτῶν. ἡμεῖς, καθὼς προεγράψαμέν σοι, ἐπιστάμεθα χάριτι Θεοῦ τὴν ὁδὸν ἐπὶ τὴν ἐσωτέραν χώραν τῆς δύσεως τοῖς τὸ ἅγιον βάπτισμα ἐπιζητοῦσι. καὶ γὰρ ἀποστείλαντός μου ἐκεῖσε ἐπισκόπους, καὶ τῆς ἁγίας ἡμῶν ἐκκλησίας κληρικοὺς, οὔπω κατεδέξαντο ἐγκλῖναι τὰς κεφαλὰς, καὶ φωτισθῆναι, οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, ἐμὲ ἐπιζητοῦντες γενέσθαι αὐτῶν ἀνάδοχον. διὰ τοῦτο ἐπιστάμεθα Θεοῦ χάριτι τὴν ὁδὸν, ἵνα μὴ τῆς κατανύξεως, καὶ τῆς ἀμελείας ἡμῶν λόγον ἀποδῶμεν. ὁ Θεὸς δώῃ σοι σύνεσιν, καὶ μετάνοιαν εἰς ἐπιστροφὴν τῆς ἀληθείας, ὅθεν ἐξέφυγες, καὶ ἀποσκοτίσει τὰ-

Dei

ἀπὸ τοῖς ταπεινοῖς λαοῖς εἰς ἕνα ποιμένα τὸν Χριστὸν, καὶ εἰς μίαν ποίμνην τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησιῶν, καὶ ἱερέων, καὶ τὴν εἰρήνην ὁ κύριος, καὶ Θεὸς ἡμῶν παράσχοι πάσῃ οἰκουμένῃ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ad viam Dei benignitate accingimus, ne forte damnationis, & incuriæ noſtræ rationem reddamus. Det tibi Deus prudentiam, ac pœnitentiam, ut ad veritatem convertaris, a qua deſciviſti; rurſuſque reſtituat humilibus populis in unum paſtorem Chriſtum, & in unum ovile Orthodoxarum Eccleſiarum, ac Præſulum, & pacem Dominus Deus noſter præbeat univerſo terrarum orbi nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

XXXI. Hactenus Gregorii poſterior epiſtola nunc primum in lucem edita. In qua, ſicut in priori dum Gregorius meminit de ejus profectione ad baptizandos Principes recens ad fidem converſos, putamus intelligendum de Saxonum Principibus, viris primariis per S. Bonifacium ad fidem converſis; verum non ut animo diſpoſuerat, proficiſci ab Urbe contigit, Deo aliter diſponente, quod de (a) 2. Cor. 1. ſe quoque Paulus excuſat (a), quod promiſſum non impleverit. Sed antequam reliqua proſequamur, hic Græcorum corrigendus error de his, quæ ad Gregorii cognomentum ſpectant, cum a Græcis antiquis ſcriptoribus paſſim Dialogus nuncupatus inveniatur, ex quibus etiam id reperimus ad Latinos pariter derivatum: & aliquando occaſio fuit, ut & nos cum illis in errorem traduceremur. Cæterum ubi legi Gennadium Scholarium virum doctiſſimum, ſenſi in uno omnium Græcorum errorem, quod ſcilicet Græci primum Gregorium cum ſecundo confundant, dum utrique, quaſi uni Gregorio, Dialogi cognomentum adſcribunt. Nam ipſe Gennadius in expoſitione pro Concilio (b) Florentino hæc habet: *Gregorius magnus Dialogus impietatem eorum, qui imagines oppugnant, anathemati ſubjecit.* Hæc cum non niſi de Gregorio ſecundo intelligi poſſint: ſatis perſpectum habetur, hoc loco ab ipſo Gregorium ſecundum cognominatum eſſe Dialogum. Verum cum idem auctor eodem libro ſæpe ſuperius Gregorium ſeniorem ejus nominis primum nominet etiam cognomento Dialogum, cum & dialogorum ejus (c) nonnulla citat: manifeſtum eſt, ipſum ſicut & alios id profitentes, delectum habendum penitus ignoraſſe, quo primum Gregorium a ſecundo diſtingueret: revera tamen per Gregorium Dialogum, Gregorium Magnum, qui dialogos ſcripſit, ſignificare voluiſſe videtur.

(b) Genn. id. cap. 5. Sect. 16.

(c) Genn. eod. cap. 5. Sect. 36.

XXXII. Legati Pontificis in exilium miſſi. Cæterum ipſe Gregorius Papa non ſolum litteras dedit, quas legiſti ad Imperatorem, ſed & legatos miſit, per quos, ſi licuiſſet, ejus animum demulceret. Verum ferus barbarus contra jus Gentium eoſdem legatos detruſos in carcerem damnavit exilio, ubi & eos mori coegit. Teſtantur hæc litteræ Nicolai Romani Pontificis, ad Michaelem Imperatorem, quibus exprobrans Orientalium Imperatorum adverſus Romanam Eccleſiam perpetrata flagitia, poſt alia ſubdit: *Sub Papa Gregorio factum eſt, qui poſt ſextam Synodum fuit, quando pro zelo Dei, & ſanctarum imaginum reverentia religioſi viri ac Dei famuli directi, in exilium miſſi ſunt, & bona confeſſione hujuſmodi finierunt vitam.* Hæc ipſe.

XXXIII. Jam vero quæ molitus ſit adverſus ipſum Gregorium Leo Imper. ubi litteras ipſius accepit, in medium adducamus.

Prima conjuratio in Gregorium Pap. His tamquam ſtimulis cruentatus Imperator animo illud decrevit, ut omnino ſanctum Pontificem neci traderet; omnemque ad hoc perpetrandum adhibens fraudem, dolis omnia miſcens, nec ſemel tantum, ſed iterum atque iterum pertentavit, prout ex iis, quæ Anaſtaſius tradit, poteris intelligere, qui ait: *Poſt aliquod tempus Baſilius Dux, Jordanus Chartularius, & Joannes ſubdiaconus cognomento Lurion inierunt conſilium, ut Pon-*

PAGIUS X. *Furit Leo adverſus Gregorium II.* A num. XXXII. ad XL. Quæ narrat hic Baronius a Leone Imp. adverſus Gregorium II. poſt laudatas literas geſta, contigere, poſtquam Pontifex laudatas duas literas ſcripſit, ideoque poſt hunc annum. Vitæ Sancti Pontificis ſæpius per ſuos Exarchos, Duces, alioſque Miniſtris inſidiatus eſt Imperator; ſed pro illius defenſione Romani & Langobardi pie fœderati, ipſum conjunctis viribus ab eorum dolis ac inſultibus incolumem ſervavere: *Una ſe quaſi fratres, catena fidei conſtrinxerunt Romani atque Langobardi, deſiderantes cuncti mortem pro defenſione Pontificis ſuſtinere glorioſam, nunquam illum paſſuri perferre moleſtiam, pro fide vera & Chriſtianorum certantes ſalute*, inquit Anaſtaſius. Pontifex vero, ut ſubdit idem Anaſtaſius, *gratias voluntati populi referens pro mentis propoſito: blande omnes ſermone, ut bonis in Deum proficerent actibus, & fide perſiſterent, rogabat; & ne deſiſterent ab amore & fide Romani Imperii admonebat. Sic cunctorum corda molliebat, & dolores continuos mitigabat.* Imperator infenſus erat Gregorio II. non ſolum ob novas opiniones, quas hic rejiciebat; ſed etiam quod novum cenſum agi in Romana Provincia non pateretur, indeque eum per *Marinum* Spatharium Ducem Romanorum, deinde vero per *Paulum* Patricium & Exarchum interfici curavit: *Paulus vero Exarchus*, inquit Anaſtaſius *Imperatoris juſſione, eumdem Pontificem conabatur interficere, eo quod cenſum in Provincia ponere præpediebat.* Erat cenſus ille capita-

tio

Pontificem interficerent, quorum aſſenſum Mauritius Spatharius Imperialis, qui Romanum Ducatum tenebat, regia miſſus urbe, Imperatore mandante, hoc probavit, ſed tempus invenire non potuerunt. Qui Dei judicio diſſolutus contractus eſt, & ſic Roma receſſit. Hæc breviter Anaſtaſius. Fuit iſta prima conjuratio per miniſtros regios provocata, quibuſcum etiam alter Judas ſubdiaconus conſpirarat; ſecundam autem conjurationem hoc modo ſe habuiſſe, idem Anaſtaſius tradit:

XXXIV. Secunda conjuratio in Gregor. Pap. *Poſtmodum Paulus Patricius, & Exarchus miſſus in Italiam eſt. Qui denuo, iidem qui ſupra conjurati, ut ſcelus perficerent, meditabantur, quorum conſilium Romanis patefactum eſt. Qui moti cuncti Jordanem interfecerunt, & Joannem Lurionem ſubdiaconum; Baſilius vero monachus factus, in loco, in quem retraſus, vitam finivit.* Hactenus ſecunda conjuratio, quæ detecta, Romanorum armis fuit extincta. Egregium ſane ſpecimen amoris & obſervantiæ erga communem omnium patrem, peculiarem vero ſuum ipſorum parentem Romani tunc edidere, cum pro ſalute Pontificis adverſus regios magiſtratus, ipſius Imperatoris auctoritate pollentes inſurrexere, committentes eo facto ſe, ſua, ſuoſque diſcrimini. Quod vero audiſti Baſilium Ducem detruſum in monaſterium illic vitam finiiſſe: ſcito hunc Ducum illorum, qui ab Imperatoribus Romam mitti ſolerent ad curandam Urbem, & ad eam ſpectantes civitates, fuiſſe noviſſimum, defiiſſeque penitus Duces Urbis, curamque omnium in omnibus recidiſſe in ſummum Pontificem. Sed poſt duas recenſitas adverſus Gregorium Papam conjurationes, audi adhuc tertium machinamentum, quod Anaſtaſius mox ſubdit his verbis.

XXXV. *Paulus vero Exarchus Imperatoris juſſione eumdem Pontificem conabatur interficere, eo quod cenſum in provincia ponere præpediebat, & cogitaret ipſe Imperator ſuis opibus Eccleſias denudare, atque alium Pontificem in ejus ordinare locum.* Vides detegi mentem ſacrilegi Imperatoris inhiantis, ut vidimus, ad Eccleſiæ ſacra vaſa diripienda, eo prætextu, quod eſſent ſacris imaginibus ornata, eademque (ut fecerat Conſtantinopoli) quaſi nefaria inde auferret, & in fiſcalem arcam inferret. Subdit vero Anaſtaſius: *Poſt hunc Spatharius cum juſſionibus miſſus eſt alter, ut Pontifex a ſua ſede amoveretur. Denuo & Paulus Patricius Exarchus ad perficiendum tale ſcelus, quos ſeducere potuit, ex Ravenna cum ſuo Comite, atque ex caſtris aliquos miſit. Sed motis Romanis, atque undique Longobardis pro defenſione Pontificis, in Salario ponte Spoletini, aliique hinc inde Duces Longobardorum, circumdantes Romanorum fines hoc præpediebant.* Vidiſti miraculum: Longobardi, qui infeſtare Romanam Urbem numquam deſiere, tempore præſertim Gregorii Magni Romani Pontificis (ut viſum eſt ſuperius) iidem omnes modo adverſus Exarchum pro Pontifice divino inſurgunt impulſu. Tertia conſpiratio in Roman. Pont.

XXXVI. Vani redditi conatus Imp. in Rom. Pont. At quid poſt hæc Imperator? toties ne perficeret quod tentabat a Deo repulſus: venenum latens in ſtomaco, quod pararat in perniciem fidelium omnium, tandem palam foras evomuit, rugitumque emittens ſuum, quid ageret, quidve tentaret, efficit penitus manifeſtum; cum videlicet edictum adverſus ſacras imagines, quod promulgarat in Oriente, miſit in Occidentem: de quo Anaſtaſium audi: *Juſſionibus itaque poſtmodum miſſis, decreverat Imperator, ut in nulla Eccleſia imago cujuſlibet ſancti, aut martyris, aut Angeli haberetur (maledicta enim omnia aſſerebat) ac ſi acquieſceret Pontifex, gratiam Imperatoris haberet, & ſi hoc fieri præpediret, a ſuo gradu diſcederet.* Quidnam his auditis Gregorius? Ubi pro religione certamen eſſe cognovit, alacriori animo deſcendit in prœlium, ipſique fortius toto conatu reſtitit, omnes ubique excitans Chriſtianos pro legitimis ad mortem uſque certare: ſcriptiſque Apoſtolicis litteris, quibus profanum & ſacrilegum damnaret edictum, eas longe lateque patentes ubique vul-

PAGIUS tio ei ſimilis quam Siciliæ & Calabriæ indixit; de qua his verbis loquitur Theophanes: *Tributum impoſuit in capita tertiæ partis populorum Siciliæ atque Calabriæ.*

XI. Provinciæ Italiæ ab Imperatore deficiunt. Miſſo deinde Edicto, quo Imagines deiici præcipiebat, Gregorio II. gratiam ſuam pollicetur, ſi nefariæ definitioni ſubſcriberet; alioquin ſuo gradu quantocyus pellendum minatur. Gregorius ſtatim ſe adverſus hoſtilem Principis animum parat, monetque Pentapoleos & Venetiarum exercitus, ut ab ea impietate ſibi caveant: *Igitur permoti Pentapolenſium & Venetiarum exercitus juſſioni Imperatoris reſtiterunt, & nunquam ſe ejus Pontificis condeſcendere neci dicebant; ſed quod pro ejus magis defenſione viriliter decertarent.* Omnium mentes ad Pontificem tuendum inclinatæ, ob Exarchi obſequio deſciſcunt, & delecto ſuo quiſque ſibi Duces præficiunt, ut teſtatur idem Anaſtaſius: *Anathemati Paulum Exarchum, vel qui eum direxerat, ejuſque conſentaneos, ſubmittunt, ſpernentes ordinationem ejus, ſibi omnes ubique in Italia Duces elegerunt, atque ſic de Pontificis deque ſua immunitate cuncti ſtudebant.* Ex eo tempore Ducem Romana Provincia, quemadmodum, & cæteræ, ſuo arbitratu, ideſt, Procerum delectu, habuit; qui eodem jure uteretur in adminiſtranda Republica, quo Duces ab Imperatore miſſi. Voluerunt Itali in apertam defectionem erumpere, & novum Principem creare. Sed Pontifex interceſſit, & hortatu Luitprandi Regis Langobardorum in amicitiam re-

vulgavit, quibus veluti claſſico cælitus audito, omnes excitati fideles adverſus impium Legiſlatorem protinus inſurrexere tanto animo, ut fuerint ab ipſo Pontifice cohibendi, ne torrentis inſtar influerent in Orientem ad exturbandum tyrannicum Imperatorem. Nam audi Anaſtaſium.

XXXVII. Itali reſiſtunt Imp. *Deſpiciens ergo vir pius profanam Principis juſſionem; jam contra Imperatorem, quaſi contra hoſtem ſe armavit, renuens hæreſim ejus; & ſcribens ubique cavere Chriſtianos, quæ orta fuiſſet, impietatem. Igitur permoti Pentapolenſium, & Venetiarum exercitus, juſſioni Imperatoris reſtiterunt: & numquam ſe ejus Pontificis condeſcendere neci dicebant; ſed quod pro ejus magis defenſione viriliter decertarent*. Iſta ingenti, præſtantique animo Veneti, licet terra marique eſſent proximi Imperatori, a quo deleri timere potuiſſent, ſi adhuc viribus haud adeo fortes, pro Pontifice certamen inire adverſus ipſum aliquo modo præſumerent. Sed ubi pro religione ſcirent eſſe certamen, cuncta ei poſthabenda merito cenſuerunt. Sic enim crevere Reſpublicæ, cum religionem cæteris omnibus prætulere: excidere vero, cum in eis religio contempta elanguit. Unanimes igitur omnes Italiæ populi, tam barbari, quam Aborigines, licet mutuo ſemper inter ſe bella gerere indefeſſo ſtudio conſueverint: uno omnes religionis vinculo colligati adverſus Imperatorem accincti ſunt armis, deteſtati in primis Exarchum, per quem tale impius Imperator in Italia promulgari curaſſet edictum, quem & anathemati ipſe Pontifex ſubjeciſſet: nam Anaſtaſius de eo:

Religio Reip. incrementum.

Ita ut anathemati Paulum Exarchum, qui illud edictum direxerat, ejuſque conſentaneos ſubmitteret, ſperantes ejus ordinationem: ibique omnes in Italia more eligerent. Atque ſic de Pontificis, deque ſua immunitate cuncti ſtuduerunt. Cognita ergo Imperatoris nequitia, omnis Italia conſilium iniit, ut ſibi eligerent Imperatorem, & ducerent Conſtantinopolim. Sed compeſcuit tale conſilium Pontifex, ſperans converſionem Principis.

XXXVIII. Ita cum quidem Pontifex, quo oſtenderet quam longe abeſſet, ut tyrannice rem ageret, ſed potius paterne cuncta præſtaret: & nihil magis antiquius eſſe ſibi, quam ut Occidentale Imperium conſervaret integrum Imperatori, ipſumque ad fidem Catholicam revocatum (ut erat antea) omnium efficeret liberum poſſeſſorem. Verum ſicut huic nihil magis in optatis erat, quam ipſius conſulere ſaluti; ita & Imperatori nihil magis in animo fixum, quam ipſum Gregorium neci tradere: nam quid jam quarto per ſuos adverſus eum molitus ſit, per eumdem Anaſtaſium ſic accipe.

Exarchus iterum contra Pontif. agit. *Ipſis interea diebus Exhilaratus Neapolis Dux, deceptus diabolica inſtigatione cum ſuo filio Adriano Campaniæ partes tenuit, ſeducens populum, ut obediret Imperatori, & occideret Pontificem. Tunc Romani omnes eum inſequutè comprehenderunt, & cum ſuo filio occiderunt: poſt hæc & Petrum Ducem, dicentes turbati, quod contra Pontificem quoque ſcripſiſſet. Igitur diſſenſione facta in partibus Ravennæ, aliis conſentientes pravitati Imperatoris, alii cum Pontifice, & ejus fidelibus tenentes, inter eos contentione mota, Paulum Patricium Exarchum occiderunt. Longobardis vero Æmiliæ caſtra, [1]......., Moncella, ª Venafrum cum ſuis oppidis, Buxo, præ.....Pentapolis quoque cum Auximana civitate ſe tradiderunt*. Hæc tanta parturiit nova hæreſis damna Imperatori, ut cum ipſo jam penitus totius Occidentalis Imperii dominio ſpoliaret,

ª Locus corruptus.

cum

NOTÆ [1] Quæ Anaſtaſii verba protulit Baronius, nimirum: *Longobardis vero Æmiliæ caſtra ....* &c. corrupta eſſe, ad oram adnotavit. Quæ autem exinde Anaſtaſii editiones ſecutæ ſunt, habent: *Langobardis vero Æmilia caſtra Feronianus*; alii Codices: *Feronianus, Montebelli, Verablum*; in nonnullis Codicibus: *Veraubulum cum ſuis oppidis Buxo*: in aliquibus: *cum ſuis oppidis Ronomia, & Permiſſeta*, aliis: *Perſiceta, Pentapolis quoque* &c. ut in editis. Georgius

PAGIUS rediit cum Eutychio Exarcho, eique ſuam auctoritatem, teſte Anaſtaſio, reſtituit in Romana Civitate: *Cognita Imperatoris nequitia omnis Italia conſilium iniit, ut ſibi eligeret Imperatorem, & Conſtantinopolim duceret. Sed compeſcuit tale conſilium Pontifex, ſperans converſionem Principis*. Infra: *Ne deſiſterent ab amore vel fide Romani Imperii admonebat*.

XII. Hujus Rebellionis auctorem fuiſſe Gregorius. Hiſtorici quidem Græci, Theophanes eumque ſecuti Zonaras, & Cedrenus ſcribunt *Gregorium* II. Romam atque Italiam, cæteraſque Occidentis Provincias ab obedientia Imperioque Leonis abduxiſſe. Verum Anaſtaſius, & Paulus Diaconus, ut videre eſt apud Baronium num. XXIV. & ſeqq. verius aſſerunt, eum populos in officio & in fide Imperio debita continuiſſe. Quare ut recte Marca lib. 3. de Concordia cap. 11. exiſtimandum eſt, ex hæreſi a Gregorio damnata occaſionem quidem ſumpſiſſe Italos pellendorum Ducum ab Imperatore conſtitutorum, & vectigalium retinendorum; ſed ille tantum abfuit a rebellione fovenda, ut Exarchum in integrum reſtituerit. Græci vero Scriptores, quæ diverſis temporibus accidere, velut in unam faſcem congeſſere, eamque totam ad Gregorium II. retulere; licet ejus origo tantum inde peti debeat, præterquamquod Hiſtorici Græci de rebus in Occidente geſtis plerumque parum edocti.

Ad

cum ille in hoc unum omnes ſuos conatus & ſtudia collocaſſet, ut Gregorium de medio auferret: adverſus quem hæc rurſus jam ſexto loco ponenda ſunt tentata machinamenta, quæ idem Anaſtaſius ita narrat.

XXXIX. Sexta conſpiratio in Gregor. Pap. *Poſt aliquod vero tempus Eutychium patricium eunuchum, qui dudum Exarchus fuerat, Neapolim Imperator miſit, ut illud, quod Exarchus Paulus, Spatharii quoque, & cæteri malorum conſiliatores facere nequiverunt, ille perficeret. Sed nec ſic, jubente Deo, latuit miſerabilis dolus, ſed claruit cunctis peſſimum conſilium, quo Chriſti violare conabitur Eccleſias, & perdere cunctos, & diripere omnia loca. Cumque mitteret hominem proprium Romam cum ſcriptis ſuis, in quibus continebatur, ut Pontifex occideretur cum optimatibus Romanis, agnita crudeliſſima inſania, protinus ipſum Patricium miſſum occidere voluerunt, niſi defenſio Pontificis nimia præpediſſet. Verum eumdem anathematizaverunt Eutychium Exarchum, ſeſeque magni cum parvis conſtringentes ſacramento, numquam Pontificem Chriſtianæ fidei zelotem, & Eccleſiarum defenſorem permittere attari, aut amoveri, ſed mori eſſent pro ſalute illius omnes parati.* At quid tandem ſatellites ſacrilegi Imperatoris? Quod ferro perficere non valerent, auro tentant, ut ex iis intelliges, quæ iſtis ſubiicit Anaſtaſius, ubi ait.

XL. Tentati muneribus Longobardi adverſus Pontificem. *Munera tunc hinc inde Ducibus Longobardorum ſunt miſſa, & Regi pollicens plurima, ut a juvamine deſiſterent Pontificis, per ſuos Legatos Patricius illis ſuadebat. Qui ex ſcriptis deteſtandam viri doloſitatem deſpicientes: una ſe, quaſi fratres, catena fidei conſtrinxerunt Romani, atque Longobardi, deſiderantes cuncti mortem pro defenſione Pontificis ſuſtinere glorioſam, numquam illum paſſuri perferre moleſtiam, pro fide vera & Chriſtianorum certantes ſalute,* ſed quibus adverſus Imperatorem Gregorius Papa ſe potiſſimum defendere armis curarit; idem auctor mox iſta ſubiiciens indicat.

His ita ſe habentibus, elegit majus præſidium pater ille, pauperibus diſtribuere largiſſima manu quæ reperiebat, incumbens orationibus, jejuniis, litaniis, Deum quotidie deprecabatur; ſpeque iſta manebat ſemper ſultus plus quam ab hominibus: Gratias tamen voluntati populi referens pro mentis propoſito blando omnes ſermone, ut bonis in Deum proficerent actibus, & fide perſiſterent, rogabat; & ne deſiſterent ab amore & fide Romani Imperii, admonebat. Sic cunctorum corda molliebat, & dolores continuos mitigabat. Hucuſque Anaſtaſius. Reliqua autem, quæ ſubiicit, ſpectare indicans ad undecimam Indictionem, poſt ſequentem annum ea contigiſſe afferere opus eſt. Sicque ea, quæ hactenus ſunt enarrata, non hoc anno tantum, ſed & ſequenti eſſe peracta noſcuntur.

Sic igitur vides ex his, quæ dicta ſunt, longe diſſimilia a Græcis Latinos de Gregorii Papæ conatu, ac fide ipſius ſcripſiſſe erga Leonem Imperatorem: quem cum fruſtra videret Pontifex ſe laborare, ut ab hæreſi revocaret ad Catholicam fidem, in deterius illo jugiter prolabente, tunc contigit quod ait Zonaras ipſum cum Francis iniiſſe fœdus de quo hæc habes in Appendice (a) ad Gregorium ex auctore ſui temporis reſcribente: *Eo etenim* (inquit *tempore bis a Romana ſede S. Petri Apoſtoli beatus Papa Gregorius claves venerandi ſepulcri cum vinculis S. Petri, & muneribus magnis & infinitis, legationem* (*quod antea nullis auditis, aut viſis temporibus fuit*) *memorato Principi* Carolo ſcilicet Martello *deſtinavit. Eo pacto patrato, ut ad partes Imperatoris * recederet,* veniret ſcilicet, ſi opus eſſet, in Italiam, *& Romanum Conſulatum præfato Principi Carolo ſanciret. Ipſe itaque* XLI.

(a) Append. ad Gregor. Turon. cap. 110.

Gregorius cum Carolo Martello fœdus init.

* accederet

PAGIUS XIII. *Gregorius II. Caroli Martelli opem implorat adverſus Longobardos.* Ad num. XLI. & ſeq. Gregorius II. a Langobardis vexatus *Caroli Martelli* auxilium per literas imploravit, quod unus nos edocet Anaſtaſius in Vita Stephani III. Papæ, ubi ait, hunc Pontificem, cum nihil opis ab Imperatore elicere poſſet adverſus *Aiſtulphum* Langobardorum Regem, exemplo Gregorii II. & Gregorii III. ac Zachariæ Prædeceſſorum ſuorum, qui Caroli Martelli opem oraverant, Stephanum III. a Pippino Rege, per literas auxilium poſtulaſſe: *Et dum ab eo* (ſcilicet Aiſtulpho) *nihil hac de re obtineret, cernens præſertim & ab Imperiali potentia nullum eſſe ſubveniendi auxilium, tunc quemadmodum Prædeceſſores ejus beatæ memoriæ Domnus Gregorius, & Gregorius alius, & Domnus Zacharias Beatiſſimi Pontifices Carolo excellentiſſimæ memoriæ Regi,* (idest Principi) *Francorum direxerunt, petentes ſibi ſubveniri propter oppreſſiones, ac invaſiones, quas & ipſi in hac Romanorum Provincia a nefanda Langobardorum gente perpeſſi ſunt. Ita modo & ipſe Venerabilis Pater divina gratia inſpirante clam per quemdam Peregrinum ſuas miſit literas Pippino Regi Francorum nimio dolore huic Provinciæ inhærenti conſcriptas.* Baronius qui ad iſtum Anaſtaſii locum animum non adverterat, videns Continuatorem Fredegarii, ſeu, ut ipſe eum vocat, Auctorem Appendicis ad Hiſtoriam Gregorii Turonenſis cap. 110. ſcribere: *Eo tempore bis a Roma Sede Sancti Petri Apoſtoli Beatus Papa Gregorius claves venerandi ſepulcri, cum vinculis Sancti Petri & muneribus magnis & infinitis, Legationem, quod antea nullis auditis aut viſis temporibus fuit memorato Principi deſtinavit,* ex illis verbis deduxit, ex duabus his Legationibus alteram a Gregorio II. alteram a Gregorio

Digitized by Google

que princeps mirifico, & magnifico honore ipſam legationem recepit, munera pretioſa contulit, atque cum magnis præmiis cum ſuis ſodalibus miſſis Grimonem Abbatem Corbienſis monaſterii, & Sigibertum recluſum baſilicæ S. Dionyſii martyris Romam ad limina ſancti Petri & ſancti Pauli deſtinavit. Hæc ibi. Quibus declaratur ſancitum inter eos fœdus, ut ſi opus eſſet, in Italiam Carolus ſe conferret, ſuſciperetque pro Romana Eccleſia defenſionem adverſus impugnantem eam Imperatorem, accepturus Conſulatum in Urbe.

XLII. Profuerunt iſta ſaluti totius Italiæ: ſiquidem cum ſancita hæc cum Carolo innotuiſſent Orienti, abſtinuit Imperator inferre in Italiam arma; magni quippe nominis ob ingentes præclaraſque victorias Carolus ubique terrarum erat, utpote quod Saracenos in Aquitaniam irrumpentes ſuperaſſet, atque eorum extincto Rege, ingenti ſtrage eoſdem affeciſſet, ut ſuperiori anno dictum eſſe meminimus. Scitum ſane, prudenſque Gregorii Papæ conſilium, Francorum expetere adverſus perſecutorem Eccleſiæ vires: haud enim ſatis fiduciæ eſſe ſciret in Longobardis ſæpe ſepertis in Romanam Eccleſiam infidelibus; ſed nec ſatis virium erat in Venetis, ut tantæ molis Orientalis Imperii ſe armis obiicerent. In Francis vero erga Romanam Eccleſiam firma fides, atque conſtantia ſæpe cognita, ut Carolum ita ſibi conciliaret, Pontifici ſuaſerunt. Nec irritum fuit votum, & ſpes inanis: ſiquidem ubi tantum innotuit, Carolum ſtudioſum eſſe Romani Pontificis, mox fuit ab e-

jus perſecutione ceſſatum. Sed quid interea in Urbe viſum?

Dum nefarias Orientalis Romani Imperii moderator ſe Catholicæ Eccleſiæ adverſarium publicis profitetur edictis, & Romanam ſibi Eccleſiam ſubiicere ſtudio indefeſſo laborat: Deus ex Orbis finibus, ex Britannia, inquam, Regem in urbem mittit, qui non ſolum Catholicis fidei profeſſione, ſed mundi contemptu, verum ſe fidei Chriſtianæ exhibuit confeſſorem. In hunc annum quidem accidit, quod Beda narrat his (a) verbis: *Abeunte autem Romam Ceadvalla, ſucceſſit in regnum Ina de ſtirpe regia, qui cum triginta & ſeptem annis Imperium tenuiſſet gentis illius, & ipſe relicto regno, ac junioribus commendato, ad limina beatorum Apoſtolorum, Gregorio Pontificatum tenente, profectus eſt, cupiens in vicinia locorum ſanctorum ad tempus peregrinari in terris, quo familiarius a ſanctis recipi mereretur in cœlis. Quod his temporibus plures de gente Anglorum nobiles, ignobileſque laici & clerici, viri ac feminæ certatim facere conſueverunt.* Hæc Beda. XLIII.

(a) Bed. lib. 5. c. 7. in fin.

Peregrinatio frequens ad limina Apoſtolorum.

Sed & ad hæc eadem tempora Gregorii Papæ pariter referenda putamus, quæ de Bavariæ Duce habet Paulus Diaconus verbis iſtis: (b) *His* (inquit) *diebus, Theudo Bajoariorum gentis Dux orationis gratia Romam ad beatorum Apoſtolorum veſtigia venit.* Hæc ipſe, qui & paulo ſuperius ait hujus filiam nomine Guntrudam acceptam in uxorem a Luitprando Rege Longobardorum. Vide miraculum: cum Imperator ſuos ſatellites Romam ſæpe mittit, qui Pon-

(b) Paul. Diac. lib. 6. c. 23. vet. edit. & nov. 44.

PAGIUS rio III. ad Carolum Martellum directam eſſe. Cumque certum ſit Anonymum loqui de duplici Legatione uno eodemque tempore a Gregorio III. ad eumdem Carolum miſſa, ut anno DCCXL. videbimus, hinc factum, ut Viri Eruditi Baronii ſententiam rejecerint, ac ſcripſerint, Gregorium III. primum fuiſſe ex Romanis Pontificibus, qui auxilium Francorum adverſus Eccleſiæ perſecutores exprimere ſtuduerit. Eos in ea ſententia confirmavit, quod Baronius anno DCCXL. num. XIX. opinionem ſuam magis explicans dicat, priorem Legationem non adverſus Longobardos, ſed adverſus hæreticum Imperatorem miſſam eſſe, poſteriorem vero a Gregorio III. directam ad reprimendum Langobardorum furorem; ac præterea ſedente *Gregorio* II. ab eodem *Carolo* reciprocam Legationem miſſam eſſe, non vero ſedente Gregorio III. quod Carolus Martellus poſt ſuſceptam poſtremam Legationem vita functus fuerit.

XIV. *Nullam ad eum Legationem miſit.* Quare cum conſtaret, *Carolum Martellum* poſt ſuſceptos Gregorii III. Legatos viciſſim ſuos ad illum deſtinaſſe, hæc Baronii ſententia ſectatores non habuit. Gregorium tamen II. anno incerto ad Carolum Martellum confugiſſe, laudata Anaſtaſii verba nos dubitare non patiuntur. Ad eum quidem nullam Legationem miſit; cum Continuator Fredegarii laudatus loquens de Legatione a Gregorio III. ad eumdem miſſa, rem novam fuiſſe & inauditam tradat. Sed quemadmodum *Stephanus* III. per occultas literas auxilium a *Pippino* Rege petiit, ut teſtatur Anaſtaſius loco citato, ita & Gregorius Secundus vel clam ad *Carolum Martellum* refugit, vel certe *ejus* ſubſidium, nulla miſſa Legatione, imploravit. Quid tunc inter Gregorium II. & Carolum Martellum conventum fuerit, nullus Antiquorum memoriæ prodidit, ſed *Gregorium* Caroli auxilium expoſciſſe, in dubium revocari non poteſt. Locus Continuatoris Fredegarii a Baronio recitatus ſuo loco a nobis exponetur, anno nempe DCCXL. quo juxta Baronii ordinem de duabus Legationibus a Gregorio III. ad Carolum Martellum miſſis verba faciam.

XV. *Peregrinatio Romana S. Inæ Regis & Theodonis Ducis Bavariæ,* Ad num. XLIII. Hoc circiter anno *S. Ina*, Occidental. Saxonum Rex, qui an. DCLXXXIX. Regnum inierat, *cum triginta & ſeptem annis Imperium tenuiſſet gentis illius*, relicto Regno, *ad limina Beatorum Apoſtolorum Gregorio Pontificatum tenente profectus eſt*, inquit Beda lib. 5. cap. 7. qui eum vocat, *Hun*, cujuſque verba recitat Baronius. *Quantus in Dei rebus fuerit*, inquit Weſtmonaſterienſis, *indicio ſunt leges ad corrigendos mores in populo la-*

tificem neci tradant: mittit Deus Reges, & Duces, qui Romam pietatis ergo venientes poſt Apoſtolos Domnum Apoſtolicum venerentur.

XLIV. Eodem anno contigiſſe ad Deum tranſitum Tobiæ Epiſcopi Rhuſenſis, viri doctrina inſignis, idem qui ſupra auctor eſt Beda, dum ait (*a*) *Anno poſt quem vigeſimum quintum ſcilicet, proximo Tobias Rhufenſis Eccleſiæ Præſul defunctus eſt. Erat enim diſcipulus beatæ memoriæ magiſtrorum Theodori Archiepiſcopi, & Abbatis Hadriani, unde (ut dictum eſt cum eruditione litterarum, vel Eccleſiaſticarum, vel generalium, ita Græcam quoque cum Latina didicit linguam, ut tam notas & familiares ſibi eas, quam nativitatis ſuæ loquelam haberet. Sepultus vero eſt in porticu ſancti Pauli Apoſtoli, quam intra Eccleſiam ſancti Andreæ ſibi ipſi locum fecerat ſepulcri.* Hæc Beda; cujus ſententia liquet Anglos non fidem Catholicam tantum, ſed & bonas litteras a Romana eſſe Eccleſia conſequutos. Scribebat his diebus ipſe Beda hiſtoriam Eccleſiaſticam Anglicanam quam abſolvit anno Redemptoris ſeptingenteſimo trigeſimo primo. Porro hoc tempore cum ſederet Gregorius Pontifex, ad explendos undique numeros diligentis hiſtorici, miſſus eſt Romam Nothelmus presbyter, qui peteret a Gregorio Papa epiſtolas illas ex Archivo Eccleſiæ Romanæ, quæ ad res Anglicanas ſpectare noſcerentur: quas acceptas in Angliam ad Bedam detulit; teſtatus id ipſe in epiſtola nuncupatoria ad Regem Anglorum Ceolulphum, ubi ait: *Nothelmus poſtea Romam veniens, nonnullas ibi beati Gregorii Papæ, & aliorum Pontificum epiſtolas, perſcrutato ejuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſcrinio, permiſſu ejus qui nunc ipſi Eccleſiæ præeſt, Gregorii Pontificis invenit, reverſuſque, nobis noſtræ hiſtoriæ inſerendas cum conſilio prefati Albini reverendiſſimi patris attulit.* Hæc ipſe.

(*a*) Bed. lib. 5. cap. 24.

Obitus Tobiæ Epiſc. Rhofenſis.

Epiſtolæ Pontificum quæſitæ a Beda.

XLV. Ad hujus vero anni finem, jam cœpta decima indictione, ſanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus Romam mittit Denualem presbyterum, cui litteras dedit, quibus de nonnullis ſibi dubiis ipſum Gregorium Romanum Pontificem conſulendum putavit. His acceptis ſanctus Pontifex ad eum reſcribens, ad cuncta reſpondit. Extant ipſæ Gregorii litteræ, ſed male poſitæ ſub Gregorio tertio ſiquidem ex Indictione in ea poſita, hoc anno eſſe ſcriptæ reperiuntur, decimo Kalendas Decembris, decima Indictione, ut in fine ipſarum habetur, quæ ſic ſe habent (*b*).

S. Bonifacius conſulit Apoſtolicam ſedem.

Reverendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Gregorius ſervus ſervorum Dei.

(*b*) In Epiſt. Greg. 3. epiſ. 4.

Deſiderabile mihi a te miſſus Denoal religioſus presbyter, attulit nuncium, cum te ſoſpitem narravit, & in miniſterio, pro quo miſſus es, favente Deo, proficere nuntiavit. Detulit etiam a te miſſas litteras, ubi indicaſti, quod ager Dominicus, qui incultus jacebat, & ſpinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuæ doctrinæ exarante, ſemen verbi ſuſcepit, & fertilem meſſem protulit fidelitatis. In iiſdem litteris quædam ſubnexuiſti capitula, ſciſcitando qualiter teneat, vel doceat ſancta Apoſtolica Romana Eccleſia. Bene noſcis ſatis, quia beatus Apoſtolus Petrus, & Epiſcopatus principium extitit, & conſulente tibi de ſtatu Eccleſiæ, non ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ejus gratia (c), qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas, qualiter tenere debeas Apoſtolici vigoris doctrinam, dicimus. Igitur in primis legebatur, in quota progenie propinquorum matrimonium copuletur.

(*c*) Sap. 10.

PAGIUS *ta, in quibus vivum ad hoc tempus puritatis ſuæ reſultat ſpeculum. Indicio ſunt Monaſteria Regiis ſumptibus nobiliter excitata, præcipue Glaſconienſe noſtris quoque diebus inſigniſſimum*, &c. *Adfuit conſilio Pater Aldhelmus, cujus ille præcepta audiebat humiliter, ſuſcipiebat granditer, adimplebat hilariter*. Extant ex leges, pars quidem in Tomo I. Concil. Spelmanni, integræ vero in Chronico Joannis Bromtonis, diſtinctæ in Capitula LXXX. De Ina Rege ſcribit Huntindonienſis lib. 4. *Viceſimo anno Regni ſui diviſit Epiſcopatum Weſtſaxoniæ in duo, qui unus eſſe ſolebat. Partem Orientalem a ſylvis tenuit Daniel, Occidentalem Aldhelmus*, Sanctitate illuſtris, de quibus ſuis locis locuti ſumus. Beda vero lib. 5. cap. 19. qui idem ac Huntindonienſis narrat, refert *Danielem* adhoc in vivis fuiſſe, cum ipſe ſuam Hiſtoriam ſcriberet. Eſt is *Daniel* ille, ad quem Sanctus Bonifacius ſcribit Epiſtolam a Baronio num. XLIX. & ſeq. recitatam, ipſeque Daniel ad Bonifacium Epiſtolam ibidem num. XLIV. & ſeqq. relatam, dedit. *Ethelburga* Inæ uxor huic peregrinationem illam Romanam perſuaſit, uique in ea comes fuit, ut ſcribit Malmesburienſis libr. 1. de Geſt. Reg. Angl. cap. 2. De *Ina* & *Ethelburga* anno DCCXL. ſermo redibit. Eum tamen non diu poſt currentem annum vixiſſe, indicat Beda, qui anno DCCXXXI. ſuam Hiſtoriam abſolvit, nec amplius ejus meminit. Inæ ſucceſſit *Ethelardus* cognatus ejus, ut deducitur ex Ranolfo Ceſtrenſi lib. 5. cap. 24. profectio Romana *Theudonis* II. Bajoariæ Ducis, cujus mentionem facit num. XLIII. Baronius an. DCCXVI. ſuſcepta, ut ibidem docuimus.

XVI. A num. XLV. ad XLIX. *Sanctus Bonifacius*, Gregorium II. de variis quæſtionibus per literas conſuluit, ad quas Pontifex reſpondit Epiſtola *data X. Kalendas Decemb. imperante Piiſſimo Domino Auguſto Leone a Deo coronato Magno Imperatore, anno X. Imperii ejus; ſed & Conſtantino Magno Imperatore, Regni ejus anno VII. Indictione X.* ideoque hoc Chriſti anno, quo Indictio X. Kalend. Septemb. inchoata

S. Bonifacius conſulit Gregorium II.

Digitized by Google

tur. Dicimus quod oporteat quidem quamdiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere ſocietatem. Sed quia temperantia magis, & præſertim inter barbaram gentem plus placet, quam diſtrictio cenſuræ: concedendum eſt ut poſt quartam generationem jungantur.

Nam quod poſuiſti, quod ſi mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum viro reddere, quid ejus faciat jugalis? Bonum eſſet, ſi ſic permaneret, ut abſtinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum eſt: ille, qui ſe non poterit continere, nubat magis: non tamen ſubſidii opem ſubtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, & non deteſtabilis culpa excludit. Hæc Gregorius ſic accipias, ut dicant de impedimento perenni, quod neſciebatur ubi contraxit. Sed pergit:

XLVI. *Presbyter vero, vel quilibet ſacerdos a populo accuſatus, ſi certi non fuerint teſtes, qui criminis illati approbent veritatem, juſjurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia ſicque maneat in proprio gradu.*

Nam de homine, qui a Pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda eſt.

In Miſſarum ſolemniis obſervandum eſt quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſanctis ſuis tribuit diſcipulis: Accepit namque calicem, dicens (a): Hic eſt calix novi teſtamenti in meo ſanguine: hoc facite quotieſcumque ſumitis. Unde congruum non eſt duos vel tres calices in altario ponere, cum miſſarum ſolemnia celebrantur.

(a) Marc. 26. Luc. 2.

De immolatitiis autem eſcis conſuluiſti ſi a fidelibus ſuperductum fuerit vivificæ crucis ſignum, edi liceret an non: illud ſufficit reſpondere, quod beatus Apoſtolus dicit (b): Si quis dixerit quia hoc immolatitium eſt, nolite edere propter eum, qui indicavit, & propter conſcientiam.

(b) 1. Cor. 8. Rom. 14.

Addidiſti adhuc, quod ſi pater, vel mater filium, vel filiam intra ſepta monaſterii in infantiæ annis ſub regulari tradiderint diſciplina: utrum liceat eis poſtquam pubertatis impleverit annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino devitamus, quia nefas eſt, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur.

Enimvero quoſdam abſque interrogatione Symboli ab adulteris & indignis presbyteris faſſus es baptizatos. In hic tua dilectio teneat antiquum morem Eccleſiæ: Quia quiſquis in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti baptizatus eſt, rebaptizari eum minime licet. Non enim in nomine baptizantis, ſed in nomine Trinitatis hujus gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apoſtolus ait (c): Unus Deus, una Fides, unum Baptiſma. Doctrinam vero ſpiritualem talibus ſtudioſius, ut impertias, demandamus. XLVII.

(c) Epheſ. 24.

De parvulis vero, qui a parentibus ſubtracti ſunt, & an baptizati ſunt, an non, ignorant: hos ut baptizare debeas, ſecundum Patrum traditionem (ſi non fuerit qui teſtificetur) ratio poſcit.

Leproſis autem, ſi fideles Chriſtiani fuerint, Dominici corporis & ſanguinis participatio tribuatur. Cum ſanis autem convivia celebrare negentur.

Adjeciſti etiam, quod ſi peſtifer morbus, aut mortalitas in Eccleſia, vel monaſteriis irrepſerit: quos nondum tetigit a loco fugiant evitantes periculum. Valde fatuum hoc videtur; non enim valet quiſquam Dei effugere manus.

In fine epiſtola continebat, quod ſunt quidam presbyteri, ſeu Epiſcopi multis vitiis irretiti, quorum vita in ſeipſis ſacerdotium maculat. Et ſi tibi liceret cum eis edere, aut loqui, niſi coercite fuerint. Dicimus, ut hos ex Apoſtolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam Eccleſiaſticæ diſciplinæ reducas. Et ſi quidem obedierint, ſalvabunt animas ſuas, & ipſe mercedem lucraturus. Veruntamen collocutionem, & menſam communem cum eis agere non recuſes. Plerumque contigit quos correctio diſciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conviviorum ſedulitas, & admonitio blanda ad viam perducat juſtitiæ. Id ipſum autem & in illis proceribus qui tibi adjutorium præſtant, obſervare debebis. XLVIII.

*Hæc, frater cariſſime, ex Apoſtolicæ ſedis vigore ſcripſiſſe ſufficiant. De reliquo implorantes miſericordiam Dei, ut qui te illis in regionibus * vice noſtra, ex Apoſtolica auctoritate peragere fecit, & opacam ſilvam lumine veritatis per os tuum micare prædeſtinavit, opitulatione ſua miſericordiſſimum tribuat incrementum, quatenus de fructu operis & ipſe va-*

* vices noſtras.

PAGIUS 12. Sed Baronius qui Leonis Imperium ab anno DCCXVI. auſpicatur, annum Leonis XI. in margine reponit; cum inde deducendum ſit, Leonem anno uno tardius Imperium iniiſſe. Marianus Scotus hanc Epiſtolam legerat. Ad annum enim DCCXXVII. ait: *Epiſtola Gregorii Papæ II. ad Bonifacium Archiepiſcopum, data X. Kalend. Decemb. Imperatoris Leonis X, ſed & Conſtantini Regni anno IX. Indict. X.* Verum legendum, *Conſtantini Regni anno VII.* & Epiſtola revocanda ad currentem annum. Gravius peccat Gratianus, qui eam Epiſtolam Gregorio III. perperam adſcribit. Ad ſeptimam Bonifacii conſultationem hæc reſpondit Gregorius: *Addidiſti etiam, quod ſi pater vel mater filium vel filiam intra ſepta Monaſterii in infantiæ annis*

*valeas præmia percipere, & veniam peccatorum invenire. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Data decimo Kalendas Decembris, imperante domino piiſſimo Auguſto Leone a Deo coronato magno Imperatore, anno * decimo Imperii ejus. Sed & Conſtantino magno Imperatore regni ejus anno ſeptimo Indictione decima.* Hactenus Gregorius ad Bonifacium.

* undecimo

Cui magis laborandum fuit in correctione pravorum morum virorum Eccleſiaſticorum, quam in converſione Gentilium, ut ejus literæ eodem argumento datæ ad Danielem ſuum olim in Anglia Epiſcopum docent, quæ numquam hactenus cuſæ hic redduntur. Sic enim ſe habent (a).

(a) Eod. quo ſupra-ſcript. Cod. epiſt. 11.

Domno dilectiſſimo Danieli Epiſcopo Bonifacius ſervus ſervorum Dei optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.

XLIX. Epiſt. Bonifacii ad Danielem.

Conſuetudo apud homines eſſe dignoſcitur, cum alicui triſte, & oneroſum quid acciderit, anxiæ mentis ſolatium, vel conſilium ab illis quærere, de quorum maxime amicitia, vel ſapientia, & fœdere confidit. Eodem modo & ego de paternitatis veſtræ probabili ſapientia, & amicitia confidens, vobis feſſæ mentis anguſtias expono, & veſtræ pietatis conſilium & ſolatium quæro. Sunt enim nobis, juxta dictum Apoſtoli, (b) non ſolum foris pugna, ſed intus timor maxime ſemper per falſos ſacerdotes & hypocritas, qui & Deo adverſantur, & ſibi perdantur, & populum per plurima ſcandala, & varios errores ſeducunt, dicentes populis juxta dictum Prophetæ: (c) Pax, pax, & non eſt pax. Et ſemen verbi, quod de ſinu Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſumptum & nobis commendatum, ſeminare aliquantulum ſtudemus, illi cum lolio ſuperſeminare, & ſuffocare nituntur, vel in herbam peſtiferi generis convertere. Et quod plantamus non irrigant, offerentes populis, & docentes novas ſectas, & diverſi generis errores; quidam abſtinentes a cibis, quos Deus ad percipiendum creavit; quidam melle, & lacte proprie paſcentes ſe, panem, & cæteros abjiciunt cibos: quidam autem affirmant quod plurimum nocet populo, homicidas, vel adulteros in ipſis ſceleribus perſeverantes fieri tamen poſſe ſacerdotes. Populi autem, juxta dictum Apoſtoli (d), *ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed coacervabunt ſibi magiſtros ſecundum ſua deſideria, & reliqua.*

(b) 2. Cor. 7.

(c) Jer. 8.

(d) 2. Tim. 4.

L. *Nos quidem patrocinatus auxilium in palatio Francorum quærentes, a talium corporali communione abſtinere & ſegregare nos, juxta præceptum canonum, non poſſumus, niſi hoc tantum, quod ſacra Miſſarum ſolemnia in ſacris myſteriis corporis, & ſanguinis Domini cum eis non communicamus; ſed & * concilium & * conſeſſum illorum devitamus. Nam calibus & cum paganis, & cum permixta & plebeja multitudine noſtri labores, & pugnæ foraſticæ videntur eſſe; intima vero quandoquis de gremio matris Eccleſiæ presbyter vel diaconus, clericus, vel monachus diſcedit a fide, & veritate, cum demum præſumit cum paganis in contumelias filiorum Eccleſiæ edere, obſtaculum horrendum Evangelio gloriæ Chriſti.*

* conſilium
* conſenſum

LI. *De his namque omnibus, ut ſine detrimento animæ curſum miniſterii noſtri implere poſſimus, in primis paternitatis veſtræ apud Deum interceſſionem quærimus, & intimis per Dominum obſecramus precibus, uti pro nobis intercedere dignemini, ut pius laborantium Dominus conſolator inter tales turbines diverſarum cauſarum animas noſtras illæſas, & ſanas a peccatis cuſtodire dignetur. De ſupradicta autem dictorum ſacerdotum communione ſalubre conſilium veſtrum audire, & exaudire inhianter deſidero. Sine patrocinio principis Francorum, nec populum Eccleſiæ regere, nec presbyteros, vel clericos, monachos, vel ancillas Dei defendere poſſum, nec ipſos paganorum ritus, & ſacrilegia Idolorum in Germania ſine illius mandato, & timore prohibere valeo. Cum autem ad illum de iſtis cauſis auxilium quærens pervenero, a talium communione abſtinere canonice nullatenus corporaliter poſſum, niſi tantum a conſeſſu illorum. Nam ego de illa communione culpam timeo, quia recolo me ordinationis meæ tempore, juxta præceptum Gregorii Papæ, juraſſe in corpore S. Petri, talium communionem me declinaturum, ſi eos ad viam canonicam convertere nequiverim. Timeo magis damnum de prædicatione, quam populis impendere debeo, ſi ad Principem Francorum non*

PAGIUS

nis ſub regulari tradiderint diſciplina, utrum liceat eis, poſtquam pubertatis impleverint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino devitamus, quia nefas eſt, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur. Viguit multis ſæculis hæc Eccleſiæ Monaſteriorumque praxis, ut pueri ſeu infantes a parentibus oblati perpetuo adſtringerentur Monachatui, nec eis liceret hunc vitæ ſtatum ante vel poſt pubertatis annos repudiare. Hujus praxis exempla non pauca apud Francos cis & ultra Rhenum extant.

XVII. S. Bonifacius conſuluit Danielem Epiſc. Anglum.

Ad num. XLIX. & ſeqq. *Sanctus Bonifacius*, cum diſcolum Clerum in Germania ferre non poſſet, ſcripſit in Britanniam, & doctos ibi Viros conſuluit, quid ſibi hac in re faciendum eſſet. Recitat ejus literas ſuper hoc argumento Baronius ad *Danielem* Wintonienſem Epiſcopum, Virum Sanctitate & Doctrina illuſtrem, quem Beda lib. 5. cap. 19. docet anno Incar. DCCV.

non venero. De iſtis quid paternitas veſtra triſti, & dubitanti filio decernere, & judicare, & mandare ad conſilium voluerit, indicare dignemini. Mihi enim maxima ex parte ab illis ſegregatus eſſe videor, etſi ab illorum voluntatis conſilio, & conſenſu, & Eccleſiaſtico miniſterio, ubi canonici non ſunt, abſtinuero.

LII. *Præterea Paternitatis veſtræ clementiam de hoc ſolatio peregrinationis meæ intimis precibus diligenter rogare velim, ſi præſumam, id eſt, ut librum prophetarum, quem veneranda memoriæ Vvigbertus Abbas, & Magiſter quondam meus de hac vita ad Dominum migrans, dereliquit, ubi ſex corpora in uno corpore claris & abſolutis litteris ſcripta reperiuntur, mihi tranſmittatis. Et ſi hoc Deus cordi veſtro facere inſpiraverit, majus ſolatium vitæ meæ ſenectutis, & majus vobis præmium mercedis tranſmittere non poteſtis: quia librum prophetarum talem in hac terra, qualem deſidero, acquirere non poſſum, & caligantibus oculis minutas litteras ac connexas clare diſcernere non poſſum; & propterea de illo libro prædicto rogo, qui tam clare diſcretis, & abſolutis litteris ſcriptus eſt. Interea per Forthereum presbyterum litteras, & parva munuſcula propter indicium puræ caritatis tranſmitto vobis, id eſt, caſulam non holoſericam, ſed caprina laungine mixtam, & villoſam ad tergendos pedes dilectionis veſtræ.*

LIII. De cæcitate Danielis Epiſcopi. *Nuper quoque revelante presbytero, qui a veſtra præſentia ad Germaniam venit, corporalem orbitatem vobis contigiſſe cognovi; ſed ut vos id meliùs ſcitis, quis, vel per quem dixit* (a): *Quem diligit Deus corripit*, &c. Et Paulus Apoſtolus (b), *Quando infirmor, tunc potens ſum*. Et (c): *Virtus in infirmitate perficitur*. Et Pſalmographus (d): *Multæ tribulationes juſtorum*: & reliqua. *Habes, pater mi, ſicut Antonius de Didymo fertur dixiſſe, oculos ſcilicet, quibus videri Deus, & Angeli, & supernæ Hieruſalem glorioſa gaudia ſpeculari poſſint. Et propter hoc de ſapientia tua, & patientia confidens, credo quia hoc Deus ad profectum virtutum, & ad augmentum meritorum tibi dedit, & ut eo magis ſpiritalibus oculis ea conſpicias, & deſideres, quæ præcepit, & diligit Deus; & eo minus reſpicias, vel concupiſcas, quæ non amat, ſed interdicit Deus. Quid enim, frater, iſto periculoſo tempore corporales oculi? niſi (ut ita dicam) maxima ex parte veraciter feneſtræ peccatorum, per quas, aut ad peccata, & ad peccantes aſpicimus, aut, quod pejus eſt, ad nos ipſos flagitia conſiderantes, & concupiſcentes contrahimus? Valere ſanctitatem veſtram, & pro me orare in Chriſto diligenter opto.*

(a) Prov. 3.
(b) 2. Cor. 12.
(c) 2. Cor. 12.
(d) Pſ. 33.

Hactenus Bonifacius ad Danielem Epiſcopum, quem in rebus Eccleſiaſticis, & in ſcientia Scripturarum æque ac Aldelmum ſufficienter inſtructum, teſtatur Beda (e): quod & ex redditis ab ipſo ad eamdem Bonifacium litteris poſſumus intelligere. Reddemus hic eas nondum cuſas tanti viri memoriæ conſervandæ gratia. Sic enim ſe habent (f):

(e) Beda l. 5. c. 19.
(f) Eod. qui ſupra ſcrip. Cod. ep. 19.

LIV. *Domno reverendiſſimo, & merito ab omnibus Orthodoxis amplectendo multiplici ſcientia, variarumque virtutum gratia inſignitèr decorato Bonifacio Archiepiſcopo, Daniel Dei plebis famulus ſinceriſſimam in Domino cuncta culorum culmina præminentis ſalutem.*

Danielis Epiſc. epiſtol. ad Bonifacium. *Lectis litteris a tua fraternitate tranſmiſſis, multum mærore commoti ſumus; quia hoc amantibus intolerabile viſum fuerit, ſi his, a quibus amantur, aliquid incommodi contigerit. Quamdam tamen conſolationem, ſæpius revolventes, invenimus in eo, quin hoſtis callidi inextricabilis aſtutia nequaquam ritus eccleſiæ noſtræ tanta violentia, & tam vagis bellorum, ſeu errorum oppoſitionibus per ſublimes ſacerdotum, vel cæterorum quorumcumque reproborum perſonas expugnare tentaret, niſi & in illis majoris meriti excellentiam agnoſceret. Unde vos operam dare primitus oportet, ut inceptio glorioſa, quæ eſt (ut arbitror) Apoſtolicis coæquanda certaminibus, nullatenus propter illorum deſeratis inſidias, qui dolis inſtructi, ſalutifera ſolent reſiſtere doctrinæ; ſed tanto libentius illatæ difficultates ferendæ ſunt, quanto certius comperimus ſanctorum eſſe ac martyrum in mundo preſſuras, in cælo autem copioſiſſimam Domino promittente, mercedem, quem & hic auxiliatorem (ſi tantum in tribulationibus tolerantiæ non tædet) & illic cum juſtis gaviſuri remuneratorem habere meremur,*

Quæ-

PAGIUS DCCV. Epiſcopum dictum, ac *in rebus Eccleſiaſticis, & in ſententia Scripturarum* valde inſtructum fuiſſe. Porro ex Epiſtola inter Bonifacianas tertia longe poſt hunc annum data, *Bonifacius* enim anno DCCXVI. quo primum in Galliam venit annos circiter XL. natus erat, ut in morte ejus oſtendam, ideoque currenti annum ſolum ætatis LI. exceſſerat, & tamen num. LII. apud Baronium petit a Daniele, ut ſibi tranſmittat librum prophetarum, *quem*, inquit, *veneranda memoriæ Vvigbertus Abbas & Magiſter quondam meus de hac vita ad Dominum migrans dereliquit*, &c. *Majus ſolatium vitæ meæ ſenectutis & majus vobis præmium mercedis tranſmittere non poteſtis; quia librum Prophetarum talem in hac terra, qualem deſidero, acquirere non poſſum, & caligantibus oculis minutas literas ac connexas clare diſcernere non poſſum*. Scripta itaque ea epiſtola anno circiter DCCXXXV. cum Bonifacius jam ſexagenarius eſſet.

In

LV. Quapropter cum caritas excellentiæ tuæ conſilium ſibi a noſtra parvitate petere dignata ſit: hoc exiſtimamus profuturum, quatenus invicta patientia perferre ſtudeat, quod abſque Dei providentia provenire non neſcit. Quamvis ergo foraſticæ pugnæ pernicies ſæva ſit: ipſa quoque atrocius inteſtina formidanda ferocitas noceat, quod utique non minor, cum Chriſtus Jeſus (a) olim fratrem a fratre in mortem eſſe tradendum teſtatus eſt, & filium a patre, & parentes a nepotibus propter nomen ſuum necandos ſcilicet. Impugnantes per eſtaram ſuperſtitioſiſſimam obſervationem, Dei opus deſtrui quærentes, quæ proponuntur in ipſo aſu hominis: pari detrimento peribunt. Aut ſi turpe lucrum ſectantes, adulationis gratia vel per ipſorum laudes, veſtras vero vituperationes falſo ſecuritatem populis pronuntiant, & ſecundum Eſaiæ (b) vaticinantis præſagium, dicentes malum bonum, & bonum malum, & reliqua. Vel ſi ſegetem veſtræ venerabilitati commiſſam ſterile lolium interſerendo ſuffocare conentur (quæ utique ante meſſis maturitatem a quoquam, Domino monente, compeſcitur evelli, de quo inferius dicemus) licet inquam hactenus inaudita proferant dogmata, ad decipienda minus intelligentium corda; quæ vos in divinis voluminibus optime eruditos, neque horum introducta latent, neque etiam ea, quæ eis opportune opponi poſſint, ignoratis.

(a) Matth. 10.

(b) Iſai. 5.

Sed ne te diutius morer, docendo per ſingula, dicam breviter. Quamquam univerſa nefandæ factionis argumenta ad expugnandos, & affligendos vos exerceant: tamen ſecundum præcedentium ſanctorum exempla, quod corrigendo curare nequit, ſaltem ſuſtinendo portate.

LVI. De ſacerdotio autem homicidarum, & adulterorum, qui abſque ulla reſipiſcentia in peccatis ſuis perdurare præſumunt: ſatis tibi ſanctiſſimi canones, ac decreta Pontificum perſuadent. Si igitur homicidis jungitur agentibus pœnitentiam: circa exitum vitæ perfectio, id eſt, communionis Chriſti gratia conceditur: Incorrectis qua ratione cura regiminis Chriſtianæ converſationis conjungitur? Adulter vero, quem nec ſero ſuæ impudicitiæ pœnituit, qua conſequentia ſibi ſacerdotale officium uſurpabit? quando ſecundum ſtatuta Innocentii Papæ, cæterorumque: qui viduam, aut ſecundam duxit uxorem, non modo a miniſterio Eccleſiaſticæ dignitatis, verum etiam a clericatu * coercetur, cum & hæc propter carnis fragilitatem indulgenter conceſſa ſint; adulteria vero ab omnibus perditiſſimis prohibentur. A communione autem falſorum fratrum, ſive ſacerdotum, quale conſilium eſt tam idoneum, ut te in rebus corporalibus ſeparatum disjungat, niſi (c) forte de hoc mundo exire incipias? quandoquidem iſti ubique & ſemper ſubintroire nituntur, a quibus ſe periculis implicatum Paulus (d) Apoſtolus aſſerebat, & cæteri religionis Chriſtianæ conditores id ipſum aut ſe paſſos, aut poſteros patiendum fore fatentur. Dicis enim te ab illis in ſacris oblationum libaminibus remotiſſimum eſſe, ne ſanctum canibus dare videremini: de hoc quid ſentiret ſanctus Auguſtinus inter cætera ſubtus inſinuabimus. Inſuper ſi non ſponte, non conſenſu, neque ex voluntate, ſed ſola neceſſitate cogente, nonnumquam te inter ipſos habitare accesse: Hieronymus ait in Evangelio: Voluntas quæritur, quæ ſi etiam affectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Quod ſi his conjungeris, verbi gratia, in perceptione ciborum, vel in cohabitatione loci: nonne ille qui non venit vocare juſtos, ſed peccatores, ibat ad convivia peccatorum, ut occaſionem haberet docendi? Aut in eo, quod mixtim adire Regem interdum debetis, & pro pace Eccleſiaſtica pariter deprecari, quia ipſi ut ovium paſtores, plerumque pro ovibus intervenire ſe fingunt. Primum quidem implendum eſſe, quod ſcriptum eſſe ſcimus (e); Subditi eſtote omni humanæ ordinationi, & reliqua. Deinde conſiderandum eſt, quia propoſita eſt ſimilitudo tritici, & zizaniorum de permixtione malorum, atque bonorum, & munda & immunda animalia (ut ait Auguſtinus) introiſſe in arcam leguntur: neque enim quacumque libuit intravere immunda animalia, arca compage confracta, ſed ea integra per unum atque idem oſtium, quod artifex fecerat. Non enim, inquit, per has ſimilitudines & pronuntiationes conſilium deſidiæ datum eſt bonis, qui negligant, quod prohibere debeant, ſed patientiæ, qua perferant, ſalva doctrina veritatis, qui emendari non valent. Item

* arcetur.

(c) 1. Cor. 5.

(d) 2. Cor. 11.

(e) 1. Petr. 2.

PAGIUS XVIII. In Chronico Fontanellenſi de S. Hugone Pippini Heriſtalenſis ex Drogone nepote cap. 8. legitur: *Hic Præſulatum Eccleſiæ Pariſiacæ, ſimulque Bajocaſſinæ, cum Rothomagenſi tenuit, factione ſcilicet patrui ſui Caroli Principis, extra Decreta tamen Canonum. Cœnobia vero nobiliora, Fontinellam, & Gemmeticum: prædia vero Regia, quæ ejus inſederunt animo: non enim cauſa perverſæ cupiditatis, aut aliqua ſæculari faſtu a patruo ſuo Carolo Principe, ſive a Regibus Francorum, qui ejus tempore ſceptra Regni hujus tenuerunt, id eſt Hildeberto, Dagoberto, Hilperico, Clotario, necnon & Theodorico ea impetrabat, ſed ut ſtatim Eccleſiæ Chriſti contraderet.* Addit Chronographus memoriam illius in benedictione manere, cumque migraſſe ad Dominum *ſexto Idus Aprilis, qui erat annus Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimus* tri-

Floret S. Hugo filius Drogonis.

tem dicit: Cum ergo inveniamus in Eccleſia malos, quos Eccleſiaſtica diſciplina corrigere, & coercere non poſſumus: tunc ne aſcendat in cor noſtrum impia, & pernicioſa præſumptio, qua exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, ut peccatis eorum non coinquinemur, atque ita poſt nos trahere conemur mundos, ſanctoſque diſcipulos ab unitatis compage, quaſi a malorum conſortio ſegregatos; veniant in mentem illæ de Scripturis ſimilitudines, quibus demonſtratum eſt, malos in Eccleſia permixtos bonis uſque ad finem ſæculi, tempuſque judicii futuros, & nihil bonis unitate, ac participatione ſacramentorum, qui eorum factis non conſenſerint, obfuturos. Cum vero ab eis, per quos Eccleſia regitur, pace ſalva, poteſtas diſciplinæ adverſus reprobos, aut nefarios eſt exercenda: tunc rurſus ne ſocordia, ſegnitiaque dormiamus, aliis aculeis præceptorum, quæ ad ſeveritatem coercitionis pertinent excitandi ſumus. Ita eſt etiam ratio diſſimulandi, & tolerandi malos in Eccleſia, & eſt rurſus ratio caſtigandi, & corripiendi, non admittendi, vel a communione removendi; ut nec patientia torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſæviamus.

LVII. *Dicam quoque quod ex operibus antiquorum excerpſi doctorum, & utiliter in tam pernicioſa barbarie ad memoriam debet reduci. Si forte in prædicta condeſcenſione a quolibet calumniaris de aliquo: ſimulandi, ſive etiam fingendi genera legimus, quod ſimulatio utilis aſſumenda ſit in tempore. Unde & (a) Cephas ſubtrahebat, & ſegregabat ſe timens eos, & reliqua: & Vas electionis (b) totondit caput, & Timotheum (c) circumcidit: ipſe quoque Dei filius (d) finxit ſe longius ire, & neſcire, ut eſt in Evangelio (e): Quis me tetigit? Et (f): Ubi poſuiſtis eum? Sed & Pſalmiſta immutavit vultum ſuum (g) coram Achis; & (h) Joſeph ludens fratribus locutus eſt: Necnon (i) & Iſrael hædinis pellibus membra contexit, hoc fecit, ut putaretur eſſe, qui non erat. Et ſi diligenter, & fideliter attenditur, non eſt mendacium, ſed myſterium. Per hædinas quippe pelles peccata, per eum vero, qui eis ſe operuit, ille ſignificatur, qui aliena peccata portat. Hæc tuæ charitati, non quaſi priſcæ auctoritatis ignaræ, vel noſtræ ruſticitatis admonitione indigenti; ſed ne quid tuis rogatibus derogaſſem, trepidantes ſcripſimus, pro eo quod te cum majoribus contraxiſſe negotium comperimus,* utpote cum Romano Pontifice, *amore tamen atque obedientia amplius incitati, quam arte, vel audacia freti tantum revelando, non etiam imperando præfati diximus, ne forte in aliquo his, qui ultra modum excellentiores ſunt, adverſari videremur.*

Exhortatoria profecto tuæ ſuggeſtionis monita, de inſtanti corporis moleſtia perferenda ſatis libenter ſuſcepimus, & in quantum vires ſufficiunt, ipſo Domino auxiliante, qui pro ſua miſericordia monet nos, ſuis ſalutaribus obtemperabimus dictis.

Hoc quoque cognoſcat veſtra benevola dilectio, quia licet terrarum ſpacioſo ſequeſtremur intervallo, ac maris immenſitate nimia, & cœli inæquali climate dirimamur: pari tamen tribulationum deprimimur faſce. Eadem eſt enim operatio ſatanæ hic ut ibi, propter quod diligentiſſime deprecor vos, uti nos orationum mutua viciſſitudine jugiter muniamus, reminiſcentes ſermonis, quem dixit (k): Si conſenſerint ex vobis duo aut tres, & reliqua. Vale, Vale centupliciter, cariſſime mihi, & alia manu &c. Hactenus Danielis epiſtola. Atque de his ſatis. LVIII.

(a) Gal. 2. (b) Act. 18. (c) Act. 16. (d) Luc. 24. (e) Luc. 8. (f) Joan. 11. (g) 1. Reg. 21. (h) Geneſ. 42. (i) Geneſ. 27. (k) Matth. 19.

PAGIUS *tricesimum, Indictione decima tertia,* ideoque anno Chriſti DCCXXX. Prima Regum Francorum Dynaſtia ad exitum vergente, Franciaque bellis civilibus turbata, maxima facta eſt politiæ Eccleſiaſticæ inclinatio, indeque Epiſcopatus & Abbatiæ non tantum laicis conceſſæ; ſed plures Epiſcopatus in unum eumdemque collati. Divina tamen diſpenſatione factum videtur, ut tot Eccleſiarum regimen uni tunc committeretur *Hugoni* piiſſimo Pontifici, qui, quamdiu vixit, pervigilem curam de illarum adminiſtratione atque exaltatione ſemper habuit. Cointius anno DCCXXX. num. XIX. varios commemorat Epiſcopos inſignes pietate, qui ſuperiori ſæculo ac currenti ſimul & Epiſcopi fuerunt & Abbates, ac quoſdam, qui duos Epiſcopatus ſimul adminiſtrarunt, uti *Sanctus Medardus*, qui cum Noviomenſis Epiſcopus jam eſſet, electus eſt quoque Tornacenſis Epiſcopus, uti & ejus Succeſſores. Inſcriptum eſt nomen *Sancti Hugonis* Martyrologio Romano ad diem IX. menſis Aprilis, quo etiam die in Actis SS. Bollandianis, & in Sæculo III. Benedictino part. I. de eo pluribus agitur. Sed utrobique perperam arguitur Auctor Anonymus Chronici Fontanellenſis, quod ſcripſerit, *Hugonem* migraſſe ad Dominum VI. Idus Aprilis, ſeu die VIII. illius menſis quod dies IX. notetur in Martyrologiis Romano, Rothomagenſi, Benedictino, & in Molani editionibus ad Uſuardum. Martyrologi enim diem ſepulturæ ſeu depoſitionis, Anonymus vero diem ejus obitus notavit.

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. II. ANNUS	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS
727.	14.	12.

I. *Rebellio inutilis adverſus Imperatorem.*

SEquitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimus ſeptimus Indictione decima, quo tum Romæ (ut vidimus) tum Conſtantinopoli, ob promulgatam hæreſim acerrime pugnatum eſt. Verum Deus Romanis, omnibuſque Italis præſto fuit, ipſumque Gregorium Romanum Pontificem potenti gratia ab inſidiantibus ejus vitæ ſalvavit. Nec ſic quidem Conſtantinopoli res ceſſere dextere, ſed moventes adverſus Imperatorem arma deleti ſunt: de quibus iſta Theophanes hoc anno duodecimo ejuſdem Leonis Imperatoris. *In his zelo divino moti tumultuabantur contra eum, magna congreſſionem navales exercitus conciati, tam Helladici, quam ii, qui Cycladum fuerant inſularum. Agallianus autem Turmarcha Helladicorum erat militiæ dux ſimul, & Stephanus: qui & regiæ proximantes urbi, quarto decimo Kalendas Majas decimæ Indictionis, ſuperantur congreſſi cum Byzantiis, ibi confecto igne navibus concrematis, & alii quidem horum demerguntur; inter quos & Agallianus armatus ſeipſum præcipitavit. Porro ſuperſtitibus ad Imperatorem conſtuentibus, Coſmas & Stephanus capite puniuntur.*

II. *Creſcit itaque malitia impii Leonis, & conſentanei ejus contra pietatem extendendo perſecutionem. Per æſtivum vero ſolſtitium hujus decimæ Indictionis poſt nequam de contribulibus acceptam victoriam, contra Bithynenſium Nicæam prælium inſtruunt Sarracenorum Amiræ duo, Amer ſcilicet in millibus quindecim expeditorum præcurrens, & inſperato circumdans civitatem; & Muhavias ſubſequens in aliis octoginta quinque millibus. Qui poſt multam obſidionem, & particularem murorum everſionem hanc quidem non obtinuerunt, bene acceptis ſanctorum precibus Patrum ad Deum directis, & ſanctificatione faciente venerabilis templi, ubi in colendis ſuis characteribus eriguntur, & uſque nunc ab his, qui eis ſimiles ſunt honorantur.* Hæc Theophanes, alludens ad trecentos illos decem & octo ſanctos Patres, qui Nicæno magno Concilio interfuerunt, quos civitas illa celebri cultu proſequi conſuevit.

Nicæa divinitus defenſa.

III. Cum interea Iconoclaſtæ Conſtantinopoli non deſinerent impie agere, quidnam uni ex illis acciderit, ex Theophane item ſic accipe: *Præterea Conſtantinus quidam Strator Artabardi videns imaginem Dei genitricis ſtantem, apprehenſum lapidem adverſus eam projecit, & contrivit, & cum cecidiſſet, calcavit. Et vidit in ſomnis ſtantem ſibi Dominam noſtram, & dicentem: Noſti quam fortem cauſam in me operatus fueris? Verum contra caput tuum hoc feciſti: Poſtea vero dum Sarraceni adverſus murum congreſſionem facerent, & aperetur bellum, currens ad murum, ut fortis miles, infelix ille eiicitur e lapide tranſmiſſo ex Mangone* machina ita dicta, *& contritum eſt caput ejus, & facies, dignam impietatis ſuæ retributionem percipiens; Præda multa ex exuviis Sarraceni collecta reverſi ſunt, oſtendente Deo in hoc impio, quod non propter pietatem, quam diffamabat, de contribulibus triumphaverat, ſed propter divinum, & ineffabile quoddam judicium; retundens, ac removens hujuſmodi Arabicam fortitudinem a ſanctorum Patrum civitate interceſſionibus illorum, propter diligentiſſimos characteres ipſarum, qui honorantur in ea, in redargutionem ac inexpugnabile judicium tyranni, & pie agentium certitudinem. Non enim ſolum circa venerabilium effectivam imaginum orationem errabat impius; ſed & circa caſtiſſimæ Dei genitricis interceſſiones, omniumque Sanctorum, quorum & reliquias ſceleſtiſſimus, ac magiſtri ejus Arabes abominantur.* Ita ipſe oſtendens omnes Iconoclaſtas fuiſſe pariter hagiomachos. Subdit vero Theophanes.

Pœnas dat impius Iconoclaſta.

Ex

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXV. Anno Hegiræ CIX. inchoato die 27. April. fer. 1. A.C. 727. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6220.

☉ 8. E. ☽ 6. P. 13. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 727.

GREGORII II. PAPÆ 13.

LEONIS ISAURI IMP. 11.

CONSTANTINI COPRONYMI 8.

A Num. I. ad V. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCXVIII. qui Kalendis Septemb. anni Chriſti DCCXXV. inchoatur loquens de bello adverſus Sanctas Imagines a Leone Imp. moto, ait *Interea populi, qui Græciam & Cycladas inſulas habitabant, pio in Deum moti affectu, conſpiratione inter ſe facta, parataque maxima Claſſe, adverſus Imperatorem rebellavere, Coſmam quemdam, qui partes eorum ſequebatur, Imperio deſtinantes. Aciem ducebant Agallianus Græcanicorum Turmarcha, & Stephanus. Iſti menſis Octobris die decimo octavo, Indictione decima, ad Urbem Imperatricem appellentes, commiſſo cum Byzantinis prælio, navibus artefacto igne combuſtis ſuperantur: adeo ut alii circa profundum ſubmerſi ſunt: inter quos ipſe Agallianus, ut erat armatus, ſe ipſum præcipitavit: ſuperſtitibus vero ad victorem Imperatorem ultro ſe conferentibus, Coſmas & Stephanus capite plexi ſunt. Ex quo impii Leo-*

Geſta anno ſuperiori occaſione Sacrarum Imaginum.

nis

IV. *Ex hoc igitur tempore impudenter beato Germano Patriarchæ Conſtantinopolitano derogabat Imperator ſcilicet, accuſans omnes anteceſſores ſuos Principes, & Pontifices, atque populos Chriſtianos, quaſi idololatræ fuerint ſuper adorationem ſanctarum, ac venerabilium imaginum, non capiens idiota infidelitate captus de affectuali oratione ſermones.* Porro Germanus, cur non ſtatim ejectus fuerit, cauſa illa intereeſſiſſe videtur, quod utebatur eo miniſtro ad revocandos Italos ad obedientiam Imperatoris. Germanus enim litteris ſcriptis reprehendebat eos, quod ita penitus ab Imper. reſiliiſſent. Extat in Græco codice Orientalium canonum ejuſdem S. Germani epiſtolæ fragmentum, quo invehitur in eos, qui ab Imperio deſciviſſent. Magnam eſſe ſciebat emeritiſſimi ſenis æſtimationem etiam apud Latinos: toleratus eſt igitur tandiu ſanctus Patriarcha, quamdiu ſpes fuit, ut aliquid proficeret ad continendos in fide Imperatoris ſubditos Occidentales. Mos iſte ſemper fuit impiorum Principum, non ad ſuum finem, ad Deum ſcilicet, res ſacras colere, ſacraſque perſonas: ſed ob ſua commoda, cogentes præpoſtero ordine divina humanis, & ſpiritualia temporalibus inſervire, ſicque de religione nundiuationem turpiter exercentes.

Germanus redarguit rebellantes Imperatori.

V. Qui autem reſtiterint in hoc pro Catholica fide certamine Imperatori in Oriente, duo potiſſimum reperti ſunt, ipſe Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Joannes Damaſcenus in Syria monachus: uterque enim ſcriptis ſuis pro facultate ſtuduere confodere monſtrum hoc. De Germano, præter illa, quæ dicta ſunt, fidem faciunt paucæ ex multis, quæ reperiuntur ſcriptæ ab eo epiſtolæ, recitatæ in quarta Actione Nicæni poſterioris Concilii, quibus oſtenditur conatum eſſe ſtantes firmare, labantes roborare, lapſos vero in ſtatum priſtinum reſtituere: epiſtolam enim in primis dogmaticam ſcripſit ad Epiſcopos, quo omnes adverſus hæreſim in officio contineret, quam qui eo erant errore aſperſi occultare conabantur: ut inter alios Theophilus Metropolitanus Nacoliæ: per hunc enim diſſeminaſſe Imperatorem hæreſim querela fuit Orthodoxorum in Nicæno Concilio, ab eoque novitatis hujus ſumpſiſſe initium tradunt; quem convictum erroris pœnitentiam ſimulaſſe, oſtendunt Germani litteræ ad Conſtantinum Epiſcopum Nacoliæ datæ, quæ ſic ſe habent (a):

S. Germanus laborat pro fide Catholica.

Theophilus Epiſc. Nacoliæ in errorem ductus.

*Joannes amantiſſimus Synnadon Metropolitas nobis ſcripſit, quomodo tua charitas litteras noſtras illi non tradiderit. Qua de cauſa non mediocrem propter te dolorem concepimus, quod videris mihi amorem Dei, & charitatem, & honorem, quæ membra Chriſti mutuo ſibi debent, poſtpoſuiſſe. Quam ob cauſam per litteras iſtas præſentes charitati tuæ nunciamus, ut Theophilo * Conſtantino Metropolitæ confeſtim litteras tradas, omnemque honorem illi debitum tribuas, illique ſecundum ſacerdotalem ordinationem ſubiiciaris: quemadmodum quoque ſermones noſtros tua charitas ſuſcepit, profeſſaque eſt eos ſequuturam, neque propriæ ſententiæ adhæſuram. Noviſti enim quæ loquuti fuerimus, cum me invocaſti ne Epiſcopatu tuo privareris. Promittebas te correcturum eu, & confirmaturum, de quibus fides tua vacillare dicebatur: neque etiam quicquam amplius contumeliæ adverſus Dominum, aut Sanctorum ejus imagines dicturum, aut facturum: ſed tantummodo e ſcriptura probaturum, nihil divini honoris in creaturis conſiſtere, ſed licere tamen venerationem illis exhibere. Quam ſane rem, & nos docuimus ſic habere, quamque ſtabiliter tenemus, & confitemur. Scripta autem ad Theophilum Metropolitam eandem continet, & nos illi exemplar item tranſmiſimus.*

* Nacoliæ

Ne igitur populo innocenti offendiculum tribuatur, in memoriam redigas divinum judicium, quo ait (b): Quicumque ſcandalizaverit unum ex minimis iſtis, fatius ut ſummergatur, illi fuerit. Hoc ergo caritas tua cognoſcat: & epiſtolam noſtram Metropolitæ reddito. Atque per ſanctam conſubſtantialem, & venerandam Trinitatem hoc jubeo, ut niſi facias, numquam ſacrum officium amplius adminiſtrare poſſis. Nam ſi admonitionibus nihil profecerimus, certe ſententiæ auſteritate (quantum poterimus) te deterrere cupimus, ne Dei ſubduaris judicio. Hæc ad Conſtantinum Epiſcopum Germanus, qui diſceptationem habuerat jam ante cum eodem Theophilo jam in errorem lapſo: quam quidem diſputationem, & ejus

(a) Extat in Nicæn. Conc. 2. Act. 4. VI.

(b) Matt. 18. Marc. 9. Luc. 17.

PAGIUS *nis ſectariorumque ejus malitia oppido crevit, adeo ut ſuſceptum adverſus pietatem bellum latius promoverint.* Hanc Hiſtoriam narrat Baronius ex Anaſtaſio & ex Auctore Miſcellæ, quia ejus tempore Theophanis Chronicon nondum lucem viderat. Sed perperam dicit, hæc geſta eſſe anno XII. Leonis Imp. cum tam Anaſtaſius quam Auctor Miſcellæ diſerte aſſerant, contigiſſe ea, anno X. ejuſdem Imperatoris. Ex Chronico vero Theophanis liquet, Anaſtaſium, & ex eo Auctorem Miſcellæ, loco, *menſis Octobris die decimo octavo Indictione decima,* repoſuiſſe, *quarto decimo Kalendas Majas decima Indictione,* ſic enim hæc rebellio currenti anno facta eſſet; cum tamen Theophanes diſerte doceat, eam ad annum ſuperiorem, quo Indictio X. Kalendis Septemb. auſpicata eſt, pertinere. Theophanes itaque qui Leonis exordium

ejus converſionem recitat idem S. Germanus in epiſtola ab ipſo ſcripta ad eumdem Joannem Synnadon Metropolitanum, quam tibi ut reddamus a nobis neceſſitas exigit argumenti. Sic enim ſe habet:

VIII. Germani epiſt. ad Joannem Archiep. Synnados. *Epiſtolam ſanctitatis tuæ Taraſius glorioſus Patricius nobis tradidit, in qua de Theophilo Epiſcopo Nacoliæ ſcriptum fuit. Significamus autem hoc priuſquam a ſanctitate tua accepiſſemus litteras, nos ipſum Theophilum conveniſſe, perſcrutatoſque quænam illius mens, quæve ſententia in cauſa illa, de qua audiveramus, eſſet. Hanc autem nobis apologiam objecit (oportet autem, ut tuæ ſanctitati omnia pro mediocritate mei ingenii ſcribam) dicebat ſe inſtructum ſacra ſcriptura dicente: Nullam facies ſimilitudinem ad adorandam illam, neque in cælo deſuper neque ſuper terram. Deinde dixit: Non oportet manufacta adorare, hoc eſt, quæ manu hominum elaborata ſunt.* Intelligis Lector, ab Imperatore non domeſticos tantum, ſed & Epiſcopos in tranſverſum actos. Magna plane fuit iſta tentatio, quum progrederetur impietas regio diademate inſignita. Numquam hactenus acciderat in Eccleſia Dei, ut cum multi fuerint Imperatores hæretici, ex iis aliquis extiterit hæreſiarcha, ut modo accidit: augebatur vero inde periculum, cum vix aliqua alia hæreſis eſſet inventa, quæ majorem ſibi vendicaret ex divina ſcriptura auctoritatem, cum ſexcenta ferme ſit numerare loca, in quibus de non adorandis manufactis, expreſſum ſit divinum mandatum.

IX. Theophili ipſi, & Germani congreſſus. Sed quæ ſubjicit Germanus, attende: *Cum vero* (inquit) *ſanctos Chriſti martyres veras Chriſti margaritas omni honore dignos arbitremur, & interceſſiones eorum poſtulemus: non potui illi non reſpondere, Chriſtianorum itaque fidem, cultum, & adorationem in unum, & ſolum Deum conſiſtere dixi (quemadmodum ſcriptum eſt) tum ab iis, qui in cælo ſunt ſanctis, & intelligibilibus incorporeis poteſtatibus, tum ab iis, qui in terra ſunt, quotquot veritatis viam noverunt. Quemadmodum in omnibus Eccleſiis ſancta laudatur, & glorificatur Trinitas in unica dominatione, & deitate. Quemadmodum, & nos unum Deum confitemur (neque aliquis eſt præter eum, qui ex poteſtate illius dominatur per ſæcula; qui ex non exiſtentibus cuncta produxit, tam quæ viſibilia ſunt, quam quæ inviſibilia) hoc eſt, Patrem, Filium, & ſanctum Spiritum, ſanctam conſubſtantialem vivificantem Trinitatem, in qua credentes, confitentes baptizati ſumus. Quemadmodum tradidit Deus Verbum exiſtens incarnatum, unus ex ſancta, & incomprehenſibili Trinitate Dominus noſter Jeſus Chriſtus, in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti.*

X. *Hic ſane creaturas non adoramus, Abſit: neque cultum divinæ dominationi debitum in conſervos deducimus, Abſit. Neque Principes, aut Regem ſuper terram adorantes, æqualem illis cum Deo adorationem præſtare videmur. Nam & propheta* (a) *Nathan apparet, in terra cum eſſet, David adoraſſe, quamquam hominem, & Regem; neque tamen ob id reprehenſus eſt, quod hominem juxta Deum adoravit. Neque imaginum ex cera, & colore effigiationem in errorem perfectionis divinus cultus ſuſcipimus. Non enim inviſibilis Dei imaginem, aut ſimilitudinem, aut figuram, aut formam expreſſam; quin etiam ipſorum ſanctorum Angelorum præſtantes ordines, neque intelligere, neque inveſtigare omnino poſſumus: ſed quando unigenitus filius, qui in ſinu Patris exiſtens, ſuam creaturam ex mortis addictione revocando, Patris & ſancti Spiritus beneplacita homo fieri dignatus eſt, non aliter ac nos carnem, & ſanguinem aſſumens, & ut inquit magnus Apoſtolus* (b)*: Per omnia nobis ſimilis factus, excepto peccata. Igitur humanitatis illius characterem, & juxta carnem indiſcretæ hominis formæ imaginem figurantes, ipſius incomprehenſibilem deitatem, atque inviſibilem (unde ea, quæ noſtræ fidei præcipua ſunt, naſcuntur) oſtendere nequimus. Non enim juxta phantaſiam, & umbratice noſtram naturam ſibi univit, ut quidam ex veteribus hæreticis errantes tradiderunt: verum re ipſa, vereque homo perfectus per omnia, excepto (quod nobis ab hoſte inſitum eſt) peccato, factus eſt.*

XI. *Hanc ob cauſam in fide certi ſanctæ illius carnis characterem in imaginibus deli-*

De cultu ſanctorum ratio redditur.

(a) 3. Reg. 1.

(b) Hebr. 4.

PAGIUS dium cum anno Dionyſiano DCCXVII. recte copulavit, primum Imperii ejus annum a Kal. Septemb. de more cum anno civili inchoavit, & hæc menſe octobri anni præcedentis, quo in curſu erat annus X. Leonis Imp. hanc rebellionem excitatam eſſe nos edocet.

II. Saraceni Nicæam obſident. Tom uno tenore recitat quæ hoc Chriſti anno patrata ſunt; *Porro* inquit, *circa æſtivum ſolſtitium hujus Indictionis decima poſt perniccioſam illam de propriis Civibus reportatam a Leonis victoriam, duo Amiras Saracenicum exercitum adverſus Nicæam Bithynienſium Urbem deduxere*, & reliqua quæ Baronius num. II. & ſeq. ex Anaſtaſio & Auctore Miſcellæ refert, quæque Nicephorus in Breviario paucis verbis etiam narrat; *Inde æſtate ſequenti rurſum Saracenorum equites in Romanorum fines incurſionem faciunt, Amara & Mavia Ducibus. Qui ad Nicæam Bythiniæ Metropolim poſitis caſtris, aliquanto tempore obſidione tentata, re infecta demum reverſi ſunt.*

liurantes ſalutamus, & cultu, & honore omni, quo decet dignamur, nec ob aliud niſi in recordationem divinitatis ejus vivificæ, & expreſſæ humanitatis. Eadem
Cultus Deiparæ. ratione & intemeratæ ejus juxta carnem Matris ſanctæ Deiparæ Virginis ſimilitudinem referimus, hoc modo oſtendentes, quod mulier juxta naturam exiſtens, & a noſtra maſſa haudquaquam aliena, Deum invisibilem, & omnia manu ſua continentem ultra omnium, & hominum, & Angelorum exiſtimationem ventre ſuo conceperit, & ex ſe incarnatum genuerit. Etenim ob id eam & vere, & proprie veri Dei Matrem veneramur, & magnificamus, & quavis viſibili, & inviſibili creatura ſuperiorem reputamus.

Martyrum cultus. Ad hæc ſanctos martyres Chriſti Apoſtolos, prophetas, conſervos noſtros, & veros Dei miniſtros, bonis operibus, & divinæ prædicatione veritatis, item perpeſſione pro ipſo Deo afflictionum glorioſos, amicos Dei veros, quibus etiam ipſe magnam loquendi confidentiam dedit, admiramur, & beatos prædicamus, necnon ad recordationem fortitudinis eorum, & rectam pro Chriſto ſervitutem, ſimilitudines eorum depingimus: non quod de divina natura participent, per hoc demonſtrare volentes, neque debitum tantummodo divinæ poteſtati, & gloriæ honorem illis tribuentes, verum deſiderium noſtrum, & amorem, quo erga eos affecti ſumus, ita declarantes. Nam quæ per auditionem tamquam vera credimus, hæc etiam per pingibilem imitationem ad ſtabiliorem noſtram inſtructionem collocamus. Quando & ipſi ſancti Dei in unum, & ſolum Deum cultum adorationes, & glorificationem, ac procreationem conſervantes, pro Chriſto ſanguinem ſuum effuderant, & veræ confeſſionis coronam acceperunt.

XII. Hæc imaginum apparatus ratio eſt, non quod nos adorationem in ſpiritu, & veritate incomprehenſibilis, & inveſtigabilis deitati decentem in manufactas imagines, aut in opera hominum arte facta, aut in ea, quæ ſubſunt Deo, ſive viſibilia ſint, ſive inviſibilia, transferre ſtudeamus; verum ut dilectionem noſtram, quam juſte in ſanctos Dei ſervos habemus, per iſtum modum exhibeamus, Et per honorationem illorum, in eum, qui per illos glorificatus eſt, quique illos glorificavit, in confeſſionem potentiæ ſuæ Chriſtum glorificationem & cultum referimus: ita ut nos imitatores fortitudinis eorum, & dilectionis erga Deum per bonorum operum contra paſſiones reſiſtentiam fiamus.

Hunc autem eſſe imaginum in Eccleſia Dei uſum unuſquiſque per hanc inſtructionem cognoſcat, neque aliunde nos ſpem ſalutis ſive in hoc mundo, ſive in futuro ſæculo expectare, niſi ab unigenito filio Dei, qui ſimul cum Patre, & Spiritu ſancto divina dona largitur: non enim aliud nomen, per quod ſalvari queamus ab hominibus, datum eſt. At ſi Domini, & Salvatoris noſtri, item intemeratæ matris ejus veræ Deiparæ, necnon ſanctorum imagines ſalutamus; confeſtim etiam fidem, & diſpoſitionem mentis erga illas habemus: ſed unum Deum ſine principio, ſine fine, qui omnia in manu ſua habet; factorem noſtrum, & omnis creaturæ, & vere Salvatorem, habentem poteſtatem in cælo, & in terra, pro genere humano hominem factum agnoſcimus. Ancillam autem, & matrem illius exiſtentem, vere pro genere noſtro intercedentem præſentiſſime, ita ut Dominus quidem noſter ſalutem diſpenſet, illa vero materno affectu pro nobis poſcat, agnoſcimus. Sanctos denique omnes tamquam conſervos noſtros, & ejuſdem nobiſcum naturæ participes, gratiſſimos Dei miniſtros (ut dictum eſt) & hac gratia a Deo donatos, ut beneficia a Deo data nobis miniſtrent, curationes inquam morborum, & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum invocatio Dei fit, quoteans nobis in hymnodiis, & glorificationibus poſſibile eſt (memoria enim eorum cum encomio celebratur, ut ait Scriptura a) agnoſcimus. (a) Prov. XIII.

Theophili Episc. converſio. Hæc igitur omnia Theophile Nacoliæ Epiſcopo propoſuimus: quæ ſane & ſuſcepit, & ut divina, confeſſus eſt ſe ſervaturum: neque quicquam amplius dicturum aut facturum, quod aliis poſſit eſſe offendiculo, aut tumultum excitura. Hæc igitur cognoſcens veſtra ſancta congregatio, illum amplius, niſi in eumdem errorem labatur, vexare non pergat, ſed tam ipſum cum litteris noſtris tranſmiſſum, & ſatisfactionem illius condeſcendentiæ accipiens, contenta eſto. Pro potentiſſimis
Pro hæretico Imper. orare mandat S. Germanus. noſtris dominis & Imperatoribus, ut quam diutiſſime vivant, & victores declarentur, precetur. Oret etiam, ut Chriſtianorum populo pax Dei contingat, quæ omnem mentem exuperat. Hactenus S. Germanus ad Joannem Synnados Archiepiſcopum de Theophilo ad pietatem reſtituto. Verum non ſtetiſſe in propoſito, ſed in errorem eſſe relapſum, quæ ſunt dicta, teſtantur, confeſſioneque Patrum ſeptimæ Synodi conſtat, adeo per huminem eſſe propagatum errorem, ut idem auctor ſit nominatus tantæ blaſphemiæ; nam de eo Taraſius in ſanctæ Synodi actione quarta hæc dixiſſe reperitur; *Venerandi fratres (quemadmodum prædixi) inductio peregrinæ iſtius novitatis a prædicto Epiſcopo Nacoliæ initium cœpit.* Si ratio tantum habeatur Epiſcoporum; verum ipſe Imperator primus auctor ab omnibus declaratur, ut quæ ſunt dicta ſuperius, docent.

XIV. Cæterum idem S. Germanus de primo origine agens erroris hujus, a Judæis primum, inde a Sarracenis manaſſe docet, illapſumque eo modo, quo dictum eſt in Chriſtianos. Etenim de his prolixum ſcribens epiſtolam ad Thomam Epiſcopum Claudiopolis idem S. Germanus de his fuſius agit. Recitata eſt dicta epiſtola in poſteriori Nicæno Concilio, ex qua hic pauca deſcribenda putamus, ut quæ ejus fere exordio ait: *Ut fraterna approbatione mentem noſtram aperiamus, brevibus, quæ de ea re nobis cognita ſunt, dicemus. Illud in primis ſubiicientes, oportere nos omnem unum novitatem * obſervare, & maxime cum in fide in Chriſti populo diſcordiæ tumultus, & ſcandali argumentum ſuboritur. Deinde in Eccleſiis conſuetudo longi temporis tenenda eſt.* Quod autem ad conſuetudinem ſpectat, in principio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe uſum ſacrarum imaginum pluribus docet, eumque firmatum non ſubſequenti uſu tantum, ſed etiam ſententiis ſanctiſſimorum Patrum, quos citat. Quod autem ad contradicentes, & hoc improbantes pertinet, iſta ſubiicit.

* confiderare.

XV. *Hoc igitur cognoſcere oportet, non ſolum nunc, verum ſæpius, idque maxime Judæos nobis opprobrio vertiſſe, cum tamen idololatriæ ſervi, & miniſtri vere ſemper extiterint, non ſane aliam ob cauſam, quam ut fidem noſtram inviolatam contaminent, cum autem in manufacta invehuntur, eaque auferre ſtudent, non hoc agunt ut divina natura omnibus viſibilibus, & ſenſibilibus ſuperior cognoſcatur; ſed omne ſtudium, cultuſque eorum huc vertitur, quo divinam naturam humilient. Sed hos ſatius fuerit relinquere. Quid enim aliud, quam canes ſunt latrantes contra ovile Chriſti? Sarracenis autem (quandoquidem & ipſi ea de re aliquid dicere velle videntur) ſufficiat, quod in eremo lapidi inanimato ſacrificia faciant, acclamentque hac voce, Chobar, quod a patribus acceptum per puerilia miſteria, & feſta peragunt. Chriſtianis vero, quibus per univerſum orbem terrarum ſub unum Evangelii jugum videlicet* (ut propheta inquit) *ſervientibus Deo character propriſſimus eſt fides, & confeſſio in unum Deum, &c.* Hæc pluribus docens, longe abeſſe tradit, ut Chriſtiani colant idola, utpote quod nemo ſit in Eccleſia, qui intuiens ſanctorum imagines, alicui earum dicat, gloria tibi Deus & Deum putet, licet tamen ante eas lumina ponat, vel ſuffitum admoveat, ut moris erat. Additque ex hujuſmodi cultu ſanctorum frequentia ſcaturire ſolere miracula invocantibus eos ſanctos, quorum ſunt imagine, venerationi expoſitæ meminitque de ſanctiſſimæ Dei genitricis picta imagine in Sozopoli exiſtente, ex cujus manu unguenti ſcaturigines emanant.

Apponit & inter alia ejuſmodi conteſtationem, dicens: *Scandalizare aliquem intolerabile, & horrendum judicium affert illis, qui intendunt. Nunc autem & totæ civitates, & hominum congregationes non parum hac de re tumultuantur. Caveamus omni ſtudio, ne hujus rei auctores ſimus. Ante omnia vero providendum eſt, ne a ſententia permuteris, ne ex hoc inimici noſtri, & hoſtes Crucis Chriſti ſupercilium elevent contra fidem noſtram, dicantque: Hucuſque Chriſtiani erraverunt: etſi enim inſtitutum ſuum idololatriam cognoviſſent, non ſane nunc manufacta abiicerent. Quod ipſum quantum contumeliæ ſubverſioniſque fidei in Chriſtum conciliet, quiſquis agnoſcere poteſt. Nam qui ſemel errarint, eos in viam reducere difficile eſt, ac qui a veritate alienantur. Quid autem dicere oportet, cum videamus Reges noſtros, & Imperatores ex propria erga Deum affectione pro ſua ſtatua ſalutiferam Crucem, gloriationem ſaculi erexiſſe; &c.* Hæc in ſancta Synodo ubi lecta, adeo probata ſunt, ut ſecundum ea, quæ audiviſſent, ſubiecerit poſt veram de his confeſſionem anathematiſmos in hæc verba. XVI.

Credentes unum Deum in Trinitate laudatum, venerandas imagines veneramur. Qui ſic non credunt: anathema: qui aliter ſentiunt, longe ab Eccleſia abiiciantur. Nos veteri Eccleſiæ legiſlationi inſiſtimus. Nos Patrum ſtatuta conſervemus. Nec, qui addunt aut auferunt aliquid de Eccleſia; anathematizavimus. Nos venerandas Imagines ſalutamus. Nos, qui ſic nolunt: anathemati ſubiicimus. Chriſtianorum accuſatoribus, videlicet Iconoclaſtis: anathema. Qui ex ſcriptura ſancta contra idola dicta in ſanctas imagines detorquent: anathema. Qui ſacras Imagines idola vocant: anathema. Qui dicunt Chriſtianos tamquam deos imagines amplecti: anathema. Qui communionem habent cum iis, qui ſacras imagines reiiciunt, aut contemnunt: anathema. Qui dicunt præter Chriſtum, aliquem nos a cultu idolorum liberaſſe: anathema. Qui dicere audent ſanctam Catholicam Eccleſiam idola umquam accepiſſe: anathema. Hæc tunc ibi dicta, hic autem recitata, quod iiſdem ſcriptis S. Germani litteris a Patribus appoſita fuerint. Sic igitur (ut vidiſti) primus coryphæus, qui contra Iconoclaſtas in Oriente vexillum confeſſionis erexerit, ſcriptis hæreſim impugnando, Germanus fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus. XVII. Anathematiſmi ex Scriptis S. Germani in Iconoclaſtas.

Poſt

XVIII. *Joannes Damaſcenus fortis propugnator Catholicæ fidei.*

Poſt ipſum vero S. Joannes Damaſcenus, nobilibus parentibus ortus Damaſci, doctiſſimus ipſe quidem, cum & Romanam fidem ab incunabulis ab italo homine Coſma nomine, ceu lac purum, ebibiſſet. Hic ubi tempus vidit opportunum, intrepide proſiliit in arenam, tribus editis orationibus pro ſacrarum imaginum cultu, quo funiculo triplici in cultu vero religioſo Catholici tenerentur; eodemque, veluti facto flagello, impii manu Domini flagellarentur. Iſta quidem ubi accepit ab Imperatore promulgatam eſſe blaſphemiam; ad confodiendum monſtrum arma paravit illa, quæ tum miniſtrabat occaſio, cum videlicet pro defenſione ſanctarum imaginum cultus, in condemnationem recens emergentis erroris cœpit epiſtolas ſcribere ad diverſos; per quos eædem in alios ſpargerentur, ſicque fieret, ut ubi contigiſſet ſparſum eſſe venenum, cito adeſſet, quo curaretur antidotum. Erat enim celebre nomen Joannis, cum generis (ut ſuperius dictum eſt) nobilitate, tum quod ipſe ferme ſolus inter Chriſtianos, ſicut & pater ejus, ob virtutum eminentiam, quæ ſolet ſemper libera etiam hoſtibus dominari, apud Sarracenos venerationem, & Principem Sarracenorum primum vendicaverat ſibi locum, ut olim Daniel apud Regem Aſſyriorum, vel Joſeph apud Regem Ægyptiorum. Non extant ipſæ quidem datæ hoc tempore a Joanne ad diverſos epiſtolæ, ſed tantum mentio de illis habetur apud Joannem Hieroſolymorum Epiſcopum. Sed quales illæ eſſent, ex aliis ejus lucubrationibus eodem argumento conſcriptis quiſquis poterit facile aſſequi, nempe fuiſſe aculeatas, ad feriendos adverſarios bene diſpoſitas, & loricatas ad defenſionem paratas. Satis namque illæ viſæ ſunt hoc exordio pugnæ, tamquam in velitatione ad armandum fideles; poſtea vero cum fortius, atque vehementius ingruit prælium, validiora paravit arma illa nimirum, quæ hactenus in ſacro armamentario ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ integra aſſervantur: tres illæ videlicet orationes de imaginibus inſcriptæ, quæ pro imaginibus promulgatæ leguntur; quando autem illæ ab eo fuerint elucubratæ, ejuſdem ſancti teſtificatione, ſuo loco dicturi ſumus.

Ita quidem nobilis athleta Joannes: quem ſi quis hac ex parte Davidi comparaverit adverſus leonem inſurgenti: puto quidem ſcopum veritatis attinget. Quod ille Saul, neceſſitate cogente, iſta de ſe magnifice prædicaret (a): *Quando veniebat leo vel urſus, & tollebat arietem de medio gregis: perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: & illi conſurgebant adverſus me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebamque eos. Nam & leonem & urſum interfeci ego ſervus tuus.* Iſtud quidem & ipſe Joannes videtur expleſſe, cum in Leonem Iſauricum inſilientem in ovile Catholicum inſurrexit, tenenſque rabidum mentum, abſtraxit ex ore prædam, dum ab eo ſeductos revocavit ad vitam, & reduxit ad caulas; tunc & ipſe Leo extinctus penitus videri potuit, & ſuffocatus: tum potentia XIX.

(a) 1. Reg. 17.

Joannes in Leonem viriliter pugnat.

PAGIUS III. *S. Damaſcenus varia Opuſcula addidit pro ſacris Imaginibus.*

Ad num. XVIII. & ſeqq. Sanctus *Joannes Damaſcenus* nobilibus parentibus in Syria ortus, Caliphæ Saracenorum Miniſter, & Damaſci Præfectus, Imaginum Sacrarum generoſus Defenſor præter tres Orationes de Sacris Imaginibus adverſus Iconomachos, quæ jamdiu lucem viderunt, edidit Orationem demonſtrativam *de ſacris ac venerandis Imaginibus, ad Chriſtianos omnes, adverſuſque Imperatorem Conſtantinum Caballinum, ac hæreticos univerſos*, a Combefiſio in Hiſtoria Hæreſis Monothelitarum publicatam. In ea Damaſcenus hæreticos omnes velut coram provocat, oblatumque fidei libellum ab eorum calumniis vindicat. Dirigit autem peculiariter eam Conſtantino Copronymo, cui poterat cum fiducia loqui, extra fines Romani Imperii ſub Saracenis in Syria degens. Vocat Conſtantinum Caballinum ab equino ſtercore, cujus odore & tactu homo impuriſſimus delectabatur, auctus olim *Copronymi* titulo, a fœdato ſacro fonte, cum infans intingeretur. Legendæ notæ Combefiſii in eam Orationem.

IV. *Moritur S. Hubertus Epiſc. Leodienſis.*

Baronius anno DCCLIV. num. XII. obitum *Sancti Huberti* Leodicenſis Epiſcopi conſignavit; poſtea tamen in Appendice ad Tom. IX. monuit, eum ad annum DCCXXVIII. referendum eſſe, [1] Verum Cointius hoc anno numero XXXVII. & ſeqq. oſtendit hunc Sanctum Antiſtitem hoc anno ad Deum migraſſe. Auctor enim Anonymus, qui ejus Vitam ſcripſit, affirmat illius Tranſlationem factam die *Dominica, anno decimo ſexto feliciſſimi ejus exceſſus*, (Carlomanni vero Majoris Domus, qui Caroli Martelli filius fuit) *tertio jam anno*. Hi characteres annum Chriſti DCCXLIII. deſignant,

NOTÆ [1] Veteris Chronici Leodienſis author vulgatus a P. Martene Anecdot. *t.* 3. col. 1403. obitum S. Huberti conſignandum cenſet circa annum 730. die III. Kal. Julii. Quamvis autem ſcriptor iſte recentior eſt, utpote qui opus ſuum ad annum 1291. perducit; adhuc tamen ea quæ hic ſcribit ex vetuſtiſſimo aliquo ſcriptore deſumpſiſſe potuit; cum præſertim hæc ejus opinio cum vetuſto authore vitæ hujus Sancti optime componi poſſit. Si enim vir Sanctus obiit nocte ante feriam ſextam, ut author iſte vitæ prodit, optime utique affirmari potuit deceſſiſſe illum die III. Kalendas Julias anni 730. quæ in feriam quintam incidit. MANSI

cia veritatis victa impietas, atque proſtrata fuit. Ita Deus eligit infirma mundi, ut confundat fortia. Siquidem non Imperatorem obiicit adverſus Imperatorem exercitibus repugnantem, ſed ſtylo certantem; quo uno potentiſſimo telo ipſum ita perterruit, ut quod viribus diffideret, ad fraudem parandam, qua eum e medio tolleret, improbus ſe converterit. Quomodo autem iſta ſe habuerint, inferius ſuo loco dicturi ſumus; modo autem quæ ſunt hic breviter enarrata, pariter ſincera fide teſtata, omnique ex parte firmata poſteris relinquamus.

XX. Joannes Damaſcenus Conſiliarius Regis.

Joannes Patriarcha Hieroſolymorum in vita ejus, quam ſcriptam poſteris tradidit, habet in primis iſta de Joanne poſt parentis obitum a principe Sarracenorum in aulam importune vocato. *At vero Sarracenorum princeps Joannem accerſens, eum primarii conſiliarii dignitate ornavit. Recuſabat autem ille, ut cujus cupiditas alio tenderet, verum ita tandem coactus eſt, ut jam repugnare non poſſet. Itaque in majorem, quam ejus pater, dignitatis gradu conſtitutus eſt: Tum autem Leo Iſauricus Romanum Imperium gubernabat, qui adverſus venerandas imagines, ac recta de religione ſentientem Eccleſiæ cœtum erat, tanquam leo rapiens rugiens: nam & illas belluina inſania igne comburebat, & earum adoratores rapiebat, ac delebat: tyrannicæque impietatis dentibus miſerum in modum laniabat. Quæ poſtquam ad Joannis aures pervenerunt, Eliæ zelum, atque cognominis ſui Baptiſtæ reprehendendi libertatem imitatur, eum videlicet etiam ante unctionem, inviſibiliter ungente ſpiritu, ac verbum Dei veluti ſpiritus gladium incidendi facultate præditum, ad ferinæ illius mentis dogma, tanquam caput amputandum obiicit. Ad Orthodoxos itaque, quibus notus erat, pro venerandarum imaginum honore libellos epiſtolares mittebat, quibus illud eruditiſſime demonſtrabat, divinarum imaginum adorationem neceſſariam eſſe; ipſoſque hortabatur, ut aliis eadem commemorarent, ſuaſque epiſtolas omnibus oſtenderent: atque omni oratione ac ſtudio novus ille veritatis pugil ad hoc incumbebat, ut epiſtola ſua, velut per orbem quemdam e piorum manibus ad piorum manus transferrent, ſicque recta doctrina confirmaretur. Ac Pauli inſtar omnem correctionem adhibebat, ut ſi non pedibus, at certe per epiſtolas terram univerſam veritatis prædicatione in orbem complecteretur.* Hæc

Joannes Damaſcenus pugnat pro veritate.

de

PAGIUS

ſignant, cujus littera Dominicalis fuit F. & menſis November, cujus tertio die ea a Carolomanno facta dicitur in veteribus Annalibus, & a Joanne Placentio in Catalogo Antiſtitum Leodienſium; ad annum III. Carolomanni totus pertinuit, quia *Carolus Martellus* hujus pater obiit menſe Octobri anni Chriſti DCCXLI. Jam vero ſi annus DCCXLIII. fuit poſt Sancti *Huberti* mortem decimus ſextus, is currenti anno mortuus eſt. Adde quod hic annus præditus eſt littera Dominicali E, & dies XXX. menſis Maii incidit in feriam ſextam, qua Sancti hujus Præſulis mors conſignatur ab Anonymo laudato in ejus Vita. Ait enim: *Rogatu quorumdam illuſtrium Virorum Brachbantum pervexit Baſilicam novo opere conſtructam Domino dedicaturus.* Peracta Dedicatione, cum inde digreſſus eſſet, incidit in febrim feria prima, migravitque in cœlum, cum *jam ſe aurora diei ſexta feriæ; paululum decreſcentibus furvæ noctis tenebris roſeo repræſentabat ſplendore*, &c. Sanctus Hubertus Reliquias Sancti Lamberti ſui Deceſſoris cum Sede Epiſcopali Leodium tranſtulit ex Oppido Trajectenſi, & ſacros Beati *Theodardi* cineres, quos Lambertus Leodii ſepelierat, idem Hubertus terra eduxit, ac populo colendos exhibuit. Nec contentus, duos Sanctiſſimos Deceſſores ſuos tali cultu, & officio ſibi ſuiſque diœceſanis conciliaſſe, idololatriam ex Arduenna, e Taxandria, & ex Brachbanta, ſeu Brabantia, ut nunc vocamus, penitus expulit. Ei ſucceſſit in Epiſcopatum Leodienſem *Florbertus*, ſeu *Floribertus* aut *Floreberius*; ejus filius ante Clericatum genitus, qui patris veſtigia ſecutus, Diœceſim inſigni prudentia & Sanctitate gubernavit.

V. Surius ad diem III. Novembris recitat Vitam Sancti Huberti, *Auctore quodam ejus diſcipulo vel familiari*, ut ipſe putat ſcriptam, nec ab eo diſſentit Cointius anno DCCII. num. XLV. anno DCCXXVI. num. XXXV. & alibi ſæpe, ubi eum ſemper Auctorem Synchronum, & coætaneum appellat, ac ejus morti interfuiſſe aſſerit. Verum decepit Virum eruditiſſimum modus loquendi ab Interpolatoribus uſurpari ſolitus. *Hi enim, ut alibi* tanquam certam regulam ad Scriptores coætaneos ab Interpolatoribus, & qui plura poſt hos ſæcula vixere, diſcernendos ſtatuimus ipſa ſæpius primigeniorum verba deſcribunt, & de rebus geſtis loquuntur, ac ſi ipſimet adfuiſſent, ac tunc vixiſſent. Quare non mirum ſi Auctor Anonymus Vitæ *Sancti Huberti*, eadem quæ Synchronus ejuſdem Auctor verba adhibeat. Quomodo enim Anonymus ille potuit eſſe diſcipulus & æqualis Sancto Huberto; cum de ſecunda ejus Tranſlatione Ludovico Pio Imperatore Gallias regente anno DCCCXXV. peracta verba faciat, & profiteatur, ſe ea ſcriptorum quæ *Venerabilis Antiſtitis Walcandi* (Leodienſis Epiſcopi) *& quorumdam aliorum Religioſorum Virorum veraci relatu* didicit? Walcandus enim Leodienſem Eccleſiam regebat, quando ſecunda hæc Tranſlatio præfato anno die XXI. menſis Septembris facta eſt, ut certo nos edocet Jonas Epiſcopus Aurelianenſis tunc vivens, in Hiſtoria ſecundæ hujus Tranſlationis recitata Sæc. IV. Benedictino part. I. pag. 295. neque enim Anonymus ille coætaneus eſſe potuit Sancti Huberti, ſi centum & amplius annis poſt *Huberti* mortem ejus Vitam ſcripſerit, & de poſteriori ejus Tranſlatione ſermonem habuerit. Quæ itaque narrat Anonymus, partim ab Auctore antiquiori, partim a Jona accepit. *Walcandus* qui recens Andaginenſe Monaſterium in ſaltu Arduennenſi & Leodienſi Diœceſi ſitum,

Vita ejus Auctor non fuit ei æqualis.

Mo-

de Joanne Joannes. Quæ autem hæc ſint ſubſequuta, & quas Leo Imperator in eum ſit molitus inſidias, ſuo loco dicturi ſumus.

PAGIUS Monaſterium Sancti Huberti hodie appellatum, inſtauraverat, corpus Sancti Huberti Ludovico Pio regnante in illud tranſtulit, quod confluentium populorum frequentia illuſtre, eorum maxime, qui rabioſorum canum morſu contacti ſunt.

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. II. ANNUS	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS
728.	15.	13.

I. Leo Imp. proditione agit ut deponat ſanctum Germanum.

ANnus Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimusoctavus Indictione undecima notatus adeſt, quo ingraveſcente magis perſecutione Leonis Imperatoris adverſos Orthodoxos, cum ipſe præ cæteris ſibi adverſantem fuerit expertus S. Germanum Epiſcopum Conſtantinopolitanum: quomodo eum throno pelleret, animo agitare cœpit. Mireris Leonem affectare manſuetudinem, non inſilire in ipſum impetu, & devorare (ut cupiebat) ſed fraudibus agere, aliquamque venari ſi poſſet, & captare occaſionem, ut juſto aliquo ſimulato prætextu, eum e ſede deiiceret. Ad ſcelus operandum idoneum miniſtrum invenit novum Judam, ejus diſcipulum Anaſtaſium, quem ad proditionem faciendam redemit promiſſione Epiſcopatus ejuſdem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ.

II. Germani vaticinium de Anaſtaſio proditore.

Non præterierunt hæc Germanum, ut qui divino revelante ſpiritu, non præſentia tantum cognita habuit, ſed futura prædixit, quæ multos poſt annos eidem infeliciſſimo ventura eſſent, prout Theophanes docet, qui & illud narrat; *contigiſſe nimirum ut idem Anaſtaſius cum aliquando ſuum ſequens Epiſcopum ad Imperatorem ingredientem, percalcarit pedibus magno animi faſtu oram ſtolæ ſancti Pontificis: ad eum ille converſus propheticum hoc prænuntiarit oraculum, dicens: Non effugiet tempus a te ingrediendi Duppin*, locus hic publicus erat regiæ civitatis populorum frequentiori cœtu reliquis præſtans. Quod vaticinium tunc cognitum, & in memoriam revocatum fuit, eum impleri contigit. Cum videlicet Anaſtaſius, pulſo Germano Epiſcopus factus eſſet, diuque ſediſſet, ex eo quod tyrannum coronaſſet Arthabaſdum Conſtantini Copronymi cognatum, ab eodem Copronymo, poſt tyrannum extinctum regnante, fuit iſte magiſtri proditor Anaſtaſius aſino impoſitus verſo vultu, ſummaque infamia & ludibrio totius populi per Duppin publice circumductus. Tam nobilem pompam ejus Epiſcopatus, ante quindecim ferme annos, prophetice cognitam eidem prænuntiavit ſanctus Germanus: qui imitatus Chriſtum Redemptorem, toleravit perfidum proditorem. Porro dejectionem S. Germani e throno poſt annum ſequentem contigiſſe, ſuo loco dicturi ſumus.

III. Leo in Jo. Damaſcen. tendit inſidias.

Qui igitur S. Germano (ut vidimus) Leo Iſauricus tetendit inſidias ad perdendum eum, idem cum ſciſſet ſe ſcriptis Joannis Damaſceni fuiſſe haud mediocriter læſum: ut in eum ulciſceretur, ad fraudes pariter ſe convertit, in quibus concinnandis ipſi fuit diutius laborandum, quo non haberet præſentem hominem, nec ſuæ poteſtati ſubiectum, immo apud Sarracenos & quidem inter proceres eorum, & principes collocatum nempe (ut anno ſuperiori dictum eſt) a principe Sarracenorum in primum locum Conſiliarium adſcitum. Quodnam autem fraudulentus homo machinamentum in eumdem excogitarit: accipe a Joanne Patriarcha Hieroſolymitano, res ab eo geſtas ſic proſequuto.

Ubi ab Imperatore compertum eſt (Joannem ſcilicet ſcriptis ſuis magnopere eſſe conatum, ut exortam hæreſim profligaret, accerſitis nonnullis, qui eadem cum ipſo de religione ſentiebant (ſiquidem indigniſſime ferebat impietatem ſuam Joannis epiſtolis traduci, aperteque pervulgari) negotium ipſis dedit, ut impoſita ſibi pietatis larva, omni ſtudio, atque conatu id agerent, ut per colloquii ſpeciem, epiſtolam quamdam Joannis manu ſcriptam nanciſcerentur. Quamobrem vitii propagatores nullum (ut dici ſolet) funem movere, fraudemque tegere, atque id, quod ipſis imperatum fuerat, inveſtigare deſtiterunt, quoad inventam epiſtolam Imperatori tradidiſſent. Ille autem acci-

tis

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXVI. Anno Hegiræ CX. inchoato die 26. April. fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6221.

☉. 9. DC. ☽ 7. P. 4. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 728.

GREGORII II. PAPÆ 14.

LEONIS ISAURI IMP. 12.

CONSTANTINI COPRONYMI 9.

A. C. 728. I.

CArolus Martellus bellum Bavaricum, hoc anno confecit, & ut aiunt Annales Tiliani, *ſecunda vice pugnavit in Bajoaria*. Id etiam teſtantur Annales Nazariani & Chronographus San-Dionyſianus. Bajoarii Norici incolæ, & multi Germaniæ Galliæque populi dudum a Francorum Imperio defecerant, ac ſe ſe in libertatem aſſeruerant. Quarum ſingularum nationum Duces ex Præfectis alienæ Ditionis Principes ſui juris, & ſub nomine Ducum ſuæ quiſque Provinciæ, ſuorumque popularium Domini, ac revera Reges evaſerant. Primum illuc tranſiit *Carolus* magno coacto exercitu anno DCCXXV. iterumque illuc currenti anno venit, quia *Bajoarii* ſuperioris belli clade nondum ſatis domiti, iterum rebellavere. Annaliſtæ quidem Patavianus, & Maſciacenſis, qui de more eadem ſcribunt, aiunt: *Anno DCCXXVIII. item Carolus fuit in Saxonia*, Verum nullum hoc anno in Saxonia bel-

Secundum bellum Caroli Martelli adverſus Bajoaros.

lum

tis quibuſdam notariis ſuis, epiſtolarum Joannis exemplar ad imitandum ipſis propoſuit, in hoc nimirum, ut & ſcripturæ notas, & ipſius ſententias, ac verba exprimerent. Cum igitur multos, qui ad eam rem ipſi operam navarent, inveniſſet: tum denique juſſit, ut epiſtolam tamquam ex Joannis perſona ad ipſum impium Imperatorem ſcriptam exararent, cujus hæc ſententia eſſet.

IV. Epiſtola ficta nomine Joannis. Salve Imperator. Majeſtati tuæ hoc nomine gratulor, quod eamdem nobiſcum fidem tenes, tuæque Imperatoriæ præcellentiæ cultum, ac venerationem, quam debeo, tribuo. Eaque de cauſa illud tibi ſignifico, urbem hanc noſtram negligenter omnino cuſtodiri, atque Agarenorum præſidium, quod hic eſt, exiguum, & infirmum eſſe. Quare per Deum te obteſtor, ut hujus civitatis commiſerationem afficiaris, atque ingenti, & ſtrenua manu præter omnem expectationem miſſa, quæ alio ſeſe proficiſci ſimulet, urbem ſine ullo labore obtinebis. Ad id enim ipſe quoque non mediocrem opem tibi afferam: quandoquidem & urbs, & regia univerſa in mea pene poteſtate eſt.

Hac epiſtola conſcripta, ex eadem animi perverſitate impius ille alteram ad Sarracenorum principem epiſtolam confinxit hoc exemplo.

V. Leonis Imp. epiſt. ad Regem Sarracenorum. Nihil pace beatius, atque amicitia fortunatius eſſe cenſeo: ac propterea pacis fœdera ſervare, laudabile ac Deo gratum eſt. Proinde nihil antiquius duco, quam amicitiæ fœdus, quod tecum feneri firmum atque inviolatum conſervare: quamquam ad illud clam infringendum, ac verſute violandum a Chriſtiano quodam, qui ſub tua ditione, atque Imperio eſt, crebris ipſius litteris incitor; quibus illud certo confirmet, ſe mihi ad urbem tuam in meam poteſtatem redigendam, ingentem opem allaturum eſſe, ſi ingentem exercitum eo miſero. Unde etiam unam ex ipſis ad me miſſis epiſtolis ad te miſi, ut iis, quæ ad te ſcribo, fidem concilies, atque intelligas, quam in tuendis amicitiis vera ac ſinceræ fidei ſim: ſimul etiam ejus, qui ad me hæc ſcribere auſus eſt, improbitatem, ac fraudem perſpectam habeas.

Ambas hæ itaque litteras ille, ut nomine Leo, ita & ſerpentina verſutia præditus per quemdam ex ſuis ad Barbarum miſit. Ille autem his acceptis, Joannem accerſit, ac fraudulentam ipſam epiſtolam illi oſtendit. Qua perlecta Joannes litterarum quidem formas ſuis ſimiles eſſe confeſſus eſt, ſe autem ea, quæ in ipſis continerentur, prorſus ignorare, nec umquam ſibi hujuſmodi quicquam in mentem veniſſe. Nec vero eum epiſtolam eam legiſſet, eum fugit, quonam dolo, quibuſve inſidiis hæc adverſum ſe comparata eſſent. Verum ille Chriſti inimicus Princeps ad ea, quæ a Joanne dicebantur, perinde erat ac aſinus lyram audiens (velut eſt in proverbio) atque a bonis quidem, & cum veritate conjunctis verbis obmutuit, atque non ita obticuit, quin iniquum facinus imperaret. Nam nulla mora interpoſita, dexteram Joannis amputari jubet. Cumque ille ab eo precibus peteret, ut purgandi ſui cauſa, atque ut impii Imperatoris furorem in ſe exponeret, breve quoddam temporis ſpatium ſibi concederetur: a Barbaro tamen, ut cui furor mentem omnino ademiſſet id impetrare non potuit. — Rex Saracenorum in Joannem commotus.

VI. Joanni præciditur dextera. Itaque dextera ea, qua ſcriptis ſuis virentem Orthodoxis in Deo fecerat exciſa eſt; dextera, inquam, ea exciſa eſt quæ homines Domini odio percitos refutabat: atque pro atramento, quo cum imaginum adorationem litteris mandaret, prius tingi ſolebat, ſuo cruore perfunditur. Deinde exciſa hæc manus a Domino (ut ſic loquar) in foro ſuſpenſa eſt. Cum autem adveſperaſceret, ac Joannes Tyranni indignationem ſedatam, atque compreſſum eſſe conjiceret, legationem ad eum miſit, ſupplex rogans, & obſecrans, atque hujuſmodi verbis utens: Dolor mihi ingraveſcit, meque intolerandum quemdam in modum excruciat, neque acerbitatis aculeo levari poſſum, quamdiu præciſa mihi manus in aere pendet. Hanc igitur, quæſo, donari mihi jubeas, ut ea humo condita, doloris acrimonia relaxetur. His precibus ſtatim ceſſit tyrannus; redditaque eſt viro juſto manus.

Qua accepta, ille ad oratorium, quod domi habebat, ingreditur, pronoque omni-

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS. Jam alii Annaliſtæ memorant, ideoque loco Saxoniæ videtur legendum, *Bajoaria*, ut Cointius jam ſuſpicatus eſt.

II. *Series Præfectorum Saracenorum Hiſpaniæ.* Cum Jahia Præfectus Saracenorum Hiſpanienſium *fere triennio* in poteſtate fuerit, ut diſcimus ex Iſidoro Pacenſi, & dignitatem anno Chriſti DCCXXV. inierit, hoc anno cum excepit Codoyſa, juxta Ebnalgoutiam & Anonymum Andaluſianum? *Fere triennio crudelis exſtuat* (legendum æſtuat) *atque acri ingenio Hiſpania Saracenos & Mauros pro pacificis rebus olim ablatis exagitat, atque Chriſtianis plura reſtaurat*, inquit Iſidorus de Jahia loquens, qui ideo Saracenos & Mauros in Hiſpania aſperius tractavit, quod Chriſtianos adverſus pacificationis Edicta vexaſſet, hoſque in eorum poſſeſſionem reſtituit, quibus injuſte ſpoliati fuerant. De Codoyſa vero ſcribit Iſidorus: *Era DCCLXVI.* (Chriſti ſc. DCCXXVIII. *Arabum CXI. Iſcam VI.* (legendum, CX. Iſcam VI. qui error facile a Librario admiſſus ob concurſum duarum litterarum ii) *Odiſſa* (lege Codoiſa) *vir levitate plenus auctoritate a Duce Africano accepta, qui Hiſpaniæ poteſtatem ſemper a monitu Principis ſibi gaudet fore collatam*; Caliphæ enim Hiſpanias Africano Duci ſubmittebant, *per ſex menſes*

Joannis preces ad Dei Genitricem.

mnino corpore ante divinam imaginem quæ Dei genitricis effigiem gerebat, provolutus, exciſamque manum priſtinæ ſuæ commiſſuræ admovens, intimo pectore ingemiſcit, ac cum lacrymis, exclamans, illamque ad miſericordiam propenſiſſimam hunc in modum obſecrare cœpit: Domina, & caſtiſſima Mater, quæ Deum meum peperiſti, divinarum imaginum cauſa dextera mihi manus amputata eſt: Neque enim te fugit, quid Leonem in furorem conjecerit. Quare quam celerrime accurre, & manui meæ medicinam adhibe. Dextera Excelſi, quæ ex te incarnata eſt, per tuam interceſſionem virtutes multas efficit. Tuo itaque rogatu meam quoque dexteram obſecro, ſanet, ut tuos quemadmodum conceſſeris, Filiique ex te incarnati laudes modulo concentu, o Dei genitrix, literis conſignet, atque Orthodoxo cultui adjumento ſit. Potes enim quicquid lubet, ut Dei Mater.

VII. Manus Joanni divinitus reſtituta.

Hæc Joannes lacrymis dicens obdormivit, atque in ſomnis Dei genitricis imaginem videt, placitis, & lætis oculis ipſum intuentem, ac dicentem: Ecce ſanitati eſt reſtituta manus tua. Jam ergo ſine ulla cunctatione, quemadmodum nunc pollicitus es, eam (a) Pſ. 44. *(a) ſcribæ velociter ſcribentis calamum effice. Experrectus igitur ille, qui ſanus fuerat, cum exciſam manum contemplaretur, eamque ſanatam conſpexiſſet* (b) Luc. 1. *(b), ſpiritu exultavit in Deo ſalutari ſuo, atque ipſius matre: quoniam fecit ipſi magna, qui potens eſt; pedibuſque ſtans, manus in altum extulit, carmenque quod tempori maxime conveniret, cecinit; totaque nocte una cum univerſa familia lætabatur; ad gratique animi ſignificationem canticum novum Deo cantans, ac dicens* (c) Exod. 15. *(c): Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine; Dextera tua manum meam amputatam ſanavit, ac per eam hoſtes, qui venerandam tuam, ac genitricis tuæ imaginem honore minime proſequuntur, conſcindes; atque in multitudine gloriæ tuæ adverſarios, imaginum fractores per manum meam confringet. Erat itaque illi nox ea dies, & non nox, ac lumen & non tenebræ (licet autem hoc loco prophetæ vocem cum aliqua immutatione uſurpare) erat illic vox puræ epulantium, &* (d) Pſ. 41. *(d) ſonus exultationis in juſti viri tabernaculo.*

VIII.

Hæc porro non occulte in ſilentio peragebantur, verum admirandas illæ ſonas, atque continua illa jubilatio ad vicinos, & eos, qui in orbem habitabant, ſeſe diffundebat. Ex quo factum eſt, ut confeſtim quidam ex Chriſti inimicis Sarracenis Principem ſuum adirent: Joannis dexteram minime abſciſſam eſſe affirmantes, verum alii cujuſpiam, ſervo puta, aut alioqui ipſi miniſtranti, qui benevolentia erga eum ductus, ſeipſum domini loco huic ſupplicio expoſuiſſet: eos autem, quibus hujuſmodi facta imperata fuiſſet, pecunia corruptos pœnam in alium tranſtuliſſe: En enim Joannes (inquiebant) domi deſidens canit, ac perinde oblectatur, ac ſi nuptiale feſtum celebraret, epithalamiumque aliquem cantum ederet; immo & hujuſmodi lætitiam ipſius exultatio ſuperat. Miraculum divulgatur. *Hoc nuncio allato, ſtatim Joannes accerſitur. Ac cum veniſſet, exſectam dexteram extendere jubetur. Qua demonſtrata, certo Deo matris conſilio, ac providentia linea quædam in ea elucebat, veriſſimam exciſionem eſſe oſtendens. Tunc igitur ex eo Barbarus quæſivit, quiſnam medicus ipſum in ſanitatem aſſeruiſſet, ac quænam medicamenta impoſuiſſet? Ille clara & ingenti voce miraculum prædicat. Dominus meus* (inquit) *omnipotens medicus, cujus vis, ac potentia orationem pari pede comitatur, in ſanitatem me vendicavit.*

IX. Rex Saracenorum propenſior erga Joannem.

Ad hæc Barbarus: Quantum conjectura aſſequor, o homo, id quod paſſus es, inſons paſſus es. Ac velim illud nobis ignoſcas, quod præcipiti, & inconſiderata ſententia ſupplicium tibi intulimus. Tu vero priſtinum munus miniſtrabis, principemque inter conſiliarios noſtros locum obtinebis. Neque enim poſt hæc, niſi de tuo conſilio, ac ſententia quicquam facturi ſumus. Ille autem humi proſtratus adoravit, pronuſque jacens eum perdiu rogavit, ut id ſibi remitteret, aliumque vitam

PAGIUS

ſes (uſque ad finem currentis Chriſti anni) *abſque ulla gravitate retemptans, pro paucitate Regni nihil dignum adverſumque ingeminat.* Oſman Codoiſæ ſucceſſit; *per idem tempus*, inquit Iſidorus, *ad regendam Hiſpaniam in Era DCCLXVII, Arabum CXII. Iſcam VII.* (ſcribendum CXI, Iſcam VII. *Artman ab Africanis partibus tacitus properat, qui dum quatuor per menſes*, &c. videlicet uſque ad menſem Maii an. DCCXXIX, Oſmano ſucceſſit *Haitham*, cui Iſidorus menſes decem tribuit *Haithamo* Mahometus, qui Abderraman in ſuum locum ſtatuit, idque circiter menſem Martium anni DCCXXX. cum per triennium præfuerit, & menſe Octob. an. DCCXXXII. perierit, ut ex dicendis liquebit. Quæ Præfectorum Hiſpanicorum ſucceſſiones accurate conſignandæ fuere, ut noſtra Chronologia certius procedat.

III. Moritur S. Hidulphus Abbas & Epiſc. Atrebaten. & Cameracen.

Hidulphus, ſeu *Hadulfus*, quem hoc anno Annales Petaviani & Maſciacenſes mortuum aſſerunt, fuit Epiſcopus Atrebatenſis & Cameracenſis, ac ſimul Abbas Vedaſtini Monaſterii, a Sancto Autberto anno DCLXVI. conditi *in* Epiſcopatu Atrebatenſi, ut ſcribit Alcuinus in Vita Sancti Autberti; & quidem *ordine* ſecundus poſtea ad Epiſcopatum Atrebatenſem evectus, teſte Balderico in Chronico lib. 1. capit. 34. Annaliſtæ Petavianus & Maſciacenſis ad hunc annum de eo habent: *Anno DCCXXVIII. Adulfus Epiſcopus mortuus eſt. Fuit autem de Camo-*

(a) Joan. 14. *viam multo jucundiorem, & optabiliorem ingredi permitteret, ejus, qui ait (a): Ego ſum via, veſtigiis inhærere. At Barbarus poteſtatem minime faciebat; eratque cernere tamquam gladiatores quoſdam, Barbarum, & virum juſtum inter ſe pugnantes. Ille autem multis mundi vinculis Joannem coercere contendebat; hic contra magnam vim, ac ſtudium adhibebat, ut ea rumperet, atque Angelicis pennis in ſublime volaret. Quin illud quoque fortaſſe nec immerito dixerit quiſpiam, quod improbi ſpiritus a ſiniſtra latere animam Barbaro addebant, atque ad allic**i**endum Joannis animum cum nectebant; atque luculento tandem cum præconio vincit gladiator meus, omneſque adverſarii illecebras tamquam parvulorum ſagittas duxit, victorque diſceſſit illuſtri vita caput redimitus, domumque læto, atque hilari vultu ingreditur, qui prius mœſtus, ac triſtis exceſſerat.*

X. Joannes Damaſcenus monachiſmum amplectitur. *Cumque duæ ipſi dominicæ ſententiæ propoſitæ eſſent: altera, quæ hoc ſtatuerat, ut facultates ſuas venderet, ac pauperibus diſtribueret; altera, ut domos, & agros, aliaque omnia Domini cauſa relinqueret: ita ſe comparavit, ut nec in priori temporis aliquid ſibi tenendum putaret, ne forte ea res ſibi moram afferret; nec item in ſecunda, ne ſi facultates ſuas temere relinqueret, inter eos, qui ſanguine ipſi conjuncti erant, lites, atque conflictationes orirentur, aliis nimirum aliud quoddam hæreditatis capeſſendæ jus proferentibus. Verum inter utrumque graditur, atque confeſtim bonis in pauperes, captivos ſervos ſuos, quos etiam libertate donaverat, & cognatos, diſtributis, atque divinis templis conſecratis, quemadmodum ex matris utero nudus exiverat, ſic etiam neceſſariis indumentis exceptis, nudus e mundo exceſſit. Ac Hieroſolymam profectus, cum in his venerandis locis orationis munere (ut par erat) perfunctus fuiſſet, tamquam cervus divina ſiti flagrans, in ſolitudinem contendit, atque ad divini Sabæ Lauram ſe confert, comitem & ſacram non itineris dumtaxat, ſed inſtituti etiam Coſmam habens, qui eamdem cum ipſo educationem, ac diſciplinam habuerat.* Quæ autem hæc ſit ſequuta optime inſtituta vita monaſtica, idem auctor late proſequitur: ſed hæc nobis modo ſatis ad inſtitutum. Quomodo autem poſtea alios libros elaboraverit adverſus Iconoclaſtas, ſuo loco dicturi ſumus.

Quod ad res Occidentales pertinet, hoc anno, Indictione videlicet undecima, Longobardi Sutrium munitionem ab Eccleſia abſtulerunt, de quo iſta apud Bibliothecarium: *Eo tempore per undecimam Indictionem dolo a Longobardis pervaſum eſt Sutrienſe caſtellum, quod per quadraginta dies ab eiſdem Longobardis poſſeſſum eſt. Sed Pontifices continuis ſcriptis, & commonitionibus ad Regem miſſis (quamvis multis datis muneribus) quamvis ſuis omnibus nudatum opibus, donationem beatiſſimi Apoſtolis Petro & Paulo antefatus emittens Longobardorum Rex reſtituit, atque donavit.* Hæc Anaſtaſius. XI.

Sep-

PAGIUS *maracø, & habuit Abbatiam S. Vedaſti.* Legendum Sancti Hadulfi Elogium Hiſtoricum Sæculo III. Benedict. part. I. Vides ut hoc ſæculo Abbates pietate inſignes, cum ad Epiſcopatum promoverentur, Abbatialem ſui Monaſterii curam non abdicarent, cujus rei etiam exemplum habemus in Sancto Erkenbodone, qui cum eſſet Sitivenſis Monaſterii Abbas in Diœceſi Morinorum ſeu Tarvanenſi, cum poſtea Morinenſis Epiſcopus electus fuit, utroque munere cum Epiſcopi, tum Abbatis uſque ad obitum defunctus eſt. Vivebat hoc tempore *Erkenbodo*, & pervenit uſque ad annum circiter DCCXL. aut DCCXLII. ut ſcribit Joannes Monachus Sitivenſis in ejus Vita, in Actis SS. Bollandianis recitata, ad diem XII. menſis Aprilis.

IV. *Liber Diurnus ſedente Gregorio II. compoſitus.* Liber Diurnus Romanorum Pontificum ad veterem Hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtrandam utiliſſimus, ad Gregorii II. tempora pertinet, ut exiſtimat Garnerius, qui primus illum in lucem emiſit ex MS. Codice nongentorum circiter annorum. In eo enim inter Pontifices poſtremi appellantur *Martinus* I. & *Agatho*; inter Generalia Concilia ultimum memoratur Sextum, etſi aliorum meminiſſe opus erat, vel maxime, ſi jam celebrata fuiſſent. Ac denique inter Imperatores *Conſtantinus Pogonatus* extremum locum occupat, diciturque nuper coegiſſe Sextum Concilium. Varia in eo extant Hiſtorica, Dogmatica, & quæ dicuntur, Critica, ut vel ex Notis a Garnerio editis intelligi poteſt.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 729.	GREGORII PAP. II. ANNUS 16.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 14.

I. Rex Longobardorum convenit cum Exarcho.

SEptingenteſimus undetrigeſimus volvitur annus duodecima Indictione, quo Imperator iſto fœdere cum Luithprando Rege Longobardorum res Italiæ in tutum collocare viſus eſt, alliciens ad id eumdem Regem ſpe potiundi monarchia totius gentis Longobardorum, Ducibus omnibus ademptis, Exarcho ad id præſtandum opitulante. Ea quo etiam fœdere clades imminebat Urbi, quæ ab Imperatore defecerat; & Gregorii Papæ exitium, in quem toties vidimus Imperatorem ſuos immiſiſſe magiſtratus; ſed divinum auxilium affuit, ut machinamenta iſta omnia cito diſſolverentur. Quomodo autem id acciderit, ab Anaſtaſio audiamus, qui primum in his, quæ ad tempus ſpectant, hæc accidiſſe ait hoc anno duodecima Indictione. *Eodem*, inquit, *tempore ſæpe dicti Eutychius Patricius, & Luithprandus Rex inierunt conſilium nefandum, ut congregato exercitu, Rex ſubiceret Duces Spoletinum, & Beneventanum, Exarchus Romam, & quæ pridem de Pontificis perſona juſſus fuerat, impleret*, nempe ut eum occideret. *Qui Rex Spoletum veniens, ſuſceptis ab utriſque Ducibus ſacramentis, atque obſidibus, cum tota ſua coborte in Neronis campo convenit*. (Erat locus iſte prope baſilicam Vaticanam, olim dictus Prata Neronis) *Ad quem egreſſus Pontifex, eique præſentatus, ſtuduit (ut potuit) Regis mollire animum commonitione pia. Ita ut ipſe Rex ſe proſterneret ejus pedibus, & promitteret nulli inferre læſionem. Atque ſic ad tantum compunctionem ipſe piis monitis flexus eſt, ut quæ fuerat indutus arma exueret, & ante corpus Apoſtoli poneret, mantum, * armilauſam, balteum, ſpatam, atque enſem deauratum, necnon coronam auream, & crucem argenteam. Poſt orationem factam obſecravit Pontificem, ut memoratum Exarchum ad pacis concordiam ſuſcipere dignaretur: quod & factum eſt, & ſic receſſit, Rege declinante a malis, quibus inierat conſilium cum Exarcho*. Iſta quidem Gregorius ubique mirandus, nimirum quod accenſos hoſtis animos ira reſtinxerit, quod & furentem armis Regem Crucis potentia exuerit, deque illius opimis ſpoliis trophæa ad Petri Apoſtoli confeſſionem erexerit. Quanta vis Petri, non tam cum exerit gladium de vagina, quam eum gladio ſpiritus (quod eſt verbum Dei) præcordia penetrat adverſantium?

Revocatus ab impietate Rex Longobardorum.

* armillam

Gregorii Pap. egregiæ facta.

Sed & mirandus non minus in eo Gregorius etiam fuit, dum eumdem Exarchum, quem ſæpius vidimus conſpiraſſe in necem ſuam, amice ſuſceperit, immo & auxiliaribus copiis præſto fuerit. Nam audi quæ his ſubjicit Anaſtaſius.

II. *Igitur Exarcho Romæ morante, venit in partibus Thuſciæ in Caſtro * Maturanenſi quidam ſeductor Tiberius nomine, cui cognomen erat Petaſius, ſibique regnum Romani Imperii uſurpare conabatur, leviores quoſque decipiens, ita ut Maturanenſes, Lunenſes, atque Blerani ei ſacramenta præſtitiſſent. Exarchus vero hæc audiens, turbatus eſt; quem ſanctiſſimus Papa confortans, & cum eo proceres mittens, atque exercitum profectus eſt: Qui veniens in Maturanenſe caſtellum, ibidem Petaſius interemptus eſt, cujus abſciſſum caput Conſtantinopolim ad Principem miſſum eſt: nec ſic plenem Romanis gratiam largitus eſt Imperator: nam poſt hæc claruit Imperatoris malitia, pro qua perſequebatur Pontificem*. Quænam autem iſta fuerit, ſequenti anno (ut ratio temporis poſtulat) dicturi ſumus.

* Maranteuſi

Gregorius præſto eſt Exarcho.

Petaſius tyrannus extinctus.

Hoc tempore, nempe triennio, antequam ſucceſſor hujus itidem Gregorius, tertius ejus nominis dictus ſederet, contigerunt juſtæ querelæ Donati Grandenſis

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXVII. Anno Hegiræ CXI. inchoato die 5. April. fer. 5. A.C. 729. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6222.

☉ 10. B. ☽ 8. P. 24. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 729.

GREGORII II. PAPÆ 15.

LEONIS ISAURI IMP. 13.

CONSTANTINI COPRONYMI 10.

ANum. II. ad VIII. Baronius num. VII. Ughellus in Italia Sacra, aliique paſſim exiſtimarunt, *Forum-Julii*, Carnorum Oppidum Venetæ Ditionis, cui aliquando præfuit Dux Foro-Julienſis, denominatus ab Urbe primaria, (quæ circa annum DC. a Gaiano Avarum Rege vaſtata eſt, uti narrat Paulus Diaconus lib. 4. cap. 38. fuiſſe hoc tempore Civitatem Epiſcopalem. Verum, uti Em. Noriſius Cardinalis in Diſſert. Hiſt. de Synodo V. cap. IX. §. 4. & Anſelmius in Diſſert. de Initiis Eccleſiæ Forojulienſis cap. 2. ſcite obſervarunt, Forojulium Italiæ Oppidum erat in Diœceſi Epiſcopi Aquilejenſis, neque umquam Epiſcopum habuit ab Aquilejenſi Metropolita diſtinctum; ſed cum *Julium Carnicum*, ſeu Julienſe Caſtrum prope fontes Boti amnis ad radices Alpium excicum fuiſſet, Epiſcopus, qui ibi eo tempore ſedebat, *Fidentius* appellatus, ex eo profugus impetravit a Fori-Julii Ducibus, ut ſibi liceret in Caſtro Forojulii Sedem ſuam collocare, ubi & uſque ad mortem reſedit. Rem diſerte narrat Paulus Diaconus lib. 6. cap. 51. cujus verba recitat Baronius ibidem; *Advenimus anterio-*

Forojulium numquam habuit proprium Epiſcopum.

(a) Extant in ſcripto Chron. Andreæ Danduli.

ſis Patriarchæ adverſas Serenam Forojulienſem Antiſtitem, cujus rei cauſa reperiantur a Gregorio Pontifice ſcriptæ epiſtolæ hic recitandæ (a).

III. Diſſenſio inter Gradenſem, & Aquilejenſem Epiſc.

(b) Paulus Diac. lib. 6. c. 23. vet. edit. & nov. 41.

Præerat hoc tempore Serenus Epiſcopus Eccleſiæ Forojulienſi, cui & Gregorius Papa pallium miſit, rogante Rege Luithprando (meminit hujus (b) Paulus Diaconus, Caliſtique prædeceſſorem fuiſſe tradit). De hoc autem cum accuſatio veniſſet ad Gregorium Papam, quod invaderet res Gradenſis Eccleſiæ: hæc ad eum ipſe Gregorius ſcripſit.

(c) Ex ſcript. Cod. verum Venet. Andr. Dand.

(d) 1. Cor. 4.

Gregorius ſervus ſervorum Dei dilecto fratri Sereno (c).

*Tanta munere quiſque ditatur, quantum in ſublimitate poſitus de ſe, ex mandato Domini Redemptoris, humiliter ſentit: Etenim paſtoralis dignitas ſingulariter ex humilitate ornatur. Sperandæ quippe Apoſtolica lectio arguit elatos (d): Quid habes, quod non accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Nam dum ad cumulum tui honores, precibus eximii filii noſtri Regis flexi, * plurimum Eccleſiæ pro rectitudine fidei, per quam te, tuamque Eccleſiam amplecti cognovimus, provocati, pallium tibi direximus, interdicentes, & inter cætera prohibentes, ne unquam aliena jura invaderes, aut temeritatis auſu uſurpares juriſdictionem cujuſpiam: ſed his eſſes contentus, quæ uſque hactenus poſſediſti. Nunc vero (ut cognovimus) Gradenſis Patriarchæ niteris invadere jura: atque ex iis, quæ poſſedit omnia uſque uſurpare. Ne ergo ea quoquam exiſtas temerator, ex auctoritate Apoſtolica præcipimus, ne ullo modo terminos ab eo poſſeſſos * accedas, ſed his habeto quæ modo uſque poſſediſti: nec amplius quam in finibus gentis Longobardorum exiſtentibus greſſum tendere præſumas, ut non injuſte ſuſcepiſſe te gratiam collatam pallii ex præſumptione oſtendas: & de Apoſtolici vigore conſilii, ſi inobediens fueris comprobatus, ultione dignus judiceris.* Hucuſque Gregorii epiſtola ad Serenum. Idem vero ad Gradenſem Patriarcham, & alios Epiſcopos ſub eodem conſtitutos, atque Duci, aliiſque iſta tunc ſcripſit.

* Locus depravatus.

* excedas

(e) Ex eod. Cod.

IV. Gregor. Pap. epiſt. ad Patriarcham Gradenſ.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Donato Patriarchæ, & Epiſcopis, atque Marcello Duci, & plebi Venetiæ & Iſtriæ (e).

*Quamquam ex miniſterio, quod ex miſeratione divina gerimus, quicquid provide deliberatum peragere abſque obſtaculo conveniat: verum ne fruſtra judicium egiſſe videremur, illa cupimus proſequi, quæ non ad læſionem cujuſquam, ſed potius ad immunitatem reſpiciant; illa ſatagere, unde non ex poteſtate conceſſa, ſupplicia, ſed præmia ſperentur. Convenit enim ut eam alterius votis paremus, alterius jura non fraudentur. Quia igitur miſſa relatione ad nos, a Deo ſalvata communitas veſtra petiit contra Forojulienſem Antiſtitem agentes, quod cupiebat invadere ditionem Gradenſis Patriarchæ. Sed ut nunquam excedere terminum, vel jura invadere aliena, ſed ea, quæ hactenus poſſedit, ſe eſſe contentum: cui, ut Eccleſiam in præſenti non * attentet ex auctoritate Apoſtolica interdiximus: eique conſenſum ad hanc eſſe conditionem dilectiſſimæ ſtatis: cui denique ne præſumat excedere, præcipimus. Ne ergo injuſta quadam, aut diffidio locum pene eorum inſidiando (ut aſſolet) invadat, pervigiles cavete, potius ſolertis de veſtra poſt divinum præſidium cogitare ſalute; quia illud non occaſione agitat, ſed ubi poſſunt, Deo eis non reſiſtente, veritati obtemperare nituntur, optantes de reliqua in amore Domini noſtri Jeſu Chriſti pollere, & ab omni immunes adverſitate manere. Bene valete.* Hæc Gregorius oppreſſorum defenſor; ex quibus etiam intelligis adhuc ſuperſtitem fuiſſe Serenum, cum male in annum Domini ſeptingenteſimum vigeſimumſextum ejus obitum alii referant. Producta autem hæc rurſum ſunt in judicium poſt triennium, cum ſederet Gregorius tertius. Quomodo vero controverſia definita fuerit per eumdem Gregorium ſecundum, ejuſque ſucceſſorem Gregorium tertium, Leo nonus Romanus Pontifex docet in epiſtola data omnibus Epiſcopis Venetiæ, & Iſtriæ provinciæ, cum adhuc eadem altercatio recrudeſceret. Quæ epiſtola, ut quæ hoc tempore facta ſunt ſciamus, hic deſcribenda eſt. Sic enim ſe habet (f):

De diviſione diœceſis Forojulienſis & Gradenſis.

(f) Leo ep. 2.

No-

PAGIUS

re tempore Fidentius Epiſcopus de Caſtro Julienſi, cum voluntate ſuperiorum Ducum, intra Forojuliani Caſtri muros (videns Julium a Forojulio omnino diverſum fuiſſe) habitavit, ibique ſui Epiſcopatus Sedem ſtatuit. Quo vita decedente Amator ejus loco ordinatus eſt. Uſque ad eumdem diem ſuperiores Patriarchæ, quia in Aquileia propter Romanorum incurſionem habitare minime poterant, Sedem non in Forojulii, ſed in Cormones habebant, quod Calliſto (Patriarchæ) Aquilejenſi qui erat nobilitate conſpicuus ſatis diſplicuit, ut in ejus Diœceſi cum Duce & Longobardis habitaret Epiſcopus & ipſe tantum vulgo ſociatus vitam duceret. Quid plura? Contra eumdem Amatorem Epiſcopum egit, eumque de Foro-Julii expulit, atque in illius domo ſibi habitationem ſtatuit.

Quibus ex verbis Baronius deduxit Forum-Julii peculiarem Epiſcopum habuiſſe, cum tamen ex illis clare pateat, Epiſcopos Caſtri-Julienſis precario tantum in Foro-Julienſi Caſtro ſubſitiſſe, ibique reſediſſe, non tanquam ger-

II. A Patriarcha Aquilejenſi diſſitum.

V. *Noverit veſtra cariſſima nobis in Chriſto fraternitas, hac eu præſenti Indictione ſexta, cariſſimum confratrem noſtrum Dominicum Gradenſem, immo novæ Aquilejæ Patriarcham ad Synodum noſtram Romæ habitam veniſſe, & querimoniam de ſua, & Forojulienſi Eccleſia, quam credimus vos non ignorare, lacrymabiliter coram feciſſe. Cujus tandem relictis privilegiis a ſancta Romana & Apoſtolica Sede ſibi conceſſis, judicio ſanctæ Synodi hoc definitum fuit, ut nova Aquileja totius Venetiæ, & Iſtriæ caput, & metropolis perpetuo haberetur, ſecundum quod evidentiſſima prædeceſſorum noſtrorum adſtruebant privilegia. Forojulienſis vero Antiſtes tantummodo finibus Longobardorum eſſet contentus, juxta privilegium Gregorii ſecundi, & retractationem, tertii &c.* Vendicabat autem ſibi illa tamquam debita Forojulienſis Epiſcopus, eo quod idem & veteris Aquilejæ eſſet Patriarcha; ita enim (ut alias dictum eſt) idem Forojulienſis Epiſcopus æque Patriarcha dicebatur Aquilejenſis, & Forojulienſis: Sic igitur ſubjectos voluerunt ambo Gregorii Epiſcopo Forojulienſi tantum eſſe Longobardos, eos intelligens, qui ſub Ducis Forojulienſis ditione erant. Sed de bonis invaſis Eccleſiæ Gradenſis ab Epiſcopo Forojulienſi hæc accipe a Gregorio hujus ſucceſſore, ex epiſtola ſcripta ad Calliſtum Sereni ſucceſſorem his verbis:

VI. *Gregorius ſervus ſervorum Dei Callixto, &c.* Jam triennium evolutum prædeceſſoris noſtri tempore. Et infra. *Cognovimus enim, quod aviditate devictus, auſu illicito pervaſeris poſſeſſiones, quæ Centenaria, & * Maſiones nuncupantur, pertinentes monaſterio ſanctæ Dei genitricis ſito in inſula Barbiana, quod priſco, & longo tempore ſancta jure poſſidet Gradenſis Eccleſia, & ejus hactenus fuerat ditionis. Quod (quia aliena nulli licet invadere præcipue Sacerdotibus) quia contra Deum eſt: præcipimus beati Petri Apoſtolorum Principis auctoritate, cui a Domino, & Salvatore noſtro ligandi, & ſolvendi in cælo, terraque poteſtas conceſſa eſt, ut ea, quæ pervadere contra legem auſus es, in præſenti cum omnibus ejus pertinentibus Gradenſi Patriarchæ reſtituere debeas, cujus ditioni pertinere videntur. Scias enim, ſi extiteris temerator, & reddere diſtuleris aliena Apoſtolica ſententia canonicæ te ſubjacere correctioni, atque pœnitentiæ, dum juſta fueris condemnatus ſententia.* Hucuſque, quæ reperiuntur ex dictis ejuſdem Gregorii litteris.

* Manſiones.

De rebus invaſis ab Epiſcopo Forojulienſi.

VII. Porro etſi idem Patriarcha Aquilejenſis diceretur pariter & Forojulienſis; eo quod apud eam civitatem habitationem delegiſſet: tamen conſtat Forojulium peculiarem ſuum habuiſſe Epiſcopum, adverſus quem turbas idem Callixtus excitavit, quas a Paulo (a) diacono ſcriptas ſic accipe: *Gravis* (inquit) *ſane per id tempus inter Pemmonem Ducem Forojulii, & Callixtum Patriarcham diſcordiæ rixa ſurrexit. Cauſa autem hujus diſcordiæ iſta fuit. Adveniens anteriore tempore Fidentius Epiſcopus de Caſtro Julienſi, cum voluntate ſuperiorum Ducum intra Forojulianí caſtri muros habitavit, ibique ſui Epiſcopatus ſedem ſtatuit. Quo vita decedente, Amator ejus loco ordinatus eſt. Uſque ad eumdem diem ſuperiores Patriarchæ, quia in Aquileja propter Romanorum incurſionem habitare minime poterant, ſedem non in Forojulii, ſed in Cormones habebant. Quod Callixto, qui erat nobilitate conſpicuus ſatis diſplicuit, ut in ejus diœceſi cum Duce, & Longobardis habitaret Epiſcopus, & ipſe tantum vulgo ſociatus vitam duceret. Quid plura? contra eumdem Amatorem Epiſcopum egit, eumque de Forojulii expulit, atque in illius domo ſibi habitationem ſtatuit. Hac de cauſa Pemmo Dux contra eumdem Patriarcham cum multis Longobardis conſilium iniit; apprehenſumque eum ad caſtellum Pontium, quod ſupra mare ſitum eſt, duxit; indeque eum in mare præcipitare voluit. Sed tamen Deo prohibente, minime fecit: intra carcerem tamen eum detentum pane tribulationis ſuſtentavit. Quod Rex Luitprandus audiens in magnam iram exarſit, Ducatumque Pemmoni auferens, Ratchis ejus filium in ejus loco ordinavit.* Hæc Paulus; atque de his ſatis.

(a) Paul. diac. l. 6. c. 14. vet. edit. & nov. 51.

Hoc

PAGIUS manos, ſed tanquam extorres Præſules. Poſtquam vero Patriarcha Aquileienſis, qui Forojulienſis Caſtri proprius & legitimus Antiſtes erat, ibi habitationem elegit, Aquileienſis ſeu Forojulienſis Patriarcha indiſcriminatim appellatus fuit. Hinc in teſtamento Caroli Magni inter Eccleſias Metropoliticas non Aquileiæ, ſed Forojulii mentio habetur: *Nomina Metropolitanorum Civitatum*, inquit Carolus M. *ad quas eadem eleemoſyna vel largitio data eſt, hæc ſunt. Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum-Julii, Gradus, Colonia, &c.* Qua de re loquens Sigebertus in Chron. ait, *Forum-Julii ſeu* Aquileia. Quare Patriarchæ Aquilejenſes anno DCCCXI. quo teſtamentum illud conditum, Fori-Julii reſidebant. Imo vigentibus controverſiis Gradenſis Patriarchæ cum Aquileienſi, Leo Papa IX. an. MLIII. literas dedit ad Epiſc. Iſtriæ, a Baronio num. V. recitatas, quibus Patriarchæ Gradenſis jura illæſa ſervat, additque: *Forojulienſis vero Antiſtes tantummodo finibus Longobardorum eſſet contentus juxta Privilegium Gregorii II. & retractationem III.* nempe Gregorii III. Quare eo anno Patriarcha Aquileienſis Foro-julii Sedem ſuam habebat. Ea poſtea ad *Utinum* Aquileienſis Diœceſis Oppidum tranſlata fuit.

Ad

VIII. Hoc eodem anno præceſſiſſe ſigna cæleſtia de imminenti clade Sarracenorum in Gallias, teſtatur Beda, qui vidit, atque deſcripſit his verbis (a): *Anno Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo vigeſimo nono apparuerant cometæ duæ circa ſolem, multum intuentibus terrorem incutientes. Unus quippe ſolem præcedebat mane orientem, alter veſpere ſequebatur ſolem occidentem, quaſi Orienti ſimul, & Occidenti diræ cladis præſagi: vel certe unus diei, alter noctis præcurrebat exortum, ut utroque tempore mala mortalibus imminere ſignaret. Portabant autem faciem ignis contra Aquilonem, quaſi ad accendendum acclinem, apparebantque menſe Januario, & duabus ferme ſeptimanis permanebant. Quo tempore gravisſima Saracenorum lues Gallias miſera cæde vaſtabat, & ipſi non multo poſt in eadem provincia dignas ſuæ perfidiæ pœnas luebant.* Hucuſque Beda.

(a) Beda hiſt. Angl. l. 5. c. 24.

Signa de Sarracenis Gallias invadentibus.

Qui enim ante annos quatuor a Carolo Martello in Aquitania fuerant dira cæ-

PAGIUS III. *Irruptio Sarracenorum in Galliam.*

Ad. num. VIII. Saracenorum in Galliam irruptionem, Baronius refert ex Beda lib. 5. cap. 24. *Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo viceſimo nono, apparuerunt Cometæ duo circa Solem, multum intuentibus terrorem incutientes* &c. *in utroque tempore mala mortalibus imminere, ſignarent*, &c. *apparebantque, menſe Januario, & duabus ferme ſeptimanis permanebant. Quo tempore gravisſima Saracenorum lues Gallias miſera clade vaſtabat, & ipſi non multo poſt in eadem Provincia dignas perfidiæ ſuæ pœnas luebant.* In vulgatis editionibus legitur, DCCXXVIII. loco DCCXXIX. ſed errore manifeſto, ut ex mox dicendis liquebit. Scaliger lib. 6. de Emendat. Temp. pag. 612. editionem adhuc magis corruptam uſus eſt; in ea enim habebatur, *anno ſeptingenteſimo viceſimo quinto*; indeque prælium Saracenicum anno DCCXXXII. habitum in eum Chriſti annum retrahit. Verum recte editio Chiffletiana hanc cladem cum præſenti anno illigat. Ad hæc Anaſtaſius in Vita Gregorii II. ſcribit: *Indictione XII. menſe Januario per decem & amplius dies ſtella, quæ crinita vocatur, cum radiis in cœlo apparuit in Occidente; cujus radii partes Aquilonis reſpiciebant, & uſque ad medium cœlum ſe extendebant.* Ubi Auctor libri Pontificalis duos Cometas a Beda memoratos perperam pro ſtella ſumit; ſed menſem apparitionis & annum recte cum Beda notat. Porro obſervatu dignum eſt quod refert ibidem Beda, Saracenos nempe *non multo poſt in eadem Provincia dignas ſuæ perfidiæ pœnas luiſſe*; indicat enim celeberrimam de Saracenis victoriam anno DCCXXXII. a Chriſtianis reportatam, cumque an. DCCXXXI. Hiſtoriam ſuam Gentis Anglorum abſolverit, manifeſtum eſt, eum poſtea verba illa, & hujus victoriæ mentionem in ſuam Hiſtoriam inſeruiſſe. Sic loquentes de *Idacio* & de *Joanne Biclarenſi* Abbate notavimus, utrumque Chronographum Operi ſuo jam in lucem emiſſo addidiſſe aliqua, quæ contigere poſt annum quo ſua Chronica clauſere. Quod cum non animadvertiſſent aliqui Viri docti, errandi inde occaſionem ſumpſere.

IV. *Monachi Lirinenſes a Saracenis occiſi.*

Porro *Porcarius* Lerinenſis Abbas, cujus mortis multi meminere, diverſus eſt a Porcario, qui Sancti Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis tempore Lerinum regebat. Præerat *Porcarius* Junior Monachis minimum quingentis, qui cœleſti monitu præſcius ruinæ Monaſterio ſuo imminentis, diſcipulos ad perferenda tormenta hortatus eſt, imbelleſque *pueros ſedecim, adoleſcentes triginta ſex*, fuga ſibi conſulere ſuaſit, & eos in Italiam miſit. Interim Barbari in Inſulam veniunt, Monachos præcipiti cæde mactant, & *Eccleſias omniaque ſacra ædificia funditus evertunt, ac ſolo æquant*, ut videre eſt apud Surium ad diem XII. menſis Auguſti. Columbus & Eleutherius Porcarii juſſu, *in quoddam antrum prope littus inſulæ ſe* abdidere. *Eleutherius* poſtea cum aliis quibuſdam Monachis corpora ſepelierant Martyrum, *qui pridie Nonas Auguſti paſſi ſunt*. De Porcario plura Cointius anno DCCXXXII. num. XXX. qui ad eum annum Lerinenſis Monaſterii everſionem refert, quam tamen longe veriſimilius eſt ad hunc annum pertinere. [a]

V. *Moritur Oſricus Northumbrorum Rex.*

Beda loco citato poſtquam de ea Saracenorum irruptione verba fecit, ſubdit: *Quo anno Sanctus Vir Domini Egbert, ut ſupra commemoravimus, ipſo die Paſchæ migravit ad Dominum; & mox peracto Paſcha, hoc eſt ſeptimo Iduum Majarum die Oſric Rex Northanhymbrorum vita deceſſit; cum ipſe regni, quod undecim annis gubernabat, Succeſſorem fore Ceoluulfum decreviſſet, fratrem illius qui ante ſe regnaverat Conredi Regis. Cujus Regni & principia & proceſſus tot ac tantis redundavere rerum adverſantium motibus, ut quid de his ſcribi debeat quemve habitura ſint ſingula finem, nec dum ſciri valeat.* Quibus ex verbis liquet, hoc anno, quo Paſcha celebratum eſt octavo Kalendarum Majarum Egbertum eodem die ad Deum migraſſe, *Oſricum* Regem die nona menſis Maii ejuſdem anni vita functum; & Bedam loco ſuperius laudato ſcripſiſſe, *anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo vigeſimo nono*, non vero, *anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo viceſimo octavo*, aut *viceſimo quinto*.

VI. *Mors ejus ad annum ſuperiorem retrahi non poteſt.*

Hæc emendatio certa redditur ex Epitome ipſiuſmet Bedæ, qui ad annum DCCXXIX. habet: *Cometæ apparuerunt; Sanctus Egbert tranſiit, Oſric mortuus eſt.* Mabillonius tamen Sæc. III. Benedict. part. I. in Elogio Hiſtorico Sancti Porcarii Abbatis Lerinenſis autumat, in Hiſtoria Bedæ lib. 5. cap. 24. ubi hic ait Cometas duos menſe Januario apparuiſſe, & Saracenos Gallias vaſtaſſe, retinendum eſſe annum DCCXXVIII. licet idem Auctor in Epitome, & etiam Scriptor Chronologiæ Saxonicæ, Cometas illos anno DCCXXIX. apparuiſſe ſcribant.

NOTÆ [1] Alligat Pagius huic anno cædem Monachorum Lirinenſium, ſed cum nihil quidquam pro ſe rationis allaget, non eſt nobis recedendum ab auctoritate Actorum S. Porcarii indicantium annum 730. circiter SS. Monachorum emortualem. Ita Bollandiſtæ ad diem 24. Julii pag. 734. MANSI

Digitized by Google

cæde Sarraceni confecti (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt) reparantes vires, novos cogentes exercitus, majori impetu, ſicut vehementiore furore invaſere primum Galliam Narbonenſem, inde in reliquas Galliarum provincias proceſſuri: potiti ſunt ea, munitionibus expugnatis. Quas ſtrages in miſeros Chriſtianos, in ſacra templa direptiones, incendia, & ſacrilegia, in ſacerdotes cædes, in ſacratas Deo virgines ſtupra nefariæ perpetrarint, nemo puto mortalium ſcriptione, locutioneve digne ſatis expreſſerit, quæ, ut viſum eſt Bedæ, duabus hiſce linguis igneis e cælo clamantibus prænuntiari meruerunt.

Se-

PAGIUS

bent, quia factum id, inquit, habita ratione diverſi calculi, quo alii annum a Januario, quo accidit hæc clades, alii a Martio ordiebantur. Verum certum eſt primo, *Bedam* in Hiſtoria & in Epitome ſemper eumdem calculum ſequi. Secundo, tam Bedam quam Chronologum Saxonem, alioſque Anglos, qui ante annum milleſimum ſcripſere, annos Incarnationis a die Natali Chriſti deduxiſſe. Denique, etiamſi Beda in Hiſtoria annos Incarnationis a Martio deduceret, illorum Cometarum apparitio & Saracenorum clades pertinerent ad præſentem annum, non vero ad ſuperiorem, quia qui eam ſupputandi rationem uſurpant, annum DCCXXVIII. uſque ad menſem Martium anni Dionyſiani DCCXXIX. numerant, & in modo tantum loquendi a Dionyſianis differunt. Quare ſi S. *Theofredus* Abbas Calmeliacenſis (ſitum eſt illud Monaſterium in Diœceſi Anicienſi apud Velaunos; eſtque ad hunc uſque diem celeberrimum) Martyrium paſſus eſt in hac irruptione Saracenica, uti exiſtimat Vir doctiſſimus, qui hujus Sancti Vitam Auctore Anonymo ante ſæculum XI. ſcriptam recitat pag. 476. id currenti anno contigit, non vero præcedenti, ut ipſemet arbitratur. Saracenis enim in illud Monaſterium irruentibus Sanctum Abbatem occiſum eſſe, in eadem Vita legitur. Porro non ſolum Scriptor vetuſtioris Chronologiæ Saxonicæ a Mabillonio laudatur, ſed etiam Scriptor recentioris, qui nuper e tenebris erutus eſt, habet annum DCCXXIX.

Egbertus Presbyter & Monachus Angliæ, quem mox dicimus hoc anno ſpiritum Deo reddidiſſe, fuit Vir Sanctiſſimus annoque ſexcenteſimo ſexageſimo quarto peſte correptus mirabiliter liberatus eſt, ut narrat Beda lib. 3. cap. 27. Tum anno circiter DCLXXXVI. Germanorum converſionem meditatus eſt, decrevitque in eam Regionem venire, vel *ſi hoc fieri non poſſet*, Romam pergere ad limina Sanctorum Apoſtolorum. Sed cum hoc perficere non potuiſſet, ut refert Beda lib. 5. cap. 10. alio cogitationes ſuas convertit, annoque DCCXVI. ut eo anno num. XI. Baronius ex Beda lib. 5. cap. 23. narrat in Hiberniam ſe contulit, & Catholicum Paſcha Monachos *Hienſes* docuit. Manſit autem Vir Domini ea in inſula uſque ad currentem annum, quo non ſine Divinæ proviſionis diſpenſatione die Paſchatis ad Deum tranſiit. Paſcha enim *nunquam prius in eis locis celebrari ſolebat*, ſuo die, ut inquit Beda. VII. *Moritur S. Egbertus Monachus Anglus.*

I. Leo Imp. decernit iterum perſuaſionem adverſus imagines.

SEquitur annus ſeptingenteſimus trigeſimus Redemptoris, decimatertia Indictione, quo Leo Imperator, quo minus veritate polleret, eo magis violentia ſibi agendum putavit, ut quam promolgaverat hæreſim ſtabiliret. Quod enim conciliato Luithprando Rege Longobardorum, res Italiæ in tutum collocatæ eſſe videri poſſent, inita præſertim concordia inter Exarchum, atque Romanum Pontificem, liberius poſſe agere in Oriente ſibi viſus, primum omnium ſanctiſſimum Patriarcham Germanum Orthodoxorum anteſignanum aggreditur, quem ad res Italiæ ſedandas uſque in hanc diem ſedere (ut diximus) paſſus eſt; factus enim, ut ſibi videbatur, voti compos, cum magna de throno depoſitum ignominia in exilium miſit; in locumque ejus impium hæreticum Iconoclaſtam Anaſtaſium Syncellum tyrannice ſubrogavit, nullo adhibito, vel in depoſitione illius, vel in promotione iſtius, conſilio ſacerdotum, vel cleri, ex præſcripta canonum auctoritate, omnia ſibi pro arbitrio vendicante hæretico Imperatore. De his dicturi primum omnium, quæ de abdicatione ipſius Theophanes ſcribat, audiamus.

Ann. Eccl. Tom. XII.

II. S. Germanus Patriarcha e throno deponitur.

Septimo Idus Januarii, tertiadecima Indictionis, tertia feria impius Leo Silentium, concionaturus ad populum, *contra ſanctas ac venerabiles celebravit iconas in tribunali decem, & novem ſubitorum, advocato quoque Germano ſanctiſſimo Patriarcha, ratus poſſe illi perſuadere, quod ſubſcriberet contra ſanctas iconas. Sed fortis Chriſti ſervus nullatenus acquieſcens deteſtabili cacodoxia ipſius, cum verbum veritatis recte direxiſſet, abrenuntiavit ſummum ſacerdotium, tradens pallium, & poſt multos didaſcalicos ſermones dicens: Si ego ſum Jonas, mitte me in mare. Abſque univerſali quippe Synodo innovare fidem impoſſibile eſt mihi ſecundum Apoſtolicam doctrinam & Paternam traditionem, o Imperator: & abiens ad locum, qui dicitur Platanium in parentali domo ſua quieti operam dedit, ſummo ſacerdotio functus annis quatuordecim, menſibus quinque & diebus ſeptem*, ☞ *immo annos quindecim, ut dictum eſt ſuperius.* ☜ Hæc de abdicatione potius, quam depoſitione Germani Theophanes. Verum Joannes Damaſcenus, qui iſto vivebat, & ſcribebat tempore, nequaquam ita placide, ſed cum ignominia factam ab

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXVIII. Anno Hegiræ CXII. inchoato die 26. Martii fer. 2. A. C. 730.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6223.

☉ 21. A. ☽ 0. P. 9. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 730.

GREGORII II. PAPÆ 16.

LEONIS ISAURI IMP. 14.

CONSTANTINI COPRONYMI 12.

I. S. Germanus Epiſcopatum Conſtantinop. abdicat.

ANum. I. ad VII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCXXI. Kalend. Septemb. anni Chriſti DCCXXVIII. inchoato geſta Conſtantinopoli hoc anno his verbis narrat: *Die ſeptima menſis Januarii, Indictione decima tertia, feria hebdomadis tertia, irreligioſus Leo Silentium contra Sanctas Venerandaſque Imagines in novemdecim Accubitorum Tribunali celebravit, Germano Sanctiſſimo Patriarcha advocato, cui perſuadendum arbitrabatur, ut ſuo de abolendis Sacris Imaginibus Decreto, tandem ſubſcriberet. At fortis Chriſti ſervus abnuendo Leonis conſilio nequaquam cedens, imo veritatis verbum recto ſenſu diſtribuens Epiſcopatu ſe ſe abdicavit.* Tribunal novemdecim Accubitorum domus erat miræ pulchritudinis, in qua die Nativitatis Chriſti *Imperator & convivæ non ſedendo, ut ceteris diebus, ſed recumbendo epulabantur.* Ortus eſt iſte Accubitorum uſus, ex eo quod veteres Chriſtiani communes agapas, ut mutuæ Charitatis indices in ipſis Eccleſiis celebrare ſolerent. Quod cum crebris Conciliorum Canonibus vetitum fuiſſet, epulæ iſtæ ſolemnes in adjunctis Eccleſiarum ædibus, quas *Accubitorum* nomine donarunt, celebrari cœpere, tam in Oriente quam in Occidente, ut fuſe oſtendit Ducangius in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 2. §. 6. *Silentium* vero erat Conventus Optimatum tractandis Imperii negotiis Imperatoris mandato coactus. Quare quemadmodum Francorum Conventus ſingulis annis pro Regni negotiis congregari ſoliti dicuntur a noſtris Hiſtoricis indiſcriminatim Conventus, Placita; ita Conventus in quibus de rebus ad Eccleſiam ſpectantibus in Oriente agebatur, *Silentia* dicebantur, imo & ab Hiſtoricis Græcis Conciliorum nomine quandoque donantur. Sic in Libello Synodico, cujus Auctor Anonymus nono Eccleſiæ ſæculo floruit, Conventum in quo Sanctus *Germanus* abdicare coactus eſt, inter Synodos numerat.

II. Sedis ejus duratio.

Sanctus Germanus *tenuit Pontificatum annos quatuordecim, menſes quinque, dies tres*, inquit Theophanes citatus. Quare cum Epiſcopus Conſtantinopolitanus die XI. menſis Auguſti anni DCCXV. conſecratus fuerit, liquet Baronium Sancti Germani ordinationem in annum DCCXIV. perperam contuliſſe; ſic enim non annos quatuordecim, ſed quindecim integros cum aliquot Menſium Appendice Pontificatum tenuiſſet. Liquet ſecundo loco horum verborum, *dies tres*, legendum eſſe cum Anaſtaſio, Auctore Miſcellæ, & Cedreno, *dies ſeptem*. Subdit Theophanes: *Die autem ſeptima ejuſdem menſis Januarii Anaſtaſium falſi nominis virum, ipſius Beati Germani diſcipulum & conſacellaneum in ejus locum ſuffecerunt, qui videlicet Domini ſæcularis ambitione motus cum Leone impio-*

Imperatore abrogationem ſatis teſtatur, ipſumque in exilium eſſe miſſum. Nam audi (a): *Et nunc* (inquit) *beatus Germanus alapis percuſſus, & in exilium miſſus eſt, & complures alii Patres, quorum nomina nos ignoramus. Nonne id latronum eſt? &c.* Sic igitur de Germano majorem fidem præſtandam Joanni Damaſceno, quam Theophani quiſquis jure definierit: cum præſertim ex Actis S. Stephani martyris fulciantur, quæ paulo poſt reddituri ſumus; & ex hiſtoria de S. Euphemiæ reliquiarum tranſlatione.

(a) Joan. Damaſc. de imag. orat. 2.

Sed quæ de ſubrogatione ſucceſſoris, ſtudio Imperatoris tyrannice facta idem ſcribat Theophanes, audiamus. Subdit hæc ipſe.

III. *Porro undecimo Kalendas Februarii creant falſi nominis Anaſtaſium diſcipulum, & Syncellum ejuſdem beati Germani, conſentientem Leonis impietati propter amorem principatus mundani, hunc ipſum Conſtantinopoleos provehentes. * Sane Gregorius ſanctiſſimus Præſul Romanus (quemadmodum prædixi) Anaſtaſium una cum libellis abjecit, Leonem per epiſtolas, tamquam inique agentem redarguens, & Romam cum tota Italia ab illius Imperio recedere faciens. Inſaniens ergo Tyrannus contra venerabiles imagines perſecutionem intendit. Porro multi clerici, & monachi, & religioſi laici pro recta periclitati ſunt verbo.* Hucuſque Theophanes res hujus anni. Sed de iiſdem ita ſuperius. *Gregorius Leonem per epiſtolas, quæ multis ſunt notæ, redarguit. Sed & Joannes hunc cum Orientis Epiſcopis anathematibus ſubdidit.* Hæc ipſe, intelligens Joannem Damaſcenum, quem presbyterum cognomento Chryſorrham nuncupatum fuiſſe tradit. Sed quæ his conſentientia habeat Anaſtaſius Bibliothecarius in Gregorio poſt recitata, quæ ſuperiori ſunt anno relata, videamus.

* aliquid deeſt.

Anaſtaſius impius Epiſcop. Conſtant.

IV. *Poſt hæc* (inquit) *claruit Imperatoris malitia, pro qua perſequebatur Pontificem: ita ut compelleret omnes Conſtantinopoli habitantes, tam virtute, quam blandimentis, ut deponerent ubicumque habebantur imagines tam Salvatoris, quam ejus ſanctæ Genitricis, vel omnium Sanctorum, eaſque in medio civitatis (quod dicere crudele eſt) igne cremarent, & omnes dealbarent depictas Eccleſias. Et quia plerique in ejuſdem civitatis populo tale ſcelus fieri præpediebant: aliquanti capite truncati, alii parte corporis abſciſſi pœnam pertulerunt. Pro qua cauſa etiam Germanum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Antiſtitem, eo quod ei conſenſum præbere noluiſſet, Pontificatu privavit idem Imperator, ſibique complicem Anaſtaſium presbyterum in ejus loco conſtituit. Qui miſſa Synodica ad Gregorium ſcilicet Romanum Pontificem; dum tali errori eum conſentientem reperiret vir ſanctus, non cenſuit, ut fratrem, & conſacerdotem ſolito; ſed reſcriptis commonitoriis, niſi ad Catholicam ſe converteret fidem, etiam extorrem a ſacerdotali officio eſſe mandavit.*

Quid Gregorius Pontif. in Leonem Imp.

PAGIUS *tati aſſentiret, falſus Conſtantinop. Epiſcopus creatus eſt.* Verum loco, *ſeptima ejuſdem menſis Januarii* legendum cum Codice Barberino, Miſcella, & Anaſtaſio, *die viceſima ſecunda ejuſdem menſis Januarii*, quæ cum Dominica hoc anno concurrebat, quibus diebus Epiſcoporum ordinationes de more factæ.

III. Stephanus Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in Vita Sancti Stephani Junioris de hac Sancti Germani abdicatione & Anaſtaſii in ejus locum ſubrogatione in hæc verba loquitur: *Hic auditis* (nempe quæ de Venerandis Imaginibus dicebat Germanus) *Improbus Imperator, more leonis, cujus nomen ferebat, frendens, Satrapas enſibus armatos in Patriarchicam domum miſit, quibus præcepit, ut eum pugnis & conviciis Sanctum Virum inde deturbarent. Eo autem ejecto & Monaſtica vita participe facto, videre erat univerſam Civitatem, melliflua Patris doctrina orbatam, fletum & gemitum non parvum edere; ita ut dies illa, non dies, ſed tenebræ & fletus ſuper fletum, & væ ſuper væ eſſet, ut loquitur Propheta. Iiſdem miſeris diebus impius Anaſtaſius, impietatis manu Pontificatum occupavit, vi militum, non ſuffragio Divinæ Pietatis; qui quidem omnia ad Eccleſiam pertinentia Imperatoris odibus tradidit. Tum tyrannus libera poteſtate prodendæ hæreſis accepta, illico Sanctam & Dominicam Chriſti Dei noſtri Imaginem, quæ ſuper Imperatoria atria collocata, ob effigiem Sancta Ænea dicebatur, dejicere & igni tradere tentavit, quod quidem peregit. Interim vero dum tollebatur, Divino Zelo roborata honorabiles mulieres fortiter irruerunt, arreptaque ſcala, Spatharium, qui imaginem amovebat, in terram projecerunt, diſtractumque morti dederunt. Poſt hæc ad Patriarchicam domum ſtatim properantes, impium Anaſtaſium lapidibus petunt, ajentes:* Impuriſſimum caput, & veritatis hoſtis, ergone idcirco Sacerdotium invaſiſti, ut ſancta & ſacra anathemata, ſive donaria everterentur? *Hanc de ſe victoriam non ferens prophanus, a conſpectu piarum mulierum aufugit, & ad tyrannum confugiens, ei author fuit, ut ſanctas illas mulieres ferro interimeret. Quod quidem factum eſt, illæque pro Chriſti Imagine juſto certamine, victoriæ præmium ab ipſo Chriſto receperunt, cum omnibus Sanctis Victricibus in Regno Cælorum ſtantes.*

Ex domo Patriarchica vi ejicitur.

IV. Natus erat *Sanctus Germanus* anno circiter ſexcenteſimo triceſimo quinto, Heraclio imperante. Gregorius enim II. in priori Epiſtola hoc anno ad Leonem Imp. de Sacris Imaginibus ſcripta, & recitata a Baronio anno DCCXXVI. num. XXVIII. ait eum debuiſſe Germani conſiliis obtemperare: *Annum etenim agit hodie Vir ille nonageſimum quintum, ſingulis Patriarchis, & Imperatoribus inſerviens.* Conſtantinus Pogonatus Imperii ſui initio *Juſtinianum Patricium, Germani poſtmodum Patriarchæ patrem occidit; Germanum vero ſerocius ſe gerentem virilibus reſectis caſtigavit*, inquit Theophanes. Tunc ille primum quidem ſe Divinarum Scripturarum ſtudio addixit, poſteaque Metropolita.

Erat tunc nonagenario major.

vit, Imperatori quoque mandavit ſalutaria ſuadens; & ut a tali execrabili miſeria declinaret ſcriptis commonuit. Hæc Anaſtaſius. Quod vero non obtemperaſſet omnino: tunc demum factum eſt, ut idem Pontifex tamdem eumdem Imperatorem, utpote penitus impœnitentem hæreticum cognitum, & declaratum, fuerit anathemate execratus; tumque Romanos, tum Italos ab ejus obedientia recedere penitus fecerit, qui antea id ſponte (ut vidimus) ſimul facere ſæpe tentaſſent.

V. *Hæretici Principes quando Regno privandi.* Retinuerat hactenus habenas rebellantis populi ſæpe Gregorius, ne adverſus Imperatorem penitus rebellarent, quamdiu ſpes aliqua eſſe potuit, ut ſæpe monitus promulgatum de impietate revocaret edictum, non curans ſe ob eam cauſam ſæpius eſſe vitæ in diſcrimen adductum. Ubi autem eumdem, neque verbis, ſcriptiſve a cœptis potuit revocare, neque beneficiis continere, quin in deterius laberetur: tempus jam adveniſſe ratus, ut ſecuris ad radicem admoveretur arboris infelicis, Apoſtolica auctoritate, *Succidite eam*, (a) clamat. Quo tonitru excitati fideles occidentales: mox deſciſcunt penitus a Leonis Imperio, Apoſtolico Pontifici inhærentes. Sic dignum poſteris idem Gregorius reliquit exemplum, ne in Eccleſia Chriſti regnare ſinerentur hæretici Principes, ſi ſæpe moniti, in errore perſiſtere obſtinato animo invenirentur. Tunc enim accidit quod & Græci hiſtorici omnes affirmant, & idem Theophanes ait anno decimoquarto Leonis Imperatoris, ipſum Leonem ab eodem Gregorio privatum eſſe tributorum Italiæ exactione. Teſtantur id Cedrenus, & alii. Zonaras hæc Romæ (quod par eſt credere) facta eſſe Synodice tradit, atque in eodem Concilio ipſum Imperatorem anathematis affectum pœna. Cujus rei cauſa factum, ut vehementius a Leone in Oriente Eccleſia vexaretur.

(a) Dan. 4.

VI. Sed res geſtas in eo tumultu Conſtantinopoli plenius videamus, quas Theophanes jejune adeo, paucis via deguſtatis, prætermiſiſſe videtur. In actis vero S. Stephani junioris Martyris tunc ſcriptis fuſius hæc digna memoria enarrantur, in depoſitione S. Germani, & ſubrogatione Anaſtaſii accidiſſe: *Imperator milites gladiis accinctos mittit, qui ſanctum virum contumelioſe habitum, ac plagis male mulctatum throno exturbarent. Ipſe itaque ſtatim ad monaſterium, & quietum vitæ genus ſe contulit. Ac contra Eccleſiam invaſit ille perſecutor, & cætera.*

PAGIUS

ta Cyzicenus erratus eſt, indeque ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ regimen tranſlatus. Varia ſcripſit Opera, quorum pleraque adhuc inedita ſunt. Colitur in Menæis Græcorum die XII. menſis Maii.

V. *Imago Salvatoris Antiphonetes dicta dejicitur.* Sed redeo ad Sacrarum Imaginum everſionem, de qua Stephanus Diaconus, cujus verba mox retuli. Ex illis enim liquet primo Imaginem Salvatoris noſtri, quæ in Eccleſia Chalcopratiana ſumma veneratione & populi concurſu colebatur hoc anno Imperatorem dejeciſſe, aut ſaltem evertere conatum eſſe, non vero anno DCCXXVI. uti eo anno num. IX. adverſus Baronium indicavimus. Id enim non contigit, niſi poſtquam impius *Anaſtaſius* locum Sancti Germani occupavit, ut mox dictis. Servabatur Imago illa in æde Deiparæ ſacra, Chalcopratiana appellata ab Urbis tractu, in quo condita fuit, in eoque tractu Judæi æramentorum mercaturam exercebant. Inde Sacra illa Imago modo dicitur Chalcopratiana modo Æreа aut Æneа, & modo Antiphonetes, velut dicas *ſponſor ac fidejubens*. Combefiſius in Hiſtoria Hæreſis Monothelitarum pag. 613. publicavit Piam narrationem *de Dominica Imagine in Chalcoprateis*, in qua origo religionis erga iſtam Imaginem explicatur, & cur dicatur Antiphonetes aperitur. Liquet ſecundo, Martyrium piarum Mulierum Virorumque, qui propter Sacram illam Salvatoris noſtri Imaginem decertarunt quod narrat Baronius an. DCCXXVI. ad hunc annum etiam pertinere, ut eo anno num. IX. monuimus. In Menæis ad diem IX. menſis Auguſti nominantur novem illi Viri & *Maria Patricia*, quæ Spatharium præcipitem dantes, neci tradiderunt, additurque: *Hos novem virgis cædens in ergaſtulum conjecit* (nempe Imperator) *jubens quingentas quinque dorbus ſingulis plagas accipere. In quo ſupplicio perſeveraverunt menſes octo. Ut autem eos vidit deficere præcepit afferri candentes ſubulas, ac aduri eorum facies, tumque gladio interfici in Cyneſio, cum Sancta Maria Patricia, ac corpora eorum in mare projici.* Suſpicatur Combefiſius loco laudato, mulieribus conceſſum eſſe, ut in Sancta Sanctorum ac locum Altaris ingredi poſſint in ea Eccleſia, cum in Eccleſiis aliis per Orientem ſoli ingrederentur Miniſtri ac Imperator, cum erat facturus oblationem, vel etiam Monachi cum Deo conſecrantur; ſuſpicatur, inquam, ſibi pias feminas ſub Leone ingreſſum arrogaſſe, ut ejus ſacrilegum miniſtrum ab impio conatu deterrerent, ita ſapienter judicantes, non eſſe velut pro religione ſervandum, quod in caſu militaret contra religionem. Quare in præmium illius Zeli liber fuit ingreſſus loci Altaris illius Eccleſiæ mulieribus, quia ipſæ præiverant tanto facinori, ac ſcalam detraxerant.

VI. *S. Theodoſia ejuſque Sociæ diverſa a mulieribus de quibus loquitur Gregorius PP.* Liquet tertio, dejectionis Spatharii, qui Imaginem Salvatoris amovebat Hiſtoriam eodem modo referri a Stephano Diacono, & a Gregorio II. in priori ſua Epiſtola, ut utramque narrationem conferenti manifeſtum fiet, ideoque Conſtantinum Acropolitam, magnum Logothetam in Encomio Sanctæ Theodoſiæ Sanctimonialis Conſtantinopolitanæ, quod circa annum MCCXCIV. conſcripſit, ut arbitratur Papebrocius ad diem XXIX. menſis Maii, ubi illud recitat, non bene de re geſta eductum fuiſſe. Tradit enim *Sanctam Theodoſiam* mortuo patre collocatam fuiſſe in Monaſterio, & cum Leo Iſauricus bellum Sacris Imaginibus indixiſſet, unuſque ex ejus Spathariis Salvatoris noſtri Divinam Effigiem dejicere aggreſſus eſſet, *Theodoſiam* plures religioſas feminas, quæ mundum mun-

Digitized by Google

tumultuſus, eamque miſerum in modum pervaſtans, ac magno mœrore implens non modo ob egregii paſtoris ereptionem, ſed etiam ob ejus, quem in ipſius locum ſubrogavit, immanitatem. Confeſtim enim ſceleſtum Patriarcham, hoc eſt, ejuſdem (ut dici ſolet) ſigillum hominem ſuffecit, nimirum ſervum Anaſtaſium, qui in omnibus rebus ipſi aſſentiens, ac turpiſſimum obſequium perſolvens, atque omnia ea, quæ ab ipſo gerebantur, ſervilem in modum laudans, huic quoque pernicioſo dogmati patronum ſe adjungebat. Hæc ibi. Reliqua ſuo ſunt loco dicenda. Sic igitur Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ propugnaculum deſiit, cum ex ea ſubductus eſt S. Germanus, Orientalis Eccleſiæ lucerna ardens & lucens, utpote qui non ſolum ſanctis operibus, & fidei Catholicæ defenſione univerſum illuſtravit Orientem, ſed & ſcriptis ipſam Eccleſiam Catholicam luce perfuderit. Utinam extarent omnia, atque ea præſertim, quæ exul otio majori conſcripſit. Porro ejuſdem Germani Patriarchæ, præter Theoriam rerum Eccleſiaſticarum, & homilias, aliaque nonnulla, quæ edita ſunt in Bibliotheca SS. Patrum, extat in Bibliotheca Vaticana liber, qui inſcribitur.

N. 435. Πρὸς Μαρῖνον ὕπατον καὶ ἀντιγραφεία λόγος περὶ ὅρων ζωῆς. *Ad Marinum Conſulem, & notariorum oratio de vitæ definitionibus.*

439. Item in Collectaneis quibuſdam Græcis canonum, & legum, eſt ejus veluti conſtitutio quædam, in qua perſtringit Italos, tamquam Imperatori ſuo non obtemperantes.

577. Annotationes quædam in Dionyſium Areopagitam, præter illas, quarum ſuperius meminimus epiſtolarum, quæ in Synodo generali VII. Act. 4. citantur.

Epiſtola ad Joannem Epiſcopum Synnadorum.

Epiſtola ad Conſtantinum Epiſcopum Nacoliæ.

Epiſtola ad Thomam Epiſcopum Claudiopolitem.

Jo-

PAGIUS mundique ornamenta omnia a ſe removerant, ſocias ſibi adjunxiſſe, ſancto quodam furore in hominem proceſſiſſe, Theodoſiam furores ad id audendum excitaſſe, ipſamque primam omnium ſcalas arripuiſſe: *Qui igitur*, ſubdit Conſtantinus, *in ſcalarum ſummitate jam fere conſiſtebat impius, Sacram Effigiem antequam corriperet, iis excuſſus, in profundum inferni corruit.* Et tamen tam Gregorius II. quam Stephanus Diaconus generoſum hoc facinus non Sanctimonialibus, ſed feminis & mulieribus, ut etiam textus Græcus utriuſque habet, attribuunt, & rem geſtam paulo aliter narrant; ſubdit itque Stephanus eaſdem mulieres, poſtquam Spatharium in terram projecerunt, ad Patriarchicam domum properaſſe, & impium *Anaſtaſium* lapidibus petiiſſe, ut mox vidimus. Cujus rei non meminit Conſtantinus. Quare videtur is adſcripſiſſe *Theodoſiæ* & ejus Monialibus quod a piis illis mulieribus geſtum. Non dubium tamen quin *Theodoſia* pro Sacris Imaginibus morti tradita fuerit cum Sociabus. *Conſtantinus* enim varia miracula ad ejus invocationem patrata recitat, & Theodoſiæ ac Sociarum mentio ad diem XVIII. Julii in Synaxariis a Papebrocio memoratis. Si tamen hæc vox γυναῖκες, ideſt mulieres, qua tam Gregorius, quam Stephanus Diaconus utuntur, ſumi poſſet pro Sanctimonialibus, Relatio facta a Conſtantino conciliari poſſet cum Epiſtola Gregorii & cum Vita Sancti Stephani Junioris, ſed non video id fieri poſſe. Papebrocius qui Theodoſiæ & Sociarum Martyrium cum vulgari opinione anno DCCXXVI. conſignat, ad diverſum iſtum modum unam eandemque rem narrandi animum non advertit.

VII. *Epiſtola II. Gregorii PP. de Sacris Imaginibus hoc anno data.* Liquet quarto, Epiſtolam primam de Sacris Imaginibus ad Leonem Imp. ſcriptam eſſe poſt Kalendas Septembris currentis Chriſti anni, nempe poſt initium indictionis XIV. Gregorius enim in ea narrat quæ contigere, cum Imperator Spatharium ſuum miſit *ad evertendum & confringendum Salvatorem, qui appellatur Antiphonetes ubi & miracula multa fiunt*, & pias illas feminas, quæ iniquum illud facinus non tulere, laudibus exornat.

VIII. *Gregorius II. tributa ſolvere Imperatori non prohibuit, nec eum excommunicavit.* Baronius num. IV. & ſeq. exiſtimat, *Gregorium* II. cum videret Imperatorem penitus hæreticum, eum anathemate execratum eſſe, tumque Romanos & Italos ab ejus obedientia recedere feciſſe. Idem ſcribunt Bellarminus lib. 5. de Rom. Pont. cap. 8. Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ, aliique plures. Verum tantum abeſt, ut Pontifex Romanus & Italos ad defectionem impulerit, aut eos a penſione tributorum ſolvenda impedierit, ut Ravennæ & Venetiarum exercitus ad rebellionem paratos in officio continuerit. Paulus enim Diaconus, lib. 6. de Geſt. Longobard. cap. 49. qui hoc melius ſcire potuit quam Theophanes, Cedrenus, & Zonaras de rebus in Occidente geſtis parum inſtructi ſcribit: *Omnes Ravennæ exercitus vel Venetiarum talibus juſſis uno animo reſtiterunt, & niſi eos prohibuiſſet Pontifex, Imperatorem ſuper ſe conſtituere fuiſſent aggreſſi.* Præterea Anaſtaſius in Vita Gregorii II. rem tanti momenti non omiſiſſet, qui tamen ea tradit, quæ contrarium plane inſinuant: *Juſſionibus itaque poſtmodum miſſis, decreverat Imperator, ut nulla Imago cujuſlibet Sancti, aut Martyris, aut Angeli, ubicumque haberetur; maledicta enim omnia aſſerebat, & ſi acquieſceret in hoc Pontifex, gratiam Imperatoris haberet, & ſi hoc fieri præpediret, ſuo gradu decideret. Reſpiciens ergo pius Vir prophanam Principis juſſionem jam contra Imperatorem, quaſi contra hoſtem ſe armavit renuens hæreſim ejus, ſcribens ubique ſe cavere Chriſtianos, eo quod orta fuiſſet impietas talis. Igitur permoti omnes Pentapolenſes atque Venetiarum exercitus contra Imperatoris juſſionem reſtiterunt, dicentes, Numquam ſe in ejuſdem Pontificis condeſcendere nece, ſed pro ejus magis defenſione viriliter decertare. Ita ut anathemati Paulum Exarchum, vel qui eum direxerat, ejuſque conſentaneos ſubmittant, ſpernentes ordinationem ejus, ſibi omnes ubique in Italia Duces*

(a) Lib. 3. Juris Græc. Joannes Cypariſſiotus (a) lib. 8. citat Germani ἔκθεσιν τῆς πίστεως, id eſt, expoſitionem fidei.

Photius in Bibliotheca c. 233. Germani Patriarchæ * ἀνέθεσιν. Sed non dubito, quin in aliis Bibliothecis alia plura ſanctiſſimi viri lateant ſcriptorum monumenta, quæ aliquando, Deo volente, prodeant in lucem. Sunt præterea Conſtitutiones ſynodales S. Germani.

VII. Celebratur in Menologio Baſilii Imper. (ita nominatur quod ejus juſſu collectum eſt) die duodecima Maii, memoria S. Germani, ubi & aſſeritur nonagenarius ex hac vita migraſſe. Cujus tempore Conſtantinopoli claruit ſanctitate Stephanus Abbas, quem ex monaſteriis Palæſtinæ idem Sanctus Germanus vocavit Conſtantinopolim ad regendos monachos diſciplina ſolutos, cujus anniverſaria dies agitur in eodem Menologio Baſilii Imperat. decimatertia menſis Januarii.

Accidit etiam iiſdem diebus (quod non prætereundum eſt) ut Gothorum populus, qui incoleret regionem, trans Euxinum pontum, defuncto ſuo ipſorum Epiſcopo, eligerent Joannem quemdam ſanctis moribus imbutum, & conſecrandum mitterent Conſtantinopolim ad Germanum Patriarcham: qui, ne pollueretur hæreticorum contagio, miſſus ab eo eſt in Iberiam trans pontum Euxinum ab Epiſcopis regionis illius conſecrandus. Eſt autem ejus memoria celebris in Menologio die vigeſima ſexta Junii.

VIII. Sed jam ad Joannem Damaſcenum ſe convertat oratio, quem his ipſis diebus ſcribere aggreſſum eſſe ſermones illos de imaginibus, ejus teſtificatione conſtat, dum ait: *Et nunc beatus Germanus alapis percuſſus, & in exilium miſſus eſt.* Horum cum meminit Joannes Hieroſolymorum Epiſcopus ait: *Ampliſſimos libros de divinarum, ac venerandarum imaginum*

PAGIUS *nes elegerunt, atque ſic de Pontifice, deque ſua immunitate cuncti ſtudebant. Cognita vero Imperatoris nequitia, omnis Italia conſilium iniit, ut ſibi eligerent Imperatorem, & Conſtantinopolim ducerent, ſed compeſcuit tale conſilium Pontifex, ſperans converſionem Principis.* Vides S. Pontificis moderationem, & uti Anaſtaſius, Paulo Diacono, qui hoc ſæculo vixit ſuffragetur.

IX. Aliter ſe gerit Gregorius erga Anaſtaſium Epiſc. CP. ac erga Imperatorem. Paulo poſt ſubjicit Anaſtaſius: *Cumque mitteret hominem proprium Romam cum ſcriptis ſuis, in quibus continebatur, ut Pontifex occideretur cum optimatibus: Roma agnita crudeliſſima inſania, protinus ipſum Patricium miſſum occidere voluerunt, niſi defenſio Pontificis nimia prapediſſet.* Narrat poſtea Anaſtaſius, quibus ſe ſe armis contra Eutychii Exarchi perſecutionem Pontifex defenderit, licet Romanos & Langobardos contra Exarchum ſui cauſa armatos videret: *His ita ſe habentibus*, inquit, *elegit majus præſidium Pater ille, diſtribuere pauperibus largiſſima manu qua reperiebat, incumbens orationibus & jejuniis, & Litaniis Deum quotidie deprecabatur: & ſpe ita manebat ſemper fultus pluſquam hominum: gratias tamen voluntati populi referens pro mentis propoſito, blando omnes ſermone, ut bonis in Deum proficerent actibus, & in fide perſiſterent, rogabat; Sed ne deſiſterent ab amore vel fide Romani Imperii admonebat: Sic cunctorum corda molliebat, & dolores continuos mitigabat.* Denique Anaſtaſius refert, Anaſtaſium Patriarcham Conſtantinopolitanum in locum S. Germani ab Imperatore ſubrogatum, rejectum fuiſſe a Gregorio II. *Qui* (Anaſtaſius ſc.) *miſſa Romam Synodica dum tali hæreſi eum conſentientem repperiſſet, Vir Sanctus non cenſuit eum fratrem, aut Conſacerdotem ſolito vocari, ſed Reſcriptis commonitoriis niſi ad Catholicam converteretur fidem, etiam extorrem a Sacerdotale Officio eſſe mandavit. Imperatori quoque ſuadens ſalutaria, ut a tali execrabili miſeria declinaret, Scriptis commonuit.* Poſt quæ verba nihil aliud refert Anaſtaſius quod inter Pontificem & Imperatorem vel ejus miniſtros actum ſit, quia ſc. Pontifex ultra Scripta non proceſſit, aliterque ſe geſſit erga eum ac erga Anaſtaſium invaſorem Sedis S. Germani, quem *extorrem a Sacerdotali Officio eſſe mandavit*, niſi ad Catholicam fidem converteretur.

Denique in neutra Gregorii II. Epiſtola hoc anno ad Leonem Imp. ſcripta aliquod verbum habetur, ex quo conjici poſſit Pontificem aliis armis uſum eſſe, ut Imperatorem ab impietate revocaret, quam humaniſſimis cohortationibus, & admonitionibus. Hæc tantum leguntur in ſecunda ejus ad Leonem Epiſtola, ex quibus potius colligitur, Gregorium non denunciaſſe Imperatorem Eccleſiaſtica communione in publico fidelium conſeſſu privatum, aut tributorum penſionem inhibere in animo non habuiſſe; *Imperatores, qui pie & in Chriſto vixerunt, Eccleſiarum Pontificibus obedire minime recuſarunt, nec eos vexarunt. Tu vero, Imperator, cum tranſgreſſus fueris, ac perverſus evaſeris, & manu propria ſubſcripſeris, te ipſum ſubjicias, & confeſſus fueris, eum qui terminos Patrum tollit execrabilem eſſe, in hoc proprio judicio condemnatus es, ac Spiritum Sanctum a te alienaſti. Perſequeris nos, ac tyrannice vexas militari carnalique manu: Nos inermes ac nudi, qui terrenos & carnales exercitus non habeamus, invocamus Principem exercitus omnis creatura ſedentem in Cælis Chriſtum, qui eſt ſuper omnes exercitus ſupernarum Virtutum, ut immittat tibi Dæmonem, ſicut ait Apoſtolus; Tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit.* Hæc Epiſtola, ut ſupra diximus, exeunte hoc anno, vel initio inſequentis data, ideoque paulo ante Gregorii mortem, quæ menſe Februario anni DCCXXXI. contigit; poſt quam Epiſtolam nullum Pontifici cum Imperatore commercium fuit. X. *Tradi Imperatorem Satanæ, niſi reſipiſcat, Deum precatur.*

Leo tamen Imp. adeo exarſit, ut in odium vindicatarum a Pontifice Imaginum, patrimonia Eccleſiæ Romanæ in Calabria & Sicilia ſita in fiſcum redegerit, & Diœceſes Illyricianas, Calabriam, Siciliam, & reliquas Provincias uſque Thraciam a Romano Patriarchatu per ſummam tyrannidem diſtraxerit, poſtquam ſc. S. Germanum Sede Conſtantinopolitana dejecit. Liquet id ex fine Epiſtolæ Adriani Papæ ad Carolum Magnum, quæ extat ad calcem Synodi Nicænæ II. ubi pag. 960. edit. Labbeanæ dicitur: *Dudum quippe quando eos pro ſacris Imaginibus erectione adhortati ſumus, ſimili modo & de Diœceſi tam Archiepiſcoporum, quam & Epi-* XI. *Provinciæ Illyricianæ ab Eccleſia Rom. per vim diſtrahit Imperator.*

num adoratione contexuit: Quo enim divina imaginis pulchritudinem in ſe ipſo inde ab initio præſtantius impreſſerat, ea quoque ſublimius de venerandarum imaginum honore conſcripſit. Ad hujuſmodi porro labores hortatorem, & ſtimulatorem Coſmam habebat, de quo ſupra. Et inferius: *Ipſum autem eo etiam divinus zelus impulit, ut propter leges divinas pugnans, e Damaſco prius,* per epiſtolas ſcilicet, ut dictum eſt, *ac poſtea e Palaſtina*, ubi degebat in monaſterio, *eos, qui divinas imagines in urbe Conſtantinopolitana evertebant, contumeliiſque afficiebant, impeteret.* Hæc Joannes. Factum ſiquidem eſt, ut lectione Joannis librorum quiſque ſufficiens eſſet, qui poſſet adverſus Iconomachos inire certamen.

IX. Joann. Damaſc. ſententiæ adverſos Reges qui ſunt ſacerdotum vindicantes. Sed aliqua ex his hic intexamus, quibus potiſſimum adverſus Apoſtatam Imperatorem invehitur; atque primum cum in illis ſcribendis ſui rationem inſtituti affert his verbis in exordio primæ orationis: *Ob id* (inquit) *magis ſum incitatus ad* ſcribendum ſcilicet. *Nam ad ſubiectos populos decipiendos multum valet Regis auctoritas. Pauci enim, nimirum illi, qui terrarum Reges Cœleſtis Regis imperio gubernari, & leges debere Regibus imperare ſciunt iniqua eorum juſſa negligunt, & aſpernantur.* Et inferius in eumdem: *Domini exercitus ſancti ſunt. Spoliet ſe ipſum exercitu ſuo terrenus Imperator, & tunc ſpoliet Regem, ac dominum ſuum. Deponat purpuram, & tunc eorum, qui adverſus Tyrannum optime atque egregie ſeſe geſſerunt, pietatem amputet.* In fine autem ejuſdem primæ orationis: *Cum igitur antehac ſacerdotes, Regeſque fuerint Chriſtianæ Reipublicæ divinitus dati pietate, doctrina, & vita ſanctitate præſtantes, plurimaque Concilia a ſanctis & divino ſpiritu afflatis Patribus celebrata: cur nemo eorum imaginum uſum cenſuit improbandum? Novam fidem doceri non patiemur* (a). *Ex Sion enim veniet lex* (ut per prophetam inquit Spiritus ſanctus) *& verbum domini ex Hieruſalem. Non permittemus, ut aliud alias ſenſiſſe, & temporibus mutati fuiſſe videamur; nec fidem noſtram ii, qui ab eo ſunt alieni, riſum & ludum putent. Regio non cedimus imperio, Patrum conantis avertere conſuetudinem: Neque enim piorum eſt Regum Eccleſiaſtica inſtituta convellere. Non paternam pietatem, ſed latronum ſævitiam arguunt, quæ pecunia imperantur, non autem verbis perſuadentur.* Et paulo poſt: *His de rebus ſtatuere, atque decernere, non ad Reges pertinet, ſed ad Concilia. Nam ubi* (b) *duo, vel tres* (inquit Dominus) *congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio ipſorum: ligandi & ſolvendi poteſtatem non Regibus, ſed Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, & Paſtoribus & Doctoribus Chriſtus dedit &c.*

(a) Iſai. 2.

(b) Matt. 18.

Et in ſecunda oratione: *Audite* (inquit) *populi, tribus, linguæ, viri mulieres, pueri, ſenes, adoleſcentes, infantes, gens Chriſtianorum ſancta: Si quis evan-* X.

PAGIUS *& Epiſcoporum Sancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia commonentes, quæſivimus reſtituere eidem Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ quæ tunc cum patrimoniis noſtris abſtulerunt, quando Sacras imagines depoſuerunt, & nec reſponſum quodlibet exinde dederunt: & in hoc oſtenditur, quia ex uno capitulo ab errore reverſi, ex aliis duobus in eodem permaneant errore. Si enim ubique Chriſtianorum Eccleſiæ Canonica intactas ſuas poſſident Diœceſes; quanto amplius Sancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, quæ eſt caput omnium Dei Eccleſiarum, ſua Diœceſi, videlicet Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, ſimul & patrimonia pro luminarium concinnatione atque alimoniis pauperum irrefragabili jure & tenere & poſſidere modis omnibus debet?* Poſtea Nicolaus I. Epiſtola ſua ad Michaelem Imperatorem earundem Provinciarum reſtitutionem etiam petivit his verbis: *Oportet veſtrum Imperiale decus, quod in omnibus Eccleſiaſticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem noſtra Eccleſia habuit, veſtris temporibus reſtaurare dignemini, quatenus vicem, quam noſtra Sedes per Epiſcopos veſtris in partibus conſtitutos habuit videlicet Theſſalonicenſem, qui Romanæ Sedis vicem per Epirum Veterem, Epirumque Novam, atque Illyricum, Macedoniam, Theſſaliam, Achaiam, Daciam Ripenſem, Daciamque Mediterraneam, Mœſiam, Dardaniam, Prævalim, B. Petro Apoſtolorum Principi contradicere nullus præſumat; quæ Anteceſſorum noſtrorum temporibus, ſc. Damaſi, Siricii, Innocentii, Bonifacii, Cæleſtini, Sexti, Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis atque Hormiſdæ Sanctorum Pontificum, ſacris diſpoſitionibus augebatur, &c. præterea Calabritanum patrimonium & Siculum, quæque noſtræ Eccleſiæ conceſſa fuerunt, & ea poſſidenda obtinuit & diſponendo per ſuos familiares regere ſtuduit, veſtris conceſſionibus reddantur, &c. Inter iſta, & ſuperius dicta volumus, ut conſecratio Syracuſano Archiepiſcopo noſtra a Sede impendatur, ut traditio ab Apoſtolis inſtituta nullatenus noſtris temporibus violetur.* Has Provincias Pontifices Romani hoc anno amiſere, quod hæreſi Iconomachorum adhærere nollent, & avitam fidem fortiter defenderent; juſtiſſimarum enim expoſtulationum tam Hadriani I. quam Nicolai I. rationem nullam Græci habere voluere, ut ſuis locis videbimus.

XII. Origo ſeparationis Græcorum a Latinis. Allatius in lib. 2. de Eccleſiæ Occident. & Orient. Perpetua Conſ. cap. 2. obſervat, Schiſmaticos Græcos aſſerere Latinos ſe ob Orientales Eccleſiæ communione ſubduxiſſe, & variis hæreſibus addictos, in alios atque alios mores, Patrum traditionibus & Conciliorum Decretis adverſantes verſos fuiſſe. Non idem tamen tempus omnes aſſignare, ſed Nicetam Seidum ad Iconomachorum tempora utriuſque Eccleſiæ „ diviſionem referre: licet enim, inquit Seidus, „ a Quinta Synodo Schiſma foverint, in rebus „ tamen fidei, cum nihil innovaſſent, optime „ ſen-

evangelizaverit vobis, præter id, quod Eccleſia Catholica a ſanctis Apoſtolis a Patribus, atque Conciliis acceptum ad hunc uſque diem ſervavit, cum ne audieritis, neve ſerpentis conſilium acceperitis quemadmodum fecit Eva, ex qua mortem eſt aſſecuta. Licet Angelus, licet Rex evangelizet vobis, præter id, quod accepiſtis: aures occludite. Vereor enim illuc uſque progredi, quo progreſſus eſt Paulus, anathema, inquiens, ſit. Id ea de cauſa, quod ſciret eſſe Epiſcoporum non monachorum, inferre anathema, & inferius: *Conſidera enim quid ſanctus Apoſtolus dicat* (a): *Et quoſdam quidem in Eccleſiis poſuit, primum Apoſtolos, deinde prophetas, tum Paſtores, atque Doctores. Ad Eccleſiæ conſtitutionem non adhibuit Reges.* Et ſurſum (b): *Obedite* (inquit) *Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Item rurſum; *Mementote* (inquit) *Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei; quorum intuentes exitum converſationis, imitemini fidem. Verbum non ſunt loquuti vobis Reges, ſed Apoſtoli, & Prophetæ, Paſtoreſque atque Doctores.* Et paulo poſt: *Regum eſt civilis adminiſtratio: Eccleſiaſtica vel conſtitutio Paſtorum, atque Doctorum. Impetus iſte latronum eſt, fratres: Saul ſcidit pallium Samuelis: & quid ei contigit? Abſcidit regnum ejus Deus, &c.*

Non eſſe Regum ſancire leges Eccleſiæ.

(a) 1. Cor. 12.

(b) Hebr. 13.

XL. Ac rurſum de iiſdem inferius hæc exprobans in Iconomachos. *Mentiebar* (inquit) *Evangelium ſecundum Thomam conſcripſerunt: Et vos ſecundum Leonem*

PAGIUS

„ ſentiebant: et Leonis Iſauri ævo, cum Iconomachorum hæreſis per totum Orientem „ graſſaretur, Romana Eccleſia a Conſtantinopolitana diviſa; ſuis ipſa moribus vivere „ voluit, ac demum irruentibus, & omnia „ occupantibus Wandalis (ita Francus Schiſmaticus iſte appellat) ex eorum commercio „ variis erroribus contractis coinquinata eſt, „ quos modo ipſa, fovet, & ac ſi aſſent Patrum traditiones propugnat. Sed Allatius pluribus hanc calumniam refellit, & tandem cap 3. num. 7. cauſam Schiſmatis his verbis aperit: *Ut Græci intelligant, Schiſma ſub Leone Iſauro, quod fere omnes Orientis Eccleſias a ſuo capite avulſit, non ex aliqua hæreſi (licet, id, ut videmus, invaſores prætenderent, ut ſpecioſo aliquo titulo ſeceſſionem ſuam coboneſtarent) ſed ex concuſſione ob Diœceſes male uſurpatas, exortum eſt.* Quod probat poſtea locis num. ſuperiori a nobis in medium allatis.

XIII. *S. Stephanus Junior in monte S. Auxentii ſe ſe includit.* Leone Iſauro Orthodoxos Conſtantinopoli vexante parentes Sancti Stephani Junioris cum hoc religioſo puero in montem Sancti Auxentii ad Nicomediæ ſinum, e regione Bithynarum patrum Provinciæ poſitum confugere, ubi poſt obitum Sancti Auxentii, ejus diſcipuli in Sancta ejus ſpelunca incluſi vivebant. *Stephanum* tanquam victimam parentes Abbati obtulere. Tanta autem Sanctitate ibi *Stephanus* vixit, ut ætatis anno trigeſimo primo cæteris præpoſitus fuerit. *Ab his*, inquit Stephanus Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in hujus Sancti Vita, nunc Tom. I. Analect. Græc. publicata, *mons ille noſter Urbis effectus eſt, egregiique Cœnobii formam & Sanctitatem recepit. Omnibus enim, ut ita dicam, de neceſſariis Dei liberalitate & Sancti precibus cumulate paratis, nempe cœmeteriis, aliiſque ædificiis & rebus, quibus opus erat, Cœnobium religioſiſſimum conditum eſt, Sancti Auxentii nomine inſignitum; quod quidem impius tyrannus hoſtili erga Sanctum animo, Monaſterio everſo, Auxentii collem nuncupavit, quod & ad hanc diem ab ejus ſynneſtis debitatur.* S. Stephani pro Sacris Imaginibus certamina ſuo loco exponemus.

XIV. *Moritur S. Corbinianus Epiſc. Friſingenſis.* *Sanctus Corbinianus* Epiſcopus Friſingenſis primus hoc anno ſpiritum Deo reddidit, juxta Annales Friſingenſes a Velſero lib. 4. citatos; Aribo enim in ejus Vita neque annum neque diem mortis ejus notavit. In Tabulis Friſingenſibus & recentioribus Martyrologiis inſcribitur ad diem VIII. menſis Septemb. Ei frater fuit nomine *Erimbertus* factus etiam Epiſcopus Friſingenſis anno DCCXXXIX. quo Bonifacius Bajoariam in quatuor Diœceſes diviſit. Aribo quartus Friſingenſis Epiſcopus ejus Vitam ſcripſit, quæ recitatur Sæc. III. Benedict. part. I. Aribo autem modo *Heres*, modo *Cyrinus* appellatus reperitur, imo a Poeta, qui Verſus compoſuit *de Ordine comprovincialium Pontificum*, Metropoleos nempe Salisburgenſis, vocatur *Arpeo*, & in brevi Chronico Epiſcoporum Ratiſponenſium apud Mabillonium Tom. IV. Analect. *Arpo*. Velſerus Vir Germanus hanc in rem erudite ſcribit: *Erbon & Arbon Majoribus Heredes dictos, qui nobis Erben ſunt, ex Otfriſum Germanicorum Scriptorum antiquiſſimum Vuarbon vocat Erbon tanquam ſimiliter cadenti, in Carmine oppoſuiſſe: accentu ſe mediam Lex ſæculi conſuetudine, quod crebrum vocalium interjectum, contra quam hodie fit, noſtri olim aucuparentur. Aribonem itaque Latine nil niſi Heredem eſſe. Quod is ipſum ſc. reſpexit, utroque vocabulo in Corbiniani Vita conjuncto. Quin longius progreſſus cum id ſyllabo Hebraicorum nominum, quæ ſive Hieronymo ſive Bedæ Auctoribus tribuitur, Cyrinum eum hæredis interpretamenta reperiſſet, quam vere Sacræ Linguæ gnari ſciunt, delectatus, ſe ſub finem Vitæ Sancti Emmerami Cyrinum dixit.* Non viderat Velſerus Verſus laudati Poetæ; nam *Arpeonis* nomen ex lingua Germanica derivatum eſſe oſtendiſſet. Sic etiam Arno Salisburgenſis Epiſcopus ab Alcuino vocatur *Aquila*, quia ut videre eſt apud Mabillonium Sæc. IV. Benedict. part. 1. pag. 84. *Arnus* germanicum ſeu flandricum nomen eſt, ex quo ducta vocabula Synonyma, *Arnulfus*, *Arnoldus* & *Arno* ſeu *Arnonus*, & addita aſpiratione, Germanis & Flandris familiari fit *Harent*: quæ vox *Aquilam* ſignificat. Hæc pro illius ætatis more.

XV. *Primus Friſingenſis Epiſcopus fuit.* Cæterum *Corbinianum* primum Epiſcopum Friſingenſem fuiſſe, docet incertus Poeta citatus. Is enim Epiſcopos Friſingæ Urbis Primariæ Diœceſeos ad Moſaci & Iſaræ confluentes ſitæ hoc ordine numerat.

Friſingenſis enim Sedes hæc Aula vocata eſt.
Corbinianus ovans quam primus rexerat almus.
Inde Dei famulus Erempertus nomine ſedit.
Tertius hinc Joſeph præclarus nempe Magiſter.
Arpeo quartus erat, facunde famine fretus,

Quin-

Digitized by Google

Evangelium ſcribite. Non ſuſcipio Regem, ſibi per tyrannidem ſacerdotium vendicantem: Novi Valentem Regem, qui cum Chriſtianus nominaretur, Orthodoxam fidem perſequebatur; Zenonem item, & Anaſtaſium, & Heraclium, & Conſtantinum illum, qui in Sicilia fuit, & Bardaniſcem, qui & Philippicus appellatus eſt. Non Regiis regulis, ſed patriis inſtitutis tam ſcriptis, quam non ſcriptis Eccleſiam cenſeo conſtitui, & gubernari oportere. Quemadmodum enim in orbem univerſum monumentis litterarum promulgatum eſt Evangelium; ſic in univerſo terrarum orbe ſine ſcriptis eſt conſtitutum, ut Chriſtus Deus carnem indutus, & ſancti homines imaginibus exprimerentur, ſicut etiam ut Crux adoraretur, &c. Habet eadem in commentario (a) de fide Orthodoxa. At de Joanne hactenus ſatis modo, quæ erudiant Novatores, præſertim vero Politicos.

Imagines ex traditione.

(a) *Joann. Damaſc. de fid. Orth. l. 4. c. 17.*

Qui

PAGIUS

Quintus Apoſtolicam tenuit Pius Atto Cathedram.
Poſt hunc Hitto Pater Sedem jam venerat almus.
Ex hinc ſucceſſit Erchanperht Paſtor amatus.
Ecce pius Sedem præſens nunc Anno gubernat.

XVI. *Suevi a Carolo domiti.*

Aribo enim DCCLXXXIV. juxta citatum Chronicon Ratiſponenſe vivere deſiit; ad eum enim Chriſti annum ibi legitur: *Arper Epiſcopus obiit, & Atto Epiſcopus factus eſt.*

Bellum Suevicum hoc anno a Carolo Majore Domus geſtum. In Annalibus enim Petavianis legitur: *DCCXXX. quando Carolus perrexit Suavis contra Lanfridum.* Idem habent Annales Tiliani, aliique, quibus ſuffragatur Regino lib. 2. ubi de Carolo ſcribit: *Idem quinto decimo anno Regni ſui Alemanniam ingreſſus, contra Lantfridum dimicavit, & ſibi eamdem Gentem ſubjecit.* Alamanni, & Suevi, quorum Dux erat Lantfridus, jamdiu a Francorum Regno deſciverant, & a Pippino Caroli patre utcumque pacati fuerant; ſed iterum arma cepere, & finitimas Regiones Francis ſubjectas crebris incurſionibus vexavere. Verum a Carolo fracti & ſubacti ſunt, & a Carolomanno & Pippino poſtea tota Alamannia recepta, Franciſque reſtituta.

JESU CHRISTI ANNUS 731.	GREGORII PAP. III. ANNUS 1.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 16.

I. Gregorii Papæ II. obitus.

QUI ſequitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus trigeſimusprimus, Indictione decimaquarta, fuit obitu S. Gregorii Papæ lugubris: Qui contigit (inquit Anaſtaſius) tertio Idus Februarii, Indictione decimaquarta, cum ſediſſet annos ſexdecim, menſes octo, & dies viginti. De quo, præter illa, quæ dicta ſunt ſuperius certis annis intexta, hæc de eodem idem Anaſtaſius habet: *Hic quadrageſimali tempore, ut in quinta feria jejunium, atque Miſſarum celebritas fieret, in Eccleſiis, in quibus non agebantur, inſtituit. Oratorium in patriarchio in nomine beati Petri Apoſtoli, diverſis ornatum metallis a novo refecit, & circumquaque altaris parietes deargentavit, ac deſtinavit duodecim Apoſtolos, penſantes libras centum octoginta.* Et in fine: *Hic fecit calicem aureum præcipuum, * diverſum, ornatum lapidibus pretioſis, penſantem libras triginta: ſimiliter & patenam auream penſantem libras viginti octo, & ſemis. Hic dimiſit omni clero, monaſteriis, diaconiæ, & manſionariis ſolidorum duo millia centum ſexaginta, & ad luminaria B. Petri Apoſtoli ſolidos mille. Hic fecit ordinationes quinque, quatuor per menſem Septembrem, & unam menſem Junii, creavitque presbyteros* ccxv. *diaconos* iiii. *Epiſcopos per diverſa loca CL. Qui & ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum tertio Idus Februarii Indictione* eiiii. *Leone & Conſtantino Imperatoribus: & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quinque.* Hactenus Anaſtaſius. Apud quem additum invenimus in aliquibus exemplaribus menſem unum, quod repugnat iis, quæ dicuntur ab eodem Anaſtaſio in ejus ſucceſſore Gregorio tertio. Porro Gregorius ipſe defunctus receptus eſt inter Sanctos, ennìverſatìæque memoriæ cultu in Eccleſia perſeverat. Cujus ſi ſcripta extarent,

* diverſis

que ab eo geſtæ diligentius ſcriptis mandatæ eſſent, Gregorio Magno haud minorem exiſtimares. Præter epiſtolas ſcripſiſſe fertur Reſponſionum librum unum ad Leonem Imperat. & alium ad Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & alia. Eo igitur defuncto, hoc eodem anno die xvj. ejuſdem menſis, in locum ipſius Gregorii ſubrogatus eſt alius Gregorius ejus nominis tertius, de quo hæc idem Anaſtaſius.

II. Gregorii Pap. III. electio.

Gregorius tertius natione Syrus ex patre Joanne, vir mitiſſimus, & valde ſapiens, in divinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca, Latinaque lingua eruditus, Pſalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus, lingua quoque in lectione politus, exhortator omnium bonorum operum, plebi florentiſſimæ ſalutaria prædicans, Fidei Catholicæ, & Apoſtolicæ immutilate conſervator, perenniter ſuo monitu corda Fidelium corroborans, Orthodoxæ Fidei æmulator, ac defenſor fortiſſimus, paupertatis amator, & erga inopes proviſor, non ſolum mentis pietate, ſed ſtudii ſui labore ſollicitus, captivorum etiam redemptor, orphanorum quoque & viduarum largitor, neceſſaria tribuens, amator religioſitatis in Chriſtiana norma, & religioſe volentibus vivere, & Dei timorem habentibus in ſuis præcordiis director exiſtens, Deo favente, pervenit ad ordinem presbyteratus. Quem viri Romani, ſeu omnis populus a magno ad parvum divina inſpiratione permoti, ſubito cum ejus deceſſor de hoc ſæculo migraſſet, dum in obſequio ſui anteceſſoris eſſet intentus, vi abſtollentes, in Pontificatus ordinem elegerunt. Hæc de ejus vita ante Pontificatum, & ipſius electione Anaſtaſius.

III. Exigebat quidem temporis vehemens perturbatio, ut qui videretur optimus,

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXIX. Anno Hegiræ CXIII. inchoato die 25. Martii fer. 5. A. C. 731. I.

ANNUS PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6224.

☉ 12. G. ☽ 20. P. 8. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 731.

GREGORII III. PAPÆ 1.

LEONIS ISAURI IMP. 15.

CONSTANTINI COPRONYMI 12.

ANnum I. ad III. Anaſtaſius ſcribit, *Gregorium II.* ſediſſe annos XVI. menſes octo, dies viginti, & ſepultum eſſe ad Beatum Petrum Apoſtolum *ſub die III. Idus Februarii Indict. XIV.* Sed non dubium, quin loco, *dies viginti*, legendum ſit, *dies viginti tres*, aut *viginti quatuor*, ſi dies ejus emortualis includatur, & loco *annos XVI.* reponi debeat, *annos XV.* Cum enim Gregorius die decima nona menſis Maii anni ſeptingenteſimi decimi quinti Pontifex Romanus ordinatus, mortuus ſit die undecima menſis Februarii, qua eum ſepultum aſſerit Anaſtaſius, ſedit annos XV. menſes VIII. & dies XXIII. ſi dies emortualis excludatur, aut XXIV. ſi includatur. In exemplari MS. Anaſtaſii Colbertino attribuuntur ei anni XV. menſes VIII. dies XXIV. Gregorium ſediſſe annos XV. docent Hermannus Contractus, Abbo Floriacenſis & quatuor Catalogi noſtri. Supra annos XV. eum ſediſſe menſes VIII. teſtantur ſex Catalogi noſtri Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Martinus Polonus & Abbo Floriacenſis. Denique Abbo Floriacenſis & quatuor Catalogi noſtri habent *dies XXIV.*

Moritur Gregorius II. Pap.

Ad hæreſim tollendam Pontifex ſe convertit.

ſidem quam citiſſime eligeretur, ne capite deficeret Romanus populus, qui (ut vidimus) ab Imperatore hæretico penitus ſe ſubtraxerat, atque omnino defecerat, cujus adhuc in Italia vigeret potentia in Exarcho. Sic igitur Gregorius elevatus in thronum Apoſtolicum, nihil antiquius habuit, quam obortam hæreſim extirpare: cujus rei gratia ſecurim ad radices admovens, primum omnium, Imperat. Leonem ejus auctorem petit litteris Apoſtolicis, ad eumque legatum miſit. Sed utinam ſicut arcus fortiſſimus fuit, ita emiſſa ſagitta plumbea non fuiſſet. Quidnam acciderit, ex eodem Anaſtaſio res geſtas ejuſdem Gregorii proſequente, audiamus.

Gregor. Pap. legationem mittit ad Leonem Imp.

Fuit autem (inquit) Gregorius Papa tertius *temporibus Leonis, & Conſtantini Imperatorum, ea perſecutione graſſante, quæ per ipſos mota eſt ad depoſitionem, & deſtructionem ſacrarum imaginum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ Dei Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum, omniumque ſanctorum Martyrum, & Confeſſorum. Pro quibus idem ſanctiſſimus vir, ut ab hoc reſipiſcerent, ac ſe removerent errore, commonitoria ſcripta, vigore Apoſtolicæ Sedis inſtituta (quemadmodum & ſanctæ memoriæ deceſſor ipſius direxerat) miſit per Gregorium presbyterum, qui humano ductus timore, non eadem ſcripta Imperatori porrexit.* Siquidem Leonis rugientis, & ſævientis crudelitas ipſa oculis viſa perterruit. Majora enim præſens vidit, quam quæ fama perceperat; adeo ut timore correptus defecerit penitus animo, tutius ratus non dare litteras, quas acerrimas eſſe ſciebat, quam deficiendo in diſcrimen adducere Sedis Apoſtolicæ majeſtatem. Sed quid in eum Gregorius Papa ſtatuerit, Anaſtaſium audi de Gregorio ipſo presbytero, iſta ſubdentem.

IV. Concil. Romanum in cauſa Gregorii presbyteri.

Reverteas ſecum illas litteras in civitatem Romanam reduceas, ipſi ſanctiſſimo Pontifici patefecit, confeſſus, ſe faciens reum culpæ. Quem magna comminatione Pontifex ipſe voluit ab ordine ſacerdotali privare. Congregatis enim Epiſcopis, qui in Urbe eſſent, vel in proximis Eccleſiis, Concilium ab ipſo Pontifice eſt congregatum, ubi inter alias cauſa ejuſdem Gregorii, utpore gravis, in medium allata eſt: prælocutuſque ipſe Gregorius Papa facinus deteſtatus, ſententiam depoſitionis laturus cum eſſet in eum, ne id faceret, Epiſcoporum preces interceſſerunt, cum idem Gregorius presbyter reus, emendaturum ſe quod peccaſſet, ſponte, libereque promitteret, imitaturum ſe Petrum pollicitus, qui etſi timore perculſus ab animi propoſito excidiſſet, poſtea repetita ſæpius confeſſione, mortem tandem libenti animo ſuſcepiſſet: ait enim de ipſo Anaſtaſius: *Cui nempe Pontifici reſiſtente Concilio, & obſecrante tam Concilio, quam optimatibus, ut non deponeretur, ſed magis idem presbyter pœnitentiæ ſubmitteretur; illi impoſita digna pœnitentia iterum ſecundo eum iiſdem ſcriptis literis apud Regiam direxit urbem.* Sed quod hæc ſecunda legatio contigiſſe appareat anno ſequenti, ſuo loco de ipſa acturi ſumus.

V.

Qui ſic comparatus erat Leo, ut nec audire vellet a Romano Pontifice veritatem: eos, qui ipſam prope etiam nolenti auribus ingerebant, procul in exilium ejicere conſuevit. Inter alios autem fuit vir ſanctiſſimus, qui ſucceſſerat S. Germano in Cyziceno Epiſcopatu Æmilianus, cujus natalem diem celebrant Græci in Menologio iſtis verbis: *Commemoratio S. Æmiliani Epiſcopi Cyzici. Hic propter ſanctarum imaginum cultum multas ærumnas perpeſſus, in exilium ab impio Imperatore Leone miſſus, accepta confeſſionis corona, dormivit in Domino.* Hæc illi die octava menſis Auguſti. Tunc etiam Baſilius, & Procopius Decapolita idem ſubeuntes certamen, eamdem pœnam perpeſſi, eadem ſunt facti digni corona: quorum natalis dies a Græcis agitur vigeſima ſeptima Februarii. Tunc & Theophilus ſanctus monachus æque coronam promeruit, de quo iidem his agunt verbis, die ſecunda menſis Octobris, quo ejus diem natalem colere conſueverunt: *Natali ſancti patris noſtri Theophili, qui fuit monachus religioſus, & timens Deum ſub Leone Iſaurico, cujus impietatem, & execrabile odium in venerabiles Sanctorum imagines evertendas, ejus hæreſim in faciem exprobrans redarguit, ipſum impium, nefarium, & Antichriſti præcurſorem, &*

Æmilianus Epiſc. Cyzici Confeſſor & alii.

Chri-

PAGIUS XXIV. Hermannus Contractus *dies XXIII.* & quatuor extant Catalogi noſtri, qui neque in annis, neque in menſibus, neque in diebus peccant. Schelestratius in Antiquitate Eccleſiæ cap. 8. dicit, videri librum Pontificalem conſcriptum fuiſſe poſt mortem Conſtantini Papæ, idque firmari auctoritate MS. Codicis Vaticani num. 3169. qui licet ante quingentos circiter „ annos exaratus ſit, ex antiquiore tamen deſcriptus fuit, utpote finiens Catalogum Pontificum, quem libro Pontificali præponit, „ in Gregorio II. Conſtantini Succeſſore; Liber vero Pontificalis, qui Catalogum in Codice ſubſequitur finit his verbis: *Gregorius natione Romanus, ex Patre Marcello ſedit annos XVI. menſes IX. dies XI. Fuit autem temporibus Anaſtaſii, Theodoſii, Leonis, atque Conſtantini Auguſtorum*, ubi tantum refert tem-

pus

Chriſti proditorem appellans, aliaque ſimilia obiiciens. Quibus ille ad iram incitatus, primo verberari eum juſſit, & in carcerem conjici: unde poſtmodum eductus, ſanctas imagines abnegare cogitur, quod omnino renuens facere, in exilium miſſus eſt, & illic præſentem vitam reliquit. Hæc impius, ſed non pro concepta rabie in Catholicos agens, invidens illis coronam martyrii, ſciens eoſdem colendos fore in Eccleſia Martyres, & eorum reliquias venerationi quoque exponendas, quas impius perdere laboraret. Tunc & Niceta Patricius idem certamen ſubiens, in album ſanctorum Confeſſorum relatus eſt decimatertia menſis Octobris.

VI. Abſtinuit tamen idem Iſauricus ab infligendo ſupplicio Joanni Epiſcopo Polyboti, qui claritudine miraculorum adeo celebris erat in Oriente, ut & ipſe, ſicut olim magnus ille Gregorius, cognomento dictus fuerit, Thaumaturgus. Hic enim, cum ad redarguendum Imper. ſe Conſtantinopolim contuliſſet, vehementerque reprehendiſſet, nullam vim paſſus, ad ſuam redire Eccleſiam permiſſus eſt; ubi ſuum curans gregem illæſum ab hæreſi cuſtodiens, quievit in pace, quinta die menſis Decembris, qua Græci in Menologio anniverſariam ejus commemorationem agunt. Inter horum claſſem adnumeratus Gregorius Decapolita in Iſauria civitatis civis, qui Orientem & Occidentem peragrans in confeſſione Catholicæ Fidei, diem clauſit extremum. Simeon præterea ſanctitate nitens tunc vixit, quem Leo detruſit in carcerem, ubi eum idem, qui ſupra Gregorius Conſtantinopoli inviſit. Habet hæc Menologium vigeſima die menſis Novembris; ſed de aliis agendum inferius erit. Jam res Germanicas inviſamus.

Hoc

PAGIUS pus Pontificum ſine aliis Actis, ex quo colligitur, Auctorem quidem inchoaſſe Vitam Gregorii, ſed non abſolviſſe, dum Liber Pontificalis prodiit. Ita Schelestratius. Verum verba illa contrarium oſtendunt; cum falſum ſit, Gregorium II. ſediſſe tempore Anaſtaſii Imp. & ſediſſe annos XVI. menſes IX. dies XI. Vita itaque Gregorii II. longe poſt Conſtantini Papæ obitum exarata. Quia vero Sedes ceſſavit *menſem unum & dies quinque*, ut habent varia exemplaria MSS. Anaſtaſii, vel *dies XXXV.* ut in tribus Catalogis noſtris legitur, Gregorius III. natione Syrus ordinatus eſt Pontifex Romanus die decima octava menſis Martii, in quem hoc anno Dominica cadebat. Quare perperam Papebrocius in Conat. Chron. ejus ordinationem illigavit cum die XXII. Februarii. [r]

II. A num. VI. *Sanctus Gregorius Decapolitanus*, non ſub Leone Iſauro, ſed ſub Leone Armeno ſæculo ſequenti Sacras Imagines defendit, ut liquet ex Vita Sancti Joſephi Hymnographi, recitata in Actis SS. Bollandianis ad diem III. menſis Aprilis. In ea dicitur, Gregorium cum *Joſepho* Theſſalonica Conſtantinopolim propter quædam negotia veniſſe eo tempore, quo *Leo Armenus* Iconomachiam renovabat, & religioſiſſimum Gregorium tota Urbe ſolitaſſe, ibique libere ac ſine ullo metu veritatem docuiſſe. Flagitante infinita prope Monachorum multitudine ſimul coacta, Romam *Joſephum* miſit ad Pontificem Romanum, ut anno DCCCXVII. videbimus. Poſt Gregorii mortem Joſephus *Joanni* Magni Gregorii æmulo ut diſcipulo adhæſit & Theſſalonica non diſceſſit, niſi poſt *Joannis* mortem, & ſumptis utriuſque Reliquiis Monaſterium excitavit in loco deſerto, ubi eas repoſuit, & plures diſcipulos habuit, ut in ejus Vi- *S. Gregorius Decapolitanus Sacras Imagines tuetur.*

ta

NOTÆ [s] Schelſtratis conjecturam reputantis librum Pontificalis *ſtatim* poſt obitum Conſtantini Papæ *deſcriptum* fuiſſe, ut Gregorii III. *ſucceſſoris vita alterius ſit opus Scriptoris*, non futili hac conjectura confirmanda ſuccurret. In Bibliotheca Canonicorum S. Martini, quæ Cathedralis eſt Eccleſia Lucenſis, ſervatur Codex MS. libri Pontificalis vetuſtiſſimus vario charactere, ſæculo ſaltem nono antiquiore conſcriptus, in quo Pontificum vitæ uſque ad Gregorium III. uno non diſſimili charactere exaratæ ſunt; abſoluta vero Conſtantini Papæ vita, quæ cum pagella definit, additur in infima ejuſdem ora: *Huc uſque CXXVIIII. anni ſunt quod Langobardi venerunt & VII. menſes.* Dein alia manu charactere quadrato ſuccedit vita Gregorii III. deſinitque tandem Codex cum Hadriano I. Epocham hanc ab ipſo Longobardorum ingreſſu in Italiam deduci haud poſſe perſpicuum conſtat; cum ſtabilita ibi epocha longe ante Conſtantinum Papam periodum illam annorum 129. abſolvat. Vix ergo aliter conſtiterit, niſi ab ipſo regni Longobardici in Italia exordio repetatur. Porro Longobardorum primus Rex in Italia Autharis conſtitutus eſt anno 586. ut Pagius ad A. 581. ſ. probat, unde ergo cœpta periodus illa annorum deſinit anno 715. qui ipſe eſt annus Conſtantini Papæ emortualis, & primus Gregorii; quo & Codicis hujus ſcriptor vivebat, & ſcribendo finem impoſuit. Quæ deinde ſuccedunt in noſtro Codice Pontificum vitæ cum Hadriano I. deſinentes, alterius ſcriptoris ſunt; ut & ſcripturæ mutatio non obſcure demonſtrat. Liber igitur Pontificalis primo quidem cum Conſtantini vita abſolvebatur. Dein ſuppletus eſt uſque ad S. Hadrianum I. cujus ſucceſſoris S. Leonis III. vitam cum reliquis uſque ad Hadrianum II. forte Anaſtaſius Bibliothecarius adjecit. Denique ejuſdem Hadriani II. & Stephani VI. reliquas Gulielmo Bibliothecario debemus.

Inſuper juvat hic animadvertere diem & menſem ſepulturæ Conſtantini Papæ in eodem noſtro Codice deeſſe; quare ex additamento illo in vulgatis Anaſtaſii, certum tempus, quo Conſtantinus deſiit, erui minime poſſe, liquido conſtat. In vita vero Gregorii II. tempus quo ille ſedit, ita definitur: *ſedit annos XV. menſes VIII. dies XXII.* quam ſane lectionem Pagius vehementer probaret. MANSI

VII. Hoc eodem anno cum audiviſſet S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus defunctum eſſe Gregorium II. a quo acceperat Apoſtolatum, & in ejus locum fuiſſe ſubrogatum Gregorium III. ad ipſum Romam Legatos miſit; per quos etiam de nonnullis Sedem Apoſtolicam conſuluit. Id enim conſtat teſtificatione auctoris, qui ea Willibaldo Epiſcopo S. Bonifacii res geſtas proſequutus ait (a): *Cumque multa hominum millia tam per ſe, quam per ſuos conterraneos ad Chriſti religionem traducta baptiſmatis unda diluiſſet, defuncto beatæ memoriæ Gregorio II. Sedis Apoſtolicæ Pontifice, tertioque Gregorio eamdem Sedem obtinente, Romam Legatos miſit, qui cum novo Pontifice prioris amicitiæ fœdera renovarent, & priſtinam humanitatem, atque benevolentiam ejus erga ipſum expeterent. Ab ipſo vero Bonifacio omnem obedientiam Romanæ Sedi debitam pollicerentur: denique plurimorum Germanorum ad fidem Chriſti adductorum converſionem indicarent. Legati cum Romam veniſſent, & Pontifici ea retuliſſent: ille primum Deo gratias egit: denique non ſolum omnia amicitiæ, & benevolentiæ officia a Bonifacio expetita pollicitus eſt, ſed ea etiam, quæ non petiit, largitus eſt, nempe Archiepiſcopi pallium, & litteras, quibus ad ejus quæſtiones* *multivarias *reſpondit.* Quod autem ipſæ Pontificiæ litteræ ſequenti potius anno datæ eſſe ex ipſarum contextu intelliguntur: dicere opus eſt, eoſdem Legatos tardius profectos in ſequentem uſque annum fuiſſe Romæ detentos. Porro Gregorii Papæ litterarum hoc eſt exemplum.

(a) Vit. S. Bonif. l. 1. c. 25. apud Sur. to. 3. die 5. Jun.

Legatio a Bonifacio ad Rom. Pont.

* multifarias

VIII. Epiſt. Gregorii Papæ ad Bonifacium. *Reverendiſſimo, ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo ad illuminationem gentis Germaniæ, vel circumquaque in umbra mortis morantibus Gentibus in errore conſtitutis ab hac Apoſtolica Sede directo, Gregorius ſervus ſervorum Dei.*

Magna nos habuit gratulatio, lectis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ litteris, cum in eis, relecta ſerie fuiſſet repertum, Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia, plurimos te a gentilitate, & errore ad veram fidei agnitionem convertiſſe. Quod quia divina inſtitutione docemur in parabolis, cui (b) *quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuiſſe lucratum: in talis commercii lucro cum tota plaudimus Eccleſia. Hinc jure tibi ſacri pallii direximus munus, quod beati Petri Apoſtoli auctoritate ſuſcipiens, induaris, atque inter Archiepiſcopos unus, Deo auctore, præcipimus, ut cenſearis. Qualiter autem eo utaris, ex mandato Apoſtolico informatus agnoſce. Itaque dum Miſſarum ſolemnia geris, vel Epiſcopum te contigerit conſecrare, illo tantummodo tempore eo utaris.*

(b) Matt. 25.

IX. *Quia vero turbas, Domini gratia, in iiſdem partibus ad rectam fidem aſſeruiſti converſas, ideoque nequire te occurrere omnibus quæ ſalutis ſunt, impendere, vel intimare, cum jam longe lateque gratia Chriſti ejus fides in illis propagetur: præcipimus, ut juxta ſacrorum canonum ſtatuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore Apoſtolicæ Sedis debeas ordinare Epiſcopos, pia tamen contemplatione, ut non vileſcat gratia Epiſcopatus.*

Presbyterum namque quem præterito aſſeruiſti anno ad nos veniſſe, noſtroque judicio fuiſſe a ſuis nefariis abſolutum actionibus: credas, quod neque nobis confeſſionem aliquam fecit, nec a nobis, ut ſuos expleat libitus, abſolutus eſt. Sed ſi eum errori deditum repereris: hunc Apoſtolicæ Sedis vigore, ut juxta ſanctorum canonum cenſuram corrigas, & emendes, præcipimus, vel ſi quos forſan tales inveneris. Ille enim veniens: Presbyter ſum, ait, & commendatitias ad filium noſtrum Carolum litteras expetiit. Nullam illi aliam conceſſimus licentiam. Quem vitari, ſi prave converſatur, cum reliquis volumus.

X. *Eoſdemque quos a paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti: ſi ita habetur: ut denuo baptizes in nomine ſanctæ Trinitatis mandamus.* Si extaret, quæ hanc Gregorii præceſſit, epiſtola Bonifacii, qua de his conſuluit ipſum, ſufficiens ſatis eſſe iſta reſponſio appareret, quæ abſque illa imperfecta videtur, ſicut & ea, qua paulo poſt ſubiicitur de baptizatis a presbytero Jovi ſacrificante, ut rebaptizarentur; intelligereturque de his loqui Pontifex, qui non fuiſſent baptizati in

no-

PAGIUS to legitur. Gregorii Vita Græce ſcripta adhuc extat. Colitur in Menæis Græcorum ad diem XX. Novemb. vide quæ de eo loco laudato ſcripſi. Dicitur *Decapolita*, quia natus erat in Iſauria, ubi erat Regiuncula Decapolis a decem ſc. Urbibus appellata. *S. Joannes* memoratur in Menologio Baſilii Imp. ad diem XVIII. menſis Aprilis, ad quem diem etiam legendus Bollandus.

III. A num. VII. ad XIV. Deſunt *Bonifacii* litteræ, quas hoc anno ad Gregorium III. Papam dedit; ſed ex Othlono in ejus Vita lib. 1. cap. 26. diſcimus, defuncto Gregorio II. Bonifacium Romam Legatos miſiſſe, qui omnem ſubjectionem Apoſtolicæ Sedi debitam a ſe promitterent, *converſionem quoque plurimorum in Germania habitantium intimarent*, & Gregorium III. ei Archiepiſcopatus Pallium direxiſſe, ac Reſponſionem ad ſingula capita, pro quibus interrogatus fuerat. Recitat eam Gregorii III. Epiſtolam Baronius, inter Bonifacianas ordine CXXII. Ea vero anno ſequenti data, ut indicat Baronius num. VII. Poſt Legatorum reditum Bonifacius *duas non Eccleſias Domino conſtruxit, unam quidem in Frideſlar, alteram vero Hamanaburg*, inquit Othlonus citatus apud

S. Bonifacius duo Monaſteria conſtruit.

Ba-

nomine ſanctiſſimæ Trinitatis. Quod autem iſta noſtra interpretatio non ſit divinatio, ſed neceſſaria demonſtratio, teſtis adducitur hujus ſucceſſor Zacharias Papa, qui ad eumdem Bonifacium ſcribens de iis, qui abſque certa expreſſione nominis Trinitatis baptizati eſſent ab hæreticis: ut baptizarentur, reſcribit, exemplo, ut ait, Gregorii noſtri prædeceſſoris, idem ad ipſum Bonifacium de his hac epiſtola reſcribentis; plane ſignificans, reſpondiſſe Gregorium ad Bonifacium, iterandum eſſe illorum tantum baptiſma, qui abſque expreſſo nomine ſanctiſſimæ Trinitatis baptizati fuiſſent. Porro ipſa epiſtola Zachariæ inferius ſuo loco deſcribetur, quæ incipit: *Sacris liminibus*. Intexta eadem in vita ejuſdem ſancti Bonifacii libro ſecundo. Sed & idem ipſe Gregorius ſuorum verborum certior accedat interpres, qui in alia epiſtola poſt hanc ad eundem Bonifacium ſcripta, quæ incipit: *Doctoris Gentium*. Expreſſe tradit, non eſſe iterandum illorum baptiſma, qui gentilium miniſterio baptizati, ſi in nomine ſanctæ Trinitatis id factum eſſet, ſed hos, ut Chriſtianos eſſe recipiendos per manus impoſitionem, & chriſmatis unctionem. Sed proſequamur reliqua.

XI. *Inter cætera agreſtem caballum aliquantos comedere adjunxiſti, pleroſque & domeſticum: hoc nequaquam fieri deinceps, ſanctiſſime frater, ſinas; ſed quibus potueris, Chriſto juvante, per omnia compeſce, & dignam eis impone pœnitentiam. Immundum enim eſt, atque execrabile.* Sic ferinos mores componere, & ad humaniorem cultum Gregorius Papa reducere, quovis prætextu, & occaſione curavit. Sed pergit.

Pro obeuntibus quoque conſuluiſti, ſi liceat oblationem offerri: Sancta ſic tenet Eccleſia, ut quiſquis pro ſuis mortuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum faciat memoriam; & quamvis omnes peccatis ſubjaceamus: congruit tamen, ut ſacerdos non niſi pro mortuis Catholicis memoriam faciat, & intercedat. Non enim pro impiis, quamvis Chriſtiani fuerint, tale quid agere licebit. Eos etiam, qui ſe dubitant fuiſſe baptizatos, vel qui a presbytero Jovi mactante, & immolatitias carnes veſcente baptizati ſunt, ut rebaptizentur, præcipimus. Utpote quod qui idololatriæ inhæſiſſent, nullam habuiſſe intentionem in illis explere ſalutis remedium videri potuiſſent. Pergit ipſe.

Progeniem ſuam unumquemque uſque ad ſeptimam generationem obſervare decrevimus. Et ſi volueris, devitandum doce, ne cui uxor obierit, amplius quam duabus debeat copulari. Id ejus relinquit arbitrio, quod bigamiam, trigamiam, &c. concedere, ſit ex (a) Eccleſiæ indulgentia. (a) Hieron epiſt. 9. & 10. & contra Jovin. lib. 1.

De his vero, qui patrem, vel matrem, vel fratrem, aut ſororem occiderint: dicimus, ut toto vitæ tempore corpus Dominicum non ſuſcipiant, niſi in ſuo exitu pro viatico: abſtineant etiam ſe a carnis comeſſatione, & potu vini, donec advixerint: jejunent ſecunda, quarta, & ſexta feria, ut ſic deflentes poſſint diluere commiſſum ſcelus. XII.

Hoc quoque inter alia crimina agi in partibus illic dixiſti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis ſua venundent mancipia. Quæ ut magnopere corrigere debeas, frater, commonemus, ne ſinas fieri ultra. Scelus enim eſt impietas. Eis ergo, qui hæc perpetraverunt, ſimilem homicidæ indicee pœnitentiam.

At quoties Epiſcopum conſecraveris, duo, vel tres conveniant tecum Epiſcopi, ut Deo ſit gratum, quod geritur, & eis convenientibus, ipſiſque præſentibus conſecres. Hæc te, frater cariſſime, diligenter obſervare volumus, & ſtudio pietatis cœptum negotium ſalutis exequi, ut de lucro apportato valeas a Domino Deo noſtro mercedem percipere in æterna beatitudine. Privilegium vero juxta quod petiſti facientes, his junctum direximus, optantes te Domini Dei noſtri præſidio de converſione errantium pleniſſimum apportare lucrum. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Hucuſque reddita ad Bonifacium per Legatos epiſtola Gregorii papæ. Pergit vero auctor:

*Redeuntes igitur nuntii, & præſules Apoſtolici tum ſcripta, tum munera optata reportantes, ingenti ſanctum Bonifacium gaudio afficiunt. Itaque ſicut par erat, Deo laudes, grateſque agens mox duas Eccleſias conſtruxit: alteram quidem * Friſſariæ in honorem ſancti Petri Apoſtolorum principis; alteram vero Amanburgi in honorem Michaelis Archangeli, duo quoque monaſteriola duabus adjunxit Eccleſiis non minima illic adunata Deo ſervientium congregatione: ubi etiam hactenus laudes, & cultus divini officia peraguntur.* Hucuſque de Bonifacii rebus geſtis, reliqua de ipſo inferius ſuo loco.

* Fritzlariæ.

Vi-

PAGIUS Baronium num. XII. *Friſtaria*, quæ Fridlar, & Frideſlar ſcribi ſolet, Urbs eſt in Haſſia ad fluvium Adranam ſeu Ederam, in Ditione Electoris Moguntini, & Fritislarienſis Monaſterii ſola hodie rudera ſuperſunt. Ejus fundamenta anno circiter ſequenti poſita, cujus curam per aliquot annos geſſit *Sanctus Bonifacius*, qui poſtea eidem *Sanctum VVigbertum*, de quo infra Primum Abbatem præfecit. Ubi ſitum fuerit Monaſterium *Hamanaburg*, incompertum.

A num.

XIII. Vidiſti, puto, Lector, & conſideraſti unde prodierit Germanis in tenebris conſiſtentibus gentilitii erroris, lumen Evangelii. Unde provenerit inviæ ſilvæ cultus. Unde everſæ domui acceſſerit reſtitutor. Unde infidelitatis diuturno morbo languentibus venerit medicus, & medicina. Unde adhuc inſanientibus in idolis, advenerit de vero Deo certa ſcientia. Unde feris barbaris inhæſerit humanitas, & politicæ vitæ cultus, ut cœperint eſſe homines, qui penè beſtiæ videbantur. Unde leges legum exortibus, & rudibus diſciplina. Non aliunde quidem, quam ab Eccleſia Romana, a qua Bonifacius prædicare Evangelium miſſus eſt. Eluxit Germanis a Romana Eccleſia Evangelii lumen, Dei cultus, inſtauratio diſciplinæ, medicus, medicina animorum morbis, ſcientia, ac ſapientia ſtultis, humanitas rudibus, feris, atque indomitis lex. Quis neget iſta Novator? Quod omnes fatentur, negare puto nec audebunt inſani. Pudeat ingratos in Romanam Eccleſiam inſanire: de illis loquor, qui per devia hæreſeos a Fide Catholica aberrantes deſierunt etiam eſſe, quod nati ſunt homines participes rationis; cum alioqui ſciamus in compluribus ejus provinciis vigere Fidem Catholicam, quaſi ſancto ſemine caruiſſent, diriora utique ſupplicia, quam Sodoma, & Gomorrha ab irato Domino ſubiiſſent. Sed in Angliam tranſeamus.

XIV. Hoc eodem anno ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum Beda finem imponit, brevi compendio deſcribens ſtatum, quo eamdem relinquit Eccleſiam Anglicanam: quinam Reges provinciis, & Epiſcopi Eccleſiis præeſſent, recenſens, ita demum perorat: *Et arridente pace, & ſerenitate temporum, plures in gente Nordanhumbrorum tam nobiles, quam privati, ſe ſuoſque liberos, depoſitis armis, ſatagunt magis accepta tonſura monaſterialibus adſcribere votis, quam bellicis exercere ſtudiis. Quæ res, quem ſit habitura finem, poſterior ætas videbit. Hic eſt in præſentiarum univerſæ ſtatus Britanniæ, anno adventus Anglorum in Britanniam circiter CCLXXXV. Dominicæ autem incarnationis DCCXXXI. in cujus regno perpetuo exultet terra, & congratulante in fide ejus Britannia lætentur inſulæ multæ, & confiteantur memoriæ ſanctitatis ejus.* Hucuſque Bedæ hiſtoria. Cui mox ipſe adjecit appendicem de rebus ſuis, his verbis: *Hæc de hiſtoria Eccleſiaſtica Britannorum, & maxime gentis Anglorum, prout ex libris antiquorum, vel ex traditione majorum, vel ex mea ipſe cognitione ſcire potui, Domino adjuvante, digeſſi Beda Dei famulus, & presbyter monaſterii beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad Viuremundam & Ingirvum. Qui natus in territorio ejuſdem monaſterii, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus ſum educandus reverendiſſimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumque ex eo tempus vitæ in ejuſdem monaſterii habitatione peragens omnem meditandis ſcripturis operam dedi, atque inter obſervantiam diſciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in Eccleſia curam, ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere, dulce habui.*

XV. *Decimonono autem vitæ meæ anno diaconatum, trigeſimo gradum presbyteratus, utrumque per miniſterium Epiſcopi Joannis, jubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti presbyteratus, uſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum, hæc in ſcripturam ſanctam meæ, meorumque neceſſitati ex opuſculis venerabilium Patrum breviter annotare, ſive etiam ad formam ſenſus, & interpretationis eorum ſuperadjicere curavi.* Deeſt apud Bedam catalogus ſcriptorum ejus, qui ponitur ad finem epitomes, ante antiquum auctorem anonymum, qui poſt eum res Anglorum eſt proſecutus, ſicque ſe habet:

In principium Geneſis uſque ad nativitatem Iſaac, & electionem Iſraelis, & Iſmaelis probationem libros tres. Bedæ ſcripta diverſa.

De tabernaculo, & vaſis ejus, ac veſtibus ſacerdotum libros tres.

Item

PAGIUS IV. *Beda anno DCC. XXXV. vita functus eſt.*

A num. XIV. ad XXVII. Annus emortualis Bedæ, ejuſque ætas hodie ignorari non poſſunt. Nam *Sanctus Cuthbertus*, qui ejus morti interfuit ad Cuthvvinum condiſcipulum ſuum ſcribens, ait: *Gravatus quidem eſt infirmitate maxima creberrime anhelitus, ſine dolore tamen, ante diem Reſurrectionis Dominicæ, id eſt fere duabus hebdomadibus: & ſic poſtea lætus & gaudens, gratiaſque agens Omnipotenti Deo omni die & nocte, imo horis omnibus uſque ad diem aſcenſionis Dominicæ, id eſt ſeptimo Kalendas Junii vitam ducebat.* Qui character annum ſeptingenteſimum triceſimum quintum, quo Paſcha XV. Kal. Majas, & Aſcenſio VII. Kal. Junii celebrata ſunt, certo deſignat. Baronius eamdem Epiſtolam recitat, ut videre eſt num. XX. ſed in exemplari, quo uſus eſt, legitur, *uſque ad diem Aſcenſionis Dominicæ, id eſt VIII. Idus Maii*: quo fundamento innixus Bedæ mortem differt poſt plures annos, eumque natum annos CV. obiiſſe credit. Verum in mendoſum Codicem Cardinalis doctiſſimus inciderat; in Hiſtoria enim Eccleſiæ Dunelmenſis, Simeone Dunelmenſi Monacho Auctore, lib. 1. cap. 15. eadem Epiſtola legitur, & *dies ſeptima Kalendas Junii* diſerte in ea exprimitur. Certe, ut obſervat Mabillonius in ejus Elogio Hiſtorico paragrapho 7. Sæc. III. Benedict. part. I. vetuſtis Anglis omnibus perſuaſum fuit, Bedam in ipſo Aſcenſionis Feſto, & VII. Kalend. Junii, diem ſupremum obiiſſe, ut videre eſt apud Malmesburienſem, alioſque; anno autem DCCXXXV.

Item in primam partem Samuelis, id eſt, uſque ad mortem Saul libros quatuor.

De ædificatione templi allegorica expoſitionis, ſicut & cætera libros duos.

Item in Regum librum triginta quæſtionum.

In Proverbia Salomonis libros tres.

In Cantica Canticorum libros ſex.

In Iſaiam, Danielem, duodecim Prophetas, & partem Hieremiæ, diſtinctiones capitulorum ex tractatu beati Hieronymi excerptas.

In Eſdram & Nehemiam libros tres.

In Canticum Abacuch librum unum.

Item capitula lectionum in Pentateuchum Moyſi, Joſue, Judicum.

In libros Regum & verba dierum.

In librum beati Patris Job.

In Parabolas, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum.

In Iſaiam prophetam.

† *In Eſdram quoque & Nehemiam.*

In Evangelium Marci libros quatuor.

In Evangelium Lucæ libros ſex.

Homiliarum Evangelii libros duos.

In Apoſtolum quæcumque in opuſculis ſancti Auguſtini expoſita inveni, cuncta per ordinem tranſcribere curavi.

In Actus Apoſtolorum libros duos.

In Epiſtolas ſeptem Canonicas libros ſingulos.

In Apocalypſim S. Joannis libros tres.

In capitula lectionum in totum novum Teſtamentum, excepto Evangelio.

(a) Apud Bed. in præmiſſ. ad lib. de rat. temp. tom. 2. *Item librum epiſtolarum ad diverſos, videlicet: (a) De ſex ætatibus ſæculi una eſt. De manſionibus filiorum Iſrael una: De eo quod ait Iſaias: Et claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos viſitabuntur, una. De ratione Biſſexti una. De Æquinoctio juxta Anatolium una.*

Item de hiſtoriis Sanctorum, librum vitæ paſſionis S. Felicis Confeſſoris, & de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli. Librum vitæ, & paſſionis S. Anaſtaſii male de Græco tranſlatum, & pejus a quodam imperito emendatum, prout ad ſenſum correxi.

Vitam ſancti Patris, monachi ſimul, & Antiſtitis Cudberti, & prius heroico metro, & poſtmodum plano ſermone ſubſcripſi.

Hiſtoriam Abbatum monaſterii hujus, in quo ſuperna pietati deſervire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & Vuerthberti in libellis duobus.

Hiſtoriam quoque Eccleſiaſticam gentis noſtræ in quinque libros.

Martyrologium de natalitiis ſanctorum Martyrum diebus, in quo omnes, quos invenire potui, non ſolum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel ſub quo judice mundum vicerint diligenter annotare ſtudui.

Librum hymnorum diverſum metro, ſive rythmo.

Librum Epigrammatum heroico metro, ſive elegiaco.

De natura rerum, & de temporibus libros ſingulos.

Item de temporibus librum unum majorem.

Librum etiam de orthographia, alphabeti ordine diſtinctum.

Item librum de arte metrica, & huic adjunctum alium.

De ſchematibus & tropis libellum, hoc eſt, de figuris, modiſque locutionum, quibus ſcriptura ſancta contexta eſt. Hactenus Indiculus lucubrationum Bedæ: edidere alii alios locupletiores. Quod autem ad hunc pertinet, illud animadvertendum, non omnia ibi recenſita ſcripta ab ipſo Beda eſſe tum poſita, ſed ab aliis poſtea, quæ in illis deſiderari videbantur, ad integrum numerum operum ejus adjecta, quæ ab ipſo Beda poſt præſentem annum ſcripta eſſe noſcuntur, prout exemplo eorum, quæ paulo poſt dicturi ſumus, perſpicue demonſtrabitur. Scriptis igitur ſuis recenſitis, has mox idem Beda ſubjicit ad Chriſtum preces.

Te deprecor, bone Jeſu, ut cui propitius donaſti verba tuæ ſapientiæ, vel ſcientiæ dulciter haurire: dones etiam benignus aliquando ad te omnis ſapientiæ fontem pervenire, & apparere ſemper ante faciem tuam, qui vivis & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Hactenus Appendix ad hiſtoriam Eccleſiaſticam gentis Anglorum, quam obtulit Ceoluulpho Nordanhumbrorum Regi, ſcribens ad eum nuncupatoriam epiſtolam, qua ſui inſtituti affert rationem, quos habuerit in ſcribendo viros inſignes adjutores. Simulque lectorem ejuſmodi pia valde admonitione interpellat, ſic dicens: *Omnes, ad quos hæc hiſtoria pervenire poterit noſtræ* XVI.

PAGIUS DCCXXXV. diem Aſcenſionis Dominicæ concurriſſe cum VII. Kalendas Junias, apud omnes conſtat.

V. Mortuus non eſt centenario major. In ea longa ætate Bedæ aſſignanda innititur etiam Baronius num. XIX. Epiſtola Bedæ *ad Vvicbredam Presbyterum de verno Æquinoctio*, in qua adducitur exemplum *de præſenti anno Dominicæ Inc. DCCLXXVI.* ad quem ideo Bedam perveniſſe, & centenario majorem obiiſſe exiſtimat. At Mabillonius tam loco laudato, quam Tom. I. Analect. pag. II. in Adnotatione ad Epiſtolam Bedæ Albino Abbati ſeu Alcuino datam, animadvertit eam Epiſtolam interpolatam fuiſſe a Librario, qui eo anno hanc Epiſtolam deſcribebat, præſertim cum in veterrimo hujus Epiſtolæ exemplari, quod in Bibliotheca Laubienſi aſſervatur, hoc exemplum non compareat, ſicuti nec annus incarnat. DCCLXXVI.

XIII. Vidiſti, puto, Lector, & conſideraſti unde prodierit Germanis in tenebris conſiſtentibus gentilitii erroris, lumen Evangelii. Unde provenerit inviæ ſilvæ cultus. Unde everſæ domui acceſſerit reſtitutor. Unde infidelitatis diuturno morbo languentibus venerit medicus, & medicina. Unde adhuc inſanientibus in idolis, advenerit de vero Deo certa ſcientia. Unde fetis barbaris inhæſerit humanitas, & politicæ vitæ cultus, ut cœperint eſſe homines, qui pene beſtiæ videbantur. Unde leges legum exortibus, & rudibus diſciplina. Non aliunde quidem, quam ab Eccleſia Romana, a qua Bonifacius prædicare Evangelium miſſus eſt. Eluxit Germanis a Romana Eccleſia Evangelii lumen, Dei cultus, inſtauratio diſciplinæ, medicus, medicina animorum morbis, ſcientia, ac ſapientia ſtultis, humanitas rudibus, feris, atque indomitis lex. Quis neget iſta Novator? Quod omnes fatentur, negare puto nec audebunt inſani. Pudeat ingratos in Romanam Eccleſiam inſanire: de illis loquor, qui per devia hæreſeos a Fide Catholica aberrantes deſierunt etiam eſſe, quod nati ſunt homines participes rationis; cum alioqui ſciamus in compluribus ejus provinciis vigere Fidem Catholicam, quaſi ſuncto ſemine caruiſſent, diriora utique ſupplicia, quam Sodoma, & Gomorrha ab irato Domino ſubiiſſent. Sed in Angliam tranſeamus.

XIV. Hoc eodem anno ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum Beda finem imponit, brevi compendio deſcribens ſtatum, quo eamdem relinquit Eccleſiam Anglicanam: quinam Reges provinciis, & Epiſcopi Eccleſiis præeſſent, recenſens, ita demum perorat: *Et arridente pace, & ſerenitate temporum, plures in gente Nordanhumbrorum tam nobiles, quam privati, ſe ſuoſque liberos, depoſitis armis, ſatagunt magis accepta tonſura monaſterialibus adſcribere votis, quam bellicis exercere ſtudiis. Quæ res, quem ſit habitura finem, poſterior ætas videbit. Hic eſt in præſentiarum univerſæ ſtatus Britanniæ, anno adventus Anglorum in Britanniam circiter CCLXXXV. Dominicæ autem incarnationis DCCXXXI. in cujus regno perpetuo exultet terra, & congratulante in fide ejus Britannia lætentur inſulæ multæ, & confiteantur memoriæ ſanctitatis ejus.* Hucuſque Bedæ hiſtoria. Cui mox ipſe adjecit appendicem de rebus ſuis, his verbis: *Hæc de hiſtoria Eccleſiaſtica Britannorum, & maxime gentis Anglorum, prout ex libris antiquorum, vel ex traditione majorum, vel ex mea ipſe cognitione ſcire potui, Domino adjuvante, digeſſi Beda Dei famulus, & presbyter monaſterii beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad Viurimundam & Ingirvum. Qui natus in territorio ejuſdem monaſterii, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus ſum educandus reverendiſſimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumque ex eo tempus vitæ in ejuſdem monaſterii habitatione peragens omnem meditandis ſcripturis operam dedi, atque inter obſervantiam diſciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in Eccleſia curam, ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere, dulce habui.*

Decimonono autem vitæ meæ anno diaconatum, trigeſimo gradum presbyteratus, utrumque per miniſterium Epiſcopi Joannis, jubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti presbyteratus, uſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum, hæc in ſcripturam ſanctam meæ, meorumque neceſſitati ex opuſculis venerabilium Patrum breviter annotare, ſive etiam ad formam ſenſus, & interpretationis eorum ſuperadjicere curavi. Deeſt apud Bedam catalogus ſcriptorum ejus, qui ponitur ad finem epitomes, ante antiquum auctorem anonymum, qui poſt eum res Anglorum eſt proſecutus, ſicque ſe habet: XV.

In principium Geneſis uſque ad nativitatem Iſaac, & electionem Iſraelis, & Iſmaelis reprobationem libros tres.

De tabernaculo, & vaſis ejus, ac veſtibus ſacerdotum libros tres. Bedæ ſcripta diverſa.

Item

PAGIUS IV. *Beda anno DCCXXXV. vita functus eſt.*

A num. XIV. ad XXVII. Annus emortualis Bedæ, ejuſque ætas hodie ignorari non poſſunt. Nam *Sanctus Cuthbertus*, qui ejus morti interfuit ad Cuthvinum condiſcipulum ſuum ſcribens, ait: *Gravatus quidem eſt infirmitate maxima crebérrimi anhelitus, ſine dolore tamen, ante diem Reſurrectionis Dominicæ, id eſt fere duabus hebdomadibus: & ſic poſtea lætus & gaudens, gratiaſque agens Omnipotenti Deo omni die & nocte, imo horis omnibus uſque ad diem Aſcenſionis Dominicæ, id eſt ſeptimo Kalendas Junii vitam ducebat.* Qui characteres annum ſeptingenteſimum triceſimum quintum, quo Paſcha XV. Kal. Majas, & Aſcenſio VII. Kal. Junii celebrata ſunt, certo deſignat. Baronius eamdem Epiſtolam recitat, ut videre eſt num. XX. ſed in exemplari, quo uſus eſt, legitur, *uſque ad diem Aſcenſionis Dominicæ, id eſt VIII. Idus Maii*: quo fundamento innixus Bedæ mortem differt poſt plures annos, eumque natum annos CV. obiiſſe credit. Verum in mendoſum Codicem Cardinalis doctiſſimus inciderat; in Hiſtoria enim Eccleſiæ Dunelmenſis, Simeone Dunelmenſi Monacho Auctore, lib. 1. cap. 15. eadem Epiſtola legitur, & *dies ſeptima Kalendas Junii* diſerte in ea exprimitur. Certe, ut obſervat Mabillonius in ejus Elogio Hiſtorico paragrapho 7. Sæc. III. Benedict. part. I. vetuſtis Auctoribus perſuaſum fuit, Bedam in ipſo Aſcenſionis Feſto, & VII. Kalend. Junii, diem ſupremum obiiſſe, ut videre eſt apud Malmeſburienſem, alioſque; anno autem DCCXXXV.

Item in primam partem Samuelis, id eſt, uſque ad mortem Saul libros quatuor.

De ædificatione templi allegoricæ expoſitionis, ſicut & cætera libros duos.

Item in Regum librum triginta quæſtionum.

In Proverbia Salomonis libros tres.

In Cantica Canticorum libros ſex.

In Iſaiam, Danielem, duodecim Prophetas, & partem Hieremiæ, diſtinctiones capitulorum ex tractatu beati Hieronymi excerptas.

In Eſdram & Nehemiam libros tres.

In Canticum Abacuch librum unum.

Item capitula lectionum in Pentateuchum Moyſi, Joſue, Judicum.

In libros Regum & verba dierum.

In librum beati Patris Job.

In Parabolas, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum.

In Iſaiam prophetam.

✝ *In Eſdram quoque & Nehemiam.*

In Evangelium Marci libros quatuor.

In Evangelium Lucæ libros ſex.

Homiliarum Evangelii libros duos.

In Apoſtolum quæcumque in opuſculis ſancti Auguſtini expoſita inveni, cuncta per ordinem tranſcribere curavi.

In Actus Apoſtolorum libros duos.

In Epiſtolas ſeptem Canonicas libros ſingulos.

In Apocalypſim S. Joannis libros tres.

In capitula lectionum in totum novum Teſtamentum, excepto Evangelio.

Item librum epiſtolarum ad diverſos, videlicet: (a) *De ſex ætatibus ſæculi una eſt. De manſionibus filiorum Iſrael una: De eo quod ait Iſaias: Et claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos viſitabuntur, una. De ratione Biſſexti una. De Æquinoctio juxta Anatolium una.*

(a) *Apud Bed. in præmiſſ. ad lib. de rat. temp. tom. 2.*

Item de hiſtoriis Sanctorum, librum vitæ paſſionis S. Felicis Confeſſoris, & de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli. Librum vitæ, & paſſionis S. Anaſtaſii male de Græco tranſlatum, & pejus a quodam imperito emendatum, prout ad ſenſum correxi.

Vitam ſancti Patris, monachi ſimul, & Antiſtitis Cudberti, & prius heroico metro, & poſtmodum plano ſermone ſubſcripſi.

Hiſtoriam Abbatum monaſterii hujus, in quo ſupernæ pietati deſervire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & Vuerthberti in libellis duobus.

Hiſtoriam quoque Eccleſiaſticam gentis noſtræ in quinque libros.

Martyrologium de natalitiis ſanctorum Martyrum diebus, in quo omnes, quos invenire potui, non ſolum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel ſub quo judice mundum vicerint diligenter annotare ſtudui.

Librum hymnorum diverſum metro, ſive rythmo.

Librum Epigrammatum heroico metro, ſive elegiaco.

De natura rerum, & de temporibus libros ſingulos.

Item de temporibus librum unum majorem.

Librum etiam de orthographia, alphabeti ordine diſtinctum.

Item librum de arte metrica, & huic adjunctum alium.

De ſchematibus & tropis libellum, hoc eſt, de figuris, modiſque locutionum, quibus ſcriptura ſancta contexta eſt. Hactenus Indiculus lucubrationum Bedæ: edidere alii alios locupletiores. Quod autem ad hunc pertinet, illud animadvertendum, non omnia ibi recenſita ſcripta ab ipſo Beda eſſe tum poſita, ſed ab aliis poſtea, quæ in illis deſiderari videbantur, ad integrum numerum operum ejus adjecta, quæ ab ipſo Beda poſt præſentem annum ſcripta eſſe noſcuntur, prout exemplo eorum, quæ paulo poſt dicturi ſumus, perſpicue demonſtrabitur. Scriptis igitur ſuis recenſitis, has mox idem Beda ſubjicit ad Chriſtum preces.

Te deprecor, bone Jeſu, ut cui propitius donaſti verba tuæ ſapientiæ, vel ſcientiæ dulciter haurire: dones etiam benignus aliquando ad te omnis ſapientiæ fontem pervenire, & apparere ſemper ante faciem tuam, qui vivis & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Hactenus XVI.
Appendix ad hiſtoriam Eccleſiaſticam gentis Anglorum, quam obtulit Ceoluulpho Nordanhumbrorum Regi, ſcribens ad eum nuncupatoriam epiſtolam, qua ſui inſtituti affert rationem, quos habuerit in ſcribendo viros inſignes adjutores. Simulque lectorem ejuſmodi pia valde admonitione interpellat, ſic dicens: *Omnes, ad quos hæc hiſtoria pervenire poterit noſtræ*

PAGIUS DCCXXXV. diem Aſcenſionis Dominicæ concurriſſe cum VII. Kalendas Junias, apud omnes conſtat.

V. *Mortuus non eſt centenario major.* In ea longa ætate Bedæ aſſignanda inſiſtit etiam Baronius num. XIX. Epiſtola Bedæ *ad Vuicbredam Presbyterum de verno Æquinoctio*, in qua adducitur exemplum *de præſenti anno Dominicæ Inc. DCCLXXVI.* ad quem ideo Bedam perveniſſe, & centenario majorem obiiſſe exiſtimat. At Mabillonius tum loco laudato, quam Tom. I. Analect. pag. II. in Adnotatione ad Epiſtolam Bedæ Albino Abbati ſeu Alcuino datam, animadvertit eam Epiſtolam interpolatam fuiſſe a Librario, qui eo anno hanc Epiſtolam deſcribebat, præſertim cum in veterrimo hujus Epiſtolæ exemplari, quod in Bibliotheca Laubienſi aſſervatur, hoc exemplum non compareat, ſicuti nec annus incarnat. DCCLXXVI.

nationis, legentes, ſive audientes, ſupplicuter deprecor, ut pro meis infirmitatibus mentis, & corporis apud ſupernam clementiam ſæpius intervenire meminerint, & in ſuis quique provinciis hanc mihi ſuæ remunerationis vicem rependat: ut qui de ſingulis provinciis ſive locis ſublimioribus, qui memorata digna, atque incolis grata crediderim, diligenter adnotari curavi, apud omnes fructum piæ interceſſionis inveniam. Vale. Hæc autem noviſſima ejus verbu u nobis hic ſunt idcirco deſcripta, quo iiſdem verbis ejus ad ſuadendum fortioribus, pauperrimus ego precum ſtipem abſque rubore a pio Lectore mendicem.

XVII. De Bedæ ætate diverſæ ſententiæ. Quod vero Sigebertus hoc eodem unno Bedam defunctum affirmet, ex ipſius ſcriptis redarguitur, dum ultimo capite libri quinti Beda meminerit de conſecratione Tacuini Epiſcopi, facta decima die menſis Junii, cum omnium feratur ſententia, obiiſſe Bedam, ut dicetur, menſe Maii. Si igitur mortuus eſt menſe Maii, quomodo ſcripſiſſe potuit res geſtas menſis Junii? Longe gravins errat Marianus Scotus, qui Bedæ tranſitum, ponit anno Domini ſeptingenteſimo vigeſimo nono: illi vero longe longius u ſcopo veritatis aberrant, qui mortuum ponunt anno Redemptoris ſeptingenteſimo. Trithemius affirmat exceſſiſſe ex hac vita unno triceſimo tertio, rurſus alii triceſimo quarto ſupra ſeptingenteſimum, ut inconſtans omnium reperiatur eſſe ſententia, ſicut & ufferentium ejuſdem Bedæ annos ætatis: aliis dicentibus annos vixiſſe ſexagintu, cui numero unum addunt alii; alii vero plures: ſiquidem Trithemius tribuit ætati ipſius annos ſeptuaginta duos.

XVIII. Bedæ ætas. Maneat igitur in primis, quod ipſe uit, quinquaginta novem annorum ætate fuiſſe hoc anno Redemptoris ſeptingenteſimo trigeſimo primo, nimirum hoc unno abſolviſſe quinquageſimum nonum, inchoaſſe vero ſexageſimum: ſicque ipſum natum anno Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo; traditum monaſterio anno ſeptuageſimooctavo poſt ſexcenteſimum ordinatum diaconum ſexcenteſimo nonageſimo, presbyterum, ubi primum attigit trigeſimum annum, qui fuit Redemptoris ſeptingenteſimus, vel ſeptingenteſimus primus inchoatus. Quæ omnia ex alia etiam deducuntur ratione: eumenim ipſe dicat, ſe accepiſſe ſacrum diaconatus ordinem atque presbyteratum, a Joanne, qui fuit Auguiuldenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ejuſdemque Bedæ (a) auctoritate conſtet, ipſum ſedere cœpiſſe anno Redemptoris ſexcenteſimo octogeſimo octavo (utpote quod ipſe tradat eum ſediſſe annis triginta tribus, deceſſiſſe vero anno ſeptingenteſimo vigeſimo primo) plane conſtat ante dictum annum Epiſcopatuu ejus minime potuiſſe diaconnm ordinari, Epiſcopo illo nondum creato. Rurſum vero apparet, eum, nec poſt dictum unnum Redemptoris potuiſſe ordinatum eſſe presbyterum, eoque ipſum conſtet fuiſſe presbyterum, vivente Sergio Papa, ut liquet ea ejus litteris, ſuo loco tomo ſuperiori recitatis, quibus eum presbyterum nominat: ſiquidem ipſum Sergium, certum eſt, ex hac vita migraſſe eodem unno ſeptingenteſimo primo, ut ſuo loco ſuperius eſt demonſtrutum.

(a) Beda l.5.c.16. in fin.

XIX. De longa ætate Bedæ aſſertio. His igitur terminis, ſic Bedæ ætatis, & ordinationum præſcripta tempora remanent conſignata, ut nec quid his addi poſſit, vel minui. Ad quem uutem unnum Redemptoris vita pervenerit: ex ejus ſcriptis certo certius elici poſſe videtur, ut alterum de duobus ſit affirmandum, vel ſcriptum librum Bedæ abſque controverſia ipſi tributum ejus, non eſſe, vel ex eo fateri, ipſum ſaltem perveniſſe ad annum ætatis centeſimum quintum. Etenim in ea epiſtola, inter alias ejus lucubrationes ſuperius numeratas, cujus eſt titulus: *De æquinoctio juxta Anatolium*, ad fratrem Wichredam presbyterum ſcripta, quæ incipit; *Libenter accepi litteras tuæ benignitatis, &c.* Habet iſta prope finem, poſt prolixam ea de re diſputationem: *Ut te exemplis ad inveniendam inſtruam feriam, qua decimaquarta occurrat luna (ut puta) anno præſenti Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto: ſume epactas hujus anni, &c.* Docens eo anno lunam decimaquartam fuiſſe quinto Idus Aprilis, Dominicum vero diem Paſchalis decimo octavo Kal. Maii. Cum igitur dicto anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſeptuageſimoſexto ea Beda ſcribere ſe teſtetur; utique affirmare neceſſe, ut dictum eſt, perveniſſe ſaltem ad annos ætatis centum

PAGIUS Natus eſt *Beda* circa annum DCLXXIII. currenti enim anno, ut ipſemet in fine libri 5. teſtatur, Hiſtoriam Gentis ſuæ abſolvit, & ut habet Vetus Exemplar MS. Mabillonii, ſuæ etiam Epitome finem impoſuit. Quare cum Epitomen abſolverit, ut ipſemet Beda teſtatur, anno ætatis ſuæ quinquageſimo nono, nativitas ejus in annum circiter DCLXXIII. omnino incidit. Statim ab ipſo obitu *Sanctus* habitus eſt & appellatus, eumque pluribus Epiſtolis *Sanctus Bonifacius* Maguntinus Epiſcopus, & *Lullus* ejus Succeſſor commendarunt. Jam a nono ſæculo *Venerabilis* nomen Bedæ attribui cœptum, ut liquet ex Amalario lib. 2. de Divinis Offic. cap. 37. Jona Aurelianenſi Epiſcopo in lib. 2. de Inſtitut. Laicali cap. 16. & ſeq. necnon ex Uſuardo in ſincero Martyrologio ad Nonas Auguſti. Dicitur quandoque *Presbyter* ab Antiquis, quia tanta quondam erat exiſtimatio Sacerdotalis dignitatis, ut etiam Abbates (qui alias

tum quinque. Nec eſt, quod quis dicere poſſit errorem in numerum irrepſiſſe: ſiquidem idem deſignatus annus adamuſſim concordat cum tabulis Aſtronomicis in circulo decemnovali decimotertio, in quo dictis diebus æque ponitur luna decimaquarta, & dies Paſchæ.

Sic igitur ejus epiſtolæ auctoritate, quam Bedæ adſcribunt omnes, apparet, longe diuturniorem vixiſſe ætatem, quam tradant alii. Certe quidem ſe multum vixiſſe, diem obiturus, teſtatus eſt, exatiatus ætate longæva, ut proxime dicturi ſumus. Quod ſi hæc de longa Bedæ ætate non placent, ut nova, & hactenus inaudita; tunc incumbit labor his, qui negant, non eſſe Bedæ citatam nuper epiſtolam, falſoque recenſeri inter ipſius ſcripta monſtrare; & nos veriora promenti, haud inviti aquieſcemus, parati ſemper ſequi firmiora tradentem.

XX. Cæterum de tranſitu ejus ad Dominum ex hac vita extat epiſtola unius cujuſpiam ex diſcipulis ejus, qui interfuit, germana quidem, ac ſinceriſſima, quæ extat ad finem operum ejus, quam hic tibi deſcribendam, ut annalibus dignam putavimus: ex qua multa colliges notatu digniſſima. Sic enim ſe habet, carens titulo.

De tranſitu Bedæ epiſtola. *Munuſculum, quod miſiſti, multum libenter accepi; multumque gratanter litteras tuæ devotionis legi, in quibus (quod maxime deſiderabam) Miſſas videlicet, & orationes ſacroſanctas pro Deo dilecto patre, ac magiſtro Beda, a vobis inſigniter celebrari, reperi. Unde delectat magis pro ejus caritate, quam fretus ingenio, paucis ſermonibus dicere, quo ordine migravit e ſæculo; cum hoc etiam te deſideraſſe, & popoſciſſe, intellexi.*

Gravatus eſt quidem infirmitate, & maxime creberrimi anhelitus, ſed tamen pene ſine aliquo dolore, ante diem Reſurrectionis Dominicæ, id eſt, fere duabus hebdomadibus. Et ſic poſtea lætus, & gaudens, gratias agens Deo omnipotenti omni die ac nocte, immo horis omnibus uſque ad diem Aſcenſionis Dominicæ, id eſt, VII. * *Idus Maii vitam ducebat, & nobis diſcipulis ſuis quotidie lectiones dabat: quicquid autem reliquum diei fuit, in pſalmorum cantu, prout potuit, ſe occupabat; totam vero noctem lætus in orationibus, & gratiarum actione ducere ſtudebat, niſi tantum modicus ſomnus impediret; itemque evigilans, ſtatim conſueta ſcripturarum modulamina ruminabat, extenſiſque manibus Deo gratias agere non eſt oblitus. Vere fateor, quia neminem alium umquam oculis meis vidi, nec auribus audivi, tam diligentes gratias Deo vivo referre. O vere beatus vir!*

XXI. *Canebat autem ſententiam S. Pauli dicentis (a): Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis; & multa alia de ſacra ſcriptura, in quibus nos a ſomno animæ exurgere, præcogitando horam ultimam, admonebat. Et in noſtra quoque lingua (ut erat doctus in noſtris carminibus) dicens erat de terribili exitu animarum a corpore. Cantabat etiam antiphonas ad noſtram conſolationem, & ſuam, quarum una eſt: O Rex gloriæ, Domine virtutum, cum veniſſet ad illud verbum: Ne relinquas nos orphanos: prorupit in lacrymas, & multum flebat, & poſt horam cœpit repetere, quæ inchoaverat, & ſic per totum diem faciebat. Et nos quidem audientes, luximus cum ipſo, & flevimus. Altera vice legimus, altera vice ploravimus: immo cum fletu legimus. In tali lætitia quadrageſimales dies uſque ad diem præfatum deduximus.*

(a) Hebr. 10.

Et ille multum gaviſus eſt, & Deo gratias referebat, quia ſic meruiſſet infirmari. Et ſæpe dicebat: Flagellat (b) Deus omnem filium, quem recipit. Et ſententiam (c) Ambroſii: Non ſic vixi, ut me pudeat inter vos vivere, ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. In iſtis autem diebus, duo opuſcula memoria digna, exceptis lectionibus, quas quotidie accepimus ab eo, & cantu pſalmorum, facere ſtuduit, id eſt, a capite Evangelii S. Joannis, uſque ad eum locum, in quo dicitur: Sed hæc quid inter tantos? in noſtram linguam ad utilitatem Eccleſiæ Dei convertit. Et in libris Iſidori excerptiones quaſdam, dicens: Nolo, ut pueri mei mendacium legant, & in hoc poſt obitum meum ſine fructu laborent.

(b) Hebr. 2.

(c) Apud Paulin. in Vit. S. Ambroſ.

XXII. *Cum veniſſet autem tertia feria ante Aſcenſionem Domini, cœpit vehementius ægrotare in anhelitu; & modicus tumor in pe-*

PAGIUS alias Presbyteri non omnes erant) ob gradus dignitatem *Presbyteri*, raro *Abbates* appellarentur; indeque Hieronymus, qui ſe Monachum fuiſſe fatetur, vulgo Presbyter audit.

VI. *Scripta Bedæ.* De ejus Operibus fuſe diſſerit Mabillonius, qui omnia ad Bedam pertinentia examinavit. Animadvertit etiam aliqua *Bedæ* Opera adhuc deſiderari, ubi Collectaneum ejus in Epiſtolas Divi Pauli, & quod ſub Bedæ nomine circumfertur, fœtum eſſe *Flori* Eccleſiæ Lugdunenſis Diaconi, idque demonſtrare duo exemplaria Collectanei a Beda compoſiti, a Flori Collectaneo diverſa, quæ ſe aliquando in lucem daturum promittit. Baronius anno DLXII. num. XV. negat, ullam commentationem in Paulum a Beda conditam eſſe. At non animadverterat Cardinalis doctiſſimus, ipſummet *Bedam* in ſua Epitome id aſſerere, nec ea de re dubitare patiuntur argumenta a Mabillonio Tom. I. Vet. Analect. pag. 12. prolata. Hincmarus enim Rhemorum Archiepiſcopus in poſteriori Opere adverſus Gotheſcalcum cap. 1.) & Lupus Ferrarienſis Abbas in Epiſtola LXXVI. ad eundem Hincmarum, hoc Bedæ Collectaneum laudant.

Ad

pedibus ejus apparuit. Totum autem illum diem docebat, & hilariter dictabat, & nonnumquam inter alia dixit: Diſcite cum feſtinatione, quia neſcio quam diu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus. Unde nobis videbatur, ne forte exitum ſuum bene ſciret. Et ſic noctem in gratiarum actione pervigil duxit. Et mane illuceſcente, id eſt, quarta feria, præcepit diligenter ſcribi, quæ cœperamus: & hoc fecimus uſque ad horam tertiam. A tertia vero hora ambulavimus cum reliquiis Sanctorum, ut conſuetudo illius diei poſcebat. Et unus ex nobis erat cum illo, qui dixit ei: Adhuc capitulum unum de libro, quem dictaſti, deeſt, & videtur mihi difficile tibi eſſe, plus te interrogare. At ille inquit: facile eſt. Accipe calamum tuum, & tempera, feſtinanterque ſcribe. Et ille fecit ita.

At nona hora dixit mihi: Quædam pretioſa in mea capſella habeo, id eſt, piper, oraria, & incenſa. Sed curre velociter, & adduc presbyteros monaſterii noſtri ad me; ut & ego munuſcula, qualia mihi Deus donavit, illis diſtribuam. Quod cum tremore feci: & præſentibus illis locutus eſt ad eos, unumquemque monens, & obſecrans Miſſas, & orationes pro ſe diligenter facere. Quod illi libenter ſe facturos, reſponderunt. Lugebant autem, & flebant, maxime a verba, quod dixerat: quia æſtimavit, quod faciem ejus non multo amplius in hoc ſæculo viſuri eſſent. Gaudebant autem de eo, quod dixit: Tempus eſt, ſi ſic Factore meo videtur, ut ad eum modo abſolutus ex carne veniam, qui me, quando non eram, ex nihilo formavit. Multum tempus vixi; beneque mihi pius judex vitam meam prævidit. Tempus abſolutionis meæ prope eſt. Etenim anima mea deſiderat Regem meum Chriſtum in decore ſuo videre. Sic & alia multa utilitatis cauſa ad noſtram ædificationem locutus, diem ultimam in lætitia uſque ad veſperum duxit.

XXIII. *Et prætatus puer, nomine Vuilberch adhuc dixit: Magiſter dilecte, reſtat adhuc una non deſcripta. At ille: Bene, inquit, conſummatum eſt, veritatem dixiſti. Accipe caput meum in manus tuas, quia multum me delectat ſedere ex adverſo loco ſancto meo, in quo orare ſolebam, ut & ego ſedens, Patrem meum invocare poſſim. Et ſic in pavimento ſuæ caſulæ decantans, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, & cætera: ultimum ex corpore exhalavit ſpiritum. Atque ſine dubio credendum eſt, quia pro eo, quod hic ſemper devotiſſimus in Dei laudibus laboraverat, ad gaudia deſideriorum cæleſtium anima ejus ab Angelis portaretur. Omnes autem, qui audierunt, & viderunt obitum Bedani patris noſtri: numquam ſe vidiſſe alium in tam magna devotione, atque tranquillitate vitam finiſſe, teſtabantur. Quia, ut audiſti, quouſque anima ejus in corpore fuit, Gloria Patri, & alia quædam ad gloriam Dei cecinit, & manibus expanſis Deo gratias agere non ceſſabat. Scire autem debes, quia adhuc multa narrari, & ſcribi poſſent de eo, ſed nunc brevitatem ſermonis ineruditio linguæ meæ facit. Attamen cogito, Deo adjuvante, ex tempore plenius de eo ſcribere, quæ oculis vidi, & auribus audivi.* Hactenus de tranſitu Bedæ diſcipulus ejus.

Ex hac quidem epiſtola, niſi in numeri nota mendum evidens controxiſſet, XXIV.
compertum haberi poſſet, quoto Redemptoris anno, ex hac vita migrorit, cum in ea ipſum in die Aſcenſionis ſeptimo Idus Maii, finem vivendi feciſſe, tradatur. Verum ſi ad Aſtronomicarum tabularum iſta referantur demonſtrationem, cum nihil ſit ex eis, quod veri, certique elici poſſit, mendoſam neceſſe eſt aſſerere lectionem; ſiquidem toto iſto centenario nonniſi bis, nimirum anno ſeptingenteſimo vigeſimo incidit dies Aſcenſionis in ſeptimum Idus Majas, quando Aureus numerus fuit 18. & litteræ Dominicales G. F. quo anno certum eſt adhuc fuiſſe in humanis Bedam: & rurſum anno Redemptoris ſeptingenteſimo nonageſimonono, quando aureus numerus fuit 2. & littera Dominicalis F. quo incidit Aſcenſionis feſta dies in ſeptimum Idus ejuſdem menſis, ad quod tempus per-

PAGIUS Ad hæc Collectaneum ſub Bedæ nomine hactenus vulgatum, Opus eſt *Flori* Diaconi Eccleſiæ Lugdunenſis, ut fidem faciunt multi Codices MSS. ab eodem Mabillonio lecti. Genuinum Bedæ Martyrologium, quo veris dubia aliquando ſolvi poſſunt, Henſchenius publicavit, & Tomo II. SS. menſis Martii præfixit. Huic Martyrologio inſeruit idem Henſchenius Auctuarium, quod *Flori* nomine in lucem edidit; & ne cum Bedæ texto confunderetur, minori charactere imprimi curavit. Dicit Baronius Bedam, aliquot dies Martyrum nominibus vacuos reliquiſſe, eoſque *Flori* Additamentis ſuppletos. At Beda dies octoginta ſupra centum intactos reliquit, quos omnes haud ſupplevit, *Florus*, quod nec etiam *Ado* eam in rem a Baronio in Præfatione ad Martyrologium Romanum cap. IX. citatos, tradit. *Sepulta eſt cum eo* (ſcilicet Beda) *omnis geſtorum pene notitia uſque ad noſtra tempora*, inquit Willelmus Malmesburienſis. Quare Rerum Anglicarum Hiſtoria ſequenti tempore uſque ad annum, quo Malmesburienſis ſcripſit, in multis manca & obſcura.

Baronius, poſtquam legit Epiſtolam Sancti VII.
Bonifacii *Cuthberto Abbati, & univerſis fratribus Congregationis ejus* datam, quam num. XXVII. & ſeq. recitat, quæque habetur inter Bonifacia-

perveniſſe haud dicendum puto, cum eum tunc excedere oportuiſſet annos ætatis centenos atque tricenos. Sic igitur ea numeri nota depravata obſcurat magis, quam elucidat tempus Bedæ ex hac vita ad Deum tranſitus. Ut tamen ſancto viro demum perſolvamus extrema, hic reddemus epitaphium etſi pium, haud tamen ob ejus nimiam ſimplicitatem tanto viro dignum exiſtimatum. Sic enim ſe habet.

Bedæ ſepulcri epitaphium,

Presbyter hic Beda requieſcit, carne ſepultus.
Dona Chriſte animam in cœlis gaudere per ævum:
Daque illum Sophiæ debriari fonte, cui jam
Suſpiravit ovans intento ſemper amore.

Qui hos primus reperitur reddidiſſe verſus, vetus aſſectator Bedæ in hiſtoria Anglicana ita mox jure expoſtulat. *Poterit ne*, inquit, *ulla excuſatione hic pudor extenuari; ut nec in eo monaſterio, ubi illo vivente, totius litteraturæ exultabat gymnaſium, potuerit invenire homo, qui memoriam ejus formaret, niſi exilis, & miſerabili ſtylo?* Sed illud deterius, quod finxit ſibi fabula epitaphium Bedæ, de quo hæc in vita ejus, quæ a Petro deſcribitur in Sanctorum catalogo: *Alius diſcipulus ejus cum ipſo defuncto, titulum ſepulcro facere diſpoſuiſſet unico carmine leonino, ſic incipiens.* Hac ſunt in foſſa, & *vellet finire*, Bedæ ſancti, vel presbyteri oſſa; *nec metrum ſtare poſſet, & nullum aliud vocabulum eidem occurreret; attediatus tandem ivit dormitum. Et ecce mane in tumulo manibus Angelicis reperit ſcriptum.*

Hac ſunt in foſſa Bedæ venerabilis oſſa.

XXV. De nomine venerabilis fabula.

Hæc auctor, dum cauſam affert, cur Beda non, ut alii, Sanctus dictus ſit, ſed Venerabilis, ad quod aſtruendum iſta quoque adducet: *Cum ex nimia ſenectute oculis caligaſſet, & diſcipulo duce, ad lapidum congeriem perveniſſet: diſcipulus ei ſuadere cœpit, quod magnus illic eſſet populus congregatus, qui ſumma affectione, & ſilentio ejus prædicationem expectabant. Cumque ſanctus fervent i ſpiritu elegantiſſimum ſermonem feciſſet, & concluſiſſet, per omnia ſæcula ſæculorum: Lapides reſponderunt, Amen, Venerabilis Beda.* Hæc ibi de indito ipſi cognomento Venerabilis. De quibus cum nihil Bedæ aſſectator diſcipulus dicat, poſt ipſum iſta excogitata eſſe videri poſſunt, quæ nec a Trithemio eſſe recepta noſcuntur.

XXVI.

Porro iſta quidem, vel ex eo ſaltem erroris redarguuntur, quod ejuſmodi titulus, Venerabilis, communis alioqui presbyteris omnibus, incognitus majoribus fuiſſe videtur, qui eumdem Bedam non iſto, ſed alio titulo nominarunt: ſiquidem Hilduinus in Areopagiticis, auctor ejuſdem ſæculi, ipſum, S. Bedam presbyterum nominat, ſicut & Marianus Scotus, cum de ipſo ait: *Sanctus Beda presbyter Anglicus, computator, his temporibus clarus habetur.* Albinus Flaccus, & ipſe Anglus, atque ejuſdem temporis ſcriptor, cum eum citat, Bedam ſacerdotem, & doctorem eximium appellat in libris de divinis officiis, & Amalarius, qui & ipſe eodem ſæculo vixit, citans ſæpe Bedam numquam eo titulo, Venerabilis, ornat, ſed potius honoris cauſa, interdum, dominum Bedam appellat. Uſuardus, qui & eodem vixit tempore, ſimpliciter abſque illo, Venerabilis, titulo nominat Bedam; adeo ut appareat inanis ea, quæ aſſeritur ejus tituli cauſa. Porro vitam Bedæ a Cuthberto Abbate ſcriptam fuiſſe, Molanus teſta-

PAGIUS

Epocha Epiſtola S. Bonifacii ad Cuthbertum Abbatem.

cianas num. CL. dubitare cœpit de anno emortuali Bedæ, & de centeſima ejus ætate quam ſtatuerat. Ait enim in ea Bonifacius: *Interea rogamus, ut aliqua de Opuſculis ſagaciſſimi inveſtigatoris Scripturarum Bedæ Monachi, quem nuper in Domo Dei apud vos, vice candelæ Eccleſiæ, ſcientia Scripturarum fulſiſſe audivimus, conſcripta, nobis tranſmittere dignemini*, indeque Baronius ſcribit: *Sit liberum, quam quis velit ſequi ſententiam.* Verum Bonifacii verba nulla explicatione eludi poſſunt: quod cum videret Chifflelius in Præliminari Diſſert. de Auctore Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Gentis Anglorum, quam eidem Hiſtoriæ præfixit, & in qua contendit, Bedam uſque ad annum DCCLXII. vitam produxiſſe, reſpondit eam Epiſtolam ſcriptam eſſe a *Lullo* ad Cuthbertum, quod inter Epiſtolas Bonifacianas aliæ legantur, quas Lullus ad eumdem Cuthbertum dedit. Sed hoc gratis aſſeritur; neque exiſtimo impoſterum inventum iri, qui mortem Bedæ alio anno quam DCCXXXV. quo ideo ea ad Cuthbertum Epiſtola data, collocet.

VIII. *Annus emortualis Bedæ in Archiepiſcopatu Egberti probatur.*

Refert & Baronius num. XXIX. & ſeqq. aliam Epiſtolam Bonifacii ſcriptam *Summi Pontificatu infula prædito Egberto Archiepiſcopo*, quæ eſt inter Bonifacianas num. LXXXV. in qua de Beda jam cœlo recepto verba facit, eumque in aliquibus difficultatibus conſulit. Quæ Epiſtola ad eumdem annum revocanda, cum tunc *Egbertus*, qui anno DCCXXXII. Wilfrido Juniori Epiſcopo Eboracenſi ſucceſſerat, Pallium a Gregorio III. acceperit. Hoc plane indicat Poeta Anonymus, cujus de Pontificibus & Sanctis Eccleſiæ Eboracenſis fragmentum recitat Mabillonius Sæc. III. Benedict. part I. pag. 538. Hæc hujus Poetæ verba:

Temporibus primis præfati Præſulis hujus,
Presbyter eximius meritis, cognomine Beda,
Aſtra petens clauſit præſentis lumina vitæ.

Ne-

ſtatur, ſed caremus ea, maximo detrimento veritatis. Tanto doctore jure ſemper gloriata eſt ſancta Eccleſia Anglicana: quem cum reiiciant filii deſertores, qui, loco ipſius Pſeudoapoſtolos (a) errantes, & in errorem mittentes, abcuntes retro poſt ſatanam ſunt ſecuti; in futuro ſæculo, ante judicium magni Dei; tanto inſtante accuſatore, ſententiam damnationis accipient.

(a) Jud. epiſt.

XXVII. Sunt de eodem Beda pleraque illuſtrium virorum elogia, atque laudationes. Sane quidem Cuthbertus ejuſdem monaſterii Abbas, qui & vitam ejus ſcripſiſſe traditur, in epiſtola quam ſcripſit ad Lulium, indicat, æquum eſſe, ut univerſa Anglorum gens ſolemnibus titibus in omnibus provinciis Deo bonorum omnium largitori gratias ageret, quod tam mirabilem virum adeo doctrina, & ſanctitate celebrem ipſis conceſſerit. Laudavit eum & laudatiſſimus vir S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus, cujus hic duas epiſtolas, in quibus meminit ſcriptorum ejus, hactenus nondum editas reddendas putavimus, quarum prior ad eumdem Cuthbertum Abbatem ſcripta ſic ſe habet (b):

(b) Ex eod. Cod. ep. 55.

*Dilectiſſimo, ac reverendiſſimo fratri * Cuthberto Abbati, & univerſis fratribus ſanctæ Congregationis ejus, Bonifacius exiguus ſervus ſervorum Dei in Chriſto fraternæ caritatis ſalutem.*

* Uberto

Fraternitatis veſtræ pietatem intimis obſecramus precibus, ut nos inter feras, & ignaras gentes Germaniæ laborantes, & grana Evangelica plantantes veſtris ſacroſanctis orationibus adjuvemur, & precibus ſanctitatis veſtræ in nobis ſævus Babylonicæ ordor reſtinguatur flamma, & ſparſa ſulcis ad fructum multiplicata ſurgant ſemina: quia juxta dictum Apoſtoli (c), neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat; ſed Deus, qui incrementum dat; & detur (d) nobis ſermo in apertione oris, & ſermo Domini currat & clarificetur.

(c) Cor. 3.

(d) Epheſ. 6.

XXVIII. De Bedæ ſcriptis. *Interea rogamus, ut aliqua de opuſculis ſagaciſſimi inveſtigatoris ſcripturarum Bedæ monachi, quem nuper in domo Dei apud vos vice candelæ Eccleſiæ, ſcientia ſcripturarum fulſiſſe audivimus, conſcripta nobis tranſmittere dignemini; & ſi vobis laborioſum non ſit, ut donum * unum nobis grande ſolatium peregrinationis noſtræ tranſmittatis. Ad indicium quoque intimæ caritatis, lectiſternia caprina vobis, (ſicut hic vocant) direximus: quæ petimus, licet digna non ſint, ut pro memoria ſuſcipiatis. Alma Trinitas, & una Divinitas fraternitatem veſtram, & hic ſanctis virtutibus proficientem ac valentem, augeat, & cuſtodiat, & in futura beatitudine inter ſplendida Angelorum agmina gaudentes, remunerando glorificet.* Hæc S. Bonifacius; cujus verba de Beda ſi interpretari quis velit, quod ait, eum fulſiſſe in Eccleſia, jam ipſum eſſe defunctum, & non magis eo tempore elucere in Eccleſia cœpiſſe ſuorum editione librorum, detrahere neceſſe eſt aſſertæ de ejuſdem ætate longæva ſententiæ: nam ante Bonifacium ipſum eſſe defunctum affirmare oporteret. Sit liberum, quam quis velit ſequi ſententiam. Non deſunt, qui tradant eum vocatum Romam litteris Gregorii ſecundi Romani Pontificis; Romæque diu verſatum, addant alii. Jam vero reddamus ejuſdem Bonifacii epiſtolam ad Ecgbertum Archiepiſcopum, de quo habetur in epitome apud eumdem Bedam, quod ſucceſſit Wilfrido in Epiſcopatu Eboracenſi, anno Domini ſeptingenteſimo trigeſimoſecundo; inde vero anno ſeptingenteſimo trigeſimo quinto, accepto ab Apoſtolica Sede pallio, primus, poſt Paulinum, in Archiepiſcopum confirmatus

* partem unam.

PAGIUS Neque enim Poeta iſte, qui ſub *Egilberto* Ecgberti Succeſſore vixit, commode explicari poteſt quam de primis annis Archiepiſcopatus Egberti qui anno DCCXXXV. ex Epiſcopo Eboraci ejuſdem Civitatis factus eſt Archiepiſcopus, annoque DCCLXVI. ut ſuo loco demonſtrabimus, vitam cum morte commutavit. Quomodo enim Beda ad annum DCCLXII. ut vult Chiffletius, aut etiam longe ultra, ut arbitratus eſt Baronius, vitam prorogare potuit, ſi primis annis vel Archiepiſcopatus vel Epiſcopatus Egberti diem ſupremum obiit?

IX. *Vuilfridus Jun. Epiſc. Eborac. anno ſequenti demortuus.* Porro hic nobis annus emortualis *S. Vuilfridi Junioris* Egberti Deceſſoris certis argumentis ſtatuendus, quia Bollandus in ejus Elogio Hiſtorico ad diem XXIX. SS. menſis Aprilis credidit, *Vuilfridum* anno DCCXXXIV. onus Epiſcopale depoſuiſſe, & uſque ad annum circiter ſeptingenteſimum quadrageſimum quartum in vivis fuiſſe. Præterea Alfordus an. DCCXXXV. & anno DCCXLIII. de morte Wilfridi & initio Egberti loquens, ſe ſe ex hac difficultate expedire non potuit, eaque adhuc inſoluta manet. Sed *Vuilfridum* anno ſequenti in Domino obdormiſſe, eique *Egbertum* Eadberti tunc in Cantia regnantis fratrem ſucceſſiſſe, certum eſſe debet. Bedæ enim Epitomes Continuator ſic Opus ſuum exorditur: *Anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo Egbertus pro Vuilfrido Eboraci Epiſcopus factus.* Whelocus in editione Cantabrigenſi Hiſtoriæ Bedæ in margine eorum verborum dicit, ſe ea non reperiſſe in duobus exemplaribus MSS. Verum qui ea omiſere, iſtis ejuſdem Continuatoris verbis ad annum DCCXLV. decepti ſunt: *Anno DCCXLV. Vuilfridus Epiſcopus & Ingualdus Lundonim Epiſcopus, migraverunt ad Dominum*; ſibi enim perſuadere non poterant, iſtum Anonymum in tam brevi opere bis de unius ejuſdemque Wilfridi morte locutum eſſe; qua in re ſummopere decepti, ſicuti & illi qui hæc ultima verba de Wilfrido Juniori Eboracenſi Epiſcopo interpretati ſunt, Beda enim lib. 5. cap. 24. mentionem faciens Epiſcoporum, qui an-

Digitized by Google

tus eſt. Occaſione igitur, quod in ea Bonifacius pariter meminit ſcriptorum Bedæ, cum alia plura contineat, quæ delectent, hic tibi eamdem reddendam putavimus. Sic enim ſe habet:

XXIX. Eod. Cod. ep. 44. *Caritatis lacertis amplectendo amico, immo ſpirituali germanitate copulando fratri ſummi Pontificatus infula prædito Ecgberto Archiepiſcopo, Bonifacius exiguus Epiſcopus Legatus Germanicus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, florentem in Chriſto immarceſcibilis caritatis ſalutem.*

Bonifacii epiſt. ad Egbertum. *Dona, ac libellos dulciſſimæ beatitudinis veſtræ a vobis directa gratanté animo gaudentes ſuſcepimus. Suſpenſis ad æthera palmis ſupernum Regem obſecravimus, ut vobis in ſuperna Angelorum curia florentia mercedis præmia reſtituat. Modo autem ſanctitatis veſtræ clementiam intimis poſtulamus precibus, ut pro nobis laborantibus, & periclitantibus pietas veſtra exorare dignetur. Quia grandis neceſſitas nobis imminet juſtorum adjuvamina expetere, quia ſcriptum eſt:*
(a) Jacob. 5. *(a) Multum enim valet deprecatio juſtè aſſidua. Enarrare autem omnia mala quæ nos extrinſecus, & intrinſecus patimur, epiſtolaris brevitas prohibet. Modo autem inhianter deſideranter, flagitamus a vobis ad gaudium, ut memores noſtri eo modo, quo & ante mecum feciſtis, aliquam particulam, vel ſcintillam de candela Eccleſiæ, quam illuxit Spiritus ſanctus in regionibus provinciæ veſtræ, nobis deſtinare curetis: id eſt, ut de tractatibus, quos ſpiritualis presbyter, & inveſtigator ſanctarum ſcripturarum Beda rimando compoſuit, partem qualemcumque dignemini mittere. Maxime autem (ſi fieri poſſit) quod nobis prædicantibus habile & manuale, & utiliſſimum eſſe videtur ſuper Lectionarium anniverſarium, & Proverbia Salomonis, quia commentarios ſuper illa eum condidiſſe audivimus.* De Bedæ ſcriptis.

XXX. De lapſo male reſtituto presbytero. *Interea magna nos cogit neceſſitas, veſtri conſilii judicium inquirere. Nam dum invenio presbyterum jam ante multa tempora lapſum in fornicationem, qui & poſt pœnitentiam in officium gradus ſui a Francis iterum reſtitutus eſt, & nunc habitans in latiſſimo pago fidelium, ſed errantium populorum ſine ullis ſacerdotibus ſolus miniſtrat baptiſmum, & ſolemnia Miſſarum celebrans. Modo autem ſi talem ſecundum juſtiſſimos canones abſtulero: morieatur ſine ſacro regenerationis fonte infantes propter caritatem ſacerdotum. Si meliorem ad reſtaurandum prioris lapſum non habuero; judicate ergo inter me & inter populum erroneum, utrum melius ſit, vel ſaltem minus malum, ut talis miniſterium ſancti altaris impleat, aut pagana moriatur multitudo populi, quia caſtiorem miniſtrum acquirere nequiverit. Vel ſi inter multitudinem ſacerdotum invenero in eodem peccamine lapſum, & iterum poſt pœnitentiam priori gradui reſtitutum, de quo omnis multitudo ſacerdotum, & populorum bonæ opinionis confidentiam habuere, & ſi ille modo degradatus fuerit, ſecretum peccatum revelatum fuerit, & ſcandalizabitur multitudo*

PAGIUS anno DCCXXXI. quo eam Hiſtoriam abſolvit, Anglicanas Eccleſias regebant, ait: *Provincia Huicciorum Vuilfrid. Epiſcopus præeſt: paulo poſt: Vuilfrid in Eboracenſi Eccleſia.* Quare Wilfridus ille cujus mortem refert Continuator ad annum DCCXLV. non eſt Wilfridus Eboracenſis Epiſcopus, ſed Wilfridus alter cujus Epiſcopatum collocat Beda in Provincia Huicciorum, ſeu Merciorum in Urbe Wigorienſi, in qua hodie Epiſcopus e Secta Proteſtantium reſidet.

X. *VVilfridus Eboracenſis cum VVigornienſi a multis confuſus.* Erraront itaque Florentius Wigornienſis, & Huntiodonius, qui mortem Wilfridi Junioris Eboracenſis Epiſcopi cum anno DCCXLIV. illigant, Weſtmonaſterienſis, qui ao. DCCXLIII. & Hovvedenus, qui anno DCCXLV. Wilfridum Eboracenſem vita functum credidere. Erravit & Malmesburienſis Lib. 3. de Pont. qui eum tempora Bedæ tranſcendiſſe credidit; hi enim Auctores non animadverterant, Bedæ Continuatorem Wilfridum Eboracenſem a Wilfrido Wigornienſi accurate diſtinguere, licet neutrius Sedem exprimat. Wilfridum enim Juniorem anno ſequenti, ut recte Baronius ex eodem Continuatore, vitam cum morte commutaſſe, extra omnem controverſiam impoſterum eſſe debet quemadmodum & *Ecgbertum* eidem jam demortuo, ut Malmesburienſis Lib. 3. de Pontif. & Poeta Anonymus numero ſuperiori laudatus diſerte ſcribunt, ſucceſſiſſe. Sedit *Vuilfridus Eboracenſis* annos quindecim, uti habent Catalogus Præſulum Eboracenſium a Labbeo Tom. I. Bibliothecæ publicatus, & Thomas Stubs pag. 1694. & 1697. qui tamen in eo errat, quod Wilfridum Wigorniæ pene eodem anno cum Wilfrido Eboracenſi obiiſſe an. DCCXXXVI. perperam autumat. Unde manifeſtum eſt, Wilfridum Eboracenſem anno DCCXVIII. Præſulatum ſuſcepiſſe, ut jam ſuo loco oſtendi. Quantum merito Sanctitatis excreverit, inde colligere eſt, quod S. *Joannes Beverlacenſis* præ tot Sanctis Diſcipulis eum elegerit, qui ſe vivente Epiſcopatum Eboracenſem pro ſe regeret, & in Martyrologio, quod Beda Heroico Carmine compoſuit, utriuſque Wilfridi Eboracenſis mentionem fecerit, licet Beda triennio tantum poſt Wilfridum Juniorem mortuus ſit. Uterque *Vuilfridus* Eboracenſis Epiſcopus, non vero Archiepiſcopus extitit, ideoque ab aliquibus Hiſtoricis Anglicis & a Bollando male *Archiepiſcopi* appellantur.

XI. *Egberti opera Eboracum recuperat Archiepiſcopatum.* Wilfrido Juniori anno ſequenti vita functo, in ejus locum ſubrogatus eſt *Egbertus*, de quo Anonymus in laudato Catalogo Præſulum Eboracenſium ait: *Vuilfridus peractis ſui Epiſcopatus quindecim annis, Succeſſorem habuit Egbertum, Virum de Regio ſemine nobilem & induſtrium, qui poſt Paulinum primus ab Apoſtolica Sede accepit Pallium ſeptimo anno Regni Ceolvulfi Regis, centeſimo tertio anno poſt diſceſſum Pauli-*

* pluri-mæ. *do plebium, & per ſcandalum * multæ peribunt animæ, & deteſtatio erit maxima ſacerdotum, & diffidentia miniſtrorum Eccleſiæ, ut omnes perfidos, nulli credentes, deſpectos habeant: Quamobrem audaciter præſumpſimus patientes, & conſentientes illum in miniſterio divino perſiſtere, exiſtimantes levius eſſe * dubium unius hominis periculum, & audaciam, quam ruinam, & perditionem animarum pene totius populi. De iſtis autem univerſis quid mihi ſuſtinendum ſit, neceſſitate cogente, ſcandala vitandi, quidve refutandum, ſanctum conſilium veſtrum per ſcripta videre, & audire omnino deſidero. Præterea vice o-* * damnum

ſculi, duas vini cupellas celſitudini veſtræ per hunc portatorem litterarum tranſmiſimus, petentes, ut caritatis inter vos participes nos, interea lætum diem cum fratribus veſtris faciatis. Obſecramus igitur, ut de iſtis petitionibus faciatis, ut mercedis veſtræ præmia in cælorum culmine clareſcant. Hucuſque Bonifacii epiſtola a nobis recitata occaſione ſcriptorum Bedæ, ne vetuſtiora iſtiuſmodi pereant monumenta, cum non deſint ex recentioribus, qui de Beda plura ſcripſerint, quos tu conſulas.

XXXI. *Francor. Annal. a Pithœo editi hoc anno.* Quod ad res Francorum pertinet, hoc anno (ut veteres (*a*) ipſorum Annales habent) Sarraceni, qui infeſto agmine Gal-

PAGIUS *lini, hoc eſt anno Dominicæ Incarnat. DCCXXXV. quo anno Venerabilis Doctor Beda obiit in Gyrvvum.* Accuratus eſt hic Anonymus, cujus verba exſcribit Thomas Stobs. Idem tradit Continuator Epitomes Bedæ ad annum DCCXXXV. quo ideo Archiepiſcopatus reſtitutus eſt Eccleſiæ Eboracenſi, quæ ab anno DCXXXIII. ab Epiſcopis ſolum adminiſtrata fuerat. *Egbertum* primum poſt Paulinum Eboracenſem Archiepiſcopum confirmatum eſſe, docent etiam Poeta Anonymus laudatus, Malmesburienſis lib. 3. de Pontif. & Hovedenus ad annum DCCXXXV. Indeque corrigendi, qui Epiſcopos *Paulinum* inter & *Egbertum* medios, Archiepiſcopi nomine appellarunt. Cæterum Egbertum anno ſequenti Epiſcopum Eboracenſem dictum eſſe, ex dicendis in morte ejus magis adhuc conſtabit, ubi etiam de ejus virtutibus agemus.

XII. *Beda paulo ante mortem ſcribit ad Egbertum Archiep. Eborac.* Joannes Wareus ab aliquot annis publicavit Epiſtolam Bedæ *de Sexta Mundi Ætate ad Plegvvinum*, una cum *Hiſtoria Abbatum Monaſteriorum Vviremuthenſis, & Gervvenſis*, & Epiſtola cui titulus: *Dilectiſſimo ac Reverendiſſimo Antiſtiti Ecberhto Beda famulus Chriſti ſalutem.* In ea Beda monet Egbertum, *ut gradum Sacroſanctum ſacro-ſancta operatione & doctrina confirmet*. Præterea habeat *ſocietatem eorum qui Chriſto fideli devotione famulantur. Quod non ita loquor*, inquit, *quaſi te aliter facere ſciam: ſed quia de quibuſdam Epiſcopis fama vulgatum eſt, quod ita ipſi Chriſto ſerviant, ut nullos ſecum alicujus religionis aut continentiæ Viros habeant.* Inter alia hortatur, *ut plures conſecret Antiſtites, & enorme pondus Eccleſiaſtici regiminis dividat in plures*. Quibus ex verbis colligo, eum jam fuiſſe Archiepiſcopum, cumque in eadem Epiſtola Beda aſſerat optaſſe ſe *liberius ore ad os*, quæ neceſſaria duceret ſecreta ei allocutione ſuggerere, addatque: *Verum quia hoc ne fieret, ſuperveniens (ut noſti) corporis mei valetudo prohibuit*, &c. apparet eam Epiſtolam in extremo, quo Beda obiit morbo, ſcriptam eſſe, ideoque Egbertum anno DCCXXXV. ante diem XXVI. menſis Maii Bedæ emortualem renunciatum eſſe Archiepiſcopum Eboracenſem, & Auctorem Anonymum Catalogi Epiſcoporum Eborac. accurate initium ejus Archiepiſcopatus cum morte Bedæ conjunxiſſe, quod ante eum præſtiterat Poeta Anonymus laudatus.

XIII. *Arelatum a Saracenis devaſtatum.* Ad num. XXXI. Annaliſta Fuldenſis, ſeu Auctor Annalium Francorum a Pithœo editorum, ut eum Baronius appellat, ſequiturque, loquitur de Saracenis hoc & ſequenti anno; ſed is in belli Saracenici Chronologia non audiendus. Illud enim quod unanimi Scriptorum conſenſu, certiſque documentis anno ſequenti geſtum affirmatur, annis DCCXXV. & DCCXXVI. conſignat, ut videre eſt apud Baronium; quare ex Auctoribus de his bellis magis edoctis res explicanda. Rodericus in Hiſt. Arabum cap. XIII. de Abderramine, quem ſupra demonſtravimus anno ſuperiori ab Iſiamo ſeu Hiſcamo Saracenorum Calipha Hiſpaniæ Præfectum fuiſſe ſcribit: *Abderramen victoriæ gloriam proſequi non deſiſtens, cum videret terram ſuam multitudine eſſe repletam, fretoſa diſſecans, & montana procalcans, Rhodanum etiam diſſulcavit: verum cum Arelatum in multitudine exercitus obſediſſet, inferioris fortunæ Galli ſunt inventi; nam fugati periculo ſe voventes ſequaci victoriæ ſunt prævenli, & quorum cadavera vorax Rhodanus occultavit, & terra ſuſcipiens revelavit, & eorum tumuli adhuc hodie in Arelatenſi cœmeterio oſtenduntur.* Paulo ante rei geſtæ tempus notarat Toletanus, ſed non ſine errore: *Anno Imperii Arabum CXIII. Hiſcam* (qui Caliphatum gerebat) *nono Abderamen Vir belliger ad poteſtatem eligitur Hiſpanorum, & regnavit fere tribus annis*: annus enim Hegiræ ſeu Arabum CXIII. hoc quidem Chriſti anno inchoatur & Abderramen regnavit fere tribus annis; ſed annus nonus *Hiſcami* ſeu *Iſiami* anno tantum Chriſti ſequenti auſpicatur, ut patet ex iis, quæ Caliphatus ejus initio diximus. Erravit etiam Iſidorus Pacenſis, qui ait, *Abderemen Vir belliger in Era DCCLXIX. an. Imperii ejus* (nempe Leonis) *XII. ſemiſſario Arabum CXIII. Hiſcam IX. in poteſtate properat latabundus cunctis per triennium valde prælatus.* Leo enim Auguſtus, qui anno DCCXVII. die XXV. menſis Martii Imperium ſuſcepit, hoc anno decimum quintum inchoavit, annoque Chriſti DCCXXIX. annum Imperii XIII. agebat, quod *Iſidorus* his verbis exprimit, *anno Imperii ejus XII. ſemiſſario*. Utriuſque itaque Auctoris characteres corrupti corrigendi, & ex iis, qui puri ſunt, res dijudicanda.

Hæc Abderaminis invaſio ex aliis Auctoribus magis exponenda. Joannes Monachus Beſvenſis in Chronico Monaſterii ſui: *Tertia vice*, inquit, *devaſtatum eſt Monaſterium a Saracenis, quando Auguſtodunum Civitatem deſtruxerunt anno ab Incarnatione Domini* DCCCXXXI. ubi Librariorum errore DCCCXXXI. legitur loco DCCXXXI. Abderamen victorem exercitum Senonas uſque perduxit; ſed Divina vi per *Ebbonem* Archiepiſcopum repulſus pedem referre coactus eſt, ut legimus in Chronico ex Codice Petaviano edito a Ducheſnio Tom. III. pag. 340. *Gens impia Vvandalorum* (ait Auctor XIV. *Urbes Æduenſis & Senonenſis invaſæ.*

Ano-

Sarraceni expelluntur a Gallia Narbonenſi.

Galliam Narbonenſem, ut vidimus, occuparant, a Carolo Martello vincuntur; ab occupatiſque munitionibus expelluntur, penituſque fugantur, reliquis omnibus cæſis: quæ hoc anno cœpta in ſequentem ſunt propagata, ut ex iiſdem Francorum Annalibus conſtat. Favit Deus invicto Principi, dum zelo Chriſtianæ religionis offenſæ vindex exurgens in gentem perfidam, quæque ardua ac difficilia ejus auxilio ſuperavit. Dolendum quod tantæ res, prolixa vix hiſtoria complectendæ, ſummatim tantum indice temporis conſignatæ intextæ Annalibus inveniantur. Ex quibus & illud proditur, Sarracenos illos, qui fuga lapſi naves conſcenderunt, ut redirent iiſdem, quibus venerunt navibus in Hiſpaniam, vi tempeſtatis fuiſſe fluctibus merſos. Eſt etiam mentio de eorum immenſo naufragio in epitaphio ſculpto in ſepulcro S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis denuo reſtituto. Etenim invadentibus Sarracenis civitatem Arelatenſem, ab ipſis etiam Sanctorum monumenta fuere contrita, penituſque deleta; ipſis vero cæſis atque fugatis, parta pace cum ſecuritate fidelibus; quæ impii fuerant demoliri, pii continuo reſtaurare cœperunt, & inter alia eorum patroni ſepulcrum Sancti Cæſarii, quod & hujuſmodi verſibus ornavere:

Cernitur hic pario renovatum marmore tegmen
Patri Cæſario, Pontificique ſacro:
Quod ſcelerata cohors rabie deſtruxit acerba,
Hanc virtute Dei ſorbuit unda maris.
Præſul & in ſtagno Arelatis ſede locata,
Gemminus id Paulus ſtrenue compſit opus
Cui Chriſtus tribuat cœleſtis præmia vitæ.
Cœtibus Angelicis conſociatur ovans.
Et nobis, venerande Pater, miſerere precando
Diluat ut noſtra crimina cuncta Deus.

Hactenus ſepulcralis inſcriptio Sarracenorum naufragii index.

XXXII. S. Eucherius moritur.

Contigit eodem anno obitus S. Eucherii Epiſcopi Aurelianenſis, quem ab exilii tempore ſex annos ſupervixiſſe, qui res ab eo geſtas eodem tempore ſcriptis man-

PAGIUS Anonymus hujus Chronici, *Galliam devaſtare cœpit, quo tempore deſtructa Eccleſia, ſubverſa Monaſteria, capta Urbes, deſoluta domus, diruta Caſtra, ſtrages hominum innumera facta, & multus ubique humani generis ſanguis effuſus eſt. Ea tempeſtate graviter per totam Galliam deſæviebat, Vuandalis omnia flammis & ferro proterentibus, pervenienteſque Senonas Civitatem, ceperunt eam omni arte, jaculis, & machinis infeſtare. Quod cernens Sanctus Ebbo pro ovibus ſibi commiſſis ſe dedit periculo, exienſque de Civitate cum ſuis, fretus Divina virtute fugavit eos ab Urbis obſidione. Tantus autem timor illos invaſit, ut penitus vivere deſperarent, niſi fuga præſidium expetiiſſent. Illiſque fugientibus, perſecutus eſt eos uſque dum expellerentur de finibus noſtris, cæſa multitudine eorum. Nam obcæcati per meritum Sancti Præſulis, converſique in ſe ipſos maximam partem de ſuis occiderunt, & qui evaſerunt, cum confuſione pauci ad ſua redierunt.* Huic Anonymo conſentit Auctor Vitæ Sancti Ebbonis apud Mabillonium Sæc. III. Benedict. part. 1. *Vuandalorum* nomine Saraceni, paſſimque alii Barbari a Francicis Hiſtoricis appellati, ut initio ſæculi V. oſtendi. Imo Arabes ipſi non ſolum Bæticam Provinciam; ſed etiam Hiſpaniam totam *Andaluſiam* vocant, & Hiſpanos Arabas, *Andaluſios*, quæ voces a Wandalia & Wandaluſia corruptas fuiſſe tradunt Hiſpani. Mabillonius loco laudato exiſtimat, *Sanctum Poncarium* Juniorem Abbatem Lerinenſem in hac Saracenorum populatione occiſum eſſe.

XV. Parte alia *Eudo*, quia Aquitaniam a Garumna ad flumen Ligerim cum Toloſa & Ucecia tenebat, quique ante annos duodecim pacem cum Carolo Majore Domus Franciæ pepigerat, exercitum cogit, & fœdus ictum rumpit. Quare *Carolus* tranſito flumine Ligere Aquitaniam ingreſſus, *Eudonem* prælio vincit, fugatque. Nec ſemel Regionem devaſtaſſe contentus, rurſus Aquitaniam igne & ferro vaſtat, ac bis uno eodemque anno eamdem Regionem depopulatur.

Carolus bis pugnat adverſus Eudonem Aquitaniæ Ducem.

Hinc Annaliſta Nazarianus ad hunc annum ſcribit: *Karolus vaſtavit duas vices ultra Ligere, & Rageufridus mortuus*, is ſcilicet qui Major Domus Franciæ fuerat, & Andegavis, cujus Urbis Præfectura ei a Carolo Victore fuerat conceſſa, vitam ducebat. Idem habent Annaliſta Petavianus, Tilianus, & Auctor Chronici San-Dionyſiani, ac Annaliſta Metenſis, licet de Ragenfrido taceant, præter Petavianum. Denique idem narrat Continuator Fredegarii cap. 108. *Carolus Princeps commoto exercitu Ligeram fluvium tranſiens, ipſo Duce Eudone fugato, præda multa ſublata, bis eo anno ab his hoſtibus populata, iterum remeatus ad propria.*

XVI. S. Eucherius Epiſc. Aurelianenſis a Carolo relegatur.

Ad num. XXXII. Anonymus coævus, qui Vitam Sancti Eucherii Epiſcopi Aurelianenſis, recitatam ab Henſchenio ad diem XX. menſis Februarii, & a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. 1. literis mandavit, de hujus Sancti exilio, ei a Carolo Martello irrogato, his verbis loquitur; *Gens nefanda Iſmahelitarum* (nempe Saracenorum) *ex propriis cubiculis egreſſa, ad depopulandam Provinciam Aquitaniam ingreſſa, imminenti periculo ſui exercitus cunctam vaſtans ſuppellectilem, Civitates & Caſtella nititur expugnare. Audiens hoc Carolus Princeps, collectis gentibus Burgundiorum Francorumque, obviam illis pergit cum magno exercitu, atque illos cum ſuo vaſtans exercitu victoriaque obtenta, cum magnis ad propria reverſus eſt ſpoliis. Cum autem ad Civitatem veniſſet Aurelianis Ligeris alveum pertranſiens, prandiaque parata relinquens & ad Urbem Pariſius tenderet,*

B, Eu-

mandavit, affirmat: ſicque ad hunc uſque annum perveniſſe cum ipſe teſtetur, colligitur pariter ex antiquis Francorum Annalibus a Pithœo editis, in quibus ponitur bellum a Carolo in Aquitania geſtum, cum Eucherius exulavit, anno ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, a quo tempore, ſi ſex annos numeres, quibus Eucherius ſupervixit, utique hoc anno eſſe defunctum, affirmare neceſſe habes. Scimus tamen Molanum virum doctiſſimum ante annos quatuor, (neſcimus qua inita ratione) eum mortuum tra-

PAGIUS B. *Eucherium poſt ſe venire præcepit*. Paulo poſt: *Anno vero ſexto decimo ejus Epiſcopalis ordinis, Aurelianis egrediens, & Pariſius ordinavit Principe præteritus, verum quoque ſignum publica Ditionis illico convolavit: vulgataſque celebre Principis auribus, compertoque Sanctum adeſſe Sacerdotem, ſatellitibus ſuis eum capere præcepit eumque in exilium cum reliquis propinquis ad Urbem Coloniam perducere fecit*. Quæ Carolo cauſa fuerit Eucherii relegandi, Anonymus non docet, licet Recentiores paſſim tradant, exilium ei irrogatum, quod Carolo Principi res Eccleſiaſticas in urgentia belli uſus rapienti reſtitiſſet. Porro magna controverſia eſt quo anno *Eucherius* illa pœna affectus fuerit. Baronius, ejus exilium anno DCCXXV. mortem vero præſenti anno refert, ieeiaus Annaliſta Pithœano, ſeu Fuldaeſi bellum a Carolo in Aquitania, adverſus Saracenos geſtum in annum DCCXXV. conferente. At nec hoc nec antecedentibus annis *Carolus* contra Saracenos pugnavit; primo id contigit anno ſequenti, ſecundo an. DCCXXXVII. ut infra videbimus. Henſchenius citatus, & Cointius an. DCCXXXVII. num. XXXI. eo anno *Eucherium* in exilium a Carolo miſſum, ejuſque mortem an. DCCXLIII. accidiſſe autumarunt. Denique Mabillonius citatus arbitratur, Carolum an. DCCXXXII. ex Aquitanico prælio adverſus Saracenos geſto redeuntem, Aurelianis abduxiſſe *Eucherium*, eumque Coloniam primum ac deinde Sarchinium relegaſſe, ubi Vir Sanctus poſt ſex annos, anno ſcilicet Chriſti DCCXXXVIII. mortuus ſit.

XVII. *Exilium ei anno DCCXXXVII. irrogatum.* Verum non video quomodo hæc ultima ſententia cohærere poſſit cum iis, quæ Auctor Anonymus Vitæ Sancti Eucherii ejus temporis æqualis ut ipſemet Mabillonius ex Prologo & initio ſcriptionis illius recte deducit, de Eucherii electione in Epiſcopum Aurelianenſem narrat. Ait enim Anonymus Aurelienſes *Soavarico* Eucherii patruo vita functo Legatos cum muneribus ad Carolum miſiſſe, ac rogaſſe, ut nepotem Soavarici Eucherium plebi Aurelianorum Pontificem juberet edocti. Carolum verum au Aula ſua Procerem direxiſſe, ut Sanctum Virum, *& ſi non ſpontaneum, invitum tamen ad Urbem jam dictam duceret, atque Pontificem ordinari faceret*. Si enim Eucherius anno DCCXXXII. in exilium miſſus ſit, cum id *anno ſexto decimo ejus Epiſcopatus* acciderit, ut idem Anonymus teſtatur anno DCCXVII. juſſu ejuſdem Caroli Epiſcopus Aurelianenſis ordinatus fuit; cum tamen tunc in ſola Auſtria Major Domus eſſet, & non niſi poſt Sueſſionicam pugnam anno DCCXIX. habitam Neuſtria & Burgundia potitus ſit. Quare cum ante annum DCCXIX. Aurelianum Carolo non paruerit, ut in dubium revocari non poteſt, Eucherius poſt illum Chriſti annum Epiſcopatum ſuſcipere a Carolo coactus fuit, idaoque Henſchenius & Cointius Eucherii ordinationem cum anno DCCXXI. ejus vero exilium cum anno DCCXXXVII. quo Carolus iterum adverſus Saracenos in Septimania de Saracenis victoriam reportavit, accurate copularunt.

XVIII. Verum quidem eſt, laudatum Anonymum ſcribere, cum gens infanda Saracenorum *Provinciam Aquitaniam ingreſſa* eſſet, *Carolum* obviam illis cum magno perrexiſſe exercitu, cumque eiſdem devictis Aurelianum adveniſſet, & ad Urbem Pariſiorum tenderet, *Eucherium* poſt ſe venire præcepiſſe. At Gallia Narbonenſis, poſtquam Gothis ac poſtea Francis paruit, ſub Aquitania comprehenſa fuit. Indeque Aimoinus in præfatione ad Hiſtoriam Francorum, dum Urbes egregias, quæ in Aquitania continentur, enumerat, primo loco ſtatuit *Narbonam*, & proxime Civitatem *Toloſatium*, in qua Charibertus frater Dagoberti I. dum in parte Provinciæ Aquitaniæ regnaret, Sedem elegit; & Ludovicus Pius, dum Carolo Magno adhuc vivente, Rex Aquitaniæ eſſet conſtitutus, Comitia Regni ſui ſæpius *Toloſæ* celebravit, ut fidem facit Aſtronomus in Vita Ludovici Pii. *Contraria ſententia fundamentum evertitur.* Carolus itaque anno DCCXXXVII. ex prælio in Septimania eo anno habito, de quo tunc agemus, victor pedem referens, & per Aurelianum tranſiens Sanctum *Eucherium* exilio deputavit, eumque *cum reliquis propinquis, ad Urbem Coloniam perduci fecit*, inquit Anonymus laudatus.

Subdit idem Auctor: *Sexto exilii ſui anno, glorioſo exceſſu luminis claritate perfuſus*, &c. *emigrans ex hoc mundo victor intravit in Cælum*, &c. *ſepultus eſt autem in Eccleſia Beatiſſimi Confeſſoris Trudonis*, quia nempe Colonia in Haſbaniam tranſlatus fuerat, ubi S. Trudonis Monaſterium poſitum. Quare Sancti Eucherii mors in annum ſeptingenteſimum quadrageſimum ſecundum incidit, & quidem die viceſima menſis Februarii, quo in Martyrologio Trudonenſi, variiſque aliis adhuc ineditis, quibus Eccleſiæ Belgii utuntur, & ab Henſchenio loco citato adſeruntur, ac in Martyrologio Romano nomen ejus inſcribitur. XIX. *S. Eucherii mors in annum DCCXLII. incidit.* Cum enim in Martyrologiis Notkeri, Rabani, alioque MS. quod fuit Reginæ Sueciæ, perantiquo memoretur ad diem XXI. ejuſdem menſis, priores Martyrologi ad diem ejus emortualem, poſteriores ad diem ejus exequiarum reſpexere. Sed quidquid ſit de ejus die emortuali, quam id argumenti genus certo non probat, non dubito, quin ante diem viceſimum primum menſis Aprilis, quo *Sanctus Bonifacius* Concilium Germanicum eo anno celebravit, *Sanctus Eucherius* e vivis exceſſerit, quia ſi ſuperſtes fuiſſet, Urbi ſuæ reſtitutus obiiſſet, non vero in exilio, ut quidam de Carolomanni ac Pippini pietate credere par eſt, inquit Mabillonius citatus, ut Henſchenium & Cointium, qui *Eucherii* mortem in annum DCCXLIII. differunt, refellaret, & Saecli Præfatia mortem cum anno DCCXXXVIII. illigaret. Sed quoad annum *Sancti Eucherii* emortualem Viro doctiſſimo aſſentire non poſſum ob rationem, quam ex anno ordinationis ejus deduxi, quæ mihi ineluctabilis videtur. De ejus Tranſlatione anno DCCCLXXX. ſermo erit.

Jus confirmandi Pontifices, quod *Juſtinianus* poſt Italiam Orientali Imperio ſubditam retinuit, uſque ad *Gregorii Secundi* tempora obtinuit, eoque mortuo conſenſus Exarchi Raven- XX.

nen-

tradere. An autem audiendi ſint, qui adhuc annos decem ſupervixiſſe, atque Carolo Martello ſuperſtitem fuiſſe tradunt, inferius ſuo loco dicturi ſumus.

PAGIUS *Ordinatio Pontificis inpoſterum libera fuit.*

nenſis pro confirmatione electionis Gregorii III. expetitus fuit. Verum *Leone Iſaurico* adverſus Sacras Imagines magis inſaniente conſuetudo illa deſiit quæ tamen poſtea anno DCCCXXV. ab *Eugenio II.* Pontifice Romano reſtituta fuit, ut eo anno videbimus. Decretum enim *Hadriani I.* quo ſtatuitur, ut is eſſet verus Romanus Pontifex, quem *Carolus M.* ejuſque Succeſſores Francorum Reges conſecrandum eligerent, ſuppoſititium eſt, ut ſuo loco demonſtrabimus. In Libro Diurno Pontif. Rom. cap. 2. referuntur formulæ literarum, quas poſt Electum Pontificem Clerus Romanus ſcribebat ad Imperatorem Conſtantinop. ad Exarchum Ravennenſem, ad Judices, ad Archiepiſcopum, & Apocriſarium Ravennæ, quibus electionem factam referebant, & confirmandam petebant. Papebrochius in Conatu Chronico-Hiſtorico in Diſſert. Pontificatui Gregorii II. ſubjuncta exiſtimans eaſdem nondum lucem vidiſſe integras etiam recitat, ideoque ibidem legi poterunt.

I. SEptingenteſimus trigeſimus ſecundus adeſt annus, Indictione decimaquinta ſignatus, quo Leo Imp. ea, qua cœperat impietate perſeverans, redditus patrimonii Romanæ Eccleſiæ, quod in Sicilia poſſidebat, in Fiſcum inferri præcepit; quod Theophanes tradit. Sed de connubio filiæ Chagani, ſive Chajani Regis Cazarorum cum filio ſuo Conſtantino hoc anno contracto primum agit his verbis: *Anno decimoſexto Imperii ſui Leo Imperator filiam Chajani Cazarorum arbitri filio ſuo Conſtantino, cum hanc Chriſtianam feciſſet, matrimonio ſociavit, nominans eam Irenem. Quæ cum ſacras litteras didiciſſet, pietati operam dans claruit, hos impietatis redarguens.* Miranda plane Dei providentia factum, ut barbara femina, & peregrina, atque neophyta, invito, & contradicente Imperatore, inſuper & perſequente, ſuppliciiſque addicente cultores ſacrarum imaginum, eas ipſa coleret, atque colendas eſſe libere teſtaretur: ita Deus infirma mundi elegit, ut fortia confundat, & veluti miraculo, e fonte agnam nuper egreſſam contra Leonem immittit. Paulo poſt vero auctor hæc ſubdit:

Matrimonium Irenes & Conſtantini.

II. *Aſt Imperator contra Papam, atque receſſum Romæ, ac Italiæ* (quod ſcilicet ab ipſo Imperatore receſſiſſent) *ſæviebat. Conſtructumque ſtolum*, exercitum videlicet *magnum direxit adverſus eum, Manem Prætorem Cyberrotenſium caput in eo conſtituens. Tunc Impugnator Dei per amplius ſæviens, cum Arabico ſenſu teneretur adverſus imagines, tributa capitalia tertiæ parti Siciliæ, ſeu Calabriæ ſuperimpoſuit. Ea vero, quæ dicuntur patrimonia ſanctorum Principum Apoſtolorum, quæ olim Eccleſiis auri dimidium & tria conferebant argenti talenta, publicæ rationi exolvi præcepit. Conſiderare etiam, ac deſcribere natos mares jubens, ut Pharao quondam eos, qui erant ex Hebræis, quod nec ipſi magiſtri ejus Arabes in Chriſtianos, qui in eis ſunt oris, feciſſe noſcuntur. Hucuſque Theophanes.*

Imperator aufert Eccleſiæ Rom. bona.

III. Addunt (*a*) alii adhuc etiam hoc eodem anno ingentem claſſem adverſus Italos, Romanoſque ab eodem Imperatore paratam in Adriatico mari naufragio periiſſe, ſicque ſpe potiundi Italia, & rebelles puniendi, divina miſericordia, ſpe penitus fruſtratum eſſe, cum tamen malum, quod poſſet perpetrare, non deſineret. Nam ad alia mala addidit quoque illud Imperator hoc anno, ut Gregorium presbyterum, quem vidimus anno ſuperiori miſſum cum litteris commonitoriis ad

(*a*) *Cedr. hoc anno.*

Claſſis Leonis periit.

PAGIUS SÆC VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXX. Anno Hegiræ CXIV. inchoato die 3. Martii fer. 2. A. C. 732.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6215.

☉. 13. FE. ☽ 11. P. 20. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 732.

GREGORII III. PAPÆ 2.

LEONIS ISAURI IMP. 16.

CONSTANTINI COPRONYMI 13.

I. Prælium ad Pictavos adverſus Saracenos habitum.

[1] BAronius anno DCCXXV. num IX. refert, ſtragem *Sarracenorum* hoc anno in Galliis factam, quia in Annalibus Fuldenſibus, ſive, ut ipſe vocat, in Chronico a Pithœo edito, hæc Francorum victoria cum anno DCCXXV. illigatur. Verum in his Annalibus res præpoſtere plerumque recitatæ, & præterea fabula de Saracenis ab *Eudone* in auxilium vocatis, in iiſdem Annalibus perperam memorata, ut mox videbimus. Eginhardus in Vita Caroli Magni cap. 2. duplicem, quam de Saracenis victoriam reportavit Carolus Martellus, his verbis narrat: *Karolus tyrannos per totam Franciam dominatum ſibi vendicantes oppreſſit, & Sarracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis prœliis, uno in Aquitania apud Pictavium Civitatem, altero juxta Narbonam apud Byrram fluvium ita devicit, ut in Hiſpaniam eos redire compelleret.* Secunda hæc victoria anno DCCXXXVII. a Carolo relata, ut ibidem oſtendemus. Sed prior, ut paſſim Annaliſtæ Francorum docent, contigit menſe Octobri, die Sabbati, anno DCCXXXII. ut legitur in Annalibus Petavianis. Hunc annum etiam notarunt Annaliſtæ Nazarianus, Tilianus, & Chronographus San-Dionyſianus. Locum certaminis idem Annaliſta Nazarianus deſignavit: *DCCXXXII. Karolus pugnavit contra Sarcinos, die Sabbato, ad Pectavis.* Copiis Saracenicis præerat *Abderamen*, Hiſpaniarum Septimaniæque Præfectus, Vir bellicoſus & induſtrius, qui jam duas Galliarum Provincias Vaſconiam ſc. & Aquitaniam Secundam ſubegerat. Rodericus enim in Hiſt. Arabum cap. 12. enumerans Provincias, quibus *Iſcamus* Saracenorum Califa hoc tempore dominabatur, ait: *Et Galliam Gothicam, cujus Metropolis Narbona; & Vaſconias, quarum Metropoles Auxis, & Burdegala, ſua potentia ſubjugavit.*

II. *Carolus* Francorum Dux ab ineunte ætate bel-

NOTÆ [1] SYnodus Romana ſub Gregorio III. hoc anno celebrata, de qua Labbeus in Collectione ſua, ad quem potiſſimum menſem pertineat, habes ex Epiſtola Gregorii III. ad Antoninum Grandenſem Patriarcham vulgata in nova editione Ughellii tom. V. in Granden. pag. 1089. Invitat in ea Pontifex Antoninum cum Epiſcopis ejus ordinationi ſubjectis, ut Kalendis Novembris ſuccedentis quintædecimæ indictionis ad Sedem Apoſtolicam conveniant ad Synodum. MANSI

ad Imperatorem, re infecta reverſum Romam, & iterum miſſum, fecerit in Sicilia retineri, ſcripta auferri, & in exilium amandari. Habet hæc enim Anaſtaſius verbis iſtis: *Nequiter augmentata diſpoſitio eorumdem Imperatorum eadem venerabilia ſcripta in Siciliensi inſula retineri fecit, nec ad urbem Regiam pertranſire permiſit, ſed eumdem portatorem pene per annum integrum in exilium relegavit*. Hæc Leo hoc anno.

IV. Concilium Rom. de imaginibus. Quibus delatis in Urbem, Gregorius Pontifex collegit Romæ Concilium Epiſcoporum, quo primum omnium ad confirmandas antiquas Patrum traditiones de cultu ſacrarum imaginum, decretum conſtituit, quod Conſtitutum appellant, quo diro anathemate feriit omnes, qui eidem adverſarentur: additum præterea, ut iterum ex Synodo litteræ commonitoriæ ad eumdem Imperatorem mitti deberent. Habet hæc omnia paucis his Anaſtaſius: *Majori fidei ardore permotus Gregorius Papa Synodale fecit decretum cum ſacerdotali conventu coram ſacroſancta Confeſſione ſanctiſſimi corporis beati Petri Apoſtoli, reſidentibus cum eodem ſummo & venerabili Papa, cum Archiepiſcopis, Antonio Gradenſi Archiepiſcopo & Joanne Archiepiſcopo Ravennate, cum cæteris Epiſcopis iſtius Heſperiæ partis numero nonagintatribus, ſeu presbyteris hujus Apoſtolicæ Sedis, aſtantibus diaconibus cum cuncto clero, nobilibus etiam Conſulibus, & reliquis etiam Chriſtianis plebibus aſtantibus, quo iſta decrevit: Ut ſi quis deinceps antiquæ conſuetudinis, & Apoſtolicæ Eccleſiæ fidelem uſum contemnens adverſus eamdem venerationem ſacrarum imaginum, videlicet Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Genitricis ejus ſemper Virginis immaculatæ atque glorioſæ Mariæ, beatorum Apoſtolorum, & ſanctorum omnium depoſitor, atque deſtructor, & profanator, vel blaſphemus extiterit, ſit extorris a corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel totius Eccleſiæ unitate atque * compagine.* (* compage.) *Quod inſuper ſubſcriptione ſua ſolemniter firmaverunt, & inter cætera conſtituta probabilium prædeceſſorum, orthodoxorum Pontificum adnectenda ſanxerunt*. Hactenus de Synodo, Synodalique decreto Anaſtaſius. At non extat ipſum quidem ea de re in Synodo Conſtitutum.

V. Conſtantinus Legatus detruditur in carcerem. Quæ autem poſt Synodum abſolutam ſequuta ſint, hæc Anaſtaſius habet: *Poſt peractum igitur hoc memoratum ſuperius Synodale Conſtitutum, iterum miſit alia ſimiliter ſcripta commonitoria pro erigendis imaginibus ad Leonem Imperatorem per Conſtantinum Defenſorem. Quæ ſimiliter, ut anteriora detenta ſunt, & portatorem eorum fortiſſima cuſtodia conſtrinxerunt fere per integrum annum, poſtmodum auferentes ei ipſa ſcripta, comminantes et poſt tanti temporis cuſtodiam cum injuriis remiſerunt*. Hæc de rebus ge-

PAGIUS

Carolus & Eudo inter ſe reconciliati. bellis innutritus, ac rei militaris peritiſſimus erat. Eudo Aquitaniæ Princeps videns non de Aquitania modo, verum etiam omni Gallia agi, niſi concordes ambo junctis viribus communem hoſtem reprimerent, Carolum oravit, ut præteritorum oblitus inimicitias Reipublicæ periclitantis ac Chriſtianæ religionis cauſa deponeret, & cum ipſo in gratiam reverteretur, quod & præſtitit Carolus raptim copiis undique coactis, atque Eudoni auxilio promiſſo. Id a Paulo Diacono lib. 6. Hiſt. Langobard. cap. 46. literis mandatum, & cum Carolus anno ſuperiori in Aquitaniam hoſtiliter bis ingreſſus ſit, conſtetque tam Carolum, quam Eudonem prælio Pictavienſi hoc anno interfuiſſe non dubium, quin ita res contigerit. Continuator Fredegarii cap. 108. poſtquam de illo duplici bello locutus eſt, ait: *Eudo namque Dux cernens ſe ſuperatum atque deriſum, gentem perfidam Saracenorum ad auxilium contra Carolum Principem & Gentem Francorum excitavit*. Quod & Annaliſtæ Fuldenſis ſeu Pithæanus, ac Metenſis, aliique quidam poſtea ſcripſere. Verum id confictum ab eodem Continuatore, qui juſſu Childebrandi Caroli fratris hanc appendicem Chronico Fredegarii adjecit, quia poſt hoc prælium Carolum inter & Eudonem inimicitiæ redintegratæ, & Continuator hæc in gratiam Caroli, ut ei adularetur, ſcribere voluit, quod poſtea ab aliis re indiſcuſſa ſcriptum.

III. Rodericus in Hiſtoria Arabum cap. 14. hoc prælium narrat ex Iſidoro Pacenſi, Auctore barbaro, ſed coævo: *Abderamen propoſuit interiorem Galliam penetrare, & Eudonem Ducem perſequi non deſiſtens, per Petragoricam, & Santoniam, & Pictaviam Civitates, Oppida & Eccleſias devaſtando, & igne continuo conſumendo, etiam Turonis Civitatem, Eccleſiam & Palatia vaſtatione, & incendio ſimili diruit, & conſumpſit.* (Saraceni in hoc magno prælio victi.) *Eudo autem, de quo diximus, ad Conſulem Franciæ & Germaniæ Carolum, Virum belligerum, & rei militaris expertum fugit, infelicitatis Francorum excidia relaturus. Carolus autem dictus Martellus, Germanos & Gepidas ſecum ducens cum Francis, qui remanſerant, Abderamen ſe obtulit devaſtanti: cumque per ſeptem dies bellis particularibus ſeſe impeterent, demum diſpoſitis aciebus generali prælio dimicantes alternis cædibus ſe læſerunt; ſed gens Auſtriæ* (id eſt Auſtraſiæ) *membrorum præeminentia valida, & gens Germana corde & corpore præſtantiſſima, quaſi in ictu oculi manu ferrea, & pectore arduo Arabes extinxerunt; & ipſum* (nempe Abderamen) *gladio peremerunt, ſicque nocte prælium dirimente ad caſtra ſua exercitus redierunt: mane autem diluculo apparente viderunt Germani Arabum tentoria, ut heri fuerant ordinata, & putaverunt Arabes velle prælium reſtaurare, & cum exploratores officia vacua percepiſſent, iverunt ad ſpolia, & manubia dividenda, & verentes, ne forte Arabes in ſtratis, vel ſemitis inſidias procurarent, Germani & Franci in patrias redierunt: Arabes autem, qui evaſerant, per compendia ad Galliam Gothicam reverſi ſunt*.

IV. Continuator Fredegarii, qui hoc tempore vivebat, paucioribus verbis hoc prælium deſcribit: *Egreſſi cum Rege Abdyrama nomine, Garumnam tranſeunt, Burdegalenſem Urbem per-*

pe-

geſtis hoc anno per Gregorium Papam, qui cum Leone omnem fruſtra laborem impendit; de ipſo autem, & ejus prædeceſſore Gregorio, hæc Hadrianus Pontifex ad Conſtantinum Imperatorem: *In magnam tribulationem uterque Gregorius Romani Pontifices per ea tempora ſanctiſſimi, conjecti ſunt. Sæpius etiam proavum veſtræ Serenitatis admonuerunt, ne fineret venerandas imagines de ſtatu ſuo dejici: verum illorum ſalutifera preces nequitquam*, in vanum ſcilicet, *fuſæ ſunt, animumque illius nequaquam commoverunt*. Hæc Hadrianus.

VI. Sacræ imagines ſumptuoſæ erectæ. Qui ergo ſcriptis ſtabilivit ſacrarum imaginum uſum ſummus Pontifex, etiam factis, novas magni pretii erigendo imagines, confirmavit, de quibus Anaſtaſius iſta habet: *Gregorius conceſſas ſibi columnas ſeu onychinas volubiles ab Eutychio Exarcho, duxit ad Eccleſiam beati Petri Apoſtoli, quas ſtatuit circa presbyterium ante Confeſſionem, tres a dextris, & tres a ſiniſtris juxta alias antiquas ſex lithoparias. Super quas poſuit trabes, & veſtivit eas argento mundiſſimo; in quo ſunt expreſſa ab uno latere effigies Salvatoris & Apoſtolorum, & ab alio latere Dei Genitricis, & ſanctorum virginum; poſuitque ſuper eas lilia, & phara argentea penſantia in unum libras ſeptingentas.*

VII. Sacræ reliquiæ undique quæſitæ ad cultum. Quod inſuper ab eodem Iconomacho & Hagiomacho Leone ſanctorum reliquiæ contemptui haberentur, atque deſpectui; idem Pontifex ſanctorum omnium, quas potuit toto orbe Chriſtiano collectas reliquias in oratorio a ſe conſtructo honorifice collocavit. Tradit hæc Anaſtaſius iſtis verbis: *Hic fecit oratorium intra eamdem baſilicam juxta arcum principalem in parte* * *virorum, in quo condidit in honorem Salvatoris, ſanctæque ejus Genitricis reliquias ſanctorum Apoſtolorum, & omnium ſanctorum Martyrum & Confeſſorum, juſtorumque perfectorum in toto orbe terrarum quieſcentium: quorum feſta vigiliarum a monachis trium monaſteriorum illic ſervientium quotidie per ordinem exiſtentibus, atque natalitiorum Miſſas in eodem loco celebrare inſtituens, in Canone ita a ſacerdote dicendum præcepit.* QUÆ SOLEMNITAS HODIE IN CONSPECTU TUÆ MAJESTATIS CELEBRATUR DOMINE DEUS NOSTER IN TOTO ORBE TERRARUM. *Quam inſtitutionem in eodem oratorio in tabulis lapideis conſcribere fecit.* Recitat hæc eadem Walfridus (a) Strabo de ipſo Gregorio Papa, additque hæc de his, quæ ſpectant ad Canonem: *Quia ſpecialiter eadem ſignata verba ad illam pertinent celebritatem, non eſt Canoni qui generaliter dicitur adnotatum.* Hæc ipſe.

* porta.

(a) Walfr. Strabon. de reb. Eccleſ. c. 2.

VIII. Ornamenta Oratorii. Pergit vero de eodem oratorio iſta dicere Anaſtaſius. *In quo faciens pergulam contulit dona diverſarum ſpecierum, id eſt gabatas aureas numero duas, & alias ſaxicas numero quinque, cruces pendentes numero quatuor, item cruces ſimiles numero decem, amulas ſuperauratas, paria duo, pendentia fibulatoria numero quinque, coronam auream cum cruce pendentem in gemmis ſuper altare, patenam, & calicem aureum paratum, aquamaniles argenteos duos; & in imagine ſanctæ Dei Genitricis diadema aureum in gemmis, & collarium aureum in gemmis, & cum gemmis pendentes inaures habentes hyacinthos.*

PAGIUS

Abderamen Saracenorum Dux occiditur. *venerunt: Eccleſiis igne concrematis, populis conſumptis uſque Pictavos progreſſus eſt; ubi Baſilica Sancti Hilarii igne cremata, (quod dici dolor eſt) ad domum beatiſſimi Martini evertendam deſtinant. Contra quos Carolus Princeps audacter aciem inſtruit, ſuper eoſque belligerator irruit, Chriſto auxiliante, tentoria eorum ſubvertit, ad prælium ſtragem conterendam accurrit, interfectoque Rege eorum Abdyrama proſtravit exercitum, protervum dimicavit, atque devicit, ſicque victor de hoſtibus triumphavit.* Poſt hoc prælium Carolus *Sanctum Eucherium* Aurelianenſem Epiſcopum in exilium miſit, ut anno ſuperiori numer. XVI. & ſeqq. jam diximus. Ex his corrigenda quæ Baronius anno DCCXXV. num. IX. & X. de hoc bello ſcribit.

V. *Abdelmelecus ejus Succeſſor Chriſtianos in Hiſpania perſequitur.* Si *Abderramen*, & alii quidam Præfecti Saracenorum Hiſpanienſium irrito conatu Gallias aggreſſi ſunt, alii ejuſdem gentis cunctos, qui ſupererant in Hiſpania, Civitates ſubegere, & *Pelagii* Regnum intra quoſdam montes concluſerunt. In locum Abderramani in Gallia cæſi *Abdelmelecus*, ut habet Anonymus Andaluſianus, ſubrogatus fuit. Iſidorus Pacenſis annum notarat, ſed numeri nunc corrupti: *In Era DCCLXXII. Arabum CXVI. Iſtam XII. Abdelmelec ex nobili familia Dux mittitur ad principalia juſſa*. Sed legendum videtur, *in Era DCCLXXI. Arabum CXV.* anno ſcil. Chriſti DCCXXXIII. ut quæ poſtea geſta ſunt, indicant. Cum ergo Saraceni ita male in Galliis habiti fuiſſent, in Chriſtianos aſperos Aſturiarum montes habitantes, omne acerbitatis virus evomere decreverunt: *Prædictus Abdilmelic*, inquit Iſidorus Pacenſis pag. 19. *ad principalia juſſa* (venit), *quare nil ei in terras Francorum proſperum evenire. Ad pugna victoriam ſtatim a Corduba exiliens cum omni manu publica ſubvertere nititur Pyrenaica inhabitantium juga.* Sandovallius in margine ait, Fortaſſis, hæc expeditio fuit contra Pelagium, & eos, qui in Covadonga ſe receperunt. Quæ conjectura optima; cum horum temporum Scriptores Aſturiarum montes Pyrenæos vocarint. Iſidorus laudatus eos *Vaccorum montes* appellat, & Vaccorum nomine *Vaſcones* intelligit, qui inter Iberum fluvium & Pyrenæos montes habitabant. Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 4. hanc *Abdelmeleci* expeditionem innixus laudato loco Iſidori refert ad annum DCCXXXVII. non advertens tunc *Abdelmelecum* Hiſpaniis non præfuiſſe.

VI. Sebaſtianus Salmanticenſis, aut verius Alfonſus Rex pag. 47. loquens de victoria ab Aſturien-

hyacinthinas ſex; & faciem altaris, & confeſſionem cum regulis veſtivit argento, & in tribus lateribus altaris poſuit cruces argenteas quatuor, penſantes in unum libras triginta; caniſtra argentea duo calicem argenteum unum quotidianum, coronulas argenteas quinque, & calicem argenteum unum, qui pendet in apſide ipſius oratorii, & ſuper eamdem apſidem cruces argenteas, & cætera, quæ in ornamentum pergulæ, & ad veſtes altaris ordinata ſunt.

IX. Quæ in S. Maria ad Præſepe. *Hic fecit in Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis per circuitum ſuper columnas regulare candelabrorum ad inſtar Eccleſiæ ſancti Petri Apoſtoli, & fecit ibidem in oratorio ſancto, quod ad Præſepe dicitur, imaginem auream Dei Genitricis, amplectentem Salvatorem Dominum noſtrum, in gemmis diverſis penſantem libras quinque.* Hucuſque de his Anaſtaſius. Ita quidem ipſe ſanctiſſimus Dei ſacerdos ſcriptis, factiſque adverſus impietatem Imperatoris potentia in Oriente graſſantem obnititur in cultu ſanctarum imaginum, & veneratione reliquiarum Sanctorum omnium: quorum plane precibus factum eſt, ut Occidens permanſerit a ſæviente Leone ſecurus, claſſe in mari demerſa, & reliquo omni conatu in eos mille artibus comparaco, reddito penitus irrito: cum interea, quod non poſſet re ipſa præſtare, ut ulciſceretur in eos, rugitu perterrere, jugiter minas inferendo, non ceſſaret.

Sep-

PAGIUS *Christiani Saracenos vincunt.* rienſibus de Arabibus in ſua Regione reportata hæc ſcribit: *Cumque Aſtures perſequentes eum in locum Olalionſem repperiſſent, ſimul cum exercitu ſuo cum gladio deleverunt; ita ut ne unus Caldæorum intra Pyrenæi portus remaneret.* Sed redeo ad Abdelmelecum, qui miſeros Chriſtianos intra montes perſequebatur, *expeditionem per loca dirigens anguſta*, ut habet Iſidorus citatus, *nihil proſperum geſſit. Convictus de Dei Potentia, ad quem Chriſtiani præparvo, pinacula retinentes poſtulabant* (vel præſtolabant, juxta correctionem Codicis Mazarinei) *miſericordiam & debita* (legendum forſan dubia) *amplius, hinc inde cum manu valida appetens loca, multis ſuis bellatoribus perditis ſe ſe recipit in plana, repatriando per devia.* In Codice Mazarineo correcto legitur, *dubia*, loco forſan vocis *debita* ſupra expreſſæ. Quinque veteres Hiſtorici Rerum Hiſpanicarum a Sandovallio in lucem editi characteres temporum, locaque integra ſæpe mendoſe deſcripta, exhibent, ut ipſemet Sandovallius teſtatus, qui fatetur, pauca eorum exemplaria MSS. eaque valde depravata, in Hiſpania ſupereſſe. Quare ante annos circiter ſexaginta Vir doctiſſimus, cujus nomen ignoratur, magna cura & diligentia in Bibliothecis Galliæ perquiſivit exemplaria MSS. eorumdem Hiſtoricorum, Idacii ſcilicet, Iſidori Pacenſis, Sebaſtiani Salmanticenſis, Pelagii Ovetenſis, & Sampiri Aſturicenſis Epiſcopi, qui una ſimul editi ſunt, variaſque correctiones in ſuo exemplari annotavit. Illud e Bibliotheca Mazarina in Regiam tranſlatum fuit, & theſauri loco habendum. Hunc Auctorem ſub nomine Anonymi Mazarinei in hoc Opere citabimus, ejuſque ope præfatorum Auctorum tenebris lucem affundere conabimur; ex illis enim Scriptoribus a Baronio non lectis, tamquam purioribus fontibus, nobis veritas haurienda.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. III. ANNUS	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS
733.	3.	18.

I. SEptingenteſimus trigeſimus tertius Chriſti annus prima Indictione ſequitur, quo tum Gregorius Papa, tum & ſeorſum Italia legationem miſere ad Leonem, Imperatorem, quibus ipſum ſuaderent ab impietate deſiſtere: qua ſublata de medio, fore, ut omnes ſe ipſi ſubiicerent, conſuetumque vectigal, ut ſubditi, penderent. De hac autem ab Italia legatione miſſa, meminit Anaſtaſius verbis iſtis: *Cuncta generalitas iſtius provinciæ Italiæ ſimiliter pro erigendis imaginibus ſupplicationes ſcriptas unanimiter ad eoſdem Principes Leonem, & Conſtantinum direxere: quæ & ipſa ſimiliter, ut anteriora ablata ſunt a Sergio Patritio Eſtratego, qui dignitate Strategi functus fuerat ipſius inſulæ Siciliæ, ac fere per octo menſes Legati detenti, remiſſi ſunt ſimiliter cum exprobrationibus portatores.* Hæc de Italorum legatione Anaſtaſius; qui & de ipſo Gregorio Papa iſta mox ſubdit: *Et iterum faciens adhortatorias litteras pro erigendis ſuprascriptis ſacris imaginibus,* quas in Oriente dajecerat, *& Orthodoxæ Fidei firmitate direxit per Petrum Defenſorem apud Regiam urbem tam Anaſtaſio invaſori ſedis Conſtantinopolitanæ, quam Principibus Leoni, & Conſtantino.* Quid autem hæc conſequutum ſit, non narrat auctor; ſed nihil penitus actum eſſe, reliqua eventa declarant, cum certum ſit, ipſos numquam ab impietate ceſſaſſe.

II. *Leo ſævit in cultores Sanctarum imaginum.* Qui igitur adverſus abſentes fruſtra ſpirabat rabidas Leo minas, & cædes, adverſus eos, qui aderant, furorem convertit, exagitavitque rectæ Fidei Confeſſores, deteſtantes ejus errores: repeeriuntur quidem complures ſancti Epiſcopi, ea de cauſa ab ipſo abrepti e ſede in exilium miſſi, & inter alios Theophylactus Epiſcopus Nicomediæ, qui Conſtantinopolim profectus pro Fide Catholica certans, ab eodem Leone ad Strobelum caſtrum miſſus eſt in exilium. Agunt de eo Græci in Menologio, ejus annuam commemorationem celebrantes ſeptima die Martii. Vigeſima vero ejuſdem menſis S. Nicetæ Epiſcopi Apolloniadis, de quo: *Hic* (inquiunt) *pro defenſione ſanctarum imaginum perſecutionem paſſus, eo quod nollet venerabilem Chriſti Domini, & immaculatæ Matris ipſius, & aliorum Sanctorum imagines negare, in exilium miſſus, & variis afflictionibus tentatus, beatam præſtans confeſſionem, ſanctum Deo tradidit animum.* Tunc & Michael Synnadorum Metropolita, de quo ſuperius, ejuſdem certaminis curſum exigens, ab Epiſcopatu ſuo pulſus eadem ex cauſa, coronam a Deo confeſſionis accepit, cujus Græci agunt annuum natalem diem vigeſimatertia Maii; ſed & alii plures idem ſubiere certamen.

Eo-

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6226.

☉ 24. D. ☽ 12. P. 5. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 733.

GREGORII III. PAPÆ 3.

LEONIS ISAURI IMP. 17.

CONSTANTINI COPRONYMI 14.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCC. LXXI. Anno Hegiræ CXV. inchoato die 21. Febr. fer. 7. A. C. 733.

I. *Theophylactus Epiſc. Nicomediæ & Michael Synnadarum ob Sacras Imagines in exilium miſſi.*

AD num. II. *Sanctus Theophylactus* Nicomediæ Epiſcopus, & *Sanctus Michael* Synnadarum Epiſcopus ob defenſionem Sacrarum Imaginum miſſi ſunt in exilium, ſed non a Leone Iſaurico, ut ſcribit Baronius, ſed a *Leone Armeno,* ut liquet ex Actis Sancti Theodori Studitæ propter eamdem cauſam vexati. Ipſemet Baronius anno DCCCXIV. num. X. de Theodoro Studita propter defenſionem Imaginum in exilium miſſo, refert hæc verba Theoſterícti tunc viventis, in Vita Sancti Nicetæ, in qua legitur: *Abbas Michael Synnaculorum* (legendum, Synnadarum) *Epiſcopus: Si nos, inquit, conciliare vis; quare non id facis, quod conciliantem decet facere? Quippe qui alios quidem in Palatio occultos detines, & ad te congregas, quibus exſtatis, impiorum dogmatum docendorum ſimultatem præbes.* Paulo poſt: *Abbas Theophy-lactus Epiſcopus Nicomediæ dixit: Teſtis Chriſtus eſt, cujus effigiem vides ante oculos imprimis deſcriptum infinitis teſtimoniis nos abundare, quibus id confirmare poſſumus, &c.* Quare uterque Sanctus Præſul imperante Leone Armeno in exilium actus, ut recte vidit Combefiſius in Hiſtoria Hæreſis Monothelitarum pag. 1050. ubi refert Theophylacti Elogium ex Synaxario MS. Tilíano: *Leone Chriſto odibile capeſſente Imperium, atque ad Imagines abolendas ſe ſe inſtruente, accerſens Magnus Nicephorus* (anno DCCCXV.) *una cum aliis multis Epiſcopis, etiam Beatum Theophylactum ad impium ac apoſtatam Imperatorem accedit. Cumque illi multa ex Divinis ipſis Scripturis medicamina temperaſſent, inſanabilis manet, ac eodem modo habens. Deinceps vero tacentibus aliis, Beatus ſolus Theophylactus ad eum ait:* Scio Dei te patientiam ac longa-„ nimitatem contemnere. Verum veniet ſu-„ per te malus repente interitus, ac calami-„ tas ſimilis procellæ, nec invenies qui eripiat. *Is ille ira ſuccenſus, univerſos damnat exilio: ac Divinum quidem Nicephorum relegat in Taſum inſulam: inclytum vero Michaelem Synadis Epiſcopum in Eudociadem; aliosque in alia loca deportat: ter-beatum autem Theophylactum, apud Strobilum. Cum itaque Beatus hic ac Confeſſor Theophylactus, annos illic triginta perſeveraſſet, ac exilii incommoda pertuliſſet migrat ad Dominum.* De Sancto Theophylacto fuſius agit Baronius an DCCCXVI. num. XXXVII. & ſeqq. Colitur in Menæis die VIII. menſis

Mar-

Digitized by Google

III. (a) *Vet. Chronic. in Pithœo edit. hoc anno & ſeq.*

Eodem anno res Francorum (*a*) Deus per Carolum Ducem magna gloria illuſtravit: ſiquidem cum anno ſuperiori idem Princeps Narbonem detentam a Sarracenis, & eorum Regem ibi degentem obſediſſet, & alii, qui erant in Hiſpania Sarraceni opem laturi ſuis ingenti numero adverſus eum ſuperveniſſent: hos adortus Carolus ad internecionem aſque delevit. Habent hæc Annales Francorum recens a Pithœo in lucem vendicati: quæ quidem longiori fuiſſent deſcribenda hiſtoria. Sed racemos non negligamus, qui vindemia tanta caremus.

IV. Hoc tempore (quod ad res Germanorum pertinet) accidiſſe videtur, quod S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus, viſitans Bojoarium, emergentem hæreſim Apoſtolica auctoritate una cum hæreſiarcha damnavit. Siquidem in rebus ab eo geſtis iſta narrantur: (*b*) *His ita confectis S. Bonifacius Bojoariorum regionem, quibus per id tempus dominabatur Hugbertus Dux inviſit, prædicationiſque munus apud illum ſtudioſiſſime exercens, Ermuvolfum hæreticum peſtilentem, magno divinæ æmulationis fervore incenſus ex canonum præſcripto damnavit, & ob Eccleſia ejecit. Ac deinde ad ſuæ diœceſis homines reverſus, omnia circumibat, inſtaurans ea, quæ Eccleſiarum cura poſcere videbatur.* Hucuſque de his ibi; quænam autem hæreſis ab eodem fuerit ſeminata, (neſcitur, ipſa una cum auctore ſtatim evulſa.

(b) *Vit. S. Bonif. lib. 1. c. p. 27.*

Ann. Eccl. Tom. XII. Ggg An-

PAGIUS

Martii, Sanctus vero Michael Synnadenſis die XXIII. menſis Maii in iiſdem & in Actis SS. Bollandianis celebratur. Theophylactus inſcriptus Martyrologio Romano hodierno ad diem VII. menſis Martii, ſed ſub nomine *Theophili*, perperamque ſcripſit Baronius eo die Græcos S. Theophylacti memoriam recolere, ut liquet ex iis quæ de eo refert Bollandus ad diem VIII. menſis Martii in Elogio S. Theophylacti, quem in unico Martyrologio, Baſilii nempe Imperatoris, inſcriptum ad diem VII. Martii viderat Baronius. Eſt porro Urbs Synnadarum Metropolis Phrygiæ Salutaris, Urbs vero *Sinnarulorum* fictitia.

II. *Carolus Saracenos e Burgundia ejecit.*

Ad num. III. Quod narrat Baronius ex Chronico Francorum a Pithœo edito, ſeu ex Annalibus Fuldenſibus, de Saracenis iterum a *Carolo Martello* victis, pertinet ad an. DCCXXXVII. quo de ea victoria agemus. Expeditionem vero hoc anno a Carolo adverſus Saracenos ſuſceptam narrat his verbis Continuator Fredegarii cap. 109, ſtatim ac de clade *Abdirama* eorum Præfecti anno ſuperiori occiſi, verba fecit: *Procedente alioquin anno ſequente egregius bellator Carolus Princeps Regionem Burgundiæ ſagaciter penetravit, fines Leudibus ſuis probatiſſimis ad reſiſtendum gentibus rebellibus & infidelibus ſtatuit. Pace parta Lugdunum in Galliis ſuis fidelibus tradidit. Firmata fœdera inducta-ria, reverſus eſt victor fiducialiter agens.* Annaliſta vero Metenſis ſcribit: *Anno ab Incarnatione Domini DCCXXXIII. Carolus Princeps Regnum Burgundiæ cum valida manu penetravit, finesque Regni illius fidelibus ſuis Ducibus probatiſſimis ad regendum dedit. Indeque victor reverſus ad propria* (ideſt, in Auſtraſiam) *rediit, in omnibus ſe ſe ſapienter & fiducialiter agens.* Ultra Lugdunum igitur ſummoti Saraceni, recuperatæque a Francis Urbes cis poſitæ, reſpectu ſcilicet Francorum, Divio, Belna, Cabilo, & Matiſco cum Veſontione. Quo tempore, quibuſve auctoribus Burgundiones defecerint, nemo ex Antiquis tradidit.

III. *Friſios domat.*

Hic annus ejuſdem Caroli in *Friſios* expeditione etiam inſignis fuit. Extincto enim *Radbodo* Friſiorum Rege, pax cum Francis per aliquot annos inconcuſſa ſteterat, indeque Chriſtiana religio per illam Regionem commodius a Chriſtianis Doctoribus propagata fuerat. Sed cum *Carolus* bello Aquitanico diſtineretur, *Friſii* occaſione capta tumultum concitant, incerta de cauſa, niſi quod Emmius lib. 4. Rer. Friſic. exiſtimat, eam potentiam eſſe, quod Franci ſe eorumdem Doctorum patronos ferrent, Friſiſque fanorum ſuorum everſio, idolorumque ignominia graviſſimæ acciderent. Hujus belli Friſici mentio in Annalibus Petavianis, in quibus legitur: DCCXXXIII. *quando venit cum Vueſtri exercitum in Vueſtrigen*, ideſt, ut modo videbimus, cum Claſſe Weſtriæ ſeu Occidentalis Franciæ, quæ maritima erat. Idem legitur in Annalibus auctioribus Tilianis: *Karlus cum exercitu venit in Vueſtragen.* Idem habent Chronicon San-Dionyſianum & Regino, qui ait Carolum eam Regionem ſuæ Ditioni ſubjeciſſe. Hujus expeditionis meminit etiam Continuator Fredegarii cap. 109. *Item quod ſuperius prætermiſimus* (refere ſcilicet ante expeditionem Aquitanicam, a Carolo anno DCCXXXII. confectam) *in gentem duriſſimam maritimam Friſionum nimis crudeliter rebellantem præfatus Princeps navali expeditione properat, certatim altum mare ingreſſus, navium copia adunata.* Expeditio itaque navalis fuit, & altera quam idem Auctor ibidem narrat, pedeſtris.

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. III. ANNUS	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS
734.	4.	19.

I. Confeſſores plures ob cultum Sacrarum imaginum.

ANnus ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus trigeſimus quartus ſecunda Indictione, quo (inquit Theophanes) *a Leone Imperatore Theodorus Manſur in exilium miſſus eſt apud climata eremi*. Fuiſſe tradunt Theodorum Epiſcopum Grapſorum, Cantorem cognomento dictum, quod ſicut Joannes Damaſcenus, & Coſmas Majumæ Epiſcopus ſacros hymnos in Eccleſia tunc canendos luculentiſſime ſcriberet. At ſæviit eadem beſtia ferociſſima in alios ſanctos viros cultores ſacrarum imaginum, nempe Paulum, & Theoſterictum, quorum Græci celebrant anniverſariam natalis diem decimam ſeptimam menſis Martii: quorum priorem igne conſumptum tradunt: poſteriorem vero poſt multa mala in pace quieviſſe. Tunc etiam Theophilum monachum multa perpeſſum tradunt, cujus & natalem diem celebrant decimam die Octobris.

II. S. Joannis Abbatis confeſſio.

Porro ſic comparatus erat Leo cruenta beſtia, ut licet ſanguinem ſitiret Orthodoxorum ſibi contradicentium, invidens tamen ipſis gloriam conſummati martyrii, ab eorum nece ſæpe abſtinuerit, eos amandans longius in exilium. Sed audi certamen Joannis Abbatis monaſterii Gatharorum, de quo iſta quidem iidem Græci habent in Menologio: *Hic* (inquiunt) *ſub impio Imperatore Leone pro ſanctarum imaginum defenſione cum in exilium mitteretur, convocans multos, eoſque admonens: Vigilate, inquit, patres, & fratres ne a diabolo ad negandam ſanctarum imaginum venerationem ſubripiamini. Ductus autem ad Imperatorem, libera voce impietatem illi exprobrans, juſſus eſt in oculos verberari, ac ferreis catenis vinctus exul mittitur ad caſtrum Pentadactylum nomine, ibique ligatis pedibus carcere incluſus, decem & octo menſes detentus eſt. Poſt hæc in urbem ipſam in conſpectum Imperatoris, tanquam ad triumphum duxerunt. Denique poſt multas ærumnas cum aliis pluribus relegatus in Inſulam Aphruſiam, exactis illic duobus annis cum dimidio, viſione quadam admonitus, cum iis, qui illic cum ipſo erant, obitum ſuum prædixiſſet, migravit ad Dominum.* Hæc ibi. Porro Leo non ſemper ſe continuit ab inferenda Confeſſoribus nece, ut quæ anno ſequenti dicentur fidem faciunt. Hoc

---

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXII. Anno Hegiræ CXVI. inchoato die 20. Febr. fer. 4. A. C. 734.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6227.

☉ 25. C, ☽ 13. P, 28. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 734.

GREGORII III. PAPÆ 4.

LEONIS ISAURI IMP. 18.

CONSTANTINI COPRONYMI 13.

I. *Theodori duo ob Sacras Imagines vexati non confundendi.*

AD num. I. Theophanes ad annum XVIII. Leonis, quem a Kalendis Septemb. currentis Chriſti anni inchoat, ait, *Hoc anno Theodorus Manſuris filius ad deſerti regionem relegatus eſt*. Hic Sanctus Theodorus Manſur dicitur, *quod cum Sancto Joanne Damaſceno, cujus avus Manſur dictus eſt, communem ſanguinis ſtirpem nactus fuerit; vel quod nobilitate inter gentes præcipuas Manſuris appellationem nobilem enim & Principem familiare colloquio exponebat Abraham Ecchellenſis) promeritus ſit*, inquit Goarus in Notis. Stephanus tamen Diaconus in Vita Sancti Stephani Junioris Monachi & Martyris, quod videre eſt infra anno DCCLIV. num. XIV. dicit, Conſtantinum Copronymum vocaſſe Sanctum Damaſcenum per contemptum *Manſur*. Cedrenus in Chronico ſcribit: *Hic Sanctus Joannes* (nempe Damaſcenus) *una cum Coſma Majumenſi Epiſcopo, & Theophane fratre Theodori Graptorum Epiſcopi, Melodi ſive Cantores ſunt agnominati, eo quod melodiis comprehendiſſent eas cantilenas, quæ in Eccleſiis Chriſtianorum canuntur, prout ab eis compoſita, formataque ſunt*. Verum, ut animadvertit Combefiſius in Hiſtoria Hæreſis Monothelitarum pag. 745. Xilander locum illum Cedreni perperam interpretatus eſt; in Græco enim legitur, καὶ Θεοφάνης ἀδελφοῦ Θεοδώρου τῶν γραπτῶν, ideſt, *& Theophane fratre Theodori Grapti* a litteris fronti inuſtis ita appellati. Fuerunt enim *Theodorus & Theophanes Grapti*, ideſt, Jambis Verſibus inſcripti facies, punctim cæſa cute ad carnem ac inſperſo atramento, ut tradit Zonaras in Theophylo Imp. eo fere modo, quo Turcæ hodie Chriſtianos inviſentes ſacra loca ad pugnum inſcribunt. Quare Cedrenus & ejus Interpres Baronium in duplicem errorem impulere. Primo enim *Theodorum*, qui ſub Leone Iſauro Sacras Imagines defendit, Epiſc. Graptorum perperam facit. Secundo, *Theodorum* iſtum confundit cum alio *Theodoro Grapto*, fratre Theophanis, qui & ipſe Graptus dictus eſt, quique reddita Eccleſiis pace factus eſt Nicænus Epiſcopus ſæculo ſequenti poſt Theophili Imperatoris mortem, cujus juſſu tam Theodorus Monachus, quam Theophanes ipſe vultu inſcripti fuerant. Utriuſque fratris mentio eſt in Oratione Hiſtorica in Feſtum Reſtitutionis Imaginum a Combefiſio citato pag. 716. publicata. *Theodorus*, qui Leone Iſauro imperante relegatus eſt, cognomento *Cantor* appellabatur, quod ſicuti Damaſcenus & Coſmas Majumæ Epiſcopus Cantica Eccleſiaſtica ediderit. Denique *Graptorum* Urbs ficititia, & nulli Geographo cognita.

Ad num. II. Recitat Baronius Elogium S. *Joannis* Confeſſoris *Hegumeni* Monaſterii Catharorum, ex Menologio Græcorum ad diem XXVII. menſis Aprilis, ubi dicitur, eum ob cultum Sacrarum Imaginum plurima paſſum, tandemque cum aliis multis relegatum *in inſulam Aphuſiam, exactis illis duobus annis & dimi-* II.

III. (a) Bed. epiſt. hoc ann. (b) Bed. hiſt. Angl. lib. 5. c. ult. (c) Beda l. 5. c. 9.

Hoc eodem anno moritur in Anglia (a) Tacuinus Archiepiſcopus Dorovernenſis, vir (ut inquit (b) Beda) religione, & prudentia inſignis, ſacris quoque litteris nobiliter inſtructus: ſucceſſerat hic Berthuvaldo æque pietate, & doctrina conſpicuo (c) ſucceſſori Theodori, poſt Thacuinum vero anno ſequenti, Nothelmus nobilis pietate, ac doctrina pariter inſignis, ad quem ſcribens S. Bonifacius, de rebus ſibi dubiis conſuluit, nempe de cognatione ſpirituali matrimonium impediente, ut de re ſibi hactenus incomperta: nam plane accidit (quod fatetur) ipſum rei inſcium, errore lapſum eſſe: cujus rei gratia factum, ut non ſolum Nothelmum ipſum, ſed alios viros doctrina iofignes in Anglia exiſtentes conſuleret, ad quem adhuc ejuſdem eo argumento conſcriptæ extant epiſtolæ iiſdem temporibus datæ, quibus idem Bonifacius ſuæ mentis æſtus, & anguſtias, quas in miniſterio verbi pateretur, æque ſignificat. Scripta autem ad Nothelmum epiſtola ſic ſe habet:

IV. Ead. Cod. ep. 22.

Domino dilecto ſummi Pontificatus inſula prædito Nothelmo Archiepiſcopo Bonifacius exiguus ſervus ſervorum Dei, optabilem in Chriſto æternæ caritatis ſalutem.

Bonifacii epiſtola ad Nothelmum Archiep. Doruvernen.

Almitatis veſtræ clementiam intimis obſecro precibus, ut mei in veſtris ſacroſanctis orationibus memores eſſe dignemini, & navem mentis meæ variis Germanicarum gentium tempeſtatum fluctibus quaſſatam, precibus veſtris in portu firmæ petræ ſtabilire ſtudeatis, & ut communione fraterna non aliter, quam ut mihi venerandæ memoriæ anteceſſor veſter Berthuvaldus Archiepiſcopus exeunti a patria conceſſit vobiſcum adunatus ſim nexu ſpiritali, & glutino caritatis conjunctus; ſimiliter cum fraternis comitibus peregrinationis meæ Catholicæ Fidei unitate, & ſpiritalis amoris dulcedine ſemper ſociatus vobis eſſe merear.

De matrimonio in tertio gradu.

Similiter & diligenter obſecro, ut illius epiſtola qua continentur, ut dicitur interrogationes Auguſtini Pontificis, ac prædicatoris primi Anglorum, & reſponſiones S. Grgoris Papæ, exemplar mihi dirigere curetis, in qua inter cætera capitula continetur, quod in tertia generatione propinquitatis fidelibus liceat matrimonia copulare: & ut ſcrupuloſa cautela diligenter inveſtigare ſtudeatis, ſi illa conſcriptio ſupradicti Patris noſtri ſancti Gregorii eſſe comprobetur an non: quia in ſcrinio Romanæ Eccleſiæ, ut affirmant ſcriniarii, cum cæteris exemplaribus ſupradicti Pontificis quæſita non inveniebatur.

V. De cognatione Spirituali.

Præterea de uno peccato commiſſo, veſtrum conſilium audire deſidero, quod cuidam homini in matrimonium concedendo neſciens commiſi, quod hoc modo contigit: Homo quidam (ſicut multi ſolent alter alterius filium de ſacri baptiſmatis fonte) adoptavit ſibi in filium, cujus matrem poſtea viduatam marito duxit uxorem; quod Romani peccatum cenſent, ita ut in talibus divortia facere præcipiant, affirmant & regnantibus Chriſtianis Imperatoribus, illius matrimonii ſcelus capitali ſententia mulctandum, vel peregrinatione perpetua delendum. Ut ſi hoc in Catholicorum Patrum decretis, vel canonibus, vel etiam in ſacro eloquio pro tam magno peccato computatum eſſe inveneritis, indicare mihi curetis, ut & ego intelligendo cognoſcam, cujus auctoritas ſit in illo judicio: quia nullatenus intelligere poſſum: quare in uno loco ſpiritualis propinquitas in conjunctione carnali copulata grande peccatum ſit, quando omnes in ſacro baptiſmate Chriſti, & Eccleſiæ filii, & filiæ, fratres, & ſorores eſſe comprobemur. Similiter rogo, ut mihi ſtudeatis indicare, in quoto anno ab Incarnatione Chriſti Prædicatores primi a ſancto Gregorio miſſi ad gentem Anglorum veniſſent. Vale. Iſta ad Nothelmum Archiepiſcopum Bonifacius, qui & de eadem quæſtione conſuluit * Plecthelmum Epiſcopum, a Beda pariter ob doctrinam, ſanctitatemque laudatum. Sic ipſa ad eum data ſe habet epiſtola.

* Pecthelmum.

VI. * Pecthelmo.

*Venerando fratri a me diligendo * Pethel-*

PAGIUS

S. Joannes Abbas Monaſterii Catharorum ob cultum Imaginum varie vexatus.

midio, ad Deum migraſſe. Verum Henſchenius ad diem XXVII. menſis Aprilis refert verba Menæorum de hoc Sancto Abbate Cœnobii Catharorum, quibus liquet, hanc illuſtrem S. Joannis confeſſionem pertinere ad tempora Leonis Armeni, qui anno DCCCXIII. Orientis Imperium ſuſcepit. Aſſerunt enim Menæa S. Joannem cum ſuo Magiſtro profectum eſſe *ad Secundam Synodum Nicænam*, & poſtea Nicephorum Imperatorem præfeciſſe eum Cœnobio Catharorum, quod *annis paulo amplius decem* rexit. Poſt illud tempus ſubmiſſi a Leone Iconomacho, qui ipſum Joannem catenis vinctum Conſtantinopolim traxerunt, ubi Impius Imperator oculos ejus & faciem nervis bubulis atrociter cecidit, variiſque ſuppliciis affecit. Tandem *imperante Theophilo* relegatur *in inſulam Aphuſiam*, ubi *expleto biennio cum dimidio* ad Dominum exceſſit. Hæc ſummarie ex Menæis. Hinc intelligis, Leonis Iconomachi nomine Martyrologos ſæpius Leonem Armenum deſignare.

III. S. Bonifacius conſulit S. Pecthelmum Epiſc. Candida Caſa.

Ad num. VI. *Sanctus Bonifacius* per literas conſuluit *Pecthelmum*, vel *Pechelmum*, Epiſcopum, ab eoque quæſiit, ut ei indicaret, an peccatum eſſet, in matrimonium accipere viduam, cujus ante filium in baptiſmo adoptivum quis ſuſceperit, atque ſe id neque in antiquis Canonibus, nec in Decretis Pontificum, nec in calculo peccatorum, uſquam illud enumeratum eſſe ſe ſe cogooviſſe, petiitque, ut quid ſibi videatur ſignificet. Verum dubium, quod

Ex vod. Cod. ep. 27. Bonifacii epiſtola ad Pecthelmum.

thelmo Coepiſcopo Bonifacius exiguus ſervus ſervorum Dei, optabilem in Chriſto caritatis ſalutem:

Paternam ſanctitatis veſtræ clementiam intimis obnixe flagitamus precibus, quia nobis opus eſt periclitantibus, ut veſtris Deo dignis orationibus adjuvemur: & quia Germanicum mare periculoſum eſt navigantibus, precibus veſtris, Deo gubernante, ad æternæ tranquillitatis littus, ſine macula, vel damno animæ perveniamus. Et dum cæcis, proprias tenebras ignorantibus, & aſpicere nolentibus, lumen Evangelicæ veritatis offerre aitimur, tenebris propriorum peccaminum non involvamur, & non in vacuum curramus, aut cucurriſſemus; ſed veſtris interceſſionibus fulti, ad æternitatis lumen immaculati, & illuminati tendamus. Præterea parva munuſcula pro inditio caritatis direximus, id eſt, corparale, pallium album, ſtigmatum, variatum & villoſum ad tergendos pedes ſervorum Dei, quæ petimus, ut pro memoria accipere non dedignemini.

*De una quoque re veſtrum conſilium, & reſponſum deſideramus. Affirmant ſacerdotes per totam Franciam, & per Gallias, nec non, & * pro his maximi criminis reum eſſe hominem, qui in matrimonium acceperit illam viduam, cujus ante filium in baptiſmo adoptivum ſuſcipiebat: quod peccati genus (ſi verum eſt) hactenus ignorabam, & nec in antiquis canonibus, nec in decretis Pontificum Patres, nec in calculo peccatorum, Apoſtolos uſquam enumeraſſe cognovi. † Qua de re ſi aliquid uſpiam in Eccleſiaſticis ſcriptis diſputatum inveniſſetis, nobis indicare curate, & quid vobis videatur, noſſe vellemus. Soſpitatem veſtram ſanctis virtutibus proficere, & longo tempore valere te cupio in Chriſto.* Hactenus Bonifacii ad Pecthelmum epiſtola.

* De ſpirituali cognatione

† Maximam habitam eſſe rationem ejuſmodi vinculi ſpiritualis a Romanis Pontificibus Julio, Innocentio Caliſtino, atque Conciliis teſtatur Deuſdedit Papa in epiſtola ad Gordian. Epiſc. Hiſpan.

VII.

Fuit iſte (ut auctor eſt (a) Beda) primus Epiſcopus Eccleſiæ recens erectæ, dictæ Caſa candida, vir eruditione inſignis, quem habuiſſe (b) tradit ſucceſſorem Aldhemum æque diſertum, qui & poſt ſe ejuſmodi ſcriptorum monumenta re-

(a) Beda l. 5. c. ult.

(b) Beda l. 5. c. 19.

PAGIUS

quod Sanctum Virum adeo torquebat, hodie nullum eſt apud Catholicos, qui unanimi conſenſu docent, inter ſuſceptorem & eum qui baptizatur, ejuſque parentes ambos, cognationem exiſtere ſpiritalem, quæ Eccleſiaſtica lege matrimonium inter illos contrahendum quidem impedit, contractum vero dirimit, ut variis Canonibus oſtendit Serarius in Notis ad eam Epiſtolam, ubi & *Bonifacium* excuſat, quod ea de re dubitaverit, de qua ab eo dubitatum non fuiſſet, ſi Volumina, quæ pertinent ad Jus Canonicum, ſerius collecta non fuiſſent, eaque præ manibus habuiſſet.

IV. *Plecthelmus fuit ſocius S. VVironis Epiſcopi.*

Ad num. VII. Anno DCXXXI. num. V. & ſeoq. jam locutus ſum de *Sancto Vvirone* Epiſcopo, qui cum Sancto Pecthelmo ſeu Plechelmo in Gallias venit, ibique uterque Pippini Heriſtalli tempore, ideoque circa annum DCC. pedem fixit, & ejuſdem Pippini, non vero Pippini Landenſis, ut putavit Baronius confeſſionem audivit. Mortuo Wirone Pecthelmus eidem Pippino a Confeſſionibus fuit. In ejus enim vita legitur: *Ibi quoque cum Summo Sacerdote Domini confeſſione criminum facta, & accepta pænitentia, de humanitatis parte deflet contracta*, ſcilicet Pippinus. Pecthelmus, qui Epiſcopus nulli Sedi addictus diu fuit, renunciatus eſt poſtea Epiſcopus Candidæ Caſæ, *ut* teſtatur Beda lib. 5. cap. ult. de Epiſcopis loquens, qui Eccleſiis Anglicanis præerant anno DCCXXXI. quando Hiſtoriam gentis ſuæ abſolvit: *Pechthelm in ea, quæ Candida Caſa vocatur, quæ nuper multiplicatis fidelium plebibus, in Sedem Pontificatus addita, ipſum primum habet Antiſtitem.* Bollandus ad diem XXI. Februarii in Commentario ad Vitam Beati Pippini, Landenſis vulgo nuncupati, num. XLIX. ait, quoſdam temere credidiſſe Sanctum *Plechelmum*, Sancti Wironis ſocium, eumdem eſſe cum Pechthelmo, de quo ibi loquitur Beda; *nam XVII. tunc anni*, inquit, *ab obitu Pippini Heriſtalli effluxerant*. Verum vana hæc ratio; *Pecthelmus* enim XVII. & amplius annos Pippino Heriſtallo ſuperſtes eſſe potuit, & Auctores, qui de Pecthelmo locuti ſunt, eum Wironis ſocium fuiſſe docent. Wigornienſis illius mortem cum ſequenti Chriſti anno alligat, & Malmesburienſis in lib. de Pontif. pag. 273 ei Frethewaldum Succeſſorem aſſignat, quemadmodum & idem Wigornienſis, atque Malmesburienſis; *qui multo ante tempore in Vveſt-Saxonia commoratus Sanctiſſimi Aldelmi diſcipulatu intereſſe meruerat.* Quare perperam Baronius ſcribit, Bedam tradere Pecthelmum habuiſſe Succeſſorem *Aldhelmum æque diſertum.* Beda enim lib. 5. cap. 19. a Baronio citatus, ubi ſcripſit Heddi Antiſtitem Occidentalium Saxonum ad Deum migraſſe, ſtatim addit; *Denique Pechthelmus, qui cum Succeſſore ejus Aldelmo multo tempore adhuc Diaconus, ſive Monachus fuit, referre eſt ſolitus*, &c. ubi Beda Aldhelmum clare vocat Heddi, non Pecthelmi Succeſſorem, quod nullus negare poteſt. Vide dicta anno DCCV. num. XV.

V. *Chriſtiani in Hiſpania Judices habebant ex ſua gente.*

Poſtquam Saraceni pedem in Hiſpania fixere, Chriſtiani Sacris non vetiti, lites civiles arbitrio Judicum a Provinciæ Præfectis datorum dirimebant, juxta legum patriarum ordinem, communicata quoque Judicibus illis antiqua Comitis dignitate; ut Proceres Viros, qui ſupererant, Reipublicæ participes faciendo, ſine moleſtia illos atque plebem Chriſtianam in officio continerent. Quem Arabum uſum & modum Magiſtratibus illis præſcriptum eruit Petrus de Marca lib. 3. Marcæ Hiſp. cap. 2. num. 4. ex Privilegio quod Alboacemus Saracenus, Princeps Conimbricenſis, hoc anno ſubjectis ſibi populis conceſſit, juxta leges a *Muza* promulgatas. Extare illud ait Sandovallius pag. 88 in Monaſterio Lorbaoenſi haud procul Conimbra, in eoque iſta legi; *Ego ordinavi quod Chriſtiani habeant in Colimb ſuum Comitem, & in Guadatha alium Comitem de ſua gente, qui mantenent eos in bona jusgo ſecundum ſolent homines Chriſtiani. Et iſti component rixas inter illos, & non matabunt hominem ſine juſſu de Alcaide ſeu Alvacile Saraceno; ſed ponent illum a Pres de Alcaide, & monſtrabunt ſuos jusgos, & il-*

reliquerit. Scripſit, inquit, jubente Synodo ſuæ gentis, librum egregium adverſus errorem Britannorum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia perplura Eccleſiaſtica caſtitati & paci contraria gerunt; multoſque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ſubditi erant Britones, ad Catholicam Dominici Paſchæ celebrationem hujus lectione perduxit. Scripſit & de virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere, & verſibus hexametris, & proſa compoſuit. Scripſit & alia nonnulla, utpote vir undecumque doctiſſimus: nam & ſermone nitidus, & ſcripturarum, ut dixi, tam liberalium quam Eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus. Hæc Beda, qui & de eadem quoque ſpiritali cognatione voluit conſuluiſſe Duddonem Abbatem virum in Anglia doctrina celebrem, qui olim ejuſdem Bonifacii diſcipulus fuerat: ſicque diſcipulum ſuum conſulere non erubuit, quod vir eſſet humilis corde. Epiſtola autem perbrevis ſic ſe habet (a).

(a) Eod. Cod. ep. 28.

Dilecto filio Duddoni Abbati Bonifacius, qui & Vvinfredus, ſervus ſervorum Dei optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.

Memorem te eſſe, fili cariſſime, deſidero Sapientis cujuſdam ſententiæ, quæ dixit (b): Serva antiquum amicum, ut antiquam amicitiam, quam in pueritia jam olim cœpimus, & ſervavimus, non in ſenectute obliviſcaris, ſed recorderis patris tui, jam nunc decrepiti, & membris omnibus ad viam univerſæ terræ vergentibus; & licet parum doctus præceptor fuiſ-

(b) Eccl. 19.

Petit ad ſe mitti ſcripta.

PAGIUS

& ille dicebit. Bene eſt; & mutabunt culpatum. In populationibus parvis ponent ſuos Judices, qui rogant eos bene, & ſine rixa. Oihenartus in Notitia utriuſque Vaſconiæ lib. 2. cap. 6. aſſeris, alias Judices in Regno Navarræ *Alcaldes* appellatos fuiſſe, voce illa e Saracenis ad Chriſtianos traducta. Hinc *Vitales* Epiſcopus Oſcenſis de Magiſtratibus Saracenorum Hiſpan. *In quibuſdam locis Judices, in quibuſdam Alcaydi, dicti Juſtitia nuncupantur.*

VI. *Initium Principatus Navarra.*

Initium Principatus Navarrici in Regnum poſt aliquot annos evecti ad hæc tempora referendum. Saraceni, qui univerſam fere Hiſpaniam oppreſſere, *Pampelonem & Vaſcones* nunquam ſibi ſubjicere potuere, hique poſt funeſtam illam cladem, & libertatem & Religionem Catholicam conſervarunt, ut diſcimus ex Chronico Sebaſtiani Epiſcopi Salmanticenſis, qui ſæculo nono vixit, qui ideo quæ tunc geſta ſunt, melius ſcire potuit, quam qui tardius de iiſdem ſcripſere. Hæc ejus verba: *Era DCCLXXVII.* (anno ſc. Chriſti DCCXXXIX.) *poſt Faſilani*, &c. *Alava namque, Vizcaia, Aronæ* (Aragonia) *& Ordunia a ſuis incolis ſemper eſſe poſſeſſa reperiuntur. Sicut Pampilona, Degius* (vel Deyii & Deyerri) *atque Berroza*, vulgo *Berrueca*, Regio vicina Stellæ Oppido in hodierno Navarri Regno poſito. Hoc unicum fundamentum, quo in hujus Principatus exordio explicando inniti poſſumus, ideoque hunc locum juxta Manuſcripta Marcianenſia in Flandria, poſtea cum exemplari MS. Bibliothecæ Mazarinæ hoc ſæculo ab Anonymo eruditiſſimo collata citavi. *Navarrai* itaque ſuos ſemper Comites, Judices, aut Dominos libertatis & religionis defenſores habuere. Joſephus Moreſus Pampelonenſis e Societate Jeſu an. MDCLXIV Regni Navarrici *Antiquitates*, ann. MDCLXXXIV. ejuſdem Regni *Annales* in lucem dedit, multaque quæ hactenus latuerant, e tenebris eruit, quorum præcipua ſuis locis in medium adducemus; & quia editio Pampelonenſis Chronicorum Iſidori Pacenſis, Sebaſtiani Salmanticenſis, Sampyri Aſturicenſis, & Pelagii Ovetenſis facta juxta aliqua Manuſcripta, quæ in Hiſpania ſuperſunt, ſed miſerum in modum corrupta, ut Sandovallius, qui eam curavit, ingenue fatetur, eam aliquibus in locis corrigemus ope Codicis Anonymi, qui extat in Bibliotheca Mazarina. Avalus Piſcina, qui a ducentis circiter annis vixit, viderat antiquum Chronicon Vallis Iſcarbis, ſed Hiſpani hunc theſaurum perire paſſi ſunt. Nobis itaque *Piſcina*, cui aliqua Chronica Manuſcripta Navarræa quadringentorum aut quingentorum annorum ſuffragantur in hoc capite ſequendus. Teſtatur is, circa annum DCCXXX. *Garſiam* Beguriæ ſeu Veguriæ & Abarcucæ Dominum, *Ariſtam* vel *Arioſtham* cognominatum, partem illius Regionis obtinuiſſe. Hunc Marca in Hiſtorie Benearnenſi, & aliqui auctores *Bigorræ* in Francia Dominum perperam credidere; verum ad id probandum varia commenti ſunt, quæ ſe ipſis corruunt, & in quibus refellendis male tempus a nobis poneretur.

VII. *Ocba ad perſequendos Chriſtianos Hiſpania Præfectus conſtituitur.*

Interea *Ocba* hoc anno in Præfecturam Hiſpaniæ *Abdelmeleco* ſucceſſit. Nowcirius enim Arabs tradit, anno Hegiræ CXVI. menſe Februario currentis anni cœpto, *Obeydollam* Proregem Caliphæ in Africa Ocbæ Hiſpaniarum regimen commiſiſſe, ab eo, ut Chriſtianos perſequeretur, petitum, a quo non diſcedit Anonymus Andaluſianus, qui tradit Abdelmelecum *menſes ſeptem* Hiſpaniæ præfuiſſe. Ocba Pampelonem numquam antea debellatam expugnavit; ſed cum in ea coloniam Arabum non inſtituiſſet, antiqui Civitatis incolæ in ejus ſemper poſſeſſione permanſere, ut teſtatur Sebaſtianus Salmanticenſis. Univerſam etiam *Gallaciam* ubi *Pelagius* regnabat, domuit, inquit Anonymus Andaluſianus, hicque cum trecentis tantum perſonis ad rupes fortiſſimas confugit; ubi cum ab Ocba obſeſſus fuiſſet, alii ſe ei dedidere, alii fame periere, & eorum numerus ad homines triginta & feminas decem redactus fuit, qui melle tantum veſcebantur, quia in rupe ab eis occupata plurima apum examina erant. Muſulmanni ſeu Saraceni ea expeditione fatigati, & parvum illum numerum ſibi nocere non poſſe arbitrati, receſſere & Chriſtianos ludibrio habuere. Interim, ſubjungit Anonymus, illi temporis progreſſu potentes evaſere, & Muſulmannis terrorem incuſſere. Id hoc vel ſequenti anno contigiſſe videtur. Numeri enim apud Iſidorum Pacenſem depravati, qui pag. 59. hæc de ea ſcribit: *Cui* (nempe Abdelmeleco) *& mox poſt modicum in Era* DCCLXXV. & Arabum CXVIII, Iſcam XV. (corrigendum, Era DCCLXXII. Arabum CXVI. Iſcam XII.) *Succeſſor venit nomine Aucupa* (idest Ocba) *qui . . . prædeceſſorem* (nempe Abdelmelec) *vinculo alligans*,

Digitized by Google

fuiſſem, tamen tibi omnium devotiſſimus, ut ipſe teſtis es, eſſe ſtudui: illius devotionis memor mei jam ſenis, Germanici maris tempeſtatibus undique quaſſantibus fatigati recorderis, hoc eſt, ut orationibus ad Dominum fuſis, me ſublevare ſtudeas, & ſanctis ſcripturis adjuvare, maxime in ſanctorum Patrum ſpiritalibus tractatibus, qui ſpirituales tractatus magiſtri legentium ſacrum eloquium eſſe dignoſcuntur. Rogo ut mihi in adjutorium divinæ ſcientiæ partem tractatus ſuper Apoſtolum Paulum, quæ mihi deeſt, mittere digneris: habeo enim ſupra duas epiſtolas tractatus, id eſt, ad Romanos, & ad Corinthios primam. Similiter, & quicquid in ſacro ſcrinio invenèris, & mihi utile eſſe arbitreris, & me latere, vel ſcriptum non habere exiſtimes, inſinuare velis, ſicut fidelis filius, licet ruſtico patri, & reſcripta beatitudinis tuæ dirigere dignare, ſi tibi placuerit, ut ſemper ambo inter nos ita faciamus. Quicquid tibi filius meus Eoba presbyter, gerulus litterarum mearum verbo indicaverit de matrimonio commatrum, quarum filios ſuſcepimus in baptiſmo, in ſcripturis quære, unde judicetur capitale peccatum eſſe apud Romanos; & ſi alicubi in ſcriptis Eccleſiaſticis de hoc peccato diſputatum aliquid reperies, mihi manifeſtare non dubites. Vale, dilectionem beatitudinis tuæ proſperis ſucceſſibus proficere in Chriſto, optamus. De ſpirituali impedimento Matrimonii.

Sep-

PAGIUS *gans*°, *Judicet ab eo prepoſitus fortiter damnat. Certe .... deſcriptionem populi facere imperat, atque exactionem tributi ardue agitat; perverſos Hiſpania, vel diverſis vitiis implicatos rationibus appoſitis maria tranſvolat* (legendum forte transvectat) *ſiſtum ex diverſis occaſionibus promptiſſime ditat; abſtemius ex omni occultatione perſeverat, neminem niſi per juſtitiam propria legis damnat.*

VIII. *Saracenorum diſſenſiones Chriſtianis Hiſpaniæ utiliſſimæ.* Anonymus Andaluſianus aſſerit, *Ocbam* verſus Narbonenſem tractum exercitum moviſſe, quod & Iſidorus Pacenſis, habet, ſed neuter in eo bello geſta narrat. Iſidorus ait tantum: *Expeditionem Francorum cum multitudine exercitus adtemptat*, nempe Ocba. Anno poſt bellum illud elapſo, Barbari Africæ tributis oppreſſi contra *Obeydallam* Præfectum ſuum rebellant, idque juxta Novveirium Arabem, anno Hegiræ CXX. Chriſti ſcilicet DCCXXXVIII. annoque inſequenti Iſcami Caliphæ & Obeydallæ Proregis Africæ copiæ a rebellibus fuſæ in Regione Tingintana. *Ocba* de bello Francis inferendo cogitabat; ſubdit enim Iſidorus: *Deinde ad Cæſaraugustanum Civitatem pergrediens; ſe ſe cum inſiata Claſſe apte recepta*, ubi Claſſis exercitum terreſtrem ſignificat, & loco horum verborum, apte recepta, in correctionibus Codicis Mazarinei legitur, *aucte receptat*. Subjungit Iſidorus: *Sed ubi rebellionem Maurorum per Epiſtolas ab Africa miſſas ſubito lectitat, nec mora, quanta potuit velocitate, Cordubam repedat*. Notat Anonymus Andaluſianus Barbaros non tantum Tingim, ubi ſeminas, puerosque occiderunt, cepiſſe; ſed etiam inſtructa acie adverſus Omarum exercitum Caliphæ Præfectum pugnaſſe, eumque occidiſſe an. Hegiræ CXXI. an. ſcilicet Chriſti DCCXXXIX. Iſidorus prodiit Ocbam in Africam ad ſuorum auxilium traieciſſe: *Navibus preſtolabiliter adventatis, maria tranſnatat, ſi quos ex eis* (nempe Mauris) *contradictores ..... reperit gladio jugulat; ſicque cuncta optime diſponendo propria Sedi* (nempe Cordubenſi) *clementer ſe ſublimat; qui & poſt paululum, peracto quinquennio Abdelmelic præfato* (legendum videtur, præfatus) *regnum reſtaurans, infirmitate correptus ſæculo migrat*, nempe Ocba. Ebnalgouria vero, Anonymus Andaluſianus, & Novveirios in ſua Hiſtoria Africana ſcribunt, Hiſpaniarum populos, Mauritanorum exemplo, rebellaſſe; *Ocbam* depoſuiſſe & Gubernatorem elegiſſe *Abdelmelecum*, filium Cahtani antea Hiſpaniarum Præfectum, qui in carcere detinebatur, ex quo eductus, ut in priſtinam dignitatem reſtitueretur. Addit Anonymus Andaluſianus hæc contigiſſe anno Hegiræ CXXI. Abdelmelecum pacificum in ſuo munere fuiſſe reliquo anno, annisque Hegiræ CXXII. & CXXIII. & hoc ultimo bella civilia inter Arabes recrudui ſſe, ac annos circiter XVI. aut XVII. perduraſſe. Quæ prætermittenda non fuere, cum, per has Saracenorum clades Chriſtiani conditionem ſuam meliorem fecerint, harumque præſidio Regnum *Legionenſe*, & Principatus *Navarrens* incrementa cœperint.°

IX. *Bellum Friſicum a Carolo profligatum.* Carolus Major Domus Franciæ bellum Friſicum, quod anno ſuperiori ſuſceperat, hoc anno confecit. In Annalibus enim Petavianis & Maſciacenſibus legitur *DCCXXXIV. Carolus pervenit in Friſiam uſque internecionem*, quod & in Chronica San-Dionyſiano, & Annalibus Nazarianis, ſed fuſior in Metenſibus habetur: *Anno ab Incarnatione Domini DCCXXXIV. Carolus Princeps in Friſiam proficiſcitur, omneſque rebelles ejus gentes trucidavit, cæteroſque, quos vivos reliquit, acceptis obſidibus ſuæ ditioni ſubjugavit*, inquit Annaliſta Metenſis. Denique Continuator Fredegarii cap. 109. *Vveſtragiam* (ſeu Weſtergoviam) *& Auſtrachium* (ſeu Oſtergoviam) *inſulas Friſionum penetravit* (non vere inſulas ſed terras Oceano, & quidem reſtagnante, lacubus & fluviis fere impervias) *ſuper Burdine fluvium* (qui priſcum hodie nomen, Burden ſcilicet, retinet) *caſtra ponens* (hic de terreſtri, ut anno ſuperiori innui, expeditione agitur) *Poponem Gentilem Ducem illorum fraudulentum Conſularium interfecit, exercitum Friſonum proſtravit: fana eorum idololatria contrivit, atque combuſſit igni, cum magnis ſpoliis & prædis victor reverſus eſt in regnum Francorum*. Ex quibus liquet, Auctorem Annalium Metenſium erraſſe cum duas Caroli in Friſiam expeditiones annis DCCXXXIV. & DCCXXXVI. refixit, & inter utramque bellum Aquitanicum; quod ex ſequentibus magis patebit.

I. SEptingenteſimus trigeſimus quintus Redemptoris annus tertia Indictione ſignatur, quo tempore, ſæviente magis Leonis rabie adverſus cultores ſacrarum imaginum, nihil remiſſum eſt cœptæ perſecutionis, ſed aucta ipſa magis: ſiquidem Hippatium Lydorum Epiſcopum, & Andream dire excruciatos necavit: de his enim Græci in Menologio vigeſima die menſis Septembris hæc habent:
Hippatii & Andreæ Martyrium. *Commemoratio ſanctorum Patrum, & Martyrum Hippatii Epiſcopi, & Andreæ presbyteri, qui cum ſanctarum imaginum cultum valide propugnarent, audiens iſta Leo, ad ſe Epheſo venire jubens, detruſit in carcerem, & excarnificari præcepit; inſuper & capitis cutem extrahi, deſuperque pictas tabellas congeſtas accendi, barbamque pice liquente conſpergi, & ſic incendi. Sicque per Conſtantinopolitanam urbem diſtracti, ad partes Xirolophi perducti jugulati ſunt, expoſitaque ipſorum cadavera canibus. Quo etiam tempore egregium ſpectaculum edidit Gregorius Limniota monachus propemodum centenarius, de quo iſta Græci itidem in Menologio vigeſimaquarta menſis Auguſti.* Gregorii Limniotæ Martyrium. *Commemoratio ſancti Patris noſtri Gregorii Limniotæ, qui a puero in monte Olympico monaſticam vitam exercuit, & ſub Leone Imperatore ſacras imagines frangente, & venerandas Sanctorum reliquias comburente, cum libere admodum veritatem prædicaret, atque Tyrannum redargueret impietatis, in ſumma ſenectute (annum enim agebat nonageſimumquintum) multiplices cruciatus perpeſſus; poſtremo abſciſſis manibus, & combuſto capite, gratias agens Deo, ipſi ſpiritum commendavit.* Hæc ibi. Quod autem audis ipſum capite fuiſſe combuſtum, idem, quod nuper dicti Martyres paſſi ſunt, intelligas toleraſſe ſupplicium.

II. Paſſi ſunt graviſſima eodem tempore Procopius, & Baſilius, de quibus etiam in Menologio Baſilii imper. die vigeſima ſeptima Februarii hæc habentur: *Hi ſub Leonis Iſauri Iconomachi fuerunt Imperio, mundum, & quæ in mundo ſunt relinquentes, fiunt monachi, & bene prius exercitati, hæreſi poſtmodum in ſanctas imagines excitata, ſtudioſe reſtiterunt Ico-*

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXIII. Anno Hegiræ CXVII. inchoatu die 30. Januar. fer. 2. A. C. 735.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6228.

☉ 16. B. ☽ 14. P. 27. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 735.

GREGORII III. PAPÆ 5.

LEONIS ISAURI IMP. 19.

CONSTANTINI COPRONYMI 16.

I. S. Macarius Hegumenus ſæculo ſequenti Sacras Imagines defendit. AD num. II. & ſeqq. Quia Menæa & Menologia, dum de Sanctis Martyribus, qui pro Sacrarum Imaginum defenſione mortem oppetiere, verba faciunt, Imperatoris nomen ſub quo paſſi ſunt, aliquando tacent, & aliquando tantum aſſerunt eoſdem *Leonis Imp. juſſu* morti traditos. Baronius ſub Leone Iſauro de quibuſdam Martyribus mentionem facit, quos ſub aliis Imperatoribus Iconomachia Martyrii gloria coronatos eſſe conſtat.

Meminit hoc anno *Sancti Macharii* Hegumeni Monaſterii Pelecetæ, vel Peleceтes in Aſia ſiti, cujus extat Elogium ex Menæis in Actis SS. Bollandianis, ad diem primam menſis Aprilis, in quo dicitur eum a *Sancto Taraſio* Patriarcha Conſtantinopolitano Sacerdotem ordinatum fuiſſe, ſed cum Leo Armenus imperaret, Nicephorum Patriarcham Taraſii Succeſſorem, & varios Epiſcopos ac Archimandritas relegationibus, carceribus, verberibuſque graviſſimis afflixiſſe. Sanctus Macarius unus ex illis, *varie cruciatus fuit, atque in cuſtodia detentus eſt, uſque ad immanis illius tyranni necem. Cujus imperium ſuſcipiens Michael Balbus, & ipſe tandem cum Deceſſore impietatem profitens*, Macarium in quamdam inſulam relegavit, ubi *tempore non modico* pluribus exantlatis certaminibus, ad Dominum emigravit. Quare cum Michael Balbus anno DCCCXX. Imperium inierit, *Macarii* Martyrium ad ea tempora referendum.

II. S. Georgius Epiſc. Mitylenæ ſæculo ſequenti pro ſacris Imaginibus certavit. *Sanctus Georgius* Epiſcopus Mytilenæ, in inſula Lesbo primum ſub Leone Iſaurico claruit, & forte ante ſuſceptum Epiſcopatum, inquit Papebrocius ad diem VII. Aprilis, quo colitur, ex ſectis SS. germanorum fratrum Davidis, Georgii, atque Simeonis, claruerat, ruſumque ſub Leone Armeno anno circiter DCCCXVI. Orthodoxam religionem & Sacrarum Imaginum Venerationem fortiter propugnavit. Unde cum Imperator eum in ſuam ſententiam pertrahere non poſſet, *in perpetuum ad mortem uſque exilium relegavit Cherſonam*. Ibi diu vivere non potuit, cum videatur ultra decrepitam ætatem tunc vitam propagaſſe.

III. SS. Nicetas & Euſchemo Epiſcopi incerto tempore pro ſacris Imaginibus paſſi. Meminit etiam Baronius num. III. *Sancti Nicetæ* Confeſſoris, Epiſcopi Apolloniadis, qui die XX. menſis Martii colitur, de quo jam egerat anno DCCXXXIII. num. II. Mentionem ejus faciunt Martyrologium Romanum, Menologium Græcorum & Menæa ad XX. Martii in laudatis Actis Bollandianis ad eumdem diem citata, ſed nullus temporis character in eis memoratur, ex quo deligi poſſit ſub quo Imperatore Iconomacho in exilium pulſus fuerit. Addit Baronius, glorioſo titulo Confeſſionis, etiam illuſtratum eſſe *Sanctum Eudæmonem Epiſcopum Lampſacenum*. Verum Bollandus ad diem XII. Martii, quo *Sanctus Euſchemo* Epiſcopus Lampſacenus in Helleſponto celebratur, ait in nullis Græcorum Faſtis *Eudæmonis* Epiſcopi Lampſaceni memoriam occurrere, ſed tantum Euſchemonis, quem Menæa & Maximus Cytherorum Epiſcopus memorant his verbis *Eodem die S. Patris noſtri & Confeſſoris Euſchemonis Epiſcopi Lampſaceni*. Laudatur etiam Euſche-

Certamina SS. Martyrum.

conomachis. Unde comprehenſi, multaque paſſi tormenta, non ceſſerunt, ſed ad mortem uſque veritatem prædicabant: quamobrem immaniter laniati ſunt, & detruſi in carcerem, ubi manſerunt uſque ad Imperatoris obitum, & liberati, ſancto fine quieverunt. Subiit idem certamen Sergius Confeſſor, de quo pariter eſt memoria in eodem Menologio die decima tertia Maii. His acceſſit Macarius Confeſſor, qui ob eamdem cauſam exul vitam finivit, de quo in Romano Martyrologio die prima Aprilis. Idemque quoque ſtadium cucurrit Theophilus monachus, cujus natalis dies colitur ſecunda Octobris in Menologio Baſilii Imp. ubi dictum ejus certamen ita deſcribitur: *Sanctus Pater noſter, & Chriſti Confeſſor Theophilus monachus, & Deum timens, ſub Leonis Iſauri Principatu certavit: nam conſpicatus eum ſanctas ſtudentem imagines ſubvertere, & omnes ad Iconomachorum pervertere ſectam: divino motus zelo, coram eo ſtetit, ſummaque cum fiducia redarguit, impium vocans, & Antichriſti præcurſorem, & orthodoxæ negatorem fidei. Cum igitur illum in iram atque furorem concitaſſet: primum quidem crudeliter vapulavit, & miſſus in carcerem fame cruciari finitur. Carcere eductus rurſus, ſanctorum adorationem, & cultum juſſus abnegare imaginum, nec acquieſcens, in exilium mittitur: ubi multas paſſus tentationes, & incommoda ferens in omnibus Deum glorificans, & ipſius ſancto gratias agens nomini, ad Chriſtum lætus migravit.* Hæc ibi.

III. Alii Martyres, & Confeſſores ſub Leone.

Fuerunt iſtæ primitiæ Deo oblatæ. Porro ingens crevit numerus Confeſſorum, qui retinentes priſtinum uſum cultus ſanctarum imaginum, multa ubique ab obviantibus Iconomachis paſſi ſunt, cum omnes libere in eos inſurgere, Imperatoris edicto concederetur. Tunc, & illuſtratus eſt glorioſo titulo confeſſionis S. Eudæmon Epiſcopus Lampſacenus, qui poſt multa certamina in exilium miſſus, ibidem moriens, vitæ coronam accepit: cujus memoria a Græcis decimaquarta Martii annis ſingulis agitur. Similiter & Niceta Epiſcopus Apolloniadis, cujus diem anniverſarium Græci celebrant vigeſima Martii. Similiter & Georgius Epiſcopus Melitenus, & ipſe ob eamdem confeſſionem in ſanctos Confeſſores relatus, cujus natalis dies ſeptima Aprilis reperitur in tabulis Græcorum adſcriptus. Sicut & Baſilius Epiſcopus Parii, cujus anniverſaria die ce-le-

PAGIUS

ſchema in Menologio Baſilii Imp. & in duplici Synaxario a Bollando laudato, ſed nullus in eis temporis character habetur, quo perduci poſſimus in cognitionem Imperatoris ſub quo paſſus eſt. In iiſdem Actis Bollandianis ad diem XII. menſis Aprilis varii laudantur Menæi, aliique Eccleſiaſtici Græcorum libri, in quibus mentio de Sancto *Baſilio* Epiſcopo Parii in Myſia Minore, ejuſque certamina pro Sacris Imaginibus, ac victoriæ celebrantur, ſed nullibi Imperatoris nomen ſub quo pro iiſdem decertavit, exprimitur. Ejus etiam meminit Baſilius Imp. in ſuo Menologio, ſed ad diem XIII. menſis Aprilis.

IV. Sergius Baſilius & Procopius propter ſacras Imagines relegati.

Sanctus Sergius Conſtantinopoli natus, ab Iconomachis comprehenſus, & *ad impium Imperatorem Leonem adductus*, cum a Sacrarum Imaginum cultu recedere nollet, fune ejus collo alligato per fora protractus fuit; deinde in carcerem detruſus, divitiiſque ſuis orbatus, *una cum uxore ſua Irene ac liberis relegatus fuit*, inquit Baſilius Imp. in ſuo Menologio ad diem XIII. Maii, ubi Baronius Leonem Iſauricum interpretatur; ſed cum in Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, in Actis Bollandianis ad eum diem citato eadem ac in Menologio Baſilii fere recitentur, & ibidem *Sergius* dicatur juſſus eſſe apparere *coram perſecutore & impio Imperatore Theophilo*, hæc Sancti Sergii confeſſio referenda videtur ad ſæculum ſequens, quo Leo Armenus & Theophilus Imperatores Orthodoxos Imaginum cauſa perſecuti ſunt. Denique Sancti Monachi *Baſilius & Procopius Decapolita*, inſcripti Martyrologio Romano ad diem XXVII. menſis Februarii, dicuntur in variis Menæis tempore Leonis pro Sanctorum Imaginum cultu variis cruciatus perpeſſi; ſed cum in Menologio Baſilii Imperatoris a Baronio ann. II. citato dicantur ſub Leone Iſauro Iconomacho immaniter laniati & detruſi in carcerem, *ubi manſerunt uſque ad Imperatoris obitum*, non videtur dubitandum, quin per hæc tempora glorioſam illam confeſſionem uterque ediderit. Eorum Elogium legendum in Actis SS. Bollandianis ad diem XXVII. menſis Februarii.

V. Carolus Vaſconiam ſuæ ſubjicit ditioni.

Hoc anno Carolus Major domus bellum geſſit in *Aquitania*, quam veteres Annaliſtæ Francorum *Vaſconia* nomine exprimunt. In Annalibus Nazarianis & Petavianis ad annum DCCXXXV. hæc verba leguntur: *Karlus cum exercitu fuit in Wvaſconia*, vel *Carolus vaſtavit Wvaſconiam*, poſt obitum ſcilicet Eudonis hoc anno fato functi ut Continuator Fredegarii cap. 109. qui anno ſequenti Opus ſuum abſolvit; his verbis teſtatur: *In illis diebus Eudo Dux mortuus eſt. Hæc audiens præfatus Princeps Carolus inito conſilio Procerum ſuorum, denuo Ligerem fluvium tranſiit, uſque Garumnam vel Urbem Burdegalenſium, vel Caſtrum Blaviam veniens, occupavit, illamque Regionem cepit ac ſubjugavit, cum Urbibus ac ſuburbanis Caſtrorum.* Idem habet Annaliſta Metenſis, qui addit: *Ducatumque illum ſolita pietate Hunaldo filio Eudonis dedit* (ſcilicet Carolus, *qui ſibi & filiis ſuis Pippino & Carolomanno fidem promiſit*. Eudoni duo filii fuere, *Hunaldus* poſt patrem Dux, & *Hatto*, de quo Annaliſta Metenſis ad annum DCCXLII. Hiſpani *Eudonem* inter Hiſpanos in Cantabria, ſed alii natum affirmant inter Francos in Aquitania, cujus Ducatum obtinuit. Porro Francia Tranſligeritana duobus Ducatibus, Aquitaniæ videlicet & Waſconiæ, conſtabat. Ducatus *Aquitania* complectebatur Aquitaniam Primam & Aquitaniam Secundam, Ducatus *Vvaſconia* Novempopulaniam, ut ex Auctoribus Francicis liquet. Quare alia fuit *Aquitania*, olim *Vvaſconia*, alii Aquitani, alii Waſcones; alii

Du-

lebrandam memoriam habent Græci notatam in Menologio decimatertia menſis Aprilis. Hi, & alii ex impietate, & crudelitate Imperatoris immortales texuerunt ſibi coronas.

PAGIUS Duces Aquitaniæ, alii Duces Waſconiæ. Ab Auctoribus tamen iſtius ſæculi Aquitania cum Waſconia, Aquitani cum Waſconibus, Duces Aquitaniæ cum Ducibus Waſconiæ ſæpe confunduntur. Ea ratione Provincia, quam *Eudo* cum Ducis titulo regebat, modo vocatur Aquitania, modo Waſconia, & ipſemet Eudo modo Dux Aquitaniæ, modo Dux Waſconiæ a coævis Scriptoribus nuncupatur. De *Eudone* legendus Oihenartus in Notitia utriuſque Vaſconiæ lib. 2. cap. 17. qui lib. 3. cap. 5. pluribus agit de Aquitania & Vaſconia.

I. SEquitur annus Redemptoris ſeptingenteſimustrigeſimus ſextus Indictione quarta notatus, quo Utilo Dux Bojoariorum erga Romanam Eccleſiam, uti ſui prædeceſſores, ſtudioſiſſimus, defuncto Bojoariorum Epiſcopo, Romam ad Gregorium Papam conſecrandum Wilnilum miſit. Quod præſtitit libenti animo ſanctus Pontifex, quem conſecrans ad eam regendam Eccleſiam miſit. Hæc ex epiſtola ejuſdem Gregorii ad Bonifacium conſtant, & ex Actis (a) ejuſdem Bonifacii additis ad vitam ab ejus diſcipulo ſcriptis, de quibus inferius dicendum erit.

(a) *Vit. S. Bonif. l. 1, c. 6. 32.*

II. Quod ad res pertinet Orientis, cœpta ſemel perſecutio in ſacrarum cultores imaginum majoribus in dies incrementis propagatur, utpote quæ non exagitavit tantum proximos Confeſſores, ſed etiam longe poſitos, inter quos fuit egregius athleta Joannes Epiſcopus Gothiæ, cujus natalem diem iſto elogio celebrant Græci in Menologio: *Eadem die decima ſexta Martii ſancti Patris noſtri Joannis Epiſcopi Gothiæ ex Tauro Scytharum regione, temporibus Leonis Iſaurici ſanctarum imaginum oppugnatoris: quarum venerationem cum beatus Epiſcopus defenderet, ob impio illo Imperatore ærumnas, & exilium paſſus pro Catholicæ fidei defenſione, ex hujus vitæ moleſtiis ad cæleſtem vitam tranſlatus eſt.* Hæc ibi.

III. Sed ad alia tranſeamus. Gerebat præfecturam Urbanam his temporibus Philippus æqui amantiſſimus, qui ab Impera-

---

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXXIV. Anno Hegiræ CXVIII. inchoato die 19. Januar. fer. 6. A.C. 736.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6229.

☉ 27. AG. ☽ 15. P. 8. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 736.

GREGORII III. PAPÆ 6.

LEONIS ISAURI IMP. 20.

CONSTANTINI COPRONYMI 17.

I. *Conſtantini Copronymi ſævitia in patrem S. Taraſii Patriarchæ Conſtantinop.*

AD num. III. Ignatius Diaconus, Sancti Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani diſcipulus, in hujus Sancti Vita, quæ extat in Actis SS. Bollandianis, ad diem XXV. Februarii, cap. 1. loquens de parentibus ejus, genere Patriciis, dicit *Georgium* ejus patrem fuiſſe Judicem integerrimum; quod ex eo probat, quod cum paupereculæ quædam feminæ accuſatæ fuiſſent de infantibus interfectis, cum portis etiam clauſis domos ſubiiſſent, eas ab omni crimine abſolverit. *Qui tunc autem rerum potiebatur (valde enim defendebat phantaſiam,) cum ſenſiſſet ſic judicaſſe Georgium, juſſit eum ad ſe adduci, a quo evidenter edoctus de vero exitu lata a ſe ſententia, eum quidem occidit per ſummam ignominiam; latam autem ab eo ſententiam vel invitus comprobat,* inquit Ignatius. Baronius eum Imperatorem interpretatur *Leonem Iſauricum*; ſed Ignatius intelligit Conſtantinum Copronymum ejus filium, qui literis operam dederat. Præterea Baronius loco *Georgii* ſubſtituit *Gregorium*, aitque, Philippum geſſiſſe tunc Præfecturam Urbanam, & juſſum eſſe cædi ab Imperatore, quod illas mulierculas abſolviſſet tanquam innoxias. Sed hæc non leguntur, neque in editione Bollandiana, neque in Suriana. Quare neſcio quo caſu hæc in Annales irrepſerint. Porro Copronymum in literis verſatum fuiſſe Scriptores, qui hoc & ſequenti ſæculo vixere, teſtantur. Theoſterictus Monachus & diſcipulus S. Nicetæ Hegumeni Medicienſis in Bithynia, Sacrarum Imaginum defenſoris, de Copronymo loquens cap. 4. ait: *Ipſe ego legi tredecim illius oratiunculas, quas tradidit duabus hebdomadis recitandis, quæ nullam continent Precationem.* Inter partes enim orationis parænticæ cujuſcunque numerabatur Προσευχή, orationem concludere ſolita; quæ cum de Sancto aliquo inſtituebatur, panegyricus ſermo, ad ipſum quoque dirigebatur, alias plerumque ad Deum; & ſaltem conſueta illa adhibebatur clauſula, qua Sanctiſſimæ Trinitati dabatur *honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.* Quæ cum in ſuis orationibus præter morem inſtitutumque Chriſtianorum neglexiſſet *Theoſterictus* voluit hoc notare tanquam inſignem impietatem. Mitto alia ejus quæ ſuperſunt doctrinæ argumenta.

II. *Fredegarius ejuſque Continuator annum a Paſchate exordiuntur.*

Continuator Fredegarii, cujus Hiſtoria inchoatur a cap. XCI. in vulgato Fredegarii Chronico, ut ſuperius demonſtravi non vero a capite nonageſimo ſeptimo ejuſdem Chronici, uti Cointio, aliiſque Viris doctis viſum fuit, hoc anno cap. 109. ait: a *Paſſione Domini uſque in iſtum annum præſentem in Cyclo Victorii anno CLXXVII. Kal. Januar. die Dominica anni DCCXXXV.* Kalendæ Januariæ currentis Chriſti anni in diem Dominicum inciderunt; fuit enim litera Dominicalis A G. & Victorius, qui priorem ſuam Periodum quingentorum & triginta duorum annorum a Kalendis Januariis anni Chriſti XXVIII. inchoat, ſecundam a Kalendis Januariis anni Chriſti DLX. exorditur. Continuator vero Fredegarii annos a Kalendis Martii, ſicuti Fredegarius auſpicatur, ideoque qui nobis Eram vulgarem ſequentibus eſt annus Chriſti DCCXXXVI. eſt huic Continuatori uſque ad Kalendas Martias DCCXXXV. Victorius uſus non eſt Era Incarnationis, ſed Era Paſſionis, ideoque primum Chriſti annum ab anno Eræ vulgaris XXVIII. deducit, & ſic deinceps. Ad hunc hujus Continuatoris locum Viri aliqui doctiſſimi offenderunt. Cointius hoc anno num. III. dicit, hunc Continuatorem Victorio longe recentiorem, non a Kalendis Januariis, ſed a Paſchate principium annorum petere. Verum Victorius etiam a Paſchate annos Paſſionis inchoat, & in hoc tantum differt a Continuatore, quod is annos Incarnationis, ipſe vero annos Paſſionis uſurpet. Et licet Continuator *Paſſionis* nomine utatur, ſicuti Victorius, ea tamen voce Incarnationem intelligit; cum verſu præcedenti loco *Paſſionis* Adventum Domini poſuerit; qui loquendi modus ab aliis An-

Digitized by Google

Philippi Præfecti judicium de Strigis. ratore ipſe juſſus eſt cædi, quod abſolviſſet quaſdam mulierculas, tamquam innoxias. Rex geſta, memoratu digna, ita deſcribitur ab Ignatio diacono in Taraſio his verbis: *Accuſatæ fuerant cædem feciſſe lactentium infantium pauperculæ quædam feminæ, per foramen domorum, vel portis etiam clauſis ſubeuntes, & ex improviſo infantes interficientes. Quæ etiam trahebantur in judicium ab iis, qui credebant fabulis, & nolebant Chriſti Dei noſtri ſequi doctrinam, quæ ſimulacris, & phantaſmatibus nequaquam decipitur.* *Ann. Eccl. Tom. XII.*

Eſt enim apud Græcos in fabulis femina quædam, Gello nomine, quæ dicitur, cum immatura morte vitam abrupiſſet, quibuſdam ſpectris acceſſiſſe ad recens natas infantes, & eos interfeciſſe. Hujus fabulæ improbo pellecti, ac decepti ſpiritu, qui ea dicebant probabiliter, conantur etiam ad mulierculas transferre hoc execrandum ſcelus, & eis adſcribere in ſpiritum converſis cauſam earum, qui moriebantur ante tempus. O ſtuporem, a cordis oculorum cæcitatem! *Si corpus longitudine, profunditateque, & latitudine compactum,*

PAGIUS Antiquis aliquando etiam uſurpatus, ut advertit Mabillonius in lib. 2. de Re Diplomat. cap. 23. Verum Vir doctiſſimus Tomo 3. Veter. Analect. pag. 318. ubi obſervavit, annum a Paſchate olim apud Gallos inchoari ſolitum, perperam ſcribit: *Indubie in uſu apud eos tum recepti Cycli Victorii, qui a Paſchate novum annum inſtituit, ut ex relato Fredegarii loco Chiffletius recte obſervat.* Ubi Fredegarii nomine ejus Continuatorem intelligit. Chiffletius autem in Notis ad Hiſtoriam Bedæ, recitato laudato Continuatoris Fredegarii loco ait, illo concurſu Dominici diei cum Kalendis Januariis deſignari annum Eræ Chriſtianæ DCCXXXVI. a Chriſti Natali deductum, ac notatum littera Dominicali A; cum tamen laudato Anonymo Fredegarii Continuatori ſit annus DCCXXXV. quia hic a Paſchate annos ſuos auſpicatur; ideoque in Kalendis Januariis anno uno minus computat. Ita Chiffletius, qui indicare videtur Victorium tam annos ſuæ Periodi, quam annos Paſſionis a Paſchate deducere, ſicuti eum Mabillonius explicat, &c. ut ipſemet Mabillonius docet Tomo 3. Analect. in Differt. de *Anno mortis Dagoberti Primi & Clodovei Junioris*, uti jam indicavi anno DCLVI. num. XVII. & ſeq.

III. *Victorius annos Cycli a Januario, annos Paſſionis a Paſchate inchoat.* Verum Victorium *annos Paſſionis* a Paſchate, annos vero Cycli ſui DXXXII. annorum a Kalendis Januariis repetere, ipſemet teſtatur in Epiſtola ſua ad Hilarum Urbis Romæ Archidiaconum præfixa Canoni ſuo Paſchali, recitata a Bucherio ipſo initio ſui Operis de Doctrina Temporum. Quare cum annus Eræ vulgaris ſeptingenteſimus triceſimus ſextus menſe Januario ſit annus CLXXVII. ſecundæ Periodi Victorianæ, manifeſtum illius Periodi annos deduci a Kalendis Januariis, non vero a Paſchate; alioquin currente Chriſti anno Kalendis Januariis, non annum ſecundæ ſuæ Periodi CLXXVII. ſed annum CLXXVI. numeraret. Annus itaque Periodi Victorianæ tribus menſibus præcedit tam annum Paſſionis, quam annum Incarnationis ſive a Paſchate, ſive ab Annonciatione Beatiſſimæ Virginis deductum. Cointius hoc anno num. I. autumat, Auctorem hujus Continuationis annum a Paſchate exordiri & lucubrationem ſuam Kalendis Januariis currentis Chriſti anni terminare; cum narrato bello Aquitanico varios characteres Chronologicos, ut in Operum ſuorum fine plerique Chronographi præſtiterunt, ſtatim ſubjiciat, variaſque annorum ſummas, ab Adam a Diluvio, aliiſque Capitibus ad prædictas Kalendas colligat. At quemadmodum *Fredegarius* a Kalendis Martiis annum auſpicatur; ita & ejus Continuatores. Hinc quia *Euſebius* annum a Kalendis Octobris inchoavit in ſuo Chronico, Divus Hieronymus & Idacius ejus Continuatores ab eodem principio anni initium repetiere, ut in ſecunda editione Differt. de Periodo Græco-Rom. demonſtro. Hinc porro deduco, *Gregorium Turonenſem* a Kalendis Martiis annum auſpicari; cum ejus exemplo *Fredegarius*, qui ejus Hiſtoriam continuavit, annum ab alio menſe non inchoet.

IV. *Quo anno continuatur Fredegarii Chronicon ſuum abſolvat.* Præterea verum non eſt, Continuationem Fredegarii, ſeu, ut ipſe Cointius eam appellat Hiſtoriam juſſu Childebrandi Comitis ſcriptam currenti anno deſinere; cum in veteri editione ea in morte Caroli Martelli, ſeu anno Chriſti DCCXLI. terminetur. Ad hæc Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæſ. pag. 949. aſſerit, in ea aſſervari Hiſtoriam *de Origine & Rebus geſtis Francorum* a creatione mundi perductam uſque ad Caroli Martelli mortem, ex qua refert ſummam annorum, quæ cap. 109. Continuationis Fredegarii habetur, addítque finem tatius Chronici eſſe: *Venienſque Karlus Cariſiaco Villa, Palatio ſupra Iſra fluvium valida febre correptus obiit in pace, in gyro Regna adquiſita. Rexit autem utraque Regna annis XXV. Tranſiit itaque XI. Kal. Novembris, ſepultuſque eſt Pariſius Baſilica Sancti Dionyſii Martyris.* Sequuntur hæc verba immediate: *Explicit Hiſtoria rerum geſtarum Caroli Majoris Domus, qui bello Vinſiaco habito Ragemfredum victum fugavit, & alia quamplurima fortiter & utiliter geſſit.* Scribit Lambecius ſe non exiſtimare Chronicon illud editum eſſe, ſeque integrum publicaturum. Verum jamdiu illud lucem vidit, & in eo tantum differt a Chronico Fredegarii ejuſque Continuatione, quod qui iſtud promulgarunt, vel ſub nomine Appendicis Hiſtoriæ Francorum, vel ſub titulo Chronici Fredegarii, omiſerunt omnia, quæ præcedunt annum XXIII. Guntramni Regis. Ex illa autem Periocha a Lambecio recitata manifeſtum fit, Continuationem Fredegarii perductam fuiſſe ab Auctore ſuo uſque ad mortem Caroli Martelli, non vero ad currentem tantum Chriſti annum, ut Cointius, aliique arbitrati ſunt. Nec urget Cointii fundamentum, quod nempe plerique Chronographi in Operum ſuorum fine ſoliti ſint varias annorum ſummas cohibere; licet enim id verum ſit, hoc non impedit, quin etiam in ipſo Operis decurſu id etiam ſæpe præſtent, ut videre eſt in Chronico integro Proſperi ad annum CCCCLV. ab Auctore perducto. Ad annum enim CCCCXXXIII. Conſulatumque Theodoſii Aug. & Maximi, ſimilis variarum Erarum collectio legitur ac in Continuatione Fredegarii ad currentem Chriſti annum. Similis etiam repræſentatur in fine libri IV. Hiſt. Gregorii Turonenſis quam tamen conſtat ab ipſo Gregorio

ac conſtipatum, in ſpiritum diſſolutum procedit, & hoc facere conceditur? Chriſtus erga, qui eſt ipſa Veritas, dicens (a): *Spiritus carnem, & oſſa non habet, reputatus eſt phantaſma ab iis, qui hæc aſſerunt. Quin etiam Chriſtus quoque qui verum carnem accepit, & ſpiritum carnem, & oſſa non habere, vere affirmavit diſcipulis: nulla re circumſcribetur, quo minus ſit phantaſia? Circa hæc erga craſſens, & citra dubitationem judicans Gregorius, feminas abſolvit a criminibus. Qui tunc rerum potiebatur, erat iſte Leo Iſauricus (valde enim defendebat phantaſiam) eam fruſiſſet ſic judicaſſe Gregorium, juſſit eum adduci ad ſe, a quo evidenter edoctus de vero* * *extra lata a ſe ſententia: cum quidem cecidit per ſummam ignominiam; latam autem ab eo ſententiam vel invitus comprobat, ut qui a criminibus abſolutas conſervavit mulierculas.* Haſtenus de Philippo Patricio Ignatius. Longior plane de his, quæ dicuntur Strigæ, jucunda hic eſſet diſputatio;

(a) Luc. 24.

* de veritate.

PAGIUS ſex poſtea libris auctam fuiſſe. Ex illa itaque annorum collectione a Continuatore Fredegarii hoc anno exhibita ſequitur, tantum Continuatorem Opus ſuum prima vice ad hunc ſolum annum perduxiſſe, illudque poſtea intermiſiſſe, iterumque reſumſiſſe, ac uſque ad *Caroli Marselli* mortem produxiſſe.

V. *Continuationi Fredegarii duplex Appendix ſubjuncta.*

Poſt Continuationem illam in Caroli Martelli morte terminatam ſubiicitur prima *Appendix* ad eandem Continuationem, quæ in electione & conſecratione *Pippini* Regis abſolvitur, huicque ſubiicitur Appendix altera in morte ejuſdem Pippini Regis terminata. Hadrianus autem Valeſius lib. 20. Rer. Francic. notat in vetuſtiſſimo Codice Biblioth. Reginæ Sueciæ hæc capitalibus literis ſcripta reperiri poſt memoratam „ Pippini Regis electionem, uſque ad id tem„ pus Childebrandum Virum illuſtrem, Comi„ tem Regis Pippini patruum hanc Hiſtoriam „ vel Geſta Francorum diligentiſſime ſcribi cu„ raviſſe, ſequentia Nibelungo Viro Illuſtri, „ Comite, ejus filio, hortatore & auctore, „ adjecta eſſe. Utraque itaque Appendix ad Continuationem Fredegarii ab Auctore coævo edita, ſed incertum an utraque unius ejuſdemque Scriptoris fœtus ſit. Illud certum, in neutra Appendice res geſtas quaſque ſuis annis accurate adſcribi, ſed pleraque nullo ordine ſervato confuſa ac indigeſta proponi. Sed tam Fredegarii quam ejus Continuatorum vitia temporibus, quibus vixere, imputari debent, ut recte ibidem Valeſius tradit. Opus Annaliſtarum, qui poſt illos ſcripſere, utriuſque Appendicis errores corrigere, brevitatemque ſupplere in hoc Opere conabimur, eo magis quo Baronius, neque duas illas Appendices, neque pleroſque Francorum Annaliſtas videre potuit.

VI. *Bellum Aquitanicum a Carolo confectum.*

Bellum Aquitanicum hoc anno a Carolo confectum, ut videre eſt in Annalibus Petavianis apud Ducheſnium, & in Maſciacenſibus apud Labbeum Tom. II. Bibliothecæ: *Carolus dimicabat contra filios Eudonis.* Idem tradit Chronicon San-Dionyſianum; Annales vero Sancti Nazarii hæc verba habent: *Hatto* (filius Eudonis, & frater Hunoaldi Aquitaniæ Ducis) *ligatus eſt*, id eſt, bello captus a Carolo. Annales Metenſes addunt *Carolum Ducatum Aquitaniæ ſolita pietate Hunoaldo filio Eudonis* dediſſe, uti anno ſuperiori, quo perperam idem Annaliſta hæc ſcribit, jam diximus.

VII. Continuator Fredegarii in ſua Appendice ait: *Sagaciſſimus Vir Carolus Dux, commoto exercitu ad partes Burgundiæ dirigit, Lugdunum Galliæ Urbem, Majores natu atque Præfectos ejuſdem Provinciæ ſuæ Ditioni & Reipublicæ ſubjugavit, uſque Maſſilienſem Urbem vel Arelatum ſuis Judicibus conſtituit, cum magnis theſauris & muneribus in Francorum Regnum remeavit in Sedem Principatus ſui.* Carolus Burgundiam nuper utcumque pacaverat, & Urbi Lugdunenſi fidos ſibi homines præſidere juſſerat; ſed illi forſan rebellarant, indeque *Carolus* Majores natu ac Præfectos ſuæ Ditioni ſubjecit, & uſque ad Coloniam Arelatum Maſſiliamque, Judices ſuos in Urbibus Regionibuſque conſtituit. *Judices* vulgo appellabant, non ſolum Præfectos Urbium ſeu Comites; ſed etiam Provinciarum Præſides, qui proprie Duces aut Patricii vocabantur, quia eorum omnium præcipuæ partes erant, Conventus agere, atque Jus dicere.

Carolus Burgundos & Provinciales ad obſequium redegit.

VIII. *Prima S. Bonifacii in Bavariam profectio.*

Wilibaldus in Vita S. Bonifacii cap. 8 de hoc Sancto Germaniæ Apoſtolo ſcribit: *Bajoariorum temporibus Hucperti Ducis, adiit terras, prædicationiſque ſtudium apud eos diligentiſſime exercuit, & multas conſiderando circuit Eccleſias, ſanctoque divinæ fortitudinis Zelo armatus eſt, quod quendam Schiſmaticum hæretica pravitate deceptum, nomine Erem-Vulfum, juxta Canonum decreta damnavit, atque abjecit, & populum a perverſa ſecta ejus idololatriæ correxit.* Quod hoc circiter tempore contigit; cum ſtatim Wilibaldus de tertia profectione Romana Bonifacii verba faciat, aſſeratque, eum, cum Roma rediit, invitatum fuiſſe ab *Odilone* Bajoariorum Duce, ut ſuis incolis Verbum Dei prædicaret. Quare cum *Bonifacius* anno DCCXXXIX. Roma reverſus ſit, *Hucbertus* ſeu Hucpertus Dux non longe ante obierat, eique *Odilo* ſucceſſerat, quem Arno Salisburgenſis Epiſcopus in Adnotatione ſeu Indiculo poſſeſſionum Eccleſiæ ſuæ inſinuat, *Huchberti* filium non fuiſſe; cum *Theodoni*, qui Rudbertum in Bajoariam invitavit, ſubiiciat *Theodbertum*, Ducem ejus filium, Theodberto filium *Hucbertum*, Hucberto *Otilonem*, Otiloni filium *Taſſilonem*. Arnolfus in lib. 1. de Mirac. S. Emmerami cap. 1. accurate quidem Ducum Bavariæ Seriem deſcribit, ſed male *Odilonis* initium ad tempora Pippini refert. *Theodo* (nempe hujus nominis II.) *filios habuit Succeſſores Diotpertum videlicet atque Grimoaldum, poſt quos Ducatum genti huic præbuit Hubertus, &c. Hujus Ducis temporibus Beatiſſimus Præſul Bonifacius ingreſſus Boioariam, nonnullos hæreticorum ex ea depulit. Quo Franciam reverſo, & præfato Duce defuncto, ſub Principe Pippino gentis hujus Ducatum adeptus eſt Udilo;* Otilo enim ſeu Udilo anno DCCXXXIX. jam Bavaris præerat, cum Bonifacius Provinciam Bajoariorum in quatuor diviſit Parochias, ut teſtatur Wilibaldus citatus.

IX. Luitprandus Langobardorum Rex *in languorem decidens morti appropinquavit.* Quem Langu-

tio; ſed quod non uno, ſed pluribus a diverſis ea res commentariis tractata ſit, habent, quos petant, qui curioſa iſta diſquirunt. Satis ſit nobis ex hiſtorica veritate de his probata judicia antiqua narraſſe.

Sep-

PAGIUS *Hildeprandus conſors ſit Regni Longobardici.*

gobardi vita excedêre exiſtimantes, ejus nepotem Hildeprandum in Regem levaverunt. *Rex autem Luitprandus cum hoc cognovisſet, non aquo animo accepit; tamen de infirmitate convaleſcens, cum Regni ſui conſortem habuit*, [r] inquit Paulus Diaconus lib. 6. cap. 55. Quod hoc anno contigiſſe oſtendit inſtrumentum lingua Barbara ſcriptum, quod extat in Archivis Epiſcopatus Lucenſis, cujus hæc verba recitat Florentinius in Comment. de *Reb. ad Mathildem Comitiſſam ſpectantibus*, lib. 3. *Regnantes Domino Luitprando excellentiſſimo Rege, Regni ejus vigeſimo quarto, & excellentiſſimus nepote ejus Domino Hilprand Rege anno primo, menſe Martio, Indictione quarta*, quæ hoc Chriſti anno in curſu fuit. *Hilprandus* tamen, ſeu *Hildebrandus*, ut eum Sigebertus in Chron. appellat, Luitprando non ſucceſſit, ut in hujus morte videbimus. Porro ex laudatis verbis intelligimus initium *Luitprandi* cum an. DCCXII. recte a nobis elligatum fuiſſe.

NOTÆ [r] Annus genuinus, quo Hilprandus ad regni conſortium adſcitus fuit, prodit ex Cl. Muratorio in Antiquitatibus Italiæ Medii Ævi col. 762. Is fuit annus 735. & quidem ante abſolutum menſem octobrim ejuſdem anni, ut evincit charta ex locupletiſſimo noſtro Lucenſi Tabulario ab eodem producta, ac ſignata *anno XXVII. Liutprandi Regis, & IV. Elprandi Regis, menſe Octobrio, per indictione ſeptima*, ideſt anno 738. e cujus ſeptembri, etiam apud Lucenſes, ut idem Muratorius demonſtrat, indictio ſeptima fluere cœpit. Idem conficit altera Lucenſis charta apud eundem data anno eorumdem Regum *vigeſimo nono, & ſexto, menſe Decembri per indictione nona*, ſeptembri anni 740. mutata. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 737.	GREGORII PAP. III. ANNUS 7.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 22.

I. Hæretici pullulant in Germania.

SEptingenteſimus trigeſimus ſeptimus udeſt unnus, quintn notaens Indictione, quo tempore cnm prædicutione S. Bonifacii Germunorum Apoſtoli Dominus incultas ſilvus ud culturum redigens, fertiliſſimas reddidiſſet: udfuit inimicns homo, vigilante licet paterfamilias, qni ſuperſeminuret zizaniu hæreſis. Inter alios autem, nt ex litteris Gregorii Papæ ud Epiſcopos datis apparet, qnidam Britones non ſecundum Deum umbulantes, æſtu invidiæ perciti, quod Anglorum novellæ gentis, qnæ fidem haud pridem ſnſcepiſſet, uliquid potentes opere, & ſermone Apoſtolico munere mnltas provincins Deum prædicatione converterent; hæreſim diſſeminare cœperunr, ut conſtat ex litteris ipſius Gregorii Papæ inferins recitandis.

II. Quod igitur Bonifacins ſibi decertundum ſciret non ſolum adverſus Gentiles gnorum cauſu ucceperat Apoſtolatnm, ſed adverſus hæreticos: viſitandi in primis ex uſn veteri ſacru liminu Apoſtolorum occaſione, udeundi pariter ipſnm Romannm Pontificem, Romam pergendi conſilium iniit, ut coram de rebus tunti momenti ugeret, qui per legatos hactenus upud ipſnm rem pertractuſſet. Id numque fuiſſe Bonifacii unimi inſtitutum, ex epiſtolu Gregorii Papæ, ud illos Epiſcopos reddita, de quu ugemus anno ſeqnenti, ſutis poteſt intelligi. Porro ejus nd urbem profectionem ſequenti pariter anno contigiſſe, rutio temporis perſuadet, quæ certn ex epiſtolu Gregorii ad eum reddita intelligitnr.

Hoc unno pariter S. Ermino Epiſcopo ex Abbare Lobienſe defuncto, ſucceſſit in locum ejus Thendulpbus æque functus quo- III.

PAGIUS Sæc.VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXV. Anno Hegiræ CXIX. inchoato die 8. Jsnuar. fer. 3. Anno Hegiræ CXX. inchoato die 28. Decemb. fer. 7. A. C.737.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6230.

⊙ 28. F. ☽ 56. P. 24. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 737.

GUEGORII III. PAPÆ 7.

LEONIS ISAURI IMP. 21.

CONSTANTINI COPUONYMI 18.

I. *Moritur S. Erminus Abbas Laubienſis, & Epiſc.*

AD num. III. Cointius hoc anno num. V. ſeribit, diem & annum quo *Sanctus Erminus* Laubiacenſis, ſeu Laobienſis Abbas & Epiſcopua in Cœlum migravit, hodie coutroverti. Verum poſtquam hæc literis mandsvit, Vir doctiſſimus, Mabilloonius Sæc. III. Benedictinu part. I. Vitam Sancti *Ermoni*, ſeu *Erminonis* ſcriptam ab *Anſone* ejuſdem Cœnobii Abbate, Auctore æquali, ex MS. Codiee erutam produxit, quam dein Henſchenius ad diem XXV. menſis Aprilis com duobus aliis MSS. Codicibus contulit. In ea legitur: *Provectus atate & plenus dierum, in ſenectute bona anno ſeptingenteſimo & trigeſimo ſeptimo ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, VII. Kalendas Majas perrexit ad Dominum.* Baronius ait, Erminum Epiſcopum fuiſſe *ex Abbate Laubienſi*. Sed, uti jam anno DCCXIII. num. VII. inſinoavimus, Abbates illius nooaſterii a Sancto Urſmaro, cui Erminus ſucerſſit, Epiſcopi fuere; *a quo* (nempe Urſmaro) *locus Laubienſis tantam dignitatem eſt adeptus, partim ab hoc, partim quia locus Regius Regia munificentia eſt conſtructus, ut nulli committeretur, niſi primum eſſet ordinatus Epiſcopus. Qua dignitas perduravit etiam in multos Succeſſores, qui leguntur fuiſſe Epiſcopi & Abbates. De qua etiam adhuc tantum ſupereſt in eo loco, ut Abbati liceat uti ſandaliis, tunica Subdiaconali, habere poteſtatem ligandi atque ſolvendi, & ubique uti annulo aureo & chirothecis*, inquit Interpolator Vitæ Sancti Urſmari a Ratherio Veronenſi Epiſcopo ſæculo X. elucubratæ apud Mabillonium laudatum. Quare Sanctus Erminus prius Epiſcopus, & poſtea Abbas fuit, indeque Anſo in ejus Vita num. VI. ait: *Seneſcente Sancto Urſmaro graviterque infirmante, permiſerunt ſpiritales filii ſui ei licentiam deponendi ſe de culmine regiminis; qui depoſitus capit ſuadere eis, ut hoc ipſum jugum imponerent Erminoni Epiſcopo. Protinus vox omnium Clericorum ac Laicorum una efficitur, ita ut nullus in iis omnibus inveniretur, qui non ejus electionem clamaret. Sublimatus quoque in faſtigio regiminis* (ſeu Abbatiæ) *ſtatim ſic apparuit aptus & devotus officio, tanquam ſi quod noviter ſcanderat, jugiter perfuiſſet.* Henſchenius in Notis ad laudatum locum ait: *Titulum Epiſcopi credimus adhiberi per prolepſim: neque enim veriſimile eſt prius Epiſcopum conſecratum, quam Abbas eligeretur.* Mabillonius vero ad hæc verba, ut *hoc ipſum jugum imponerent Erminoni Epiſcopo*, inquit: *Imo Monacho, ſed paulo poſt futuro Epiſcopo.* Verum hæc utriuſque Viri eruditiſſimi conjectura ex mox dictis plane corruit, liquetque eum primum ordinatum Epiſcopum, & deinde Abbatem renunciatum eſſe.

Erminus ſpiritu Prophetiæ donatus fuit, nam cum *Ragenfridus* anno DCCXVII. committeret bellum adverſus *Carolum*, eodem die, priuſquam pugnarent vox Ermino facta eſt dicens: *Caroli eſt victoria.* Prædixit & interitum *Radbodi* Regis Friſiorum Chriſtianis infenſiſſimi, ut ſuo loco ex Anſone in ejus Vita oſtendimus. Denique cum audiſſet Carolo Pippinum filium natum eſſe: *Iſte* inquit, *puer habiturus eſt Regnum Francorum ſolide, intantum ut nullus de progenie illius ante eum tam ſolide tenuiſſe dignoſcatur.* Erminium excepit Theotuinus, non vero Theodulfus, ut habet Baronius. Hic enim Carolo Magno imperante Abbatiam Laubienſem erexit, & Fulcuinus in Geſtis Abbatum Laubienſium cap. VI. meminit donationis factæ Monaſterio Laubienſi *anno ſecundo regnante Hilderico*, menſe Februario, dum *Theotuinum* Abbatiam regeret. Quare cum Theotuinus an. DCCXLIV. quo hæc donatio facta, Lobienſe Monaſterium adminiſtrarit, Ermino ſuc- II. *S. Erminus ſpiritu Prophetia clarus.*

(a) Molan. in Natal. SS. Belg.

(a), quorum diem natalem colit Eccleſia Belgii, nempe Ermini die vigeſimaquinta Aprilis, Theodulphi vero vigeſimaquinta Junii.

Quo

PAGIUS

ſucceſſit; quod eo magis dicendum, quod idem Fulcuinus cap. VIII. ſcribat: *Theotuino Abbati ſucceſſit S. Theodulfus Epiſcopus in proviſione dicti loci.*

III. *Ceolvulfus Northumbriæ Rex Monachum induit.*

Continuator Epitomes Bedæ, non vero Beda, ut habet Baronius, ſcribit: *Anno* DCCXXXVII. *Ceolvulfus ſua voluntate adtonſus, Regnum Eadberto reliquit.* Idem habent novus Chronographus Saxo & Simeon Dunelmenſis in Hiſtoria de Geſtis Regum Angl. Nec contrarium aſſerit Malmesburienſis lib. 1. de Reg. cap. 3. qui ait: *Poſt octo annos Regni, Regem exuens, in Lindisfarnenſi Cœnobio Monachicum habitum accepit.* Etenim Mabillonius Sæc III. Benedict. part. II. pag. 174. de hoc Sancto Northumbrorum Rege loquens idem dicit, corrigendum eſſe Malmesburienſem, quod exiſtimet eum anno DCCXXVIII. regnare cœpiſſe; cum tamen certum ſit, Bedam Regni ejus exordium deducere a nona die menſis Maii anni DCCXXIX. ut eo anno demonſtravimus. Ceolwlfo Regi Hiſtoriam Gentis Anglorum dicavit Beda, & ut ait Huntindonienſis, Ceolwlfus *exemplum aſſumens ex Hiſtoria Beati Viri prædicta, ſex Reges fortiſſimos Vir vere fortiſſimus proſecutus eſt, ſcilicet Edelredum Regem Merce; & Conredum Succeſſorem ejus, nec non Cedwallam Regem Vveſſexe, & Ine Succeſſorem ejus; ſed & Sigebertum Regem Eſtangle, qui Monachus effectus eſt, quem poſtea Penda occidit; & Cebbi Regem Eſtſexe, qui Monachus effectus diem jucundum mortis ſuæ prævidere, videre, & gaviſus eſt, &c. complevit ergo Ceolwulfus hebdomadam Regum perfectorum, & habitu Monachali ſuſcepto, capiti ejus corona de lapide pretioſo impoſita eſt a Domino.* De his Regibus Monaſticam vitam profeſſis ſuis locis egimus. Prætermittit Huntindonienſis *Kenvuinum*, Occidentalium Saxonum Regem, quia de ejus Monachatu nulla in Hiſtoria Bedæ mentio, & ut ait Huntindonienſis, Reges in Hiſtoria Bedæ memoratos *Ceolwulfus* ſibi imitandos propoſuerat. Controverſia eſt inter Auctores Anglicos, quot annos in Monachali habitu vixit *Ceolwulfus*, qui tamen in eo conveniunt quod poſt mortem miraculis claruerit, indeque de eo egit Bollandus in Actis SS. ad diem XV. menſis Januarii.

IV. *Eadbertus frater Egberti Archiepiſc. Eboraci ei ſuccedit;*

Eadbertus Ceolvulfi in Regnum Northumbrorum Succeſſor dicitur filius patrui ejus a Turgoto in lib. de Eccleſia Dunelmenſi cap. v. Uterque vero Chronographus Saxo ad annum DCCXXXVIII. ait: *Hic Eadbertus Eata, qui fuit Leodwaldi Regnum Northanymbrorum capeſſit; quod viginti annos & unum tenuit; cujus frater erat Ecbertus Eata filius, Archiepiſcopus.* Qui licet anno uno tardius Eadberti Regni initium conſignent, recte tamen notant, eum fratrem fuiſſe *Ecberti* ſeu *Egberti* Secundi Eboracæ Civitatis Archiepiſcopi, annoſque viginti & unum Regnum tenuiſſe. Poeta enim Anonymus Ealberti Succeſſoris Egberti in Archiepiſcopatum Eboracenſem diſcipulus, in Fragmento Hiſtoriæ *de Pontificibus, & Sanctis Eccleſiæ Eboracenſis* publicato a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. II. pag. 558. Egbertum & Eadbertum, quem *Adbertum* appellat, fratres fuiſſe aſſerit; hunc Regnum Northumbriæ, rexiſſe, quando *Egbertus* Eccleſiam Eboracenſem curabat, ac Eccleſiam rexiſſe annos XXXIV. *Eadbertum* vero regnaſſe annos XXI.

Cujus frater idem Tyrio nutritus in oſtro,
Sumſerat Adbertus Gentis regalia Sceptra,
Qui dilatavit proprii confinia Regni,
Sæpius hoſtiles ſubigens terrore Phalanges.

Paulo poſt:

Rexit hic Eccleſiam triginta & quatuor annis,
Ille annos tenuit per ſeptem ſceptra Parentum.

V. *Moritur Theodoricus IV. Francorum Rex.*

Theodoricum IV. Francorum Regem hoc anno mortuum eſſe, invicte demonſtrat Anonymus coævus in Tractatu de Computo Eccleſiaſtico, cujus fragmentum hoc Labbeus in ejus Elogio publicavit: *A Nativitate Domini uſque ad præſentem annum, in quo Theudericus Rex Francorum defunctus eſt,* DCCXXXVII. *in quo anno Indictione quinta, Epacta XV. concurrit I. Luna circulum XIII. XIV. XII. Kalend. Aprilis Paſcha IX. Kal. Aprilis Luna XVII. XXIV. de annorum DXXXII. ſecundum Græcos Cyclo.* Eum regnaſſe annos XVII. docent Auctores breviſſimorum Chronicorum a Ducheſnio editorum, obiitque ante menſem Septembrem, quo Indictio VI. auſpicata eſt.

VI. *Poſt ejus mortem Interregnum quinquennale fuit.*

Poſt *Theodorici* IV. mortem, *Carolus Martellus* Major Domus Franciam rexit, & publica inſtrumenta hac formula notata ſunt, *anno poſt defunctum Theodoricum Regem* primo, ſecundo, &c. ut ex variis Chartis liquet. Porro Francia ſine Rege fuit, non per annos ſex & amplius, idest, pene ad finem anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quadrageſimi tertii, ut perperam ſcripſere Sirmondus in Notis ad Concilia Gallicana, Labbeus Tom. VI. Concil. pag. 1440. Cointius initio Tom. V. Annal. Eccleſ. Franc. & paſſim recentes Rerum Gallicarum Scriptores, ſed annos tantum quinque, a currenti nempe ad annum DCCXLII. quo *Childericum* IV. regnare cœpiſſe oſtendemus. Verum quidem eſt, in Chronico Rhemenſi legi: *Theodoricus regnavit annos XVII. annos VII. interim alius Rex non fuit.* In Tiliano vero: *Theodoricus regnavit annos XVII. Carolus ſine alio Rege imperavit annos IX.* Sed uterque locus corruptus eſt, uti de ſecundo inter omnes convenit, & de utroque conſtabit, cum de *Childerici* Regis exordio agemus.

VII. *Anni Incarnationis hoc ſæculo in Galliis uſurpati.*

Ex præfato Tractatu de Computo Eccleſiaſtico patet, hoc ſæculo Gallos in Hiſtoriis, privatiſque ſcriptis annos Incarnationis ſeu a Nativitate uſurpaſſe. Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 23. num. 13. de ea Æra loquens ait: *Eam ex Anglia in Galliam induxit S. Bonifacius, cujus opera Liptinenſe ac Sueſſionenſe Concilia coacta ſunt, eiſque anni Incarnationis ab ipſo præfixi, Liptinenſi annus* DCCXXXIII. *Sueſſionenſi annus* DCCXXXIV. *Inde ad Hiſtoricos Francos tranſit mos iſte, ut patet ex antiquis Francorum Annalibus eo tempore ſcriptis, qui res geſtas annis Incarnationis diſtinguere ſolent.* Verum eam Æram Hiſtoricos Gallos a Bonifacio non accepiſſe, non tantum locus laudatus; ſed etiam ille, quem ſuperiori anno num. II. in medium adduximus, oſtendunt.

VIII. *Duplex Caroli bellum adverſus Saracenos.*

Ex duobus bellis a *Carolo* hoc anno, annoque DCCXXXIX. adverſus Saracenos geſtis Baronius primum prætermiſit, alterumque in annum ſequentem contulit. Quare Annales hac in parte nobis ſupplendi. Jam anno ſeptingenteſimo triceſimo quarto num. VII. oſtendimus,

Ab-

(a) Beda in Epiſt. hoc anno.

Quo pariter (a) anno Rex Anglorum Nordanhembrorum Ceolulphus, ille ipſe, ad quem Beda ſcripſit hiſtoriam de rebus geſtis Anglorum, divino amore ſuccenſus, fide fervens, relinquens regnum Eadberto, capillis attonſus, monaſticam ſectatus eſt vitam. Ita quidem majorum ſequutus exemplum, regnum nihil fecit, cum fide novit ſe Dei Filium eſſe, & Chriſti cohæredem in Regno Cœlorum. Ita melius ſancti per fidem vicerunt regna.

Rex Anglorum præfertur Monachiſmum.

Sep-

PAGIUS

Abdelmelicum poſt ſeptem Præfecturæ Hiſpanicæ menſes *Ocbam* Succeſſorem nactam eſſe. Rodericus enim, qui in Hiſt. Arabum capit. 15. *Abdelmelim* annos quatuor aſſignat, Scriptores Arabes contrarios habet. Tum num. ſequenti diximus, noſdam Scriptores expeditionis Ocbæ in tractum Narbonenſem meminiſſe, ſed quid in ea geſtum ſit, non narraſſe. Quod mirum videri non debet; cum ea Saracenis infeliciter ceſſerit. Hoc enim anno *Carolus Martellus* adverſus eoſdem pugnavit, ut teſtantur Annales Nazariani, in quibus legitur: *Karolus pugnavit contra Sarcinos in Gothia in Dominico die*, ideſt, in Gothia ſeu Septimania; quod etiam tradunt Annales Petaviani, Tiliani auctores, Moſſiacenſes, & Chronicon Sancti Dionyſii.

IX. Præl. hoc anno in Septimania feliciter geſtum.

Bellum illud fuſe deſcribit Continuator Fredegarii in ſua Appendice: *Denuo rebellante gente valida Iſmahelitarum, quos modo Sarracenos vocabulo corrupto nuncupant, irrumpentesque Rhodanum fluvium, inſidiantibus infidelibus hominibus ſub dolo, & fraude Mauronto quodam cum ſociis ſuis, Avenionem Urbem munitiſſimam ac montuoſam, collecto hoſtili agmine ipſi Sarraceni ingrediuntur. Illiſque rebellantibus ea Regione vaſtata. At contra Vir egregius Carolus Dux germanum ſuum Virum induſtrium Hildebrandum Ducem cum reliquis Ducibus & Comitibus ad illas partes cum apparatu hoſtili dirigit, qui que propere ad illam pervenientes tentoria inſtruunt, donec inſequutus Vir belligerator Carolus prædictam Urbem aggreditur, muros circumdat, caſtra ponit, obſidionem coacervat, in modum Hiericho, cum ſtrepitu hoſtium & ſonitu tubarum, cum machinis & reſtium funibus ſuper muros, & ædium mœnia irruunt. Urbem munitiſſimam ingredientes ſuccendunt, hoſtes inimicos ſuos capiunt interficientes; trucidant atque proſternunt, & in ſuam Ditionem efficaciter reſtituunt. Victor igitur atque bellator inſignis, intrepidus Carolus Rhodanum fluvium cum exercitu ſuo tranſiit, Gothorum fines penetravit, uſque Narbonenſem Galliam acceſſit, ipſam Urbem celeberrimam, atque Metropolim eorum obſedit; ſuper Atacis fluvio munitionem in gyrum in modum arietum inſtruxit, Regem Sarracenorum* (ideſt Præfectum) *nomine Athima cum ſatellitibus ſuis ibidem recludit, caſtraque metatus eſt undique. Hæc audientes Majores natu & Principes Sarracenorum, qui commorabantur eo tempore in Regione Hiſpaniarum, coadunato exercitu hoſtium cum alio Rege* (ideſt Præfecto) *Amor nomine, machinis adverſus Carolum viriliter armati conſurgunt, præparantur ad prælium. Contra quos præfatus Dux Carolus triumphator occurrit ſuper fluvio Birra & valle Corbaria palatiolum. Illiſque mutuo confligentibus Sarraceni devicti atque proſtrati, cernentes Regem eorum interfectum, in fugam lapſi terga verterunt; qui evaſerant, cupientes navali evectione evadere in ſtagno maris natantes ſibimet mutuo conatu inſiliunt. Mox Franci cum navibus & jaculis armatoriis ſuper eos inſiliunt, ſuffocanteſque in aquis interimunt. Sicque Franci triumphantes de hoſtibus prædam magnam & ſpolia capiunt. Capta multitudine captivorum, cum Duce, victor Regionem Gothicam depopulatur. Urbes famoſiſſimas, Nemauſum, Agathem, ac Biterris funditus muros & mœnia deſtruens, igne ſuppoſito concremavit, ſuburbana & Caſtra illius Regionis vaſtavit. Devicto adverſariorum agmine, Chriſto in omnibus Præſule & Capite ſalutis victoriæ, ſalubriter remeavit in Regionem ſuam, in terram Francorum ad ſolium Principatus ſui.* Notabis obiter Hildebrandum, ſeu Childebrandum diſerte eo in loco Caroli germanum appellari, ideoque fratrem fuiſſe Caroli; non vero patruelem vel conſobrinum, ut perperam aliqui Viri docti hunc Anonymum, qui hoc tempore vivebat, interpretantur.

X. Narbona Saracenis eripi non potuit.

Idem ac Anonymus in Appendice ſua narrat hoc anno Annaliſta Metenſis, & inter alia ſcribit: *Regem præfatum Saracenorum interemit* (nempe Carolus) *exercitumque ejus penitus uſque ad internecionem delevit, ſpoliiſque innumerabilibus ditatus, cuncta depopulata Gothia, diruptiſque Civitatibus, devictiſque univerſis hoſtibus, præter eos, quos in Narbona incluſeras Urbe eadem ſub cuſtodia derelicta, cum magno triumpho remeavit in Franciam.* Quare Narbonam non expugnavit Carolus, ſed eam undique obſeſſam reliquit, imo multis annis ea Urbs ſub Saracenorum jugo remanſit, Carolo in Franciam reverti coacto, quia non pauci novis rebus ſtudebant. *Mauroutus* Provinciæ Ducatum vel a Carolo acceperat, vel ipſe invaſerat, & Saracenis ex Septimania Hiſpaniave accerſitis *Avenionem* eis tradiderat, cæteraque a Rhodano ad Alpes maritimas ſibi retinere conſtituerat. Quare Saraceni Rhodanum tranſeunt, & uti convenerat Avenionem per dolum *Mauronti*, ſociorumque ejus Provincialium Avenionem occuparunt, ac Regionem vaſtarunt.

XI. Moritur Evantius in Hiſpania.

Mortuus eſt hoc anno *Evantius* Archidiaconus Eccleſiæ Toletanæ, qui Urbano Archipræſuli in ferenda perſecutione Saracenorum adjutor fuit, ut habet Iſidorus Pacenſis qui de utroque ad annum DCCXIX. ait: *Per idem tempus Fredericus Accitana Sedis Epiſcopus, Urbanus Toletanæ Sedis Urbis Regiæ Cathedralis, veteranus melodicus, atque ejuſdem Sedis Evantius Archidiaconus, nimium doctrina, ſapientia, Sanctitate quoque, & in omni ſecundum Scripturas ſpe, fide, & charitate, ad confortandam Eccleſiam Dei, clari habentur.*

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 738.	GREGORII PAP. III. ANNUS 8.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 23.

I. SEptingenteſimus trigeſimus octavus annus adeſt Indictione ſexta, quo ſanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus Romam ad Apoſtolicam ſedem, ex qua Apoſtolatum acceperat, ſe conſulit, ut inde acciperet, quæ aliis poſſet infundere. Qui bene exceptus a Gregorio Papa, quæ petiit, impetravit. Jure namque divinus Spiritus ſancto (a) prophetæ Apoſtolicos viros, ſicut nubes oſtendit, utpote quæ e mari aquas hauriunt, quibus longe poſitam terram irrigent. Sic igitur Bonifacius ex more iterum Romam venit, ut inde quæ in nova deſerti cultura opus eſſe videret, ab ipſa Romana Eccleſia poſſet accipere. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ſuorum temporum ſcriptor Wilibaldus ejus diſcipulus in primis narrat, a quo accepit recentior auctor, his verbis (b): *Eo tempore Romam ire decrevit, tum, ut Pontificis Apoſtolici, quem ex facie nondum noverat, conſpectu frueretur, & colloquio; tum, ut Apoſtolorum: & aliorum illic quieſcentium Sanctorum ſeſe precibus commendaret*. Porro ejus adventus Romam etiam cauſam illam fuiſſe docent litteræ Gregorii ad Germanos, ut ab ipſo Gregorio doceretur de nonnullis, ad curam animarum ſpectantibus. Sed pergit auctor.

(a) Iſai. 60.

Bonifacius Romam venit ad Gregorium Pap.

(b) Vit. Bonifac. lib. 1. c. 27.

II. *Itaque proficiſcens, multa ſtipatus turba Francorum, Bojoariorum, & Brittannorum, ubi Romam venit, a Pontifice comiter acceptus eſt. Porro Romani omnes tanta cum veneratione proſequuti ſunt, ut ad ſalutarem ejus hauriendam doctrinam, non pauci confluerent, illumque apud ſe diu retinerent*. Antiquitus namque Romanis fuit in more, ut cum magni nominis, & famæ ſanctitatis virum aliquem Romam ſcirent, adveniſſe: eum frequenter ambirent, colerent, & omni officio proſequerentur. Ita namque actum cum Athanaſio, Epiphanio, Hieronymo, Petro Alexandrino, & aliis pluribus ſuis locis ſuperius dictum eſt. Sed pergit auctor: *Cum autem Bonifacius diſcedere vellet, muneribus & reliquiis Sanctorum, quaſcumque petiit, a Pontifice liberaliter & honorifice donatus eſt*. ☛ Tunc contigit, ut idem S. Bonifacius petierit ab eodem Gregorio Papa concedi ſibi Wilibaldum Anglum, qui poſt peregrinationem Hieroſolymitanam conſederat in monaſterio Caſſinenſi. De his enim hæc leguntur in vita ipſius a ſancta (ut creditur) Walpurga ſorore ſcripta (c): *Tranſacta itaque tunc decem annorum intercapedine, venerandas ille vir ſanctus Vuilibaldus, ſacram ſancti Benedicti regularis vitæ inſtitutionem, quam omnipotentis Dei auxilio, illorumque adminiculo, quam ſuper longa locorum ſtudia, & ſuper vaſtas marginum vias in redemptionem animæ, & in opem præſentis vitæ requirebat, omnimodo: prout fore poſſit, obſervare conabatur: & non ſolum ipſe, ſed, & alios cum illo in veneranda regularis vitæ veſtigia, præeundo perducebat.*

Bonifacius benigne habitus a Pontifice ac Romanis.

Bonifacius S. Vuilibaldum Socium ſibi a Gregorio Papa petit.

(c) Habetur tom. 4. Antiq. lect. Caniſ. pag. 507.

Poſt hæc itaque unus presbyter, qui de Hiſpania veniens ad ſanctum Benedictum manebat, licentiam rogabat Abbatem Petronacem ad Romam pergere. Statimque ille, licentia poſtulata, rogabat ſanctum Vuilibaldum, ut cum eo pergeret, & illum duceret ad ſanctum Petrum. Et ille ſtatim petitionibus ejus conſenſum, ſeu effectum promittebat. Cumque illi pergerent, ad Romam venerunt, atque illico baſilicam ſancti Petri intrantes, ſacra cœleſtis Clavicularii præſidia poſtulaverunt, illiuſque ſe commendavere * *pium precum patrocinio. Tunc ille ſacer Apoſtolicæ Sedis Pontifex Gregorius Tertius, venerandum virum ſanctum Vuilibaldum illic eſſe comperiens, præcepit illum ad ſe venire. Cumque illuc veniſſet ad ſanctum ſummi ſacerdotii Pontificem,*

* propiarum

Ann. Eccl. Tom. XII. Iii *ſta-*

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXVI. Anno Hegiræ CXXI. inchoato die 28. Decemb. fer. 5. A. C. 738. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6231.

☉ 19. E. ☽ 17. P. 23. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 738.

GREGORII III. PAPÆ 8.

LEONIS ISAURI IMP. 22.

CONSTANTINI COPRONYMI 19.

ANnom. I. ad VI. *Sanctus Bonifacius* tertiam ſuam profectionem Romanam hoc anno inſtituit, ut Baronius narrat ex Othlono in ejus Vita lib. I. cap. 28. Poſt hæc cum remeare decerneret, Gregorius III. Epiſtolas Epiſcopis Abbatibus, atque Principibus cunctis tranſmittendas ei dedit, quarum exemplaria recitat Baronius. Romæ tunc erat *Vunibaldus*, aut *Vunebaldus* Bonifacii propinquus, qui cum eo profectus eſt in Germaniam. Hinc in Actis S. Winibaldi, de itinere quod Roma in Thoringiam uſque cum Bonifacio confecit, hæc habentur: *Pervenerunt illi per ardua Alpium alta, per prærupta montium, per plana camporum, per alta Longobardorum limina, per varias Bajoariorum villas, per Germaniæ terminorum tellures uſque in Thuringiam*. Sed de Sancto Winibaldo, vide quæ diximus anno DCCXXV. num. XI. & Baronium in Appendice ad præſentem annum.

S. Bonifacius cum Vuinibaldo Roma in Germaniam redit.

ſtatim prono vultu in terram ſe vertebat, & illum ſalutabat: protinuſque ille pius populorum ſpeculator, piis verborum viciſſitudinibus, itineris ſui ordinem inveſtigare cœpit ab illo, quomodo ſeptem annorum calculum in * externis terrarum finibus probando peragraret, aut quomodo multa temporum ſpacia pernicioſas Paganorum pravitates penetrando evaderet, diligenter ab illo ſciſcitabatur.

* extremis.

Statimque tunc ille agilis Chriſti vernaculus, glorioſo gentium gubernatori, ſapienti ſermonum induſtria humiliter edifferendo, ſeriem ſui itineris ex ordine intimavit, qualiter modo multas migranda mundi iſtius permeavit manſiones, & quomodo almam Altiſſimi ætherum plaſmatores natalem adventus ſui locum in Bethleem adorando, opem poſtolando, luſtrandoque perambulabat. Et nihilominus aliam baptiſmatis ejus terram in Jordane ſpeculando, ſeque balneando viſitabat. Sed & in Hieruſalem, ſicque in ſanctam Sion, ubi ſacer ſæculorum Salvator in Cruce ſuſpenſus, peremptus eſt, atque ſepultus, & poſtea in monte Oliveti in cœlum aſcendit, iſtic quatuor vicibus veniendo orabat, & Domino ſe commendabat. Iſta omnia, illi intimando explanabat.

Poſtquam hæc omnia delectabilibus verborum ſermocinationibus inter ſe fabulanter volutabant, ſacer ille, ſummuſque Apoſtolicus Pontifex, ſobriis ſermonum indiciis teſtando, intimavit beato Vvilibaldo, quod S. Bonifacius rogabat illum, ut ipſum S. Vvilibaldum a S. Benedicto, adduci, pervenireque feciſſet, & ſic illum tunc ſubſummatim mitteret, ac illi in gentem Francorum erudiendum cooperatorem efficeret. Cumque iſta S. Bonifacii voluntatum votiva deſideria domnus Apoſtolicus Papa Gregorius Tertius S. Vvilibaldo ſolicuiſſet, placidis illum exhortationum * oraculum rogando, ſeu præcipiendo accerſivit, ut ad S. Bonifacium veniret. Tunc ille inclytus Chriſti athleta S. Vvilibaldus petitionibus Pontificis, ſimulque viſionibus ſe ſolerter ſubſummatim effectum, ſeu obedientiam perficere promittebat; Si ſecundum regularis vitæ diſciplinam licentiam illi a ſuo poſtularet Abbate. Statimque ſummus ille ſanctæ auctoritatis Pontifex reſpondit, illumque ſine ſollicitudinis ambiguitate ſecurum ſuæ juſſionis licentiam obedientialiter pergere præcepit, dicens: Quia ſi illum ipſum Abbatem Petronacem uſpiam tranſmittere me libet, certe contradicere mihi licentiam non habet, nec poteſtatem. Confeſtimque tunc S. Vvilibaldus ſacris ſermonum exhortationibus conſenſum, atque ſe ſpontanee exhibere reſpondit. Et non ſolum illuc, ſed ubique in omni terrarum loco, quocumque illum tranſmittere dignaretur devote, ſine deſidi differentia, ſecundum voluntatis ſuæ arbitrium ſe pergere ſpondebat, &c. Abiit ergo cum S. Bonifacio, & ſui Apoſtolatus egregie perſunctus munere, Eihſtetenſem cathedram ab eodem Bonifacio Apoſtolica auctoritate eſt conſecratus. Wilibaldum quoque Romæ degentem perſuaſum a S. Bonifacio, ut pergeret in Germaniam, ejus vitæ Acta teſtantur (a): Sed proſequamur redeuntem in Germaniam Bonifacium, qui præter alia charitatis officia a Gregorio Papa exhibita. ☞ Quaſdam etiam ab eodem epiſtolas ad Epiſcopos, Abbates, & omnes Germaniæ Principes accepit, quarum exempla hic deſcribemus (b):

* ſ. oraculis

Pontifici ſummo major in religioſos quam abbati, qui ipſis præeſt, auctoritas.

(a) Tom. 4. Antiq. lect. pag. 520.

(b) Cod. lib. 1. c. 28.

Gregorius ſervus ſervorum Dei dilectiſſimis nobis omnibus Epiſcopis, venerabilibus presbyteris, religioſis Abbatibus omnium provinciarum. III.

Domino cooperante, & ſermonem confirmante, præſens ſanctiſſimus vir Bonifacius frater, & coepiſcopus noſter, a deceſſore noſtro ſanctæ recordationis Gregorio Præſule in Germaniæ partes miſſus prædicare verbum Dei: poſt multum temporis, orationis cauſa, Liminibus ſacris Apoſtolorum Petri & Pauli præſentandus advenit. Qui perfecta oratione, ad acceptum laborem, Angelo Domini præveniente, a nobis eſt abſolutus. Cui veſtra omnium dilectio, ſeu reverentia & religioſitas propter Chriſti amorem juvamina impendere dignetur, dum & agnoſcitis, quæ Dominus Jeſus Chriſtus promiſit, dicens: (c) Qui ſuſcipit, prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui ſuſcipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipiet.

Epiſtola data Bonifacio redeunti.

(c) Matt. 10.

Et ſi forſan quis ex veſtris miniſtris ſeſe ipſi ſanctiſſimo viro in miniſterio exhortationis ſanctæ, Catholicæque fide adjungere voluerit: nullo modo prohibeatis cariſſimi, ſed magis concurſum præbete, & ex veſtro ovili adjutores tribuite, qui poſſint per Dei gratiam ſufficienter Gentibus miniſtrare verbum prædicationis, ut omnipotenti Deo animas lucrifaciant: ut & veſtra communitas boni operis portionem ſortiatur, atque illi mereantur Dominicam vocem audire (d): Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis. Hactenus epiſtola: cui ſalutatio apponi conſueta, atque tempus datæ deeſſe noſcuntur. Poſt hanc habetur illa ſcripta ad Germaniæ Principes, ſive Optimates his verbis.

(d) Matt. 19.

Gregorius Papa univerſis Optimatibus, & populo provinciarum Germaniæ, Thuringis, & Heſſis, Borthuariis, Niſtreſis, Vvedrinis, & Lognuis, Suduodis, & Graveldis, & omnibus in Orientali plaga conſtitutis. IV.

Quoniam deceſſor noſter ſanctæ recordationis Gregorius Præſul nutu divino

Digitized by Google

Alia epiſt. Gregor. Pap. data Bonif. proficiſcenti. *motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, præſentium portatorem Reverendiſſimum fratrem noſtrum, & Coepiſcopum ordinans ad vos usque deſtinavit, eamque regulam, & normam Apoſtolicæ, & Catholicæ fidei edocens, direxit, & poſt temporum ſpatia orationis cauſa ad Limina beatorum Apoſtolorum ſeſe præſentavit, & quæ ad ſalutem animarum pertinent, a nobis popoſcit imbui. Nos, Deo*

* edocentes

*favente, ut ſacra docet ſcriptura, eum * educantes ad vos cariſſimi, remeandum voluimus: hortantes vos in Domino, ut digne ſuſcipiatis ab eo verbum exhortationis, ut Epiſcopos, vel Presbyteros, quos ipſe ordinaverit per Apoſtolicam ſibi datam auctoritatem, in Eccleſia miniſteria recipiatis. Et ſi quos forſan deviantes invenerit a recto fidei tramite, ſeu canonica doctrina, eoſque prohibuerit, a vobis nullo modo impediatur; & quod eis impoſitum fuerit, obedienda, propter Deum ſuſcipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, ſibi ipſe damna-*

(a) Gal. 1.

tionem acquirit. Vos autem cariſſimi (a), qui in nomine Chriſti batizati eſtis, Chriſtum induiſtis, abſtinete ab omni cultu paganorum, non tantum voſmetipſos corrigentes, & ſubditos veſtros. Divinos autem, & ſortilegos, vel ſacrificia mortuorum, ſeu lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, & incantatores, & maleficus, & obſervationes variàs, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omnina reſpuentes, atque abiicientes, tota mentis intentione ad Deum convertimini, ipſumque timete, adorate, honorificate, Sanctorum (b) memoriis communi-

(b) Rom. 12.

cantes, ut ait Apoſtolus.

Si enim fides veſtra ſecundum Domini

(c) Luc. 17. Matt. 17. & 21.

noſtri dicta fuerit ſicut granum (c) ſinapis, dicetis monti huic: Transfer, & transferetur. Item *Dominus, & Salvator noſter in ſuo ſacro eloquio docet, dicens (d): Dilige Dominum Deum tuum*

(d) Matt. 22.

ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et iterum (*e*):

(e) Luc. 12.

Qui me confeſſus fuerit coram hominibus

(f) Joan. 14.

& ego confitebor eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Item & alibi (*f*) promittit, dicens (*g*): *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo fiet vobis:*

(g) Matt. 7.

& Petite, & accipietis, quærite, & invenietis, pulſate, & aperietur vobis: omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulſanti aperietur. Et vos, cariſſimi, facite fructus dignos, ut in die adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti ſidereas mereamini adipiſci manſiones. Ita Gregorius, novellas plantationes irrigans imbribus Evangelicis. Sed quas idem ad Epiſcopos provinciarum Germaniæ, & Alemanniæ dedit per eumdem Bonifacium litteras, his addamus (*b*).

(b) Bod. lib. 1. c. 30.

V. *Dilectiſſimis nobis Epiſcopis in provincia Bojoariæ, & Alemanniæ conſtitutis Vvigoni, Luidoni, Rodulpho, Vivila, ſeu Adda, Gregorius Papa.*

Catholica ſanctarum Patrum auctoritas jubet, ut bis in anno pro ſalute populi Chriſtiani, ſeu exhortatione adoptionis filiorum, Synodalia debeant celebrari, ut cauſarum canonicarum examinatio provenire poſſit, atque ut neceſſitas uniuſcujuſque popoſcerit, pia educatio agatur. Unde ſecundum Apoſtoli doctrinam, (i) admoneo, & hortor vos cariſſimi per miſericordiam Dei, ut digne ambuletis ea vocatione, qua vocati eſtis, ut miniſterium veſtrum perfectum ſit coram Domino. Alia Gregorii epiſtola. (i) Ephes. 4.

Opportunum namque eſt, vos noſſe fratrem, & Coepiſcopum noſtrum præſentem Bonifacium, noſtram agentem vicem, cum digno, ac debito honore pro Chriſti nomine ſuſcipere, & miniſterium Eccleſiaſticum cum fide Catholica ſecundum morem, & normam ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, cui, miſericordia Dei præveniente, præeſſe videmur; ſicut Apoſtolica auctoritate a nobis deſtinatus eſt, ab eo ſuſcipientes, dignanter teneatis, & gentilitatis ritum, & doctrinam, vel venientium Britonum, vel falſorum ſacerdotum, & hæreticorum, aut undecumque ſint, renuentes, ac prohibentes, abiiciatis; & ut populum vobis, a Deo commiſſum, piis admonitionibus edoceatis, & a ſacrificiis mortuorum omnino abſtineatis; & juxta quod fueritis a prædicto noſtro conſacerdote edocti, ita Catholicam, & Apoſtolicam doctrinam tenentes, Domino Deo Salvatori noſtro placeatis; cui quo vobis loco ad celebranda Concilia convenire mandaverit, ſive juxta Danubium, ſive in civitate Auguſta, vel ubicumque judicaverit, pro nomine Chriſti parati eſſe inveniamini: quatenus cognoſcamus per ejus mandatum de veſtro conventu, ut in die adventus Chriſti Jeſu cum fructu boni operis ante ejus tribunal aſſiſtere mereamini, dicentes (k): ecce nos, & pueri, quos dediſti nobis Domine: Non perdidimus ex eis quemquam. Ut & vos Dominicam vocem audire mereamini, dicentem (l): Venite benedicti Patris mei: percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Hactenus Gregorii Papæ litteræ. Pergit auctor. *Hiſce litteris Pontificis inſtructus Bonifacius Roma diſceſſit, Ticinumque veniens, apud Regem Longobardorum aliquandiu moratus eſt.* Noverat eum ante, receperatque hoſpitio Luithprandus, potuit illic retinuiſſe Bonifacium cultus magni Doctoris Auguſtini, cujus ſanctiſſimum corpus haud pridem e Sardinia illuc tranſlatum diximus. Quæ autem geſſit, ubi ſe contulit in Germaniam, dicemus anno ſequenti, quo ea

De celebrando Concilio. (k) Iſai. 8. (l) Matt. 25.

contigiſſe, ex aliis ad eum *a* Gregorio Papa redditis litteris, poſſumus intelligere.

VI. Eodem plane tempore contigit, ipſum S. Bonifacium hac ad ſuos dare litteras, de ſua peregrinatione eos certiores reddens (*a*).

(a) Eod. qui ſup. Cod. ep. 30.

Dilectiſſimis filiis Geppan, & Eoban, Tacuino, & Vvyz, & omnibus fratribus, & ſororibus noſtris, Bonifacius ſervus ſervorum Dei in Chriſto puræ caritatis ſalutem.

Notum ſit caritati veſtræ, & gratias agite Deo, quia cum proſperitate venientes ad Limina beati Petri principis Apoſtolorum, gratanter nos cum gaudio Apoſtolicus Pontifex ſuſcepit, & de legatione noſtra læta reſponſa reddidit, & conſilium, & præceptum dedit, ut iterum ad vos revertamur, & in cœpto labore perſiſtamus. Nunc autem hic expectantes ſacerdotum Concilium, vel Synodi conſultum, adhuc ignoramus, quando hoc fieri faciat Apoſtolicus Pontifex; ſed eo finito, Deo volente, & vita comite, ad veſtram præſentiam feſtinabimus. Hoc autem ſcientes, nos cum fraterna caritate, & fidei unitate expectate, alter (b) alterius onera portantes: ſic adimplebitis legem Chriſti, & gaudium noſtrum renovabitis. Valete in Chriſto, & orate pro nobis. Ex his apparet, dici poſſe, Bonifacium redeuntem non mox ſe in partes interiores Germaniæ infudiſſe, ſed Auguſtæ conſediſſe, ubi juſſam a Pontifice Synodum expectaret.

De Synodo celebranda.

(b) Gal. 6.

VII. Jam vero laborantes Hiſpanias, & ſub Sarracenorum armis gementes inviſamus. Factum eſt, ut cum antiquæ nobilitatis Hiſpani memores, utcumque regni titulum propagare ad poſteros conati, impiorum Arabum ſervitutis impatientes, inſtar Machabæorum montana petiiſſent, & (ut vidimus) Pelagium regulum ſibi conſtituiſſent: atque ubi ipſe Dei virtute miranda operatus eſſet, poſt annos decem & octo, quibus regnavit, decedens filio regnum reliquiſſet, & ipſe anno ſecundo regni extinctus eſſet: gener Pelagii, nomine * Adelfonſus, regni ſuſceperit habenas hoc anno ſeptingenteſimo trigeſimo octavo, ut per Æræ notam Tudenſis enumerat, ubi ait: *Æra ſeptingenteſima ſeptuageſima ſexta Adelfonſus Catholicus ab univerſo populo Catholico in Regem eligitur.* Pergit dicere de ejus genere ex Reccaredo Gothorum Rege proveniente his verbis: *Fuit namque Petrus ex Recaredi Sereniſſimi Gothorum Principis progenie ortus, qui debitum carnis exolvens filios ſupradictum * Adelfonſum ſcilicet, & Froilam reliquit.* (*c*) *Sed Adelfonſus, cui Pelagii filia nupſerat, ubi mortuo Favila Pelagii filio, in Regem conſtituitur, cum Froila contra Sarracenos exercitum movens, plures civitates, ab eis poſſeſſas, recepit, &c.*

Regnum Adelfonſi Catholicum.

* alii Adefonſus ſive Alfonſus.

* ſive Adefonſum

(c) Vet. Chron. Franc. anonym. edit. a Pithæo.

VIII. Bene quidem ceſſit rebus Hiſpanicis, ut Sarraceni maximo ſuo ipſorum damno Gallias bello tentarint, ubi ad internecionem ſæpe deleti ſunt a fortiſſimo duce Carolo cognomento Martello. Qui hoc ipſo anno eoſdem Sarracenos Provinciam legionem occupantes vincens, in fugam adegit, eamque ſibi vindicans, Francorum regni coronæ conjunxit: Ex victoriis ergo Francorum in Sarracenos, eorum vires nonnihil ſunt imminutæ, unde

PAGIUS II. *Synodus Romæ dum ibi Bonifacius eſſet indicta.*

Ad num. VI. *Sanctus Bonifacius*, dum Romæ eſſet, ſcripſit ad ſuos in Germania conſtitutos Epiſtolam, quæ in Codice Bonifaciano eſt ordine XXVII. ejuſque apud Serarium titulus: *Dilectiſſimis filiis Geppan, & Eoban, Tatuvino & Vvygberto omnibus fratribus ac ſororibus noſtris*, ubi Serarius in margine ſcribit, loco *Tatuvino*, legendum eſſe, *Tacuino*, & *Vvizi* idem eſſe ac *Vvygb.* Quare in Codice Cæſareo, quo uſus eſt, ſcriptum eſt *Vvixi*, quod ipſe interpretatur *Vygberto*. Sed Virum doctiſſimum falli oſtendit Epiſtola XVII. Bonifaciana, de qua egimus anno DCCXIX. num. V. in qua tam in inſcriptione, quam in corpore Epiſtolæ memorantur *Tatuvinus*, & *Tatuvinus Abbas*, quorum ideo prior Monachus erat, poſterior vero Abbas Fritiſlarienſis, ut anno DCCXLVII. in morte Sancti Wigberti ejus Deceſſoris, videbimus. In *Tatuvini* nomine corruptum eſt etiam exemplar Romanum, quod nactus eſt Baronius; cumque in eodem inſcriptio habeat, *Eoban*, *Tacuino*, *Vvyz*, & *omnibus fratribus*, &c. apparet, tam *Vvyz*, quam *Vvyxi* eſſe nomina depravata, & de Wigberto intelligenda non eſſe, ut ea Epiſtola dicit Bonifacius: *Gratanter nos cum gaudio Apoſtolicus Pontifex ſuſcepit*, &c. *Nunc autem hic expectantes Sacerdotum Concilium, vel Synodi Conſultum, adhuc ignoramus, quando hoc fieri faciat Apoſtolicus Pontifex.* Quæ verba Baronius explicat de aliqua Synodo *Auguſtæ* congreganda, & ex iis deducit, illinc eam Epiſtolam datam eſſe. Epiſtolam tamen Romæ ſcriptam, & de Synodo ibi habenda Bonifacium loqui, oſtendunt verba, quæ leguntur in Epiſtola Gregorii Papæ Epiſcopis in Provincia Boioariæ & Alemanniæ conſtitutis, quæ eſt ordine CXXIX. Roma a Bonifacio allata, & a Baronio n. V. recitata: in ea Gregorius Papa ait: *Juxta quod fueritis a prædicto noſtro Conſacerdote* (nempe Bonifacio) *edocti, ita Catholicam & Apoſtolicam Doctrinam tenentes, Domino Deo Salvatore Noſtro placeatis, cui quo vobis loco ad celebranda Concilia convenire mandaverit, ſive juxta Danubium, ſive in Civitate Auguſta, vel ubicumque judicaverit, pro nomine Chriſti parati eſſe inveniamini.* Quare quod ſcribit Bonifacius in Epiſtola XXXVII. ſe expectare quando Synodum fieri faceret Pontifex Romanus, intelligi non poteſt de aliqua Synodo in Germania cogenda; cum locus & tempus Indictionis a Bonifacii arbitrio penderent. An vero ea Synodus Romana poſtea habita fuerit, nullus Veterum prodit.

III. Ad num. VII. & ſeqq. Bellum a Carolo adverſus Saracenos in Septimania geſtum, cujus hic

Digitized by Google

de factum eſt, ut Hiſpani profugi non ſolum ſuæ ipſorum ſaluti proſpexerint, ſed ad propagandum regnum adjecerint quoque animum, ſub Rege Adelfonſo maxime pio, de quo iſta Tudenſis dicere pergit: *Humilis Rex fuit, & hominibus amabilis extitit: Eccleſias nefando Mahometi nomine remoto, in nomine Chriſti conſecrare fecit: Epiſcopos unicuique civitati, quas capere potuit, & retinere, præpoſuit ſecundum traditionem ſacrorum canonum, atque Eccleſias auro, argento, lapidibus pretioſis, & ſacræ legis libris decorare ſtuduit.* Hucuſque Tudenſis.

Virtutes Adelfonſi Regis.

IX. Catholicus titulus unde Regibus Hiſp. provenerit.

Quod vero ſpectat od nobilem, inſignem, & egregium, gloriæ tituium, ut dici voluerit Rex Alfonſus cognomento Catholicus, ſic accipe: Qui a Reccaredo Catholico Rege ducebat originem, ejus quoque gloriæ æmulus, quam ille ſibi juſte peperit ex propagata Catholica fide in Gothos gentiles ſuos, ob quam cauſam in Epiſcoporum Concilio REX Catholicus eſt acclamatus: Iſte ſicut regni, ita & tituli voluit eſſe ſucceſſor, atque dici cognomento Catholicus. Quod intermiſſum a ſucceſſoribus. Ferdinandus Aragonius Hiſpaniæ Rex, cum ex omnibus titolis, Regumque coronis nil glorioſius fulgere ſciret, quam ex illibata cuſtodita religione comparatom Catholicum cognomentum; coixls precibus a Julio ejus oominis Seeundo Romano Pontifice impetravit, ut ejuſmodi titulus hæreditarius eſſet omnium Regum Hiſpaniarum: quod Dei benigoitate etiam cum augmento dominii feliciter in poſteris perſeverat.

Interea vero cum jam e Galliis fuiſſent Sarraceni penitus fugati, Epiſcopi, qui remanſerant, ad reſtaurandas Eccleſias, ab eis exuſtas animum addixere; & inter eos huic operam egregiam navavit Wilicarius Epiſcopus Viennenſis, de quo iſta apod Adonem ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum. *Vvilicarius Acyneberto venerabili Epiſcopo Viennæ ſuccedit. Qui ob cladem Sarracenorum, cum eſſet domus præclariſſima Martyris citra Rhodanum ab eis incenſa, oſſa beati Ferreoli cum capite Juliani Martyris intra urbem tranſtulit, eiſque accelerato opere, non magno pretio Eccleſiam conſtruxit: ubi & eorumdem Martyrum reliquias reverenter compoſuit. Idem Vvillicarius, cum furioſo, & inſano ſatis conſilio Franci res ſacras Eccleſiarum ad uſus ſuos retorquerent, videns Viennenſem Eccleſiam ſuam indecenter humiliari, relicto Epiſcopatu, in monaſterium ſanctorum Martyrum Agaunenſium ingreſſus, vitam venerabilem duxit. Vaſtata, & diſſipata Viennenſis, & Lugdunenſis, provincia, aliquot annis ſine Epiſcopis utraque Eccleſia fuit, laicis ſacrilege & barbare res ſacras Eccleſiarum obtinentibus.* Hæc Ado. Porro Anaſtaſius Bibliothecarius tradit, ipſum Gregorium tertium Romanum Pontificem ad hunc Wilicharium Epiſcopum Viennenſem miſiſſe pallium, ex quo putavit ipſe

X. De Vvilicario Epiſcopo Viennenſi.

PAGIUS. *Obitus Pelagii Legionenſis Regis Primi.*

hic meminit Baronius num. VIII. anno ſuperiori ad quem pertinet, expoſuimus. Quoad *Pelagium* Legionis Regem, cujus mortem Baronius num. VII. memorat, agit de Pelagio Sandovallius in Diſſertationibus Chronici quinque Epiſcoporum qui res Hiſpanicas tractarunt annexis, ſed nihil certi in medium affert. Faſilæ ejus filii & Alphonſi cognomento Catholici ejus Succeſſorum Chronotaxis pariter incerta. In Sebaſtiano quidem Salmanticenſi hi characteres exhibentur. *Era DCCLXXV. filius ejus Faſila*, & prætercea *Era DCCLXXVII. poſt Faſilani*, ſed in Codice MS. ab Anonymo, qui Codicem Mazarineum emendavit viſo, notæ illæ non extant, ſed uno tenore legitur: *Pelagius Rex poſt nonum decimum Regni ſui annum completum propria morte deceſſit, & ſepultus eſt cum uxore Regina ſua Gaudioſa territorio Cangas in Eccleſia Sanctæ Eulaliæ de Velamnio II. Rex filius ejus Faſila in Regno ſucceſſit, qui propter paucitatem temporis nihil Hiſtoria dignum egit, quadam occaſione levitatis ab Urſo interfectus eſt anno Regni ſui ſecundo, & ſepultus eſt cum uxore ſua Regina Frogeva territorio Cangas, in Eccleſia Sanctæ Crucis, quam ipſe conſtruxit. III. ipſe fuit poſt Faſilani interitum Adefonſus, qui dicitur Magnus.* Hic ut idem Sebaſtianus pag. 47. teſtatur cepit *Lucum, Tudem, Portugalem, Bracharam Metropolitanam, Viſſes, Flavias, Amayam, Septemancam ... Mirandam ... Oxoma, Cluniam* (quas tamen Urbes non conſervavit). *Omnes Arabes occupatores prædictarum Civitatum interficiens ſecum ad patriam duxit.* Adelphonſo Magno regnante, non vero Muſa ejuſque filio Abdelaziz Saracenis dominantibus, Aſturiarum Regnum ſolide roboratum; tunc enim univerſus ille Hiſpaniarum tractus jugum ſubiit, nullaque Civitas libera remanſit, ut videre eſt in antiquo Diario Latino MS. a Sandovallio viſo, & in ſuis Notis ad Hiſtoriam Pelagii citato: *Era DCCLIII. pridie Idus Martii capitur Ebora a Mauris, eodem menſe diripitur Egeditania* (vulgo Idagna) *IV. Kalend. Maii traditur Salaria* (anno Chriſti DCCXV.) *Era DCCLIV. Abdelaziz cepit Olyſibonam, pacifice decepit Colimbriam, & totam Regionem, quam tradidit Mahumet Alhamal Iben Tarif. Deinde Portucale, Bracam, Tudim, Lucum; Auriam vero depopulavit uſque ad ſolum.*

Carolus, qui anno DCCXVIII. iterumque anno DCCXX. bellum *Saxonibus* intulerat, rurſus hoc anno contra eandem gentem expeditionem ſuſcepit, quæ ei proſpere ceſſit, quod adverſus Idololatras pro Sacris & Religione dimicarit. Annaliſta enim Meteńſis ait: *Anno DCCXXXVIII. Carolus Princeps Rhenum tranſiens, Saxoniamque hoſtiliter invadens, Saxones obſidibus acceptis propriæ Ditioni reſtituit, ipſoſque iterum ſibi tributarios fecit.* Eundem annum exhibent Annales Nazariani, Petaviani, & Maſciacenſes. Fuſius rem narrat Continuator Fredegarii in ſua Appendice, ſed ante utrumque bellum Saracenicum, quod una ſerie narrare voluit: *Itemque*, inquit, *rebellantibus Saxonibus Paganiſſimis, qui ultra Rhenum fluvium*

IV. *Carolus bellum Saxonibus tertio infert.*

Digitized by Google

ipſe, tum in Archiepiſcopatum Viennenſem Eccleſiam erectam fuiſſe. Sed longe antea ab ipſo ferme initio coaleſcentis in Gallia Chriſti Eccleſiæ fieri contigit, ut Eccleſia Viennenſis ſedes eſſet Archiepiſcopalis.

An-

PAGIUS *vium conſiſtentibus, ſtrenuus Vir Carolus Dux commoto exercitu Francorum in loco, ubi Lippia Fluvius Rhenum amnem ingreditur, ſagaci intentione tranſmeavit, maxima ex parte Regionem illam diriſſimam ſtravit, gentemque illam ſæviſſimam ex parte tributarios eſſe præcepit, atque quamplures obſides ab eis accepit, ſicque (opitulante Domino) victor remeavit ad propria.*

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 739.	GREGORII PAP. III. ANNUS 9.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 24.

I. ANnus ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus trigeſimusnonus, Indictione ſeptima, quo S. Bonifacii Germanorum Apoſtoli cultura Eccleſia Bojoariorum floreſcit, aucta tribus ſedibus Epiſcopalibus. De his enim hæc habet recentior auctor ex ejus diſcipulo, & ſcriptore fideliſſimo Wilibaldo (a): *Inde recedens, Ticino ſcilicet, ab Utilone Duce invitatus, Bojoariorum terras viſitavit, manſitque apud illos diebus multis, verbum Dei prædicans, veræque fidei ſacramenta illic renovans. Inter quos etiam quoſdam Eccleſiarum devaſtatores, & populi everſores profligavit, e quibus alii Epiſcopos ſe mentiebantur; alii miniſterium presbyteri ſibi uſurpabant: atque alii alia innumera improba fingentes, magna ex parte populum ſeduxerant. Sed cum tantam ſacerdotum fallaciam atque malitiam aliter arceri non poſſe cerneret, Bojoariæ provinciam, Utilone Duce conſentiente, in quatuor parœcias diſtribuit, eiſque tres eximia virtute viros præfecit, cum eos prius Epiſcopos ordinaſſet.*

(a) Apud Sur. die 5. Junii lib. 2. cap. 31. 32. tom. 3.

Bojoaria provincia augetur tribus Epiſcopatibus.

Ex iis primus fuit Joannes, quem voluit Salisburgenſis oppidi cathedram obtinere; alter Erembertus, [illegible] qui Friſingenſis Eccleſiæ præfectus eſt [illegible]. Tertius Gaubaldus Ratiſpona, quæ eſt Bojoariæ Metropolis, Antiſtes inſtitutus eſt. Vivilus vero a Præſule Apoſtolico jam ordinatus Pataviensi Eccleſiæ Epiſcopus datus eſt, ſed ejus parœcia, quæ quarta erat, jam a ſancto Bonifacio inſtar aliarum diviſa eſt. His ergo Epiſcopis ita inſtitutis, correctiſque iis, quæ in Bajoaria geſſiſſet, Romano Pontifici per litteras indicavit. Ille vero ejus facta approbans, hunc in modum ei reſpondit.

Reverendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo, Gregorius ſervus ſervorum Dei.

II. Greg. Papa probat res geſtas a Bonifacio.

Doctoris gentium egregii & beati Pauli Apoſtoli vox eſt dicentis (b): Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Agnoſcentes itaque ex ſyllabis fraternitatis tuæ quia de Germaniæ gentibus, quas ſua pietate Deus noſter de poteſtate paganorum liberavit, & ad centum millia animas in ſinu ſanctæ matris Eccleſiæ tuo conamine, & Caroli Principis Francorum aggregare dignatus eſt: ſed & in Bojoariorum provincia, quæ a te acta ſunt, agnoſcentes; datori omnium bonorum Domino Deo noſtro, extenſis ad cœlum manibus gratias retulimus: quia januam miſericordiæ, & pietatis in illis partibus Heſperiis ad cognoſcendam viam ſalutis aperuit, & miſit Angelum ſuum, qui præparavit viam tuam ante te. Vidiſti lector (quod te non prætereat) quam inſigniter teſtificatione tanti Pontificis, Apoſtolico præconio laudatus adeo reperiatur Carolus, cognomento Martellus, ut poſt Deum Bonifacio primum, inde ipſi accepta feratur converſio centum millium paganorum: ſed & cum nec minima quidem querela in eum ab aliquo Ro-

(b) Rom. 8.

Carolus Martellus laudatus.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXVI. Anno Hegiræ CXXII. inchoato die 7. Decemb. fer. 2. A.C. 739.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6231.

☉. 10. D. ☽ 18. P. 5. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 739.

GREGORII III. PAPÆ 9.

LEONIS ISAURI IMP. 23.

CONSTANTINI COPRONYMI 20.

I. S. Bonifacius Bavariam in quatuor Epiſcopatus diviſit.

ANnum I. ad V. Willibaldus in Vita Sancti Bonifacii cap. 3. loquens de iis, quæ Vir Sanctus egit in Germania poſt ſuam tertiam profectionem Romanam, ait: *Provinciam Bajoariorum, Odilone Duce conſentiente, in quatuor diviſit Parochias, quatuorque his partibus præſidere fecit Epiſcopos, quos ordinatione ſcilicet facta in Epiſcopatus gradum ſublevavit; quorum primus nomine Joannes, Eccleſiæ in Oppido quod dicitur Saltzburg, Epiſcopatus Cathedram ſuſcepit, ſecundus Erembercht, qui Friſingenſis Eccleſiæ Superſpeculatoris tenuit Principatum; tertius Gobaldus, qui Eccleſiæ Civitatis Reginæ Paſtoralis cubitoris ſubiit Magiſterium; quartus Vivilo, qui ſuper Patavienſem Eccleſiam Sacra Indagatione obtinuit dignitatem.* Idem habet Othlonus lib. 2. cap. 31. ſed editio Othloni, qua uſus eſt Baronius, depravata fuit; in ea enim ait Othlonus: *Erimbertus, qui Friſiæ gentis Eccleſiæ præfectus eſt*, loco, *qui in Friſingenſi Eccleſia regimen Pontificale, ſubiit*, uti habet editio, quæ extat Sæc. III. Benedict. part. II. & demonſtrant verba Wilibaldi, quæ in medium adduximus. Hunc poſtea errorem correxit Baronius in Appendice ad hunc annum. Unus ex illis Epiſcopatibus fuit *Ratiſponenſis*, qua voce uſus eſt Othlonus, ſed Wilibaldus *Ratiſponam* vocat *Reginam*, quia Ratiſpona alias vocata fuit *Reginum* contra confluentem Regini amnis poſitum, ut notat Cluverius in Vindelica & Norico cap. 4. *Bonifacius* itaque Apoſtolicæ Sedis per Germaniam Legatus Bavariam in Diœceſes quatuor diviſit, Salisburgenſem, Friſingenſem, Ratiſponenſem, & Patavienſem. Gregorius III. hanc inſtitutionem confirmavit literis a Baronio recitatis, quæ dicuntur *data quarto Kalendas Novembris, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Leone, Imperii ejus anno vigeſimo tertio. Sed & Conſtantini Imperatoris ejus filii anno vigeſimo, Indict. VIII.* Verum Baronius qui Imperium Leonis ab anno DCCXVI. perperam deducit, loco, *anno vigeſimo tertio*, reponit in margine, *vigeſimo quarto*; cum tamen ex dictis certum ſit, Leonem die XXV. menſis Martii anni DCCXVII. Impe-

Digitized by Google

Romanorum Pontificum reperiatur illata: plane majori indigent diſcuſſione illa, quæ feruntur de anima ipſius ad inferos condemnata, quæ a nobis inferius, quam exactiſſime diſquirentur. Sed pergit Gregorius.

III. *Igitur quia indicaſti perrexiſſe te ad Gentem Bojoariorum, & inveniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viventes, dum Epiſcopos non habebant in provincia, niſi unum, nomine * Vivilum, quem nos * paulo ante ordinavimus, & quia cum aſſenſu Utilonis Ducis eorumdem Bojoariorum, ſeu Optimatum provinciæ illius, tres alios ordinaſſe Epiſcopos, & in quatuor partes illam diviſiſti, id eſt, in quatuor parochias, ut unuſquiſque Epiſcopus ſuam habeat parochiam: bene & ſatis prudenter peregiſti, frater: quoniam Apoſtolicam præceptionem ex noſtra vice implevisti, & ſicut tibi præcepimus, ita egiſti. Itaque non deſinas, frater reverendiſſime, docere eos ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanæ Sedis traditionem, ut illuminentur rudes & viam ſalutis teneant, per quam poſſint ad æterna præmia pervenire.*

* Wiuilum.

Presbyteros autem, quos ibidem repeviſti, ſi incogniti fuerint viri illi, a quibus ſint ordinati, & dubium eſt eos Epiſcopos fuiſſe, qui eos ordinaverunt: ſi bonæ actionis, & Catholici viri ſunt ipſi presbyteri, & in miniſterio Chriſti omnique lege ſancta educati: ab Epiſcopo ſuo benedictionem presbyteratus ſuſcipiant, & conſecrentur, & ſic miniſterio ſacro fungantur.

Illi vero, qui baptizati ſunt, per diverſitatem & declinationem linguarum gentilitatis, ſi tamen in nomine ſanctæ Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manus impoſitionem, & ſacri chriſmatis confirmari; Nam Vuivilus Epiſcopus a nobis ordinatus eſt. Hic ſi aliquid excedit extra canonicam regulam, doce, & corrige eum juxta Romanæ Eccleſiæ traditionem, quam a nobis accepiſti.

De Concilio vero, ut juxta ripam Danubii debeas celebrare noſtra vice, præcipimus fraternitati tuæ Apoſtolica auctoritate, te ibidem præſentari, & inquantum tibi Dominus vires dederit, prædicare verbum ſalutis non ceſſes, ut religio Chriſtiana in nomine Domini creſcat, & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam frater pro incœptis laboris utilitate in uno morari loco, ſed confirmatis cordibus fratrum, & omnium Fidelium, qui rareſcunt in illis Heſperiæ partibus, ut tibi Dominus aperuerit viam ſalutis, prædicare non deſiſtas: & ubi locum inveneris, ſecundum canonicam regulam Epiſcopos ordina noſtra vice, & Apoſtolicam, atque canonicam traditionem eos tenere edoce; ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis: quoniam omnipotenti Deo noſtro facies plebem perfectam. Non pigeat, dilectiſſime fra- IV.

PAGIUS periam ſuſcepiſſe, idque ex hac clauſula a Mortono Scoto ad annum DCCXLI. memorata, aliiſque confirmetur.

II. Ante illam Bajoariæ in quatuor Diœceſes diviſionem jam *Vicbterpus* Ratiſponenſis Epiſcopus ordinarius erat, & *Vivolus* Pataviensis. Mabillonius enim Tom. IV. Analect. Verſus incerti Poetæ, qui medio ſæculo ſequenti floruit, publicavit quorum hic titulus: *De ordine Comprovincialium Pontificum*. In iis *Vicbterpus*, quod hactenus ignoratum fuerat, dicitur primus Epiſcopus ordinarius Ratiſponenſis, & *Garibaldus* ſeu Gaubaldus, vel Gaibaldus hoc anno a Bonifacio Ratiſponæ præpoſitus, dicitur ſecundus. Horum Verſuum beneficio Eccleſiæ Germanicæ Hiſtoriam hoc & ſequenti ſæculo variis in locis illuſtravi. Hæc de Epiſcopis Ratiſponenſibus in aureo illo Opuſculo leguntur.

Certa ſucceſſio ſeptem priorum Epiſc. Ratiſponenſium.

His Reginenſis Sedis vocitatur ab Urbe,
Quam rexit primo Vvicterpus Epiſcopus ille.
Poſt alius Gauvipaldus, qui nomine dictus,
Tertius Sigiricus erat Sacratus ad Aulam.
Poſt hunc jam fuerat Sindbertus in ordine quartus.
Quintus Adalvvinus fuerat, Sedemque regendo.
Poſt hunc Baturicus tenuit pius optime Sedem.
Erchanfredus ovans ſequitur hinc Paſtor optimus.

Gauvipaldus ſeu Gauvibaldus idem eſt ac Gaoibaldus, qui variis his nominibus indigitatus reperitur, ſed his ſecundus tantum Ratiſponenſis Epiſcopus fuit, non vero primus. Præter iſtos extra ordinem eam Eccleſiam rexere *S. Lupus*, *Ratharius*, *S. Rutpertus*, *S. Emerammus*, *S. Erhaldus*, *Albertus*, *Veliphalgus*, *Victerpus* & *S. Bonifacius*, ſed ſermo eſt hic tantum de ordinariis, quorum primum fuiſſe *Vvicterpum* docet Poeta laudatus. Gaiboldum vero Adjutorem tantum extitiſſe Wicterpi anno DCCLVI. videbimus.

III. Quoad Epiſcopatum Pataviensem, perperam credidit Velſerus lib. 3. Rer. Boicarum eum antiquitus fundatum fuiſſe, pluresque ante *Vivilum* ſeu *Vivilonem* Epiſcopos ordinarios habuiſſe; qua etiam in ſententia fuere Hundius, Cointius, aliique, quia laudatum Poetam videre non potuerant. Hic enim Epiſcopos omnes Patavienſes, qui ante eum, qui tunc ſedebat, quando Verſus ſuos ſcripſit, Epiſcopi ordinarii in illa Eccleſia fuerant, hoc ordine recenſet.

Epiſcopatus Patavienſis antiquus non eſt.

Patavienſi ergo Sedi eſt hac Aula dicata,
Quam tenuit primo Vivolus *jam ipſe Sacerdos.*
Nomine poſt illum Antiſtes mox vite Beatus.
Tertius eſt enim Sidonios *auctus honore.*
Anthelmus *quartus meritis & dogmate magnus.*
Hinc Wiſuricus *ovans Sedis conſcendit honorem.*
Nuper Woldricus *Felix Vir in ordine ſextus.*
Nunc ſedet Antiſtes magnus ille Sedis honorem. Vi-

Digitized by Google

frater, itinera carpere aſpera, & diverſa, ut Chriſtiana fides longe lateque tuo conamine extendatur; ſcriptum namque eſt: (a) Matt. 7. *(a) Arcta, & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam. Operare igitur, frater, opus bonum, quod cœpiſti, ut in die Chriſti Jeſu merearis dicere* (b) Matt. 25. *(b): Ecce ego, & pueri mei, quos dediſti, non perdidi ex eis quemquam; & iterum: Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum, ut ſubſequenter merearis audire vocem Domini dicentis:* (c) Ibid. *(c) Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Dat. quarto Kalendas Novembris, imperante domno piiſſimo Auguſto Leone, Imperii ejus anno* * quarto *vigeſimo * tertio. Sed & Conſtantini Imperatoris ejus filii anno vigeſimo, Indictione octava.* Inchoata a menſe Sptembris. Meminit & hujus epiſtolæ Marianus Scotus in Chronico.

V. Audiſti, lector, Bojoariorum gentem cultura Bonifacii redditam eſſe paradi-

ſum Dei quatuor fluentia irriguum, in quo flumen unum, ſicut in illo a Deo formato diviſum fuit in quatuor capita, univerſam irrigans regionem, cum una ſedes Epiſcopalis in quatuor, divino conſilio, partita fuit.

Ipſe vero Gregorius Papa hoc eodem anno in maximas eſt conjectus anguſtias, occaſione Luithprandi Longobardorum Regis, urbem ipſam infeſto exercitu obſidentis. Quomodo autem iſta ſe habuerint, Anaſtaſius ita narrat in Zacharia Pontifice ejus ſucceſſore: *Invenit Zacharias Papa totam Italiam valde turbatam, ſimul & Ducatum Romanum, perſequente Luitprando Longobardorum Rege, occaſione Tranſamundi Ducis Spoletani, qui in hanc Urbem Romanam, eodem Rege perſequente confugium fecerat. Et dum a prædeceſſore ejus beatæ memoriæ Gregorio Papa, atque a Stephano Patricio Romano & Duce, vel ab omni exercitu Romano prædictus Transamundus redditus non fuiſſet, obſidione facta, pro eo ab eodem Rege ablatæ ſunt a Ducatu Romano civitates quatuor, Ameria, * Hortus, Polimartium,* * Hortas *& Ble-*

Ann. Eccl. Tom. XII. Kkk

PAGIUS IV. *Vivilus Patavia primus Epiſc. ordinarius.* *Vivilus* itaque, qui jam ordinatus erat Epiſcopus in *Bojoaria*, cum Sanctus *Bonifacius* Provinciam illam in quatuor Diœceſes diſtinxit, primus fuit Epiſcopus ordinarius Eccleſiæ Patavienſis, & uno aut altero ante anno a Gregorio Papa conſecratus fuerat. *Vivalus quoque*, inquit Othlonus, *a Præſule Apoſtolico jam ordinatus, Patavienſi Eccleſia prælatus eſt, ſed ejus Parochia, quæ quarta erat, a Sancto Bonifacio, ſicut cætera dividebatur*, ideſt, diviſit, eique certos terminos præfixit. Et tamen Hundius aliique, duodecim Epiſcopos ordinarios ante *Vivilonem* numerant, & poſt illum Beatum, qui ſecundus Epiſcopus ordinarius fuit, prætermittunt. Quare Epiſcopi illi duodecim Regionarii tantum fuere, non vero Sedi Patavienſi affixi. De prioribus Epiſcopis Salisburgenſibus, cum de S. Rotperto, de Feiſingenſibus vero cum de *S. Corbiniano* verba fecimus, diximuſque, Sanctum *Vitalem* ſecundum Epiſcopum Salisburgenſem fuiſſe, *Flobargiſum* tertium, & *Joannem* a Sancto Bonifacio hoc anno ordinatum, quartum extitiſſe. *Laureacum* anno circiter quingenteſimo ſexageſimo octavo ab Hunnis ſeu Avaribus exciſum fuerat, ut ſæculo VII. oſtendi. Ab eo tempore uſque ad *Sanctum Bonifacium* nulli, nec Laureaci, nec Patavii, Epiſcopi ordinarii fuere, ſed per hæc tempora Epiſcopatus Patavienſis erectus fuit, & Sedes Laureacenſis cum illo conjuncta. Qui vero Eccleſiis Laureacenſi ac Patavienſi ſimul junctis præerat Antiſtes, Metropolitano titulo non gaudebat, nec ante *Arnonem* an. DCCXCVIII. Metropolitam renunciatum, aliquis in Bajoaria fuit, hac dignitate exornatus.

V. *Bellum Italicum.* Ad num. V. & ſeqq. Gregorium Papam a *Luitprando* Longobardorum Rege in magnas anguſtias conjectum fuiſſe, oſtendunt Anaſtaſius in Zachariæ Papæ Vita, & Paulus Diaconus lib. 6. de Geſtis Longobard. cap. 55. Ait Paulus: *His diebus Traſemundus contra Regem* (nempe Luitprandum) *rebellavit. Super quem Rex cum exercitu veniens ipſe Traſemundus Romam*

fugā petiit. In cujus loco Hildericus ordinatus eſt, Dux ſcilicet Spoletanus. Anaſtaſius vero in Zacharia Papa Gregorii Succeſſore dicit, Zachariam Pontificatum ineuntem inveniſſe Italiam valde turbatam, ſicuti & Ducatum Romanum, occaſione *Transamundi* Ducis Spoletani, quod is Gregorio ejus Deceſſore Luitprando Regi redditus non fuiſſet, qui ideo a Ducatu Romano Civitates quatuor eripuerat. Addit Anaſtaſius: *Sic Rex ad Palatium ſuum eſt reverſus, menſe Auguſti, Indictione ſeptima. Tranſamundus vero ingreſſus eſt per duas partes in fines Ducatus Spoletani, &c. & inde progreſſus eſt Spoletum menſe Decembris, prædicta Indictione*, Sed is locus ſine dubio corruptus. Si enim Indictio VII. in curſu fuit menſe Auguſto, Indictio qua annus notabatur menſe Decembri, fuit Indictio VIII. qua præſens Chriſti annus a Septembri inſignitur. Verum cum bellum hoc ad annum ſequentem pertineat, ut ibidem oſtendemus, loco *menſe Auguſti Indictione ſeptima*, legendum, *menſe Septembri*, vel *forſan Octobri Indictione nona.* Quæ enim Anaſtaſius ibidem narrat, ipſomet teſte eadem Indictione currente peracta ſunt. Ait enim *Indictione prædicta, menſe Decemb.* ideſt, Indictione, quæ uſurpatur ante menſem Septembrem ejuſdem Chriſti anni.

Porro cum *Luitprandus* bello Saracenico hoc anno in Galliis geſto interfuerit, liquet bellum Italicum hoc anno geſtum non eſſe. In Annalibus enim Nazarianis legitur: *DCCXXXIX.* VI. *Bellum Saracenicum.* *Karlus intravit in Provincia uſque Maſſilia*, idem legitur in Petavianis, & Maſciacenſibus. Sed rem fuſius explicat Continuator Fredegarii in ſua Appendice, poſtquam locutus eſt de bello Saracenico anno DCCXXXVII. peracto. *Denuo curriculo Anni illius menſe ſecundo, prædictum germanum ſuum* (nempe Childebrandum) *cum pluribus Ducibus atque Comitibus, commoto exercitu ad partes Provinciæ dirigit. Avenionem Urbem venientes, Carolus properans acceſſit, cunctamque Regionem uſque littus maris magni*

*& Blera. Et ſic idem Rex ad palatium ſuum eſt reverſus, menſe Auguſti, Indictione ſeptima. Tranſamundus vero, habito conſilio cum Romanis, collecto generali exercitu Romani Ducatus, ingreſſus per duas partes in fines Ducatus Spoletani. Hi continuo timore ducti, præ multitudine Romani exercitus, eidem Tranſamundo ſeſe ſubdiderunt, Marſicani, Furconenſes, atque Valvenſes, ſeu Pennenſes: deinde ingreſſi ſunt per * Ravenſe territorium, & venerunt in Reatinam civitatem, qui Reatini continuo & ipſi ſubdiderunt ſe. Et inde progreſſus eſt Spoletum menſe Decembris, prædicta Indictione.* Hæc ipſe.

Sed corrigendum quod ait, prædicta Indictione: nam menſe Septembris expleta ſeptima inchoatur octava, ut dicendum fuerit potius, eodem anno, quam eadem Indictione.

VI. Verum multa prætermiſſa ab Anaſtaſio inveniuntur, & inter alia deprædatio baſilicæ S. Petri, quæ in Vaticanis collibus extra Urbis mœnia poſita erat, cui Gothi hoſtes antea pepercerant, quamtum.

PAGIUS *gni, ſuæ Dominationi reſtituit, fugato Duce Maurento impenetrabilibus tutiſſimis rupibus maritimis munitioni præfatus Princeps Carolus cuncta ſibimet acquiſita Regna victor regreſſus eſt, nullo contra eum rebellante.* Sed priora verba corrupta ſunt, quibus hæc ſubſtituenda notat Cointius hoc anno num I. *denuo curriculo anni ſecundo*, ideſt, *anno poſt ſecundo*. Bellum enim iſtud a correcti anno removeri non poteſt. Præfatis Annaliſtis conſentit Annaliſta Metenſis, qui bellum iſtud fuſius exponit.

VII. *Italicum ſubſequutum eſt Saracenicum.* Paulus Diaconus loco laudato, poſtquam verba fecit de bello Saracenico an. DCCXXXVII. in Galliis confecto, ſcribit: *Iterato Saraceni Gallorum fines ingreſſi, uſque ad Provinciam venerunt, & capta Arelate, omnia circumquaque demoliti ſunt. Tunc Karolus Legatos cum muneribus ad Luitprandum Regem mittens, ab eo contra Saracenos auxilium popoſcit. Quod nihil moratus, cum omni Longobardorum exercitu in ejus adjutorium properavit. Quo comperto, gens Saracenorum mox ab illis Regionibus aufugit. Luitprandus vero cum omni ſuo exercitu ad Italiam rediit.* Bellum quidem Saracenicum anteceſſiſſe Italicum, verba Epitaphii ſepulcri Luitprandi inſcripti, a Baronio anno DCCXLIV. num. XXIII. recitati oſtendere videntur,

Acer in armis
Et bello Victor, Sutriumque Bononia firmans
Hoc, & Ariminum, nec non invicta Spoleti
Mœnia: namque ſibi hac ſubcreſt fortior uentis.
Roma ſuas vires jam pridem milite multo
Obſeſſa expavit. Deinceps tremuere feroces
Uſque Saraceni, quos diſpulit impiger ipſos
Cum premerent Gallos, Carolo poſcente juvari.

Verum ex iis, quæ anno ſequenti in medium adducu, manifeſtum fit, Romam eo anno a Luitprando Rege obſeſſam fuiſſe; ex quo conſequitur, Epitaphii conditorem ordinem temporum non ſervaſſe. Fateor tamen illud argumentum ex Auctore coævo deductum, hactenuſque nemini obſervatum, mihi alias crucem fixiſſe; ſed poſtquam obſervavi multa Epithaphia, quæ credebantur antiqua, recentia eſſe, ex laudato Epitaphio adverſus Scriptores citatos nihil deduci poſſe certius intellexi. *Saraceni* varias Provinciæ Urbes, Eccleſias, Monaſteriaque everterunt, uti videre eſt apud Cointium, hoc anno num. IX. & ſeqq. ſed cladem Monaſterii Lerinenſis, & cædem *Sancti Porcarii* Junioris illius Monaſterii Abbatis, quam recitat, ad aliquam ex præcedentibus Saracenorum invaſionibus referendas eſſe, veroſimilius videtur.

VIII. In Vita *Sancti Pardulfi* Abbatis Waractenſis in Lemovicibus, Auctore Anonymo ejus ſubæquali ſcripta, & recitata a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. I. legitur: *Cum Iſmaelitarum gens Pictavenſem Urbem fuiſſent ingreſſi & præcelſus Major Domus Carolus cum cunctis Francorum ad debellandum eos veniſſet, & devicto prælio hoſtem proſtravit ſpolia capiens, captivos revocavit. Sic quam plures ex eadem gente Iſmaelitarum fugam arripuerunt; & unde revertebantur, quemcumque hominem Chriſtianum inveniebant, & ubicumque Monaſterium aut locum Sanctum obviaſſent, igni concremabant.* (Floret S. Pardulfus Abbas.) Addit Anonymus eos, cum ad Viri Dei Monaſterium veniſſent, ejus ad Deum precibus diſſipatos fuiſſe: *Repente omnes in unum cuneum conjuncti, cæcitate concluſi, ſuis linguis colloquentes, diutiſſime ſteterunt, & viam qua profecturi erant, perrexerunt.* Verum hæc retrahenda ad annum DCCXXXII. quo Saraceni ad Urbem Pictavenſem ſuperati, ut recte obſervant ibidem Mabillonius, & Cointius eo anno num. LXXIV.

IX. *Annus ejus mortis.* *Pardulfus* invitus præfectus fuit Monaſterio Waractenſi, ſeu Garactenſi in Marchia Superiori ſito, quod recens ædificatum fuerat, jam a multis ſæculis everſum, *Poſtquam in prædicto Cœnobio habitare cœpit; oſtium cellæ ipſius egreſſus non fuit, numquam a Sole calefactus, niſi per feneſtram, numquam carnium neque volatilium eſu uſus eſt, numquam linteo indutus, neque balneo uſus, niſi poſtquam infirmari cœpit.* Qui ad eum veniebant vel variis infirmitatibus languentes, vel a Dæmonibus vexati, ſani redibant. Cumque paralyticus quidam, *qui per quinquennium in porticu S. Martini Confeſſoris* jacebat, in ſomnis admonitus fuiſſet, ut ad Pardulfum ſe conferret, paralyticus *uni ex Monachis Monaſterii ipſius omnia indicavit, & prædictus Monachus Domno Audelando Abbati omnia retulit*, iſque illum ad Virum Dei perducendum curavit, a quo ſanatus eſt. Hinc recte deducit Mabillonius, Monachos tum fuiſſe in Turonica Eccleſia Sancti Martini, quod a Joanne Launoio, & quibuſdam aliis perperam negatum. Sed non animadvertit Vir doctiſſimus, *Audelandum*, ſive *Autlandum* jam ab anno ſuperiori Martiniani Monaſterii apud Turonas Abbatem fuiſſe; quod Pardulfi mortem cum anno ſeptingenteſimo triceſimo ſeptimo illigat. In Chronico enim Fontanellenſi cap. 10. poſt mortem Teutſindi, qui duobus Monaſteriis præfuerat, Martiniano videlicet & Fontanellenſi, capite ſuperiori narratam, ait Chronographus: *Vuido ſortitus locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis DCCXXXVIII.* Tunc quippe Widone in Præfecturam Fontanellenſem Teutſindo ſuccedente, in Martinianam Teutſindum Autlandus excepit. Quare *Sancti Pardulfi* mors, quæ Carolo Franciam regente contigit, ad præſentem vel alterutrum ex duobus ſequentibus revo-

Digitized by Google

tumlibet fuerint Ariani. Extat de his epiſtola ejuſdem Gregorii Pontificis ad Carolum Francorum Principem, quem & aliis ante datis litteris interpellarat, ut auxilium ferret Romanæ Eccleſiæ contra Longobardos: ipſam igitur ex duobus petitam exemplaribus, ſic tibi reddimus.

Ann. Eccl. Tom. XII.

Domino excellentiſſimo filio Carolo Subregulo, Gregorius Papa.

Ob nimium dolorem cordis, & lacrymas, iterata vice tuæ excellentiæ neceſſarium duximus ſcribendum, confidentes te eſſe amatorem filium beati Petri Principis Apoſtolorum, & noſtrum, & quod Greg. Pap. epiſtola ad Carolum Martellum,

Kkk 2 *pro*

PAGIUS revocanda. Scribit Anonymus Vitæ ejus Auctor, *ea tempeſtate, qua præcelſus atque inluſter Major Domus Carolus regeret Franciam, inluſter quoque Vir Chunoldus regeret Aquitaniam per permiſſum Caroli* Pardulfum ad Deum tranſiiſſe *adveniente Dominico die*. Mabillonius ex verbis illis colligit, eum anno DCCXXXVII. mortuum eſſe, quod in quibuſdam Martyrologiis colatur die ſexta Octobris, quæ eo anno in Dominicam incidit. Cointius vero an. DCCXLIII. num. LXVII. & ſeqq. ex eo quod *Autlandus* anno DCCXXXVIII. Abbas Monaſterii Sancti Martini creatus fuerit, deducit, mortem ejus collocandam eſſe anno DCCXLIII. quod die Dominica, die III. menſis Novembris, ſpiritum Deo reddiderit, & ab an. DCCXXXVIII. uſque ad annum DCCXLIII. dies ille III. Novembris in Dominicam non conveniat, niſi hoc ultimo anno. Addit Cointius in ejus Vitam, in qua dicitur, *Pardulfum* demortuum, Caroli Majoratum gerente, errorem irrepſiſſe. Verum cum in ea dies & menſis, quibus ejus obitus contigit, taceantur, & Sancti aliis diebus, quam quibus ad Deum migrarunt, plerumque in Tabulis Eccleſiaſticis recolantur, liquet utramque opinionem falſo principio inniti, & Sancti Abbatis mortem, incertis die ac menſe, hoc vel alterutro ex duobus conſequentibus annis accidiſſe; cum *Carolus* exeunte anno DCCXLI. vivere deſierit.

X. *Mors Ethelardi Occident. Saxonum Regis.* Moritur hoc anno *Ethelardus* Occidentalium Saxonum Rex, cui ſucceſſit *Cuthredus*, qui ab aliquibus ejus frater, ab aliis cognatus, aut propinquus dicitur. Hoc enim anno Epitomes Bedæ Continuator, Weſtmonaſterienſis, Hovedenus & Auctor Anonymus Chronici Mailroſenſis nuper in Anglia ex Codice MS. publicatus, mortem ejus conſignant.

XI. *Moritur S. VVillibrordus primus Epiſc. Trajecti ad Rhenum.* *Sanctus Vuillebrordus* ſeu Willebrordus primus Trajectenſis ad Rhenum Epiſcopus, cujus Vitam Alcuinus Caroli Magni Principatu literis mandavit, *die ſexto menſis Novembris, ideſt, octavo Idus, ex hac peregrinatione ad perpetuam migravit patriam, & ſepultus in Monaſterio Eſternaco, quod ipſe Deo conſtruxerat*, inquit idem Alcuinus, qui in lib.2. cap.24. ejuſdem Vitæ *bis denos luſtra, & ter quater menſes* complevisse aſſerit, ſeu annos LXXXI. prætergreſſum eſſe. Eſt autem *Eſternacum* inſigne Monaſterium Ordinis Sancti Benedicti, oppido nobilitatum, haud procul ab Urbe Auguſta Trevirorum, ubi Sancti Willibrordi corpus præcipua religione etiamnum honoratur. Annum ejus emortualem colligo, partim ex Epiſtola Sancti Bonifacii XCVII. ad Stephanum II. Papam, a Baronio anno DCCLV. num. XXXI. & ſeqq. recitata, in qua plura de Willibrordi laboribus, partim ex Hiſtoria ejus Tranſlationis a Theofrido Abbate Eſternacenſi, qui Alcuinum fuſiori ſtylo proſaice ac metrice reddidit, deſcripta. Scribit Sanctus Bonifacius: *Per quinquaginta annos prædicans, gentem Freſonum maxima ex parte convertit ad fidem Chriſti*. Quare cum anno ſexcenteſimo nonageſimo Friſiis Evangelium annunciare cœperit, ut ſuo loco monſtravi, ejus mors ad præſentem vel ſequentem annum pertinet. Sed Theofredus Abbas annos illos L. incompletos fuiſſe, & Willibrordum hoc anno mortuum eſſe teſtatur, cum ait, ejus Tranſlationem factam fuiſſe XII. Kalendas Novembris, *anno Progeniti Verbi MXXXI. a tranſitu ejuſdem Glorioſi Patris CCXCII.* qui proficiſcuntur a die VI. menſis Novembris præſentis Chriſti anni. Quare Mabillonius Sæc. III. Benedict. part.1. ubi Vitam Sancti Willibrordi ab Alcuino deſcriptam exhibet, mortem Sancti Willibrordi recte hoc anno collocavit, perperamque eam Cointius in ann. DCCXLII. diſtulit; quod Sanctus Bonifacius in Epiſtola ad Stephanum Papam laudata de Willibrordo ſcribat: *finitis longævæ vitæ diebus, in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendavit mihi Sedem illam, ad conſtituendum & ordinandum Epiſcopum, quod & feci*, & quod parte alia Carolomannus menſe tantum Octobri anni ſeptingenteſimi quadrageſimi primi mortuo Carolo Martello patre Princeps Francorum dictus fuerit. Inde enim tantum ſequitur, vacaſſe Sedem Trajectenſem a morte Sancti Willibrordi uſque ad initium Principatus Carolomanni, qui novæ illi Sedi alium Epiſcopum præfici voluit, hunceque fuiſſe *Dadanum*, anno DCCLV. oſtendemus. Friſiorum converſionem a Sanctis *Egberto & Vuigberto* hujus nominis primo tentatam, *VVillibrordus* perfecit, abſolvitque, & Epiſcopatum Trajectenſem inſtituit, quem ſæculo elapſo Paulus IV. in Archiepiſcopatum erexit. [1]

Anno DCCXXXVII. quo *Theodericus Calenſis* hujus nominis IV. Francorum Rex vivere de- XII.

NOTÆ [1] Annus emortualis S. Willibrordi deſignatur ab authore brevis chronici Epternacenſis, quem floruiſſe arbitror ſæculo XII. ineunte. In eo enim opere vulgato in Collectione Monumentorum to. 4. col. 505. legitur: *Anno Incarnationis Domini DCCXXXVIII. indictione VII.* (in Septembri mutata) *migravit ex hoc mundo S. VVillibrordus &c.* Authori huic ſtandum eſſe cenſeo, tum quod nemo adeo vetuſtus author occurrit, qui certum obitus illius annum accurate deſignaverit; cum præſertim quod traditionem exprimere videatur ſervatam apud Epternacenſes monachos de anno emortuali conditoris ſui; ac tandem quia traditioni huic nullum ſatis validum argumentum opponitur. Quod enim ait S. Bonifacius apud Pagium hic, de prædicatione quinquaginta annorum peracta a S. Willebrordo, facile diluitur, cum anni quinquaginta pro 48. vel. 49. in gratiam numeri rotundi adnotari potuerint. Theofredus vero apud Pagium hic, annos 292. ab obitu S. Willibrordi uſque ad ejus tranſlationem, quæ in annum 1031. menſe octobri incidit, ideo ſupputat, quod annos tantummodo completos in calculum deduxerit, quod reliquum erat menſium neglecto. MANSI

*pro ejus reverentia noſtris obediat mandatis ad defendendam Dei Eccleſiam, & peculiarem populum, * qui jam perſecutionem, & oppreſſionem gentis Longobardorum ſufferre non poſſumus. Omnia enim luminaria ad honorem ipſius Principis Apoſtolorum, & quæ a veſtris parentibus vel a nobis oblata ſunt, ipſi abſtulerunt. Et quoniam ad te, poſt Deum, confugium fecimus, propterea ipſi Longobardi in opprobrium habent, & opprimunt: Unde & Eccleſia S. Petri denudata eſt, & in nimiam deſolationem redacta: tamen omnes noſtros dolores ſubtilius in ore poſuimus præſenti portatori tuo fideli, quos in anribus tuæ excellentiæ ſuggerere debeat.*

* quia

VII. *Tu autem, fili, habeas cum ipſo Principe Apoſtolorum hic, & in futura vita coram omnipotente Deo noſtro, ſicut pro ejus Eccleſia, & noſtra defenſione diſpoſueris, & decertaveris ſub omni velocitate; ut cognoſcant omnes gentes tuam fidem, & puritatem, atque amorem, * quem habes erga Principem Apoſtolorum beatum Petrum, & nos, ejuſque peculiarem populum zelando, & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem, & æternam vitam acquirere.* Hucuſque epiſtola Gregorii Papæ ad Carolum cognomento Martellum; reliqua autem anno ſe-

* quæ

PAGIUS *Abbo Monaſterium Novalicenſe a ſe fundatum redditibus auget.* deſiit, diximus Inſtrumenta publica poſt ejus mortem hac formula notari ſolita fuiſſe, *anno poſt defunctum Theodoricum Regem*, I. vel II. vel III. &c. Inveniri tamen fuiſſe, qui annos *Caroli* Francorum Principis ac Majoris Domus in Neuſtria, Auſtraſia & Burgundia, in Actis publicis adhibuerint, & a verno tempore *anni* ſeptingenteſimi decimi noni, quo in pugna Sueſſionica *Ragenfredum* de Majoratu Domus Regiæ cum eo contendentem ſuperavit, repetierint. Cointius anno DCCLXXXIX. num. CXCI. & ſeqq. pluribus agit de Monaſterio Novaliacenſi, hodie in Epiſcopatu Taurinenſi ſito, & in confirmationem eorum, quæ in medium adducit, Teſtamentum *Abbonis* Viri pii ac potentiſſimi, qui illud fundavit, & opimis redditibus locupletavit, exhibet, quod & poſtea ex eodem veteri exemplari deſcripſit Mabillonius lib. 6. de Re Diplom. pag. 507. quove ante utrumque uſi ſunt San-Marthani in Archiepiſcopis Ebredunenſibus, Pingonius in Auguſta Trevirorum, Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia in Chronologica Pedemontanæ Regionis Hiſtoria, aliique, quia nempe in eo multa continentur, e quibus hujus ſæculi Hiſtoria in non paucis lucem accipere poteſt. Sed cum nullus hactenus Teſtamentum illud anno ſuo reddiderit, hinc factum, ut quod tenebras diſſipare debuit, eas auxerit. Quare juvabit hic illud cum currenti anno, quo conditum eſt, alligare.

XIII. *Summa ejus Teſtamenti.* Hoc ejus initium: *Sub die tertio Nonas Majas, anno vigeſimo primo gubernante inluſtriſſimo noſtro Carolo Regnum Francorum, Indictione VII.* (quæ in curſu fuit uſque ad Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni) *feliciter. Ego in Dei Nomine Abbo filius Felici & Ruſtica nomine quondam, ſana mente atque conſilio, cogitans caſus humanæ fragilitatis, Teſtamentum condidi*, ideoque hoc Chriſti anno, quo a vere annus XXI. Majoratus Caroli initium ſumſit. Scriptum eſt Teſtamentum illud ſtylo valde barbaro, in quo dicit Abbo ſe conſtruxiſſe Monaſterium Novaliciis, *ubi Normam Monachorum*, inquit, *ſub religionis ordine ſpiritale & Regula Sancti Benedicti cuſtodiendis, Domino adjuvante, conlocavimus, ubi a preſens Vir Abbo preeſſe videtur, heres mihi eſſe.* Enumerat poſtea compluriмas poſſeſſiones in variis Diœceſibus ſitas, quas huic Monaſterio largitur. Eidem donat quod a Domno *Valdeberto* Epiſcopo acquiſivit, quod in pago Vapincenſi Domnus Semphorianus Epiſcopus ejus avunculus emit, quem ait, *quondam* Epiſcopatum Vapincenſem in ſua habeiſſe *gubernatione & devotione*. Dat eidem Monaſterio quod *Marro avus* ejus quondam acquiſivit a Domno *Cramnelino* Epiſcopo, ſtatuitque, ut quando Abbas de hac luce migraverit, *Pontiunus* Epiſcopus alium eligat. Donat præterea *Terſiæ* filiæ Honoriæ liberti ſui res illas quas *per præceptione Domno Theoderico Rege, & inluſter vero Domno Carolo, in pago Dienſe, Vuapencenſe, & Gratianopolitano* conquæſivit. Addit denique: *dum & Provincias iſtas ad gentes Serracenorum diſſolutas & diſtructas ſunt, & tam liberti noſtri, quam & ſervi & ancillas utriuſque generis per plura loca vicinorum per neceſſitate diſperſas fuerunt, volo, ut ubicumque adgentes heredem meum Monaſterii Sancto Petro Novalicis conſtructum eos invenire potuerint, ut licentia habeant in eorum abſque cujuſlibet contradictione revocare dominationes.* Monachi Novalienſes illud Teſtamentum *ſæpiſſime per Placita Comitum, per diverſas pagos ad relegendum detulerunt*, ut dicit Frodinus Abbas Monaſterii Novalienſis, quando illud præſentavit Carolo Auguſto, & *jam ex parte valde dirutum eſſe videbatur*, uti in literis ejuſdem Imperatoris Teſtamento præfixis legitur. In illis vero nullus temporis character extat præter nomen *Auguſti* Carolo attributum.

XIV. *Notatur illud anno XXI. Caroli Majoris-Domus.* Porro Teſtamentum illud anno XXI. Majoratus *Caroli*, non vero Regni Caroli M. Francorum Regis in annum Chriſti DCCLXXXIX. conveniente, ut Pingonius, Cointius, Mabillonius, aliique exiſtimarunt, conſcriptum certum eſſe debet; neque enim Carolus M. in inſtrumentis publicis *Illuſtris* aut *Illuſtriſſimus* unquam appellatus fuit; contra vero *Carolus Martellus* ſemetipſum in duobus ejus quæ ſuperſunt Diplomatis, *illuſtrem* nuncupat. Primum ejus Diploma a Willelmo Heda in Hiſtoria Ultrajectina recitatur, eoque Eccleſiam Ultrajectinam Carolus Major Domus inſigni munificentia anno Chriſti DCCXXIII. dotavit. In ejus fine legitur: *Actum Hereſtallio villa publica in ipſa die Kalend. Januarii, anno II. regnante glorioſo Domino Theoderico Rege. Signum illuſtris Viri Caroli Majoris Domus; qui hanc donationem fieri & affirmari rogavit. Signum Carolomanni filii ejus. Signum Abbonis. Signum Engebaldi, &c.* Ejus principium eſt: *Ego in Dei nomine illuſter Vir Carolus major Domus, filius Pippini.* Ubi vides Carolum ſe ipſum *Illuſtrem* vocare, & anno ſecundo Theodorici Regis donationem ſuam notare. Vides præterea *Abbonem* ſe ſe *Patricium* non appellare, ideoque diverſum eſſe ab Abbone Patricio, de quo mox. Alterum Caroli Majoris Domus Diploma refertur in Antiquitatibus San-Dionyſianis lib. 3. cap. 4. eſtque inſignis donatio Baſilicæ Sancti Dionyſii, ab ipſo paulo ante mortem facta, ſed barbaria ver-

ſequenti. Luit, luit quidem Luithprandus maximo ſuo damno, quod ſacrileges manus in ipſam baſilicam S. Petri omnibus antehac Barbaris etiam hoſtibus, & hæreticis teverendam iniicere auſus eſt, mulctatus amiſſione regni in filio, omnique gente Longobardorum; qui quamvis alias ſemper gravibus fuerint delictis obnoxii; tolerati tamen a Deo, & regnare hactenus permiſſi ſunt in Italia; cum vero attingere auſi ſunt ipſam ſacroſanctam Petri baſilicam, regno penitus in perpetuum excidere, poſitique ſunt in exemplum iræ divinæ cæteris principibus, quanto periculo inconceſſa tantentur.

Re-

PAGIUS verbia exarata. Ejus initium eſt: *Ego in Dei Nomene, Inluſter Vir Karlus Maiorim-Domus, filius Pippini*. Finis vero a *Actum Careciaco* (pro Cariſiaco) *villa in Palatio, quod ficit* (pro fecit) *menſis September die XVII. annum quintum poſt defunctum Theodericum Regem. Signum Inluſtro Viro Karlo Majorim-Domus qui hanc Epiſtolam donationis fieri rogavit*. Ipſa quidem annos Majoratus ſui non numerat, ſed hominea priveti, nti erat Abbo eum tanquam Principem Francorum, e quo Ipſa nomioe ſemper abſtinet, venerebantur. Abbo per hæc verba, *quem per præceptione Domno Theoderico Rege & inluſter vero Domno Carolo, in pago Dienſe, & Vappencenſe*, &c. loquitur da Theodorico IV. Francorum Rege, & da Carolo Majore Domus, non vero de Theodorico Gothorum Rege, qui anno DXXVI. e vivis exceſſit, ut eum male Interpretatus eſt Chronographus Novaliſienſis apud Ducheſnium Tom. II.

XV. *Corriguntur errores ex ejus prava interpretatione enati.* Hia Ita conſtitutis varia, quæ hactenus in obſcuro fuerant, in lucem aſpectumque proferuntur. Primum, Monaſterium *Novaliſienſe* ad radices montis Ciniſii ſitum, hujus ſæculi initio eb *Abbone* Viro opulentiſſimo, non vero eb *Abbone* Patricio, quo eum nomine *Carolus Aug.* noo appellat, conditum aſt, non aotem reparatum, ut multi Teſtamentum illud perperam Interprataotur. II. fundetum fuit in Diœceſi Maurinianenſi, in qua aatus fuiſſe videtur Abbo; cum in eo, refert parentes ſuos in Valle Maurigennica Eccleſiam ædificaſſe, & quidquid in eadem valle poſſidebat, Monaſterio Novaleciano largiator. *Novalicium* a Guntramno Rege Francorom Epiſcopatui Maorennenſi attributum fuit, nec ad Teurinenſem redit, niſi poſt everſum Longobardorum Regnum. Quare *Vualchunus* hujus ſæculi initio Maurianenſis Epiſcopus erat, non vero Archiep. Ebredunenſis regnante Pippino, ut arbitreti ſunt San-Marthani aut Epiſc. Maarienenſis anno DCCLXX. at putavit Cointius. Abbo enim de eo eit: *Ab initio inchoationis operis fundamentum Eccleſia S. Petri Monaſterii Novalicis haredis mea poſuit & uſque ad culminis conſummationem fabricam perduxit*, ideoque hoc ſæcolo ineunte *Vualchunus* Maurienna ſedit, & hoc anno adhuc in vivis erat. III. *Semforianus* ſeu Symphorianus Epiſcopus Vapincenſis mortuus erat, quando Abbo Teſtamentum ſuom ſcripſit, ut liquet ex laudetis verbis, & ex iſtis in eodem Teſtamento memoretis: *diebus vita ſua tutelam meam in ſua habuit receptam poteſtate*. Quamobram *Semforianus* hujus ſæculi ioitio, non vero Pippino, Carolomanno, & Carolo M. Franciam regentibus, ut euſtimavit Cointius, Eccleſiam Vapincenſem rexit. IV. *Abbo*, non an. DCCLXXXIX. ut Cointius, aliique putant, ſed currente Novaliſii Abbas fuit, indeque Catalogi omnes Abbatum hujus Monaſterii interturbati ac depravati V. *Chramlinus* Archiepiſcopus Ebredunenſis fuit anno DCLXXVII. ut eo anno oſtendi, non vero Epiſcopus Cabellionenſis, ut perperam idem Cointius. *Chramlini* Sedem primus omnium detexit Mabillonius VI. falſum eſt quod ſcribit Pingonius, & Cointius, aliiſque perſuaſit, Novaliacenſe Monaſterium poſtquam a Longobardis everſum fuiſſet, per multos annos in ſito jecoiſſe, & poſtea illud *Abbonem Patricium* Romanum anno DCLVI. rurſus erexiſſe, & ampliſſimis redditibus ditaſſe. *Abbo* enim *Patricius* anno DCCLXXX. varia bona Monaſterio Sancti Victoria Maſſilienſis legavit, ut videre eſt apud San-Marthanos in Epiſcopis Maſſil. ubi ejus Diploma referunt, & Pingonius duos Abbones, qui diverſis temporibus vixere in unum confundit. Ait enim: *Anno Chriſti DCCLVI. Abbo Patricius Romanus, natione Gallus, Felicis & Ruſtica filius, Marronis & Dodina nepos* &c. At non *Abbo Patricius* filius fuit Ruſticæ & Felicia, & Marronis ac Dodinæ nepos, ſed *Abbo* Vir privatus, ut ex ejus Teſtamento liquet. Quare ea Monaſterii Novaliacenſis reſtauratio, & Longobardorum irruptio mere fictitiæ ſunt. Mitto alios errores ex *anno XXI. Caroli Majoris Domus* attributo Carolo Magno enatos; ſed non poſſum non monere Lectorem, cum in eo Teſtamento mentio ſit irruptionis Saracenicæ, quæ anno DCCXXXI. contigit, illud condi non potuiſſe *ſub* Carolo M. Quis enim credat, hominem anno DCCLXXXIX. viventem in ſuo Teſtamento cogitaſſe de redimendis ſervis & libertis a ſexaginta fere annis a Saracenis captis; jam enim vel omnes mortui, vel magno fuiſſent ocari redemptori. Prætérquamquod in eo Teſtamento non agitur de ſervorum redemptione, ſed de eorum per diverſa loca diſperſione, qui ideo fruſtre poſt tot annorum curricula ab hæredibus *Abbonis* quærerentur.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 740.	GREGORII PAP. III. ANNUS 10.	LEONIS ISAUR. IMP. ANNUS 25.

I. Concilium a S. Bonifacio celebratum.

Redemptoris annus ſeptingenteſimus quadrageſimus, Indictione inchoatur octava, quo S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus, ubi accepiſſet litteras a Gregorio Papa datas anno ſuperiori, quarto Kal. Novembris de Concilio congregando; de quo & monuerat idem Pontifex Epiſcopos Bojoariæ, & Alemanniæ ante annum, litteris eidem Bonifacio redeunti in Germaniam datis: obſervantiſſimus cuſtos Pontificiorum mandatorum vigilantiſſimo ſtudio, ex more implere ſtuduit, quod ſciret magna induſtria impetratum.

II. Quod ad locum ſpectat Auguſtæne, an alibi prope Danubium fuerit celebratum (uterque enim locus litteris Pontificiis nominatus reperitur) haud ſatis exploratum habetur, cum alioqui Auguſtæ celebratum eſſe, ſunt qui aſſerant. Cæterum re vera habitum fuiſſe dictum Concilium documentis plurimis perſpectum habetur, præſertim vero ex ejuſdem Bonifacii epiſtola data ad Cuthbertum Archiepiſcopum in Anglia. Nam id ex multis, quæ in ea continentur argumentis, poſſumus intelligere, utpote quod contineat ea, quæ per eos in Synodo tractanda Pontifex monuiſſet, & inter alia de cogenda annis ſingulis Synodo; quodque prima hæc ab eis Synodus celebrata videatur. Occaſio enim ejus ſcribendæ epiſtolæ Bonifacio illa extitit, quod cum Cuthbertus reditum Bonifacii ex Urbe accepiſſet: caritatis ergo veteris amicitiæ coltor, viſitationis cauſa ad eum diaconum ſuum miſit cum muneribus, deditque litteras. Quibus grato animo Bonifacius acceptis, reddidit ad eum ſuas Apoſtolico plane homine, & martyrii candidato digniſſimas, quibus & de rebus recens geſtis reddidit certiorem, nimirum de ſua legatione Apoſtolica Romæ confirmata, de Concilio congregato ejuſdem Pontificis juſſione; immo nec illud prætermittendum putavit, quod magno cum dolore toto itinere conſpexerat, nempe ex Anglia deductas feminas ſub pio peregrinationis prætextu Romam ad ſancta limina Apoſtolorum, quæ ſatanæ laqueis irretitæ, ſuam in via proſtituiſſent publice pudicitiam. Cum igitur plures in unum conſentiant conjecturæ, quod ea epiſtola Bonifacius, non de alia aliqua, quam de iſta, de qua ſermo eſt, Synodo agat: illam hic tibi integram reddendam putavimus. De qua illud primum accipe, Cuthbertum Archiepiſcopum, ad quem ſcribit, hoc ipſo anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo (ut apud Bedam in Epitome legitur) poſt Nothelmum, de quo ſuperius dictum eſt, fuiſſe conſecratum Epiſcopum Doroveruenſis Eccleſiæ, prædeceſſore jam anno ſuperiori defuncto. Hincque eſt, quod Bonifacius hac epiſtola plura ingerit de miniſterio paſtorali, quo novum Antiſtitem moneat, ut in diœceſi ſua, quæ corrigenda ſunt, corrigat; quod & mirabili dexteritate concinnat, dum ſeipſum deplorans, quid ſit illi timendum, & naviter operandum, inſinuat. Sic enim ſe habet:

Spiritalis affinitatis neceſſitudine copulando fratri Archipontificatus infula ſublimato Coepiſcopo Cuthberto, Bonifacius Legatus Germanicus Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ optabilem in Chriſto ſalutem intime. III. Epiſt. 48. eod. Cod.

Scriptum eſt in libro (a) *Salomonis; Beatus homo, qui invenit amicum, cum quo poſſit loqui, quaſi cum ſemetipſo. Cum muneribus munificentiæ veſtræ dulciſſimas litteras veſtras, fraterna charitate inter litas, Deo, & vobis gratias agentes, filio veſtro diacono Cyndberto offerente, ſuſcepimus; vivæ vocis quoque melliflua colloquia veſtra de fraternis conſiliis per illum nobis caritas veſtra mandavit: quæ conſiliorum ſpiritualia collo-*

Epiſtola Bonifacii ad Cudbertum.

(a) Eccl. 25.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXXVIII. Anno Hegiræ CXXIII. inchoato die 16. Novembr. fer. 2. A. C. 740.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6233.

☉ 10. CB. ☽ 29. P. 24. Apr. aliis 17. Indict. 8.

JESU CHRISTI 740.

GREGORII III. PAPÆ 10.

LEONIS ISAURI IMP. 24.

CONSTANTINI COPRONYMI 21.

I. Anum. I. ad XIV. Non Beda in Epitome, ut ſcribit Baronius num. II. ſed Continuator Epitomes Bedæ aſſerit, hoc anno *Cuthbertum* conſecratum eſſe Epiſcopum, Cantuarienſem ſcilicet. Monet ſuis literis Cuthbertum Sanctus Bonifacius de iis quæ in ſuo Synodali Conventu decreta fuerant. Verum Conventus ille nonniſi anno DCCXLII. celebratus, ideoque illa *Bonifacii ad Cuthbertum* Archiepiſcopum Cantuarienſem Epiſtola ad eum Chriſti annum revocanda. Ibi enim unicum Concilium Germanicum in duo perperam diviſum fuiſſe videbimus. Quæ hic itaque Baronius habet, ad illum Chriſti annum referenda ac pro certo tenendum, *Carolo Martello* Franciam regente, *Bonifacium* nullum Concilium celebraſſe. Sanctus enim Liudgerus Monaſterienſis Epiſcopus in Vita Sancti Gregorii Abbatis & Rectoris Eccleſiæ Trajectenſis ad Rhenum, Sæc. III. Benedict. part. II. recitata, de eodem Grego-

Synodus in Germania habita anno DCCXLII.

*loquia optamus ut Deo volente, quamdiu in hac mortali vita vivamus, inter nos jugiter inſinuentur, illo * operante, a quo ſola ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera: vos melius, & plenius, quibus Deus multa donavit, & prudentius noſſe, & melius, & plenius poſſe ſcimus; nos quaſi in paucis fideles, veſtri & devoti ſtudemus inſtrui, aureo cæleſtis amoris vinculo, quod rumpi non poteſt, invicem catenati. Nam labor noſtri miniſterii unius, & ejuſdem cauſa eſſe dignoſcitur, & æqualis ſpeculatio in curtis Eccleſiarum, ſive populorum nobis credita eſt, ſive in docendo, ſive in hortando, & monendo, ſive in defendendo canonicos gradus, vel plebejos. Idcirco humillime, ut ille inſinuavit, ſimilia faciamus.*

* præſtante.

IV. De Synodo celebrata.

Major enim nobis ſolicitudo Eccleſiarum, & cura populorum propter pallia credita, & recepta, quam cæteris Epiſcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit. Propterea, cariſſime, non quia veſtræ prudentiæ opus ſit ruſticitatis noſtræ ſtatuta audire, vel legere: ſed propter bonam, humilem, & ſanctam voluntatem veſtram putamus, vos libentius ſcire velle, quam neſcire, quæ hic ſacerdotes nobiſcum ſervanda decrevere, vobis emendanda, & corrigenda deſtinamus.

Decrevimus autem in noſtro Synodali conventu, & confeſſi ſumus Fidem Catholicam, & unitatem, & ſubjectionem Romanæ Eccleſiæ finetenus vitæ noſtræ velle ſervare, ſancto Petro & † Vicario ejus velle ſubjici. Synodum per omnes annos congregare. Metropolitanos pallia ab illa ſede quærere, & per omnia præcepta ſancti Petri canonice ſequi deſiderare, ut inter oves ſibi commendatas numeremur. Et iſti confeſſioni univerſi conſenſimus, & ſubſcripſimus, & ad corpus ſancti Petri Principis Apoſtolorum direximus: quod gratulando clerus Romanus & Pontifex ſuſcepit.

† *Sic uſurpatur improprie vox iſta, Vicarius, uſus loquendi illius temporis, quod loco Petri Chriſti vicem Papa gerat in terris.*

Statuimus, ut per annos ſingulos canonum decreta, & Eccleſiæ jura, & norma regularis vitæ in Synodo legantur, & recuperentur.

V. *Decrevimus, ut Metropolitanus, qui ſit pallio ſublimatus, hortetur cæteros, & admoneat, ut inveſtiget, quis ſit inter eos curioſus de ſalute populi, quis * ve negligens ſervus Dei. Venationes, & ſilvaticas vagationes cum canibus, & ne accipitres, & falcones habeant prohibuimus. Statuimus, ut per annos ſingulos unuſquiſque presbyter Epiſcopo ſuo in Quadrageſima rationem miniſterii ſui reddat ſive de Fide Catholica, ſive de Baptiſmo, ſive de ordine miniſterii ſui. Statuimus, ut ſingulis annis unuſquiſque Epiſcopus Parochiam ſuam ſolicite circumeat populum confirmare, & plebes docere, & inveſtigare, & prohibere paganas obſervationes, * divinos, vel ſortilegos, auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes ſpurcitias Gentilium. Interdiximus ſervis Dei, ut pompato habitu, vel ſago, vel armis non utantur. Statuimus, quod proprium ſit Metropolitani, juxta canonum ſtatuta ſubjectorum ſibi Epiſcoporum inveſtigare mores, & ſolicitudinem circa populos, qualis ſit, & moneant, ut Epiſcopi a Synodo venientes in propia parochia cum presbyteris, & Abbatibus conventum habentes præcepta Synodi * obſervare, inſinuando præcipiant, & unuſquiſque Epiſcopus, ſi quid in ſua diœceſi corrigere, vel emendare nequiverit, itidem in Synodo coram Archiepiſcopis, & palam omnibus ad corrigendum inſinuet, eodem modo, quo Romana Eccleſia nos ordinatos cum ſacramento conſtrinxit, ut ſi ſacerdotes, vel plebes a lege Dei deviaſſe * viderim, & corrigere non * potuerim, fideliter ſemper Sedi Apoſtolicæ, & Vicario ſancti Petri & emendandum * indicaverim: ſic enim, niſi fallor, omnes Epiſcopi * debeant Metropolitano, & ipſi Romano Pontifici, ſi quid de corrigendis populis apud eos impoſſibile eſt, notum facere, & ſic alieni ſient a ſanguine animarum perditarum.*

* vero.

Canones Concilii per S. Bonifacium habiti.

* divinationes vel ſortilegia

* ſervare.

* viderem

* poſſem.

* indicarem.

* debent.

VI. De Paſtorali ſolicitudine.

De cætero, frater cariſſime, quia nobis æqualis labor, & majus periculum imminet, quam cæteris ſacerdotibus, quos canones antiqui præcipiunt, ut omnes ſciant Metropolitanum ſolicitudinem totius provinciæ gerere. Et (ut verbi gratia dicam ſicut timeo) navim gubernandam inter fluctus feri maris ſemel ſuſcepimus, quam nec caute regere, nec ſine peccato dimittere valemus; quia ut quidam ſapien-

PAGIUS gorio ac Bonifacio ſcribit: *Crevit Beatus adoleſcens Gregorius cum ſuo Magiſtro* (nempe Bonifacio) *in omni Operum virtute & decore ſapientia Divina, &c. & ſic ibant de virtute in virtutem quotidie in melius proficientes, & creſcentes in omni opere bono. Interea, dum hæc ita geruntur ab electis Dei Bonifacio & diſcipulis ejus ſucceſſerunt in Regno patri Carolo religioſi filii Carlmannus, & Pippinus, patre debitum univerſæ carnis perſolvente, & tranſeunte de hoc mundo. Tunc pii filii patri ſuccedentes in Regnum, quia eis undique per gratiam Chriſti major quies erat largita bellorum quam fuiſſet patri, cœperunt in Regno ſuo, inſpirante Deo, religionis officia intentius quærere, & meliorare. Cœpit & hoc audire B. Bonifacius futurus Martyr, & diſcipuli ejus: ſtatimque frequentius approximare Palatio, quam fecerant, & loqui cum Regibus & prædicare ſecundum datam ſibi a Deo gratiam populum Dei in ipſo Palatio. Et in tantam gratiam venerunt apud Reges ſupradictos, & omnem populum Francorum, ut omnes una voce dicerent & concordarent, B. Bonifacium digniſſimum eſſe Epiſcopatu.* Et paulo poſt: *Ex eo die quantum claruerit ſapientia ipſius omni Regno Francorum, quantaſque Synodos cum religioſis populis ad corro-*

pientium dicit: Si periculoſum eſt navem inter fluctus caute non regere; quanto periculoſius eſt, cum undis tumeſcentibus fluctuantem in tempeſtate relinquere? Et idcirco Eccleſia, quæ velut navis magna per mare mundi hujus enavigat, diverſiſque tempeſtatum fluctibus in hac vita tunditur; non eſt tamen relinquenda, ſed regenda. Cujus rei in exemplo priores Patres habemus, Clementem, & Cornelium, & cæteros ſanctos plures in Urbe Roma: Cyprianum in Carthagine, Athanaſium in Alexandria, qui ſub paganis Imperatoribus navem Chriſti, immo cariſſimam ſponſam ejus Eccleſiam ſcilicet docendo, defendendo, laborando, & patiendo, uſque ad ſanguinis effuſionem gubernabant.

VII. * memetipſo. (a) Cant. 2. *Poſſum enim de * me ipſo pro certo, juxta vocem Cantici Canticorum dicere: (a) Filii matris meæ pugnaverunt contra me. Poſuerunt cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi: Vinea enim,* (b) Iſai. 5. *ſecundum Iſaiam (b) Prophetam Domini Sabaoth, domus Iſrael eſt.* * Nunc. ** Hæc videlicet Eccleſia Catholica eſſe comprobatur, cujus Synodum congregandam juſſu Pontificis Romani, & rogatu Principum Francorum, & Gallorum ſub ſpe reſtaurandæ legis Chriſti ſuſcepi, circumfodi,* * cophinum ** confinium ſtercoris apportavi, ſed non cuſtodivi.* (c) Iſai. 5. *Cum (c) autem expectarem, ut faceret uvas, fecit labruſcas. Et juxta alium Prophetam.* (d) Habac. 3. *Mentitur (d) opus olivæ, & campi non faciunt eſcas. Sed proh dolor, officium laboris mei rerum collationi ſimillimum eſſe videtur cani latranti, & videnti fures, & latrones frangere, & ſuffodere, & vaſtare domum domini ſui, & quia defenſionis auxiliatores non habeat, ſubmurmurans ingemiſcat, & lugeat.*

VIII. *Nunc autem, quod mihi in tali periculo poſito juſtum, & cautum eſſe videtur, ſalubre conſilium veſtrum quærens, & ſcire deſiderans, inſinuo libertatem prædicandi: Dico, ut in* (e) Act. 20. *(e) Actibus Apoſtolorum Paulus Apoſtolus ſacerdotibus intimavit dicens: Conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum ab omnium ſanguine. Non enim ſubterfugi quo minus annuntiarem vobis omne conſilium Dei. Attendite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſibi ſanguine ſuo: Regnum, inquit, Dei, inter vos ambulans prædicavi, ut me alienum ab omnium perditione ſervarem.* (f) Ibid. *Nam (f) Apoſtolus Epiſcopum (g), Propheta ſpeculatorem* (g) Ezech. 3. *(h) Salvator mundi paſtorem Eccleſiæ ſacerdotem appellat,* (h) Joan. 21. *& omnes tacentem peccata populi doctorem ſanguinis animorum perditarum rerum ſub ſilentio eſſe comprobant. Propter hoc horribilis, & maxima neceſſitas cogit, ut juxta dictum Apoſtoli nos formam debeamus exhibere fidelibus, hoc eſt (niſi me fallat opinio) ita juſte vivendum doctori, ne dicta ſua repugnantibus factis evacuet, & ne cum ſit de proprio tutus, alieno damnetur peccato: quia ad hoc eſt Eccleſiæ Dei præpoſitus, ut non ſolum bene vivendo alios exemplo inſtituat, ſed etiam fiducialiter prædicando ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat; & quæ pœna maneat duros, quæ gloria obedientes oſtendat:* Pro aliena ſalute ſoliciti ſint Sacerdotes. *quia juxta verbum Domini ad (i) Ezechielem, cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiam ſi ſancte vivat, & tamen perdite viventes arguere, aut erubeſcat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente * perierint, condemnabitur.* (i) Ezech. 3. * pereunt *Et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato?*

IX. (k) Ezech. 3. *Taciturnitatem quidem ſacerdotis Dominus ad (k) Ezechielem, loquens terribiliter prohibet, & ſpeculatorem ſacerdotem appellat: ut ſicut ſpeculatoris eſt de loco editiori plus omnibus contemplari, ita ſacerdos debet eſſe meritorum ſublimitate celſior, & majoris ſcientiæ habere gratiam, quæ poſſit cæteros inſtruere. Audiens, inquit divinus ſermo, ſermonem annuntiabis eis ex me. Indicat, ut hoc dicat ſacerdos, quod ex divina dilectione didicerit, quod illi Deus inſpiraverit, non quod humano ſenſu invenerit. Annuntiabis, inquit, ex me, non ex te. Mea verba loqueris: non eſt, quod ex his tamquam de tuis inflaris.* Sacerdotes libere arguant delinquentes. *Ex me, inquit, eis annuntiabis; ſi me dicente ad impium, impie morte morieris, non fueris loquutus, ut ſe cuſtodiat impius a via ſua; ipſe impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem vero ejus de manu tua requiram. Ac ſi aperte dicat, ſi ei peccata ſua non annuntiaveris, & ſi eum non argueris, ut convertatur, & vivat, & te, qui non increpaſti, & ipſum, qui te tacente peccavit, flammis perennibus tradam.*

X. *Non ſimus ergo tam ſaxei, vel tam ferrei pectoris, ut nos iſta verba Domini non terreant: Non ſimus tam alieni a fide, ut iſtis verbis Domini non credamus; ſed excitemus, & exhortemur fratres noſtros ve-*

PAGIUS *vectionem populi poſtea inſtituiſſet, non iſto Opuſculo modo dicendum eſt.* Bonifacius igitur Carolo Franciam adminiſtrante in Thoringia quidem, Haſſia, aliiſque Regionibus Verbum Dei prædicavit, ſed nonniſi ſub *Carolomanno* & *Pippino* ejus filiis Synodos congregare cœpit, indeque Othlonus lib. 2. cap. 33. narrata Caroli morte, de Synodis a Bonifacio coactis, poſtquam Carolomannum *omnia paterni Regni jura* diſponentem adiit, verba facit. Sed ante Carolomanni & Pippini Præfecturam nullam Bonifacium Synodum habuiſſe, magis infra conſtabit.

Digitized by Google

(a) 1. Petr. 5.
venerandos verbis S. Petri Apoſtoli (a). Sobrii eſtote, & execitamini, quia adverſarius veſter diabolus, tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide; ſcientes eamdem paſſionem, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Et Epiſcopos Synodi noſtræ ſubjectionis adjuratione ſancti Pauli Apoſtoli admoneamus (b) Timotheo dicentis: Teſtificor coram Deo & Chriſto Jeſu, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, per adventum ipſius & regnum ejus prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Eſt enim jam prædictum ab Apoſtolis tempus, cum ſanum doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, &c. Clamemus in fortitudine, juxta dictum (c) Prophetæ, qui annuntiamus pacem in terris hominibus bonæ voluntatis. Ille namque in fortitudine clamat, quem nec metus, nec verecundia prædicare verbum vitæ impedit.

Epiſcopi admonendi.
(b) 2. Timot. 4.
(c) Iſai. 58.

XI. Contendamus, auxiliante Domino, at non ſimus inter illos falſos paſtores ovium, quos Propheta accuſat, dicens (d): Hæc dicit Dominus Deus: Væh paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges paſcuntur a paſtoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini; quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis: quod fractum eſt, non alligaſtis, & quod abiectum, non reduxiſtis: quod perierat, non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in devorationem omnium beſtiarum agri. Væh, quod Propheta dicit, pro maledicto poſuit; per paſtores Epiſcopos ſignificavit: greges Domini, id eſt, fideles populos ad paſcendum; ſed ſemetipſos paſcunt, qui non populi ſalutem, ſed ſuas voluntates attendunt, licet lanas ovium Chriſti oblationibus quotidianis, ac decimis fidelium ſuſcipiunt, & curam gregis Domini deponunt. Non ſanant ſpiritali conſilio infirmum peccatis; non ſolidant ſacerdotali ope diverſis tribulationibus fractum; non revocant erroneum ad viam ſalutis; non requirunt ſolicitudine paſtorali veniæ jam deſperatione perditum: nec afflictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more deſæviunt, defendunt, nec divites peccantes, vel potentes non ſolum non arguunt, ſed etiam venerantur, & ideo minaciter ſuperbiam talium ſermo divinus contundit, dicens: Væh paſtoribus Iſrael. Et iterum: Propterea paſtores audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare eos faciam, at ultra non paſcant gregem, nec paſcant amplius ſemetipſos. Quid eſt aliud, quam paſtores, qui ſemetipſos, ſed greges non paſcunt, de ſublimitate honoris inter reprobos, & inter maledictos proiiciam? Ad hæc omnia quis non intremiſcat, niſi qui futura non credit? nam omnia, quæ Deus voluit obſervari, tam aperte poſuit, & ſui nominis auctoritate firmavit, ut ea facilius (quod dictu quoque nefas eſt) contemnamus, quam nos non intelligere tam aperta, & divina mentientes fingamus. Quando audimus: Hæc dicit * Deus: quis futurum eſſe non credat, quod dicit Deus, niſi qui Deo non credit? Et horum, & his ſimilium conſideratione perterritus ſum, & timor, & tremor venerunt ſuper me, & pene contexerunt me tenebræ peccatorum meorum, & ſemel ſuſceptum gubernaculum Eccleſiæ, ſi licuiſſet, placuiſſet mihi omnino dimittere; ſi valerem, vel exempla Patrum, vel ſcripturas ſacras conſentaneas invenire.

(d) Ezech. 34.
De malis Epiſcopis.
* Dominus.

XII. Idcirco, frater cariſſime, quia hæc omnia ita ſe habent, & veritas fatigari poteſt, vinci autem & falli non poteſt; fatigata mens noſtra confugiat ad illam, qui per Salomonem dicit (e): Habe fiduciam in Domino ex tota corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos, & alibi (f): Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam confugit juſtus & ſalvabitur. Stemus in juſtitia, & præparemus animas noſtras ad tentationem, ut ſuſtineamus ſuſtentationem Dei, & dicamus ei: Domine refugium factus es nobis a generatione & progenie. Confidamus in eum, qui nobis onus impoſuit: quod per nos portare non poſſumus, portemus per illum, qui eſt omnipotens, qui dicit. (g) Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. Stemus in prælio in die Domini, quia dies tribulationis, & anguſtiæ venerunt ſuper nos. Moriamur, ſi Deus voluerit, pro ſanctis legibus Patrum noſtrorum, ut hæreditatem cum illis æternam conſequi mereamur. Non ſimus canes muti, non ſimus taciti ſpeculatores, non ſimus mercenarii, lupum fugientes, ſed paſtores ſolliciti vigilantes ſuper gregem Chriſti, prædicantes majori, & minori, diviti, & pauperi omne conſilium Dei, omnibus gradibus, vel ætatibus, in quantum Deus donaverit poſſe, opportune, importune, eo modo, quo S. Gregorius in libro Paſtorali conſcripſit.

(e) Prov. 3.
(f) Prov. 18.
(g) Matt. 11.

Præterea non taceo caritati veſtræ, quia omnibus ſervis Dei, qui hic, vel in ſcriptura, vel in timore Dei probatiſſimi eſſe videntur, diſplicet, quod bonum & honeſtas pudicitiæ * noſtræ Eccleſiæ illuditur, & aliquod levamentum turpitudinis eſſet, ſi prohiberet Synodus, &

De feminis peregrinantibus.
* veſtræ.

Principes veſtri mulieribus frequentiam, quam ad Romanam civitatem veniendo, & redeundo faciunt; quia ex magna parte pereunt, paucis remanentibus integris. Perpaucæ enim ſunt civitates in Longobardia, vel in Francia, aut in Gallia, in qua non ſit adultera, vel meretrix generis Anglorum, quod ſcandalum eſt, & turpitudo totius Eccleſiæ veſtræ.

XIII. De uſurpatoribus rerum Eccleſiarum. *Illud autem, quod laicus homo, vel Imperator, vel Rex, aut aliquis Præfectorum, vel Comitum ſæculari poteſtate fultus ſibi per violentiam rapiat monaſterium de poteſtate Epiſcopi, vel Abbatis,* vel Abbatiſſæ, & * incipiat ipſe vice Abbatis *regere, & habere ſub ſe monachos, & pecuniam poſſidere, quæ fuit Chriſti ſanguine comparata: talem hominem antiqui Patres nominabant raptorem, & ſacrilegum, & homicidam pauperum, & lupum diaboli intrantem in ovile Chriſti, & maximo anathematis vinculo damnandum ante tribunal Chriſti. De talibus memorare ſancti* (a) *Pauli Apoſtoli ad Timotheum, dicentis: Divitibus hujus ſæculi præcipe, non ſuperbe ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo, qui præſtat omnia. Talibus, ſi correptionem Eccleſiæ non recipiant, quia ut Ethnici, & publicani ſunt, nec vivis nec mortuis communicet Eccleſia Dei: Talibus, quia, & hic, & ibi * reperiuntur, cum tuba Dei clangamus, ac tacentes damnemur.*

* deſunt in alio textu.

(a) 1. Tim. 6.

* repelluntur.

XIV. De veſtitu vano. *Supervacuam his, & Deo odibilem veſtimentorum ſuperſtitionem omni intentione prohibere ſtude: quia illa ornamenta veſtium (ut illis videtur, quod ab aliis turpitudo dicitur) latiſſimis clavis, vermium imaginibus clavata, adventum Antichriſti ab illo tranſmiſſa præcurrunt. Illius * calliditate per miniſtros ſuos introducere intra clauſtra monaſteriorum fornicationem & luxuriam, &c.* Hucuſque epiſtola, cui finis deeſſe videtur.

* calliditatem,

Jam vero quid eodem anno in Anglia acciderit memoria dignum, iiſdem Annalibus intexamus: Rex Occidentalium Saxonum ſanctorum Regum ſuorum prædeceſſorum inſignis pietatis æmulus, nolens illis ſe degenerem demonſtrare, perpetuo pietatis monumento erga Romanam Eccleſiam fidem ſuam voluit reliquiſſe teſtatam. Nuntium ſiquidem remiſere regno anteceſſores Reges, de quibus ſuis locis ſuperius dictum eſt, Ceadualla, & Huu, & peregrinantes Romam ad Limina Apoſtolorum, illic monaſticam vitam amplexi, ſancto fine in Domino quievere. Iſte vero antequam regno ſe abdicaret, voluit illud Eccleſiæ Romanæ vectigal jure perpetuo conſtituere, ut domus ſingulæ, ſingulos denarios annuatim ſancto Petro penderent; ſic devincire populum ſuum ſtudens, ut annui cenſus penſitatione cognoſceret ſe ſubditum S. Petro, cujus & fidem firmam illibatamque jugiter conſervaret: quem & ſcientes omnes Dominum eſſe ſuum, propenſiori ſtudio colerent, & in opportunitatibus invocarent. Ina nomen fuit huic Regi maxime pio, cujus uxor Regina nomine Edilburga, licet in ſexu fragili, haud imparem fortitudine ſuo viro ſe exhibuit, dum & ipſa de contemptu mundi peregregium ſpecimen dedit. Monaſticam ſiquidem vitam amplexa, perpetuo ſe ergaſtulo mancipavit, cum monaſterium monialium ſanctarum ingreſſa, ibidem, ex Regina ſe in ancillam convertit, atque tantum ſibi ipſi imperare delegit, probe ſciens, vere eſſe illum Regem, qui Chriſti amore aliis ſubditum ſe conſtituit, & vere imperare, qui ſuis paſſionibus dominatur.

Edilburga Regina efficitur monialis.

Omittimus de his loquentes ſingulos hiſtoricos recenſere, ſatis putantes afferre in medium auctorem illum, qui ſimilis ſcribæ docto, profert de theſauro ſuo nova, & vetera; Virgilium dico, qui res Anglorum ſumma cum laude proſequutus, de eodem Rege numquam ſatis laudato hæc, quæ ſequuntur, habet, totidem verbis reddita: *Officia autem ejuſdem Regis pietatis plena infinita produntur, & illud in primis, quod regnum ſuum Romano Pontifici vectigale fecerit, ſingulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis. Fecit autem idem, ejus exemplo (ut opinor) ductus, Offa Merciorum Rex, qui non multum poſt tempus regnavit. Fuit is annus ſalutis circiter ſeptingenteſimus quadrageſimus. Hoc vectigal, prout quidam ſcribunt, auxit poſt hæc Ethelwolphus, ſeu Athulphus Rex, qui ut proximo libro demonſtrabitur, totius fere inſulæ imperium obtinuit.* Hæc ipſe: qui & de ſuo tempore, nempe præſenti ſæculo iſta ſubiicit: *Omnis Anglia hoc tempore iſtud ve-* XV.

Anglia tributaria S. Petro.

PAGIUS II. *Ina Rex Pontifici Rom. Regnum ſuum vectigale facit.* Ad num. XIV. & ſeq. *Ina* Occidentalium Saxonum Rex anno DCCXXVI. Regnum depoſuit, ſed antea illud Pontifici Romano vectigale fecit, *ſingulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis*, inquit Polydorus Virgilius lib. 5. Verum cum ſubdat, eum annum fuiſſe ſalutis circiter ſeptingenteſimum quadrageſimum, Baronium, qui ejus locum integrum recitat in errorem traxit, effecitque, ut de ea donatione hoc anno ſermonem haberet; cum tamen *Ina*, aut jam mortuus eſſet, aut in Monaſterio vitam duceret. Quare ea vel anno, quo Sceptrum reliquit, aut non multo ante peracta fuit. Ranulfus Ceſtrenſis lib. 5. cap. 24. de Rege Ina ſcribit: *Qui primus omnium Regum denarium ex ſingulis domibus Regni ſui B. Petro fertur conceſſiſſe, quod dicitur ab Anglis* ROMESCOT, *Latine vero* DE-

NA-

Digitized by Google

vectigal, pietatis, & religionis cauſa Romano Pontifici pendit domeſticatim collatum, & nummi illi argentei vocantur a vulgo, Denarii divi Petri, quos Pontificius Quæſtor, quem non inſcienter, Collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim quæſturam aliquot per annos geſſimus, ejuſque muneris obeundi cauſa primum in Angliam venimus. Hæc ipſe, ſcribens ad Henricum octavum tunc Regem, anno Redemptoris milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, cum Londini eſſet. Sed mirandum illud accidit: *ubi ceſſavit pendi vectigal iſtud utcumque male redemptum, hæreſum alluvione Anglicana Eccleſia abſorbetur.* At de rebus Angliæ ſatis.

XVI. Jam inviſamus Orientalem Eccleſiam, quam ſub duro jugo perſecutoris Imperatoris reliquimus laborantem, cum ubique terrarum ejus Imperio ſubditarum Orthodoxis omnibus nonniſi luctus eſſet & dolor; aliis dira morte mulctatis, proſcriptis aliis, diverſi generis cruciatibus aliis afflictatis, aliis mancipatis carceribus, fame frigoreque conſumptis, ludibriis popularibus expoſitis aliis, per publica loca tractis, membriſque diſtractis, aliiſque pœnis affectis, præter multitudinem haud mediocrem illorum, qui e civitatibus, relictis bonis omnibus, ſponte migrantes in ſolitudines, voluntario exilio facti extorres abdita montium petiere, & receſſus quæſiere ſilvarum, antra ferarum ſua domicilia facientes. Dum inter hæc Imperator, quaſi (ut ſibi viſus) de idololatria profligata triumphans, lætus incederet, atque ſuperbus, utpote quod de proſtrata impietate, & puro cultu reddito Deitatis, ipſum Deum ſibi fecerit debitorem. Qui (ſicut in pſalmo (a) eſt) de cœlo auditum fecit judicium: *terra tremuit & quievit*: juxta illud (b): *Qui reſpiciens iratus terram, fecit eam tremere*: haud enim diutius tolerans mala, prænontiis iræ ſuæ perterrefecit Imperatorem. Etenim irato numine totus contremuit Oriens, civitates complures æquatæ ſolo fuere, & quæ erant in urbe ſtatuæ Imperatorum collapſæ, contrariæ ſunt, quaſi ipſæ ſtare non poſſent, ubi ſacræ imagines eſſent ab ipſo impio Leone proſtratæ; qui nec ipſe quidem amplius potuit eſſe ſuperſtes: nam paucos poſt menſes a terræmotu (ut dicetur) ex hac vita ſublatus eſt. At quomodo hæc ſe habuerint, a Theophane petamus: in quo primum emendes, quod habet id accidiſſe vigeſimo tertio Leonis Imp. anno; corrigaſque ex iis, quæ ipſemet ſubdit, id factum menſe Octobri nona Indictione, inchoata jam ipſa menſe Septembri, præſentem per Indictionis notam ſignificans annum vigeſimum quintum, juxta initam ſuperius rationem ejuſdem Imperatoris inchoatum ab octavo Kalen. Aprilis; *eodem* (inquit) *anno terræmotus factus eſt magnus, atque terribilis Conſtantinopoli, ſeptimo Kal. Novembris, Indictionis nona, feria quarta hora octava. Et corruerunt Eccleſiæ, & monaſteria, populuſque multus exſtinctus eſt. Cecidit autem & ſimulacrum, quod ſtabat ſuper Attali porta magni Conſtantini una cum ipſo Attalo, & titulus Arcadii, qui ſupra Xerophili columna ſtabat, & ſimulacrum majoris Theodoſii, quod ſuper auream portam videbatur, necnon & terreni urbis muri, ac civitates, & villa in Thracia; & Nicomedia in Bithynia, & Prænetus, & Nicæa, in qua ſalva tantum remanſit Eccleſia. Fugit autem mare, & terminos ſuos in quibuſdam locis, & perduravit terræmotus menſibus duodecim.* Hucuſque Theophanes: qui & ſubdit tantam cladem Leonem in ſuum lucrum convertiſſe, tributo ſuperimpoſito, ut ad muros inſtaurandos civitatis per ſingulos * aureos nummus argenteus ſolveretur: quod & propagatum in poſteros tradunt.

(a) Pſ. 75.
(b) Pſ. 103.

Terræmotus Conſtantinop. vexat.

Terræmotus maximus Conſtantinop.

XVII. Remanſit terræmotus hujus memoria in Græcorum Menologio Baſilii Imper. juſſu collecto, perpetuo elogio conſignata verbis iſtis: *Vigeſimo quinto Leonis Iſaurici principatus anno, Indictione nona, vigeſima ſexta Octobris die, in S. Demetrii commemoratione, factus eſt ingens, & terribilis terræmotus Conſtantinopoli, & omnes domus, & Eccleſiæ conciderunt,* mul-

PAGIUS NARIUS PETRI *vocabatur*. Ethelburga Regina, quæ Virum ad Monaſticam vitam incitavit, idem vitæ genus amplexa eſt: *Nec deerat ſancti Dux femina facti; quæ tum antea Virum ad hoc audendum incitaſſet, tunc mœrentem verbis lenire, & labentem exemplis erigere; prorſus quod ad ſalutem ejus ſpectat, nihil dimittere* inquit Malmesburienſis lib. 1. De Reg. cap. 2. Ingreſſa eſt Berkingenſe Monaſterium, ubi poſt aliquot annos Abbatiſſa exiit, & ſancto fine quievit. Diverſa eſt hæc *Ethelburga* ab alia ejuſdem nominis quæ Berkingenſis Monaſterii, prima Abbatiſſa fuit; quam alibi diximus, non fuiſſe filiam *Annæ* Regis Anglorum Orientalium, ſed Sancti *Erconwaldi* Londinenſis Epiſcopi ſororem.

III. Ad num. XVI. & ſeq. Theophanes anno Leonis Imp. XXIV. quem Kal. Septemb. hujus Chriſti anni exorditur, ait: *Eodem etiam anno terræ motus ingens & tremendus menſis Octobris die XXVI. Indictione IX. feria IV. hora diei VIII. Conſtantinop. contigit, quo Eccleſiæ & Monaſteria corruerunt, & e populo plurimi ruinis obruti, &c. Nonnullis in locis proprios limites mare deſeruit: & menſes XII. motus ille terræ perſeveravit.* Quare cum hoc anno poſt Kalendas Septemb. Indictio IX. in curſu fuerit, & dies XXVI. Octob. in feriam quartam inciderit, Baronius recte hunc terræ motum conſignavit ex Auctore Miſcellæ, cujus locum integrum refert, ſed perperam ſcribit, Theophanem ſeu Auctorem

Conſtantinopolis anno terræ motu concuſſa.

Digitized by Google

multique ruinis oppreſſi ſunt mortui. Unde tam terribilis terræmotus memoriam recolentes, ſupplicamus; & ad magnum, & ſacrum immaculatiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ templum, quod eſt in Blachernis, ſupplicantes, & ramis intruſe precantes, & ex ipſa ſine viri ſemine, vel corruptione propter nos natum peccatores Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum orantes, ut nos a ſua juſta liberet ira, contra nos excitata. Hactenus in Menologio memoria terræmotus, annis ſingulis recoli ſolemniter conſueta.

XVIII. Longobardi infeſtant Romam & Campaniam. Quod ad res ſpectat Occidentales, Roma ipſa motu bellico exagitatur, parante adverſus eam exercitum Luithprando Rege Longobardorum, eo quod (ut anno ſuperiori dictum eſt) Romanorum auxilio Transmundus Dux Spoletanus ob ipſo expulſus, in Ducatum fuerat reſtitutus; ipſe vero Tranſamundus haud ſtans promiſſis, æque Romanis apparuiſſet infidelis, ſibique vendicaſſet Galleſium caſtrum. His preſſus anguſtiis Gregorius Pontifex, ad petendum auxilium a Carolo Martello Duce Francorum legationem ornavit honorificam ſatis, miſitque eidem ſacra munera. De his enim hæc apud Anaſtaſium leguntur his verbis: *Hujus temporibus concuſſa eſt provincia Romanæ ditioni ſubjecta, a nefandis Longobardis ſimul, & Rege eorum Luithprando. Venienſque Romam in campo Neronis tendit tentoria, deprædataque Campania, multos nobiles de Romanis, more Longobardorum, totondit, ac veſtivit.*

XIX. De legatione Gregorii Pap. ad Carolum Martellum. *Pro quo vir Dei Gregorius Papa, undique dolore conſtrictus, ſacras claves ex Confeſſione beati Petri Apoſtoli accipiens direxit navali itinere ad partes Franciæ Carolo ſagaciſſimo viro, qui tunc regnum regebat Francorum, per miſſos ſuos, id eſt Anaſtaſium ſanctiſſimum virum Epiſcopum, necnon & Sergium presbyterum, ad poſtulandum a præfato excellentiſſimo Carolo, ut eos a tanta oppreſſione Longobardorum liberaret. Eodem tempore, neceſſitate compulſus, plurimam partem murorum hujus civitatis Romanæ reſtauravit: alimoniam quoque artificum, & pretium ad emendam calcem de proprio tribuit. Hujus denique temporibus* [1]. * *Galleſium caſtrum pro quo quotidie expugnaba-* * Gellienſium.

NOTÆ [1] HUnc locum Jo. Vignolius in editione Anaſtaſii, quam Romæ ad fidem codicum Vaticanorum paraverat, ita reſtituit: *Hujus denique temporibus Galleſium caſtrum recuperatum eſt, pro quo quotidie expugnabatur Ducatus Romanus a Ducatu Spoletino; dans pecunias non parvas Traſimundo Duci eorum, ut ceſſarent bella & quæſtiones, & ſic, ut potuit, cauſam finire, & in compage ſanctæ Reipublicæ atque in corpore a Deo dilecti exercitus Romani eum adnecti præcepit.* GEORGIUS

PAGIUS rem Miſcellæ prodere, id accidiſſe anno XXIII. Leonis Imp. Theophanes enim, Auctor Miſcellæ, Cedrenus & Anaſtaſius in ſua Verſione Theophanis diſerte ſcribunt; illum terræ motum accidiſſe anno XXIV. ejuſdem Imperatoris. Secundo, Baronius qui Imperium Leonis a die XXV. Martii anni DCCXVI. auſpicatur, dicit corrigendum eſſe Theophanem, & loco, *anno XXIII.* reponendum eſſe, *anno XXV.* quia Baſilius Imp. in ſuo Menologio tradit, ſingulis annis hujus terræ motus memoriam Conſtantinopoli recoli. At quoad annum hujus calamitatis fallitur Baſilius Imp. vel potius hujus Operis Auctor, & in eo corrigendus, non vero ſequendus eſt. Tertio, dicit Baronius ſubdere Theophanem, tantam cladem Leonem in ſuum lucrum convertiſſe, tributo ſuperimpoſito, quod & propagatum in poſteros tradunt. Sed doctiſſimus Annaliſta Theophani adſcribit quod in Zonara legerat: *Ruinam murorum*, inquit Zonaras, *tyrannus Leo ad Lucri occaſionem detorſit. Nam Urbano populo per præconem edixit, eum mœnia celeriter reſtaurare non poſſe, neque vero expedire Civitati, ut diu mœnibus careat. Itaque ſe juſſiſſe publicis tributis acceſſionem adjungi, vicenos quaternos denariolos in ſingula numiſmata: quibus in fiſcum relatis, mœnia ſumptibus Imperatoris inſtaurentur. Ea exactio ab illo tempore etiamnum durat.*

IV. Ad num. XVIII. & ſeqq. Scribit Baronius ex Anaſtaſio, *Luitprandum* Langobardorum Regem Romam obſidione cinxiſſe, & Gregorium Papam ſacras claves Confeſſione B. Petri Apoſtoli accipientem Legatos ad Carolum Majorem Domus Franciæ miſiſſe, *ut eos a tanta oppreſſione Langobardorum liberaret.* De unica Gregorii III. ad Carolum Martellum Legatione Anaſtaſius loquitur; Continuator tamen Fredegarii cap. 110. duas ad Carolum miſſas teſtatur his verbis; *Eo tempore bis a Roma B. Papa Gregorius claves venerandi ſepulcri cum vinculis Sancti Petri, & muneribus magnis & infinitis, Legationem (quod antea nullis auditis aut viſis temporibus fuit) memorato Principi (nempe Carolo) deſtinavit.* Hujus duplicis Legationis hæc ratio profertur ab eodem Anonymo: *Eo pacto patrato, ut ad partes Imperatoris recederet, & Romanum Conſulatum præfato Principi Carolo ſanciret.* Sed variant omnes editiones; Aimoinus enim, ſeu potius ejus Continuator lib. 4. cap. 57. habet: *Eo ſcilicet pacto, quatenus Sacram Romanam Eccleſiam a Langobardorum tyrannide liberaret, & a partibus Langobardorum Romanis conſulendum præfatus princeps Carolus ſanciret*, quod & legitur in editione Willelmi Pervi. Editio vero Breulii: *Eo ſcilicet pacto, quatenus Sacram Romanam Eccleſiam a Langobardorum tyrannide liberaret, ac Romanum Conſulatum præfatus Princeps Carolus ſanciret.* Cointius anno DCCXLI. num. III. has editiones inter ſe confert, & dum locum illum corrigere tentat, magis corrumpit. Ait enim ex illis neminem non colligere hunc Continuatoris Aimoini ſenſum fuiſſe, ut rejecto Langobardorum fœdere, Carolus ad partes Imperatoris accederet, & auxilio, conſilioque Ro-

Legationes duæ Gregorii III. ad Carolum Martellum.

Digitized by Google

batur Ducatus Romanus a Ducatu Spoletam, pecunias non parvas Tranſamundo Duce eorum, redemit, ut ceſſarent bella & † quaſtiones, potuit cauſam finire, atque in compage ſancta Reipublica, atque corpore Chriſti dicti exercitus Romani annecti pracepit. Hactenus Anaſtaſius. Sunt qui confundant hanc legationem cum illa ad eundem Carolum a Gregorio ſecundo miſſa. Sed plane diverſa iſta ab illa fuiſſe, convincitur: ſiquidem illa non adverſus Longobardos, ſed adverſus hæreticum Imperatorem miſſa fuit, quod etiam Græci auctores affirmant; iſtam vero ad reprimendum Longobardorum furorem eſſe directam, apparet. Præterea tunc ab eodem Carolo reciprocam fuiſſe miſſam legationem conſtat; modo vero nequaquam, eo quod morte, quæ ſequenti anno contigit, fuerit ille, ne id faceret, impeditus. Sane quidem auctor ſui temporis res geſtas ſcribens, qui Appendicem addidit ad Gregorium Turonenſem, bis tradit, miſſam eſſe legationem ad eumdem Carolum a Gregorio Papa eum iiſdem factis muneribus clavium, ut plane de his dubiratio eſſe non poſſit.

† Locus corruptus.

Cæterum hæc quæ ab Anaſtaſio ſunt enarrata, certiorem, & magis integram vendicant ſibi fidem ex epiſtola Gregorii ipſius Romani Pontificis, quam hoc anno (ut ex ea appaset) ſcripſit ad Carolum Martellum: eam itaque deſcribendam hic tibi operæ pretium duximus, ut ex ea res geſtæ exploratæ reddantur. Contulimus eam cum duobus exemplaribus, quo mendis abſoluta reddatur. Sic enim ſe habet (*a*).

(*a*) *Recitatur eadem etiam Centur.* 10.2. *l.* 8. *c.* 10.

XX.

Domino excellentiſſimo filio Carolo Subregulo, Gregorius Papa.

Nimiu fluctuamur tribulatione, & lacry-

PAGIUS Romanis eſſet. Hinc textum ſic reſtituendum arbitratur: *Eo pacto patrato, ut ad partes Imperatoris accederet, & Romanum Conſulatum præfatus Princeps Carolus ſanciret.* [1] Antea ſcripſerat Cointius, Pontificem Romanum non potuiſſe Conſulatum ſancire Carolo: *Num*, inquit, *Conſulatus Imperium illis temporibus, ſignificabat*.

V. *Ante annum ſequentem non obita.*

Verum neque hæc emendatio, neque interpretatio admittendæ. Neque enim dubium eſſe debet, quin legendum ſit: *Eo pacto patrato, ut a parte Imperatoris recederet, & Romanum Conſulatum præfato Principi Carolo ſanciret*. Varia Conſulatuum genera hoc tempore in uſu erant, Conſulatus perpetuus, qui tantum Imperatorum erat, & para ſupremi Dominii, ut ſuo loco demonſtravi. Erat & Conſulatus honorarius, iſque ad certum tempus dari ſolitus, &, oti ante Conſulatus ordinarii ſuppreſſionem, non raro iterabatur. Hinc a Continuatore Anonymo Theophanis, ubi ſermo eſt de Leonis Armeni Imperio pag. 440. legitur, *mox Thomas quidam Patricius, bis Exconſul.* Dicebantur & Conſules Patricii, & in Gallia & Anglia Comites, & Duces ac Marchiones, Conſules etiam appellabantur. In loco vero citato Continuatoris Fredegarii *Conſulatus* pro Patriciatu ſumitur, ut mox oſtendam, poſtquam retulero verba Annaliſtæ Metenſis, qui idem ac iſte Continuator ſcribit: *Anno* DCCXLI. *Carolus Princeps domitis circumquaque poſitis gentibus, dum in qua pacis erant, infra ſui regiminis terminos diſponeret, bis eodem anno Legationem Beatiſſimi Gregorii Papa ab Apoſtolica Sede directam ſuſcepit. Qui ſibi claves venerandi ſepulcri Principis Apoſtolorum Petri, ejuſdemque pretioſa vincula cum muneribus magnis delatis obtulerunt: quod antea nulli Francorum Principi a quolibet Præſule Romana Urbis directum fuit. Epiſtolam quoque Decreto Romanorum Principum ſibi prædictus Præſul Gregorius miſerat, quod ſeſe populus Romanus relicta Imperatoris Dominatione ad ſuam defenſionem & invictam clementiam convertere voluiſſet*. Quare Gregorius III. a Carolo poſtulavit, ut ab Imperatore recederet, non vero ſicut arbitratur Cointius, ut ad eum accederet, & Annaliſta Metenſis manifeſte indicat, Conſulatum ſeu Patriciatum Carolo Gregorium obtuliſſe; cum ut, cum ſe ſe ad ejus defenſionem convertiſſe. Erant enim *Patricii*, qui & Conſules dicti, Eccleſiarum ac pauperum Defenſores, & tam Carolus Magnus, quam Ludovicus Pius in Regnorum ſuorum diviſionibus filiis ſuis injungunt, ut Eccleſiam Romanam Caroli Martelli & Pippini exemplo defendant.

VI. *Patricinatus Eccleſia Romanæ Carolo Martello delatus.*

Ex his Annaliſtæ Metenſis verbis colligimus etiam primo, utramque Legationem ad ſequentem Chriſti annum pertinere, & male a Baronio ad præſentem referri. II. non bene etiam Baronium exiſtimaſſe, priorem a Gregorio II. ad eundem Carolum miſſam eſſe. Ille enim literis non vero Legationibus Caroli o-pem

NOTÆ [1] E*O pacto patrato ut a partes Imperatoris recederet, & Romanum Conſulatum præfato Principi Carlo ſanciret &c.* Verba hæc nemo melius emendat quam vetuſtus ille ſcriptor annalium Francorum vulgatus a P. Martene in Collect. Monum. tom. V. col. 888. qui facile chronicon Maiſſiacenſe in his annis mancum ſupplet. Ita ergo ſcribit. *Quo pacto peracto ſeſe populus Romanus, relicta Imperatoris Græcorum & dominatione, ad prædicti principis defenſionem & invictam ejus clementiam convertere cum voluiſſent &c.* Offerebant igitur Romani Urbis ſuæ patriciam dignitatem, abjecta, quam ad id uſque ſervaverant, erga Græcos imperatores obedientia. Quid autem reſponderit ad hæc Carolus his verbis idem author adnotavit. *Per eos* (per legatos nempe ſuos) *omnia in reſponſis, quæ ſibi & populo Francorum juſſa* (forte viſa) *fuerunt, præſuli ſcriptum remandavit*. Non inani conjectura reputaremus, Carolum oblatam occaſionem dilatandæ dignitatis Francorum & ſuæ acceptaſſe; ſed, morte impeditum ſuſceptum conſilium executioni mandare non valuit. Quod autem tunc Romani meditabantur conſilium, dein ſub Pipino & Carolo Magno impleverunt. Mansi

Epiſt. poſterior Gregorii Pap. ad Carolum Martellum.

crymæ die noctuque ab oculis noſtris non deficiunt, quando conſpicimus quotidie, & undique, Eccleſiam ſanctam Dei a ſuis, in quibus ſperaverat vindicanda, deſtitui filiis. Propterea coarctati dolore, in gemitu, & luctu conſiſtimus, dum cernimus, id, quod modicum remanſerat præterito anno pro ſubſidio, & alimento pauperum Chriſti, ſeu luminarium concinnatione in partibus Ravennatium, nunc gladio, & igne cuncta conſumi a Luithprando, & Hilprando Regibus Longobardorum. Sed in iſtis partibus Romanis, mittentes plurimos exercitus, ſimilia nobis fecerunt, & faciunt; & omnes ſalos S. Petri deſtruxerunt, & peculia, quæ remanſerant, abſtulerunt: Et nullo nobis abs te, excellentiſſime fili, refugium facientibus, pervenit hactenus conſolatio. Sed, ut conſpicimus, dum indultum a vobis eiſdem Regibus eſt motionis faciendi, quod eorum falſa ſuggeſtio, pluſquam noſtra veritas, apud vos recepta eſt; & timemus, ne tibi reſpiciat ad peccatum. Quando nunc ubi reſident ipſi Reges, ad exprobrationem noſtram ita proferunt verba, dicentes: Adveniat Carolus, apud quem refugium, & exercitus Francorum; & ſi valent, adjuvent vos, & eruant de manu noſtra.

O quam inſanabilis dolor pro his exprobrationibus in noſtro retinetur pectore, dum tales, ac tanti filii ſuam ſpiritualem matrem, ſanctam Dei Eccleſiam, ejuſque populum peculiarem, non conantur defendere! Potens eſt, cariſſime fili, ipſe Princeps Apoſtolorum, ob a Deo ſibi conceſſam poteſtatem, ſuam defendere domum & populum peculiarem, atque de inimicis dare vindictam, ſed filiorum fidelium mentes probat.

XXI. Quid Reges contra Duces.

Non credas, fili, falſidicis ſuggeſtionibus, & ſuaſionibus eorumdem Regum. Omnia enim tibi falſo ſuggerunt, ſcribentes circumventiones, quod quaſi aliquam culpam commiſſam habeant eis eorum Duces, id eſt, Spoletinus, & Beneventanus. Sed omnia mendacia ſunt. Non enim pro alio (ſatisfaciat tibi veritas, fili) eoſdem Duces perſequuntur crimine, niſi pro eo, quod noluerunt præterito anno de ſuis partibus ſuper nos irruere, & ſicut (illi fecerunt) res ſanctorum Apoſtolorum deſtruere, & peculiarem populum deprædare; ita

PAGIUS pem imploravit, uti anno DCCXXVI. n. XIII. & ſeq. demonſtravimus, & dubiis hic a Baronio num. XIX. propoſitis ſatisfecimus. Porro *Patricios* Conſules vocatos fuiſſe, jam oſtendi, cum verba feci de Conſulatu Clodovei Magni ab Anaſtaſio Imp. Conſulis renunciati. Præterea Carolum Magnum, qui a Stephano III. & Hadriano I. Pontificibus Romanis *Patriciatum* obtinuit, *Conſulem* nuncupant Verſus inſcripti Libri Evangeliorum anno DCCLXXX. exarati ut videre eſt apud Ducheſnium Tom. I. pag. 187.

Tempore vernali tranſcenſis Alpibus ipſe
Urbem Romuleam, voluit que viſere Conſul.

Cum enim Carolus M. anno tantum DCCC. Imperator acclamatus fuerit, & Imperatorum Orientalium exemplo ſe ſa Conſulem dixerit, Auctor præfatorum Verſuum *Conſulatus* nomine non niſi *Patriciatum* intelligere poteſt. Ea dignitas conferebatur illis, qui ad defenſionem Eccleſiarum & inopum adverſus vim potentiorum aligebantur, ut liquet ex formula a Paulo diacono in Hiſt. Longobard. in MS. Vaticano relata, qua Princeps Patricium, renunciabat: *Hunc honorem tibi concedimus, ut Eccleſiæ Dei & pauperibus legem facias, & inde apud Altiſſimum judicem rationem reddas. Tunc induat eum Imperator mantum, & ponat ei in dextro indice annulum, & det ei bombacinum propria manu ſcriptum: Eſto Patricius miſericors & juſtus. Tunc ponat ei in caput aureum circulum, & dimittat.*

VII. *Extraordinaria Eccleſiæ Protectio antiqua.* Principes quidem Eccleſias in Regnis ſuis conſtitutas ex Officio tueri tenentur; quod jus Protectionis ordinarium eſt, & a Juriſdictione pendet. Sed aliud eſt jus quoddam Protectionis „ extraordinarium, inquit Marca lib. 9. de „ Concordia cap. 12. num. 2. quod Eccleſiis „ ſibi non ſubditis adverſus potentiorum vim „ publicam, aut privatam, impertiri ſolent „ illi, qui aliis ex munere ſuo ad id non „ obligantur. Hæc Tuitio vel protectio ex eo „ profecta eſt, quod Summi Pontifices, aut „ ipſi etiam Imperatores, proceribus Viris a- „ liquando demandarint, ut ab injuriis Eccle- „ ſias ſibi creditas extra ordinem defenderent, „ vel etiam quod Eccleſiarum Epiſcopi, aut „ Abbates, cum aſſenſu capitulorum & Monaſteriorum, ſe in defenſionem Procerum cer- „ tis legibus tradiderint, mercedis annuæ & „ penſionis perpetuæ, ut pluſimum ſtipulatio- „ ne adhibita. Harum conventionum octingen- „ tis ab hinc annis initarum exempla creber- „ rima apud Scriptores & vetera Tabularia „ viſuntur, & in mediæ ætatis Canonibus; „ bellorum privatorum infando uſu in id Epi- „ ſcopos & Monaſteriorum Præfectos ſæpiſſime „ compellente, ut ſibi *Patronos*, *Defenſores*, „ *Protectores*, & *Advocatos*, quos vocabant, „ adſciſcerent, qui protectionem & defenſionem „ ſingularem Eccleſiis impenderent, præter e- „ am quæ a Regibus ex ordine diſciplinæ pu- „ blicæ expectabatur.

VIII. *Patriciatus duo complectebatur.* Paulo poſt ſubjungit Marca, initium pactorum de Protectione cum Eccleſia Romana conventorum in ea tempora conferendum eſſe, quibus Gregorius III. ſe ſuamque Eccleſiam Tuitioni Caroli Francorum Ducis commiſit, ac Protectionem iſtam novis quibuſdam legibus firmatam fuiſſe a Pippino Rege Francorum & Stephano II. Pontifice Romano, qui Patricii dignitatem Pippino & ejus filiis attribuit. Denique *Patricii* nomen duo quædam complexum eſſe, & Juriſdictionem, qua Reges Francorum in Urbe ex conſenſu Pontificis & populi Romani potiebantur; & Protectionem, ſeu Defenſionem, quam Romanæ Eccleſiæ polliciti erant. Quæ omnia veriſſima ſunt, niſi quod ad tempora Gregorii III. differt quod ſub Pontificato Gregorii II. inchoatum fuit, ut anno DCCXXVI. num. XIII. & ſeq. monſtravimus. Patriciatus igitur Romanorum, Defenſionem il-

jam

* qui

ta dicentes ipſi Duces: * Quia contra Eccleſiam ſanctam Dei, ejuſque populum peculiarem non exercitamus, quoniam & pactum cum eis habemus, & ex ipſa Eccleſia fidem accepimus; ideoque mucro eorum deſævit contra eos. Nam ipſi prædicti Duces parati fuerunt, & ſunt ſecundum antiquam conſuetudinem eis obedire: ſed illi reſiluentes iterum pro eo, quod ſuperius diximus, per exquiſitam occaſionem volentes illos, & nos deſtruere, & invadere; ideoque utroſque perſequentes, & veſtræ bonitati ſuggerunt falſa, ut & Duces illos nobiliſſimos degradent, & ſuos ibidem pravos ordinent Duces; & multo amplius quotidie, & ex omni parte Dei Eccleſiam expugnent, & res beati Petri Principis Apoſtolorum diſſipent, atque populum peculiarem captivent.

XXII. Legatum petit mitti ad explorandum.

Tamen, ut rei veritas vobis penitus declaretur, Chriſtianiſſime fili, jubeas, poſt ipſorum Regum ad propria reverſionem, tuum fideliſſimum miſſum, qui non præmiis corrumpatur, huc dirigere, ut propriis oculis perſecutionem noſtram, & Dei Eccleſiæ humiliationem, & ejus rerum deſolationem, & peregrinorum lacrymas conſpiciat, & tuæ devotioni omnia pandantur.

Sed hortamur tuam bonitatem coram Domino, & ejus terribili judicio, Chriſtianiſſime fili, ut propter Deum, & animæ tuæ ſalutem, ſubvenias Eccleſiæ S. Petri, & ejus peculiari populo, eoſdemque Reges ſub nimia celeritate refutes. Non deſpicias deprecationem meam, neque claudas aures a poſtulatione mea; * ſic non tibi Princeps Apoſtolorum claudat cæleſtia regna. * ſi

Conjuro te per Deum vivum & verum, & per ipſas ſacratiſſimas claves Confeſſionis beati Petri, quas vobis ad Regnum direximus, ut non præponas amicitiam Regum Longobardorum amori Principis Apoſtolorum, ſed velocius ſub nimia feſtinatione ſentiamus, poſt Deum, tuam conſolationem ad noſtram defenſionem; ut in omnibus Gentibus declaretur veſtra fides, & bonum nomen; quatenus, & nos cum Propheta (a) mereamur dicere: Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob.

(a) Pſ. 19.

Horum autem litterarum portator * Anshardus veſter fidelis, quod oculis ſuis vidit, (& nos ei injunximus) omnia tuæ benignæ excellentiæ viva voce narrabit. Et petimus bonitatem tuam coram Deo teſte, & judice, ut nimis feſtinanter levatas dolores, & lætabunda nobis celeriter mittas nuntia, ut læto affecti animo, die noctuque pro te, tuiſque fidelibus coram ſacris ſanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Confeſſionibus, Domi-

* Autharдus

PAGIUS

Jam complectebatur, quæ pactis cum Rom. Pontificibus initis conſtituta erat. Quare falſi ſunt Ducangius in ſuo Gloſſario verbo *Patricius*, & paſſim ante eum alii, qui ſcripſere, Romanos poſtquam ſe ſe a Græcanici Imperii jugo ſubduxere, Longobardis etiam devictis & ſuperatis, Pippino primum, deinde *Carolo Magno* & *Carolomanno* Patriciatum adſcripſiſſe. Nam non Pippinus, ſed Carolus Martellus primus hanc auctoritatem a Romanis accepit, idque antequam ii aperte ab Imperatore deficerent, quod nonniſi poſt Pippinum in Regem Francorum unctum contigit. Verum eſt, Italos Gregorii II. & Gregorii III. tempore a Leone Imp. Conſtantinopol. derelictos quod ejus hæreſi adhærere, & a Pontifice Romano deſciſcere nollent, *ſibi omnes ubique in Italia Duces elegiſſe*, ut teſtatur Anaſtaſius in Vita Gregorii III. ſed hic Pontifex interceſſit, ne in apertam defectionem erumperent, & novum Principem crearent. Illis itaque difficillimis temporibus *Carolus Martellus* Patricius Romanorum ac Defenſor Eccleſiæ dictus eſt, ut jam ex Continuatore Fredegarii oſtendimus, & evidenter inſinuat Carolus Magnus in diviſione Regni ſui anno DCCCVI. inter filios facta, in qua ait: *Super omnia autem jubemus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ Sancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab avo noſtro Carolo, & beatæ memoriæ genitore Pippino Rege, & a nobis poſtea ſuſcepta eſt; & ut eam cum Dei adjutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & juſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulaverit, habere faciant.* Non minus igitur Carolus Martellus Romanorum Patricius fuit, quam Pippinus & Carolus M. cum eorum omnium auctoritas in ſolo Patriciatu illis collato inniteretur.

IX. Carolus Martellus inter Patricios Eccleſiæ Rom. annumerandus.

Non aliter loquitur Ludovicus Pius ac Carolus M. in diviſione Regni inter filios ſuos facta, de qua anno DCCCXXXVIII. num. IV. egemus: *Super omnia jubemus, atque præcipimus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ Sancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam a proavo noſtro Carolo, & avo noſtro Pippino, & beatæ memoriæ Carolo genitore noſtro Imperatore, & a nobis poſtea ſuſcepta eſt.* Ex his evidentiſſimum fit, *Conſulatum* Carolo Martello attributum diverſum non fuiſſe a *Patriciatu*, cum eoſdem effectus ſortitus ſit, eademque jura in eum ac Patriciatus in Pippinum ac filium ejus Carolum, antequam is imperaret, contulerit. Licet enim *Conſulatus* vox plures ſignificationes habeat, ſicuti & *Patriciatus*, utraque tamen in ea ſignificatione ſumenda, in qua Defenſionem Eccleſiæ Romanæ annexam habet, quod de *Patriciatu* nunc inter omnes convenit, & de *Conſulatu*, poſt ea quæ in medium adduxi, dubitari non debet. Ex quibus tandem omnibus ſequitur, inter tot præclara Facinora Caroli Martelli Defenſionem, quam Eccleſiæ Romanæ graviter afflictæ præbuit, annumerandam eſſe.

X. Vexillum S. Petri Defenſoribus Eccleſiæ miſſum.

Cum vero Romani Pontifices *Vexillum* Sancti Petri Eccleſiæ Romanæ Defenſoribus, vel pro ea pugnaturis mittere ſoliti fuerint, hic mos repetendus a Caroli Martelli temporibus, cum is primus inter Principes ad Eccleſiæ Romanæ Defenſionem vocatus ſit, & Vexillum illud ad *Pippinum*, & poſtea ad *Carolum* ejus filium antequam imperaret, cum uterque Patriciatum accepit, miſſum fuerit, ut anno DCCLXXIV. oſtendam. Id quidem non aſſerit Continuator Fredegarii, ſed tantum Legationes ad *Carolum Martellum* miſſas valde ſolemnes fuiſ-

mino fundamus preces. Hucuſque Gregorii ad Carolum epiſtola.

XXII. Vidiſti, Lector, immenſos animi æſtus tanti Pontificis, mentis anguſtias, cordiſque dolorem ipſius æque intellexiſti. Sed occinas ipſi tu illud Propheticum: (a) Iſai. 3. (a) *Dicite juſto quoniam bene.* Et illud (b) Jerem. 31. (b). *Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis, quia eſt merces operi tuo.* Eadem quippe via, qua humana calliditate iniqui humiliare, atque deprimere Sedem Apoſtolicam putant, ſeipſos vero in immenſum attollere, & exaltare: eadem ipſum elevant, & extollunt, ſeipſos vero penitus perdunt, & ad nihilum redigunt. O mirabilis Deus in con- (c) Pſ. 32. ſiliis ſuper filios hominum, dum (c) reprobat conſilia Principum.

Meminiſſe debes hic opportune, quod (ut ſuperius dictum eſt) nefandus Imperator Leo Iſauricus ob confractionem ſacrarum imaginum principum omnium Occidentalium in ſe odiu convertit uſque adeo, ut in eum arma movere omnes æque parati eſſent, jamque moverent: cum ille in odium Romani Pontificis, cui motus iſtos omnes tribuit, aſtutu malitia pacis fœdere conciliavit ſibi Regem Longobardorum in Italia potentiſſimum, concitavitque eum in Romanum Pontificem, eo prætextu, quod foveret Duces Longobardorum ipſi infeſtos, Spoletinum, atque Beneventanum, in ſpem erigens, ut ſuo auxilio illos eiiciens, ſolus abſque ſociis in Italia Longobardorum eſſet potiturus imperio. Suaſit cito iſta cæca prudentia carnis, & regni dilatandi inſana cupiditas ad malum impulit. Cum miſer ille, nulla habita ratione ſucrorum, omni penitus divini judicii abjecto timore, divinis legibus penitus proculcatis, in Romanam Eccleſiam immittit exercitum, qui primum omnium in ſacroſanctam ſancti Petri baſilicam extra muros Urbis poſitam impetum faciat.

Sed toto iſto molimine, utque conatu XXIV. nihil aliud præſtitit ipſi hujuſcemodi, abſque Deo initum, & contra Deum adhibitum pravum conſilium, niſi (quod declararunt eventa) ut adimeret ſuis poſteris ipſe regnum avitum in perpetuum; Romanam vero Eccleſiam plurium provinciarum poſſeſſione locupletaret, augeret gloria, potentia dilataret, atque cumularet honore. Ut plane ſecundum illud Davidicum (d): *Mentita eſt* (d) Pſ. 26. *iniquitas ſibi.* Præter ſpem, & contra ſpem male conceptam cuncta ſucceſſerint, licet ipſa principia viſu ſint ejus ar-

PAGIUS fuiſſe, *quod antea*, inquit, *nullis auditis aut viſis temporibus fuit*. Verum neque id Anaſtaſius de Pippino & Carolo literis mandavit, cum de utriuſque Patriciatu verba fecit, quod tamen Poeta Anonymus, cujus verba loco laudato recitabo, non omiſit, indeque quid de Carolo Martello ſentiendum nos edocet. *Vexillum* Sancti Petri Pontifices Romani Carolo Magno non miſere, poſtquam Imperator acclamatus eſt, quemadmodum nec Imperatoribus, qui ei ſucceſſere, quia Romanæ Eccleſiæ Tuitio ex generali obligatione & ſpeciali pacto Imperio conjuncta fuit; ſed illud conſuevere Pontifices Romani ad Principes Chriſtianos mittere, qui in Paganos expeditionem ſuſcepere, vel contra Schiſmaticos aut Hæreticos. Ita Victor III. illud *Roberto Guiſcardo* in Græcos Schiſmaticos bellum moventi deferendum tradidit, ut notat Guillelmus Apulienſis lib. 4. de Geſt. Normann. Urbanus II. *Hugoni M.* Viromanduorum Comiti in prima expeditione ſacra, ut habent paſſim Scriptores Rerum Hieroſolymitanarum, & Alexander II. *Vuillelmo Notho* Duci Normanniæ in bello contra Haraldum, ut legitur apud Ingulfum pag. 90. Alia hujus rei exempla profert Ducangius in Gloſſario, verbo *Vexillum*.

XI. *Vexillum ad Defenſores Monaſteriorum miſſum.* Habuere & ſuos Defenſores aut Advocatos in frequenti jam uſu ante Caroli Magni ætatem Eccleſiæ & Monaſteria, ut oſtendunt Martinus Mager a Schonberg in Tractatu de Advocatia armata, præſertim cap. 5. num. 106. & Lechmanus lib. 2. cap. 36. & Monachi Sancti Dionyſiani in Francia Vexillum proprium ſui Monaſterii, quod *Auriflammam* vocant, ſuo deferendum Defenſori porrigebant in bellis, quæ pro bonorum ſuorum, aut privilegiorum tuitione ſuſcipere cogebantur, illudque Defenſor ſeu Advocatus ex Abbatis manibus, certis precibus ad id ab eo recitatis, ex Sancti monumento, cui appenſum erat, accipiebat. Comites Andegavenſes tanquam Advocati Monaſterii Sancti Martini Turonenſis, Vexillum Sancti Martini in bellis Monachorum deferre ſolebant, ut traditur in Hiſtoria Andegavenſium Conſulum, & Anonymus, qui vitam Sancti Joannis Epiſcopi Eboracenſis ſcripſit, ait, *S. Joannis Beverlacenſis Vexillum aſſumtum ab Athelſtano* (Rege Anglorum), *quo tempore debellavit Scotos*. Utrum vero uſus ille ab Eccleſia Romana ad Monaſteria, vel ab his ad Eccleſiam Romanam tranſierit, non ſatis liquet. Illud certum, *Carolum Martellum* primum ex Principibus poſtulante Pontifice, Eccleſiæ Romanæ Patrocinium ſuſcepiſſe. Porro cum Gregorii Legatio Carolo gratiſſima fuerit, non dubium, quin per Miſſos ſuos *Luitprando* Regi bellum denunciarit, niſi Ditione Romana quamprimum excederet, & *Luitprandum* ejus minis ab incepto deterritum Papiam, unde venerat, rediiſſe. Sed Legationes a Gregorio III. ad eum miſſas magis explicandæ.

Cointius anno DCCXLI. num. I. & ſeqq. XII. *Luitprandus Rex Romam obſidet.* utramque Legationem eo anno directam eſſe, recte ſcripſit; utramque Gregorii Epiſtolam ad Carolum Subregulum ad eundem annum pertinere; & Luitprandum Longobardorum Regem hoc tantum anno Urbem Romanam circumſediſſe; quod in priori Gregorii ad Carolum Epiſtola Gregorius dicat: *non enim pro alio* (*ſatisfaciat tibi veritas, fili*) *eoſdem Duces* (nempe Spoletanum, & Beneventanum) *perſequuntur capitulo, niſi pro eo quod noluerunt* præterito anno, *de ſuis partibus ſuper nos irruere, & ſi-cut*

Digitized by Google

arridere conſilio, & favere nequitiæ, ita permittente Deo, ut ita ex uberi lacrymarum ſemente ſancti Pontificis, & cum ipſo laborantis Eccleſiæ, locupletiſſima meſſis gaudiorum excreſceret, quam Apoſtolica falce lætantes meterent ſucceſſores: nam ex ſententia Domini, in hoc eſt verbum verum (a): *Quia alius eſt, qui ſeminat, alius eſt qui metit.*

(a) Joan. 4.

XXV. Cur Carolus non ſubvenit Eccleſiæ.

Quod autem ad Carolum ſpectat, cur adverſus Luithprandum non cito ſurrexerit: ea certior ratio afferri poſſe videtur, quod eumdem Regem in præliis adverſus Sarracenos magno diſcrimine, dubiaque valde alea ſæpe commotis fideliſſimum habuerit adjutorem, cujus ope etiam eoſdem magna gloria ſuperarit. Ne videretur igitur malum pro bono, animo ingrato rependere, ab inferendis copiis in eum abſtinuit, cui par erat, niſi adverſus Romanam Eccleſiam militaſſet, etiam (ut ille fecerat) ſuo exercitu præſto eſſe. Sed quoniam ejuſmodi ratio apud Deum minime probaretur, cum religioni ſint jura omnia poſthabenda: inde fortaſſe accidit, quod, vindice numine cito, & miſerando interitu fuerit ex hac vita ſublatus, ut dicetur an-

Religioni omnia poſt habenda.

PAGIUS

aut illi fecerunt, vel SS. Apoſtolorum deſtruere. Prætereа eædem literæ teſtantur, id, *quod modicum remanſerat. Præterito anno pro ſubſidio & alimento pauperum Chriſti; ſeu luminariorum concinnatione, in partibus Ravennatium, nunc gladio & igni conſumi a Luitprando & Hilprando Regibus Langobardorum*, idest, eodem tempore, quo Gregorius calamo manum admovet, in partibus Ravennatium a Longobardorum Regibus igni ferroque conſumi, quidquid *præterito anno*, ſive anno DCCXL. cum belli moles illic denotabat, remanſerat e Sancti Petri patrimonio, quod alendis pauperibus, luminibuſque comparandis deſtinatum erat. Quare utraque Gregorii III. Epiſtola ad Carolum data ad annum ſequentem ſpectat. Adhæc Anaſtaſius in Vita Zachariæ Papæ recitans res geſtas a Luitprando Rege, currenti decima Indictione, aſſerit quatuor Civitates, quas *ante biennium*, hoc ſcilicet anno, per vim abſtulerat, ab eo, poſt colloquium cum eodem Pontifice habitum reſtitutas fuiſſe: *prædictas quatuor Civitates, quas ipſe ante biennium per obſeſſionem factam pro prædicto Traſimundo Duce Spoletino abſtulerat, eidem Sancto cum earum habitatoribus redonavit Viro*, anno ſcilicet Chriſti DCCXLII. ut infra demonſtrabimus.

XIII. Duæ Gregorii III. ad Carolum literæ anno ſequenti datæ.

Literæ Pontificiæ, quas hoc anno exhibet Baronius, priores ſunt Codicis Carolini, ſeu Epiſtolarum, quas Romani Pontifices ſcripſere ad Carolum Majorem Domus, ad Pippinum, ad Carolum Magnum, & ad Carolomannum ejus fratrem, prioreſque illæ literæ poſt Legationem anno ſequenti in Franciam miſſam, Roma directæ ſunt; in iis enim Gregorius *Carolum* per ipſas claves Confeſſionis Beati Petri, quas ei jam miſit, hortatur, ut Regum Longobardorum amicitiam amori Principis Apoſtolorum non præponat. Literæ vero Gregorii III. ad Carolum recitatæ a Baronio anno præcedenti, eodem quoque anno DCCXLI. ſed ſerius miſſæ ſunt, ut etiam inſinuat ordo, quo collocantur in Codice Carolino. Baronius cum legiſſet hæc verba in Vita Gregorii III. *Hujus temporibus concuſſaque eſt Provincia Romanorum Ditioni ſubjecta a nefandis Longobardis, ſeu & Rege eorum Luitprando, venienſque Romam in campo Neronis tentoria tetendit, deprædataque Campania multos nobiles de Romanis Longobardorum more totondit atque veſtivit. Pro quo Vir Dei undique dolore conſtrictus ſacras claves ex Confeſſione B. Petri Apoſtoli accipiens partibus Franciæ Carolo ſagaciſſimo Viro, qui tunc Regnum regebat Francorum, navali itinere per Miſſos ſuos direxit*, &c. Baronius, inquam, inde deduxit Romam hoc anno a Luitprando Regni obſidione cinctam eſſe, ſicuti ex verbis recitatis in Vita Zachariæ Papæ anno ſuperiori deduxerat, tunc Romam primum a Luitprando obſeſſam fuiſſe. Quæ duplex obſidio Romana ſi vera ſit, non male Conditor Epitaphii Luitprandi Regis prius ejus expeditionem Romanam, quam Saracenicam, quam conſtat anno ſuperiori ab eo ſuſceptam, commemorat. Verum in Vita Gregorii III. & in Vita Zachariæ de una eademque obſidione Romana ſermo eſſe videtur, ſive utraque Vita ab uno eademque Auctore ſcripta fuerit, ſive quod veroſimilius, diverſarum Scriptorum fœtus ſint. Laudata tamen verba ex Vita Gregorii III. deſumta, quæ extant in variis MSS. Anaſtaſianis; in editione Regia leguntur tantum inter varias lectiones. Quid Legationibus, literiſque Gregorii III. reſponderit Carolus, nullus Veterum prodidit; non dubium tamen, quin laudatæ literæ Carolo gratiſſimæ acciderint, cum Continuator Fredegarii in ſua Appendice ſcribat: *Ipſe mirifico ac magnifico honore ipſam Legationem recepit, munera pretioſa contulit, atque cum magnis præmiis cum ſuis ſodalibus miſſis Grimonem Abbatem Corbenſis* (legendum Corbeienſis) *Monaſterii, & Sygobertum Recluſum Baſilica Sancti Dionyſii Martyris Romam ad limina S. Petri & S. Pauli deſtinavit.* Carolus tamen auxilium quod Gregorio III. promiſit, libenter præſtitiſſet, ſed anno ſequenti, quo utraque Legatio ad eum miſſa, jam morbo laborabat, menſeque Octobri, obiit. *Carolus* itaque primus omnium Principum Francorum, aut cujuſquam alterius gentis Princeps, Urbis Eccleſiæque Romanæ patrocinium ſuſcepit, monito, uti jam dixi Longobardorum Rege, ut a ſuſcepto conſilio deſiſteret, & Pontifici patrocinio ſuo oblato.

XIV. Diſſidium de die Paſchatis.

Carolum autem jam hoc anno ægrotaſſe indicat laudatus Continuator his verbis: *Interim (quod dicit dolor & mœror ſollicitat ruinam) in Sole, Luna, & ſtellis nova ſigna apparuere, ſeu & Paſchalis ordo Sacratiſſimus turbatus fuit*, quaſi hæc prodigia mortem ejus præſignaſſent. Hoc enim anno Paſcha ſecundum Canonem Victorii contigit *XV. Kalend. Maii*; ſecundum Alexandrinos vero *VIII. Kalendas* eaſdem, ideoque octiduo ſerius. Galli Periodum Victorii hoc anno adhuc retinebant, ut videre eſt apud Bucherium de Doct. Temp. cap. IX.

XV. Gallia ſine bello fuit.

In Annalibus Metenſibus ac Fuldenſibus legitur: *DCCXL. Pax & quies Regno Francorum per Carolum redditur ad tempus, Gothis ſuperatis Saxonibus & Freſonibus ſubactis, expulſis Saracenis, Provincialibus receptis*, quod brevius in Tilianis, Petavianis Maſciacenſibus & Na-

za-

Digitized by Google

anno ſequenti. De auxilio autem adverſus Sarracenos a Luithprando Carolo præſtito, teſtis eſt ipſa ſepulcralis inſcriptio ejuſdem Regis, ſuo loco inferius recitanda.

Re-

PAGIUS

zarianis his verbis declaratur; *DCCXL. ſine hoſtilitate ulla*, in quibuſdam *ſine hoſte fuit hic annus*. Carolus itaque victis circumundique Francorum hoſtibus, vel nullo ejus vires nimis ſibi malo ſuo notas amplius experiri volente, interiora Regni Franciæ ordinavit.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS	GREGORII PAP. III. ANNUS	CONSTANT COPRON. IMP. ANNUS
741.	11.	1.

I. REdemptoris anno ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, Indictione nona, die decimo octavo Junii moritur Leo Imperator, moxque in locum ejus, qui cum patre regnabat ſolus, Imperii habenas moderandas ſuſcepit. Habentur hæc firma aſſertione Theophanis, ubi ait: *Regnavit Leo ab octavo Kalendas Aprilis quintadecima Indictionis uſque ad quartum decimum Kalendas Julii nona Indictionis, cum regnaſſet annis viginti-quinque menſibus duobus, diebus viginti. Similiter, & Conſtantinus filius ejus Imperii, & impietatis ejus ſucceſſor ab eodem decimoquarto Kalendas Julii Indictionis nona regnare cœpit, &c.* Sed de Imperii ejus initio corrige ſecundum ea, quæ ſuo loco ſuperius dicta ſunt. Subdit vero Theophanes.

Conſtantinus Copronymus imperat ſolus.

Taliter ergo (ut prædiximus) mortuus eſt Leo, tum animæ, tum corporis morte, nimirum detruſus ad inferos, *& imperat ejus filius. Et quidem quæcumque ſub Leone impio Chriſtianis evenerant, ſive circa orthodoxam Fidem, ſive ſuper civilibus diſpoſitionibus, ſive ſuper turpis lucri quæſtu, & avaritia per Siciliam, Calabriam, & Cretam adinventa pariter, & adimpoſita, ſive in Italia defectione propter ejus cacodoxiam, ſive in fame, & peſtilentia, gentiumque preſſuris, ut particularia taceam, in præcedentibus oſtenduntur capitulis.* Hæc de Leone.

II. De filio autem iſta: *Hic enim pernicioſiſſimus, & ferus, tyrannice, nec legitime abuſus Imperio, primo quidem a Deo, & intemerata Matre ipſius, & ab omnibus Sanctis abſcedit magicis maleficiis, & luxuriis, cruentiſque ſacrificiis, & caballinis ſtercoribus, atque lotio delectatus, mollitiebus, ac dæmonum invocationibus gaudens, atque omnibus animas corrumpentibus adinventionibus a tenera ætate convivens.* Heu quale monſtrum in ſuum damnum peperit Oriens! Ut plane perſpicuum redditum fuerit, nonniſi ob flagitia in præteritum perpetrata, tale Conſtantinopolim malum eſſe perpeſſam. Revoca in memoriam juſtorum exilia, & alia dira ſub Monothelitis illata fidelibus, quæ ſunt dicta ſuperiori tomo (a). *Altiſſimus enim eſt patiens redditor.* Nec iraſcitur per ſingulos dies, quibus homines peccant; ſed miſericordia magna ſic puniens, non ſolum peccata in tribulatione dimittit, ſed gloria quoque coronat, dum videlicet, eo modo Martyrum coronis Eccleſiam Orientalem illuſtrat, ut in camino ignis, ſcoria ſelecta, aurum purum exiſtat, quo & conficeretur corona Martyribus. Quis non videat, atque ipſis manibus tangat, hoc fuiſſe conſilium Domini, cum nefandiſſimos homines non ſolum regnare permiſerit, ſed tum patrem, tum filium ad annos plurimos propagare vitam ſiverit, inſuper & a conjurationibus tentatis ſæpius liberos abſque obice ſumma ſecuritate reddiderit? Nam audi quos nexus idem Conſtantinus evaſit hoc ipſius Imperii exordio, ab Imperio jam factus extorris; & quomodo ſtatim exactus ab Imperio, in ipſum fuit denuo reſtitutus.

Qualis Conſtantinus Copronymus.

(a) Eccleſi 5.

III. Sed de eo primum dicendum hic eſt, hoc primo anno ejus Imperii ab eo fuiſ-

ſa

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6234.

Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXIX. Anno Hegiræ CXXIV. inchoato die 15. Novemb. fer. 4. A. C. 742.

☉ 21. A. ☽ 1. P. 9. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 741.

ZACHARIÆ PAPÆ 1.

CONSTANTINI COPRONYMI 22. & 1.

I. Moritur Leo Imp.

AD num. I. & ſeq. Theophanes ad annum XXIV. Leonis Imp. quem Kalendis Septemb. ſuperioris Chriſti anni exorditur, ait: *a menſe Martii die vigeſimo quinto decima quinta Indictione, ad menſis Junii diem decimum octavum nona Indictione, Leo imperavit. Tenuit autem Imperium annis viginti quatuor, menſes duos, dies viginti quinque. Conſtantinus pariter ejus filius impietatis æque ac Imperii Succeſſor a præfato menſe Junii die decimo octavo anni Indictione, ad menſis Septembris diem decimum quartum Indictione decima quarta, Deo permittente, poteſtatem obtinuit annos quatuor ſupra triginta, menſes tres, dies duos. Is ergo Leo, ut præmiſimus, eodem anno ejuſdem Indictionis nona menſis Junii die decimo octavo ſimul cum anima mortem obiit corporis: cui in tyrannidis ſumma poteſtate occupanda filius Conſtantinus ſuffectus eſt.* Baronius qui Leonis Imperium a die XXV. menſis Martii anni DCCXVI. auſpicatur, & mortem ejus hoc anno collocat, dicit corrigenda ea quæ hic ſcribit Theophanes. Verum is nullibi magis accurate locutus eſt, Indictionem qua Leo Imperium iniit, quave mortuus eſt, ſemel & iterum memorans, & tam diem ejus natalem, quam emortualem exprimens. In hoc tamen errat Theophanes, vel forſan ejus Librarii, quod hunc annum vocet Incarnationis ſecundum Alex. DCCXXXII. qui Kalendis Septemb. anni Chriſti DCCXXXIX. inchoatur. Sed Indict. IX. quam iterat, nos de ejus ſententia certos reddit, oſtenditque Leonis initium ab anno DCCXVII. nullo modo removeri poſſe. Nicephorus in Breviario dicit, Leonem ex aqua intercute mortuum eſſe.

II. Conſtantinus Copronymus patre ſcelestior.

A num. III. ad VI. Pergit Theophanes citatus: *nunc irreligioſiſſimi & infelicis undequaque filii ejus nefaria geſta, ſceleratiora multo Deoque magis inviſa decet recenſere; ex veritatis tamen oraculis, cum in Deo cuncta inſpicien-*

tis

ſe promulgatum edictum contra venerandas imagines. Theophanes enim id teſtatur, & Cedrenus, atque alii idem affirmant; ſed repreſſus eſt, ne quod cœperat malum, modo perficeret, adverſarium Deus excitans contra eum, ſi forte his monitus malis, a cœpto deſiſteret. Sed audi Theophanem.

Artabaſdi molitio. *Fuit gener Leonis Imperatoris maritus Annæ ejus filiæ Artabaſdus Curopalata, olim Prætor Armeniæ, qui præſto fuit ipſi Leoni ad invadendum Imperium. Hunc, ubi Imperium uſurpſit, ſuſpectum habere cœpit Conſtantinus, ob idque primum molitus eſt necem filiorum ipſius. Hoc namque anno quinto Kalendas Julii profectus adverſus Arabes Imperator, petiit ab Artabaſdo, ut filios ſuos ad ſe mitteret, quos, ut nepotes ex ſorore filios videre cuperet. Intelligens autem paratam fraudem Artabaſdus, minime mittere voluit; eumque ſe ſciret ob id male habendum ab Imperatore, prævenit ipſe inſequi eum, & ex Imperatoris amicis, quos habere potuit, interfecit, cum ipſe Conſtantinus fuga lapſus, equo ſtrato reperto, fugit Amorium ad Lactunm ductorem Thracenſium copiarum, quem pollicitationibus induxit, ut ſibi adverſus Artabaſdum præſidio eſſet.*

Interea vero Artabaſdus Conſtantinopolim ad Theodorum Patricium, cui cura commiſſa erat Urbis, abſente Imperatore, miſit Athanaſium Silentiarium, ut eum in ſuas partes pertraheret: quod ille præſtitit, & populo mentiens jam eſſe mortuum Conſtantinum, effecit, ut Artabaſdus Imperator acclamaretur: ſic igitur IV. Artabaſdus Imperium arripit.

po-

PAGIUS

tis ac intime penetrantis conſpectu poſiti, nulla vel rei ſuperflua acceſſione facta, quod nimirum cum poſteris, tum iis miſellis atque improbis hominibus ſecundum exſecrandum iniquiſſimi imperatoris ſententiam errantibus prodeſſe queat, quæ ab Indictione decima, & primo Imperii ejus anno deinceps geſta ſunt, fideliter enarrabimus. Ipſe ſiquidem perditiſſimus ac mente plane ſtupefactus, ſive potius ſanguinaria ac crudeliſſima fera, tyranni, non legitimi Imperatoris more, Imperium adminiſtrans, a Deo impeiuis, & Servatore Noſtro Jeſu Chriſto, & ab Immaculata, & Sanctiſſima ejus Matre, & a Sanctis omnibus, mala præſtigiarum arte affectata, impuritatibus, effuſa victimarum cruore, equinis ſtercoribus & lotiis ſeductus, obſcœnis tactibus, & dæmonibus invocandis aſſuetus ab infantia, ſtudiis deinceps omnibus, quæ animum perdunt, & perniciem ingerunt, a primis annis innatritus fuit.

III. De Artabaſdo ſibi Imperatore praſ... Conſtantinopolitani cogitant. *Poſtquam vero paternam poteſtatem, ejuſque ſimul impietatem hæreditario jure adiit, quis explicare valeat, quas malitia turbas ab ipſis primordiis ſceleſtus ille ac piaculis omnibus infeſtus moverit, & quas per univerſum Orbem, tanquam per totum ſpatium, malorum evomuerit flammas? nam ſævis etenim incendiorum hujuſmodi ſpectatores triſtitia & animorum conſternatio inceſſit: adeo ut ab Imperii ſtatim principio propter innatam truculentiam omnes exoſum habuerint, & in Artabaſdum Curopalatem & Opſicii comitem, & ob locatam ſororem Annam ejus genetum, ceu rectum de fide ſenſum jugiter retinentem bene affecti Imperium ſtuduerint transferendum.*

IV. Artabaſdus Imperator ſalutatus. Theophanes his narratis exorditur annum Incarnat. ſecundum Alex. DCCXXXIII. qui Kal. Septemb. ſuperioris Chriſti anni incipitur, & cum menſe Auguſti currentis abſolvitur. Et tamen annum illum Incarnat. ſecundum Alex. copulat cum anno primo Conſtantini Imper. quem inchoat a Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni. Quare Chronicon Theophanis per hujus Imperatoris tempora perturbatum ac corruptum quoad Incarnationis annos, ideoque annos imperii Conſtantini, qui recte in eo procedunt, tantum citabimus. Anno itaque primo Conſtantini a Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni cœpto, ait Theophanes: *Menſis Junii die vigeſimo ſeptimo ad inſequentem Indictionem decimam pertinente, adverſus Arabes circa Opſicii Regionem expeditione ſuſcepta, ad Urbem, quæ Craſus dicitur, venit: cum vero Artabaſdus Opſicii militum manu Comitatus Dorylai verſaretur, mutuam de ſe ſibi invicem ſuſpicionem ingerebant.* Paulo poſt prodit Theophanes: *Hinc Imperii in ſeipſum armati ſæviſſima pugna, Civiumque ad invicem conflictus, Imperatoribus duobus renunciatis, & ex æqua de poteſtate contendentibus*, &c. Theophanes Patricius & Magiſter *Artabaſdo bene affectus, ad magna Eccleſia catechumena populo collecto tum literis tum Thalaſſi* Silentiarii *teſtimonio, Imperatorem fato functum & Artabaſdum a Themantibus Imperatorem ſalutatum ſuadet. Confeſtim populus univerſus Anaſtaſio falſi nominis Patriarcha duce diris & maledictis, ceu natura monſtrum, & a Deo alienum Conſtantinum inſequitur, eadem ejus, quaſi ingenti malo liberati gratanter excipit, & Artabaſdum velut Orthodoxum & Sacrorum Dogmatum defenſorem Imperatorem proclamat.*

Subiungit Theophanes: *Anaſtaſius falſo nomine Patriarcha, veneranda ac vivifica Crucis ligna manibus tenens, interpoſito juſjurando coram plebe diſſeruit: per eum, qui lignis iſtis ſuſfixus eſt, ita mihi dixit Imperator. Ne Dei filium, quem genuit Maria, quique Chriſtus dicitur, uſpiam reputaveris, quam ſimplicem ac nudum hominem. Eum etenim in lucem Maria protulit, in eum modum, quo me mater mea Maria genuit. His auditis populus univerſus eum Imperio abdicatum pronunciavit.* Ita Theophanes ad annum I. Conſtantini Imper. Hæc partim hoc, partim ſequenti anno acta, Sed initium Imperii Artabaſdi hic explicandum. V. Anaſtaſius Epiſc. Conſtantinop. impietatem Imperatoris propalat.

Baronius, cujus tempore Theophanis Chronographia lucem non viderat, ſed tantum Verſio ejus ab Anaſtaſio edita, initium tyrannidis *Artabaſdi* cum currenti Chriſti anno optime illigavit, quia Anaſtaſius Indictionem, quam cum die XXVII. menſis Junii ſeu cum quinto Kalendas Julias copulavit Theophanes, ipſe prætermiſit. Verum poſtquam Theophanes e tenebris emerſit, apparuitque *Anaſtaſium* varios temporum characteres, variaſque res ab eo narratas in ſua Verſione prætermiſſe, omnes novæ & ampliori Theophanis Verſioni ſtandum eſſe cenſuere, indeque plerique cum Petavio in Notis ad Breviarium Hiſtoricum Nicephori pag. 82. initium Imperii *Artabaſdi* poſt menſem Junium Indictione decima notatum, ideoque VI. Currenti anno non vero inſequenti.

Digitized by Google

populus liberum ſe credens ab Imperio Conſtantini, in eum omnia jacere opprobria, & maledicta cœperunt; contra vero acclamare Artabaſdo, ut homini ortho- *do-*

PAGIUS que ſequenti Chriſti anno exordiendum eſſe contenderunt, Imo Cointius anno DCCXLII. num. LVIII. exiſtimavit, tam *Artabaſdum*, quam *Nicephorum* ejus filium exeunte anno ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, vel ineunte proximo acclamatos Imperatores, primumque eorum annum cum anno DCCXLIII. componendum eſſe. Verum *Artabaſdum* currenti Chriſti anno, *Nicephorum* vero ejus filium inſequenti Imperatores dictos, certum eſſe debet. Petavii, aliorumque error, partim ex Theophane, ſeu potius ex ejus Librariis, partim ex ejus Interprete proceſſit. Hic enim textus Theophanis; τῇ δ' Ἰουνίῳ μηνὶ, εἰκάδι ἑβδόμῃ τῆς ἐπιούσης δεκάτης ἰνδικτιῶνος, hæc vero verſio Goari, *menſis itaque Junii die viceſimo ſeptimo ad inſequentem Indictionem decimam pertinente*. Et tamen Theophanes mox ante dixerat, Leonem Iſaurum mortuum eſſe die XVIII. menſis Junii Indictionis nonæ, qui ideo quæcunque Conſtantinopoli per annum integrum a menſe ſcilicet Junio præſentis anni ad Junium inſequentem, geſta ſunt, reticuit, ſi annum primum Conſtantini Imp. ab iis, quæ contigere menſe Junio ſequentis anni Indictione X. uſque ad Septembrem notati inchoavit. Quare nullum mihi dubium eſt, quin Theophanes ſcripſerit, *menſis itaque Junii die viceſimo ſeptimo præcedentis Indictionis*, quam nempe in Leonis Iſauri morte jam memorarat, vel quam loco *Indictionis nona*, ipſe memoria lapſus, vel Librarius ſcripſerit *decimam*. Hunc errorem ejus Interpres novo auxit: adverbium enim ἐπιούσης, quod ibi præpoſitionis vim obtinet, non ſignificat *inſequens*, ſed *præteritum* vel *retroactum*, locuſque Theophanis non aliter ac a nobis præſtitum vertendus. Theophanes, qui annos & Indictiones a Kalendis Septembr. auſpicatur, quando anno ſuperiori mortem alicujus Imperatoris recitavit, anno inſequenti a Septembri inchoato narrare aggreditur quæ poſt mortem ejus novus egit ante Kalendas Septemb. a quo die primum ejus Imperii auſpicatur. Unde cum *Leo Iſauricus* die XVIII. menſis Junii currentis Chriſti anni vivere deſierit, Theophanes primum Conſtantini ejus filii ac ſucceſſoris annum exorditur quidem a Kalendis Septemb. ejuſdem Chriſti anni, ſed antea in medium adducit, quæ a morte Leonis ante eaſdem Kalendas peracta ſunt. Statim autem a *Leonis Iſauri* obitu de conſtituendo novo Imperatore, qui Sacras Imagines defenderet, Conſtantinopoli actum. [1]

Hoc enim diſerte nos edocet Nicephorus in Breviario, ubi narrata Leonis Imp. morte de Artabaſdo, quem Artabaſum vocat, hæc ſcribit: VII.

NOTÆ [1] TOtam hanc de Artabaſdo hiſtoriam diligentius retexendam eſſe cenſeo, atque variorum Scriptorum teſtimonia ita inter ſe me compoſiturum blandior, ut ferme omnem corrupti textus ſuſpicionem ab eorum hiſtoriis amovere. Theophanes narrationem de Artabaſdo ſuam inchoat a die XXV. junii indictionis decimæ, quæ annum 742. ſignat; rem vero totam ita proſequitur, ut nihil deinceps de annis ſingularum rerum geſtarum curet; ac ſi ſcilicet omnia quæ Artabaſdo acciderunt unius anni ſpatium impleverint, uno tantummodo ejus exitu excepto, quem ad novembrem duodecimæ indictionis, idest anni 743. reiicit. Ex quo intelligimus multa ab illo extra ſedem ſuam referri; & quemadmodum ſub Indictione X. quædam collocat, quæ ſerius acciderunt; ſic forte nonnulla, quæ diem & annum illum præceſſerunt ad eamdem indictionem reiicit, quod forte tunc Artabaſdus moliminum ſuorum optatum ad ſcopum pervenerit, imperio occupato, Nicephorus pariter ſtatim ab obitu Leonis hiſtoriam Artabaſdi deducit, quam poſtea unica ſeria parum curato annorum diſcrimine continuat. Ab eo authore forte petenda ſunt exordia ſeditionis quam movit Artabaſdus, quæ cum eodem ſcriptore ad eumdem annum quo Leo deceſſit, annum ſcilicet 741. referenda ſunt. Seditionis vero illius exitus, atque plena imperii occupatio nonniſi a junio anni ſequentis cum Theophane repetenda. Rerum vero potitus Artabaſdus altero anno, Alexandrino ſcilicet a ſeptembri anni 741. ad ſeptembrim anni 742. deducto Nicephorum filium ſuum ad Imperii ſocietatem adſcivit; & ex eo forte tempore ipſe pariter Artabaſdus imperii ſui annos ſupputavit. Hinc in literis Zachariæ pontificis anni patris & filii pari paſſu procedunt. Quamquam vero Artabaſdus imperii plenum jus anno 742. obtinere cœpit, quia tamen ut invaſor potius, quam juſtus imperator reputabatur, ideo nonniſi ſero, anno ſcilicet 743. poſt cœptum aprilim anni ejus veluti legitimi, & juſti imperatoris, in publicis ſcriptis adſcribi cœpti ſunt. Hinc Zacharias epiſtolam datam Kalendis aprilis indictione XI. idest anno 743. Conſtantini annis ſignat. His ergo in hunc modum deductis ſalva ſunt omnia penes Theophanem & Nicephorum; immunes etiam a vitio ſunt epiſtolæ Zachariæ, quarum notas chronicas hypotheſi ſuæ plane averſantes Pagius detruncat, & deformat. At enim quomodo epiſtola Zachariæ, quam legas apud Pagium ad A. 742. 6. ſub anno 743. collocari poteſt, cum ſcripta ſit ante Concilium Germanicum anni 742. Repono, Concilium illud ad ſequentem annum 743. referendum eſſe, ut in nota ad A. 742. demonſtrabitur. Epiſtolæ vero geminæ ejuſdem Zachariæ legendæ apud Pagium ad annum 743. 6. 7. cum adſcriptam referant apud Sirmondum indictionem XII. conjunctam cum die X. Kalendas julias exhibent annum 744. Sed quorſum hæc, inquiens, nonne epiſtolæ illæ adſcriptos referunt annos Artabaſdi cum filio, quos tamen ambos amotos fuiſſe ab imperio novembri menſe indictionis XII. idest anni 743. Theophanes affirmat? Fateor ego quidem in hac re vitium aliquod interceſſiſſe, ſive illud in Theophane, ſive in notis chronicis utriuſque epiſtolæ admittendum ſit. Ut ingenue fatear, cenſeo corrigendum eſſe Theophanem, in cujus tantu pro indictione XII. indictio XIII. reformanda ſit. Facilius enim vitium irrepere potuit in textum ſcriptoris illius, cujus hiſtoria mendis frequentibus ſcatet, quam in geminam Zachariæ epiſtolam, quarum altera alteri perſimilis eſt, & eamdem chronotaxim conſtanter tuetur. Quæ cum ita ſint, ſuſpicor exitum imperii Artabaſdi integro anno citius in Annalibus collocari, ac deinceps ab anno 743. remotum ad annum 744. transferendum eſſe. MANSI

duxo: cum & Epiſcopus civitatis Anaſtaſius, licet hactenus ſe exhibuiſſet hæreticum, inſerviens tempori; cum inſpiceret imperare Catholicum, una cum aliis deteſtari cœpit Conſtantinum Imperatorem, tamquam Dei inimicum, & in omnibus impium, & una cum populo laudibus tollere Artabaſdum Orthodoxum, & Catholicæ fidei propugnatorem. Sic itaque Artabaſdus acceptus ab omnibus, Conſtantinopolim eſt ingreſſus, ubi filios Conſtantini captos, cæſos, & tonſos carceri mancipavit. Quo autem ſibi novi Principis gratiam demereret Anaſtaſius Patriarcha, grande pandit Conſtantini ſecretum. Nam tenens (inquit Theophanes) honoranda, & vivifica ligna ſanctiſſimæ Crucis, juravit populo, dicens: Per eum, qui in ipſis affixus eſt, ſic dixit mihi Conſtantinus aſſeverans: Ne exiſtimes, filium Dei eſſe, quem genuit Maria, quique dicitur Chriſtus, ſed purum hominem. Maria autem cum peperit, ſicut me peperit Maria mater mea. Quibus adeo horrendis blaſphemiis populus valde commotus, probra, & blaſphemias in eum jacere non ceſſavit.

V. Unde prodiit hæreſis Iconoclaſtarum.

Vidiſti, Lector, quæ in imo profundæ foveæ impietatis turpitudo lateret; aſpexiſti, detegente ſecretum Anaſtaſio, quem geſtaret fœtum in utero hæreſis Iconoclaſta: ut non mireris odiſſe Chriſti Domini noſtri, ejuſque ſanctiſſimæ Matris imagines, qui nec ipſum Deum eſſe credebat, nec eam Virginem: dicendus plane non Chriſtianus, ſed Sarracenus. Et quis hæc docuit adoleſcentem natum annos viginti tantum, & unum, niſi parens maxime impius? Siquidem ad patrem referre debet quicquid derivatum in filium reperitur, ſecundum illud divinorum Proverbiorum: (a) *Filius ſapiens doctrina Patris*. Sed vulpis illa alto ſilentio tenebat occultum, quod juvenculus facilior ad loquendum aperuit Anaſtaſio, per quem Deus iſta voluit omni populo palam fieri, quæ ob immenſitatem perfidiæ minime credita eſſent, ſi ab alio aliquo eadem annuntiata, vel alio modo, quam tanto juramento præmiſſo promulgata fuiſſent. Ex his igitur (ſi non deſipis omnino Lector) probe ſatis intelligere potes, unde fluxerit doctrina iſta per Leonem Imperatorem in Eccleſiam primum illata, & per filium propagata, quæ a Chriſti divinitatis, & Mariæ integritatis negationis fonte ſcaturiit: ut plane conſenſeris non aliunde, quam ex inferni profundo erumpere potuiſſe. Quæ autem hæc ſequuta ſint, ſuo loco anno ſequenti dicturi ſumus.

(a) Prov. 3.

VI. Perſecutio Chriſtianorum a Sarracenis illata.

Hoc eodem anno (ut idem tradit Theophanes) *Evelid Rex Arabum in Oriente interfecit Chriſtianos captivos in omni civitate. Inter quos Eutychius filius Mariani Patricii martyr verus oſtenſus eſt in Charris Meſopotamiæ. Ubi & reliquiæ ipſius ſanitates per Dei gratiam operantur, & multi alii per ſanguinem conſummati ſunt.* Hæc perbreviter Theophanes, quæ pluribus fuiſſent ſcribenda voluminibus, ſi quæ in ſingulis civitatibus vaſtiſſimi Sarracenorum Imperii tunc de Chriſtianis occiſis acciderunt glorioſæ confeſſiones, a diligenti hiſtorico ſcriptis man-

PAGIUS

Ex Nicephoro Patriarcha corrigendus Theophanes.

bit: *Artabaſus vero Imperatoris gener (Conſtantini is ſororem in matrimonio habebat) cum iis, qui de populo ſuperfuerant (erat enim Obſequianorum Dux) ac duobus filiis Niceta & Nicephoro, in Dorylei campo ſtationem habebat. Hic audita ſoceri morte* (ideoque hoc Chriſti anno) *de invadenda tyrannide conſilium cepit. Quare populum omnem, quem in poteſtate habebat, ſacramento adigit, fidos ſibi ac benevolos fore, nec alterum Imperatorem recepturos. Conſtantinus ſimul atque Imperii compos factus eſt, cum delecta exercitus parte extra Urbem in campum (cui Craſſo nomen eſt) egreditur, ſimulque Artabaſo mandat, ut ad ſe veniat, quo inter ſe de propulſando hoſte deliberent. Nec minus ille ſua ſponte maturabat, ut & concilio interfuit, & eum Imperio privaret. Interim Conſtantinus, audita tyrannidis fama, &c. propere digreſſus, ut ſaluti conſulens, ad Orientalium Regionem confugit, &c. Adhuc Siſinnium Patricium cum Thracenſibus copiis, quibus præerat, ad ſuas partes pertrahunt, collatiſque in unum viribus contra Artabaſum procedunt. Nam Theophanes cognomento Monotus, qui Magiſterii dignitatem gerebat &, Byzantii Imperatoris partes agebat, ad Artabaſum defecerat, eumque & Imperatorem ſalutaverat, & Byzantiis perſuaſerat, Conſtantinum eſſe mortuum. Idem Nicephorum filium, qui tum in Thracia copiis regebat, ad ſe ſe advocat, & ad Urbis cuſtodiam cum his, quos ſecum habebat militibus, diſponit: qui ex officio Imperatoris erant partim cæcitate, partim aliis pœnis ac contumeliis afficit. Artabaſus interim cum ſuis ad Urbem accedit, cujus adventu Sanctorum Imagines illico reſtitutæ ſunt. Hunc pone ſecutus Conſtantinus Chryſopolim occupat, navale ex adverſo Conſtantinopolis in Aſia poſitum. Ubi paululum commoratus regreditur, & ad Urbem Amoream hyemat. Anno inſequenti &c.* Vides Nicephorum in narratione rerum geſtarum cum Theophane vulgato convenire, hancque, quoad initium Artabaſdi ex Nicephoro, non vero, ut arbitratus eſt Petavius laudatus, Nicephorum ex Theophane emendandum. *Artabaſdi* initium, antequam ad pravam interpretis Theophanis verſionem animum adverteſſem, mihi crucem fixit, & hæc alios omnes in errorem induxit. Sed ex dicendis hanc emendationem certiſſimam eſſe, adhuc evidentius patebit.

VIII. Moritur Gregorius III. PP.

A num. VI. ad XIV. *Gregorius* III. poſt obſidionem Romanam anno ſuperiori a Luitprando Regem factam, currenti ſupremum diem obiit: *Eratque magna turbatio inter Romanos & Langobardos. Quoniam & Beneventani & Spoletani cum Romanis tenebant. Sed dum idem Traſamundus Spoletinus Dux noluit implere, quæ prædicto Pontifici & Patricio ſimul & Rom. promi-*

mandatæ fuiſſent. Sed ad res Occidentales oratio convertatur.

VII. Greg. Papæ III. obitus. Hoc pariter anno, quarto Kalend. Decembris, moritur Gregorius Papa, cum ſediſſet annos decem, menſes novem, dies duodecim, ut Anaſtaſius tradit, qui de his, quæ hoc anno ejus obitum præceſſerunt, hæc habet in ejus ſucceſſore Pontifice Zacharia: *Dum idem Transamundus Spoletanus Dux noluit implere, quæ prædicto Pontifici, & Patricio ſimul, & Romanis promiſerat pro recollegendis*, recuperandis ſcilicet, *quatuor civitatibus, quæ pro eo perierant, & alia, quæ ſpoponderat capitula, & prænominatus Rex Luithprandus ad motionem contra Ducatum Romanum ſe præpararet: in his prædictus Papa divina vocatione ex hac luce ſubtractus eſt*. Hæc de tempore obitus Gregorii Anaſtaſius. *De eodem autem Gregorio tertio* (inquit Walfridus (a) Walfrid. c. 25. a) *veluti inauditum quiddam, & novum refertur, quod omnes pſalmos memoriter tenuerit: Ubi intelligi datur, paucos priorum ita pſalterium didiciſſe*. Hæc ipſe: quibus deploret quiſque hujus temporis litterariæ facultatis inopiam. Sed quæ idem Gregorius in reſtituendis, & exornandis Eccleſiis tempore ſui pontificatus præſtiterit, ab eodem Anaſtaſio audiamus: præter illa autem, quæ ſuperius ſuo loco ſunt dicta, hæc adjicit.

VIII. *Hic* (inquit) *renovavit tectum ſancti Chryſogoni martyris, & cameram, ſive picturas parietum, ciborium etiam de argento, ſeu arcus quinque penſantes libras ducentas viginti, ubi obtulit coronas aureas, quatuor, phara cantharadua, patenam argenteam unam, calicem argenteum unum, etiam veſtes altaris, necnon & vela ſerica alba, ornata blatto circumquaque pendentia. Conſtruxit quoque monaſterium circa eumdem titulum ſanctorum Martyrum Stephani, Laurentii, atque Chryſogoni, conſtituens ibi Abbatem, & monachorum congregationem ad perſolvendas Deo laudes, in eodem titulo diurnis, atque nocturnis temporibus, ordinatas ad inſtar officiorum beati Petri Apoſtoli, ſegregatum videlicet monaſterium a jure poteſtatis presbyteri dicti tituli. In quo monaſterio pro ſuſtentatione idem ſanctiſſimus vir prædia, & dona, atque familiam ibidem largitus eſt. Et diverſi alii fideles, & amatores Domini noſtri Jeſu Chriſti in eodem monaſterio ſanctorum Stephani, & Laurentii, atque Chryſogoni prædia, & dona devotiſſime contulerunt.*

Simili etiam modo renovavit monaſterium ſanctorum Joannis Evangeliſtæ, Jo. Baptiſtæ, & ſancti Pancratii ſecus Eccleſiam Salvatoris antiquitus conſtructum, quod ab omni ordine monaſtico extiterat nimia incuria deſtitutum. In quo prædia, & dona contulit; & quæ invenerat de ipſo monaſterio alienata, reddito pretio, eidem loco reſtituit. Ubi & congregationem monachorum, & Abbatem conſtituit ad perſolvenda quotidie ſacra officia laudis divina in baſilica Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ Conſtantiniana nuncupatur, juxta Lateranas, diurnis nocturniſque temporibus ad inſtar officiorum Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli. Item imaginem ſanctæ Dei Genitricis deargentavit, & veſtivit de argento puriſſimo, penſante libras quinquaginta. Item fecit patenam auream magnam cum diverſis lapidibus penſantem libras vigintiſex, & calicem ſimiliter in gemmis penſantem libras viginti novem. Similiter & Evangelia aurea in gemmis penſantia libras quindecim. IX.

Fecit autem & tectum noviter, ſimul & cameram ſancti Andreæ Apoſtoli, ad ſanctum Petrum Apoſtolum, quam depinxit. Et fecit in eadem baſilica imaginem auream in gemmis beati Andreæ Apoſtoli penſantem libras ſeptem, & intra Confeſſionem veſtivit argento, quod deauravit auro mundiſſimo.

Hic etiam baſilicam ſancti Calliſti Pontificis & Martyris pene e fundamentis dirutam novis fabricis cum tecto conſtruxit, ac totam depinxit. Ubi contulit patenam argenteam, & calicem, & veſtes altaris. Item tectum baſilicæ ſanctorum Proceſſi, & Martiniani a novo conſtruxit, ſuppoſita pila fabricis fortiſſime poſt eorumdem Sanctorum veneranda corpora, ad firmamentum murorum ſanctæ baſilicæ. X.

PAGIUS *miſerat pro recolligendis quatuor Civitatibus, quæ pro eo perierant, & alia, quæ ſpoponderat capitula, & prænominatus Rex ad motionem contra Ducatum Romanum ſe præpararet, in his prædictis beatæ memoriæ Gregorius Papa ex hac luce ſubtractus eſt*, inquit Anaſtaſius ipſo initio Vitæ Zachariæ Papæ. Aliquot ante menſes Gregorius duas Legationes in Franciam ad Carolum Majorem Domus miſerat, binaſque ad eundem literas dederat, ut anno ſuperiori oſtendimus. Sed Carolus primum, & dein Gregorius hoc anno mortui ſunt. Gregorius *ſepultus eſt in cœmeterio Petri Apoſtoli, quarto Kalend. Decembris, Indictione decima*, inquit Anaſtaſius, Ideoque hoc anno die XXVIII. menſis Novembris ſepultus eſt. Idem Anaſtaſius tradit, eum ſediſſe *annos decem, menſes octo, dies viginti*, quod & in variis ejus exemplaribus MSS. legitur niſi quod loco dierum XX. aliqua habent XXV. alia XXIV. alia alios numeros. In Catalogo Reginonis habentur dies XI. & quidem recte; cum enim Gregorius III. die XVIII. menſis Martii anni DCCXXXI. conſecratus fuerit Pontifex Romanus, ſedit annos X. menſes VIII. dies X. & die undecima, die nempe XXVIII. menſis Novembris quem in ſummam confert Regino, terræ mandatus eſt.

Ceſ-

ea. Item in Eccleſia beati Geneſii martyris tectum a novo reſtauravit, ubi & altare rexit in nomine Salvatoris Domini noſtri, in quo contulit pateam argenteam, & calicem, ſeu coronam argenteam cum delphinis ſex, necnon & coronulam auream cum Cruce pendentem ſuper altare.

XI. *Item in baſilica ſanctæ Dei Genitricis, qua ad Martyres dicitur, tectum vetuſta incuria demolitum purgari fecit ad purum, & cum calce abundantiſſima, ſeu chartis plumbeis noviter reſtauravit: & quacumque per circuitum ejuſdem tecti fuerant diſſipata, novo nitore conſtruxit, atque depinxit.*

Item diaconiam ſanctorum Sergii & Bacchi, ſitam apud beatum Petrum Apoſtolum, in qua pridem parvum oratorium erat, a fundamentis ampliore fabrica dilatavit. Et concedens omnia, quæ in uſu diaconia exiſtunt, ſtatuit perpetuo tempore pro ſuſtentatione pauperum in diaconia miniſterium deſervire. Item in cœmeterio beatæ Petronillæ ſtationem annuam dari inſtituit, ubi obtulit coronam, calicem & patenam argenteam, ſeu diverſa ad ornatum Eccleſiæ pertinentia. Item accubitus, qui ſunt ad beatum Petrum Apoſtolum in ruinis poſiti, a fundamentis noviter inſtauravit, atque depinxit.

*Item baſilicæ ſancti Marci ſita foras muros hujus civitatis Romanæ via Appia tectum dirutum a novo refecit. Item in Eccleſia beati Pauli Apoſtoli mutavit trabes, atque totum ejuſdem baſilicæ tectum ab ... altaris uſque ad * regias reſarcivit, & inſtauravit.*

Mutavit etiam trabes in Eccleſia ſanctæ Mariæ Dei Genitricis ad Præſepe numera ſex. Fecit vero Eccleſiam ſanctorum Petri, & Marcellini juxta Lateranus, etiam & cœmeterium beatorum Martyrum Januarii, Urbani, Tiburtii, Valeriani, Maximi: & tectum in ruinis poſitum a novo perfecit. Et inferius: *Hic fecit veſtes ad altare in Eccleſiis Salvatoris, Dei Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, atque Andreæ, & cæteris diverſis Eccleſiis.*

XII. *Nam & Centumcellenſis civitatis muros dirutos pene a fundamentis fortiſſime conſtrui fecit. Et hoc conſtituit, ut fere ſine intervallo, & a presbyteris hebdomadariis Miſſarum ſolemnia, & a monachis divina officia, ſecundum Conſtitutum, quod a collegio ſacerdotum coram ſacro corpore beati Petri Apoſtoli factum eſt, in * ſolemniis Chriſti Domini noſtri, ſanctæque ejus Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum, vel omnium Sanctorum Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum in oratorio nomini eorum dedicata: atque ut intra Eccleſiam beati Petri, ſub arcu principali ſimiliter & vigiliæ celebrarentur. Iiſdemque inſtitutis diſpoſuit, ut in cœmeteriis circumquaque poſitis Romæ in diebus natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per Oblationarium deportentur ad celebrandas Miſſas, per eum, quem providerit Pontifex pro tempore ſacerdotem.* ☞ Extat adhuc in baſilica S. Pauli ejuſmodi oblationum Gregorii Papæ Tertii ad miſſas celebrandas antiquum monumentum, vetus inquam in marmorea tabula inſcriptio ipſius Gregorii, qua & ſub anathemate prohibet, ne poſteri eaſdem impendere prætermitterent. Sic enim ſe habet, expurgatis his, quæ ſcriptoris vitio irrepſerant, mendis.

In nomine Dei Salvatoris noſtri JESU Chriſti. Breve factum a me Gregorio Tertio Papa de oblationibus, quæ debentur per ſingulos dies in Eccleſia S. Pauli Apoſtoli. Gregorii Pap. breve de oblationibus.

Statui enim offerri in prima Miſſa ad Corpus oblatam unam. In ſecunda miſſa ad S. Timotheum Oblatam unam. In tertia miſſa ad Imaginem Salvatoris, quæ & Apoſtolorum, oblatam unam. In quarta miſſa ad S. Gregorium, ad januas oblatam unam. Deinde in miſſa quinta ad Altare majus oblatas duas. Quod ſimul fiat quotidianis diebus oblatæ ſex: quæ ab Eccleſia offerantur in baſilica tua, domine meus beate Paule Apoſtole. Quem Brevis titulum auctoritate Apoſtolica omni tempore confirmamus ſub anathematis interdictu. Ut nulli liceat ſucceſſorum noſtrorum minuere prædictas oblationes. Sed, ſi voluerit, ad laudem, & honorem ejuſdem beati Apoſtoli augere, augeat. Nos vero ideo dedimus huic majori Altari monachos, ut hæc omnia fiant omni tempore. Hucuſque Gregorii Papæ Tertii inſcriptio, quam Breve nominat, idemque quod Indiculum, de qua voce ſuperius actum meminimus.

At quas oblatas nominat, alio nomine, oblationes majores nuncupari conſuevere, de quibus cum primo Annalium Tomo,

PAGIUS IX. *Ei ſuccedit Zacharias.*

Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quatuor, inquit Anaſtaſius vulgatus, cui varia exemplaria MSS. conſentiunt, licet in aliquibus per errorem legantur dies VIII. Ex dicendis enim in morte *Zachariæ, natione Græci*, qui Gregorio III. ſucceſſit, conſtat Interpontificium fuiſſe tantum dierum quatuor, comprehenſis etiam tam die obituali *Gregorii III.* quam die ordinationis *Zachariæ*, huncque conſecratum fuiſſe die triceſima menſis Novembris Sancto Andreæ Apoſtolo ſacra. Baronius, qui Gregorio annos X. menſes IX. dies XII. juxta aliquod corruptum Anaſtaſii exemplar attribuit, juxta illud etiam Interpontificium ad dies VIII. extendit; ſed recte diem ejus ſepulturæ notat. At Papebrocius in Conatu Chronico Hiſtorico *Gregorii III.* ob-

mo, tum alibi diverſis locis ſparſim dictum eſt. Erant itaque iſtæ oblatæ, quas vocat, certa menſura panis, & vini, quæ ex ejus decreto, e Patriarchio per oblationarium, ut ait Anaſtaſius (erant diaconi oblationarii nominati, huic uſui inſervientes) pro miſſis illis celebrandis in baſilicam S. Pauli diebus ſingulis portaretur; prout hodie in quibuſdam Eccleſiis fieri conſuevit. Cæterum quod ad voces ipſas pertinet, inter oblatas, & oblationes differre putamus, ſicut inter genus, & ſpeciem: Siquidem oblationum nomine, quicquid Deo offertur cujuſvis ſpeciei, intelligi debet. Oblatarum vero nomine, quod offertur tantum pro celebrando ſacroſancto miſſæ ſacrificio. Cum alioqui panis etiam offerri a populo ſoleret ad eulogias conficiendas, cum panis ipſe communiori benedictione benediceretur, qui in populo divideretur, qui uſus adhuc in pluribus viget Eccleſiis. Rurſus vero oblatarum nomen uſurpatum interdum invenimus pro ipſa Euchariſtia apud antiquos Ritualis, communius autem pro ipſo pane, & vino, quod offertur, ſacrificii celebrandi cauſa. De qua Remigius Antiſiodorenſis de celebratione Miſſæ dum agit, poſt alia hæc habet: *Suſcipit*, inquit, *interim Sacerdos a populo oblatam, ut ipſe, qui eſt inter Deum, & ipſum populum mediator, preces eorum, & vota Deo offerat.* Ex hujuſmodi oblatis olim ea pars tantum ad ſacræ Euchariſtiæ uſum ſumebatur, quæ ad communicandum populum ſatis eſſet, ut ex S. Cypriano (*a*) colligitur, dum redarguens divitem feminam, ſine ejuſmodi oblatione ad Eccleſiam venientem, hæc improperat, dicens: *De ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis*: Et S. Auguſtinus (*b*): *Erubeſcere*, inquit, *debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicaverit.* Quæ autem ſupererant, nec conſecrarentur ex pane, & vino, in uſum ſacerdotum offerentium ſacrificium, & clericorum miniſtrantium cedebant. Poſtea autem cum eſt factum, ut quæ in ſacrificium offerenda eſſent, ſacerdotum diligentia pararentur: omnes

(*a*) Cypr. de opel. & Eccl.

(*b*) Auguſt. ſer. 215. de temp.

illæ diverſorum oblatæ abſque diminutione, iiſdem ceſſere miniſtrantibus. Ac tandem ad Gregorium redeamus, ejuſmodi oblatas ad miſſas celebrandas non ſolum in baſilicis Urbis, ſed etiam in cœmeteriis circumquaque poſitis ab eo fuiſſe decretas, Anaſtaſius, ut audiſti, teſtatur. ☞ *Rurſus autem quod ad ejus ſcripta pertinet ſcripſit ad Leonem Imper. & ejus filium libros tres pro cultu ſanctarum imaginum reliquit & epiſtolarum librum unum, ſed his caremus.* Ad poſtremum vero Anaſtaſius his claudit periodum rerum ab eo geſtarum. *Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros viginti quatuor, diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca numero octoginta. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Petri Apoſtoli, quarto Kal. Decembris, Indictione decima. Ceſſavit Epiſcopatus dies ocło.* Hactenus Anaſtaſius, reliqua vero ab eodem auctore de ipſo Gregorio ſcripta, ſuis ſunt locis pro ratione temporis collocata.

Quod igitur Longobardi eſſent in armis, in ipſoque procinctu ad cladem Urbis parati, factum eſt, ut quamprimum, Gregorio Papa defuncto, crearetur a clero ſucceſſor. Sic igitur vix eidem perſolutis extremis, octavo die ab ejus obitu *Zacharias* Pontifex ſummo omnium conſenſu creatur die quinta menſis Decembris; quantum autem ſederit, inferius in obitu ejus dicturi ſumus. De eo autem habet iſta Anaſtaſius. *Zacharias natione Græcus ex patre Polychronio, vir mitiſſimus atque ſuavis omnique bonitate ornatus, amator cleri, & totius Populi Romani, tardus ad iraſcendum, velox ad miſerendum, nulli malum pro malo reddens, neque, vindictæ ſibi meritum tribuens, ſed pius, & miſericors. A tempore ordinationis ſuæ omnium omnibus factus, etiam iis, qui antea ſui fuerant perſecutores, bona pro malis reddidit, eoſque honoribus promovens, & provehens, ſimul & facultate ditavit. Invenit totam Italiam valde turbatam, ſimul & Ducatum Romanum, perſequente Luitprando Longobar-*

XIII. Zacharias Papa creatur.

PAGIUS

obitum in diem X. Novemb. ſepulturam ejus in diem XXVIII. ejuſdem menſis, & Zachariæ ordinationem in diem XIX. Novembris perperam confert, indeque Zachariæ mortem accelerare cogitur, ut infra videbimus.

X. *Zacharias & Luit. prandus Rex pacem ineunt.*

Anaſtaſius poſtquam locutus eſt de præfato Traſamundo Spoletano Duce & de Luitprando Longobardorum Rege, laudatis verbis iſta ſubjicit: *Miſſa Legatione apud jam dictum Regem Longobardorum ſalutaria illi prædicavit* (nempe Zacharias) *cujus Sancti Viri admonitionibus inclinatus prænominatas quatuor, quas a Ducatu Romano abſtulerat Civitates, reddere promiſit.* Addit Anaſtaſius, Traſimundum promiſſis non ſtetiſſe, ſeſeque prædicto Regi tradidiſſe quod Pontifex de eo comprehendendo cogitaret. Tandem Regem poſt multas dilationes cum Pontifice in Urbe Narnienſi conveniſſe. *Rex prædictas quatuor Civitates, quas ipſe ante biennium per obſeſſionem factam pro prædicto Traſimundo Duce Spoletino abſtulerat, eidem Sancto cum earum habitatoribus redonavit Viro.... & pacem cum Ducatu Romano ipſe Rex in viginti confirmavit annos.* Dicit denique Anaſtaſius, hæc expleta eſſe *X. Indictione.* Quare licet hæc a Baronio hoc anno recitentur, geſta ſunt tamen ſequenti, quo Indictio X. uſque ad Kalend. Septemb. in curſu fuit. Præterea cum aſſerat Anaſtaſius quatuor illas Civitates *ante biennium per obſeſſionem factam*, ex Ducatu Ro-

dorum Rege. Et inferius: *Divina autem prænominatus ſanctiſſimus Zacharias ad Pontificatum eſt elevatus; cui omnipotens Dominus tantam contulit gratiam, ut etiam pro ſalute Populi Romani ſuam ponere animam non dubitaret. Miſſa igitur legatione ad eum dictum Regem Longobardorum Luithprandum, ſalutarem illi prædicavit. Cujus ſancti viri admonitionibus inclinatus, prænominatas quatuor, quas a Duce Romano abſtulerat civitates, reddere promiſit. Dumque commotione facta, ad comprehendendum Transamundum Ducem Spoletanum, exhortatione ſancti viri exercitus Romanus conjungeret ſe in adjutorium prædicti Regis, egreſſi ſunt, & ipſe Transamundus ſuam deceptionem conſpiceret*, qua ſcilicet Romanos, ut dictum eſt, decepiſſet, *egreſſus a Spoletana civitate ſeſe prædicto tradidit Regi*. Hæc hactenus: quæ autem idem Anaſtaſius iſtis ſubdit, ſequenti potius anno contigiſſe noſcuntur.

XIV. *Caroli Martelli obitus.* Quo pariter anno undecimo Kalendas Novembris Carolus cognomento Martellus moritur, cum jam pacem multis ſudoribus partam ſtabilem poſteris reliquiſſet. De anno affirmant omnes tam veteres quam recentiores chronographi; de die teſtatur auctor anonymus, qui ſui temporis res ſcribens, ad Gregorium Turonenſem addidit Appendicem, ſicut pariter apud (a) Aimoinum expreſſum habetur: quem, & in baſilica ſancti Dionyſii apud Pariſios eſſe ſepultum, æque omnes aſſentiuntur. De quo ea quæ ad religionis cultum ſpectant ab aliis prætermiſſa, quæ nec certo quo geſta ſunt anno, potuerunt haberi comperta, hic reddumus, quæ Lupus in rebus geſtis ſancti Maximini Epiſcopi Treverenſis ſcribens ad Valdonem anno Chriſti octingenteſimo trigeſimo narrat his verbis:

(a) *Aimoin. lib. 4. c. 57.*

Cum (inquit) *Carolus Princeps* cognomento Martellus *longa febrium vexaretur moleſtia, & cibi potuſque faſtidio vitæ periculum incurriſſet; ei beatus Maximinus capiens ſomnum apparuit; atque ſe ad ſuam abeuntem ſequeretur memoriam, demonſtravit, expergefactuſque Carolus, ſatellitem, qui ſibi forte aſſiſtebat percontatur, ſi videret beatum Maximinum, qui ſecum paulo ante contuliſſet ſermonem: illo vero negante: Modo* (inquit) *foras egreditur, atque imperavit, ut ſe continuo ſequerer, apud ejus tumulum ſalutis compos futurus. Ita illum in lectica deportatum, & in ſoporem reſolutum ſanctus Maximinus iterum alloquitur, ſeque pro illo Domini poſtulaſſe clementiam, oſtendit: illum vero ne ſe ultro dedat vitiis, admonet. Mox igitur ut evigilavit Carolus, exarruxit, & promotis promiſſis in ſacrarium receſſit, ſibique offerendos cibos popoſcit, quo triginta diebus proximis ſumendorum alimentorum ſibi poſſibilitate ſublata, vix vitam ſolius aquæ hauſtu retinuerit. Eſcis itaque ſumptis, amiſſas redire vires perſenſit. Hujuſque non immemor beneficii, cœnobium S. Maximini prædiis auxit, quorum unum* * *Patrioſala, aliud Vitmaris Eccleſia; tertium Commiciacus vocatur; ſancto autem Petro Audaela.* XV.

PAGIUS

mano fuiſſe avulſam, intelligimus biennium illud ab anno DCCXL. omnino inchoatum fuiſſe, eodemque anno Romam a *Luitprando* Rege obſeſſam.

XI. *Moritur Carolus Major Domus.* A num. XIV. ad XXII. *Carolum* Majorem Domus Franciæ hoc anno mortuum eſſe inter omnes convenit, ſed de die controverſia eſt. In Annalibus Petavianis, & in Chronico San-Dionyſiano dies ejus emortualis notatur *Idibus Octobris*, ſeu dies XV. menſis Octobris. Sed Continuator Fredegarii Carolo coævus & familiaris ejus fratri Childebrando, diem XXII. ejuſdem menſis huic morti aſſignat; ait enim: *Rexit utraque Regna annis XXV. Tranſiit itaque XI. Kal. Novembris, ſepultuſque eſt Pariſius in Baſilica Sancti Dionyſii Martyris*. Verum cum jam antea ſcripſerit, eum apud Cariſiacum ad Iſaram poſitum mortuum eſſe, videtur inſinuare Carolum die XV. Octob. diem obiiſſe, & ſeptem poſt dies in Baſilica Sancti Dionyſii prope Pariſios ſepultum eſſe. Continuator regimen Caroli ſpatio annorum XXV. circumſcribit, quia illud auſpicatur a die XII. Kalendas Aprilis, ſeu a pugna Vinciacenſi anno DCCXVII. habita; ab eo enim tantum tempore Majoratum utriuſque Regnorum, id eſt, Auſtraſiæ ſimul & Neuſtraſiæ potiri cœpit; antea quippe in ſola Auſtraſia auctoritate fruebatur. Annaliſta Metenſis ait: *Rexit populum Francorum annis XXVI. menſibus VI.* quia ſcilicet ejus regimen auſpicatur a menſe Aprili anni DCCXV. quo evaſit a cuſtodia. Denique Annaliſta Fuldenſis tradit, eum tenuiſſe *Regnum Francorum annis XXVII.* quia annos regiminis ejus utrimque incompletos pro completis numerat.

Obiit quinquagenario major, biſque uxorem duxit, *Rotrudem* nempe, & *Sonechildem*. Liberos mares reliquit *Carolomannum*, *Pippinum*, *Bernardum*, *Hieronymum*, *Remigium* & *Griffonem*; filias *Hadolagam* & *Chiltrudem*, ut ex Hiſtoricis Francicis liquet. Licet autem geſta a Carolo Annaliſtæ potius notarint, quam retulerint, tamen vel ex nuda eorum notatione ac velut enumeratione aperte cognoſcimus, loquit Hadrianus Valeſius lib. XXV. Rer. Franc. eum fuiſſe Ducem bellicoſiſſimum ac victorioſiſſimum, & ſingulari virtute, maxima auctoritate ac felicitate pene incredibili præditum. Quis enim plura quam *Carolus* bella civilia & externa geſſit; quis plura prælia commiſit; quis plures, vel potius, quis tot ex hoſtibus victorias tulit, ſemper domeſticis copiis contentus, nec amplius quam ſemel Longobardorum auxiliis acceſſitis? Manſuetudinis ejus magnum eſt documentum clementia in devictos; nec enim unquam niſi in acie ferrum ſtrinxiſſe dicitur, nec in populares bello captos hoſteſve ſæviiſſe. Contra *Ragenfredo* cum vitam adimere poſſet Andegavos dedit; *Chilperico* recepto XII. *Illuſtribus virtutibus præditus fuit.*

Digitized by Google

elanam obtulit villam. Hucuſque Lupus.

Sic igitur ex his vides hunc, quem multi ferunt expoliaſſe bonis Eccleſias, eas locupletaſſe, more prædeceſſorum ſuorum.

XVI. Quæ leguntur de Caroli anima damnata ad inferos. Sed jam quæ ſcripta leguntur de Caroli anima æternis pœnis inferis mancipata, hic reddenda erunt, & eorum veritas diſquirenda: præter illa autem, quæ de his leguntur in vita S. Eucherii (a) Aurelianenſis Epiſcopi, (b) & in vita ſancti Rigoberti Archiepiſcopi Rhemenſis, hæc accipe ex ſcriptis capitalis (ut præfert titulus) ab Epiſcopis provinciarum Rhemenſis, & Rhotomagenſis, ad Ludovicum Regem miſſis, apud Gratianum vero deſcripta, ubi agit de bonis Eccleſiæ non auferendis, his verbis: (c) *Quia vero Carolus Princeps Pipini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges, ac Principes res Eccleſiarum ab eis ſeparavit, atque diviſit, pro hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. Nam ſanctus Eucherius Aurelianus Epiſcopus, qui in monaſterio ſancti Trudonis requieſcit, in oratione poſitus, ad alterum ſæculum raptus, & inter cætera, quæ ſibi, Domino oſtendente, conſpexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo ejus ductore reſponſum eſt: Quia ſanctorum judicatione, qui in futuro judicio cum Domino judicabunt, quorumcumque res abſtulit, ac diviſit, ante illud judicium anima & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, & recepit ſimul cum peccatis ſuis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas, & facultates in honore, & amore Domini ad ſanctorum loca luminaribus divini cultus, & alimoniis ſervorum Chriſti ac pauperum, pro animarum ſuarum redemptione tradiderunt.*

(a) Extat apud Sur. tom. 1. die 20. Febr.
(b) Eod. tom. die 4. Jan.
(c) Apud Gratian. 16. q. 1. poſt c. 59. ex Conc. Rothom.

Qui in ſe reverſus ſanctum Bonifacium & Fuldradum Abbatem monaſterii ſancti Dionyſii, & ſummum Capellanum Regis Pipini ad ſe vocavit: eiſque talia dicens, ſignum dedit, ut ad ſepulcrum illius irent, & ſi corpus ejus ibidem non reperiſſent, ea, quæ dicebat, vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum monaſterium, ubi corpus ipſius Caroli humatum fuerat, ſepulcrumque ipſius aperientes viſus eſt ſubito exiſſe draco, & totum illud ſepulcrum interius inventum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum. Nos autem illos vidimus, qui ad noſtram uſque ætatem duraverunt qui huic rei interfuerunt, & nobis viva voce veraciter ſunt teſtati, quæ audierunt atque viderunt.

XVII. *Quod cognoſcens filius ejus Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum ſancto Bonifacio Legatus Apoſtolicæ Sedis Georgius nomine. Nam & Synodum ipſam habemus, & quantumcumque de rebus Eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, potuit, Eccleſiis reddere procuravit. Et quoniam res Eccleſiis, a quibus ablata erant, reſtituere propter concertationem, quam cum Vvaifaro Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit: precarias fieri ab Epiſcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad reſtaurationes tectorum, & de unaquaque caſata duodecim denarios ad Eccleſiam, unde res erant beneficiatæ (ſicut in libro capitulorum Regum habetur) dari conſtituit, uſque dum piæ res ad Eccleſiam revenirent. Unde & dominus*

PAGIUS

pro Regnum, nomen & inſigne Regium *Hunoldo* Eudonis Ducis filio Aquitaniam reddidit, & *Plectrudem* uxorem patris quondam ſui, a qua cuſtodiæ mandatus, paterniſque opibus excluſus fuerat, violare nefas duxit. Sed de ejus virtutibus plura Valeſius citatus.

XIII. De Regno Francico optime meritus. Laudatus Continuator ait, Carolum obiiſſe *cunctis in gyro Regnis acquiſitis*, Annaliſta vero Metenſis, *cunctis in gyro gentibus poſitis, Francorum Ditioni ſubactis*; quod verum eſt. Nam eum Ducibus aut Præfectis Aquitaniæ, Burgundiæ, Bajoariæ, aliiſque coronæ Franciæ beneficiariis, qui ſupremum dominium affectaverant feliciter bellum geſſit. Hinc Eginhardus in Vita Caroli M. de Carolo Martello avo ejus loquens, inquit: *Carolus tyrannos per totam Franciam Dominatum ſibi vindicantes oppreſſit, & Saracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis præliis devicit.* Quare non video, quomodo Cointius hoc anno num. XXXI. ſcribere potuerit, Carolum Martellum *Franciæ ne oppidulum quidem* adjeciſſe, *vituperarique merito* poſſe, *quod ne Francia dilataretur, domeſticis, quos ciebat, fovitque, tumultibus, impediverit.* Etenim vere Annaliſta Metenſis ad annum DCXCI. tradit: *Harum gentium Duces in contumaciam verſi, a Francorum ſe Dominio per deſidiam præcedentium Principum iniqua ſe præſumtione abſtraxerant*, ideoque non ſolum a culpa immunis, ſed etiam laude dignus Carolus, quod eos ſub Francorum Dominium reduxerit, & tot Provincias Regno Francico acquiſiverit, quot Duces eiſdem *Præfectos* ſubegit. Nec etiam audiendus Cointius cum aſſerit, citatum Continuatorem ſcribentem, gentes illas contra Francos rebellaſſe, intelligendum eſſe, non de vera rebellione, ſed de bellis poſt pacem factam ab illis inſtauratis, quia, ut inquit Papias, *rebellis qui pace facta redintegrat bellum.* Licet enim hoc verum ſit, & *rebellare* idem ſit aliquando apud mediæ ætatis Sciptores, ac iterum bellare, a Fredegarii Continuatore vox ea in eo ſenſu accipi non poteſt; cum certum ſit, Duces illos a Francorum Dominio recedere non debuiſſe. Denique Eginhardus citatus eos *tyrannos* appellans, vere rebelles fuiſſe, iterumque a Martello coronæ Franciæ juſte adjectos nos dubitare non patitur.

XIV. An quibuſdam criminibus accuſatus. Id criminis Sciptores, etiam antiquiores Carolo ingeſſerunt, quod Eccleſiaſtica bona laicis diſtribuerit, & Eccleſiaſticas pecunias in uſus proprios aſſeruerit; certum tamen nihil eum Eccleſiis abſtuliſſe, ut inde ditius fieret, ſed ut ſtipendia militibus daret. Quod præ-

Digitized by Google

Carolus Imperator adhuc in regio nomine conſtitutus edictum fecit, ut nec ipſe nec filii ejus ſucceſſores hujuſmodi res agere attentarent: quod manu ſua firmavit, cujus plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum in libro capitulorum ejus quicumque librum illum habet, legere voluerit: invenire valebit.

Hanc etiam relationem & in ſcripturis habemus, & quidam noſtrum etiam viva voce dominum Ludovicum Imperatorem patrem veſtrum referre audivimus. Hucuſque ibi. Cæterum cum in vita Eucherii eadem legantur, ſuperadditum eſſe caput illud, haud levis ſuſpicio eſt: ſi quis conſideret, mox ante ejuſmodi narrationem dici, contendiſſe precibus Sanctum, ut ex hac vita ſolveretur; ſed non cohærent, quæ ſubſequuntur de Caroli damnatione, ſed bene, quæ poſt illa habentur de ejus ex hac vita migratione.

XVIII. Quod ad crimen pertinet, quam ſæpiſſime accidiſſe, ut bonorum Eccleſiarum invaſores, raptores, & uſurpatores divinitus immiſſa vindicta perculerit, innumera declarant exempla; omni fide conſtantia, quæ ſuperius diverſis in locis pro temporum ratione ſunt ſparſa, ut nemo de his dubitare aliquando poſſit. Si enim profanarum etiam rerum raptoribus vindictam pro foribus adſtitiſſe ſæpe legimus: quomodo non magis adverſus ſacrilegos, expilantes Deo ſemel oblata, ſupplicium divinitus irrogari diximus? Ut plane impius penitus convincatur: qui ejuſmodi ſacrilegiis obnoxios, niſi pœnitentes ſatisfaciant, pœnas poſſe evadere ſempiternas exiſtimet, conteſtante Apoſtolo (*a*) atque dicente quod neque fures, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Verum hiſtoriam iſtam de viſione facta S. Eucherio (quod aſſeritur) non poſſe ſubſiſtere, ex iis, quæ dicta ſunt in obitu ejuſdem ſancti, qui contigit ante decennium, quam Carolus moreretur, ſive annos quatuordecim (ut Molanus ponit) ſatis intelligi poteſt, cum adeo repugnent tempora ut S. Eucherius viderit animam Caroli apud inferos cruciari; qui poſt ejuſdem Eucherii obitum decem ſaltem annos reperiatur fuiſſe ſuperſtes: unde intelligas quantum abſit, quod aſſeritur, ut Eucherius ea tempore Pipini Regis per viſum ſcire, ac referre potuerit.

(*a*) 1. Cor. 6.

Improbatur hiſtoria de damnatione animæ Caroli.

XIX. Sed & quod de ipſius Caroli pietate reperitur ejuſdem Ludovici Imperatoris, ad quem talia fuiſſe ſcripta dicuntur, elogium, eadem mendacii certe redarguit. Ipſe enim Ludovicus Imperator in epiſtola ad Hilduinum (*b*) Abbatem hæc habet: *Proavus noſter Carolus Princeps Francorum inclytus per orationes ipſius excellentiſſimi Martyris, adeptum ſe fuiſſe gratulatus eſt apicem principatus, eidemque decurſo mortalitatis tempore, quod carius potuit habere depoſitum, corpus ſcilicet proprium in magni die judicii ſuſcitandum, & animam Domino præſentandum fideliter commendavit, ac per hoc*

(*b*) Habetur in Areopagiticis ante vitam Dionyſii .... titis apud Sur. tom. 5. die 9. Octob.

PAGIUS

XV. *Apparitio S. Maximini Carolo fabuloſa eſt.*

ſtitit, ut Auctor libelli de Majoribus Domus Regiæ, qui hoc circiter tempore ſcripſit, teſtatur, *propter aſſiduitatem bellorum*, præſertim adverſus Saracenos, adverſus Saxones, & Friſios, qui idololatræ erant. Henſchenius ad diem XX. Februarii in Commentario ad Vitam Sancti Eucherii obſervat, quod *ex multis a Carolo everſis Monaſteriis hactenus ne unicum quidem nominatur, uti neque aliqua Eccleſia, cujus pecunia in proprios ejus uſus ſit commutata.* Immo Carolus munificentiſſimum ſe præbuit erga Eccleſiam Ultrajectinam, erga Trevirenſe Sancti Maximini Cœnobium in Auſtria, erga Monaſteria Fontanellenſe, & San-Dionyſianum in Neuſtria, multaque ipſe vel erexit, vel locupletavit, ut paſſim in ſuis Annalibus demonſtrat Cointius.

Baronius num. XV. refert ex Lupo in rebus geſtis *Sancti Maximini* Epiſcopi Trevirenſis, hunc Sanctum apparuiſſe *Carolo* ægrotanti, ei ſanitatem reddidiſſe, illumque, inquit Lupus, *ne ſe ultro dedat, vitiis admonet*, ſcilicet Maximinus. Verum Lupus, qui ut ipſemet ſub finem teſtatur, ſcripſit *anno DCCCXXXIX.* retulit multa *fabuloſis ſimilia*, & Vitam Sancti Maximini ab aliquo antiquo Scriptore elucubratam interpolavit & corrupit. Primigeniam Henſchenius ad diem XXIX. Maii exiſtimat eam eſſe, quam ex MS. Monaſterii Sancti Victoris Pariſienſis in medium affert, ſed illa etiam nævis ſuis & erroribus non caret, ut examinanti manifeſte patebit; id enim non eſt hujus loci.

XVI. *Viſio S. Eucherii & damnatio Caroli conficta.*

Carolum poſt mortem ad inferos damnatum fuiſſe, eumque in inferno inferiori torqueri vidiſſe *Sanctum Eucherium* Epiſcopum Aurelianenſem, nonnulli ſæculo nono finxere. Sed hanc fabulam exploſit primum Baronius n. XVI. & ſeqq. deinde Sirmondus in Notis ad Capitulare XXIII. Caroli Calvi, Henſchenius in Notis ad Vitam Sancti Eucherii, & Cointius anno DCCXLIII. num. IV. & ſeqq. Si enim *Eucherius* ex hac vita deceſſit anno DCCXXXVIII. non potuit videre animam *Caroli* apud inferos cruciari. Et ſi *Carolo* ſuperſtes fuit, non ideo hæc narratio vera; cum intruſa fuerit in Vitam Sancti *Eucherii* ab Auctore coæva ſcriptam; ea enim in variis MSS. Codicibus antiquiſſimis non extat, & Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis primus eſt qui eam inſeruit in Vitam Sancti Remigii, unius ex ſuis Prædeceſſoribus. At ea Vita plura alia a veritate aliena continet. Præterea cum anno DCCCLVIII. ortum fuiſſet diſſidium inter *Ludovicum & Carolum Calvum* Francorum Reges, Epiſcopi Provinciarum Rhemenſis & Rotomagenſis cum Hincmaro & Wenilone Metropolitanis in Cariſiaco Palatio congregati *Ludovico* Caroli Ditiones invadenti Epiſtolam direxerunt, in qua viſio *S. Eucherii* & damnatio *Caroli* enarrantur. Verum quomodo *Hincmarus* in ea Epiſtola ſcribere potuit, ſe id reſciviſſe a teſtibus oculatis; cum ante annos CXVII. quam celebraretur *Synodus Cariſiacenſis*, Carolus e vivis abiiſſet? Mitto alia argumenta apud laudatos Scriptores legenda.

Ba-

hoc maxime devotionem, ac fiduciam cordis erga peculiarem patronum patenter oſtendit. Hæc Ludovicus: qui ſi tam certam de damnatione Caroli ſciret teſtificationem factam eſſe Pipino: quomodo non potius ſilentio prætetiiſſet memoriam ſepulturæ Caroli apud ſanctum Dionyſium, tanto miraculo infamatam, quam illam tanto præconio celebraret?

XX. Accedit & his, quod recte intelligenti omnem penitus dubitationem poſſit auferre. idem enim ipſe S. Bonifacius, qui aſſeritur inſpector fuiſſe ſepulcri, & teſtis oraculi de damnatione ipſius ad inferos, ſcribens epiſtolam ad Ethelbaldum Merciorum Regem in Anglia, hominem ſceleſtiſſimum, ut eum revocet ad pœnitentiam, inter alia plura ingerit exempla Regum, qui ob ipſorum immenſa ſcelera male pereuntes, una cum corpore perdiderunt & animam, damnati in cruciatus perpetuos apud inferos; ubi de Carolo ipſo agit, ponit nonniſi iſta: *Carolus quoque Princeps Francorum multorum monaſteriorum everſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in uſus proprios commutator, longa torſione, & verenda morte conſumptus eſt*. Hæc tantum ipſe de Carolo, & nihil præterea amplius de ejus ex inſpectione ſepulcri a ſe viſa, ut dicunt, & certa habita ad pœnas inferni damnatione; ſicut de aliis dixerat ibi Regibus. Cum tamen cogeret argumentum ea non ſolum ſilentio non præterire, ſed magno id fuiſſet ipſi pretio redimendum, ut diceret, ingereret, atque etiam inculcaret tam horrendum ſpectaculum, quod vidiſſet, ſi revera dicere potuiſſet, cum ad ipſum perterrendum quæreret undique rationes. Immo & ſi impœnitens mortuus eſſet, utique & hoc dicere non tacuiſſet, ſicut de aliis ibi dixerat. Verum etſi dira ob immenſos dolores morte conſumptus ſit, haud tamen abſque exomologeſi ea hac vita receſſiſſe, quæ ex Ludovico Impetatore ſunt recitata, demonſtrant.

XXI. Vindex Deus, ſed non judicans bis in idipſum, ſic invaſores jurium Eccleſiarum Principes Chriſtianos pœnitentes interdum miſerando cruciatu ante interitum vult affligi, tum ut poſteris ſint in exemplum non minuendi, vel violandi Eccleſiaſticam immunitatem, neque non leve eſſe delictum quod peccaſſent, ex portentoſis, & pene inſolitis ab ultore numine illatis pœnis poſſet intelligi; tum etiam ut cum iidem catholice vixerint, & alia complura bona fecerint, maxime vero quod propagantibus fidem fuerint adjutores (ut a Carolo, de quo agitur, factum vidimus) quod peccaſſent in Eccleſiæ jura, hic luerent potius, quam damnarentur perpetuis cruciatibus in inferno: a quibus eumdem fuiſſe immunem, putamus ea iis, quæ de eo ſuperius pluribus in locis ſunt dicta; nempe (quod eſt hic in memoriam revocandum) laudatam pietatem Caroli duorum Romanorum Pontificum aſſertione, Gregorii ſecundi, atque Gregorii ejus ſucceſſoris, ejuſdem nominis tertii, cujus illud maximum eſt de eodem Carolo Martello præconium, quod tum Dei, tum ejuſdem Caroli opitulatione S. Bonifacius centum millia paganorum Germanorum ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam convertiſſet: ut plane de ipſo (occulta licet, & nobis incognita ſint divina judicia) ſalutem cum piis Regibus conſequutum, exiſtimare liceat; & ſi peccator extiterit (ut ſolent Reges ſæpe delinquere) per exomologeſim illam factam, qua ſuam animam Domino per ſanctum Dionyſium præſentandam adeo ſolicito ſtudio commendavit, bene de ejus ſit ſalute ſperandum. Sed nec illud tacendum, quod idem Carolus laudatus etiam invenitur ab ipſo S. Bonifacio Germanorum Apoſtolo, cum rogavit ejus filium Carolomanman-

Laudatus Carolus a Rom. Pont.

Laudatus Carolus a S. Bonif.

PAGIUS XVII.

Falſum eſt Carolum Monaſteria everſiſſe, & Bona Eccleſiæ uſurpaſſe.

Baronius num. XX. ait, *Sanctum Bonifacium* ad Ethelbaldum Merciorum Regem, hominem ſceleſtiſſimum, ut eum ad pœnitentiam revocaret, Epiſtolam ſcripſiſſe, eique exemplum Caroli propoſuiſſe: *Carolus quoque Princeps Francorum*, inquit Bonifacius, *multorum Monaſteriorum everſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in uſus proprios commutator, longa torſione & verenda morte conſumptus eſt*. Verum verba illa intruſa ſunt in Epiſtolam XIX. Bonifacii ad Ethelbaldum Regem ſcriptam; cum non reperiantur in editione Serarii, qui primum eas Epiſtolas ex Codicibus MSS. publicavit. Duo duntaxat exempla in ea Epiſtola Bonifacius proponit ultionis divinæ, unum in *Coelredo* Rege Merciorum, alterum in *Oſredo* Deirorum & Beroiciorum Rege, qui ſcelera ſceleribus addentes in adulteriis, etiam cum Monialibus inventi ſunt, & immatura ac terribili morte præventi. At in tota illa Epiſtola nullum verbum occurrit de *Carolo*, nec haberi debuit; quia in adulterii ſuſpicionem cum Sanctimonialibus nunquam venit: Quanti fecerit Bonifacius *Carolum* intelligitur ex Epiſtola ad eum a Gregorio III. ſcripta, & a Baronio an. DCCXXXIX. num. II. recitata. *Agnoſcentes ex ſyllabis fraternitatis tuæ, quia de Germania gentibus, quas ſua pietate Deus noſter de poteſtate Paganorum liberavit, & ad centum millia animas in ſinu Sanctæ Matris Eccleſiæ tuo conamine & Caroli Principis Francorum aggregare dignatus eſt*, inquit Gregorius, qui hæc ex ipſiuſmet Bonifacii ad ſe datis litteris didicerat. At, inquit Mabillonius laudatus, ea de morte Caroli verba extabant in exemplari, quod nactus eſt Baronius, ſicuti & in exemplari vetuſtiſſimo Saxonice exarato, quo uſus eſt Spelmannus ad vulganda Acta Concilii Cloveshovienſis, tum in eo quod exſcripſit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. Angl. cap. 4. Verum ipſemet Vir doctiſſimus fatetur Caroli damnationem *Eucherio* revelatam, non reperiri in quatuor MSS. Codicibus, ideoque

manum, ut bene cœpta a parente circa cultum Chriſtianæ religionis proſequeretur, rogans eum inſiſtere paternis veſtigiis, ut dicetur inferius, cum de ejus cum Carolomanno congreſſu agetur. At hic de his ſatis.

XXII. Mortuo Carolo, duo filii Carolomannus major natu, atque Pipinus ſucceſſerunt hæredes: principatum vero ſuum Carolomannus adminiſtrabat, nempe provinciam Auſtraſiæ (quæ & Alemannia appellatur) atque Thuringiæ; qui ſimulac partem ſuæ hæreditatis accepit, nihil antiquius habuit, quam iis conſulere, quæ ad religionem conſervandam, & propagandam ſpectare viderentur. Quamobrem S. Bonifacium ad ſe mox acceſſendum curavit, ut cuncta ſecundum canonem recte diſponerentur. De his ipſe Bonifacius teſtis eſt in epiſtola ad Zachariam data, quam hic tibi reddemus.

(a) In vit. S. Bonif. lib. 2. cap. 3. (a) Cum enim Bonifacius ex verbis Carolomanni cognoviſſet illud ipſi eſſe in propoſito, ut Synodum cogeret Epiſcoporum, quo rebus Eccleſiaſticis ubique collapſis conſuleretur: antequam quicquam aggrederetur, ſtatuit de his conſulere recens creatum Romanum Pontificem Zachariam, quamobrem has ad eum primas omnium literas dedit:

Domino cariſſimo, ſummi Pontificatus inſulo prædito viro Apoſtolico Zachariæ, Bonifacius ſervus ſervorum Dei.

Bonifacii prima epiſt. ad Zachariam Pap. *Confitemur, domine Pater, quia per nuntios referentes, quod venerandæ memoriæ Apoſtolatus veſtri præceſſor Gregorius ergaſtulo corporeo abſolutus ad Dominum migravit, quod majorem lætitiam non * audimus, & expanſis ad æthera palmis, Deo gratias egimus, quod clementem Paternitatem veſtram altiſſimus arbiter canonica jura regere, & Apoſtolicæ Sedis gubernacula tenere conceſſit. Ergo non aliter quam ut ante veſtigia veſtra geniculantes intimis flagitamus precibus, ut ſicut prædeceſſorum veſtrorum, pro auctoritate S. Petri, ſervi ſubditi, & ſubditi diſcipuli ſumus, ſic & veſtræ pietatis ſervi obedientes, ſubditi ſub jure canonico fieri mereamur, optantes Catholicam fidem, & unitatem Romanæ Eccleſiæ ſervare, & quantoſcumque audientes, vel diſcipulos in iſta legatione mihi donaverit Deus, ad obedientiam Apoſtolicæ Sedis invitare, & inclinare non ceſſo.*

Neceſſe quoque habemus indicare Paternitati veſtræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum perculſis, vel correctis, tres ordinavimus Epiſcopos, & provinciam in tres parochias diſcrevimus, & illa tria oppida, ſive urbes, in quibus & ordinati ſunt, ſcriptis auctoritatis veſtræ confirmari, & ſtabiliri precantes deſideramus. Unam eſſe ſedem Epiſcopatus decrevimus in caſtello, quod dicitur Vvirzburg, & alteram in oppido, quod nominatur Buriburg: tertiam in loco, qui dicitur Erphesfurt, qui fuit olim urbs paganorum. Hæc tria loca propria auctoritate Apoſtolatus veſtri roborari, & confirmari diligenter poſtulamus, ut ſi Dominus voluerit, per auctoritatem & præceptum ſancti Petri, juſſionibus Apoſtolicis fundata, & ſtabilita ſint tres in Germania ſedes Epiſcopa-

XXIII.

PAGIUS que interpolamentum illud nihili faciendum eſſe. Si itaque illa relatio ex Vita Sancti Eucherii ex eo capite expungenda, quod ſc. in quatuor Codicibus MSS. non reperiatur, laudata etiam verba adulterina cenſenda ſunt in Epiſtola Sancti *Bonifacii* ad *Ethelbaldum* Regem. Nec refert, quod Codex, quo uſus eſt Spelmannus, veterrimus ſit; cum fabula de damnatione Caroli non diu poſt ejus mortem excogitata fuerit.

XVIII. *Carolus duos tantum Epiſcopos relegavit.* A pluribus ſæculis Scriptores aliqui literis mandarunt commentum illud de damnatione Caroli, quod & legitur in Vita Sancti Rigoberti Rhemenſis Antiſtitis, quem ille poſt prælium Vinciacenſe in exilium miſit, in eaque dicitur *Carolum* non unum *Rigoberthum* relegaſſe. Sed hactenus duo tantum Epiſcopi a Carolo relegati proferuntur, *Rigoberthus* Rhemenſis, & *Eucherius* Aurelianenſis, primus quia pro Raginfrido Majore Domus Neuſtraſiæ contra *Carolum* Rhemis Civitatem ad Auſtraſiæ Majordomatum pertinente ſtetit; *Eucherius* vero quia per calumniam ſiniſtri de eo rumores apud *Carolum* ſparſi ſunt, in exilium miſſus. Quare non dubium, quin utraque narratio ex Synodi Cariſiacenſis Epiſtola tranſierit iiſdem verbis in Vitam *Sancti Rigoberti*, ineunte ſæculo decimo conſcriptam, & a Bollando ad diem IV. Januarii recitatam, indeque tranſlata fuerit ab Interpolatore, qui Vitam Sancti Eucherii a coævo Scriptore compoſitam hoc commento auxit. Quam proclives fuerint Scriptores mediæ ætatis ad hujuſmodi fabulas comminiſcendas, vel ab aliis jam confictas tranſcribendas, & quidem re minime examinata, innumeris exemplis liquet.

Ad num. XXII. & ſeqq. Olim *Francia* in tria Regna dividebatur, in Auſtraſiam, Neuſtraſiam & Burgundiam, & unicuique Regno ſuus erat Major Domus Palatii. Poſtquam autem Neuſtraſiis uniti ſunt Burgundiones, Francia in duas duntaxat Præfecturas, Auſtraſiæ videlicet ac Neuſtraſiæ, diſtingui cœpit, duoque deinceps Majores Domus fuerunt, unus in Auſtraſia, alter in Neuſtraſia. Utroque tamen Majorato, cum univerſa Francia penes unum Regem eſſet, quidam gaviſi ſunt, & inter eos *Carolus*, ex quo *Raginfredum* Majorem Domus Neuſtraſiæ profligavit. Hoc autem tempore in Francorum regno octo hæ regiones erant, Auſtria, Suevia, Thoringia, Bajoaria, Neuſtria, Burgundia, Provincia, Aquitania; cum vero Carolus jam morbo premeretur, Majoratum inter filios diviſit. *Memoratus Princeps*, inquit Continuator Fredegarii in ſua Appendice, *conſilio Optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis Regna dividit. Itaque primogenito ſuo, Carolomanno nomine, Auſter & Suaviam, quæ nunc Alemannia*

XIX. *Carolus bona ſua filiis diviſit.*

pales; & ut præſentes, vel futuræ generationes non præſumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum Apoſtolicæ Sedis.

XXIV. *Notum ſimiliter ſit Paternitati veſtræ, quod Carolomannus Dux Francorum me accerſitum ad ſe rogavit, ut in parte regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, faciam Synodum congregari; & promiſit ſe de Eccleſiaſtica religione, quæ jam longo tempore, ideſt, non minus quam per ſexaginta, vel ſeptuaginta annos calcata, & diſſipata fuit, aliquid corrigere, & emendare velle. Quapropter ſi hoc, Deo inſpirante, veraciter emendare voluerit, conſilium, & præceptum veſtræ auctoritatis habere debeo. Franci enim (ut ſoniorec dicunt) pluſquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ canonica jura alicubi fundabant, vel renovabant. Modo autem maxima ex parte civitates, & Epiſcopales ſedes traditæ ſunt laicis cupidis ad poſſidendum, vel clericis ſcortatoribus vel publicanis ſæculariter ad perfruendum. Nam ſi per verbum veſtrum hoc negotium, Duce rogante ſupradicto, renovare, & corrigere debeo præceptum, & judicium Apoſtolicæ Sedis cum* [a] *canonicis Eccleſiaſticis præſto habere cupio. Si invenero inter illos diaconos, quos nominant, qui a pueritia ſua ſemper in ſtupris, ſemper in adulteriis, & in omnibus ſemper ſpurcitiis vitam ducentes, ſub tali teſtimonio venerunt ad diaconatum, & modo in diaconatu concubinas quatuor, vel quinque, vel plures noctu in lecto habentes, Evangelium tamen legere, & diaconos ſe nominare nec erubeſcunt, nec metuunt: & ſic in talibus inceſtis ad ordinem presbyteratus venientes, in iiſdem peccatis perdurant, & peccata peccatis adjicientes, dicunt ſe pro populo poſſe intercedere, & ſacras oblationes offerre: noviſſime (quod pejus eſt) ſub talibus teſtimoniis per gradus ſingulos aſcendentes ordinantur, & nominantur Epiſcopi: Si ergo, tales invenero inter illos, rogo, ut habeam præceptum conſcriptum auctoritatis veſtræ, quid de talibus definiatis & per reſponſum Apoſtolicum convincantur, & arguantur peccatores. Inveniuntur etiam quidam inter eos Epiſcopi, qui licet ſe fornicarios, & adulteros dicant non eſſe, ſunt tamen ebrioſi, vel venatores, & pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu ſaugaeuem hominum, ſive paganorum, ſive Chriſtianorum. Et quia ſervus, & Legatus Apoſtolicæ Sedis eſſe dignoſcor, unum ſit verbum, & meum hic, & veſtrum ibi, ſi contingat, ut ad judicium auctoritatis veſtræ pariter miſſos dirigamus.*

* a Canonibus.

XXV. *Præterea de una re neceſſe habeo & conſilium quærere, & licentiam petere, eo quod veneranda memoriæ præceſſor veſter ſicut audiſtis, in præſentia veſtra mihi præcepit, ut presbyterum ante obitum meum, Deo volente, in Eccleſiaſtico miniſterio hæredem, & ſucceſſorem conſtituere deberem. Et hoc mihi, ſi Dei voluntas eſt, placet, & modo dubito, & neſcio, ſi fieri poſſit: quia poſtea frater illius avunculum Ducis Francorum occidit, & adhuc ignoramus, qualiter iſta diſcordia pacificari, vel finiri valeat. Sed obſecro, ut auctoritatis veſtræ licentia ſit, cum conſilio ſervorum Dei de iſta electione facere, quod nobis in commune pro Eccleſiæ utilitate, vel fructu ſpirituali, & defenſione religionis optimum eſſe videatur, ut conſenſum veſtrum habeam de hoc facere, quod optimum mihi inſpirare dignetur Deus: quia hoc non videtur poſſe fieri, ſi contrarius Princeps fuerit.*

Præ-

PAGIUS *nia dicitur, atque Thuringiam tradidit. Alteri vero ſecundo filio juniori, Pippino nomine, Burgundiam, & Neuſter, & Provinciam permiſit,* ut habet editio Ducheſniana. In illa partitione, cujus varii Scriptores meminere, nulla Bajoariæ & Aquitaniæ mentio reperitur, quia, ut conjicit Cointius hoc anno num. XXIV. Duces ſeu Præfecti illarum Provinciarum nunquam ſe ſe Carolo ſubdere voluere. Audita hac Regnorum ſeu Majoratuum diviſione; ortus eſt in Burgundia tumultus, quem Pippinus ſtatim compreſſit, *eo anno*, inquit citatus Continuator, *Pippinus Dux commoto exercitu cum avunculo ſuo* (ſeu patruo) *Hildebrando Duce & multitudine Primatum & agminum ſatellitum plurimorum ad Burgundiam dirigunt ſines Regionum præoccupant*. Præterea Chiltrudes Caroli patris obitu accepto, conſilio novercæ ſuæ, ideſt Sonechildis, in Bajoariam profecta eſt; *Chiltrudis quoque filia ejus* (nempe Caroli) *faciente conſilio nefario novercæ ſuæ fraudulenter per manus ſodalium ſuorum Rhenum tranſiit, & ad Odilonem Ducem Bajoariæ pervenit. Ille vero eam ad conjugium copulavit, contra voluntatem vel conſilium fratrum ſuorum*. Propter odium adverſus Odilonem ex prædicto matrimonio conceptum; ortum bellum Bajoaricum, de quo ſuo loco. Prætermiſeram obſervare cum Henrico Valeſio lib. 25. Rer. Francic. neminem Hepidanno & Odoranno, qui ſæculo XI. vixere, antiquiorem reperiri, a quo Carolus cognominatus ſit *Martellus*.

XX. Poſt Caroli mortem, Sonechildis ejuſque filius Grifo tumultum ſtatim coneitarunt, de quo hoc anno hæc Annaliſta Metenſis ſcribit: *Carolus adhuc vivens, cum inter filios ſuos Carolomannum & Pippinum Principatum ſuum diviſerat, tertio filio ſuo Gripponi, quem ex Sonichilde, quam de Bavvaria captivam adduxerat, habuit, ſuadente eadem concubina ſua* (ſeu uxore) *partem ei in medio Principatus ſui tribuit; partem videlicet aliquam Neuſtriæ, partemque Auſtriæ, & Burgundiæ. De hac autem tertia portione, quam Gripponi adoleſcenti deceſſurus Prin-*

Grifo post Caroli patris mortem tumultuatur.

XXVI. *Præterea quærere, & interrogare Paternitatis veſtræ conſilium debeo de quadam confuſione, quæ nuper ad nos veniens, mentem noſtram conturbavit, & ſacerdotibus Eccleſiarum verecundiam incutiebat: Nam laicus quidam magnæ perſonæ ad nos veniens dicebat, ſibi ab Apoſtolicæ Sedis Pontifice ſanctæ memoriæ Gregorio datam eſſe licentiam, ut in matrimonium acciperet viduam avunculi ſui quæ & ipſa fuit uxor conſobrini ſui, & ipſa, illo vivente, diſceſſit ab eo, & iſte vir, qui nunc eam accipere deſiderat affirmat ſibi licentiam datam, & in tertia generatione propinqua eſſe dignoſcitur. Hæc etiam votum caſtitatis Deo vovens, velata fuit, & iterum, abjecto velamine, maritata. Tale enim matrimonium ſupradictus homo ſibi ab Apoſtolica Sede affirmat eſſe conceſſum, quod non exiſtimamus verum: quia Synodus, & Eccleſia, in qua natus, & nutritus, ideſt in tranſmarina Saxonia, Lundonenſis Synodus, quæ in primis a diſcipulis S. Gregorii, ideſt, Auguſtino, Laurentio, Juſto, Mellita Archiepiſcopo conſtituta, & ordinata fuit, talem copulam, & matrimonium maximum ſcelus, & horribile flagitium ex auctoritate ſacræ ſcripturæ judicabant.*

XXVII. *Quapropter Paternitas veſtra hujus rei veritatem nobis indicare non dedignetur, ut Eccleſiæ ſacerdotibus, vel populo Chriſtiano inde ſcandala, & ſchiſmata non oriantur: quia carnales homines, & idiotæ Alemanni, vel Bojoarii, vel Franci, ſi juxta Romanam Urbem aliquid fieri viderint, ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum eſſe putant, & nobis improperium deputant, ſibi vero ſcandalum vitæ accipiunt.*

Sicut affirmant ſe vidiſſe annis præteritis in Romana Urbe, & juxta Eccleſiam S. Petri, die vel nocte, quando Kalendæ Januarii intrant, paganorum conſuetudine, choros ducere per plateas, & acclamationes & cantiones ſacrilegas facere, & nullum de domo ſua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino ſuo præſtare velle. Dicunt quoque, ſe vidiſſe ibi mulieres pagano ritu philacteria, & ligaturas in brachiis, & cruribus ligatas habere, & publice ad vendendum venales aliis offerre. Quæ omnia, eo quod ibi a carnalibus, & inſipientibus videntur, hic improperium, & impedimentum prædicationis, & doctrinæ efficiunt. De talibus ait Apoſtolus: (a) *Dies obſervatis, & tempora: timeo, ne ſine cauſa laboraverim in vobis. Et S. Auguſtinus dixit:* (b) *Qui divinationibus, & auſpiciis, vel philacteriis, vel quibuſlibet auguriis crediderit: etſi jejunet, & oret; etſi jugiter ad Eccleſiam currat; etſi largas eleemoſynas faciat; etſi corpuſculum ſuum in omni afflictione cruciaverit: nihil ei proderit, quamdiu ſacrilegia illa non reliquerit. Nam ſi iſtas paganias ibi Paternitas veſtra in Romana Urbe prohibuerit, & ſibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina Eccleſiaſtica acquiret. Epiſcopi quoque, & pres-*

(a) Gal. 4.

(b) Auguſtin. ſerm. de temp. 241.

PAGIUS *Princeps tradiderat, Franci valde contriſtati erant, quod per conſilium mulieris improbæ fuiſſent diviſi, & a legitimis heredibus ſejuncti. Conſilioque inito, ſumptis ſecum Principibus Carlomanno & Pippino ad capiendum Gripponem, exercitum congregant. Hæc audiens Grippo, una cum Sonihilde genitrice ſua fuga lapſus cum his, qui eum ſequi voluerant, in Lugduno Clavato ſe incluſerunt. Carlomannus vero & Pippinus eos ſubſequentes, Caſtrum obſident. Cernens autem Grippo, quod minime poſſet evadere, in fiduciam fratrum ſuorum venit. Quem Carlomannus accipiens, in nova Caſtella cuſtodiendum tranſmiſit. Sonihildi vero Kalam Monaſterium dederunt.* Cointius hanc Franciæ diviſionem inter tres filios a Carolo factam inter fabulas reponit hoc anno num. XLVIII. quod Continuator Fredegarii in diviſione Franciæ nullam *Grifonis* mentionem faciat. Sed nec ejus meminere Eginhardus, nec alii veteres Francorum Scriptores, non quod *Grifo* a patre ſuo præteritus fuerit, ſed quod poſt ejus mortem ſua mox a fratribus parte ſit *excluſus*, ut recte Hadrianus Valeſius lib. XXV. Rer. Franc. pag. 547.

XXI. *Poſt Carolum Eccleſia a laicis poſſeſſa.*

„ Poſt Caroli Martelli Ducis Francorum tempora, inquit Marca in Notis ad Canonem VII. Concilii Claromontani anno MXCV. celebrati, qui primus bona Eccleſiaſtica militibus ſuis utenda permiſit, Pippinus, Carolus, Ludovicus, & reliqui Gallorum Reges, licet pietate inſignes Edictis ſuis & Epiſcoporum conniventia precariam eorum poſſeſſionem laicis hominibus confirmarunt. Tunc non ſolum fundi & villæ; ſed etiam Eccleſiæ ipſæ in beneficium illis conceſſæ ſunt. *Eccleſiarum* nomine oblationes, decimæ, aliique reditus data, & conceſſa intelligebantur, ut patet ex veteribus actis. Tunc Eccleſiæ eo jure poſſeſſæ ſunt, quo cætera beneficia ſive feuda, adeo ut tandem in hæredes quoque tranſierint, & expoſitæ ſint hominum commercio. Ne tamen ſacramentorum celebratio a Laicis Eccleſiarum poſſeſſoribus pendere videretur, inducta eſt quædam verborum diſtinctio; ita ut in una eademque domo pars una *Eccleſia* diceretur quoad Laicorum jura & *Altare*, quoad juris & ſpiritualis adminiſtrationem. Hanc obſervationem debemus Abboni Floriacenſi, qui cæſus eſt anno milleſimo tertio, in Apologetico quod ſcripſit ad Reges Hugonem & Robertum. Ejus hæc ſunt verba relata ab Aimoino cap. 8. de Vita Sancti Abbonis Floriacenſis Martyris: *Certe, chariſſimi Principes, nec Catholice vivimus, nec Catholice loquimur, quando illam Eccleſiam dico eſſe meam, ille alteram dicit eſſe ſuam, ac veluti quædam jumenta comparati jumentis inſipientibus utraſque aliquando venales proponimus propoſituſque ab aliis emere non formidamus. Eſt etiam alius error graviſſimus, quo fertur Altare eſſe Epiſcopi, & Eccleſiam alterius cujuſlibet*

„ Do-

preſbyteri generis Francorum, qui fuerint adulteri, vel fornicatores acerrimi, quos in gradu Epiſcopatus, vel preſbyterii fornicationum nati filii arguunt, redeuntes ab Apoſtolica Sede, dicunt ſibi Romanum Pontificem licentiam dediſſe, miniſterium Epiſcopale in Eccleſia uſurpare. Contra quos contendimus, quia Apoſtolicam Sedem contra decreta canonum nequaquam audivimus judicaſſe.

XXVIII. *Hæc omnia, domine cariſſime, propterea vobis nota fecimus, ut veſtræ auctoritatis reſponſum talibus dare poſſimus, ut per cautelam veſtra doctrina oves Eccleſiæ non ſeducantur, ſed lupi rapaces convicti, & ſuperati pereant. Interea munuſcula pauca vobis direximus, non quia digna ſint paternitate veſtra, ſed pro indicio caritatis, obedientiæ, & devotionis, id eſt, villoſam unam, argenti, & auri tantillum. Dextera Domini protegente, incolumem valere, & in Chriſto proficere beatitudinem veſtram in longitudinem dierum optamus.* Hactenus epiſtola, cui hi ſubiiciuntur verſus:

Te Deus Altithronus ſancta conſervet in æde
Sedis Apoſtolicæ Rectorem, tempore longo †
Melliflua gratam populis doctrina per orbem;
Perſiſtatque Deo dignum pia gratia Chriſti.
Splendida percipiat florens ſua gaudia mater,
*Atque domus Domini lætetur prole * fecunda.*

† *Unus videtur deeſſe verſus.*

* ſecunda

Dedit autem has litteras Bonifacius Deneardo preſbytero fideliſſimo nuntio, ut apparet ex redditis a Zacharia ad ipſum Bonifacium litteris, quæ anno ſequenti, quo ſunt datæ, ponentur. Porro proficiſcentem Deneardum his commendatitiis litteris communivit (a).

Cariſſimo filio Regiberto Præfecto Bonifacius ſervus ſervorum Dei in Domino æternam ſalutem.

Dignitatis tuæ clementiam obſecramus precibus, ut hunc miſſum litterarum meorum

(a) *Ead. qui ſupr. Cod. epiſt. 32.*

Ann. Eccl. Tom. XII. Ooo

PAGIUS „ *Domini; cum in domo conſecrata & Altari unum quoddam fiat, quod dicitur Eccleſia; ſicut unus homo conſtat ex corpore & anima. Videte, æquiſſimi Principes, quo nos ducit cupiditas dum refrigeſcit caritas.* Quam plurimarum ejuſcemodi poſſeſſionem Eccleſiarum a laicis abſtulerunt repetitæ excommunicationum minæ in Synodis habitis undecimo ſæculo, & præcipue ſub Victore II. Gregorio VII. & Urbano II. Ita Marca, qui fuſe hæc proſequitur.

XXII. *S. Bonifacius tres Epiſcopatus in Germania inſtituit.* Sanctus Bonifacius, ubi accepit *Zachariam* Pontificem Romanum renunciatum eſſe ei per literas ſine die & anno ſcriptas, & a Baronio recitatas gratulatus eſt, addiditque: *Quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum perculſis vel correctis, tres ordinavimus Epiſcopos, & Provinciam in tres Parochias diſcrevimus, & illa tria Oppida ſive Urbes, in quibus & ordinati ſunt, Scriptis auctoritatis veſtræ confirmari, & ſtabiliri precantes deſideramus.* Inter Germanicas Franciæ Ditionis Provincias, quas Bonifacius erudivit, tres potiſſimum commemorantur, Thuringia, Francia, Haſſia; *In Thuringiam*, inquit Willibaldus in ejus Vita, *juxta mandatum Apoſtolicæ Sedis progreſſus eſt*, &c. *Franciam deinde* (id eſt Franciam Orientalem, ſeu, ut poſtea vocarunt, Franconiam) *fratribus ſecum commeantibus, ingreſſus eſt*, &c, *ad obſiſſas antea Heſſorum metas, cum conſenſu Caroli Ducis, rediit*, &c. Aliquot poſt annos idem Bonifacius Bajoariam, ubi tunc unus ſupererat Epiſcopus, in quatuor Epiſcopatus diviſit, ut ſuo loco diximus. Verum creſcente in Eccleſiis Bajoariæ, ſeu, ut nunc loquimur, Bavariæ, numero fidelium, *Bonifacius* tres Epiſcopatus erexit, ſingulos in ſingulis provinciis, unum in Francia Orientali apud *VVirtzburg*, alterum in Haſſia apud *Buraburg*, tertium in Thuringia apud *Erphesfurt*, ut teſtatur ipſemet Bonifacius in laudata Epiſtola. *VVirtzburgum* ad Mœnum poſita eſt, alioque nomine *Herbipolis* appellatur. Illius loci primus Epiſcopus a Bonifacio conſtitutus eſt *Burchardus*, qui natus in Anglia venerat in Germaniam ad Bonifacium, ſub cujus diſciplina per aliquot jam annos degerat. *Buraburg*, ſeu Barisburg præcipuum fuit olim Oppidum Borthaorum inter Friteſlariam & Paderbornam, cujus Oppidi hodie ruinæ duntaxat ſuperſunt: Illic a Bonifacio primus conſtitutus eſt Epiſcopus *VVitta*, ſeu *VVitanus*, aut *VVettanus*, & in Vita Sancti Wigberchti a Lupo Servato, *Albuinus* vocatur, & Præſul Fritiſlarienſis Oppidi, *VVit* enim album ſignificat, & Albuinus idem eſt ac *VVitta*, Latina videlicet barbari nominis interpretatione. Denique *Erphesfurt*, hodie *Erphordia*, Thuringiæ caput eſt ad Geram fluvium. Huic Urbi datus a Bonifacio primus Epiſcopus *Adelarius*, ſive Adelharius qui poſtea Martyrio coronatus eſt.

XXIII. *Miſer ſtatus Eccleſiarum Germanicarum.* In eadem ad Zachariam Epiſtola ait Bonifacius: *Notum ſimiliter ſit Paternitati veſtræ, quod Carolomannus Dux Francorum, me arcerſitum ad ſe rogavit, ut in parte Regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate faciam Synodum congregari; & promiſit ſe de Eccleſiaſtica religione, quæ jam longo tempore, id eſt non minus quam per ſexaginta vel ſeptuaginta annos calcata* (ideoque ab anno circiter DCLXX.) *& diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter ſi hoc, Deo inſpirante, veraciter emendare voluerit, conſilium & præceptum veſtræ auctoritatis habere debeo. Franci enim (ut Seniores dicunt) pluſquam per tempus octoginta annorum* (ideoque ab anno circiter DCLX.) *Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ Canonica jura alicubi fundabant vel renovabant. Modo autem maxima ex parte Civitates & Epiſcopales Sedes traditæ ſunt Laicis, cupidis ad poſſidendum, vel Clericis ſcortatoribus, vel publicanis ſæcularibus ad perfruendum.*

XXIV. *Nullus erat Archiepiſcopus in Germania.* Sanctus Bonifacius quando ait, *Carolomannum ſe ſe rogaſſe, ut in parte Regni Francorum Synodum faceret congregari*, *Franciæ* nomine Auſtraſianæ Franciæ partem intelligit, quam interpretationem ipſemet Bonifacius his verbis cla-

Bonifacius mittit Legatum Romam. *rum Romam pergentem propter reſponſa Eccleſiaſtica, & orationum cauſa, per veſtros fines conſervatum tranſire permittatis, ut eum adjuvare in propriis neceſſitatibus dignemini, ſicut prioribus miſſis noſtris feciſſe mihi revertentes referebant. Agite ergo de hac petitione, ut merces veſtra coram Deo creſcat, & multiplicetur. Vale in Chriſto.*

Chri-

PAGIUS clariſſime confirmat; *Franci, ut Seniores dicunt, pluſquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt.* Reliquam Franciam per illos annos LXXX. ſuos habuiſſe Metropolitas, in eaque varias Synodos celebratas eſſe, licet multarum memoria perierit, certum eſt. His Sancti Bonifacii in citata Epiſtola verbis; *modo maxima ex parte Civitates Epiſcopales Sedes traditæ ſunt Laicis*, plane evertitur quod idem Cointius anno currenti num. XLI. ſcribit, ſcilicet nullum laicum produci poſſe, cui Epiſcopatum *Carolus* dederit, ideoque & commentum eſſe quod a variis traditur, *Carolum* plures Epiſcopatus laicis dediſſe; cum enim is Auſtriæ tot annis præfuerit, imo & reliquæ Galliæ, non video quomodo fieri potuerit, ut bona Eccleſiaſtica a laicis hominibus ſine ejus conceſſione aut conſenſu poſſeſſa fuerint. Præterea perperam ſcribit Cointius, illas Bonifacii ad Zachariam Papam literas, quas Baronius hoc anno collocat, anno ſequenti datas eſſe; eæ enim Concilium Germanicum anno ſequenti XI. Kalendas Maii celebratum, quemadmodum & reſponſum Zachariæ ad Bonifacium præceſſerunt, ut anno ſequenti videbimus. Denique Blondellus lib. contra Primatum Eccleſiæ pag. 754. male ſcribit, *Bonifacium*, quando laudatam ad Zachariam dedit Epiſtolam, de ſtatu Galliarum parum edoctum fuiſſe, cum ſæculo præterito anno DCLXXXII. Rotomagi Synodus habita fuerit, aliæque alibi variis annis, *Bonifacius* enim de ſola Francia Auſtraſiana loquitur, ut mox expoſuimus.

Digitized by Google

1\. CHriſti Redemptoris annus ſeptingenteſimus quadrageſimus ſecundus decima inſcribitur Indictione, quo flagrat Oriens bello civili, dum Conſtantinus in Armenia imperaret, Artabaſdus vero Conſtantinopoli; qui adverſus eum progreſſus poſteriores retulit, rediitque Conſtantinopolim, magna accepta clade ſuorum.

Artabaſdus & Niceta filius vincuntur e Conſtantino.

Quod enim antequam proficiſceretur ad bellum, filium ſuum Nicephorum coronavit Imperatorem per Anaſtaſium Pſeudoepiſcopum Conſtantinopolitanum: hujus rei gratia divinam indignationem incurrit, ut nec filii, nec patris ab eodem pariter coronati Imperium ſtaret: *Plantationes ſiquidem adulterinæ* (quod Sapiens ait (a) *non dabunt altas radices, nec ſtabile fundamentum collocabunt.* Par enim erat, ſi eum vendicandæ e manibus Imperatoris hæretici Chriſtianæ religionis zelus incenderet, incipere a domo Dei, & ante omnia nefarium Patriarcham e throno depellere, & Epiſcoporum judicio ſubiicere judicandum; orthodoxum vero Præſulem ſubrogare: Sed quia magis apud eum valuit jus regnandi, quam vera religio: metuit excidere ab Imperio, atque vita.

(a) *Sap.* 4.

Ante hæc autem qui ab eodem Artabaſdo miſſus fuit Niceta filius junior adverſus Conſtantinum Imperatorem, æquo marte pugnavit hoc pariter anno menſe Auguſti decimæ Indictionis, ut teſtatur Theophanes, de his pluribus agens.

III. *Quo pariter anno* (idem inquit auctor) *pluviæ defectus, & terræmotus per loca facti ſunt adeo vehementer, ut montes unirentur ad invicem per eremum Sabæ, & caſtella in terram emmergerentur abſorpta.* Sed & eodem anno Eccleſia Antiochena, accepto, quo caruerat diu Præſule, reſpirare aliquantulum cœpit: nam de his Theophanes: *Anno* (inquit) *ſe-*

Sedes Antiochena conſequitur electionem Epiſcopi.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXX. Anno Hegiræ CXXV. inchoato die 4. Novembr. fer. 2. A.C. 742.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6235.

☉ 23. C. ☽ 2. P. 1. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 742.

ZACHARIÆ PAPÆ 1.

CONSTANTINI COPRONYMI 23. & 2.

I. *Artabaſdus & Nicetas ejus filius a Conſtantino Imp. devicti.*

AD num. I. *Artabaſdus* poſt diem viceſimum ſeptimum menſis Junii præcedentis Chriſti anni in odium Conſtantini Copronymi Sacrarum Imaginum hoſtis, renunciatus eſt Imperator, & eas erexit, ut anno ſuperiori num. IV. & ſeqq. oſtendimus. Anno vero ſequenti tam ipſe quam filius ejus junior *Niceta* infeliciter pugnarunt, ut narrat Baronius, qui cum non viderit Theophanem, ſed tantum Auctorem Miſcellæ, & Verſionem Anaſtaſii, hæc accurate referre non potuit. Theophanes itaque ad annum II. Conſtantini Imp. qui Kalend. Septemb. currentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Ejuſdem anni menſe Maio ad Opſicii Regionem profectus Artabaſdus, Aſiam, dum iter ageret, ſub poteſtatem redegit, & Provinciam depopulatus eſt. Eo comperto Conſtantinus copias in eum eduxit, Ubi Sardium attigit fines in Celbiano redeuntem offendit, & manibus cum eo conſertis in fugam vertit, & ad Cyzicum usque inſequitur. Ille Cyzicum ingreſſus, dromonem ſubinde conſcendit, & in Urbem ſalvum ſe recipit. Menſe autem Auguſto ejuſdem undecimæ Indictionis Artabaſdi filius ſupremus copiarum ejus Ductor ad Modrinam cum Conſtantino bello congreſſus fugam arripit, &c. Calamitatis omnes auctor Diabolus talem inter Chriſtianos dementationem & cædes reciprocas ſub hæc tempora excitavit, ut filii adverſus parentes, & fratres in fratres necem nullo ſanguinis aut indulgentiæ diſcrimine irruerent: ſuaſque invicem ipſorum domus atque facultates citra illati damni ſenſum flammis perderent.* Quare utraque pugna, quæ funeſta fuit Artabaſdo, contigit menſe Maio, & menſe Auguſto ſequentis Chriſti anni *undecima Indictione* notati, non vero *Indictione decima*, ut habet Baronius ex Auctore Miſcellæ, ubi Indictio X. mendoſe exarata, pro Indict. XI. ut liquet ex Anaſtaſio, qui in ſua Verſione habet etiam Indictionem undecimam, quique filium illum Artabaſdi, quem Theophanes non nominat, *Nicetam* appellat, & antequam loquatur de ea Aſiæ depopulatione menſe Maio facta, dicit *Nicephorum* filium Artabaſdi per Anaſtaſium Patriarcham coronatum fuiſſe Imperatorem; quod & habet Auctor Miſcellæ qui Anaſtaſium verbatim deſcribere ſolet.

II. *Artabaſdus Nicephorum filium Imperatorem renunciat.*

Nicephorus in Breviario eandem rem his verbis narrat: *Anno inſequenti Artabaſus* (ita Artabaſdum nominat) *alterum e filiis Nicetam Armeniorum Ducem mittit, Nicephorum vero Imperatorem coronat. Ipſe in Aſiam cum copiis trajecit. Quam cum populationibus infeſtam haberet, Conſtantinus obvium ei ad Sardes occurrit; & ſignis collatis longe ſuperior fuit. Ita exercitu illius in poteſtatem redacto, omnibus quoque impedimentis potitus eſt. Artabaſus Cyzicum primo, inde Conſtantinopolim fuga petiit. Nicetas ejus filius arcem in Conſtantinum convertit, qui ad Modrinam commiſſo prælio Nicetam cum magna militum ſtrage victum in fugam convertit.* Ubi Nicephorus loquitur de geſtis anno ſecundo Conſtantini Imp. & collatus cum Anaſtaſio & Theophane inſinuat, Nicephorum Artabaſdi filium anno DCCXLIII. ante Kalendas Maias coronatum eſſe Imperatorem. Quod anno ſequenti confirmabo ex Synodo Romana poſt Kalend. Septemb. habita, in qua anni Imperii Artabaſdi, non vero Nicephori memorantur, quia Romæ inauguratio Nicephori nondum innoteſcebat.

III. Ad num. II. Quod narrat Baronius Theophanis nomine ex Auctore Miſcellæ deſumſit ex aliqua editione illius Auctoris depravata, ut liquet ex correctioribus ejuſdem Miſcellæ editio-

nis

ſecundo Imperii Conſtantini mortuus eſt Evelid Arabum princeps. Sic ſanctiſſima Eccleſia Antiochena per annos quadraginta viduata manens, prohibentibus Arabibus Patriarcham fieri in eadem, habens quemdam amantiſſimum monachum Syrum, nomine Stephanum agreſtem quidem ſed religioſum: jubet novus Princeps in Oriente poſitis Chriſtianis, ſi vellent permitti ſibi Patriarcham habere, ipſum eligerent Stephanum. Qui divinitus id fieri arbitrantes, conſecrant eum in ſede Theopoleos. Ex tunc uſque nunc diſcurrit ſine prohibitione fieri hujuſmodi. Ut ſcilicet libera ſit electio ejus ſedis Antiſtitis. Porro Evelid ſubrogatum fuiſſe Gizid Principem Sarracenorum, idem auctor affirmat. Fauſtum, & illud hoc anno accidit, ut Coſmas Patriarcha Alexandrinus una cum ſuis abnegata hæreſi Monothelitarum, ad Eccleſiam Catholicam ſe contulerit, quod idem Theophanes tradit.

III. Petrus Epiſcopus Damaſcenus Martyr. Damaſcenus autem Epiſcopus Petrus, zelo fidei æſtuans, ab ejus civitatis Principe Sarraceno lingua abſciſſus eſt, eo quod invectus eſſet in ſuperſtitionem ipſorum cultus; ſcribit enim hæc paucis Theophanes iſtis verbis: *Hali autem* (id erat nominis Principi) *ſanctiſſimum Metropolitam Damaſci*, nomine Petrum, *lingua mutilari præcepit, tamquam arguentem palam Arabum, ac Manichæorum cognationem, & exulem penes felicem Arabiam Eudæmonem fecit, ubi moritur, martyrio pro Chriſti nomine percepto, cum expreſſiori voce divinas Miſſas celebraſſet, ſicut hujus rei narratores ajunt, qui ſe propriis auditibus ſuper hoc ſatisfactos eſſe teſtantur.*

IV. Petrus Mavimenus Martyr. *Hujus æmulator homonymus Petrus apud Mavimenam iiſdem temporibus oſtenſus eſt pro Chriſto Martyr ultroneus. Languore ſiquidem detentus primores Arabum advocavit, utpote aſſuetos ſibi, cum Chartularius eſſet, & publica tributa, facta ratione, conferret, & ait illis: Mercedem quidem pro mei viſitatione a Deo recipiatis; licet infideles amici ſitis, teſtamenti mei teſtes vos volo, quod, eſt tale:* OMNIS QUI NON CREDIT IN PATREM ET FILIUM ET SPIRITUM SANCTUM CONSUBSTANTIALEM ET DIVINAM IN UNITATE TRINITATEM MORTUUS EST ANIMA ET ÆTERNO DIGNUS TORMENTO. TALIS EST MAHAMMAT PSEUDOPROPHETA VESTER ET ANTICHRISTI PRÆCURSOR: *Diſcedite ergo (ſi mihi creditis teſtantı vobis cælum & terram) ab illius fabulatione: Conſulo enim vobis, ne cruciemini cum illo. Cum hæc, & plura cum eis de Deo ratiocinatus diſſereret: audientes illi ſtupore ſeu veſania detenti, longanimiter uſi ſunt ferre, ex languore hunc præter ſenſum eſſe putantes. Cum autem ex infirmitate convaluiſſet, majori cœpit voce clamare: Anathema Mahammath, & fabuloſum ſcriptum ejus, & cuncti, qui obediunt, & credunt ei. Tunc per gladium animadverſionem perpeſſus, Martyr oſtenſus eſt. Hunc declamationibus ſermonum honoravit ſanctus Pater noſter Joannes, qui cognominatus eſt Chryſoroas propter auream, & fulgidam Spiritus ſancti gratiam, quæ in ipſo tam verbo, quam in vitæ actu effloruit. Quem videlicet Conſtantinus impius Imperator annue, propter eminentem orthodoxiam ejus, anathemati ſubmittebat, & pro Manſur (quod ejus avitum nomen eſt) idque, redemptus, interpretatur, ſenſu Judaico Manſeron, novum Eccleſiæ magiſtrum, mutato nomine, vocitabat.* Hucuſque Theophanes, quem loqui de ſancto Joanne Damaſceno egregio Theologo, viro ſanctiſſimo, non dubium eſt. Sed ad res Occidentales jam ſe transferat oratio.

Hoc

PAGIUS *Moritur Hiſamus Sarracenorum Calipha.* nibus, & ex his verbis ipſiuſmet Theophanis ad annum II. Conſtantini Imp. Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatum: *Hoc anno Iſam Arabum Dux mortuus eſt. Et ſanctam Antiochiæ Eccleſiam Paſtore jam annos XL. viduatam, Arabibus nimirum Patriarcham eligi prohibentibus, in priorem ſtatum repoſuit. Quempiam enim Monaſtici inſtituti Syrum, nomine Stephanum, ſibi familiarem, ruſticum quidem, at pietate clarum Chriſtianis in Oriente poſitis, ſi modo hunc admitterent, Patriarcham eligendi liberam fecit poteſtatem. Illi divinitus hoc fieri arbitrati, ipſum Stephanum in Theupoleos (ſeu* Antiochiæ) *Sede Epiſcopum collocant: atque ita ad hodiernum uſque diem eligendo Patriarchæ nullum impedimentum a Saracenis affertur.* Quem Theophanes *Iſam*, Elmakinus *Iſamum*, & Toletanus in Hiſtoria Arabum cap. 12. *Hiſcamum* appellat.

IV. Obiit ſecundum Elmakinum anno Hegiræ CXXV. die ſexto Rabii poſterioris, qui reſpondet VIII. Idus Februarii, Ideoque anno Chriſti DCCXLIII. Toletanus citatus in Hiſtoria Arabum numerat Provincias quas ſubjugavit, videlicet Iconiam, Lyſtriam, Alapiam, Chaldæam, Aſſyriam, Medeam, Hyrcaniam, Perſidem, Meſopotamiam, Syriam Superiorem, Celeſyriam, ſive Phœniciam, cujus Metropolis Tyrus, Syriam Inferiorem cujus Metropolis Antiochia, Judæam, Ægyptum, Arabiam Majorem, Æthiopiam, Africam & Hiſpaniam cum Septimania, & Vaſconiarum parte. Fuit Hiſcamus XVII. Calipha Saracenorum. *Imperium Saracenorum, dilatavit.*

V. *Walid XVIII. Saracenorum Calipha.* Subdit Theophanes: *Hoc anno Valid filius Iſam Arabum Principatu potitus eſt: ad quem Conſtantinus Andream Spatharium, Artabaſdus vero Gregorium Logothetam, ambo ſuppetias ſibi dari poſtulantes miſerunt. Diuturna vero imbris penuria & terræ motus variis locis adeo concuſſerunt, ut in deſerto Saba montium cacumina ad invicem colliderentur, & pagi terra abſorberentur. Eodem etiam anno Coſmas Alexandriæ* Sa-

Digitized by Google

V. Hoc anno Zacharias Papa cum accepiſſet, quas recitavimus litteras a ſancto Bonifacio Epiſcopo Germanorum, ad ipſum prima die menſis Aprilis epiſtolam reddidit; in qua neceſſe eſt, corrigas, quod in fine data ponitur dicta die undecima Indictione: ut reſtituendum ſit, decima: idque ex iis, quæ ibidem ponuntur, datam, videlicet anno vigeſimo quarto Conſtantini Imperatoris, ex quo ſcilicet eum patre imperare cœpit: ſecundo autem, ex quo ſolus poſt obitum patris adminiſtrare cœpit Imperium, quod anno ſuperiori factum eſſe, quæ dicta ſunt, docent. Sic igitur ex ejuſdem contextu epiſtolæ, & ex iis, quæ dicta ſunt ex Theophane, & aliis de annis Conſtantini, Indictio mendoſa corrigitur. Epiſtola autem ſic ſe habet:

Zachariæ Pap. epiſt. ad Bonifacium.

Reverendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Epiſcopo Zacharias ſervus ſervorum Dei.

Suſceptis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ litteris per Deneardum religioſum presbyterum tuum: quia ſoſpitem te (ut ſemper cupimus) eſſe cognovimus, omnipotenti ac miſericordiſſimo Deo noſtro magnas retulimus gratias, qui tibi in omnibus bonis proſperare dignatur. Magnam enim in cordibus noſtris infundis lætitiam, quoties nobis ſanctitatis tuæ ſcripta mittuntur, quando reperimus, quæ ad ſalutem reſpiciunt animarum, dum quotidie in gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ per tuam prædicationem novi populi adducuntur; ubi & tres Epiſcopos per loca ſingula, ſecundum ſeriem ſyllabarum tuarum, te ordinaſſe cognovimus; qui eidem populo, quem tibi Dominus Deus noſter per tuam ſanctitatem aggregare dignatus eſt, præeſſe debeant, & petiſti, ut per auctoritatem noſtræ Sedis, Epiſcopales ibidem ſedes firmentur.

VI. *Sed tua ſancta fraternitas pertractet mature, & ſubtili conſideratione diſcernat, ſi expedit, aut ſi loca, vel populorum turba, talia eſſe probantur, ut Epiſcopos habere mereantur. Meminiſſe enim debes, cariſſime, quod in ſacris canonibus præcipimur obſervare, ut minime per villulas, vel modicas civitates Epiſcopos ordinemus, ne viloſcat nomen Epiſcopi. Sed nos tuis ſinceriſſimis, atque nobis dilectis ſyllabis provocati, quæ poſciſti abſque mora concedimus, & ſtatuimus per Apoſtolicam auctoritatem, Epiſcopales eſſe illic ſedes, & per ſucceſſionem Epiſcopos teneri, qui populis præſint, atque verbum prædicationis ſubjectis inſinuent, unam quidem in caſtello Vuirtezburg, & alteram in oppido, quod nominatur Bureburg, tertiam vero in loco qui dicitur Erpherſfort; ita ut nulli poſt hæc liceat ea, quæ a nobis ſancita ſunt, violare, & auctoritate beati Petri Apoſtoli firma eſſe decernimus.*

De eo autem, quod nobis intimaſti, quia te Carolomannus filius noſter rogavit, ut in parte Francorum in ſua ditione conſtituta Synodum celebrares, eo quod omnis Eccleſiaſtica regula, ſeu diſciplina ab eadem provincia funditus abolita ſit: nimis mœrendum eſt, quod per ſpatia tanta temporum ibidem Synodus ſacerdotum minime celebraretur: unde nec quid ſit ſacerdotium ab eis, qui ſe ſacerdotes eſſe exiſtimant, cognoſcitur. Sed dum, juvante Deo, quæ a præfato filio noſtro promiſſa ſunt, ad effectum perducta fuerint, tuaque fraternitas in memorata Concilio conſederit cum eodem excellentiſſimo viro, ſi quos repererit Epiſcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe, id eſt, in adulterio; vel ſi plures uxores habuerunt; aut ſi ſanguinem Chriſtianorum, ſive paganorum effuderunt: vel etiam aliis capitalibus vitiis, quibus canones obviaſſe reperit tua ſanctitas: nulla ratione Apoſtolica auctoritate permittat ſacerdotio fungi: quia tales a ſuo tantum ore falſo nominantur ſacerdotes, & deteriores ſæcularibus eſſe noſcuntur, qui ſe neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abſtinent, neque ab humani ſanguinis effuſione manus ſervant innoxias. At quid inde ſentiunt, dicente Domino: Sacerdotes mei ſemel nubant? & Apoſtolus (a): Unius uxoris virum, &c. Et hoc ante ſuſceptum ſacerdotium uti licitum eſt: nam a die ſuſcepti ſacerdotii etiam ab ipſo proprio conjugio prohibendi ſunt. Quomodo ſe ſacerdotio fungi conſiderant, qui talibus ſceleribus involuti monſtrantur, ut neque ſæculares fideles his facinoribus involutos optemus? Quomodo non pertimeſcunt divina myſteria contingere; aut quomodo ad adorandum VII.

(a) 1. Tim. 3.

PAGIUS *Patriarcha cum ipſa Civitate, Monothelitarum pravitate Cyri, qui ſub Heraclio vixit, temporibus eam Civitatem obtinente, abjurata, & errore cognito ad Orthodoxam Eccleſiam rediit, &c. Menſe Junio,* (ſequentis nempe Chriſti anni) *ſignum ad Septentrionalem cœli partem apparuit.* Elmakinus, cui major hac in re fides habenda, aſſerit Walid ſeu Valid fuiſſe filium Jezidi Iſiami Deceſſoris huncque tantum ejus patruum extitiſſe. Eſt *Vvalid* Secundus hujus nominis, ſicuti *Jeſidus*, cujus filius fuit.

VI. A num. V. ad XXX. Zacharias Papa, acceptis Sancti Bonifacii literis, de quibus anno ſuperiori num. XXII. ad eum reſcripſit, confirmavitque tres Epiſcopatus ab illo inſtitutos, facultate illi facta Synodum in Ditione Carolomanni celebrandi, miſſiſque aliquibus Decretis, quæ in ea publicanda eſſent. Ea Epiſtola apud Serarium pag. 383. dicitur data *Kalend. April. imperante Domino Piiſſimo, Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, Magno Imperatore. Anno*

Zachariæ Papa ad S. Bonifacium reſcribit.

dum pro peccatis populi accedere præſumunt, dum ſacri canones, neque purum clericum, cui ſacerdotium non eſt, ſecundis copulari nuptiis permittunt? Iſti vero e contrario, non ſolum poſt ſuſceptum ſacerdotium ſe abſtinere nolunt ab una uxore, immo luxuriæ dediti, pejora ſæcularibus ſcelera committunt, ut plures uxores habere præſumant, quibus neque unam conceſſum eſt poſt ſuſceptum miniſterium attrectare.

VIII. *Sed & iſta parvipendentes, atque Dominum ad iracundiam provocantes, majora committunt facinora, dum propriis manibus Chriſtianos, atque paganos necant; & fit ut qui in remiſſionem peccatorum debuerunt lavacrum regenerationis impendere, & Chriſti ſacramenta donare aliis, ne in æternum perirent; eorumdem ſacrilegis manibus extinguantur. Quis enim ſapiens hos exiſtimet ſacerdotes, qui neque a fornicationibus abſtinent, neque ab affuſione humani ſanguinis manus ſervant innoxias? Quis eorum ſacrificiis Dominum eſſe credit placatum? dicente Propheta:* (a) Pſ. 5. *(a) Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus. Iſtos ergo, ut præmiſi, nec ſacerdotio fungi patiaris, neque divina contingere myſteria. Quicquid vero aliud eos contra Eccleſiaſticam regulam exceſſiſſe reperreris: canones, ſive inſtituta Patrum præ manibus habeto, & ſicut in eis edoctus fueris, diſcerne.*

IX. *Quod autem tibi ſucceſſorem conſtituere petiſti, ut te vivente in tuo loco eligatur Epiſcopus: hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem Eccleſiaſticam regulam eſſe monſtratur: ſed volumus, ut tibi miniſtret, & ſit in Evangelio Chriſti adjutor, dicente: (b) Si quis bene miniſtraverit, gradum ſibi bonum acquiret.* (b) 1. Tim. 3. *Nimis enim reprehenſibile ac deteſtabile eſſe manifeſtum eſt, ut, te vivente, tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc admonemus, ut quamdiu te divina juſſerit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare ſtudeas, ut tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum, quem, ad ſuam gratiam per tuæ ſanctitatis induſtriam vocare voluit, irreprehenſibiliter regere, atque ad viam vitæ perducere valeat. Nam quomodo hæc, quæ popoſciſti, ſi etiam voluerimus, concedere poſſumus, dum nos fragiles homines ſub conditione mortis conſtituti, ignoremus quid superventura pariat dies, & quis e nobis prior de præſenti ſæculo migret? Si autem eumdem divina voluerit clementia poſt tui tranſitus diem ſupereſſe, ſi eum aptum agnoveris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora, qua te de præſenti ſæculo migraturum cognoveris, præſentibus cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, ut huc veniat ordinandus, quod nulli alii concedi patimur.* Licentia deſignandi ſucceſſorem.

X. *De illo vero, qui viduam avunculi ſui, quæ & ipſa fuit uxor conſobrini ſui, & ſacrum velamen habere monſtrata eſt, & a beatæ memoriæ prædeceſſore ſibi licentiam*

PAGIUS *no viceſimo quarto Imperii ejus Indictione XI.* [2] Baronius ex editione Romana addit, *Imperii ejus anno ſecundo*, quod & in editione Labbeana legitur. Hæ literæ ante Synodum Germanicam ſine dubio datæ; cum ea nondum celebrata Bonifacius Zachariam conſuluerit, hicque prædictæ Synodi convocationem non ſolum permiſerit, ſed etiam præceperit. Et tamen Synodus illa incerto loco in Germania habita, his verbis in omnibus editionibus inchoatur: *Ego Carlomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini DCCXLII. videlicet Kalendas Maii.* Quare errorem vel in numeris in Epiſtola expreſſos, vel in Synodo memoratos irrepſiſſe neceſſe eſt. Cointius hoc anno num. II. exiſtimat mendum cubare in Chronologicis Synodi characteribus, corrigendamque eſſe notam vel anni vel diei, ut deleto anno DCCXLII. ſubſtituatur annus XLIII. aut expuncto XI. Kalendas Maii reponatur dies, qui Paſcha præceſſerit anni DCCXLIII. pertinueritque ad annum DCCXLII. initio anni a Paſchali ſolemnitate ducto. Indeque hanc Synodum congregatam putat *undecimo Kalend. Aprilis* anni Chriſti ſequentis. Mitto aliorum opiniones, utpote non magis veroſimiles.

Certum enim exiſtimo Synodum coactam, die in eadem enunciata, literaſque Zachariæ duobus circiter antea menſibus Romæ ſcriptas eſſe, ideoque errorem irrepſiſſe tam in annos Conſtantini, quam in Indictionem ac menſem, quibus eæ datæ dicuntur. Cum enim *Artabaſdus* ſuperiori anno poſt diem XXVII. menſis Junii Imperator ſalutatus ſit, ſi Zacharias anno ſequenti literas illas ad Bonifacium miſiſſet, non annos Conſtantini, ſed annos Artabaſdi in iis appoſuiſſet, ut poſtea in more habuit. Quare in ſubſcriptione ejuſdem Zachariæ VII. *Epocha Concilii Germanici.*

NOTÆ [1] ADſcriptio temporis in epiſtola Zachariæ ad S. Bonifacium, quoad menſem & diem, ac nomen imperatoris rata, & integra, ex iis quæ anno præcedenti adnotavimus, reputanda eſt. Quoad Concilium Germanicum referendum illud cenſeo ad ſequentem annum, quod hac conjectura mihi plane perſuadetur. Celebratur concilium hoc die XI. kal. maii. Porro dies illa anno ſequenti 743. non vero præſenti anno 742. in Dominicam incidit. Scitum eſt autem concilia nonniſi diebus Dominicis cogi per hæc tempora conſueviſſe. Scripſit igitur Zacharias literas ad S. Bonifacium die kalendarum aprilis anni 743. quibus literis facultatem illi permiſit ut ſynodum in Germania haberet. Bonifacius actutum, eodem ſcilicet menſe & anno, ſynodum coegit. At enim Liptinenſe Concilium ipſo eodem anno per illos circiter menſes S. Bonifacius celebravit, teſte Pagio? Fallitur ille quidem, ut nos adductis conjecturis anno ſequenti demonſtrabimus. MANSI

Quæ ab Apoſtolica Sede non concedantur.

tiam eſſe conceſſam divulgavit, ut in perniciosum matrimonium aſſumere debuiſſet: Abſit hoc, ut deceſſor noſter iſta præciperet. Nec enim ab Apoſtolica Sede illa permittuntur, quæ contraria eſſe Patrum, ſive canonum inſtitutis probantur. Admonere, & increpare eos, frater cariſſime, ne ceſſes, quatenus a tam ſceleſto recedant matrimonio, ne in æternum pereant: reminiſcantur, ſe Chriſti ſanguine eſſe redemptos, & non ſponte ſe contradant diabolicæ poteſtati, ſed magis omnipotenti Deo, & Chriſto filio ejus, Spirituique ſancto, in cujus nomine ab illius antiqui hoſtis erepti ſunt poteſtate. Labora igitur, ſanctiſſime frater, in eis, qui ſcriptum cognoſces; (a) Qui converti fecerit peccatorem ab errore vitæ ſuæ, ſalvavit animam ejus a morte, & ſuorum operiet multitudinem peccatorum. Nos quoque ei pro hoc commonitoria ſcripta direximus.

(a) Jacob. 5.

XI. Omnis vetita ſuperſtitio.

De Kalendis vero Januarii, vel cæteris auguriis, philacteriis, & incantationibus, vel aliis diverſis obſervationibus, quæ Gentili more obſervari dixiſti apud beatum Petrum Apoſtolum, vel in Urbe Roma; hæc & nobis, & omnibus Chriſtianis deteſtabilia, & pernicioſa eſſe judicamus, dicente Domino: (b) Non augurabimini, & iterum ſcriptura dicit: (c) Non fiunt auguria in Iſrael, nec obſervatio in domo Jacob. Igitur a nobis cavendum eſſe cenſemus, ut nullis auguriis, & obſervationibus attendamus quia omnia hæc abſciſſa eſſe a Patribus, edocti ſumus. Sed quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabant, a die, qua nos juſſit divina clementia (quamquam immeriti exiſtimamus) Apoſtoli vicem gerere: illico omnia hæc amputavimus: pari etenim modo volumus tuam ſanctitatem populis tibi ſubjectis prædicare. Nam & ſanctæ recordationis prædeceſſoris, ac nutritoris noſtri domni Gregorii conſtitutione omnia hæc pie, atque fideliter amputata ſunt, & alia quamplura, quæ, diabolo ſuggerente, pullulabant in Chriſti ovili.

(b) Levit. 19.
(c) Num. 23.

XII. Calumnioſa multa de his, quæ in Urbe fiunt a Novatoribus fingi.

Audiſti Lector, quam differant res, quæ geruntur in Urbe, longe poſitum audire quempiam, vel prope ſpectare. Nam præter illud volgatum, quod dicitur de fama, vires acquirit eundo, ut interdum accidat, ut levis rumuſculus creſcat in immenſum; etiam quæ non ſint, tamquam quæ ſint, firma aſſertione ferantur. Hæc magis invaluere iſtis ipſis noſtris temporibus, quibus perdiriſſimi Novatores, ut populum ab ipſis ſemel deceptum, & per apoſtaſiam ab Apoſtolica Sede in tranſverſum actum, in impietatis officio valeant continere; oſtentant populo litteras, quas, ſe ab Urbe accepiſſe fingunt, vel a ſuis confictas accipiunt, refertas illas quidem nefandis criminibus, quæ ab Eccleſiaſticis viris aſſerunt perpetrata, eademque ac ſi vera, certaque exaggerant, amplificantque, ut illud, quod conantur deceptæ plebeculæ perſuadeant, non ſedere Romæ Vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri, ſed Antichriſtum: Ita ex moribus, quos vane credunt, aut fingunt, vel fictos percipiunt de fide judicant ſtulte admodum, quaſi morum pravitas corrumpere fidem valeat, quam nunquam neque pravi mores, neque infidelitas aliena valeat labefactare, dicente Apoſtolo: (d) *Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuavit?* Abſit: *eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax*, ſicut ſcriptum eſt; *Ut juſtificeris in ſermonibus tuis*. Quibus ſermonibus? equidem illis (e): *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*. Et: (f) *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et aliis id genus factis a Chriſto Domino Petro promiſſionibus, quas numquam aliena ſcelera obruent, vel extinguent, licet vera eſſent, quæ de Romano Pontifice fingunt. Porro, deceptis miſeris, illud ad ſalutem conſequendam, ſi eam cupiant, ſuadendum, ut præſentes adeſſe velint, & oculis intueri num vera ſint, quæ ſæpius prædicata, vehementius inculcata a ſuis ipſorum concionatoribus audiere.

(d) Rom. 3.
(e) Luc. 22.
(f) Matt. 16.

Hoc

PAGIUS

riæ Epiſtolæ expungendus annus II. Imperii in editionem Romanam & Labbeanam perperam intruſus, eaque ſic reſtituenda: *data Kalendis Februarii imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore anno XXII. Indictione X.* Duo autem certa videntur. Primum hoc ſæculo annos Incarnationis a die Nativitatis Chriſti in Francia inchoatos fuiſſe, qua de re alibi. Secundum hujus anni initio Artabaſdum nondum Romæ agnitum fuiſſe Imperatorem; alioquin ejus non Conſtantini nomine laudata Epiſtola ſubſcripta fuiſſet. Cæterum inter Epiſtolas Bonifacianas aliquas eſſe quarum ſubſcriptio prorſus depravata eſt, non tantum ex iſta liquet; ſed etiam ex alia quam Baronius anno DCCLI. num. XV. exhibet, quam tamen eo anno demonſtravimus removeri non poſſe ab anno DCCXLVII. ejuſque ſubſcriptionem prorſus delendam eſſe, uti forſan ea de qua agitur.

VIII. *Epiſcopi qui Concilio Germanico interfuere.*

In Concilii *Germanici* Præfatione præter Bonifacium Archiepiſcopum, cui fixa non erat Sedes, enumerantur *Burchardus*, qui Wirſeburgenſem Diœceſim regebat, *Vuitanus*, qui Birburgenſem, *Vuillibaldus*, qui Aychſtadianam, & *Reginfredus*, qui Colonienſem, *Dadanus* Epiſcopus Regionarius, quales non pauci in Gallia Belgica hoc tempore erant, & *Addanus*, qui vocatur *Eddanus* in Capitularibus Karlomani memoratus, idem eſt ac *Eddus*, Epiſcopus *Strateburgenſis*, ideſt, Argentoratenſis, Ex Epiſcopis quorum Sedes Bonifacius in Haſſia,

XIII. Hoc non dico, ut aſſeram, omnes Romæ degentes eſſe ſanctos. Quæ cum theatrum ſit orbis jure comparari poſſit ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congreganti; atque arcæ Noe, quæ domus ſalutis facta, immundis non caruit animalibus, & ſit quod dicit Apoſtolus: (a) *In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.* Hæc idcirco dixerim, ne ex eo, quod vides aliquos Romæ delinquere, fidem putes pariter labefactatam: alioqui non erit invenire fidem ulicubi ſuper terram. Cæterum ſi prope perſpexeris, & oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit, ut excuſes, ſi quod corrigitur, iterum perpetretur: ut vidimus de ſuperſtitionibus toties Apoſtolica falce Romæ ſucciſis iterum pullulantibus, cum nova gens ſemper, quotidiano concurſu, frequenti cœtu ex omni orbe ſeſe infundat in Urbem, ut quæ mundaveris hodie, cras aſperſa ſordibus neceſſe ſit reperire. Sed ſecundum Apoſtolum: (b) *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia.* At hæc obiter occaſione S. Bonifacii querelarum (& Zachariæ ad eum ſcribentis excuſationis. Jam vero quæ ſunt reliqua ejuſdem Pontificis epiſtolæ, videamus eodem argumento conſcripta.

(a) 2. Tim. 2.

(b) Tit. 1.

XIV. *De ſacerdotibus vero falſis, qui falſa opinantur, qui etiam adulteri, & fornicatores eſſe probantur, & ſibi ab Apoſtolica Sede indultum eſſe teſtantur: hoc nulla ratione credat ſancta fraternitas tua, ſed ſimiliter in eis canonicam exerce vindictam, quemadmodum de his, quibus ſuperius a nobis edoctus, monſtraris. Non enim aliud te agere volumus præter quod ſacri præcipiunt canones, vel etiam ab hac Apoſtolica Sede inſtructus eſſe cognoſceris. Tua quoque ſanctitatis petitionem implevimus, mittentes tribus Epiſcopis tuis ſingulas confirmationis epiſtolas quas per ſanctitatis tuæ manus eis largire volumus. Et Carolomanno filio noſtro alia ſcripta direximus, ut adminicula, quibus indiges, implere feſtinet. Jam, frater cariſſime, de omnibus ſuperius comprehenſis capitulis, ut Dominus donavit, reſpondimus, ad amputanda omnia diabolicæ fraudis ſcandala. Tua vero ſancta fraternitas, ſi quid de cætero evenerit, ut ſacri doceant canones, ſtudeat emendare in plebibus, tibi a Deo commiſſis. Non enim aliud nobis convenit prædicare præter quod a ſanctis Patribus ſumus edocti. Si vero novi aliquid, inimici aſtutia agente, acciderit, quod tua ſancta fraternitas minime per canonum inſtituta diſternere poſſit, hoc nobis non pigeat inſinuare, quatenus, Deo juvante, quæque ad emendationem novæ plebis eſſe poſſunt, tibi abſque tarditate reſpondere curemus.*

Cognoſcat ergo tua ſancta fraternitas ita dilectionem tuam haberi in noſtris præcordiis, ut te præſentialiter quotidie videre deſideremus, & ita in noſtro conſortio habere, ut miniſtrum Dei, & diſpenſatorem Eccleſiarum Chriſti. Conſortare itaque in Domino, frater cariſſime, & eſto robuſtus, & labora in opere, ad quod te divina voluit clementia vocare. Magna etenim te ſpes remunerationis exſpectat, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Et nos licet peccatores exſiſtamus, tamen Dei noſtri immenſam clementiam non ceſſamus exorare, ut, qui cœpit in vobis perficiat opus bonum uſque in finem: & beatus Petrus Apoſtolorum Princeps cooperetur tibi in omnibus bonis, qui ei parere deſideras. Deus te incolumem cuſtodiat, ſanctiſſime frater. Data Kalendis Aprilis, imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtantino anno vigeſimoquarto (additum habet Rom. editio) *imperii ejus anno ſecundo, Indictione * undecima,* * decima.

Quo

PAGIUS ſia, in Francia Orientali, & in Turingia nuper creverat, ſolum defuiſſe *Adelbarium* Erpheſfurdienſem Epiſcopum, quia Saxones idolorum cultores irruptione facta Thuringiam inquietabant, exiſtimat Cointius an. DCCXLIII. num XXXIX. qui addit, a Germania Prima tres defuiſſe, Wormacienſem, Moguntiacenſem, & Nemetenſem; Leodienſem e Germania Secunda. At eoſdem interfuiſſe, aut ſaltem ex illis aliquos eruo ex Præfatione Concilii, in qua Carlomannus ait: *Epiſcopos, qui in Regno meo ſunt, cum Presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi; id eſt Bonifacium Archiepiſcopum, Burchardum, & Regenfridum, Vuintanum, & Vvitbaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac* RELIQUOS EPISCOPOS, *cum Presbyteris eorum.* Quare præter ſeptem memoratos, aliqui alii innominati Concilio præſentes fuere. Bonifacius, Metropolitanum munus per utramque Germaniam cis Rhenum, nec non per Haſſiam, Franciam Orientalem, Turingiam, & Alamanniam, trans eundem fluvium exercuit; Epiſcopoſque ſuffraganeos habuit tredecim IV. in Germania Prima, Moguntiacenſem, Wormacienſem, Nemetenſem, & Argentoratenſem, III. in Germania Secunda, Colonienſem, Ultrajectinum & Leodienſem in Haſſia Birburgenſem; Erpheſfurdienſem; in Thuringia; duos in Francia Orientali, Wirceburgenſem, & Aychſtadianum; totidem in Alamannia, Auguſtanum & Conſtantienſem; ipſe vero certa determinataque Sede caruit uſque ad annum DCCXLVII.

IX. Præfuit huic Concilio inter Bonifaciana primo ipſemet *Sanctus Bonifacius*, juxta quod ſibi mandatum fuerat a Zacharia Papa. Gregorius quidem III. aliquod Concilium convocandi Bonifacio facultatem fecerat, ut an. DCCXXXVIII.

num.

Digitized by Google

Quo pariter anno & die data reperitur ejuſdem Pontificis epiſtola communis tribus, non ſingulæ ſingulis, ut promiſerat, de confirmatione trium ſedium illarum, quæ a Bonifacio recens in Germania inſtitutæ ſunt, quarum (ut vidimus) ſuperius mentio facta eſt. Deſcribemus eam, quo ritum, & formulam addiſcamus, qua ſolerent Romani Pontifices novas inſtitutas ſedes confirmare. Sic enim ſe habet ſcribens ad Epiſcopum, qui uni ex illis præfectus fuit ſacerdos.

Zachar. ep. 2. tom. 2. ep. Decret. Rom. Pont. * Barbeſenæ Epiſcopo.

*Dilectiſſimo nobis Uuittæ ſanctæ Eccleſiæ * Uuirtzburgenſis Zacharias Papa.*

XV. De confirmatione trium ſedium inſtitutarum epiſt. Zach. Pap.

Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ad dilatandam Chriſtianitatis legem, & Orthodoxæ Fidei tramitem, ad docendum, juxta quod prædicat ſancta hæc Romana, cui, Deo auctore, præſidemus, Eccleſia, innotuit nobis ſanctiſſimus ac reverendiſſimus frater, & Coepiſcopus noſter Bonifacius, nuper decreviſſe, & ordinaſſe in Germaniæ partibus Epiſcopales ſedes, ubi præeſt veſtra dilectio, & provinciam in tres diviſiſſe parochias: quo cognito, cum magna exultatione, extenſis ad ſidera palmis, illuminatori, & (b) datori omnium bonorum Domino Deo, & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto gratias egimus, qui facit utraque unum.

(b) Epheſ. 2.

XVI. *Flagitavit autem a nobis pro ſuis ſyllabis jam dictus ſanctiſſimus vir, per Apoſtolicam auctoritatem veſtras confirmari ſedes. Pro quo & nos ardenti animo, & divino juvamine, ac auctoritate beati Petri Apoſtolorum Principis cui data eſt a Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto (c) ligandi, ſolvendique poteſtas peccata hominum in cælo, & in terra, confirmamus, atque ſolidas permanere veſtros Epiſcopales ſedes ſancimus intercedente ipſius Principis Apoſtolorum auctoritate, a præſente in futuras omnes generationes, ut nullus audeat contra eamdem veſtram venire ordinationem, quæ, dignante Domino, ex noſtra præceptione in vobis facta eſt. Et hoc interdicentes ut nullus audeat, juxta ſanctorum canonum traditionem ex alio Epiſcopatu ibidem tranſlatare, aut ordinare Epiſcopum poſt veſtram de hoc ſæculo evocationem, niſi is, qui Apoſtolicæ noſtræ Sedis in illis partibus præſentaverit vicem.*

(c) Matth. 16.

XVII. *Sed nec unus alterius parochias invadere; nec Eccleſias ſubtrahere præſumatis. Nam (quod non credimus) ſi quis ille fuerit, qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire tentaverit: ſciat, ſe æterno Dei judicio anathematis vinculo eſſe innodatum. Si quis vera Apoſtolica ſervaverit præcepta, & normam rectæ, & Orthodoxæ ſidei fuerit aſſecutus: benedictionis gratiam conſequatur. De cætero petimus divinam clementiam, ut confirmet, & corroboret hoc, quod operatus eſt Dominus in vobis. Et charitas Dei, gratia, & pax vera ſit cum ſpiritu veſtro. Sanctiſſimi, & dilectiſſimi nobis tota conamine elaborate pro ſide Chriſti, & ad miniſterium ejus perficiendum decertate, ut cum egregio Apoſtolo mereamini dicere (d):* Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: de reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illum diem juſtus Judex. *Salutantes vos in Domino, valere optamus. Bene valete. Data Kalend. Aprilis imperante Domino Conſtantino magno Imperatore anno vigeſimo quarto,* ex quo cum patre cœpit imperare, *Imperii ejus ſolius anno ſecundo, Indictione decima.* Alicubi perperam ponitur undecima. Sed & putamus, quod loco Data, Accepta, ſit reſtituendum: ſiquidem non paritur ratio temporis, ut Kalendis Aprilis epiſtola data ſit, & Synodus celebrata undecima Kalendas Maii.

(d) 2. Tim. 4.

Miſſis his in Germaniam litteris, ſimul ab eodem Pontifice datæ ſunt aliæ ad Carolomannum, ſed iis caremus.

Eod. Cod. ep. 5.

XVIII. Extat præterea alia epiſtola nondum cuſa, per eumdem Deneardum Bonifacii Legatum redeuntem ad ipſum reddita, ſcripta vero ab aliquo ex clero Romano, qui ab ipſo primum acceperat: quæ carens titulo, ſic ſe habet.

PAGIUS. *Eſt primum inter Concilia a S. Bonifacio indicta.*

num. II. diximus, ſed nullum tunc habitum fuit, aut ob incompoſitam Eccleſiarum Germaniæ Oeconomiam, aut ob mortem Gregorii III. aut ob rationes alias nobis ignotas. Baronius enim, aliique qui Concilium illud, quod Gregorius III. celebrari juſſit, ab eo de quo agimus, diſtinctum eſſe exiſtimarunt, non animadverterant, Bonifacium Legationis ſuæ tempore quinque tantum Concilia congregaſſe, ultimumque coegiſſe anno DCCXLVII. ſtatim atque Eccleſiæ Moguntinæ affixus fuit. Quinque autem illa Concilia alia eſſe non poſſunt, quam Germanicum primum, Liptinenſe, Sueſſionenſe, Germanicum II. quintumque a Conciliorum Collectoribus, aliiſque hactenus prætermiſſum. Si enim aliud Gregorii tempore celebratum fuiſſet, *Bonifacius* non quinque, ſed ſex Conciliis durante ſua Legatione præfuiſſet, contra diſertum teſtimonium Willibaldi in Vita Sancti Bonifacii, in ultimo Concilio Bonifaciano anno DCCXLVII. a nobis memorandum. Bonifacius anno ſuperiori ad Zachariam Papam ſcripſit, jam ab annis octoginta & amplius in Francia, ad quam miſſus fuerat, Tranſrhenana nempe, nullum Concilium indictum eſſe; quod ſi Concilium hoc anno habitum, aliud anteceſſiſſet, Carolomannus in ejus Præfatione non diceret. *Cum conſilio ſervorum Dei & Optimatum meorum Epiſcopos, qui in Regno meo ſunt, cum Presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi, &c. ut mihi conſilium dediſſent, quomodo Lex Dei & Eccleſiaſtica Religio recuperetur,*

Digitized by Google

Epiſtola ad Bonifacium data. *Venerabilibus ſanctiſſimæ Paternitatis veſtræ ſyllabis ſuſceptis, per præſentem gerulum Denoardum venerabilem virum miſſis, cum omni, ut decuit, veneratione, atque caritatis affectu, ſuſcepiſſe in ſinuo, ſimul & benedictionem, quam miſiſti mihi, quæ apud parvitatem meam ſuper aurum, & argentum accepta eſt, eo quod mei memorem eſſe in ſanctis ſuis orationibus almitatis veſtræ coronam, cognovi; quam concedere mihi divina patiatur Majeſtas, incolumem quandiu me ſuperna voluerit clementia ſupereſſe, ut veſtris ſacris interventionibus juvatus, exercitatior inveniar, Deo propitio, adverſus antiqui hoſtis inſidias repugnare.*

XIX. *Interea inſinuatis mihi, quod vobis de illis epiſtolis ſancti Gregorii mitteremus; ſed nunc minime potuimus ſanctis Paternitatis veſtræ præceptis parere, eo quod nimis attritum, atque in podagrico humore, & dolore fatigatum, memoratus miſſus veſter presbyter per tempus cognovit, ita, ut in eo me dolore afflictum relinqueret, quod & ore vobis proprio intimabit. Sed ſi vita comes fuerit, & veſtra mihi oratio non defuerit, quæ juſſiſtis dum ſaluti fuero plenius reſtitutus, ſanctiſſimæ Paternitatis veſtræ obtemperabo juſſionibus, ut dum alia vice hunc veſtrum miſſum direxeritis, quæ præcepiſtis impleta eſſe reperiantur, ut abſque tarditate, quæ deſideratis, expleantur. Tranſmiſimus enim per prædictum veſtrum presbyterum aliquantum * cotzumbri, quod incenſum Domino offeratis temporibus matutinis, & veſpertinis, ſive dum Miſſarum celebratis ſolemnia, miri odoris, atque fragrantiæ. Sed peto, ut abſque injuria ſuſcipiatis, quod pura caritate dirigitur. Salutans veſtram ſanctiſſimam Paternitatem in Domino, & ut pro nobis orare jubeatis depoſco: ſed & omnem Eccleſiam, quæ vobiſcum eſt, per vos ſaluto, ut ipſi pro me exorent. Multum* (a)

(a) Jacob. 5.

enim valet deprecatio juſti aſſidua. Nam & ego, licet peccator exiſtam, tamen veſtri memoriam ante ſacras Confeſſiones Apoſtolorum faciens, orationi incumbo. His præmiſſis, optamus ſanctitatem Paternitatis veſtræ in Domino bene valere, atque in opere, quo aſſumptus es, multo amplius fructum boni operis pullulare concedat, & ad incrementum perducere patiatur divina Majeſtas. Trinitas indiviſa ſanctitatem veſtram conſervet orantem pro nobis. Hactenus redditæ ad Bonifacium litteræ.

Acceptis autem iis Bonifacius litteris Zachariæ Pontificis, ſollicitus juſſa ipſius implere, continuo ſe contulit ad Carolomannum, celebrandæ Synodi cauſa. Habent hæc ejuſdem Bonifacii vitæ (b) Acta verbis iſtis: XX.

(b) Vit. S. Bonif. l. 2. c. 33.

Ea tempeſtate cum Carolus Dux inclytus vitæ ſuæ curſum exegiſſet, & filii ejus Carolomannus, & Pipinus ei, ceu patri ſucceſſiſſent in Imperio: cum ad nutum Carolomanni, qui erat major natu, omnia paterni regni jura diſponerentur: ſanctus Bonifacius ad eum acceſſit, & Apoſtolici Præſulis ſcripta offerens, modis omnibus petiit, ut Chriſtianæ religionis cultum, quem pater ejus animo promptiſſimo inchoaſſet, & exercuiſſet, ipſe quoque pro Dei amore, & regni ſui ſtabilimento, atque pro omnium ſibi ſubjectorum ſalute, eadem benevolentia proſequeretur. De cogenda Synodo agitur.

Quibus ille verbis haud aliter atque divino oraculo permotus, & compunctus, omnes ſuæ ditionis homines tum clericos, tum laicos, qui a Chriſtiana religione deſiviſſent, tum regia, quam canonica auctoritate ad viam juſtitiæ revocare ſtuduit; juſſitque, ut coacta Synodo, omnia ad canonum præſcriptum corrigerentur. Cujus quidem Synodi decreta, quod non modo ſæcularibus, ſed etiam Eccleſiaſticis rectoribus plurimum utilitatis, & ædificationis adferre poſſe vi-

PAGIUS

vetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit; & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ pervenire poſſit, & per falſos Sacerdotes deceptus non pereat. Carolomannus enim eodem fere modo loquitur de deplorando Eccleſiæ Franciæ ſtatu per complurium annorum decurſum, ac Bonifacius in Epiſtola ad Zachariam Papam, cujus verba anno præcedenti in medium adduximus. Quod ſi aliud Concilium ad diſciplinam Eccleſiaſticam renovandam biennio antea indictum fuiſſet, non ſolum Carolomannus hoc loquendi modo non uteretur; ſed etiam Epiſcopi Decreta illius hoc anno confirmaſſent, ſicuti in Synodo Liptinenſi anno ſequenti coacta, hujus Synodi, quam priorem vocant, Canones confirmarunt. *Prioris Synodi Decreta conſentientes firmaverunt, ſeque ea implere velle & obſervare promiſerunt*, dicunt Epiſcopi in primo Canone Synodi *Liptinenſis*. In hac prima Synodo Germanica Canones ſexdecim conditi ſunt, ad reſtaurationem diſciplinæ ſub præcedentibus Principibus peſſumdatæ. Othlonus in Vita Sancti Bonifacii locum, in quo Concilium illud congregatum, tacet, neque in Capitolaribus, aut alibi proditur.

X. Varia ad Concilium Germanicum pertinentia.

Baronius num. XXVI. & ſeqq. recitat Epiſtolam Zachariæ Papæ *univerſis Epiſcopis*, &c. *omnibuſque Deum timentibus per Gallias & Francorum Provincias conſtitutis*, cujus initium: *Referente nobis Bonifacio*, &c. quæ inter Bonifacianas ordine eſt CXXXVII. data poſtquam de Synodo Germanica Nuncios accepit. In ea Zacharias ait, Synodum habitam, *mediantibus filiis noſtris Pippino & Carlomanno Principibus veſtris, peragente etiam vicem noſtram præfato Bonifacio*. Hanc vero Epiſtolam recte Baronius ad hanc Synodum revocat, licet Othlonus lib. 2. cap. 7. eam memoret poſt aliam Epiſtolam anno DCCLXVIII. ſcriptam. Is enim Epiſtolas a Bonifacio vel ad eumdem datas ordine Chronologico non diſpoſuit, & ipſemet Zacharias teſtatur, illam a ſe miſſi, poſtquam in Provin-

cia

videantur, ſicut ea in antiquis codicibus, & in jam cuſis ſcripta reperimus, hic inſerere viſum eſt.

XXI. *In nomine* (a) *Domini noſtri Jeſu Chriſti ego Carolomannus Dux, & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, undecimo Kal. Maii, cum conſilio ſervorum Dei, & Optimatum meorum, Epiſcopos, qui in regno meo ſunt cum preſbyteris, ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi, id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum, Burchardum, Reginfridum, * Voittanum, & Vuiliboldum, Dadanum, & Adanum, cum presbyteris eorum, ut mihi conſilium dediſſent, quomodo lex Dei, & Chriſtiana religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit; & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ pervenire poſſit, qui per falſos ſacerdotes hucuſque deceptus eſt. Itaque per conſilium ſacerdotum religioſorum, & Optimatum meorum ordinavimus per civitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt miſſus,* Legatus ſcilicet, *ſancti Petri. Statuimus quoque per annos ſingulos Synodum congregari, ut nobis præſentibus, canonum decreta, & Eccleſiæ jura reſtaurentur, & religio Chriſtiana emendetur.* De his autem, quæ in Synodo ſtatuta eſſent, capita iſta ſubnectit.

(a) Extant apud Sur. to. 3. die 5. Jun. ibid. l. 2. c. 34.

Voetzanum.

* Vitbaldum Edanum

XXII. *Fraudatas pecunias Eccleſiarum, Eccleſiis reſtituimus, & reddidimus.*

Concilium Germaniæ ſub Carolomanno.

Falſos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos, vel clericos de pecuniis Eccleſiæ abſtulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus.

*Servos Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hoſtem pergere, omnino prohibuimus: niſi illos ſolummodo, qui propter divinum * miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda,* nempe reliquias Sanctorum, *ad hoc electi ſunt, id eſt, unum, vel duos Epiſcopos cum Capellanis presbyteris Princeps ſecum habeat, & unuſquiſque Præfectus unum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus indicere pœnitentiam poſſit.*

* myſterium.

Nec non & illas venationes & ſilvaticas vagationes cum canibus omnibus ſervis Dei interdiximus, & ut accipitres, & falcones non habeant.

Decrevimus quoque ut juxta ſanctorum canones unuſquiſque presbyter in parochia habitans, ſubjectus ſit illi Epiſcopo, in cujus parochia habitat: & ſemper in Quadrageſima rationem, & ordinem miniſterii ſui ſive de baptiſmo, ſive de fide Catholica, ſive de precibus, & ordine Miſſarum, Epiſcopo reddat, & oſtendat. Et quandocumque jure canonico Epiſcopus circumeat ad confirmandos populos, presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum cum collectione, & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cœna Domini ſemper novum chriſma accipiat ab Epiſcopo. Et ut Epiſcopus ſit teſtis caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius. XXIII.

Statuimus quoque, ut ſecundum canonicam cautelam omnes undecumque venientes ignoti Epiſcopi, vel presbyteri, ante probationem Synodalem in Eccleſiaſticum miniſterium non admittantur.

*Decrevimus quoque ut ſecundum canones unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſolicitudinem gerat, adjuvante * Graphione, qui defenſor Eccleſiæ ejus eſt, ut populus Dei paganias non faciat, ſed ut omnes ſpurcitias gentilitatis abjiciat, ſive ſacrificia mortuorum, ſeu ſortilegos, vel divinos, ſive philacteria, & auguria, ſive incantationes, & hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta Eccleſias ritu pagano faciunt ſub nomine ſanctorum Martyrum, vel Confeſſorum, Deum, & ſanctos ſuos ad iracundiam provocantes.* Ex ſcripto Codice iſta ſubjiciuntur: *Sive illos ſacrilegos ignes, quos Nedfres vocant, ſive omnes quæcumque ſunt pagano-* XXIV.

* Gravione

PAGIUS cio eorum, quibus ſcribit, celebrata eſt Synodus, in qua Bonifacii commonitionibus obedivere, & a ſe Sacerdotes expulerunt, *falſos & Schiſmaticos, & homicidas & fornicarios*, ubi de hac Synodo Germanica eum verba facere, oſtendunt ejuſdem Concilii Canones apud Baronium num. XXII. Ad hoc Concilium referenda etiam Epiſtola CV. inter Bonifacianas, *Cuthberto* Dorovernenſi Archiepiſcopo a Bonifacio data, in qua hoic ſignificat res in eo ſalubriter conſtitutas. Baronius quidem eam recitat anno DCCXL. num III. & ſeqq. quia tunc aliud Concilium Germanicum a Bonifacio indictum fuiſſe credidit. Verum collatio inter res in hac Synodo geſtas, eaſque quas memorat Bonifacius in ea ad Cuthbertum Epiſtola, demonſtrat, Bonifacium alia *Cuthberto* non nunciare, quam quæ in hac Synodo decreta ſunt.

XI. Zacharias eodem die, quo ad Bonifacium, ſcripſit & ad novarum Sedium Epiſcopos ab eo inſtitutos, ad *Burchardum* ſcilicet Epiſcopum Wirtzburgenſem, ad *VVittam* Epiſcopum Buraburgenſem, & ad *Adhelarium* Epiſcopum Erphesfurdienſem. Inter Epiſtolas Bonifacianas Epiſcopis Wittæ & Burchardo Epiſtolæ CXXXI. & CXXXIII. inſcribuntur. In editione Serarii prius præfert hunc titulum: *Dilectiſſimis nobis VVittana Sancta Eccleſia Barbarana Zacharias Papa*. Inter Epiſtolas Zachariæ hæc ſecundum locum obtinet, & a Binio publicata eſt cum hoc titulo: *Dilectiſſimo nobis VVitta Sancta Eccleſia Barbarena, Zacharias Papa*. Baronius num. XV. loco Eccleſiæ Barbarenæ Witzburgenſem ſic reponit: *Dilectiſſimo nobis VVitta Sancta Eccleſia VVirtzburgenſis, Zacharias Papa*. Sirmondus, cum Epiſcopum Eccleſiæ Wirtzburgenſis non Wittam, ſed Burchardum præpoſitum fuiſſe ſciret, eandem ſecundam Zachariæ Epiſto-

Zacharias communem Epiſtolam ſcribit ad Epiſcopos novarum Sedium.

ivorum obſervationes, diligenter probibeant, ſtatuimus. Porro per Graphionem intelligi magiſtratum principis, quam nos conſuevimus dicera Fiſcalem judiaem, gloſſarium appoſitum ad finam Capitulariun Francorum ſignificat. Gravionem vero hodie dicunt Baronem, quam nos Comitem appellamus.

XXV. *Statuimus ſimiliter, ut poſt banc Synodum, quæ fuit undecimo Kalendas Maii, quiſquis ſervorum Dei, vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pænitentiam faciat in pane, & aqua. Et ſi ordinatus presbyter fuerit, duos annos in carcere permaneat antea flagellatus.* Ex ſcripto Codice additur: *Et ſcorticatus videatur, & poſt Epiſcopus adaugeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, unum annum pœnitentiam ibi agat.*

Quæ autem hic ſubiiciuntur, pertinent ad Concilium Leptinenſe, de quo ſuo loco dicturi ſumus. Auctor enim cuncta, quæ in tribus Synodalibus conventibus geſta eſſe noſcuntur, ſub uno congeſſit. Subiiciuntur autem in ſcripto Codice iſta. *Similiter & nonna velatæ eadem pænitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis ejus.*

Decrevimus quoque, ut presbyteri & diaconi non ſagis, laicorum more, ſed caſulis utantur ritu ſervorum Dei, & nullus in domo ſua mulierem habitare permittat; & monachi, & ancillæ Dei monaſteriales, juxta regulam ſancti Benedicti ordinare vivere, vitam & propriam gubernare ſtudeant. Hactenus ibi.

XXVI. Quod rurſum ad præſens Concilium ſpectat, cuncta in eo dacreta ſunt miſſa Romam ab ipſo Pontifice comprobanda. Pontifex vero cognitis omnibus, colligi Synodum voluit, in qua quæ per Bonifacium, atque collegas Epiſcopos facta ſunt, comprobavit; de iiſque litteras ad ipſos reddidit, quas ſuo loco ponemus. Benedictus Levita in ea, quam affixit libro quinto præfationem, de hujus Synodi aonfirmatione hæc habet: *His ita peractis, eſt in fronte primi libelli poſita Zacharia Papæ epiſtola, omnibus Epiſcopis, & reliquis Eccleſiaſtici ordinis gradibus Deum timentibus per Gallias, & Francorum provincias conſtitutes directa, ſicut & in ea continetur. Quam ſequuntur, duo Synodales conventus, quos ſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia Legatus Bonifacius, memoratæ Moguntiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, vice ſupradicto Papæ Zachariæ, una cum Carolomanno Francorum Principe canonice tenuit: ut agnoſcant omnes hæc prædictorum Principum capitula maxime Apoſtolica auctoritate fore firmata.* Hæc Benedictus de duabus Synodis a Zacharia Pontifica aonfirmatis, ſubiiciens epiſtolam Zachariæ de confirmatione ipſarum, quæ ſic ſe habet, data poſt acceptas a Bonifacio de rebus in Synodo geſtis litteras, quæ non extant (a):

(a) Capit. Franc. lib. 5. in princ. & Zach. ep. 9. & in Bonifacio lib. 2. cap. 6.

Zacharias Papa univerſis Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, Abbatibus: cunctis etiam Ducibus, Comitibus, omnibuſque Deum timentibus per Gallias, & Francorum provincias conſtitutis.

Referente nobis reverendiſſimo, atque ſanctiſſimo fratre noſtro Bonifacio Epiſcopo, quod dum Synodus aggregata eſſet in provincia veſtra juxta noſtram commonitionem, mediantibus filiis noſtris Pipino, & Carolomanno Principibus veſtris, peragente etiam vice noſtra Metropolitano Bonifacio, Dominus illuminaſſet corda veſtra cum Principibus veſtris ad prædicationem ejus, ut omnibus commonitionibus ejus obediretis, & falſos, & ſchiſmaticos, & homicidas, & fornicarios a vobis expelleretis ſacerdotes: omnipotenti Deo gratias egimus, & pro vobis inceſſanter ſumus orantes, ut qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat uſque ad finem. Obſecro enim vos coram Deo, ut ejus commonitionibus firmiter obediatis. Ipſum enim vice noſtra in partibus illis ad prædicandum conſtitutum habemus, ut vos, Deo propitio, ad viam perducat rectitudinis, & a cunctis facinoribus ſalvi eſſe poſſitis. XXVII. Zachariæ Pap. epiſt. de confirmatione Synodi.

Habuiſtis enim, peccatis facientibus, nunc uſque falſos, & erroneos ſacerdotes: XXVIII.

PAGIUS Tituli hac inſcriptione donavit, & poſt eum Labbeus in editione Conciliorum; *Dilectiſſimo nobis Burchardo Sanctæ Eccleſiæ VVirtzburgenſis Epiſcopo, Zacharias Papa.* Verum, ut inquit Cointius anno DCCXLIII. num. XIX. inter Epiſtolas Bonifacianas inſertas alia Witæ, alia Burchardo inſcribitur; *VVittæ* Epiſtola CXXXI. ut jam dictum eſt, *Burchardo* Epiſtola CXXXIII. his verbis: *Dilectiſſimo nobis Burchardo Sanctæ Eccleſiæ VVirzburgenſis, Zacharias Papa.* Serarius in Notat. XXIX. ad vitam Sancti Bonifacii pag. 302. ſecundam Zachariæ Epiſtolam ſic inſcriptam ait: *Dilectiſſimo nobis VVittæ Sanctæ Eccleſiæ Birburgenſis, Zacharias Papa.* Et in Notis ad eandem Epiſtolam obſervat, primum inſcriptionis vocabulum non *dilectiſſimo*, ſed *dilectiſſimis* in Codice Cæſareo legi, quod Epiſtola tribus Epiſcopis, Burchardo ſcilicet, Wittæ & Adelhario communis eſſe videatur, ut Baronius num. XV. jam cenſuit. Quæ opinio probabiliſſima, & earundem litterarum exempla tria cum eodem titulo tribus Epiſcopis, ſingula ſingulis directa, ut earum tenor indicat. Epiſtola dicitur *data Kalendis Aprilis, imperante Domino Conſtantino magno Imperatore, anno vigeſimo quarto, Imperii ejus anno ſecundo, Indictione undecima.* Verum hæ notæ temporariæ eo modo emendandæ, quo in Epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium; cum utraque eodem pene tempore data ſit.

Ad

tes: unde, & cunctæ paganæ gentes vobis pugnantibus prævalebant, quia non erat differentia inter laicos, & ſacerdotes, quibus pugnare licitum non eſt: qualis enim victoriæ datur, ubi ſacerdotes una hora Dominica pertractant myſteria, & Chriſtianis Dominicum porrigunt corpus pro ſuarum animarum redemptione; & poſt, Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerant, aut paganos, quibus Chriſtum prædicare, propriis ſacrilegiſque manibus necant, præcipue, dicente

(a) Matt. 5. *eis Domino (a): Vos eſtis ſal terræ: quod ſi ſal evanuerit, in quo condietur? Ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Dum hæc ita fiat, & tales in vobis fuerint ſacerdotes: quomodo victores contra veſtros inimicos eſſe poteritis? Nam ſi mundos, & caſtos ab omni fornicatione, & homicidio liberos habueritis ſacerdotes, ut ſacri præcipiunt canones, & noſtra vice prædicat præfatus Bonifacius frater noſter, & ei in omnibus obedientes extiteritis: nulla gens ante conſpectum veſtram ſtabit, ſed corruent ante faciem veſtram omnes paganæ gentes, & eritis victores, inſuper & bene agentes, vitam poſſidebitis æternam.*

XXIX. *Vos autem cariſſimi fratres, qui eſtis veri ſacerdotes, & ſub regulari diſciplina conſtituti, ſic voſmetipſos exhibete, ut decet miniſtros Dei, & diſpenſatores miniſteriorum Dei, ut non vituperetur miniſterium veſtrum: ne fiat in*

(b) Iſai. 24. *vobis (ſicut (b) ſcriptum eſt:) Erit ſicut populus, ſic ſacerdos. Nam ſi hoc fuerit; qualis vobis erit ab hominibus laus? Aut qualis a Deo expectatur retributio? Quamobrem ſic vos corrigite, ut veri ſacerdotes: & tales ad ſacerdotium provehite, ut & vobis, & illis teſtimonium maneat bonum ab his, qui foris ſunt: quatenus ab hominibus vobis acquiretis laudem, & a Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini, eo quod per vos ad Chriſti perducti ſunt rectam fidem populi multi, innoxios habeatis ſacerdotes. Ad Synodum quoque omni anno convenite, ad pertractandam de unitate Eccleſiæ, ut ſi quid adverſi acciderit, radicitus amputetur, & Dei Eccleſia maneat inconcuſſa. Bene valete.* Hactenus epiſtola Zachariæ Papæ poſt Synodum data ex ſcripto Vaticano exemplari.

XXX. Dum hæc agerentur in Germania, ☞ Zacharias Papa menſe Martii Romæ Synodum habuit, cujus Acta miſit in Gallias ad Archiepiſcopum Viennenſem per Clementem presbyterum, quem idem Archiepiſcopus Romam legaverat, nuntiaturum Papæ miſerandum ſtatum Eccleſiæ Viennenſis, a barbaris dira paſſæ, ad quem idem Zacharias iſta reſcripſit (c):

(c) Bibl. Floriac. edit. a Jo. a Boſco Caleſt. part. 2. pag. 43.

Zacharias Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Auſtroberto ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.

*Venit ad nos presbyter Clemens, miſſus a ſanctitate veſtra, referens nobis a concuſſione gentium turbatas eccleſias provinciæ veſtræ. Unde & nos valde triſtes effecti ſumus. Sed quid ſanctitas veſtra de talibus miratur, cum omnia prædicta a Domino eſſe in Evangelio, cognoſcat: Abundabit, inquit, iniquitas, & refrigeſcet Charitas multorum? Nam & Longobardi, quorum ſævitia ubique crevit, ita noſtros fines devaſtant, ut ſicut de Rege Babylonis Propheta dixit: (d) Exoſſaverunt nos. Conſideremus Dei juſta judicia, & contabeſcamus iniquitatibus noſtris. Cæterum xj. Kalendas Aprilis Synodum Romæ fecimus, cujus exemplar dilectus presbyter noſter veſtræ Sanctitati portabit. * Dalmaticam uſibus veſtris miſimus, ut quia eccleſia veſtra ab hac Sede doctrinam Fidei percepit, & morem habitus ſacerdotalis: ab illo etiam percipiat decorem honoris. Data Non. Martii Conſtantino Auguſto, anno Imperii ejus primo.* Hactenus Zacharias ad Viennenſem Archiepiſcopum. Sed quod ſpectat ad lugubrem ſtatum Italiæ, Dei miſericordia repente eſt mutatus in melius. ☜ Etenim Zacharias Pontifex conveniens Longobardorum Regem Luithprandum, civitates patrimonii ſancti Petri divino auxilio abſque armis ab eodem Rege recuperat: ut acciderit tunc plane, quaſi miraculum a Deo, cum poſt tot turbas tot deprædationes, & cædes, inermis Chriſti Vicarius armatos conveniens hoſtes, eoſdem divina potentia ſuperarit, & ad reddenda oblata compulerit, & ad captivos liberos dimittendos adegerit; ut plane apparuerit, longe præſtare arma ſpiritalia, Deo potentia, quam carnalia; atque gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei) hoſtium corda potentius penetrare, quam ferreum. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ſinceram ab Anaſtaſio ſcriptam hiſtoriam accipe, ſermone licet rudi contextam. Pergens enim inchoatam narrationem de quatuor civitatibus, ab Ec-

Zachar. Pap. Rom. Synod. habet.

(d) Jerem. 50.

* dalmaticam

Zacharias Pap. convenit Luith-prandum.

PAGIUS XII.

Pax inter Zachariam & Luitprandum Regem ſancita.

Ad num. XXX. & ſeq. de pace inter *Zachariam* Papam & *Luitprandum* Langobardorum Regem *decima Indictione*, ut ait Anaſtaſius in Zacharia, hoc ſcilicet anno, ſancita, egimus anno ſuperiori num. X. quare videnda quæ ibi de eadem diximus.

XIII. *Synodus Romana ficta.*

Baronius in Appendice ad hunc annum refert literas Zachariæ Papæ ad *Auſtrebertum* Viennenſem Archiepiſcopum, datas *Nonas Martii Conſtantini Auguſti anno Imperii primo*, quibus ſignificat, Longobardos fines ſuos devaſtare, ſeque ad illum mittere exemplar Syno-

Eccleſiæ Romanæ ſublatis, de quibus ſuo loco ſuperius dictum eſt, iſta ſubiicit: *Dumque idem Rex Luitprandus protraberet dilationem ad reddendum juxta ſuam promiſſionem jam ſatas quatuor civitates: prænominatus Pontifex Zacharias, ut verus paſtor populi ſibi a Deo crediti, ſpem ponens in Deo, egreſſus ex Romana civitate cum ſacerdotibus, & clero, perrexit fiducialiter, & audacter ad ambulandum in locum Interamnenſium, ubi in finibus Spoletanis ipſe Rex reſidebat. Qui dum in Ortanam conveniſſet civitatem, ipſeque Rex ejus cognoviſſet adventum: miſit Grimoaldum miſſum*, id eſt Legatum ſuum, *qui ei obvius factus, uſque ad Narnienſem perduxit civitatem. Ad cujus ſancti viri occurſum jam nominatus Rex miſit Duces, ac Satrapas ſuos, magnumque exercitum, & a Narnienſium civitate, octavo fere milliario, eodem Rege eum ſuſcipiente.*

XXXI. *Die, qua eſt ſexta feria, perrexerunt ad baſilicam beati Valentini Epiſcopi & martyris, ſitam in prædicta Interamnenſium urbe Ducatus Spoletani. Ante cujus fores baſilicæ idem Rex cum reliquis Optimatibus, & exercitu ſuo ſanctum virum ſuſcepit, factaque oratione, atque ſalutationem ſibimet perſolventes, dum divinis ab eo fuiſſet communitus colloquiis, impenſaque caritate, ab eadem Eccleſia egreſſus, in ejus obſequium Rex dimidium fere milliarium perrexit: & ſic in ſuis tentoriis uterque eadem ſexta feria ſunt morati.*

Sab-

PAGIUS nodi, quam ſe ſe Romæ *XI. Kal. Aprilis* feciſſe affirmat. [1] Refertur ea Epiſtola in Bibliotheca Floriacenſi. Verum videtur ea ſuppoſititia. Annus enim primus Conſtantini Aug. Nonis Martiis convenit quidem in præſentem Chriſti annum, ſed XI. Kalend. April. quo die Concilium dicitur celebratum, ad annum Chriſti ſuperiorem pertinat, quo tempore nondum *Zacharias* Pontifex Romanus erat, & *Leo* Iſauricus adhuc vivebat. Præterea dicit Pontifex accepiſſe ſe a Clemente ab eodem Archiepiſcopo miſſo *a concuſſione gentium turbatas Eccleſias Provinciæ* Viennenſis, quod nonniſi de irruptione Saracenorum anno DCCXXXIX. in Gallias facta intelligi poteſt; poſt eum enim annum Eccleſia Viennenſis devaſtata non fuit. Tantum ait Pontifex: *Longobardi, quorum ſævitia ubique crevit, & ita fines noſtros devaſtant, ut ſicut de Rege Babylonis Propheta dicit: Exoſſaverint nos.* Jeremiæ 50. quæ repugnant iis, quæ habet Anaſtaſius in Vita Zachariæ Papæ, ubi accurate narrat quæ prioribus annis ejuſdem Pontificis cum Luitprando Rege Longobardorum geſta ſunt. Denique *Vuilicarius Auſtroberto* ſucceſſit, ut teſtatus Ado Viennenſis Ætate VI. qui addit, tum Viennenſem, quam Lugdunenſem Provincias *aliquot annis ſine Epiſcopis* fuiſſe. Quare cum *Vuilicarius* ante præſentem annum Monachum induerit, Zacharias Papa hoc anno *Auſtroberto* ejus Deceſſori ante Wilicarii Præſulatum demortuo ſcribere non potuit, & hoc anno pluribuſque aliis Eccleſia Viennenſis Epiſcopo viduata fuit. Porro apud Baronium anno DCCXXXVIII. num. X. ubi integrum Adonis teſtimonium recitatur, diciturque *Vuilicarius* Acyne-

NOTÆ [1] FAteor quidem concilium hoc anno Romæ nullum fuiſſe; ſed epiſtolæ Zachariæ Papæ ad Auſtrobertum Viennenſem ſinceritas mihi plane explorata eſt, quamquam notas ejus chronicas emendandas eſſe ex iis quæ Pagius egregie deducit, non diffiteor. Sed ex mendoſa temporis adſcriptione argumentum contra epiſtolæ ſinceritatem deſumere plane iniquum eſt; cum præſertim Pagius tam multas Zachariæ epiſtolas, alioqui genuinas, hoc vitio notaverit. Præter hoc argumentum alterum infert Pagius ex eo, quod in eadem epiſtola reſciviſſe ſe ſcribit pontifex a Clemente quodam, ab Auſtroberto Viennenſi archiepiſcopo miſſo, *a concuſſione gentes turbatas eſſe Eccleſias Provinciæ*, quibus deſignari Saracenorum in Gallias excurſiones Pagius optime cenſet. Quamquam vero excurſio illa anno 739. accidit; mala tamen quæ Eccleſiis intulerunt non adeo cito ſanari potuiſſe, facile intelligimus. Hinc de ærumnis illis Eccleſiæ ſuæ, anno forte 743. adhuc perſeverantibus, conquari Auſtrobertus cum Zacharia potuit. Qui viciſſim Pontifex cum illo communicavit mala quæ Longobardi in Romanam ditionem inferebant. Quanquam enim Luitprandus eorum rex æquiorem ſe pontifici præbuit; non tamen ab ea affligenda penitus ceſſavit; cum anno 743. poſt conceſſam Romanis pacem, rogante Pontifica, iterum infeſtis armis Ravennenſem Urbem, quæ pontificiæ clientelæ commiſſa erat, affligeret. Vide Pagium ad A. 743. 24. Ceſſatum eſt equidem haud diu poſt ab armis; ſed non ceſſatum a metu, teſte enim Anaſtaſio S. Zacharias impetrata pace in urbe regreſſus *ſe ſe orationibus dedit, petens ab omnipotenti Deo conſolationem fieri populo Ravennatum, & Romano ab inſidiatore & percuſſore illo Luitprando rege*. Hinc merito epiſtola illa per hæc tempora ſcripta vexari fines Romanos a Longobardis Sanctus Pontifex queritur. Supereſt ut Pagii argumentum expediamus ex eo deductum, quod Wilicarius, qui Auſtroberto ſucceſſit ante annum 742. epiſcopatu dimiſſo monachum induit. Quomodo ergo, ait, Auſtrobertus anno 743. quo datam epiſtolam illam credimus, epiſcopum gerit? Fateor quidem Auſtrobertum Wilicario præceſſiſſe; ſed nec Ado Viennenſis, nec alius ex antiquis annum indicavit, quo Wilicarius epiſcopatum aſcendit. Ado quidem ſucceſſionem epiſcoporum Viennenſium in hiſtoria ſua per intervalla notat; ſed certum annum quo quiſque cœpit non ſignat. Ex hac epiſtola diſcimus Auſtrobertum epiſcopatum ſuum uſque ad annum 745. prorogaſſe. Igitur epiſtolam hanc ab omni ſuppoſitionis ſuſpicione liberam puto, ſed ab anno 742. ad annum 743. revocandam eſſe cenſeo, cum Concilium illud Romanum in ea indicatum ipſum eſſe putem Romanum concilium, cujus acta ſuperſunt, quod ab anno 743. ad annum 744. revocandum eſſe in nota ad A. 743. 25. demonſtrabo. MANSI

Digitized by Google

Congreſſus Zachariæ cum Luithprando. *Sabbato vero iterum convenientes, Zacharius Papa divina perfuſus gratia, Deo placitis admonitionibus eum eſt allocutus, prædicans, eum ab hoſtili motione, & ſanguinis effuſione quieſcere, & ea, quæ pacis ſunt, ſemper ſectari. Cujus piis eloquiis flexus, & de conſtantia ſancti viri & admonitione admiratus, omnia quæcumque ab eo Papa petiit, gratia Spiritus ſancti obtinuit, & prædictas quatuor civitates, quas ipſe ante biennium per obſeſſionem factum pro prædicto Transamundo Duce Spoletano, hoc eſt, occaſione ipſius, abſtulerat, eidem ſancto viro cum habitatoribus earum redonavit. Quas & per donationem firmavit in oratorio Salvatoris, ſito intra Eccleſiam beati Petri nomine ædificatam. Nam & Subinenſe patrimonium, quod per annos fere triginta fuerat ablatum, atque Narnienſe, & Auximanum, atque Anconitanum, necnon & Polimarenſe, & Vallem, quæ vocatur Magna, in territorio Sutrino poſitam, ...*

PAGIUS ...neberto Vienna ſuccedit. Pro *Aymeberto* repotendus *Auſtrobertus*, errorque Librarii corrigendus.

XIV. *Synodus Cloſvehovio indicta.* Hoc anno, ut legere eſt apud Spelmannum Tom. I. Concil. Angliæ, habitum eſt Concilium primum apud *Cloſvebo*, præſidente nidem *Æthelbaldo* Rege Merciorum cum *Cuthberto* Archiepiſcopo Doroberniæ, cæteriſque Epiſcopis, in quo *Vvithredi* Regis Privilegium de libertate Eccleſiarum Cantii ab Æthelbaldo confirmatum eſt, per Regnum Merciorum obſervandum. *Æthelbaldus* Rex inter alia ſcelera, Eccleſiæ libertates & Privilegia fregiſſe, non ſolum tacite a Bonifacio arguitur in Epiſtola ad Cothbertum; ſed expreſſe in altera ob eodem Bonifacio ad Æthelbaldum data, & a Baronio DCCXLV. num. V. & ſeqq. recitata. *Æthelbaldus* itaque in hac Synodo male facta retractare voluit, & quod prius pro uno Cantii Regno, ratum ſanctumque erat, pro ampliſſimo Merciorum Regno, perpetui juris vim habere mandavit. Quod plenius narratur in alia Synodo anno DCCC. Cloſvehoviæ habita, ubi Doroverncoſi Eccleſiæ prædia dantur ab Æthelbaldo jam conceſſa, *ut illius donatio perſeverantior fieret*, inquit Synodus III. Cloſvehoviæ celebrata. De hac prima Synodo Cloſvehovienſi legendus etiam Willelmus Thorne in Chron. pag. 2209. in *Evidentiis Eccleſiæ Cantuarienſis*.

XV. *Franci in Aquitania & in Alamannia bellum gerunt.* Hoc pariter anno Francia bellis civilibus agitata fuit: *Anno DCCXLII. Franci in exercitu in Aquitania, & poſtea in Beuveria uſque Lech*, ideſt, uſque ad Lechum fluvium, inquit Annaliſta Nazarianus, cui ſuffragantur Annales Francorum Tiliani auctiores, & Metenſes. Nihil autem per *Beuverium* intelligit Annaliſta Nazarianus, niſi Alamanniam; cum ipſius terminus ultimus Lechus amnis conſtituatur. Annales Petaviani & Maſciacenſes hoc bellum in annum ſequentem perperam differunt. De eo Continuator Fredegarii in ſua Appendice hæc habet: *Rebellantibus Vaſconibus in Regione Aquitania, cum Chunoaldo Duce filio Eudone quondam, Carlomannus atque Pippinus, Principes germani, congregato exercitu, Ligeris alveum Aurelianis Urbe tranſeunt, Romanos proterunt* (ſcilicet Tranſligeritanos, quos hic Auctor Romanos ob uſum Romanæ linguæ vocat) *uſque Beturigas Urbem accedunt, ſuburbana ipſius igne comburunt. Chunoaldum Ducem perſequentes fugant, cuncta vaſtantes. Lucca Caſtrum* (Gallice, Loches) *diruunt, atque funditus ſubvertunt, &c.* Alemannicum vero bellum idem Auctor his verbis enarrat: *Inde* (id eſt, ex Aquitania) *reverſi circa tempus autumni, eodem anno iterum exercitum ordinaverunt ultra Rhenum contra Alamannos. Sederuntque caſtra metati ſuper fluvium Danuvii in loco nuncupante Uſque quo, Habitatores Alamanni ſe viſos videntes, obſides donant, jura promittunt, munera offerunt, & pacem petentes eorum ſe Ditioni ſubmittunt.*

XVI. *Carolomannus & Pippinus Bona Griſonis fratris inter ſe dividunt.* *Carlomannus & Pippinus Majores Domus duxerunt exercitum contra Hunoldum Ducem Aquitanorum, & ceperunt Caſtrum, quod vocatur Lucas. Et in ipſo itinere diviſerunt Regnum Francorum inter ſe in loco qui dicitur Vetus-Pictavis*, inquit Annaliſta Tilianus. Hujus diviſionis Regni paterni inter Carlomannum, & Pippinum factæ meminerunt Annales Æghinardi, Loiſeliani, Bertiniani & Metenſes. Cointius hoc anno num. XXI. dicit hanc diviſionem, quam Carolomannus & Pippinus inierunt, non aliam fuiſſe a paterna, quam *Griſo* ſuis tumultibus irritam fecerat. Verum quid opus fuiſſet rem actam agere, & quomodo potuit *Griſo* diviſionem illam paternam irritam reddere, qui fugam capeſſere coactus fuerat, & nunc Carolomanni juſſu in Novocaſtello Arduennæ proximo cuſtodiebatur? non itaque *Griſo*, ſed *Carolomannus* & *Pippinus* paternam diviſionem irritam fecere. Cum enim, ut ſcite ſcribit Hadrianus Valeſius lib. XXV. pag. 549. illi Griſonem fratrem parte, illi a patre relicta privaſſent, ut anno ſuperiori diximus, Regnum totius Franciæ ipſis de integro dividendum fuit, ſaltem ut tertiam hanc portionem, quæ ambobus accreverat, ex æquo inter ſe partirentur: Verum tamen non eſſe exiſtimo quod idem Valeſius in Not. Gall. in voce *Veteres Pictavi* ſcribit, Regnum ſcilicet Francorum, a morte patris per menſes IX. aut X. pro indiviſo ambos poſſediſſe, & hoc anno diviſiſſe in loco, Clennum inter, & Vingennam flumina haud procul a Caſtello Heraldi ſito, qui *Veteres Pictavi* dicebatur. Carolomannus enim in Præfatione Concilii Germanici ita loquitur: *Ego Carlomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini DCCXLII. XI. videlicet Kal. Maii, cum conſilio ſervorum Dei, & Optimatum meorum, Epiſcopos, qui in* REGNO MEO, *ſunt*, &c. Quare uterque frater partem ſibi a patre relictam jam ſeorſim poſſidebat, & tantum diſtribuendæ reſtabant pars aliqua Neuſtriæ, & parſque Auſtriæ, & Burgundiæ, quæ *Griſoni* a patre conceſſa fuerat, quave a fratribus ſpoliatus fuit.

XVII. *Cauſa utriuſque belli.* Utriuſque belli Aquitanici ſcilicet & Alemannici cauſa fuit odium, quo *Hunaldus* Aquitaniæ, & *Theodeboldus* Alemanniæ Duces Carolomannum & Pippinum proſequebantur, quod Caroli Martelli exemplo nimiam ſibi poteſtatem arrogarent, & *Hunaldus* atque *Theodebaldus* in ſua quiſque Provincia jure ſuo regnare cuperent; præſertim cum Rex Francis nullus eſſet. Alemannia & Bojoaria, cujus *Odilo* Præfecturam gerebat, conterminæ erant in Majoratu Carolomanni, ab iis longiſſime diſtabat Aqui-

Digitized by Google

*catur, magna, ſitam in territorio Sutrino per donationis titulum ipſi beato Petro Apoſtolorum Principi reconceſſit, & pacem cum Ducatu Romano ipſe Rex per viginti firmavit annos. Sed & captivos omnes, quos tenebat ex diverſis provinciis Romanorum miſſis litteris ſuis tam in Tuſciam ſuam, quam trans Padum etiam una cum Ravennatibus captivis, Leonem, Sergium, Victorem, & Agnellum *Conſules prædicto beatiſſimo redonavit Pontifici.*

* Conſulares.

XXXII. *In prædicta baſilica beati Valentini per ejuſdem Regis petitionem in locum *Conſtantini Antiſtitis, qui tranſierat, alium ordinavit Epiſcopum. In cujus conſecratione dum ipſe adeſſet cum ſuis judicibus, compunctione inſpirationis divinæ tanta orationis dulcedine illa ab eo ſunt prolata, ut cum ſanctum virum conſpicerent fundere preces, plures ex eiſdem Longobardis ad lacrymas ſint permoti. Eodem vero die Dominico, poſt peracta Miſſarum ſolemnia, ad prandium eumdem Regem,*

* Conſtantini

PAGIUS Aquitania in Majoratu Pippini. Ambo fratres, cum ſibi minus a *Theodebaldo* & ab *Odilone* metuerent, quam ab Hunaldo, Aquitaniam primo impetu laceſſendam cenſuere. Porro Continuator Fredegarii populos Trans-Ligeritanos *Romanos* appellat, ob uſum ſcilicet Romanæ linguæ, uti jam inſinuavimus.

XVIII. *Childericus III. Rex Francorum renunciatur.* Poſt Theodorici IV. vulgo Calenſis appellati Francorum Regis mortem, ſuius ſine Rege imperavit Carolus Major Domus, & poſt eum Carolomannus & Pippinus ejus filii, non uſque ad Kalendas Martii anni ſequentis, ut Labbeus Tom. VI. Concil. pag. 1440. aut ut Cointius anno DCCXLIII. num. LXXIII. & initio Tom. V. uſque ad eundem annum exeuntem, aut uſque ad annum ſequentem, ut Hadrianus Valeſius, aliique contendunt, ſed uſque ad currentem annum ante ſeptimum Idus Septembris, quo *Childericus* hujus nominis III. jam in Gallia regnabat, in Regium ſolium a Carolomanno & Pippino elevatus, ut ipſimet minore cum invidia regnarent. [1] Quare Interregnum ante menſem Septemb. anni DCCXXXVII. inchoatum, fuit tantum annorum ſex, eorumque utrimque incompletorum, non vero annorum ſeptem, ut jam eo anno diximus. Ex iſto Interregno male conſignato fit, ut annus, quo ſecunda Regum Francorum ſtirpa cœpit, qui non parum obſcurus, majoribus tenebris involvatur. Et primo quidem Mabillonius lib. 6. de Re Diplomatica pag. 490. exhibet ex autographo Dionyſiano Pippini Majoris Domus Placitum in favorem Fulradi Abbatis Dionyſiani emiſſum, cujus hæc eſt ſubſcriptio; *Datum quod fecit menſis Junius dies viginti, annum nono Childerico Rege.* Quare *Childericus* ante diem viceſimum menſis Junii ſequentis Chriſti anni jam regnabat, ſi Placitum illud anno DCCLII. datum ſit, ut vult Cointius. Verum hoc dici non poteſt; cum ipſemet fateatur, anno DCCLII. menſe circiter Martio, Childerico in Monaſterium retruſo, *Pippinum* ex Majore Domus Regem factum eſſe. Illud itaque Placitum an. DCCLI. exaratum, & Childericus anno DCCXLIII. ante diem XX. Junii jam Rex ſalutatus fuerat.

XIX. *Ejus inauguratio in annum ſequentem differri non poteſt.* Verum hoc anno eum ante diem ſeptimum menſis Septembris Regem nuncupatum fuiſſe demonſtrat Charta quadrageſima ejuſdem Regia a Goldaſto Tom. II. Rerum Alamannicarum relata, quæ dicitur data *VII. Idus Sept. anno X. regni Domini noſtri Ildirici Regis* quæ alio anno emitti non potuit, quam anno DCCLI. cum anno inſequenti menſe Martio vel Majo Pippinus Rex creatus fuerit. Cointius, juxta cujus computationem ea ad annum DCCLIII. pertinet, anno DCCLII. num. LXXXVII. reſpondet, eam ſcriptam eſſe anno ſecundo Pippini Regis, quod ejus inauguratio cunctis haud ſtatim placuerit, & in Germania, ubi ea Charta data, adverſarios expertus ſit. Sed vanum illud effugium; ſi enim poſt *Pippini* inaugurationem aliqui tumultus orti fuiſſent, hoc aliqui ex Annaliſtis Gallicis eo magis notaſſent, quo in Cointii ſententia, anno cum dimidio poſt ejus electionem adhuc perduraſſent. At, inquit Cointius ex Chronico Beſvenſi conſtat, Pippinum jam Regem adverſarios habuiſſe in Burgundia. Verum Auctor Chronici Beſvenſis ibi tantum aſſerit, *Pippinum* Regem Epiſcopatum Lingonenſem dediſſe *Remigio* fratri ſuo, & Monachos id indigne ferentes, præter paucos Monaſterium reliquiſſe, ſed quid hoc ad rem præſentem facit?

Præ-

NOTÆ [1] CHilderici regnum cœpiſſe hoc anno ante diem 25. auguſti, quin & ante VI. Kal. julii probat præceptum Carlomanni, & charta Sichaldi, de quibus nos in Nota ad A. 747. 1. Sed & exordio Childerici huic anno illigando cum Pagio adverſus Cointium alioſque mire facit charta illa, quam ex Goldaſto affert Pagius hic n. 19. collata cum alia charta donationis factæ monaſterio Hunaugenſi a Bonoro Adalberti ducis nepote, cujus meminit Mabillonius Annal. Benedict. to. 2. l. 22. n. 39. & integram refert in tomi primi appendice pag. 650. nov. edit. Signatur hac die *martis proximo poſt medium menſem Aprilis anno VI. Regni Domini Noſtri Hilderici Regis.* His temporum notis indicatur annus 748. quo medium aprilis ſeu dies decimaquinta in feriam ſecundam incidit, adeoque dies proxima poſt medium menſem diem martis retulit. Ut autem cum anno illo ſextus regni componatur ejus exordium, ſive ab anno 743. ante diem illam aprilis, vel ab anno 742. poſt diem illam deduci oportet. At ſi ab anno 743. repetatur, tunc diploma a Pagio productum de anno Childerici decimo non ſtabit; ſive etiam illud annum 753. ſignet, ut Cointius cenſet, tunc die 6. ſeptembris Childericus annum XI. non X. ſignaret. Viciſſim autem annum nonum redderet, ſi annum 751. ut Pagius ſupputat, referret. Salva autem utriuſque chartæ fides eſt, ſi regnum a Childerico initum anno 742. quod Pagius etiam vidit, ſtatuamus, ſed poſt medium aprilis, quod Pagium fugit. Cœpit igitur Childericus intra illud ſpatium, quod a die 16. aprilis & ad 26. julii (ut probant documenta a nobis ad A. 747. producta) interceſſit. MANSI

Digitized by Google

gem, ad Apoſtolicam benedictionem ſuſcipiendam, ipſe beatiſſimus Pontifex invitavit, ubi cum tanta ſuavitate eſum ſumpſit, & hilaritate cordis, ut diceret ipſe Rex, tantum ſe numquam meminiſſe * comediſſe.

* a ſe numquam meminiſſe comeſum.

XXXIII. Alio vero die, quæ fuit ſecunda feria, Vale faciens ei Rex ipſe, miſit in ejus obſequium Aldeprandum ducem Cluſinum nepotem ſuum, ſeu Tacipertum Caſtaldum, & Raningum Caſtaldum Tuſcanenſem, atque Grimoaldum, qui eidem ſancto viro uſque ad prædictas civitates obſequium facerent, euſdemque civitates cum ſuis habitatoribus traderent. Quod & factum eſt: In primis Amerinam civitatem, deinde Ortanam tradiderunt. Dumque in Polimartio caſtro conveniſſent, cumque re-

PAGIUS XX. *Evertuntur fundamenta communis ſententiæ.* Præterea dicis Cointius, anno ſequenti Diplomata data reperiri Pippini & Carolomanni annis notata, nulla *Childerici* mentione facta. Præceptum enim pro Eccleſia Matiſconenſi a Pippino datum, & a Cointio anno DCCXLIII. num. I. recitatum, his verbis clauditur: *Actum Kalendis Januarii, in anno ſecundo Principatus Pippini ejuſdem, in Civitate Metis in Palatio Regio.* Annus autem ſecundus Majordomatus Pippini Kalendis Januariis omnium conſenſu cum anno DCCXLIII. congruit. Adhæc in Vita Sancti Huberti Epiſcopi Leodienſis, ab Auctore coævo ſcripta, dicitur Tranſlationem Reliquiarum hujus Sancti Antiſtitis factam eſſe *Carlomanno Rege tertio jam anno, Regni Francorum ſceptra tenente*, ubi etiam nulla Childerici mentio fit. Denique Goldaſtus Tom. III. Rer. Alamann. Chartam refert, quæ dicitur data *ſub. IV. Id. Septemb. anno III. Carolomanni Majore Domus*, ideſt, IV. Idus Septembr. anni Chriſti DCCXLIII. inquit Cointius anno DCCLII. num. LXXXVII. Ex quibus tam ipſe, quam plerique Rerum Gallicarum Scriptores inferunt, ſub exitu tantum ſubſequentis Chriſti anni *Childericum* Francorum Regem levatum fuiſſe; alioquin in citatis Chartis ejus aliqua mentio facta fuiſſet. Sed vana hæc illatio. Ipſemet enim Cointius anno DCCXLVII. num. II. Chartam Bonifacianam recitat, in qua Sanctus Bonifacius fines ac terminos Monaſterii Fuldenſis deſcribit, quæ his verbis abſolvitur: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCXLVII Principatus vero nobilium Virorum Karlmanni & Pippini fratris ejus anno VI. menſe Martio XXII. die ſcripta eſt hæc Notationis Charta in Fuldenſi Monaſterio.* Quis vero ſexto utriuſque Majoris Domus anno Childericum regnaſſe negare poſſet. Et tamen in iſta anno ſexto utriuſque data, ſeu anno Chriſti DCCLVII. nulla Childerici mentio. Quare poſtquam hic Rex declaratus eſt, in aliquibus Chartis ejus nomen expreſſum, in quibuſdam vero omnino prætermiſſum.

XXI. *Childericus III. filius fuit Chilperici II.* Cujus filius fuerit *Childericus* III. inter Hiſtoricos Francicos in controverſia poſitum. Cointius anno DCCXLIII. num. LXXIV. autumat, eum filium extitiſſe *Theoderici quarti*, quod Childericus in quodam Diplomate Theodoricum *parentem ſuum* appellet, ideſt, inquit Cointius, *patrem ſuum*; quam opinionem ſequitur etiam Henſchenius in Exegeſi præliminari ad Tomum III. SS. menſis Aprilis cap. 4. num. 35. Verum Mabillonius lib. VI. de Re Diplom. pag. 610. recitat Privilegium Hilderici III. Regis a Cointio citatum *datum die XXII. menſis Aprilis, anno primo Regni noſtri*, in quo Childericus ait: *Parens noſter Theodoricus quondam Rex per ſuam præceptionem.* Et paulo poſt: *Præcipimus, ut quidquid conſtat ſuprascriptum parentem noſtrum Theodoricum quondam Regem de ipſo beneficio*, &c. ubi Theodoricum *Principem* & *parentem ſuum* vocat. Inde recte deducit Mabillonius, eum Theodorico Calenſi progenitum non fuiſſe; cum ex omnibus Merovingorum Regum inſtrumentis in Opere de Re diplomatica publicatis conſtet, hunc apud illos morem viguiſſe, ut patrem *genitoris*, conſanguineos, *parentum* vocabulo deſignarent. Quare Chilpericum patrem habuit *Childericus* ultimus Regum Merovingicorum. Certe D. Hieronymus lib. 3. contra Ruffinum, teſtatur, *parentis* voce militari vulgarique ſermone cognatos & affines deſignatos fuiſſe. Quid mirum igitur, ſi ea apud Francos & Gallos idem ſignificaret. Cum itaque *Childericus* III. neque filius, neque frater Theodorici Calenſis Dagoberti Junioris, aut Childeberti eſſe potuerit, ſequitur eum patrem habuiſſe Chilpericum Regem II. *Danielem* appellatum.

Hoc anno natus eſt Pippino Francorum Principi *Carolus* ob res præclare ac fortiter geſtas *Magnus* poſt mortem cognominatus. Lambertus enim Schafnaburgenſis Rerum Germanicarum Scriptor accuratiſſimus ad annum DCCXLII. ſcribit: *Carolus Magnus natus eſt.* Quod & legitur lib. 2. Epitomes Siffredi Presbyteri Miſnenſis, & in Chronico excerpto de diverſis Chronicis poſt Sigebertum Gemblacenſem edito. Præterea Ducheſnius Tom. III. pag. 376. refert periocham deductam ex Vita Sancti Godehardi Hildeneshemenſis Eccleſiæ Epiſcopi, in qua poſtquam Auctor dixit, Carolum anno DCCXLI. mortuum eſſe, & Carolomanno & Pippino filiis Regnum reliquiſſe, ſtatim ſubdit: *quo etiam ſequenti anno iſte Pippinus Carolum Magnum genuit.* Denique anni LXXI. vel LXXII. quos Carolum Magnum vixiſſe Scriptores coævi tradunt, ut in ejus mortem videbimus, ejus nativitatem hoc anno contigiſſe extra omne dubium ponunt. Recte itaque Hadrianus Valeſius lib. 25. Rer. Franc. ortum Caroli hoc anno recitat. Cointius tamen anno DCCXLVII. num. XIV. contendit, *Carolum Magnum* eo Chriſti anno in lucem prodiiſſe, quod in Annalibus Petavianis ad annum DCCXLVII. habeatur: *Ipſo anno fuit natus Carolus Rex.* Verum Annales illi vetuſtiſſimi quidem, ſed progreſſu temporis variis in locis interpolati fuere. Annales enim Maſciacenſes a Labbeo Tom. II. Biblioth. editi eadem de verbo ad verbum continent, quæ Annales Petaviani, niſi quod in quibuſdam annis aliqua quandoque deſiderantur, quæ in Petavianis extant, & vice verſa, indeque certo colligitur, utroſque ex uno eodemque veteri exemplari primitus deſcriptos, & lapſu temporis utroſque interpolatos fuiſſe. Quare quæ in utriſque non habentur, aſſuta eſſe oportet, ideoque nihili facienda, niſi aliunde comprobentur. Cumque hæc verba, *Ipſo anno fuit natus Carolus Rex*, deſint in Annalibus Maſciacenſibus, manifeſtum eſt ea additicia eſſe, & veterrimum Annaliſtam huic novæ opinioni non favere.

XXII. *Naſcitur Carolus Magnus.*

XXIII. Hujus interpolationis fons & origo Hiſtoria Tranſlationis Sancti Germani Epiſcopi Pariſienſis a Monacho Sancti Germani de Pratis ſcri-

Zacharias Romam redit.

*cepiſſet Pontifex, & fuiſſet itineris longitudine per circuitum finium Reipublicæ eundum uſque ad Bleranam civitatem, per partes Sutrinæ civitatis, per fines Longobardorum Tuſciæ, qui de propinquo erant, id eſt, per caſtrum * Liternum, ipſe miſſus a Rege Grimoaldus eumdem beatiſſimum Pontificem perduxit uſque ad Bleranam civitatem, quam & ipſo ſancto viro prænominati Runingus Caſtaldus, & Grimoaldus tradiderunt. Et ſic regreſſus eſt, Deo propitio, cum victoriæ palma in Urbem Romam. Qui etiam omnem populum aggregans, ab Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis, quæ vocatur ad Martyres, egreſſi ſunt omnes, generaliter properantes ad beatum Principem Apoſtolorum Petrum. Quos & allocutus eſt, admonens Deo omnipotenti reddere gratiarum actiones. Quibus expletis decima Indictione, &c.* Pergit dicere, quæ ſequenti Indictione undecima ab eodem Pontifice geſta ſint cum eodem Luithprando Rege Longobardorum, quæ nos anno ſequenti, ordine temporum dicturi ſumus.

* Viterbum

Sep-

PAGIUS

Evertitur opinio qua Carolum poſt quinquennium natum aſſerit.

pta, de qua anno DCCLIV. quo ea Translatio peracta, ſermo erit. Ait enim ſe ab iis, qui hujuſmodi Tranſlationi interfuere, miracula quæ narrat accepiſſe ſubditque: *Ex quibus omnibus mihi unum in hoc opere excellentiſſimum Auctorem ponere placuit, Dominum videlicet Carolum glorioſiſſimum Imperatorem, qui tunc PUER SEPTENNIS operi pii genitoris interfuit, & ea quæ ibi vidit admiranda memoria retinebat.* Ex his verbis Annalium Petavianorum interpolator deduxit, Carolum anno DCCXLVII. natum, cum anno DCCLIV. eum ſeptennem fuiſſe ſibi perſuaderet. Similis cogitatio in mentem Henſchenii venit, cum in Actis SS. ad diem XXVIII. menſis Maii Vitam & Hiſtoriam Sancti Germani illuſtrat, quia ex laudatis verbis Carolum anno DCCXLVII. natum infert. Verum Monachus Pratenſis de ſuo dicit, *Carolum* tunc annos ſeptem natum, ſed non aſſerit ſe id accepiſſe ab ipſius Caroli ore. Hæc refert poſtea quæcumque de illa Tranſlatione & de miraculis tunc factis Carolus referebat, ſed in iis tantum affirmat Carolus ſe tunc *pueriliter* luſiſſe, ac præterea ait: *Adeſt primo mane divæ memoriæ genitor meus, ego quoque germanuſque meus pediſſequi ipſius, cunctique Proceres ipſius Regni*, quibus ex verbis Carolum magis ætate provectum fuiſſe evincitur; cum enim *Carolomanno* fratre major natu fuerit, hic iter illud pedibus facere non potuiſſet ob teneriorem ætatem. Ad quod cum animum non advertiſſet Interpolator ad annum DCCLI. Annalium Petavianorum, hæc alia verba etiam addidit: *Fuit natus Carolomannus Rex*, quæ in Annalibus Maſciacenſibus non habentur, quæque tamen etiam amplexus eſt Cointius anno DCCLI. n. XLII. quaſi Princeps trimus in magna ſolemnitate ad Eccleſiam pedibus ire potuerit, & quidem e Palatio Regio, quod tunc, ſicuti hodie diſſitum erat a Magna Eccleſia Pariſienſi ubi Sancti Germani Reliquiæ erant. Quare *Carolus* anno DCCLIV. annum ætatis duodecimum attigerat, indeque tam dictorum, quam geſtorum in ea Tranſlatione reminiſci poterat, ac ea ſigillatim, ſicuti in hujus Tranſlationis Hiſtoria legitur, enarrare. Sed cum citatus Monachus ab ore Caroli audiiſſet, eum tunc verſatum fuiſſe in puerili ætate, hæc verba perperam interpretatus eſt, de ſeptimo hujus Principis anno. Hæc omnis invicte confirmat Helinandus citatus ab Alberico in Chronico ad annum DCCLIII. ubi loquens de adventu Stephani II. Papæ in Franciam, ait: *Pontifex vero venit ad Monaſterium Sancti Mauritii, Pippinus properavit ei occurrere cum uxore & filiis, præmittens filium ſuum Carolum qui poſtea dictus eſt Magnus, qui jam erat duodecim annorum.*

XXIV. *Carolus non in Germania ſed in Gallia natus.*

Ex verbis Monachi Pratenſis laudatis alius error ſæculo elapſo natus. Cum enim *Carolomannus* anno DCCXLVII. Majoratum Auſtraſiæ *Pippino* fratri ceſſerit, Monachumque induerit, aliqui Scriptores Germanici tradidere *Carolum* anno DCCXLVII. in ea Germaniæ parte, quæ Francis parebat, natum eſſe, qui tamen quoad locum nativitatis ejus inter ſe non conveniunt, ut videre eſt apud Serarium lib. 3. Rer. Mogunt. Not. 37. Alii eum in hodierno Bavariæ Ducatu *Caroloburgi*, tribus milliaribus a Monachio Urbem; quidam in hodierna Franconia, in Arce ſimilis nominis ad Mœnum quæ *Caroloſtadio* ei regione objicitur; nonnulli ad Moſam *Dodii*, ſed plerique *Ingelheimii*, in hodierno Palatinatu Inferiori, duobus milliaribus ab Urbe Moguntina *Carolum* natum eſſe volunt. Verum nativitate ejus anno ſuo reddita omnes hæ opiniones evaneſcunt, ac conſtat, eum in lucem prodiiſſe in aliqua Urbe Franciæ & Majoratus Pippini. Mabillonius lib. 4. de Re Diplom. pag. 287. loquens de Ingelheimio Palatio Regio recte vidit, recentiores Germanos, qui *Ingelheimium* Carolo Magno natalitias dediſſe cunas jactitant, quam largiſſime falſos eſſe; cum potius Ingelheimenſis Regiæ parens atque auctor habendus ſit Carolus, quem Eginhardus in ipſius Vita teſtatur *inchoaſſe & Palatia operis egregii; unum, haud longe a Moguntiaco juxta villam, cui nomen eſt Ingelheim: alterum Noviomagi ſuper Vahalem fluvium: qui Batavorum inſulam a parte meridiana præterfluit.* Citat ibidem Vir doctiſſimus Wandelbertum in libello de Miraculis Sancti Goaris, & Hermoldum Lodovici Pii æqualem, qui de eodem Palatio *Ingelheim* dicto loquuntur, & a Carolo Magno conſtructum fuiſſe affirmant. Sed ſi conditio Ingelheimii communiorem Scriptorum Germanicorum opinionem evertit, hanc & tres alias memoratas mera commenta eſſe annus nativitatis Caroli invicte demonſtrat. Cæterum, quando *Carolus* in lucem prodiit, in Francia vulgus ruſtica Romana Lingua, ex qua ſermo quo hodie Galli utuntur, profeminatus, loquebatur; in Aula vero *Theodiſca*, ſeu *Franciſca* aut *Francica* uſurpabatur; & quia eam *Carolus* M. expolivit, ejuſque barbariem ad regulas Grammaticales reducere cœpit, hinc Germani perperam deducere, eum in Germania natum, quod lingua ejus materna Germanica ſeu Theutonica fuerit. Qua in re valde falluntur, cum alium ſermonem, quam quem pater adhibere non debuerit.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 743.	ZACHARIÆ PAP. ANNUS 2.	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS 3.

I. Synodus Liptinenſis in Germania.

SEptingenteſimus quadrageſimus tertius annus, qui ſequens eſt, undecima Indictione ſignatur, quo menſe Martii ad Liptinas congregatum eſt Concilium, cui una cum pluribus Epiſcopis interfuit Carolomannus Francorum Princeps. Quod enim ad tempus ſpectat, id ſignificant litteræ Zachariæ Papæ, hoc ipſo anno ad Bonifacium redditæ, quas ſubjiciemus inferius, cum jam Bonifacius ipſe (ut ex iiſdem conſtat) menſe Auguſti hoc eodem anno de omnibus rebus geſtis ſcripſiſſet litteras ad ipſum Zachariam Romanum Pontificem. Hæc eſt enim illa Synodus, de qua Benedictus Levita iſta habet in libri quinti Capitularium Regum Francorum exordio iſtis verbis.

Item altera Synodus a ſupraſcriptis Epiſcopis, ac Principe, Auctoritate Apoſtolica Kalendas Martias ad Liptinas habita. Ex qua hæc in Capitulare infert.

Modo in hoc Synodali conventu, qui congregatus eſt Kalendas Martias in loco, qui dicitur Liptina, omnes venerabiles ſacerdotes Dei, & Comites, & Præfecti, prioris Synodi decreta conſentientes, firmaverunt, ſeque ea implere velle, & obſervare promiſerunt. Et omnis Eccleſiaſticæ ordinis clerus, Epiſcopi, presbyteri, & diaconi cum reliquis clericis ſuſcipientes antiquorum Patrum canones, promiſerunt, ſe velle Eccleſiaſtica jura, moribus & doctrinis, & miniſterio recuperare. Abbates vero, & monachi receperunt regulam ſancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores namque, & adulteros clericos, qui ſancta loca, vel monaſteria ante tenentes, coinquinaverunt, præcepimus inde tollere, & ad pœnitentiam redire. Et poſt hanc definitionem, ſi in crimen fornicationis, vel adulterii ceciderint, prioris Synodi judicium ſuſtineant, ſimiliter monachi, & nonnæ, moniales videlicet. His hæc addit Carolomannus.

II. *Statuimus quoque cum conſilio ſervorum Dei, & populi Chriſtiani, propter imminentia bella, & perſecutiones cæterarum gentium, quæ in circuitu noſtro ſunt, ut ſub precaria, & cenſu aliquam partem Eccleſialis pecuniæ in adjutorium exercitus noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis ſingulis de unaquaque caſata ſolidus, id eſt, duodecim denarii ad Eccleſiam, vel monaſterium reddantur, eo modo, ut ſi moriatur ille, cui pecunia commendata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reveſtita ſit. Et iterum ſi neceſſitas cogat, aut Princeps jubeat, precarium renovetur, & reſcribatur novum, & omnino obſervetur, ut Eccleſiæ, vel mo-*

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXXXI. Anno Hegiræ CXXVI. inchoato die 31. Octob. fer. 6. A. C. 743. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6236.

☉ 24. F. ☽ 3. P. 14. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 743.

ZACHARIÆ PAPÆ 3.

CONSTANTINI COPRONYMI 24. & 3.

ANum. I. ad VIII. Cointius, qui *Concilium Germanicum* anno ſuperiori congregatum, in præſentem diſtulit, *Liptinenſe* in ſequentem rejecit, ut apud eum eo anno num. 1. & ſeqq. legere eſt. Verum cum *Germanicum* ab anno DCCXLII. removeri non poſſit. *Liptinenſe* non alio quam currenti celebratum, *Liptinis*, quæ domus Regiæ erant in Diœceſi Cameracenſi hodierna ſitæ. Coactum illud a Carlomanno, in eoque de variis rebus Eccleſiaſticis & Monaſticis conſultum, ac geſta in Synodo Germanica confirmata. Annus ibidem non legitur, ſed dicitur tantum Conventus *congregatus ad Kalendas Martias*. Baronius hunc hoc anno indictum eſſe colligit ex Epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium, qua confirmantur quæ in Synodo Liptinenſi acta ſunt. [1] Recitat eam integram, eſtque in Editione Concil. *Concilium Liptinenſe.*

NOTÆ [1] COncilium Liptinenſe in annum ſequentem 744. referendum eſt, quod ex ſolemni mea conjectura eruo. Coactum illud fuit ipſis martiarum Kalendis. Exordium autem martii menſis cum dominica nonniſi ſequenti anno 744. concurrit; cum hoc anno 743. nonniſi in feriam ſextam inciderit, quæ ſane dies numquam per hæc tempora conciliaris fuit. Novi equidem quid mihi oppoſuerint ſententiæ Paginæ aſſertores. Anno ſequenti 744. ſecunda martii Sueſſionenſe concilium inſtitui cœpit, cui S. Bonifacius non adfuit tantummodo, ſed & pontificio nomine præfuit. Fateor ergo quidem ab anno ſequenti Sueſſionenſe concilium retrahi nequaquam poſſe; ſed huic S. Bonifacium præfuiſſe, abnuo, ut adductis argumentis ad annum ſequentem evincam. Ex his autem deducimus geminas Zachariæ epiſtolas, a Pagio anno huic invitis chronicis earum notis, adſcriptas, ad ſequentem annum, ut ex appoſita utrique indictione diſcimus pertinere. Cum vero ambæ Artabaſdi & Nicephori annos præferant; hinc utriuſque imperatoris exitum ex novembri anni 743. ad novembrem anni 744. transferendum eſſe intelligimus. Ex quo ulterius infeˈras, mendum irrepſiſſe in Theophane apud quem Artabaſdi caſus cum Novembri indictionis XII. idest anni 743. illigatur pro indictione enim XII. indictio XIII. reponenda eſt. MANSI

naſteria penuriam, & paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario præſtita ſit; ſed ſi paupertas cogat, Eccleſiæ, & domui Dei reddatur integra poſſeſſio.

Similiter præcipimus, ut juxta decreta canonum adulteria, & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima, prohibeantur & emendentur Epiſcoporum judicio. Et ut mancipia Chriſtiana paganis non tradantur. Decrevimus quoque (quod pater meus ante præcipiebat) ut qui paganas obſervationes in aliqua re fecerit, mulctetur, & damnetur quindecim ſolidis. Hucuſque ex Synodalibus decretis Benedictus Levita.

III. Quod vero ad reliqua Synodalia acta pertinet, liquet ex rebus geſtis ſancti Bonifacii, damnatos ab eodem Bonifacio fuiſſe duos impoſtores hæreticos, Adalbertum, & Clementem: quod teſtatur Zacharias Papa in litteris, hoc eodem anno ad ipſum Bonifacium redditis. De damnatione autem Epiſcopi Moguntini, & ſubrogatione ejuſdem Bonifacii nequaquam in hoc Concilio actum eſt, ſed poſtea, ut ſuo loco dicemus. Decretum præterea hic fuit, ut pro tribus Metropolitanis Epiſcopis Treverenſi, & duobus aliis pallia peterentur ab ipſo Romano Pontifice, quorum gratia ipſi Francorum Principes litteras ad ipſum ſcripſere, ſicut & Bonifacius ipſe. Non extant ipſæ quidem, ſed ex illis, quas Zacharias ad Papa Bonifacium reſcripſit, eadem omnia comperta habentur: Duæ enim hac de re epiſtolæ ad Bonifacium hoc anno a Zacharia Pontifice ſcriptæ reperiuntur; datæ nimirum anno tertio Artabaſdi, & Nicephori ejus filii Imperatorum, qui imperare cœperunt ipſo ferme exordio Imperii Conſtantini Copronymi, nempe primo ipſius anno. Litteræ autem a Zacharia ad Bonifacium redditæ, ſic ſe habeat (*a*):

(*a*) Zach. ep. 9. to. 2. epiſt. decr. Roman. Pont. & ſcript. Cod.

IV. Zachariæ epiſtola ad Bonif.

Legimus in libro Actuum Apoſtolorum, (b) ſanctum Spiritum Apoſtolis præcepiſſe: Separate mihi Barnabam, & Saulum in opus, in quod aſſumpſerim eos, id eſt, ut per prædicationem Chriſtianæ religionis, & ejuſdem Spiritus ſancti gratiam mundum illuminarent univerſum, quorum illuminatio prædicationis atque doctrina Chriſti præſidio manſit, & manet Catholica Dei Eccleſia præfulgens, horum & beati Apoſtolorum Principis Petri illuminata doctrinis. Et eorum ſequi pedem, ex inſpiratione divina, tuam ſanctiſſimam fraternitatem in partibus illis eſſe credimus deſtinatam, ut etiam inſtar eorum idem Spiritus ſanctus in eodem te aſſumpſerit opere ad illuminationem gentium illarum. Unde nimis exultamus in Deo, & ejus omnipotentiæ immenſas referimus laudes.

(*b*) Act. 13.

Carolomanni, & Pippini laus egregia.

Dum vero & ſeries ſyllabarum tuarum nobis panderetur per ſingula: multo amplius lætati ſumus in Domino, qui tibi ſuam gratiam ita largiri dignatus eſt, ut ſic dura gentis corda leniret, quatenus libenti animo inclinarentur ad obediendum fidei, & divinis obtemperarent præceptis. Indicaſti enim nobis, quomodo, & qualiter tetigiſſet Deus corda excellentiſſimorum filiorum noſtrorum Pipini, & Carolomanni, ut tibi in prædicatione ſocii, & adjutores eſſe niterentur ex inſpiratione divina, quorum merces copioſa manet in cælis: quoniam benedictus homo, per quem benedicitur Deus.

V. De palliis ad Epiſcopos Metropolit. miſſis.

De Epiſcopis vero Metropolitanis, id eſt, Grimone, quem jam nos compertum habemus, Abel, ſive Arberto; quos per unamquamque Metropolim per provinciam conſtituiſti, hos per tuum teſtimonium confirmamus, & pallia dirigimus ad eorum firmiſſimam ſtabilitatem, & Eccleſiæ Dei augmentum, ut in meliori proficiant ſtatu. Qualiter enim mos pallii ſit, vel quomodo fidem ſuam exponere debeant hi, quibus pallio uti licentia conceditur, eis direximus informantes eos, ut ſciant quod ſit pallii uſus, & ſubjectis viam prædicare ſalutis, & Eccleſiaſtica diſciplina in Eccleſiis eorum in utilitate ſervetur, & maneat inconcuſſa, & ſacerdotium quid in eis fuerit, non pollutum, ut antea fuit, ſed mundum, & acceptum Deo eſſe poſſit, quantum huma-

PAGIUS cit. ordine IV. & inter Bonifacianas ordine CXLIV. Ejus hoc initium: *Legimus in libris Actuum Apoſtolorum*, &c. Duo ſibi præcipue ſignificata a Bonifacio teſtatur Romanus Pontifex. Primum, quod non unum duntaxat *Carolomannum*, ſed ambos ſimul fratres, Carolomannum, & *Pippinum* in prædicatione ſocios & adjutores expertus ſit. Secundo loquitur de tribus Metropolitanis a Bonifacio ſuis literis commendatis, *Grimonem* ab aliis duobus diſtinguit, declaratque Grimonem ſibi jam notum eſſe, *Abelem* vero & *Artbertum* noviſſime Archiepiſcopos inſtitutos: *De Epiſcopis vero Metropolitanis*, inquit Zacharias, *id eſt Grimone quem nos jam compertum habemus, & de Abel & Artberto, quos per unamquamque Metropolim per Provincias conſtituiſti, hos per tuum teſtimonium confirmamus & Pallia dirigimus ad eorum firmiſſimam ſtabilitatem.* Grimo ante aliquot annos ad Archiepiſcopatum Rotomagenſem evectus fuerat, de quo legendus Anonymus in Actis Archiepiſcoporum Rotomagenſium a Mabillonio Tom. II. Analect. publicatus, qui Gregorio VII. Pontifice Romano vixit, ubi quam ſe ſe egregie in ſuo Præſulatu geſſerit, enarrat. *Abel* inſtitutus eſt Archiepiſcopus Remenſis, quam Eccleſiam *Milo* Trevirenſis Archiepiſcopus perſundabat, & utramque Archiepiſcopatum dilapidabat *Ardobertus* ſeu *Artbertus* conſtitutus Epiſcopus Senonenſis, & ex ejus electione liquet, *Sanctum Ebbonem* vitæ ſanctioris deſiderio jam in ſolitudinem ſeceſſiſſe, ubi uſque ad annum DCCL. quo ad Deum migravit, vitam Eremiticam duxit.

Ha-

Digitized by Google

mana conditio valet: ita ut nullus reperiri poſſit ſacris deviare canonibus, & ſacrificium mundum eorum ab eis immoletur, ita ut Dominus in eorum placetur muneribus, & populi Dei purificatis mentibus ex omni ſqualore ſincerum exhibere valeant Chriſtianæ religionis officium.

VI. De duobus pſeudoprophetis.

Retuliſti etiam nobis, cariſſime frater, quod duos pſeudoprophetas (ſed magis pſeudochriſtianos appellare debemus) *ex quibus unum quidem & novum Simonem, juxta tenorem tuarum ſyllabarum reperimus, qui etiam ſibi & vendicabat ſacerdotium, & a luxuria ſe minime continebat, ſeducens populum, & inania prædicans, non ſolum ſuam animam juri diaboli tradens, ſed populorum corda in infernum demergens, & ſeducens populum per falſitates, ita ut ab Eccleſia Dei ſubtraheret, & a Chriſtiana lege diſcordaret: Et cruces ſtatuens in campis & oratoriola, illic populum ſeducebat, relinquens Eccleſias publicas, concurrens ad illa ſigna, quæ ab eo falſe ſiebant, & ſanctitatis nomine ſe vocari cenſuit, & in ſuo nomine Eccleſias conſecravit, affirmans etiam ſe Angelorum nomina ſcire, quorum in tuis ſyllabis conſcripta direxeſti: Quæ nomina nos non Angelorum, ſed magis dæmonum affirmamus.*

VII. Errores novorum hæreticorum.

*Alium vero ita luxuriæ deditum, ut concubinam haberet, & duos ex ea filios procrearit, & tamen ſacerdotium ſibimet vindicabat, affirmans hoc juſtum eſſe juxta traditionem veteris teſtamenti, ut defuncti fratris ſuperſtes frater ducat uxorem. Et quia Chriſtus reſurgens ab inferis, nullum ibi reliquiſſet, ſed omnes inde abſtraxiſſet. Quæ omnia hæc deteſtabilia, & ſceleſta judicamus. Bene enim tua fraterna ſanctitas juxta Eccleſiaſticam regulam eos damnavit, & in cuſtodiam miſit, & optime vocavit Antichriſti miniſtros, & præcurſores. De cætero decerta, cariſſime, & viriliter age, & pervigil mane in miniſterio Chriſti, ut amplius Chriſti grex augeatur, & tibi præmium æternæ retributionis maneat copioſum, & cum ſanctis & electis Dei (ut credimus) invenieris particeps, & Apoſtolorum conſors. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Data decimo Kalendas Julii imperante domino Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, & Nicephoro magno Imperatore anno tertio Indictione * undecima.*

* decima

VIII. Querelæ Bonifacii de Zacharia Pap.

Sed quid accidit? Neſcio quo falſo nuntio Bonifacius de Zacharia Pontifice accepit pro tribus palliis ipſi perſolutam pecuniam eſſe, ipſo id exigente Pontifice, & Romanæ Eccleſiæ clericis. Quod quidem indigniſſimo animo tulit, putans verum eſſe: cujus rei gratia ipſe ad eundem Zachariam ſtatim litteras dedit, quibus ſignificavit, non pro tribus, ſed pro uno tantum, ipſoque Rhemenſi Archiepiſcopo ſe petere pallium. Sed & magnopere redarguit Zachariam ſimoniacæ la-

PAGIUS II. *Prioris Zachariæ ad Bonifacium litteræ poſt Concil. Liptinenſe.*

Harum litterarum ſubſcriptio, quæ deeſt apud Serarium in vita S. Bonifacii lib. 2. cap. 21. magnam patitur difficultatem, & variis modis apud alios auctores effertur. Apud Baronium num. VII. his verbis exprimitur: *data decimo Kalendas Julii imperante domino Artabaſdo, a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, & Nicephoro magno Imperatore anno tertio, Indictione undecima*, ubi Baronius in margine reponit *decima*, & in Additionibus ad Surium in Vita Sancti Bonifacii ad diem V. Junii utraque legitur. Apud Antonium de Aquino Tom. II. Epiſc. Decret. habetur: *Dat. X. Kalend. Jul. Imp. Dom. Artavaſdo a Deo coronato magno Imp. anno III. Pat. ejus an. III. ſed & Nicephoro magno Imp. anno III. Indictione X.* Denique Sirmondus hanc ſubſcriptionem ſic exhibet: *Data X. Kal. Julias, imperante Domino Artavaſdo a Deo coronato magno Imper. anno III. poſt Conſulatum ejus anno III. ſed & Nicephoro magno Imperatore anno III. Indictione XII.* quæ a Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni initium ſumit. De die conveniunt omnes, qui tamen mendoſe deſcriptus eſt, ut mox demonſtrabimus. Conveniunt & de anno tertio Artabaſdi & Nicephori Auguſtorum; ſed cum uterque menſe Novembri currentis Chriſti anni ſolio exturbatus fuerit, & Nicephorus circa Kalendas Maias hujus Chriſti anni a patre coronatus ſit, non dubium quin loco *ſed & Nicephoro magno Imperatore anno III.* legendum ſit, *ſed & Nicephoro magno Imperatore anno I.* annus tertius poſt Conſulatum Artabaſdi recte cum anno tertio ejus Imperii, quem certum eſt eum attigiſſe, copulatur, recteque etiam in editione Sirmondi legitur Indictio XII. loco *Indictionis X.* aut *undecimæ*, & loco *indictionis XIII.* quam poſuit Cointius anno DCCXLV. num. XLVIII. Subſcriptio itaque hujus Epiſtolæ Pontificiæ, quæ ordine eſt IV. inter Epiſtolas Zachariæ, ſic reſtituenda, ut ex mox dicendis conſtabit: *Data X. Kal. Octobris imperante Domino Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno III. P. C. anno III. ſed & Nicephoro magno Imperatore anno I. Indictione XII.*

III. *Secunda poſt idem Concil. ad Bonifacium litera.*

Ad num. VIII. ad XII. Zacharias Papa, poſtquam ſcripſit præcedentes literas, quæ in Tomo VI. Concil. ſunt ordine IV. literas alias a Bonifacio accepit, quæ ad nos non pervenere, ſed quarum mentionem facit Zacharias, & quibus reſpondet Epiſtola V. recitata hoc anno a Baronio, & data Nonis Novembris. In iis enim ait Pontifex: *Suſcipientes fraternitatis tuæ literas &c. in omtaſi quadam incidimus & admiratione magna, eo quod nimis reperta ſunt diſſonare ab eis ſyllabis quæ a tua directa ſunt fraternitate per elapſum* Auguſtum Menſem, *ubi nobis indicaſti, quod Concilium, adjuvante Deo & Carolomanno præbente conſenſum, & conteſtante factum eſt, &c. Et quia tres Archiepiſcopos per ſingulas Metropoles ordinaſſe retulerat, id eſt, Grimonem in Civitate, quæ dicitur Rhemorum . . . tertium denique Arbertum in Civitate, quæ dicitur Senonis, qui & apud nos fuit, & tua pariter & Carolomanni & Pippini detulit ſcripta per quæ ſuggeſſiſti, ut tria Pallia eiſdem tribus Metropolitanis di-*

ſtri.

labis, quod pro palliis conferendis pecuniam acciperet. Ita plane diabolus operabatur, ut ſi quo modo diſſeminaret diſſenſiones inter Bonifacium, atque Romanum Pontificem, quo interciperet prædicationis fructus. His acceptis litteris Zacharias, ad eumdem Bonifacium, nihil ſibi conſcius admirabundus illa reſcripſit (*a*).

(a) *Zach. ep. 8. ta. 2. epiſt. decret. Rom. Pont.*

X. *Suſcipientes fraternitatis tuæ litteras per præſentium gerulum, & relegentes, quæ in eis continebantur, in extuſi quadam incidimus, & admiratione magna, eo quod nimis reperta ſunt diſſonare ab eis ſyllabis, quæ a tua directa ſunt fraternitate per elapſum Auguſtum menſem, ubi nobis indicaſti, quod Concilium, adjuvante Deo, & Carolomanno præbente conſenſum, & conſiſtante factum eſt: & qualiter falſos ſacerdotes, qui divinum non erant digni attrectare myſterium, a ſacro munere ſuſpendiſti: & quia tres Archiepiſcopos per ſingulas Metropoles ordinaſſes, retulisti, id eſt Grimonem in civitate, quæ dicitur Rhemorum... ... tertium denique Artbertum in civitate, qui dicitur Sennis, qui & apud nos fuit, & tua pariter & Carolomanni, & Pipini detulit ſcripta, per quæ ſuggeſſiſti, ut tria pallia eiſdem tribus prænominatis Metropolitanis dirigere deberemus: quod & largiti ſumus pro adunatione, & reformatione Eccleſiarum Chriſti. Nunc autem denuo tuas ſuſcipientes ſyllabas, valde ſumus (ut diximus) admirati, eo quod antea nobis una cum memoratis Principibus Galliarum pro tribus palliis ſuggeſſiſti, & poſtea pro ſolo Grimone. Sed volumus, ut nobis tua indicet fraternitas, cur nobis ita direxiſti antea pro tribus, & poſtmodum pro uno, ut & nos certi redditi, ex hoc nulla in nobis ſit ambiguitas.* Zacharias purgat ſe ab illatis calumniis.

XI. *Reperimus etiam in memoratis litteris tuis quæ nimis noſtros animos conturbant quod talia a te de nobis referantur, quaſi nos corruptores ſimus canonum, & Patrum ſcindere traditiones quæramus, ac per hoc (quod abſit) cum noſtris clericis in ſimoniacam hæreſim incidamus, accipientes, & compellentes, ut hi, quibus pallia tribuimus, nobis præmia largiantur, expetentes ab illis pecunias. Sed cariſſime frater, hortamur charitatem tuam, ut nobis deinceps tale aliquid minime tua fraternitas ſcribat: quia faſtidioſum a nobis, & injurioſum ſuſcipitur, dum illud nobis ingeritur, quod nos omnino deteſtamur. Abſit enim a nobis, & noſtris clericis, ut donum, quod per Spiritus ſancti gratiam ſuſcepimus, pretio vendamus, dum & illa tria pallia, quæ* Pro palliis nihil accipiendum.

a te

PAGIUS *rigere deberemus: quod & largiti ſumus, &c. Nunc autem denuo tuas ſuſcipientes ſyllabas, &c.* Cum itaque Epiſtola Bonifacii ad Zachariam, qua tria Pallia ab eo poſtulavit, data ſit *menſe Auguſto*, teſte ipſomet Zacharia Epiſtola ejuſdem Pontificis numero ſuperiori explicata, nonniſi per Librariorum errorem dicitur data X. *Kalendas Julias*, ſeu die XXII. menſis Junii; cum enim Epiſtola Bonifacii menſe Auguſto exarata fuerit, & ad eam Zacharias reſpondeat, mittatque tria Pallia ab eo petita reſponſum poſt menſem Auguſtum datum fuiſſe neceſſe eſt; alioquin illud trium Palliorum petitionem non ſubſecutum eſſet, ſed præceſſiſſet, cum tamen Zacharias contrarium ſcribat, eaque Pallia a ſe poſtulata diſerte aſſerat.

IV. Cæterum utramque Zachariæ Epiſtolam, tam ordine IV. quam ordine V. currente Indictione XII. currentique anno poſt celebrationem Concilii Liptinenſis *Kalendis Martiis* habiti, ſcriptam eſſe, oſtendunt laudata Zachariæ verba, *Concilium, adjuvante Deo & Carolomanno præbente conſenſum factum eſt.* Liptinæ enim, ut inter omnes convenit, in Carolomanni Majoratu erant. Quare errarunt Sirmondus & Cointius, qui utraſque literas poſt Concilium Soeſſionenſe datas fuiſſe contendunt; cum *Sueſſio*, non ad Carolomannum, ſed ad Pippinum pertinuerit. Præterea cum in utrarumque ſubſcriptione mentio ſit *Artabaſdi* Aug. quem certum eſt menſe Novembri præſentis Chriſti anni Imperio dejectum, quomodo eæ literæ anno ſequenti, quo Concilium Sueſſione habitum, ut vult Sirmondus, vel anno DCCXLV. ut arbitratur Cointius, datæ eſſe potuere?

Utraque litera hoc anno data.

V. At inquiunt Sirmondus & Cointius, in tertio Canone Synodi Sueſſionenſis habetur: *Idcirco conſtituimus per conſilium Sacerdotum, & Optimatum eorum* (legendum meorum) *& ordinavimus per Civitates legitimos Epiſcopos & idcirco conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel & Ardobertum, ut ad judicia eorum de omni neceſſitate Eccleſiaſtica recurrant tam Epiſcopi, quam alius populus.* Quare cum Pippinus in eo Concilio Abelem, & Ardobertum Archiepiſcopos declaraverit, nonniſi poſt eam renunciationem tria Pallia Bonifacius a Zacharia petiit, alterum pro *Grimone*, alia duo pro *Abele* & *Ardoberto*; ideoque binæ laudatæ Zachariæ Epiſtolæ, in quibus de illis Palliis agitur, non poſt Concilium Lipsinenſe hoc anno congregatum, ſed poſt Sueſſionenſe datæ ſunt. Ita uterque Vir doctiſſimus. Verum hoc anno *Abel & Ardobertus* Archiepiſcopi dicti, & Pallia pro illis poſtulata; anno vero inſequenti in Concilio Sueſſionenſi varii Epiſcopi, qui Sedes vacuas in Metropoli tam Rhemenſi, quam Senonenſi occuparent, a Pippino nominati juſſique ut *Abeli & Ardoberto* Metropolitanis non tunc, ſed præſenti anno creatis morem gererent. Bella enim civilia, quæ poſt annum DCLX. Franciam turbarunt, politiam etiam Eccleſiaſticam peſſumdedere, in eaque magnam confuſionem attulere, ut tunc oſtendimus. Quare non ſolum ab eo tempore intermiſſa Conciliorum celebratio & laicorum Vita ſolutior fuit; ſed etiam Canones executioni non mandati, extincta Primatum dignitas & Metropolitanorum auctoritas everſa. Hanc, ut in integrum reſtituerunt tam Carolomannus, quam Pippinus Francorum Duces, ac Carolus Magnus, varia Concilia celebrarunt, variaſque leges dederunt. Eamque in rem *Pippinus* Ca-

Evertitur fundamentum contraria ſententia.

no-

a te ſuggerente, ut prædiximus, ſumus flagitate, nullum ab eis quiſquam commodum expetiit; inſuper & charitas, quæ ſecundum morem a noſtro ſcrinio pro tua confirmatione, atque doctrina tribuuntur, de noſtro conceſſimus, nihil ab eis auferentes. Abſit, ut ſic quippiam a tua fraternitate criminis nobis ſimoniaci objiciatur. Anathematizamus namque omnes, quicumque auſi fuerint donum Spiritus ſancti pretio vendendare.

XL. *Suggeſſiſti etiam nobis per alia tua ſcripta, quod in Bajoaria unum reperiſſes falſum ſacerdotem, qui & affirmabat quod a nobis fuiſſet Epiſcopus ordinatus: & tua hoc fraternitas optime egit, dum ei non credidit: quia falſus homo omnia falſa ſuggeſſit, & falſum reperiens, ſacerdotio ſuſpenda. Sic etenim auctoritate beati Petri Apoſtolorum Principis tibi præcipimus, ut quemcumque repereris a ſacris canonibus deviare, nulla ratione patia-*

PAGIUS none III. citato ait, ſe Epiſcopos per Civitates ordinaſſe, qui Archiepiſcopis *Abeli* & *Ardoberto* pareant, & ad eorum judicia tam illi, quam omnis populus recurrant. *Abel* itaque & *Ardobertus* hoc anno a Pippino dicti Archiepiſcopi, Palliaque pro iis poſtulata; anno vero ſequenti in Concilio Sueſſionenſi Epiſcopi in utraque Diœceſi inſtituti, illiſque injunctum, ut ſuis Metropolitanis ſubjecti eſſent, cum Zacharias Papa jam illis Pallia miſiſſet, & Metropolitanorum auctoritatem Concilium Sueſſionenſe firmatam vellet.

VI. *Metropolitanorum auctoritas in integrum reſtituta.* Jam Bonifacius in Epiſtola CV. ad Cuthbertum data, & a Baronio anno DCCXL. num. III. recitata, illum de Synodo Germanica a ſe celebrata certiorem faciens, dixerat; *Decrevimus, ut Metropolitanus, qui ſit Pallio ſublimatus, hortetur cæteros, & admoneat, & inveſtiget, quis ſit inter eos curioſus de ſalute populi, quiſve negligens ſervus Dei.* Et infra: *Statuimus quod ſit proprium Metropolitano, juxta Canonum ſtatuta, ſubjectorum ſibi Epiſcoporum inveſtigare mores & ſollicitudinem circa populos, quales ſint.* Quare hoc tempore de Metropolitanorum Juriſdictione in omnes Provinciæ ſuæ Epiſcopos juxta Sacros Canones reſtituenda agi cœptum, ſed eventu parum felici; cum anno DCCXCIV. tempore Concilii Francofurdienſis Primatum auctoritas nondum reſtaurata eſſet, ut liquet ex Canone ſexto, quo *Carolus* Rex edicit, ut ad ſuum Tribunal negotia, quæ a Metropolitanis judicari non potuerint, deferantur: *Et ſi aliquis eſt*, inquit Carolus in Concilio, *quod Epiſcopus Metropolitanus non poſſit corrigere, vel pacificare, tunc tandem veniant accuſatores cum accuſato, cum literis Metropolitani, ut ſciamus veritatem rei.* Quod ſi tunc Metropolitani Primatibus ſubjacuiſſent, ad hos a Metropolitanorum judicio appellandum fuiſſet, non vero ad Regem recurrendum. Hæc vera & Germana Canonis III. Synodi Sueſſionenſis interpretatio.

VII. *Miſer ſtatus quorumdam Galliæ Eccleſiarum.* Ad majorem autem tertii Canonis Concilii Sueſſionenſis, qui Sirmondum & Cointium in præceps egit, intelligentiam, Eccleſiarum Galliæ ſtatus tempore hujus Concilii ad Provincias Remenſem & Senonenſem ordinandas præſertim indicti, hic magis explicandus. *Carolus Martellus*, ut jam alibi diximus, Eccleſiarum redditus ac adminiſtrationem Laicis aut Clericis nulla Profeſſionis ſuæ exteriori nota inſignitis conceſſerat; quod præſertim in Eccleſia Remenſi contigit, ubi *Sanctus Rigobertus* & bonis ſuis & auctoritate ſpoliatus fuit. Hadrianus Papa in epiſtola ad Tilpinum Remenſem Epiſcopum, quæ Tom. VI. Concil. pag. 1789. legitur, de hac Rigoberti ſpoliatione ait: *donatus, atque magis uſurpatus, contra Deum & ejus auctoritatem fuit ille Epiſcopatus* (nempe Remenſis), *ſimul cum alio Epiſcopatu, & aliis Eccleſiis, a ſecularibus poteſtatibus, Miloni cuidam ſola tonſura Clerico, nihil ſapienti de ordine Eccleſiaſtico; & alii Epiſcopatus de ipſa Diœceſi Remenſi diverſo modo eſſent diviſi, & aliqui ex magna parte ſine Epiſcopis conſiſtentes, & ad alios Metropolitanos Epiſcopi & Clerici ordinationes aliquando accipientes erant, & refugia inde habebant.* Omnia itaque in Galliis perturbata erant; Epiſcopi videbantur tantum Vicarii Adminiſtratorum aut Commendatariorum, ac tam Senonenſis, quam Remenſis Eccleſiæ Metropolitis carebant. *Rigoberto* anno incerto demortuo, quia *Milo*, qui Eccleſiam Remenſem occupabat Clericus tantum erat, *Abel* Remenſis Epiſcopus conſecratus eſt, ſed quia illius Eccleſiæ redditibus non potiebatur, Chorepiſcopus tantum aut Suffraganeus Milonis pſeudo-Archiepiſcopi appellatus. Flodoardus lib. 2. Hiſt. Rem. cap. 16. *Beatum Rigobertum*, inquit, *ſecutus Abel in Epiſcopatus ordine reperitur: quamvis eum quidam Chorepiſcopum tantum fuiſſe tradant. Pontificem tamen illum extitiſſe diverſis invenimus aſſertionibus, & maxime in Epiſtolis Zachariæ Papæ ad Sanctum Bonifacium directis.*

VIII. *Abel fuit tantum Chorepiſcopus Remenſis.* Diverſæ hæ ſententiæ inter ſe non contrariæ; *Abel* enim poſt *Rigoberti* mortem Chorepiſcopus ſtatim renunciatus, hoc anno Archiepiſcopus deſignatus, & a *Zacharia* Papa, qui ei pallium miſit, confirmatur. Verum nihil hæc attulere, quo miſeri *Abelis* conditio melior foret; *Milo* enim, aliique bonorum Eccleſiaſticorum uſurpatores prædam ſibi e manibus eripi paſſi non ſunt. Quare anno ſequenti *Pippinus* tertio Canone Concilii Sueſſionenſis ſtatuit ut Epiſcopi legitimi, non vero laici intruſi Epiſcopatibus pleno jure potirentur. At Decretum illud locum non habuit, quia qui bona Eccleſiaſtica obtinebant, potentiores erant, quam ut ex illorum manibus ea extorqueri poſſent. Præterquamquod *Pippinus*, qui de titulo Regio aſſumendo forte cogitabat cautior erat, quam ut Viros præpotentes a ſe alienare vellet. Res igitur ita ſe habuit. *Abel* ab eodem Pippino hoc anno Archiepiſcopus Remenſis dictus, & a Zacharia Papa Pallio donatus. *Pippinus* vero anno ſequenti illum in realem Archiepiſcopatus poſſeſſionem immittit Canone III. Concilii Sueſſionenſis his verbis decrevit: *Conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel & Ardobertum*: ſed voluntas ejus effectu caruit, quia, ut ſcribit Hadrianus Papa in Epiſtola laudata ad Tilpinum, *qui ab illo* (nempe Bonifacio) *conſtitutus fuit, ſed ibi* (ſcilicet in Eccleſia Remenſi) *permanere permiſſus non fuit: ſed magis contra Deum ejectus eſt, & Remenſis Eccleſia per multa tempora, & per multos annos ſine Epiſcopo fuit, & res Eccleſiæ de illo Epiſcopatu ſunt ablatæ, & per laicos diviſa ſunt, ſicut & de aliis Epiſcopatibus, ma-*

xi-

tlaris ſacrum miniſterium attrectare. Et quia, ſi deberes in Bajoaria provinciæ juſ habere prædicationis, ſciſcitaſti, an non, quam a deceſſore noſtro habuiſti conceſſam. Nos denique, auxiliante Deo, ea quæ tibi largitus eſt deceſſor & prædeceſſor noſter, non minuimus, ſed augemus, & non ſolum Bajoariam, ſed & omnem Galliarum provinciam, donec te divina juſſerit ſupereſſe Majeſtas, noſtra vice per prædicationem tibi injunctam, quæ repereris contra Chriſtianam religionem, vel canonum inſtituta, ſpiritualiter ſtudeas norma rectitudinis reformare. Dominus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime, & ſanctiſſime frater. Dat. Nonas Novembris, Imperante piiſſimo Aug. Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, Pa-

PAGIUS *ximo autem de Remenſi Metropolitana Civitate.* Vides non ſolum Eccleſiam Remenſem, ſed etiam non paucas alias in poteſtate Adminiſtratorum & Commendatariorum fuiſſe; qui in eis reſidui erant Epiſcopi, fuiſſe Suffraganeos omni auctoritate deſtitutos; & jure merito Antiquos ſcripſiſſe, *Abelem* fuiſſe tantum Chorepiſcopum; cum Archiepiſcopatu Remenſi nunquam gavisus fuerit, licet id *Pippinus* Decreto Concilii Sueſſionenſis conſtituiſſet. Legendus Folcuinus in Chronico Laubienſi Tom. VI. Spicilegii, ubi agit de S. Ermino Abbate, qui ait in Geſtis Epiſcoporum Remenſium, ſe inveniſſe quidem *Abelis* nomen, ſed inter Miſſarum ſolemnia, quando omnium ipſius Sedis Epiſcoporum nomina recitantur, in ea commemoratione *Abelis* nomen non inveniri. Deceſſit autem Folcuinus anno DCCCCXC. Colitur *Abel* Nonis Auguſti Binchii in Hannonia, ubi ejus corpus adſervatur.

IX. *Harthertus Archiepiſcopatus Senonenſis poſſeſſionem nunquam iniit.* Idem ac Remis apud *Senones* contigit; tantum enim abeſt, ut *Harthertus*, ſeu *Ardobertus* illius Eccleſiæ poſſeſſionem inierit, ut Robertus in ſuo Chronico nequidem ejus mentionem faciat, ſed ſcribat, *Vulfranno* ſucceſſiſſe *Gerićum*, & hinc *Ebbonem* ejus nepotem, Ebboni vero *Hamobertum*. Ex quo intelligimus, *Harthertum* nunquam Archiepiſcopum Senonenſem agnitum eſſe, idque ob uſurpatorum violentiam ac ſummam auctoritatem. Eodem fere tempore *Aidulpho* Eccleſiam Autiſſiodorenſem regente, *res Eccleſiaſtica ab Epiſcoporum poteſtate per Carolum Principem abſtracta in Dominatum ſecularium ceſſerunt. Siquidem centum tantummodo manſis Epiſcopo derelictis quidquid villarum ſuperérat in ſex Principes Bajoarios diſtributum eſt,* inquit idem Robertus. Quoad *Grimonem* is jam ab anno circiter DCCCXXXIV. Archiepiſcopatum Rotomagenſem conſecutus erat, eoque ſine impedimento fruebatur. Indeque manifeſte liquet, Zachariæ Epiſtolam, in qua de tribus Palliis mentio, Concilium Sueſſionenſe anteceſſiſſe, non vero ſubſecutum eſſe. In ea enim *Zacharias*, teſtatur, *Pippinum* Archiepiſcopos tres, Grimonem nempe, Abelem, & Hartbertum conſtituiſſe, & totidem Pallia pro illis a ſe petiiſſe, & tamen in Concilio Sueſſionenſi duorum tantum Archiepiſcoporum mentio, quia ſcilicet *Grimo* ante Concilium illud in pacifica poſſeſſione Archiepiſcopatus Rotomagenſis erat, ſed neque *Abel* in Urbe Remenſi, neque *Hartbertus* in Senonenſi admiſſi fuerant. Quare in Concilio Sueſſionenſi *Pippinus* rurſus conſtituit, ut uterque in poſſeſſionem induceretur; verum fruſtra; neuter enim umquam admiſſus fuit, & tantum abeſt, ut Pippinus bona Eccleſiæ, quod promiſerat, reſtitueret, ut decimam omnium poſſeſſionum partem, quemadmodum ex Concilio Liptinenſi hoc anno, congregato patet, ſibi attribuendam curarit. Uno verbo *Pippinus* Edictis quidem ſuis bona Eccleſiaſtica reddi præcepit, ſed interim eorum poſſeſſionem laicis hominibus reliquit. In citatis Zachariæ ad Bonifacium literis dicitur, *valde ſumus mirati, eo quod antea nobis una cum memoratis Principibus Galliarum* (vides in his Conciliis a Bonifacio celebratis omnia geſta eſſe ex ſententia utriuſque Majoris Domus in quacumque Regni parte celebrarentur) *pro tribus Galliis ſuggeſſiſti, & poſtea pro ſolo Grimone*, &c. quia nempe *Bonifacius*, poſtquam vidit Abelem & Hartbertum a ſuis Eccleſiis repulſos fuiſſe, utrumque Pallio inſigniri abs re fore exiſtimavit. Hæc Zachariæ verba quibuſdam Viris doctis crucem fixere quæ tamen poſita noſtra explicatione difficultatem non habent.

X. *Locus poſterioris Epiſtolæ Zachariæ reſtituitur.* Mutilus eſt hic locus apud Baronium, *Grimonem in Civitati, quæ dicitur Rhemorum.... Tertium denique Arthertum in Civitate, quæ dicitur Senuis, qui & apud nos fuit.* Vidit mutilationem Baronius, credidiſque deeſſe nomen, cum Epiſcopi tum Sedis, atque ita tatus Grimonem Archiepiſcopum finxit, textumque Zachariæ eo modo edendum curavit. Verum nomen Archiepiſcopatus, quem geſſit *Grimo*, deſideratur cum nomine Archiepiſcopi, qui tunc Rhemis præfuit. Quare recte Serarius textum illum Epiſtolæ Zachariæ ſic reſtituit: *Grimonem in Civitate, quæ dicitur Rothomagum, ſecundum vero Abel in Civitate, quæ dicitur Rhemorum, tertium denique Harthbertum in Civitate, quæ dicitur Senuis.* Confirmo hanc reſtitutionem ex Flodoardo lib. 2. cap. 16. ubi probat, *Abel* fuiſſe Epiſcopum Rhemenſem ex Epiſtolis Zachariæ Papæ ad Sanctum Bonifacium directis: *In quarum una*, inquit Flodoardus, *commemorat indicaſſe prædictum Beatum Bonifacium ſuis literis inter cætera, quod tres Epiſcopos per ſingulas Metropolitanas Urbes ordinaſſet, id eſt Grimonem in Civitate, quæ dicitur Rothomagus; ſecundum vero Abel in Civitate, quæ dicitur Rhemorum; tertium denique Arthertum in Civitate, quæ dicitur Senonis.* Et poſtea refert verba ſequentia ejuſdem Zachariæ Papæ, ac denique alium locum prolixiorem Epiſtolæ præcedentis, cujus initium; *legimus in libris Actuum Apoſtolorum*, &c. Quare utramque Epiſtolam Flodoardus præ manibus habuit, & quæ ad Abel ſpectabant, ſincere excerpſit.

XI. *Bonifacius univerſa Galliæ præficitur a Zacharia.* In hac ultima Epiſtola Zacharias memorat ſecundam Bonifacii Epiſtolam ad ſe datam, poſtquam ipſe Zacharias præcedentes ſcripſiſſet: *Suggeſſiſti etiam nobis per alia tua ſcripta, quod in Bajoaria unum repperiſſes falſum Sacerdotem, qui & affirmabat quod a nobis fuiſſet Epiſcopus ordinatus: & tua hoc fraternitas optime egit, dum ei non credidit*, &c. *Nos denique auxiliante Deo ea, quæ tibi largitus eſt Deceſſor & Prædeceſſor noſter, non minuimus, ſed augemus, & non ſolum Bajoariam; ſed & omnem Galliarum Provinciam, donec te Divina juſſerit ſupereſſe Majeſtas noſtra vice per prædicationem tibi injunctam, quæ repereris contra Chriſtianam religionem, vel Canonum inſtituta,* ſpi-

Digitized by Google

*Patriciatus ejus anno tertio; Sed & Nicephoro magno Imperatore ejus filio anno tertio, Indictione * undecima.* Hactenus Zacharias.

* decima.

XII. Zacharias Pap. recuperat quatuor civitates. Hac eadem undecima Indictione, contigit, eumdem Zachariam Papam ad liberandos Ravennates proficiſci ad Luithprandum Regem Longobardorum, eumque ſibi in omnibus obſequentem reddere. Quod enim bello civili flagraret Imperium Orientis, Luithprandus, qui vivente Leone Iſaurico, cum ipſo fœdus adverſus Romanos inierat, eo mortuo, Exarchatum Ravennæ tentavit, ut eum ſibi ſubjiceret: quod & feciſſet, niſi Zacharias quam citiſſime occurriſſet. Ex his vide, quam injuſtæ ſint querelæ Orientalium de Romano Pontifice, quod exuerit Occidentali Imperio Orientales Imperatores. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ab Anaſtaſio ſic accipe: *Indictione undecima, dum nimium opprimeret*

PAGIUS *ſpiritualiter ſtudeat norma celſitudinis reformare, &c. Dat. Nonas Novembris, imperante Piiſſimo Aug. Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, Patriciatus ejus anno tertio, ſed & Nicephoro magno Imper. anno tertio, Indict. undecima.* Ita habet Baronius, qui in margine loco *Indictionis undecimæ* reponit *decimam*. Subſcriptionem illam ex Codice Cæſareo ſic publicavit Serarius: *Data Nonis Novembris imperante Domino Piiſſimo Aug. Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, Patriciatus ejus anno tertio, ſed & Nicephoro magno Imperatore ejus filio anno tertio, Indictione XIII.* Idem denique habet Sirmondus niſi quod loco Patriciatus recte legit P. C. ideſt, *poſt Conſulatum.* Verum cum inter omnes conſtet, hanc ultimam Epiſtolam eodem quo ſuperior, anno ſcriptam eſſe, non dubium, quin legendum ſit: *Data Nonis Novembris imperante Domino Piiſſimo Aug. Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, poſt Conſulatum ejus anno tertio, ſed & Nicephoro magno Imperatore ejus filio anno primo, Indictione XII.* quæ menſe Novembri hujus anni obtinebat, quo ve Artabaſdus & Nicephorus a Conſtantino Imper. capti excæcati ſunt. Unde male Cointius *Indictionem XIV.* legendam, & utramque Epiſtolam anno DCCXLV. datam contendit, ut ex dictis de initio & fine *Artabaſdi* manifeſtiſſimum fit.

XII. *Synodus Liptinenſis ſecunda.* Præter Canones Liptinenſes in vulgatis editionibus memoratos, alius mentionem facit Hincmarus in Epiſtola XXXVII. ad Rodulfum & Frotarium Aquitaniæ Metropolitanos cap. 5. his verbis: *In Synodo apud Liptinas habita, cui ſub Karlomanno Principe Georgius Epiſcopus & Joannes Sacellarius ac Sanctus Bonifacius ex præcepto Zachariæ Papæ præſederunt, legitur ut ſi vir mulieri deſponſata, dotata, ac publicis nuptiis ducta ſecundum Apoſtolum debitum conjugale non potuerit reddere, & hoc aut amborum confeſſione, aut certa qualibet adprobatione fuerit manifeſtum, ut ſeparentur, & mulier, ſi continere nequiverit, alteri viro legaliter nubat.* Quæ narratio confirmatur ex his, quæ Epiſcopi anno DCCCLVIII. in Concilio Cariſiacenſi congregati ſcripſere ad Ludovicum Germaniæ Regem in capitulis Caroli Calvi tit. 27. cap. 7. ubi legitur, Georgium Legatum Apoſtolicæ Sedis Synodo Liptinenſi præfuiſſe cum Sancto Bonifacio. Et quoniam in Epiſtola illa ſcriptum eſt Synodum Liptinenſem *Pippini* juſſu habitam tempore belli Aquitanici adverſus *Vvaifarium* geſti, eique præfuiſſe *Georgium*, qui anno tantum DCCLVI. in Franciam a Stephano II. Papa miſſus, & quia Decretum *de Nonis & Decimis* paulo aliter in ea expreſſum habetur, quam in Canonibus Synodi Liptinenſis, non defuere qui crederent duas fuiſſe Synodos Liptinenſes, unam ſub Carolomanno Principe, aliam ſub Pippino Rege, iſtam vero ſuperioris Decretum de pecunia Eccleſiaſtica ſub precario præſtanda, expoſuiſſe interpretatione ſua ac plenius expreſſiſſe.

XIII. *Mere commentitia eſt.* Verum ſecundam hanc Liptinenſem Synodum fictitiam eſſe penes me certum. Canon quidem ab Hincmaro citatus relatus in vulgatis Liptinenſis Synodi editionibus non legitur, ſed ex Hincmari verbis apparet Concilium Liptinenſe, a quo Canon ille conditus, idem eſſe ac Liptinenſe præſidente Carolomanno hoc anno habitum, in *Synodo*, loquit Hincmarus, *apud Liptinas habita, cui ſub Karlomanno Principe Georgius Epiſcopus & Joannes Sacellarius ac Sanctus Bonifacius ex præcepto Zachariæ Papæ præſederunt.* Neque mirum, ſi Canon aliquis in Concilio Liptinenſi deſideretur; cum in variis editionibus deſint aliqui Canones in Conciliis in iiſdem recitatis editi, aliique verbis inter ſe diſcrepantibus in iiſdem deſcribantur. Epiſtola Epiſcoporum *Cariſiaci* coactorum duas Synodos Liptinenſes fuiſſe *non evincit*; cum aſſerant, *Georgium & Bonifacium* Concilio Liptinenſi, de quo loquuntur, præfuiſſe, quod nonniſi de Liptinenſi hoc anno celebrato intelligi poſſit. Quod ſi in eadem Epiſtola *Pippinus* dicatur Rex, & aſſeratur, Concilium Liptinenſe ſub eo indictum eſſe, *Pippinus* ibi per anticipationem Rex appellatur, & de eo ſermo habetur, quia Carolomanni frater ac collega erat, de quo ſolo Ludovicum Germanicum alloquentes verba facere inſtituerunt, quia ab eo Ludovicus prognatus erat, non vero ex Carolomanno. Ad hæc quomodo *Georgius* ac *Bonifacius* Zachariæ Papæ nomine *Pippino* in Regem uncto Liptinenſi Synodo præſidere potuere; cum tunc Zacharias jam mortuus eſſet, & Georgius ad Pippinum Regem a Stephano Zachariæ Succeſſore nonniſi poſt Sancti Bonifacii mortem miſſus ſit? Epiſcopi itaque *Cariſiaci* congregati hoc ſolum intendunt, ſtatuta in Synodo Liptinenſi in Eccleſiarum favorem *Pippino* vivente, ſeu *Carolo Martello* jam mortuo executioni mandata non fuiſſe, quia poſtquam *Pippinus* ad ſolium Regium evectus eſt, longo & difficili bello adverſus *Vvaifarium* ſuſcepto, fere ad mortem uſque occupatus bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutioni operam dare non potuit. Cæterum fruſtra quis majorem accurationem ab iſtis Epiſcopis deſideraret, cum in tanta ignorantia verſentur, ut fabulam de damnatione *Caroli Martelli*, a *Sancto Eucherio* poſt mortem in inferno viſi, tanquam rem omnibus notam proponant.

XIV. A num. XII. ad XVII. Narrat Baronius ex Anaſtaſio in Vita Zachariæ, *Indictione undecima*, dum Luitprandus Rex Longobardorum ſeſe ad obſidendam *Ravennam* pararet, *Zachariam* Eutychii Exarchi & Joannis Archiepiſcopi Ravennatenſis rogatu, ad eam Urbem ſe-

vet prædictus Rex provinciam Ravennatium, fuiſſetque præparatus ad motionem faciendam, & obſidendam Ravennatium urbem: cognoſcens motionem ejuſdem Regis Eutychius excellentiſſimus Patricius & Exarchus, una cum Joanne Archiepiſcopo Eccleſiæ Ravennatis, atque univerſo populo prædictæ civitatis, ac civitatum Pentapolis & Æmiliæ, facta in ſcriptis obſecratione, miſerunt ſanctiſſimo domino Papæ, petentes, ut pro eorum occurreret liberatione.

XIII. Zacharias venit Ravennam. *Qui miſſis legatione & muneribus ad obſecrandum Regem per Benedictum Epiſcopum, & Vicedominum, atque Ambroſium primicerium Notariorum, petiit, ut a motione ceſſaret, & Ceſenatenſe Ravennatibus redderet caſtrum. Qui non conſenſit. Cujus cum duram perſeverantiam conſpiceret dictus ſanctiſſimus vir, tropbæo fidei munitus, relicta Romana Urbe, jam dicto Stephano Patricio, & Duci ad gubernandum, non ſicut mercenarius, ſed ſicut vero paſtor ad oves, quæ perierant, redimendas concurrit: Cui obviam occurrit prænominatus excellentiſſimus Exarchus uſque ad baſilicam beati Chriſtophori, poſitam in loco, qui vocatur ad aquilam, quinquageſimo fere milliario a Ravennatium urbe. Egreſſi autem de Ravennatenſe civitate viri, & mulieres diverſi ſexus, & ætatis, agentes gratias omnipotenti Deo, profuſis lacrymis eumdem ſanctiſſimum Pontificem ſuſceperunt, clamantes & dicentes: Venit, venit Pater noſter, qui ſuas reliquit oves, & ad nos perditos liberandos occurrit.*

*Ex eadem quoque Ravennatium urbe Zacharias miſit ad prænominatum Regem, Stephanum presbyterum, & Ambroſium primicerium, annuntians ei ſuum adventum. Qui viri in finibus Longobardorum ingreſſi civitatem, quæ vocatur Imola, & cognoſcentes quod * proditio meditabatur prædicto ſancto viro, ne illuc ambularet, per epiſtolam ſcriptam per noctis ſilentium eidem nuntiaverunt. Quo cognito jam nominatus Pontifex, luceſcente die ſabbato, non mortis timore perterritus, ſed Chriſti fretus auxilio, audacter egreſſus Ravennatium urbe, & fines Longobardorum ingreſſus, ſequipes factus eſt ſuis miſſis. Quos quidem præcedentes ante eum dictus Rex, dolore perculſus, ſuſcipere noluit. Ipſe vero ſummus Pontifex vigeſima octava die menſis Junii ad Padum conveniens, ubi & ad ſuſcipiendum eum ipſe Rex ſuos miſit Optimates, cum quibus Ticinum conveniens, ubi ipſe reſidebat Rex, foras muros civitatis pertranſiens ad orationes Nonæ, pro vigiliarum beati Apoſtolorum Principis Petri celebrandis Miſſarum ſolemniis, in baſilicam ejus, quæ vocatur ad cælum aureum, perrexit: & poſt, expleta libatione, eamdem urbem ingreſſus, moratus eſt.*

* præpeditio

Zacharias laborat pro Ravennatibus.

XV. *Alio quoque die, pro ipſius Principis Apoſtolorum natali celebrando a prænominato Rege invitatus, Miſſarum ſolemnia celebravit, ibique mutuo invicem ſalutantes, pariter ſuſceperunt cibum, & ſic in prænominatam civitatem regreſſi ſunt. Quem ſanctum virum ſequenti die Rex per Optimates ſuos ad ſuum palatium properare invitavit. Et ab eodem Rege honorifice nimis ſuſceptus, ſalutaribus monitis eum allocutus eſt, obſecrans, ne amplius Ravennatium provinciam per factam motionem opprimeret, ſed magis ablatas civitates redonaret cum finibus, ſimul & caſtrum Ceſenatenſe* [1]. *Qui prædictus Rex, poſt multam duritiam, inclinatus eſt fines Ravennatium urbis dilatare, ſicut antea detinebat, & duas partes territorii Ceſenatenſis ad partem Reipublicæ reſtituit; tertiam vero ejus caſtri partem, inito conſtituto, ut uſque ad Kalendas Julias cum ejus miſſi a Regia urbe,* Conſtantinopoli videlicet, *reverſi ſunt, idem caſtrum, & tertiam partem, quam pro pignoris cauſa detinebat,* * *parti Reipublicæ reſtitueret.*

* patri

Poſt

NOTÆ [1] HUnc locum ex fide codicum Vaticanorum ita reſtituebat Jo. Vignolius: *Qui prædictus rex poſt multam duritiem inclinatus eſt, & fines Ravennatium urbis, quos primitus detinebat, & duas partes territorii caſtri Caſinæ ad partem Reipublicæ reſtituit: tertiam vero partem ejuſdem caſtri ſub obtentu retinuit, inito conſtituto, ut uſque ad Kal. junias, dum ejus miſſi a regia reverterentur urbe, ejuſdem caſtri tertiam partem, quam pignoris cauſa detinebat, parti reipublicæ reſtitueret.* GEORGIUS

PAGIUS *Pax inter Zachariam PP. & Luithprandum Regem ſancita.* ſe contuliſſe; viceſima octava die menſis Junii ad Padum convenisse; & poſtea duas partes territorii Ceſennatenſis Reipublicæ Regem reſtituiſſe, *inito conſtituto, ut uſque ad Kalendas Julias cum ejus Miſſi a Regia Urbe reverſi ſunt, idem Caſtrum & tertiam partem, quam pro pignoris cauſa detinebat, parti Reipublicæ reſtitueret.* Legati illi ad Artabaſdum qui Conſtantinopoli imperabat, a *Luitprando* Rege miſſi: Non poteſt liquidius demonſtrari, inquit Marca lib. 3. De Concordia cap. 11. num. 5. retentam hac tempeſtate a Summis Pontificibus Imperii curam, & Imperatorios Magiſtratus Ravennæ & Romæ rebus adminiſtrandis præfuiſſe; ita tamen ut ſpes omnis conſervandæ Italiæ in Summa Pontificis dignitate collocata eſſet.

A num.

Poſt hæc idem Rex egreſſus de loco in locum, uſque ad Padum eidem ſancto vi-
* comitatos. *ro * conviatus deduxit illum. In quo loco, Vale faciens, condigna ordinatione ad repedandum abſolvit, dans in obſequium ejus Duces & primates ſuos, ſed & alios viros, qui ſæpe dicta Ravennatium territoria, & Ceſenam redderent. Quod ita factum eſt. Deus enim mirabiliter Ravennatium, & Pentapolenſium populos ab oppreſſione, & calamitate, qua detinebantur, liberavit; & ſaturati ſunt frumento & vino.*

Iterum Natalem diem Apoſtolorum celebrat. *Regreſſus autem in Urbem Romanam cum omnibus, qui ſecum erant, gratias agentes Deo, denuo natale beatorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli celebravit cum omni populo Ravennatium & Romano, Deum orantes, ut ab inſidiatore, & perſecutore illo Luithprando Rege eos liberaret. Cujus preces Deus non deſpiciens, divina clementia eumdem Regem, ante conſtitutum, de hac luce ſubtraxit, & omnis quievit perſecutio. Factumque eſt gaudium non ſolum Romanis, & Ravennatibus ſed etiam & genti Longobardorum.* Hæc Anaſtaſius. Verum Luithprandi Regis obitus non hoc anno, ſed ſequenti potius contigit.

XVII. Romana Synodus. Hoc eodem anno ubi a bellis ceſſatum eſt, indicta eſt Synodus a Zacharia Pontifice: quæ & celebrata eſt Romæ hoc eodem anno, inchoata jam a menſe Septembri, Indictione duodecima, cum & Luithprandus ingrederetur annum ſui regni trigeſimum ſecundum, ut ejuſdem Synodi Acta in fine ita de-
* tertio clarant: *Factum eſt hoc Concilium anno * ſecundo Artabaſdi Imperatoris, necnon Luithprandi Regis anno trigeſimoſecundo. Indictione duodecima.* Sed quod ad an-

Ann. Eccl. Tom. XII.

num Arthabaſdi ſecundum, tertium, reſtituendum eſt, ea epiſtolis ejuſdem Zachariæ hoc anno datis. Huic autem Synodo congregatæ Zacharias Papa obtulit, quæ ſequuntur a ſe antea conſcripta capitula his verbis.

Zacharias † ſanctiſſimus ac beatiſſimus XVIII.
Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ, cum omnibus † Ex Bibl.
Epiſcopis, presbyteris, & diaconibus, Do- Vaticana
mino volente & auxiliante, ita decrevit, & aliis.
qualiter ſingulis capitulis nunc ſubter declaratur.

Primum cap. Ut Epiſcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne antiqui hoſtis fraude decipiantur, ut juxta (a) Apoſtolicam vocem non vituperetur miniſterium noſtrum, quia ſcriptum eſt (b): Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Cavere nos oportet, fratres mei, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Deum levare manus; ſcriptum eſt enim (c): Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum dicit Dominus. Cap. i. (a) 1. Cor. 6. (b) 1. Cor. 3. (c) Levit. 22.

*Ut presbyteri vel diaconi ſub introductas mulieres nullo modo ſecum audeant * habitare, niſi forſitan matrem ſuam, aut proximitatem * generis ſibi habentes, quæ ſuſpiciones effugiant, ſicut in Synodo Nicæna continetur. Si quis vero præſumpſerit præter ſtatuta agere, ſacerdotii ſui privetur honore.* Cap. ii. * habere * al. generationis

Ut Epiſcopus, presbyter, & diaconus ſæcularia indumenta minime utantur, niſi ut condecet tunica ſacerdotali; ſed nec dum ambulaverit in civitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento præſumat ambulare, præter ſi in itinere longo ambulaverit. Quia ſicut mulier orans in Eccleſia non velato capite, deturpat caput ſuum, juxta (d) Apoſtoli vocem; ita ſacerdos ſine operimento deturpat ſuum ſa- Cap. iii. 29. q. 4. Epiſcopi c. 3. (d) 1. Cor. 11.

R r r 2

PAGIUS XV. *Synodus I. Romana ſub Zacharia.* A num. XVII. ad XXVII. Concilium *Romanum* hoc anno a Zacharia Papa habitum, in quo varia Decreta condita, recte hoc anno a Baronio recitatum; cum in ejus fine legatur: *Factum eſt hoc Concilium anno ſecundo Artabaſdi Imperatoris, nec non Luitprandi Regis anno trigeſimo ſecundo, Indictione duodecima*, a Septembri ſcilicet inchoata. Baronius num. XVII. recte dicit annum III. Artabaſdi reſtituendum eſſe in locum anni ſecundi ex literis ejuſdem Zachariæ hoc anno datis. Certum enim eſt, *Artabaſdum*, qui an. DCCXLI. poſt diem XXVII. menſis Junii Imperator levatus eſt in Oriente, poſt Kalendas Septembris hujus anni annum III. Imperii ſui numeraſſe. *Nicephori* Imperatoris annus in hac Synodo non memoratus, quia poſt Kalendas Septemb. Romæ adhuc ignorabatur, *Artabaſdum patrem* eum ante Kalendas Maias in Imperii conſortium adſciviſſe.

Por-

NOTÆ [c] Concilium hoc Romanum anno ſequenti die XI. Kal. Aprilis celebratum fuiſſe mihi penitus exploratum eſt. Annum indicant temporariæ notæ, quas acta concilii præferunt. Annus Luitprandi triceſimus ſecundus a menſe junio anni 743. uſque ad eumdem menſem ſequentis anni fluxit. Annus ſecundus Artabaſdi indicat epocham ejus imperii a nobis in nota ad A. 742. ſignatam, cœptamque a junio menſe anni 742. Indictio XII. currebat a ſeptembri anni 743. uſque ad ſeptembrim anni 744. Supereſt dies & menſis, ſed & hunc nobis indicat Epiſtola S. Zachariæ papæ ad Auſtrobertum, quam genuinam eſſe in nota ad annum 742. 23. demonſtravi. Cum vero epiſtolæ illius annus vitiatus ſit, demonſtrandum mihi incumbit concilium in ea expreſſum Romanum hoc indicare. Id vero ex eo deduco, quod Concilium illud habitum indicat epiſtola die XI. Kal. aprilis ſub Zacharia pontifice. Porro dies illa anno 744. in dominicam incidit, qua die cogi concilia per hæc tempora conſueviſſe ſæpe diximus. Cum igitur in annum 744. & concilii inceptio; & dies & menſis congruant, alia concilio ſedes nulla quærenda eſt. MANSI

ſacerdotium. Nam ſi temere præſumpſerit contra ſtatuta agere, communione privetur, donec, quæ ſtatuta ſunt, adimplere maturet.

XIX. Cap. iv. Diſt. 93. *Ut juxta ſanctorum Patrum, & canonum ſtatuta, omnes Epiſcopi, qui hujus Apoſtolicæ Sedis ordinationi ſubjacebunt, qui propinqui ſunt, annue Idib. menſis Maii ſanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Liminibus præſententur, omni occaſione ſepoſita. Qui vero de longinquo juxta chirographum ſuum impleant. Nam qui hujus conſtitutionis contemptor extiterit, præter ſi ægritudine valida fuerit, detentus; ſciat ſe canonibus ſubjacere.*

Cap. v. Vide. Conc. Gregor. II. * perpetraverit. *Ut presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam ſpiritualem commatrem nullus ſibi præſumat nefario conjugio copulare. Nam qui hujuſmodi opus * penetraverit, ſciat ſe anathematis vinculo eſſe obligatum, & Dei judicio condemnatum, atque a ſacro corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti alienum. Statuentes Apoſtolica cenſura, ut quicumque ſacerdotum eos communicare præſumpſerit, eorum conſortio condemnatus, ſacerdotii ſui honore privetur. Si autem ſic qui conjuncti ſunt, admoniti declinaverint, & ab alterutrum fuerint diviſi, pœnitentiæ ſubmittantur, ut ſacerdos loci providerit.*

XX. Cap. vj. *Ut conſobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione nullus præſumat in conjugio copulare, quia ſcriptum eſt in lege Domini* (a): *Turpitudinem uxoris patris, uxoris fratris, atque ſororis tuæ non revelabis: turpitudo enim tua eſt. Et ſi ab Hebraico populo ante incarnationem unigeniti filii ſui hæc ſervanda mandavit: quanto amplius nos, qui Chriſtianæ religionis documenta tenemus, ab illicitis connubiis* * *obſervare debemus, ne demerſi in voragine, ignis æterni concrememur incendio? Si quis vero in hoc nefario conjugio converterit, & in eo permanſerit, ſciat ſe auctoritate Apoſtolica anathematis* * *vinculo eſſe innodatum. Et nullus ſacerdos illi tribuat communionem, ut in ſuperiori capitulo continetur. Et ſi inclinatus, diviſuſque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ ſubdatur, ut ſacerdos loci conſideraverit.*

(a) Levit. 18. Vide Synod. Eugen. 2. & Leo 4. c. 38. Ivo part. 9. 21.

* abſtinere

* al. vinculis

Si quis temerario auſu præſumpſerit virginem, aut viduam furari in uxorem, præter ſi deſponſatam habuerit, anathema ſit. Cap. vij. Conc. Gregor. II. Ibid.

Ut nullus clericus, aut monachus comam laxare præſumat. Si quis clericus, aut monachus comam laxare præſumpſerit, anathema ſit. Cap. viij.

Ut nullum Kalendas Januarias, & broma colere præſumpſerit, aut menſas cum dapibus in domibus præparare, aut per vicos & plateas cantationes, & choros ducere, quod maxima iniquitas eſt coram Deo, anathema ſit. Cap. ix. 26. q. 7. Si quis Kal. Vide ad. Synod. c. 62. Vrron. p. 94.

Si quis Chriſtianus filiam ſuam Judæo in conjugio copulare præſumpſerit, niſi perfecto crediderit Chriſto, & baptizatus fuerit; vel ſervum, aut ancillam eidem Judæo Chriſtianus venundare præſumpſerit, & ſi vidua Chriſtiana Judæum duxerit virum, vel conſentientibus ei, anathema ſit. Cap. x.

XXI. Cap. xj. Initium eſt canonis 44. Concil. Carthag. 3. *In multis Conciliis hoc ſtatutum eſt; etiam & nunc confirmatum eſt a veſtra prudentia, ſanctiſſimi fratres, ut primi, quarti, ſeptimi, & decimi menſis horum ſacerdotum debeant fieri ordinationes. Aliqui enim ex noſtris per incuriam, ignorantes annorum ſeriem, illicitam fecerunt ordinationem. Sed dum noſtris inſonuiſſet auribus, canonicam ſuſceperunt diſciplinam, pro quo omnibus Apoſtolica auctoritate interdico.* * *At qui norunt canonum ſeriem obſervent, & qui neſciunt, meditentur, ne dum fuerint lapſi, canonica ſuccumbant ſententia. Sed & hoc interdicimus, ut nullus Epiſcoporum audeat, juxta ſanctorum canonum inſtituta quemlibet clericum bigamum, aut qui viduam duxerit uxorem, ad ſacros ordines promovere, aut alterius civitatis clericum ſine dimiſſoriis ſui Epiſcopi ſuſcipere, vel ordinare, neque eum uſurpet, niſi Epiſcopus ejus precibus exoratus, concedere voluerit, quia hoc ſancti Patres ſtatuerunt. Si quis vero præſumpſerit, canonicas damnationes ſentiat.* * & qui.

XXII. Cap. xij. *De presbyteris, diaconibus, ſeu clericis, qui inter ſe cauſam habuerint, nullo modo præſumant publicis actoribus interpellationem facere, niſi ſuo Epiſcopo. Et ſi forſitan* * *Epiſcopus contra eum habuerit, ad vicinum Epiſcopum confugium faciat, juxta canonum ſtatuta: & ſi minime convenerit, ut decidatur inter eos intentio,* apud * Epiſcopum contrarium

PAGIUS XVI. *In qua Romani & Longobardi ſe ſe communibus legibus adſtringunt.* Porro annus II. *Artabaſdi* Imp. & annus XXXII. *Luitprandi* Langobardorum Regis demonſtrant, Romanos, qui adhuc Imperium agnoſcebant ab Imperatore *Conſtantino* receſſiſſe; & fœdus iniiſſe cum *Luitprando* Rege Catholico, ut tuerentur Sacras Imagines, quas *Artabaſdus* Conſtantinopoli reſtituerat. Id eruo ex eo quod Decreta in hoc Concilio condita, tam Langobardos quam Romanos adſtringebant. In Canone enim XV. dicit Zacharias, *quod beatæ memoriæ Prædeceſſor noſter Gregorius, hujus Apoſtolicæ Sedis junior Papa, propter aliquas illicitas conjunctiones, quæ fiebant per hanc Italiam, ſeu* (ideſt &, ut innumeris exemplis liquet) *Langobardorum Provinciam, &c. anathematis vinculo obligavit.* Paulo poſt: *Sed neque hoc ſilendum eſt, perveniſſe ad nos* (*quod cum grandi triſtitia animi dico*) *per diverſa loca hujus Italiæ, & Langobardorum partes, Sacerdotes cum Sanctimonialibus feminis, ideſt Monachis, habitare.* Denique Epiſcopi & Sacerdotes, qui huic Concilio interfuere, promittunt

Za-

*apud Apoſtolicam veniat ſedem. Si quis præter ſtatuta agere præſumpſerit, gradus ſui honore privetur, & ab Eccleſia pellatur * domuſque cauſa ſuſceperit ſinem.*

* dum uſque

Veron. p. 14.

Cap. xiij. De conſ. d. 1. c. nullus.

Nullus Epiſcopus, presbyter, aut diaconus ad celebrandum Miſſarum ſolemnia præſumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei aſſiſtere, quoniam & Apoſtolus prohibet viros velato capite orare in Eccleſia: & ſi temere præſumpſerit, communione privetur.

Cap. xiv.

*Ut Epiſcopus, aut presbyter, dum ingreſſus fuerit ad Miſſarum ſolemnia celebranda, nullo modo audeat * data oratione recedere, at ab alio Epiſcopo aut presbytero ſuppleantur Miſſarum ſolemnia: ſed qui initium ponit, ſuppleat uſque ad finem, Quia ſcriptum eſt; (a) Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Si quis vero præſumpſerit præter quod poſuimus agere, a ſacro corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit ſuſpenſus.*

* dicta.

(a) Matth. 10.

XXIII. *Scripſimus de gradibus cognationum, vel quomodo debeant quilibet unoda, & deinceps legitimo conjugio copulari. Et quia divina clementia nos congregavit in unum, ut ea, qua neceſſaria ſunt pro ſalute animarum, capitula vobis ea, quæ ſæpius ſcripta ſunt, enarrare ſtudui, ad memoriam vobis quippe reducens quod beatæ memoriæ præceſſor noſter Gregorius, hujus Apoſtolicæ Sedis junior PP. propter aliquas illicitas conjunctiones, quæ fiebant per hanc Italiam, ſeu Longobardorum provinciam, vel in aliis locis, aggregato ſacerdotali collegio, promulgata ſententia, anathematis vinculo obligavit. Sed dum cerno adhuc populos in eodem errore perſiſtere (quod ingemiſcens dico) quoniam Chriſtianorum animæ dum diabolica fraude decipiantur, timeo, ne nos, qui rectores animarum vocamur, ſi earum ſalutem providere neglexerimus, a juſto judice pro illis torqueamur. Sed neque hoc ſilendum eſt, quod in Germaniæ partibus ita diu vulgatum eſt, quod quidem in Archivo noſtra ſanctæ Eccleſia ſcriptum minime reperimus, ipſis tamen aſſerentibus hominibus de Germania partibus didicimus, quod beatæ recordationis S. Gregorius Papa, dum eos ad religionem Chriſtianitatis divina gratia illuſtraret, licentiam illis dediſſet in quarta ſe copulare generatione,* † quod quidem Chriſtianis licitum non eſt, dum uſque ſe cognoverint, *ſed dum rudes erant & invitandi ad fidem, quamquam minime ſcriptum, ut dictum eſt, reperimus, credere non ambigimus: Deo autem largiente, qui (b) illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, præteritis annis litteras miſerunt Archiepiſcopi & Reges provinciæ illius, petentes Apoſtolica præcepta, qualiter liceat eis conjugia copulare, & quomodo debeant obſervare. Quibus quantum Dominus dare dignatus eſt, admonitionis præcepta direximus. Sed neque hoc ſilendum eſt perveniſſe ad nos (quod cum grandi triſtitia animi dico) per diverſa loca hujus Italiæ, & Longobardorum partes, ſacerdotes cum ſanctimonialibus feminis, id eſt, monachis habitare. Quod nefarium eſt dicere, vel audire contra canones * eſſe ſancita.*

Ivo p. 9. c. 30.

† Hæc deſunt in originali, ſunt in collectione Ivonis, idque notatum ad marginem

(b) Joan. 1.

* & decreta.

XXIV. *Ubi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt: unde omnino cavendum, & vitandum eſt, fratres mei, ne fallant, & impleatur in eis Prophetæ dictum (c): Sacerdotes ejus contaminant ſancta, & reprobant legem. Quod & alius propheta increpat, dicens: (d) Vos ſacerdotes, qui fallitis nomen meum, & dixiſtis in qua te fefellimus nomen tuum? Quibus * reſpondendum eſt: offerentes ad altare meum panem pollutum. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus Omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris. Pro quo timeo, dilecti mei, ne nobis in capite poſitis, ſi neglexerimus, illud contingat, quod Dominus per prophetam dicit (e): ideo paſtores audite verbum Domini. Ecce lac devoratis, & lanis eorum cooperitis vos, & quod craſſum eſt jugulaſtis, & oves meas diſperſiſtis. Quod infirmum erat non confirmaſtis, in eo quod male habebat non curaſtis, & contritum non alligaſtis, & quod errabat non convertiſtis, & quod perierat, non requiſiſtis, & diſperſæ ſunt oves mea, eo quod non ſint paſtores: & factæ ſunt in devorationem omnibus beſtiis agri, nec erat qui requireret, neque qui revocaret. Propterea oportet, nos ſolicitos eſſe, ut de credito miniſterio cum venerit Dominus, qui talentum nobis ad tempus credidit, duplam illi apportemus lucrum, ut & ipſe in bonis ſuis nos reſpiciat: quia ſcriptum eſt (f): Beatus ſervus ille, quem cum venerit Dominus, invenerit ſic facientem.* Hucuſque Zachariæ Papæ capitula, ſive decreta, vel dixeris canones, quos congregatæ ad hoc Synodo cognoſcendos

(c) Sophon. 3.

(d) Malach. 1.

* al. reſponſum eſt.

(e) Ezech. 34.

(f) Matt. 24.

PAGIUS Zachariæ Papæ in Decreto Synodi, ſe Canones illos XV. in ea ſancitos obſervaturos, eoſque ſibi legi his verbis poſtulant: *Quæ a veſtro Sancto Apoſtolatu decreta ſunt capitula, cum præmiſſis nobis lectione pandantur, ut antidoto ſalutari morbus a grege Domini compellatur, ne deinceps quiſque* ROMANUS aut LANGOBARDUS, *vel cujuſcumque gentis, qui in te baptizati ſunt, attentare præſumat.* Nunquam autem in præcedentibus Conciliis Romanis anni Regnum Longobardorum memorati ſunt, ideoque laudata ſubſcriptio præter ordinem facta, & mentio Romanorum & Longobardorum, tam in Canone XV. quam in Decreto Synodi, non

dos obrulit: de qua Synodo iſta leguntur, ſed mendoſiſſime in omnibus, quæ vidimus exemplaribus.

XXV. *Præſidente ſanctiſſimo ac ter beatiſſimo Zacharia Papa in baſilica beati Apoſtolorum Principis Petri ante Confeſſionem, pro ſupra memoratis capitulis declarandis una cum Epiſcopis ſanctiſſimis, quorum nomina ſubter adnectimus, ad hæc capitula pertractanda, conſidentibus, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimis Epiſcopis, Joanne Segnenſi, Sabatio Alatrenſi, * Haudentio Peruſino, Arcadio Cluſino, Mauritio Hortuno, Joanne Fullaritano, Thoma Florentino, Gaudioſo Bladero, Petro Eſino, * Hirtioſo Sutrino, Andrea Piſaurenſi, Marco * Laccrino, Lando Conſelino, Pelagio Coſentino, Aufredo Tarentino, Munnaldo... Niceta Gabinate, Vitaliano Auximenſi, * Theophanio Silvæ candidæ, Martino Vernlano, * Venantio Præneſtino, Agnello Ariminenſi, * Armato Faenſi, Joanne Polimartienſi, Benedicto Numentano, Joanne Nepeſino, Griſo Trebinno, Andernuno Biſontiano, Cæſareo Beneventano, Ambroſio Anaguino, Theodoro Capuano, Amantio * Niciano, Theodoro Oſtiæ, Gregorio Orbevetano, Groſſo Senenſi, * Iſſo Sabinenſi, Tiburtino Albano, Gratioſo Villeterno Anconitano, Gregorio Portuenſi, Tudertino.... & Venerabilibus presbyteris, Joannes Archipresbytero, Gregorio, Stephano, alio Stephano Dominico, Theodoro, Anaſtaſio, Andrea, Petro Jordane, Leone, item Leone, Gregorio, Euſtachio, Anaſtaſio, Georgio, Junnue, Sergio, Theophanio, Procopio, Gaudentio, Epiphanio, Aſtantibus quoque Theophylacto, Arcidio, Gemmulo, Theodoro, Stephano, & Paulo diaconibus, vel cuncto clero Eccleſiæ ſanctæ.*

* Gaudentio
* al. Gratioſo
* al. Luceria
* Epiphanio
* Valentin
* Amato
* Nucerino
* Toriſſo

Zachariae ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit.

XXVI. *Sanctorum probabilium Patrum exempla nos provocant, quæ ad firmitatem Orthodoxæ Fidei, & ſtatus ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, ſeu Chriſtianæ religionis decreverunt documenta proſequi, & ut vere ſpeculatores animarum a Deo conſtituti * curam Dominici gregis habere, ut jam & a torpentibus, & illicitis cauſis, juxta egregii Apoſtoli (a) vocem, monendo, arguendo,* (a) 2.Tim. 4.
* al. eorum dominicum gregem
& increpando, ſubjectorum animas, a fauce deceptoris, & antiqui hoſtis humani generis ſervatas, valeamus revelata facie (b) gloriam Dei ſpeculari, ac dicere; (b) Hebr. 2.
Ecce nos & pueri, quos dediſti nobis, non perdidimus ex eis quemquam: ita ut & nos unuſquiſque mereamur audire deſiderabilem Domini vocem dicentis: (c) (c) Matt. 25. Ex Concil. Greg. II.
*Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui: Sanctiſſimi Epiſcopi, & venerabiles presbyteri, & diaconi omnes responderunt: Spiritus ſancti gratia diffuſa, cor Apoſtolatus veſtri ſuccenſum eſt, ut noſtrarum ſimul, & ſubjectarum animarum divino ardore & zelo conſtantiæ provideat; ** * quia quanto
*quæ quantum aſſiduæ magiſtræ & dominæ noſtræ Apoſtolicæ Sedis præſentamur, ** * tanto
*tantum amplius docemur nobis a Deo creditis eſſe plebibus quæ neceſſaria ſunt ad regendam plebem Dei educatis. Animarum lucra ſectemur, & quia a pia conſideratione bene proviſum eſt, quæ a veſtro ſancto Apoſtolatu decreta ſunt capitula cum præmiſſis, nobis electione pandantur, ut antidoto ſalutari morbus a grege Domini ** * expellatur
*compellatur, ne deinceps quiſque Romanus, aut Longobardus, vel cujuſcumque gentis, qui * in te baptizati ſunt, at-* * inter baptizatos
*tentare præſumat, ut non * ante iniquitatis pondere oppreſſus, cum diabolo & angelis ejus pereat. Placeat potius, ut* * tantæ
illicita vitentur, & funditus evellantur. Sicque recitata ſunt ſuperius ſcripta capitula, atque probata: in fine autem iſta leguntur. *Factum eſt hoc Concilium anno * ſecundo Artabaſdi Imperatoris, nec non & Luitprandi Regis anno trigeſimo ſecundo, Indictione duodecima, FELICITER.*

Sed jam ad res Orientales veniamus. XXVII. Conſtantinus expugnat Conſtantinop.
Hoc ipſo anno, qui tertius numeratur Conſtantini Imperatoris, menſe Septembris, quo duodecima Indictio incipit, idem Conſtantinus, valido exercitu comparato, Conſtantinopolim obſidet, cum cives magnopere laborarent annona; qui autem miſſi ſunt frumentatum Anaſtaſius a ſe-

PAGIUS non poſſunt non inſinuare novum aliquod fœdus Romanos inter & Longobardos initum adverſus *Conſtantinum Copronymum*, quem tanquam Eccleſiæ hoſtem habebant.

XVII. *Valid Saracenorum Kalipha interitus.* Ad num. XXVII. & ſeq. Baronius depoſitionem *Artabaſdi & Nicephori* Imperatorum hoc anno recitat, quam poſtea Cointius in annum DCCXLV. perperam diſtulit, ut ibidem num. XLVIII. videre eſt. Nam utriuſque caſum hoc anno exeunte contigiſſe, certum eſſe debet, ut mox oſtendo, poſtquam *Valid* Saracenorum Kaliphæ mortem, quæ eam præceſſit narravero. Theophanes anno tertio Conſtantini, quem Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni auſpicatur, ait: *menſis Aprilis die decimoſexto, hebdomadis feria quinta. Valid Arabum factione ſublatus poſt Imperii annum unicum; cui filius Izid cognomento Leipſurus, id eſt Diminutus ſucceſſit.* Quare *Valid* Secundus, XVIII. Saracenorum Calipha interfectus eſt anno Chriſti DCCXLIV. quo feria V. incidit in diem XVI. Aprilis, *Jezidus* Tertius, ejus filius & Succeſſor *poſt menſes quinque moritur,* ut habet ibidem Theophanes, eique menſe Julio ejuſdem Chriſti anni ſuccedit *Abraamus*, ejus frater, aut, ut eum appellat Elmacinus, *Ibraamus*, adverſus quem *Marua*, aut, ut eum Elmacinus vocat, *Mervan*, qui jam contra fratrem

ſecretis, &. Artabaſdus Comes Domeſticorum, a claſſe Conſtantini comprehenſi, ab eodam juſſi ſunt excæcari. Poſt hæc egreſſus exercitus Artabaſdi Imperatorie, conſerens manus cum militibus Conſtantini, ſuperatus eſt atque fugatus. Creſcente penuria, coactus eſt ipſe obſeſſis civibus urbis aperire portas, iis, qui imbelles erant egredientibus, ut quiſque ſuæ vitæ conſuleret. Egreſſi ſunt plures indumento muliebri, & monaſtico induti habitu, quod iis pateret egreſſus.

Conſtantinus potitur Urbe Conſtantinopol.

Quarto vero nonas Novembris, urgens Conſtantinus urbem, poſt meridiem in eam ingreſſus eſt, & fugiens Artabaſdus cum filiis duobus captus eſt, moxque ambo privati oculis. Bagranus Patricius, qui opem tulerat Artabaſdo, fuit capite amputatus, & honeſto loco ſepultus. Poſt triginta annos ab ejus uxore effodi oſſa præcepit, & projici cum biothanatis, iis ſcilicet, qui violenta abrepti morte eſſent. Habet iſta omnia pluribus narrata Theophanes, qui & de ejus immanitate iſta ſubjungit,

Multos autem & alios ex primoribus, qui auxiliati fuerant Artabaſdo, peremit: innumerabiles oculis, & alios manibus, ſeu pedibus ablatos debilitavit. Præcepit autem externis militibus, qui ſecum ingreſſi ſunt, introire domos, rapere familiares eorum res:

XXVIII. Crudelitas Conſtantini Imp.

Multa quoque & alia, quin & innumera mala urbi monſtravit. Cumque Hippodromium celebraret, equeſtres ludos ſcilicet, *introduxit Artabaſdum una cum filiis ejus, & amicis ligatum per Dippium ſimul cum Anaſtaſio falſi nominis Patriarcha verberato publice, & in aſino verſo vultu pendente: quos omnes per Dippium in Circum oſtentavit.* Ita accidit, ſicut ipſe prædixerat (ut ſuperius dictum eſt) ſanctus Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Hæc eadem narrat Zonaras, aliique Græcorum hiſtoricorum, qui pariter teſtantur ab eodem Imperatore ipſum Anaſtaſium adeo inſigniter ignominia affectum, in thronum rurſum reſtitutum, quod non eſſet facile reperire alium, qui eum æquaret impietate:

XXIX. Quod autem idem Conſtantinus accepiſ.

PAGIUS

trem Ibraimi rebellarat, iterum contra Ibraimum rebellaſſit, eumque in fugam conjecit, poſtquam dies ſexaginta omnem Caliphatum geſſiſſet. *Mervan* XXI. Calipha extitit. Hæc Elmacinus. De utroque agit etiam ibidem Theophanes uno tenore.

XVIII. *Artabaſdus & duo ejus filii juſſu Conſtantini excæcanti.*

Poſtea Theophanes ſub eodem anno III. Conſtantini, caſum *Artabaſdi* & duorum ejus filiorum fuſe narrat, cujus relationem in pauca contraho: *menſe Septembri duodecima Indictione* (Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoata) Conſtantinus Imp. Byzantium obſidione cinxit, cumque Cives annonæ penuria premerentur, *Artabaſdus* cum *Conſtantino* manus conſerere decrevit. Quare inito prælio, fuſus eſt *Artabaſdi* exercitus. Populo penuria cibi pereunte, coactus eſt Artabaſdus publicam ex Urbe migrandi poteſtatem facere. *Nicetas* Artabaſdi filius cum copiis Chryſopolim uſque venit, ſed captus a Conſtantino eſt. Demum *Novembris die ſecundo*, acie ex improviſo ſub veſperam inſtructa, Urbem per terreſtrem murum invaſit Conſtantinus, & comprehendit *Artabaſdum* cum duobus ejus filiis, eoſque excæcavit, ac deinde infinita damna Civitati intulit. *Celebratis etiam in Circo ludis equeſtribus Artabaſdum una cum filiis & amicis vinculis alligatum, nec non Anaſtaſium falſi nominis Patriarcham oculis privatum, & aſino facie ad caudam verſa inſidentem, publice per medium Circi ſtadium invexit, & de iis ludibrii triumphum egit. Cæterum Anaſtaſium cum ſententia ſua ſectatorem probe ſubactum & renovandæ pœnæ timore emendatum, in Sacerdotii Sedem reſtituit.* Sed peracta hæc menſe Novembri currentis Chriſti anni, cum tam Theophanes, quam Anaſtaſius & Auctor Miſcellæ habeant, *Indictionem XII.* Et Zonaras tradat, *Artabaſdum* biennium imperaſſe.

XIX. Ad num. XXIX. & ſeq. Anaſtaſius in Zacharia Papa tradit, hunc Sanctum Pontificem Synodicam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ miſiſſe, & aliam ſuggeſtionem per reſponſales ſuos *Conſtantino* Imperatori, ſed hos intra Palatium Urbis Regiæ inveniſſe *Artabaſdum* invaſorem & rebellem, ac poſtquam huic & filiis ejus eruti fuere oculi, Conſtantinum, *juxta quod Beatiſſimus Pontifex poſtulaverat* duas maſſas perpetuo poſſidendas dediſſe. Porro *maſſa* idem eſt ac *manſus* vel *manſa*, deſignatque certam agri portionem, ut explicat Ducangius in Gloſſario, in vocibus *manſus*, & *maſſa*. Narrat hæc currenti anno Baronius, ſed Legatio illa anno DCCXLII. obita, & donatio exeunte anno DCCXLIII. peracta, ut depoſitio Artabaſdi demonſtrat. Ex hoc agendi modo Zachariæ cum Conſtantino Imp. evidenter patet, *Gregorium* II. Imperii jugum non excuſſiſſe, & *Leonem Iſaurum* anathemate non perculiſſe. Quod liquet etiam ex modo agendi Gregorii III. cum eodem Imperatore; cum enim Legatos *Georgium* Presbyterum & *Conſtantinum* Defenſorem Conſtantinopolim miſiſſet *Leo* Imp. eos carcere per annum detineri juſſit, ut narrat Anaſtaſius, ſed ulterius non proceſſit. Quod ſi *Gregorius* II. eum excommunicaſſet, aut eidem tributa ſolvere vetuiſſet, *Gregorius* III. Legatos ad eumdem non miſiſſet, aut Imperator feros & immitis eos trucidaſſet. Nec denique *Zacharias* cum *Conſtantino* æque ac patre impio aliquod commercium habuiſſet.

Zacharias Legatos ad Conſtantinum mittit.

XX. *Bellum Bavaricum a Pippino & Carolomanno geſtum.*

Hoc anno, ſeu, ut loquitur Continuator Fredagarii in Appendice, *anno II. Regni eorum*, Carolomanni ſcilicet & Pippini, geſtum eſt bellum Bajoaricum, in quo Odilo Bajoariæ Dux cæſo exercitu ſuo vix cum paucis evaſit. Annaliſta Metenſis, quomodo Majores Domus poſt victoriam ſe geſſerint, his verbis exponit. *Ipſi vero victores cum exercitu ſuo Bajoariam circumeunt, & moram fecerunt in eadem Regione quinquaginta duorum dierum. Captus eſt autem in eodem prælio Sergius Presbyter Miſſus Domni Zachariæ Papæ, qui pridie quam bellum committeretur ab Odilone, Carlomanno, & Pippino directus fuerat, falſoque ex auctoritate Domni Apoſtolici bellum interdixerat, & quaſi ex*

pra

Quid conſequatur Zacharias Pap. a Conſtant. Imp.

piſſet res bene geſtas a Zacharia Romano Pontifice pro Ravennæ Exarchatu, quem liberaſſet (ut dictum eſt) a Luitprando Rege Longobardorum, quo eum demereret magis, contineretque in officio, quæ erant jure Imperii prædia quædam donavit Romanæ Eccleſiæ, hac ſaltem ex parte ei placere deſiderans, qui ob hæreſim omnino ſciret ſe illi diſplicere. Scribit iſta Anaſtaſius verbis iſtis: *Hic beatiſſimus vir*, Zacharias videlicet *juxta ritum Eccleſiaſticum*, ubi creatus eſt Pontifex, *fidei ſuæ ſponſionis Orthodoxæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ miſit Synodicam, ſimulque aliam ſuggeſtionem dirigens Conſtantino Principi. Et pergentibus Apoſtolicæ Sedis Reſponſalibus ad regiam urbem, invenere intra palatium regiæ poteſtatis invaſorem quemdam, & rebellem* (Artabaſdam nomine) & poſt alia de reſtitutione Conſtantini locutus, hæc ſubdit.

XXX. *Poſt hæc vero*, ubi ſcilicet Conſtantinus Conſtantinopolitana urbe potitus eſſet, *requirens Miſſum*, Apocryſarium ſcilicet *Apoſtolicæ Sedis, quem ibidem perturbationis temporibus contigerat advenisse, eumque repertum ad Sedem Apoſtolicam abſolvit, & juxta quod beatiſſimus Pontifex poſtulaverat donationem in ſcriptis de duabus maſſis, quæ Nymphas, & Normias appellantur, juris exiſtentibus Reipublicæ* [1], *eidem ſanctiſſimo Papæ, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ jure perpetuo direxit poſſidendas*. Hæc Anaſtaſius de rebus geſtis cum Copronymo, qui quod eſſet hæreticus, venenum, ut ſerpens, in cauda continebat, ſuo tempore evomendum; intentus enim ad ſtabiliendum Imperium interea, nulli fidei cauſa negocium faceſſebat. Cæterum Zachariam Pontificem ſæpius interpellaſſe Conſtantinum Imperatorem, ut eum ab hæreſi revocaret, teſtatur Hadrianus Papa (*a*) in epiſtola ad Conſtantinum, & Irenem.

Conſtantinus obtinet a perſecutione.

(*a*) *In Concil. Nicæn. 2. act. 2.*

Chri-

NOTÆ [1] ADnotationem in hunc locum noſtram, utpote diffuſiorem, quam pagellæ hujus anguſtiæ ferant, lege in calce hujus Tomi ante variantes lectiones. GEORGIUS

PAGIUS *præcepto ſupradicti Pontificis Francos a Bajoariis diſcedere perſuaſerat. Patrata itaque victoria, in præſentiam Inclitorum Principum perductus eſt una cum Gozzibaldo Epiſcopo* (nempe Ratiſponenſi) *cui Pippinus Princeps ſedato pectore dixit: Domine Sergi, modo cognovimus, quia non probatis eſſe Sanctus Petrus Apoſtolus, nec Legationem illius ex veritate geris. Dixiſti enim nobis heſterna die, quod Dominus Apoſtolicus ex auctoritate Sancti Petri, & ſua noſtram juſtitiam de Bajoariis contra dixiſſet. Et nos diximus tibi, quod nec Sanctus Petrus nec Dominus Apoſtolicus te iſtam legationem miſiſſet dicere. Idcirco autem ſcias, quia ſi Sanctus Petrus cognoviſſet, quod noſtra juſtitia non fuiſſet, hodie in iſto bello nobis adjutorium non præſtitiſſet. Nunc vero certus eſto, per interceſſionem Beati Petri Apoſtolorum Principis, & per Judicium Dei, quod ſcire non diſtulimus, Bajoariam, Bajoariosque ad Francorum Imperium pertinere*. In iiſdem Annalibus Metenſibus ſequentia adduntur: *Hæc dum apud Bajoarios agerentur, Hunaldus Dux Aquitaniæ Ligerim tranſiens cum manu valida, ad Carnotis Urbem perveniens, ipſa Civitate direpta, igne eam crematvit, cum Eccleſia Epiſcopali, quæ in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ conſecrata fuerat. Hoc autem fecit per ſuggeſtionem Odilonis Ducis, qui per Internuncios fœdus inierunt, ut unuſquiſque eorum, irruentibus Francis, ferre alter alteri ſubſidium debuiſſent*. Quod bellum hoc anno geſtum eſſe, ſcribunt etiam Annaliſta Tilianus in Annalibus Francorum auctioribus, Regino, & Auctor Chronici San-Dionyſiani.

XXI. Geſtum etiam bellum *Saxonicum*, ſed e Carolomanno ſolo, ut in Annalibus Tilianis his verbis narratur: *Tunc Carlomannus & Pippinus contra Idolonem* (lege Odilonem) *Ducem Bajoariorum inierunt pugnam, & Carlomannus per ſe in Saxoniam ambulavit in eodem anno, & cepit Caſtrum, quod dicitur Seoboburg, per placitum, & Theodoricum Saxonem placitando conquiſivit*. Utriuſque belli cauſa ambitio Odilonis Bajoariorum Ducis, & Saxonum, qui pene tot Duces, quot pagos habebant. *Odilo* enim & *Saxones* Ditioni Imperioque Francorum ſe ſe ſubtrahere conabantur, ideoque a Carolomanno defecerant.

Carolomannus ſolus in Saxones bellum gerit.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS	ZACHARIÆ PAP. ANNUS	CONSTANTINI COPRON. IMP. ANNUS
744.	3.	4.

I. CHriſti Redemptoris anno ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto, Indictione duodecima, Conſtantinus Copronimus Imperator jam in Imperium reſtitutus, fine impoſita bello civili, ut ſedem Imperii, e qua divulſus fuerat, ſibi magis ſtabiliret, operam dedit, concillans ſibi populum, quem nimia ſævitia admodum exterruerat.

Theophylactus Epiſc. Antioch. *Quo pariter anno* (inquit Theophanes) *defuncto Stephano Epiſcopo Antiocheno, ubi ſediſſet annos duos, permiſit Princeps Sarracenorum conſecrari Theophilactum Edeſſenum in locum ejus, virum magnæ virtutis, divinis chariſmatibus fulgentem.* Hæc de his, quæ ſpectant ad res Orientalis Eccleſiæ. Res autem Germanorum ſic ſe habent.

Corrigendus Bonifacius per Rom. Pont. Hoc item anno Virgilius, atque Sidonius viri religioſi, qui & ipſi Dei nutu, propagandi Evangelii cauſa, venerant in Bajoariam (ex Hibernia vero Virgilius, Sidonius unde, neſcimus) Bonifacio, noti, cujus & ſubditi erant diſciplinæ, cum oborta aliquando occaſione, opus eſſet contradicere eidem Bonifacio, veritate cogente, dum ipſi videretur, eſſe rebaptizandos, quos miniſter forma ſolita, ſed vitiata latinitate baptizaſſet: modeſtiæ conſulentes, maluerunt eum monendum eſſe per Romanum Pontificem, quam urgere publica diſputatione coram Eccleſia. Quamobrem de his ſcripſere ad Zachariam Papam. Qui acceptis litteris, ad Bonifacium iſta conſcripſit (a):

(a) Zach. ep. 4. tom. 2. ep. Rom. Pont. & in vita S. Bonif. lib. 3. cap. 3.

II. *Reverendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifatio Coepiſcopo Zacharias ſervus ſervorum Dei.*

Virgilius, & Sidonius viri religioſi apud Bajoariorum provinciam degentes, ſuis apud nos litteris uſi ſunt, per quas intimaverunt, quod tua reverenda fraternitas eis injungeret, Chriſtianos denuo baptizare. Quod audientes, nimis fuimus conturbati, & in admirationem quamdam incidimus, ſi habetur, ut dictum eſt. Retulerunt quippe, quod fuerit in eadem provincia ſacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, neſciens Latini eloquii, infringens linguam, diceret: Baptizo te in nomine Patria & Filia & Spiritua ſancta. Et per hoc tua reverenda fraternitas conſideravit rebaptizare. Sed ſanctiſſime frater, ſi ille, qui baptizavit, non errorem introducens, ac hæreſim, ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut ſupra fati ſumus, Baptizans dixiſſet: non poſſumus conſentire, ut denuo baptizentur: quia (quod bene tua compertum habet ſancta fraternitas) quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nullo modo rebaptizari debeat, ſed per ſolam manus impoſitionem purgari debeat. Nam, ſanctiſſime frater ſi ita eſt, ut nobis relatum eſt, non amplius a te illis prædicentur hujuſmodi, ſed ut Patres ſancti docent, & prædicant, tua ſanctitas ſtudeat conſervare. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Data Kalendis Julii, imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore anno vigeſimo ſexto, Imperii ejus anno quarto, Indictione duodecima. De non iterando Baptiſmo ex falſa Latinitate.

His acceptis litteris Bonifacius, ut pacis filius, tamquam divino oraculo, Apoſtolicæ Sedis ſententiæ acquievit; ita ut de eadem controverſia nullum amplius reperiatur factum verbum. Sed quomodo poſt hæc inter eoſdem viros ſanctiſſimos, qui excellentia meritorum videbantur eſſe columnæ, niſus eſt diabolus in damnum novellæ coaleſcentis Eccleſiæ concitare diſcordias; & quomodo eædem Dei benignitate fuerunt cito convulſæ: ſuo loco dicemus. Inter hæc autem cum idem

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXXII. Anno Hegiræ CXXVII. inchoato die 13. Octob. fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6237.

☉ 25. ED. ☽ 4. P. 5. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 744.

ZACHARIÆ PAPÆ 4.

CONSTANTINI COPRONYMI 25. & 4.

A.C. 744. I. ANNUM I. Theophanes anno IV. Conſt[illegible] ni Imp. Kalend. Septemb[illegible] hujus C[illegible] anni inchoato, ſcribit: *Hoc an[illegible]* [illegible] *ervam[illegible]* Marva Saracenorum Caliph[illegible] [illegible] *ſtia[illegible]* *ſtulantibus Theophylactum* [illegible] *Ed[illegible]* *Antiochia Patriarcham po[illegible]* [illegible] *ordi[illegible]* *dinari permiſit, eumdem[illegible]* [illegible] *lit[illegible]* *unoriſſet ab Arabibus ſalutari ſanxit: ſpiritualibus ſiquidem gratiis, temperantiaque maximo ornatus erat. Chalbanos inſuper centum & viginti ſuſpendit damnavit apud Emeſam. Abam autem effuſi Chriſtianorum ſanguinis reum, multaque loca paſſim depopulatum & deprædatum in carcere occidit.* Favit etiam Chriſtianis in Hiſpania *Marva*, ubi cum multi ex illis a Præfecto Saracenorum occiſi fuiſſent, *imperat*, inquit Iſidorus Pacenſis, *ut eos quos ex Chriſtia[illegible]* *is vectigali[illegible]* [illegible] *tantas eorum ſtrages gladio* [illegible] *ulaverat* [illegible] *co Codice ferr* [illegible] *devenerant* [illegible] [illegible] *a ſcil*[illegible] [illegible] *s pro mo*[illegible] [illegible] *huta ſol*[illegible] [illegible] *bant.* [illegible] *d legitu*[illegible] [illegible] *ſtantium* [illegible] *. de* [illegible] *ut. ca*[illegible] [illegible] *es obi*[illegible] [illegible] *us,* [illegible] *ſolveb*[illegible] [illegible] *ro mor*[illegible] [illegible] *uit.* [illegible] *una* [illegible] *ent pro*[illegible] [illegible] *ubeit* [illegible] XI. [illegible] in Bajo- [illegible] A Marva Calipha Chriſtianis favet. II.

Bonifacius proditione domeſtici ſervi apud Pipinum Regem calumniis ſe oppreſſum ſciviſſet: ad eumdem Regem has litteras dedit.

III. Bonifacii epiſt. ad Pipinum Regem.

Domino excellentiſſimo Pipino Regi Francorum Bonifacius Epiſc. in Domino ſalutem.

Celſitudini veſtræ clementiæ magnas gratias agimus, & Dominum Jeſum Chriſtum precantes, ut vobis in Regno cælorum æternam mercedem retribuat, eo quod petitiones noſtras clementer exaudire dignati eſtis, & ſenectutem meam, atque infirmitatem conſolari. Nunc autem, glorioſe fili, cognoſcat, quia per miſericordiam Dei credo, quod poſſum in veſtro ſervitio iterum eſſe. Propterea petimus vos, ut nobis indicetis, ſi ad placitum iſtum debeamus venire, ut veſtram voluntatem perficiamus. Quidam ſervus Eccleſiæ noſtræ, & ipſe mendaciſſimus, qui nos arte fugiebat, Anſfeidus nomine, veniens ad nos cum indiculo veſtro, rogans, ut ei juſtitiam faceremus; miſimus illum ad vos cum ipſis litteris cum Miſſo noſtro, ut cognoſcatis, quam mentitus eſt vobis, petentes, ut nos pro mercede veſtra defendatis contra tales falſarios, & eorum mendaciis non credatis. Valete in Domino ſemper. Hactenus litteræ Bonifacii ad Pipinum, qui ſolicite curans res, quæ ad Francorum eccleſias ſpectant, hoc eodem anno litteras dedit, atque legationem miſit per Bobanum presbyterum, ad Zachariam Romanum Pontificem, ut ipſum de multis, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectarent, conſuleret, idque etiam nomine Epiſcoporum, & aliorum ejuſdem regni Francorum Chriſtianæ legis cultorum Principum.

Non defuit ſanctiſſimus Pontifex eiſdem in omnibus ſatisfacere. Quamobrem reſcripſit ad Pipinum, atque Epiſcopos, Abbates, & alias Francorum ſublimiores poteſtates epiſtolam, viginti ſeptum capita reſponſionum continentem, quam numquam hactenus editam, ob ſcribentis, & ad quem ſcripſit inſignes perſonas, hic cudendam curavimus. Sic ſe habet. (a)

(a) *Ex Bibl. Vatic. ſcript. Cod. Cens.* IV.

Domino excellentiſſimo, atque Chriſtianiſſimo Pipino Majoridomus, ſeu dilectiſſimis nobis univerſis Epiſcopis Eccleſiarum, & religioſis Abbatibus, atque cunctis Deum timentibus Principibus in regione Francorum conſtitutis, Zacharias Epiſcopus ſanctæ Dei Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ in Domino ſalutem.

Epiſtol. Zachariæ Pap. ad Pipinum Regem, & Epiſcopos.

Gratia vobis, & pax a Deo Patre omnipotente, & Domino Jeſu Chriſto, unico Filio ejus, & a Spiritu ſancto miniſtretur. Gaudio magno gaudemus in Domino addiſcentes per relationem ſublimiſſimi, atque a Deo ſervati prædilecti filii noſtri Pipini, veſtram omnium bonam converſationem; & quod ut in bonis & Deo placitis diſpoſitionibus unanimes, atque cooperatores eſtis: ita & Eccleſiæ Dei venerabilia loca per univerſam veſtram provinciam ſita, atque eorum præſules, ſacerdotes, & religioſos Abbates, ut condecet, in ſancto habitu, & converſatione ſacerdotali conſervetis, vacantes orationibus, inſiſtentes precibus ad implorandam divinam potentiam, & cælitus victoriam tribuendam adverſus paganas, & infideles gentes propugnatoribus veſtris.

V.

Etenim vobis in vera confeſſione, & ſimplici corde ad Deum accedentibus, ſicut Moyſes (b) ille amicus Dei, orando pugnabat, & Jonathas (c) cum populo Iſrael bella Domini præliando, vincebat: ita & vos agere oportet, cariſſimi mihi, ut ſitis adjutores populo veſtro orando, & bonis actibus inhærendo, declinantes a curis, & negociis ſæcularibus. Scriptum eſt enim: Vacate (d) & videte, quo-

(b) Exod. 17.
(c) 1. Reg. 14.
(d) Pſ. 45.

PAGIUS *Controverſia de forma Baptiſmi.*

[1] ... loaria de Baptiſmo controverſis. In ea Provincia Sacerdos forma ſolita, ſed vitiata Latinitate baptizavit, dicens: *Baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritua Sancta* ... Quos ille baptizavit, rebaptizandos eſſe exiſtimavit Bonifacius, ſed *Virgilius* & *Sedonius*, qui in Bajoariam venerant Evangelii propagandi cauſa, ſeque in ipſius Bonifacii diſciplinam tradiderant, rem totam Romano Pontifici referre per literas petierunt. Reſpondit Zacharias eos rebaptizandos non eſſe. Epiſtola Zachariæ dicitur data *Kalendis Juliis, Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore anno XXVI. Imperii ejus anno IV. Indictione XII.* In editione Serarii lib. 3. cap. 3. loco *Indictionis XII.* legitur, *Indictio XIV.* & in nonnullis exemplaribus hi Characteres Chronologici deſunt, ſed error tantum cubat in anno XXVI. legendum enim *anno XXV.* & Indictio XII. retinenda. [2] *Virgilius* iſte dicitur Hibernus a Baronio num. I. quod illum cum S. Virgilio confuderit; cum tamen is ab

NOTÆ [1] Controverſiam de baptiſmo nonniſi ſequenti anno agitari cœptam fuiſſe in Bavaria, cenſeo. Quæ enim Zachariæ epiſtola anno huic a Pagio adſcribitur, anno ſequenti ſcriptam eſſe arbitror. Id enim indicant anni Conſtantini in ea adſcripti; anno enim præſenti 744. Zacharias annis Artabaſdi epiſtolas ſuas conſignabat, ut ex iis quæ adnotavimus A. 743. 1. deducitur. Congruunt huic ſententiæ annus Conſtantini XXVI. cum julio menſe junctus. Notæ reliquæ corrigendæ ſunt, & pro indictione XII. ſcribendum XIII. pro anno Imperii IV. ſcribendum VI. MANSI

quoniam ſuavis eſt Dominus. Et iterum: (a) Pſ. 33. (a) *Accedite ad eum, & illuminamini & vultus veſtri non erubeſcant. Principes & ſæculares homines, atque bellatores convenit curam habere, & ſollicitudinem contra inimicorum aſtutiam, & provinciæ defenſionem. Præſulibus vero ſacerdotibus, atque Dei ſervis pertinet ſalutaribus conſiliis, atque orationibus vacare, ut nobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præſtante, provincia ſalva perſiſtat, fiatque vobis in ſalutem, laudem, & mercedem perpetuam. Ex hoc quippe præſulatus veſter apparebit in ſanctitate, & principatus dilecti filii noſtri Pipini approbabitur per ſubjectorum poteſtatem, & bonum diſpoſitum.*

Itaque, ut flagitavit a nobis, cum veſtro conſultu ſuperius effatus filius noſter Pipinus, ut de omnibus capitulis, quibus innotuit, reſponſum demus: in quantum, Domino dante, valemus: de unoquoque capitulo inferius conſcriptum, juxta quod a ſanctis Patribus traditum habemus; & ſacrorum canonum ſanxit auctoritas: etiam nos quod, Deo inſpirante, Apoſtolica auctoritate decernere potuimus, mandavimus in reſponſis.

VI. Primum capitulum. *Quomodo honorari debeat Metropolitanus Epiſcopus coram Epiſcopis, & parochialibus presbyteris, in Canone ſanctorum Apoſtolorum capitulo XXXV. ſcriptum eſt: Epiſcopos gentium ſingularum ſcire convenit, quis inter eas primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter ejus conſcientiam gerant; cum illis ſoli ſingula, quæ parochiæ, propria, & villis, quæ ſub ea ſunt, competant. Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid. Sic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in ſpiritu ſancto. Item in canone Concilii Antiocheni, capitulo IX. continetur ita: Per ſingulas regiones Epiſcopos convenit noſſe, Metropolitanum Epiſcopum totius provinciæ ſollicitudinem gerere: propter quod ad Metropolim omnes undique, qui negocia videntur habere, concurrent:*

*unde placuit eum & honore præcellere, & nihil, præter eum, cæteros Epiſcopos agere, ſecundum antiquam a Patribus regulam conſtitutam, niſi ea tantum quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas. Unuſquiſque enim Epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem: & providentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub ea eſt poteſtate. Item ut presbyteros, & diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere, præter Antiſtitem Metropolitanum tentet: nec Metropolitanus aliquid gerat ſine cæterorum ſacerdotum conſilio, item ex libro Decretorum beati Leonis Papæ capitulo XXXII. continetur. Igitur ſecundum ſanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, Metropolitanos ſingularum provinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus tradita ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut a regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione diſcedant, aut in habitu, aut inceſſu ſanctitatis. Nam & nos ab Apoſtolica auctoritate ſubjungimus, ut Epiſcopus juxta dignitatem ſuam indumentis utatur. Simili modo & presbyteri Cardinales, & qui in monaſtica vita velle habeant * vivendi, plebi quidem ſibi ſubjectæ, præclariori veſte induti, debitum prædicationis perſolvant: & in ſecreto propoſitum ſervent ſui cordis, ut qui videt in abſcondito Deus, reddat illis in palam. Scriptum quippe eſt:* (b) *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Non enim nos honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum.* (b) Pſ. 4.

VII. *Monachi vero laneo indumento, juxta normam & regulam monaſticæ diſciplinæ, atque traditionem ſanctorum probabilium Patrum, ſine intermiſſione utantur. Sic enim abrenuntiantes ea, quæ ſæculi ſunt, tota ſe Deo intentione contulerunt, de omnibus illicitis debent abſtinere: ut quan-*

 tum

PAGIUS is ab illo diverſus ſit, ut anno DCCXLVI. n. VII. oſtendam.

III. Quoad literas a S. Bonifacio ad Pippinum datas, quæ ordine ſunt CIV. & recitantur præſenti anno a Baronio num. III. pertinent ea ad annum DCCLIV. Nam hic eorum titulus: *Domino Excellentiſſimo Pippino Regi Francorum;* cum tamen hoc tempore *Pippinus* Dux & Princeps Francorum tantum appellaretur. Secundo, petit a Rege *Bonifacius*, ut ſibi indicet, ſi ad *Placitum* ejus debeat venire, ubi loquitur de Placito eo anno apud *Brennacum* habito, ad quod Rex omnes venire præcepit, ut eo anno videbimus. Porro *Placita* vocabantur hoc tempore Conventus publici totius Regni ordinum, quibus Reges ipſi præerant, & in quibus de

S. Bonifacius fictis criminibus læſus.

ordinis Regni negotiis & imminentibus bellis tractabatur, ut in voce *Placitum* explicat Ducangius in ſuo Gloſſario. Illo itaque anno a quodam Eccleſiæ ſuæ ſervo falſis criminationibus apud *Pippinum* Regem infeſtatus *Bonifacius*, ut in ea Epiſtola legere eſt. Hinc patet, eam nihil commune habere cum capitulis XXVII. de quibus mox, licet Baronius eam cum illis copulet, quia ſcilicet autumabat, *Zachariam* Papam hoc anno conſultum fuiſſe a Bonifacio, huncque *Lullum* Presbyterum ad illum miſiſſe.

Recitat Baronius num. IV. Epiſtolam ad Pippinum, Epiſcopos, Abbates, & Proceres Francorum, ſcriptam a Zacharia Papa, quæ capita XXVII. reſponſionum continet, quibus Ponti- IV.

Digitized by Google

tum corpore ſuo ſuſtinuerint laborem, tantum remunerationis præmium a Deo percipere mereantur. Apoſtolis (a) *quippe divinum datum eſt mandatum, duas tunicas non habendi. Tunicas dixit itaque, laneas, non lineas. Qui ergo obedierit Dominico præcepto, bonis actibus inhærens, habebit vitam æternam. Item ex canone Antiocheni Concilii capitulo decimo, de his, qui vocantur Chorepiſcopi, decretum eſt: Qui in vicis, vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamvis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & ut Epiſcopi conſecrati ſint: tamen ſanctæ Synodo placuit, ut modum proprium cognoſcant, & gubernent ſubjectas ſibi Eccleſias, earumque moderamine, curaque contenti ſint. Ordinent etiam lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare, præter civitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione addictus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentaverit, depoſitus, quo utebatur honore, privetur. Chorepiſcopum vero civitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubjectus eſt.*

(a) Matth. 10.

Secundo capitulo, *de Epiſcopis, presbyteris, & diaconis damnatis, quod priſtinum officium uſurpare non debeant, ex libro canonum ſanctorum Apoſtolorum capitulo XXIX. dictum eſt: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus depoſitus juſte ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.*

VIII. Tertium capitulum, *de presbyteris ſupervenientibus, ex Concilio Carthaginenſi, capite undecimo: Si quis presbyter contra Epiſcopum ſuum inflatus, ſchiſma fecerit, anathema ſit. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Anathema ſit. Si quis presbyter, a Præpoſito ſuo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Epiſcopos conqueri, ut ab ipſis ejus cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus, ſecernendo ſe ab Epiſcopi ſui communione, ſubduxerit, ac ſeparatim cum aliquibus faciens ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Si querimoniam juſtam adverſus Epiſcopum non habuerit, inquirendum erit.*

Quartum capitulum, *De presbyteris agrorum, quam obedientiam debeant exhibere Epiſcopis, & presbyteris Cardinalibus, ex Concilio Neocæſarienſi capitulo* XIII. *ita continetur: Presbyteri ruris in Eccleſia, civitatis Epiſcopo præſente, vel presbyteris urbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero abſentes fuerint, ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt. Chorepiſcopi quoque ad exemplum, & formam ſeptuaginta videntur eſſe ut quod miniſtraverint, propter ſtudium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.*

Quintum capitulum, *de monachis, id eſt, ancillis Dei, de quibus flagitatum, ſi liceat eas* * *ad Miſſarum ſolemnia, aut Sabbato ſancto publice lectiones legere, & ad Miſſas pſallere, aut Alleluja, vel reſponſorium. De his in Decretorum libro beati Gelaſii Papæ capitulo XXXII. deſtinatum eſt, quod nefas ſit, feminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ virorum ſunt officiis deputata, præſumere. Nihilominus impatienter audivimus, tantum ſacrarum rerum ſubiiſſe deſpectum, ut feminæ ſacris altaribus miniſtrare firmentur, cunctaque, quæ non niſi virorum famulatui deputata, ſexum, cui non competit, exhibere: niſi quod omnium delictorum, quæ ſigillatim perſtrinximus, noxiorum reatus omnis & crimen eos reſpicit ſacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes, minime publicando, pravis exceſſibus ſe favere ſignificant.* * ante

IX. Sextum capitulum, *de viduis, ſi poſſint in propriis habitaculis ſuis ſalvare animas. Item ex eodem libro capitulo XXI. ita continetur: Ut viduæ non violentur a pontificibus: & ſi profeſſam continentiam, propoſito mutato, calcaverint, ipſæ pro ſe rationem Deo pro ſuis ſint actionibus redditura. Nam de viduis ſine ulla benedictione velandis, ſuperius duximus latius differendum: quæ ſi propria voluntate profeſſam conjugii caſtitatem mirabili mente calcaverint, periculi ejus intererit, quali Deum debeat ſatisfactione placare. Sicut enim, ſi ſe forſitan* con-

---

PAGIUS Zacharias PP. ad conſultationes Pippini & Bonifacii reſpondet. tifex ſatisfacit petitionibus Sancti Bonifacii. Ex capitibus illis, alia pertinent ad Ordinem Sacerdotalem, alia ad ſalutem animarum, ſive ad pœnitentiam hominibus imponendam, alia denique ad copulas illicitas. Ea Epiſtola a Cointio in annum DCCXLVIII. rejecta quod ſubſcriptio literarum Zachariæ ad Bonifacium eodem tempore datarum, mendoſe deſcripta reperiatur, his ſcilicet verbis: *data Nonis Januarii, Imperante Piiſſimo Domino noſtro Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore, anno XXVIII. Imperii ejus anno ſexto, Indict.*

XV. Hæc ſubſcriptio quatuor exhibet characteres Chronologicos, diem videlicet cum utraque Epocha Conſtantini Auguſti, & indictione. Extat in editione Antonii de Aquino Tom. II. & in Codice Epiſtolarum Bonifacianarum in Epiſt. CXXXIX. ac denique in editione Othloni a Serario in Hiſtoria Mogontina lib. 3. cap. 9. promulgata. Sed in editione Surii, in Actis Sancti Bonifacii ad diem V. Junii reperitur ſine anno & Indictione, eaque editione uſus eſt Baronius, ut colligere eſt ex his, quæ habet num. XX. Denique Mabillonius in Notis ad Vi-

(a) 1. Cor. 7. *continere non poterat, ſecundum (a) Apoſtolum nullatenus nubere vetabatur: ſic habita ſecundum deliberationem, promiſſam Deo pudicitiæ fidem debuit cuſtodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus inſicere, ſed ſolum adhortationes præmii ſempiterni, pœnaſque proponere divini judicii, ut noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio.*

Septimum capitulum, *de laico pellente ſuam conjugem; ex canone ſanctorum Apoſtolorum capite XLVIII. Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam duxerit, communione privetur.*

X. Octavum capitulum, *de presbyteris & diaconis, qui ſe a miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum collectas faciunt, ex canone Antiochens Concilii capite V. promulgatum eſt: Si quis presbyter, aut diaconus Epiſcopum proprium contemnens, ſe ab Eccleſia ſequeſtraverit, & ſeorſum colligens altare conſtituiſſet, & commonenti Epiſcopo non acquieverit, nec conſentire, vel obedire voluerit ſemel & iterum vocanti: hic damnetur omni modo, nec ultra remedium conſequatur, qui ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quod ſi Eccleſiam turbare, & ſollicitare perſiſtit, tamquam ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur.*

Nonum capitulum, *de clericis, & monachis non manentibus in ſuo propoſito, quod interrogatum eſt, in canone Chalcedonenſi capite ſeptimo decretum eſt: Qui ſemel in clero deputati ſunt, aut monachorum vitam expetiverunt; ſtatuimus neque ad militiam, nec dignitatem aliquam venire mundanam: aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quo minus redirent ad id, quod propter Deum primitus elegerint, anathematizari.*

XI. Decimum caput, *de clericis, qui ſunt in ptochiis, monaſteriis, atque martyriis, ex canone Chalcedonenſis Concilii capite nono ita decretum eſt: Clerici, qui præficiuntur ptochiis, vel ordinantur in monaſteriis, & baſilicis Martyrum, ſub Epiſcoporum, qui in unaquaque civitate ſunt, ſecundum ſanctorum Patrum traditiones, poteſtate permaneant: nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo deſiliant. Qui vero audent evertere hujuſmodi formam quocumque modo, nec proprio ſubiiciuntur Epiſcopo, ſiquidem clerici ſunt, canonum correptionibus ſubjacebunt: ſi vero laici, vel monachi fuerint, communione priventur.*

Undecimum caput: *Qui clerici etiam ab uxoribus abſtinere debeant, ex Concilio Africano capite XXXVII. ita continetur. Præterea cum de quorumdam clericorum quamvis erga proprias uxores incontinentia referretur, placuit, Epiſcopos & presbyteros, ſeu diaconos, ſecundum propria ſtatuta etiam ab uxoribus continere, Quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico officio removeantur. Cæteros autem clericos ad id non cogi, ſed ſecundum uniuſcujuſque Eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere.*

Duodecimum caput, *de his qui uxores, aut viros dimittunt, ut ſic maneant, ex Concilio ſupraſcripto Africano, capite LXIX. ita continetur: Placuit ut ſecundum Evangelicam & Apoſtolicam diſciplinam neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa a marito alteri conjungantur, ſed ita maneant, aut ſibi invicem reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur.*

Decimum tertium caput: *Inquiſitum eſt quod monachus, ſi clericus factus fuerit, quid agere debeat. Ex decreto beati Innocentii Papæ capite XVII. continetur: De monachis, qui diu morantur in monaſteriis, & poſtea ad clericatus ordinem pervenerint, non debere eos a proprio propoſito deviare. Aut enim ſicut in monaſterio fuit, & quod diu ſervavit, in meliori gradu poſitus, amittere non debet: aut ſi corruptus, poſtea baptizatus, & in monaſterio ſedens, ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poteſt, qui nec benedici cum ſponſa poteſt, jam antea corruptus. Quæ forma ſervatur in clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quiſque corruptus baptizatus clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe uxorem omnino non ducere.* XII.

Decimumquartum caput: *Quod presbyteri, aut diaconi, ſi in aliquo crimine prolapſi*

PAGIUS Vitam Sancti Bonifacii ab Othlono ſcriptam pag. 70. eam Epiſtolam Zachariæ ad Bonifacium repræſentat ſine illa ſubſcriptione, ſitque deeſſe in Codicibus MSS. quos ſcilicet ipſe legerat. Baronius loco citato exiſtimat, errorem irrepſiſſe in annum Imperii poſt patris mortem adminiſtrati, & loco, *Imperii ejus anno ſexto*; legendum eſſe, *Imperii ejus anno octavo*. Sed cum fateatur Conſtantinum vivente patre creatum eſſe Imperatorem ipſo die Paſchatis, anno Chriſti DCCXX. ſolumque poſt patris mortem Imperio potitum menſe Junio anni Chriſti DCCXLI. hæc emendatio ſtare non poteſt. Cointius anno DCCXLVIII. num. I. ubi eamdem Epiſtolam recitat arbitratur errorem eſſe in poſteriori Epocha Conſtantini, & in Indictione, ac duos illos characteres, annum ſcilicet VI. ſecundæ Epochæ Conſtantinianæ, & Indictionem XV. corrigit, ac loco anni VI. *ſeptimum*, & Indictionis XV. loco *primam* reponit. Demum Sirmondus nihil in ea ſubſcriptione mutat cum tamen ambæ Epochæ Conſtantinianæ ſimul non quadrent, & earum alteram, aut utramque mendoſam eſſe neceſſe ſit. Quare non debito, quia in ſolam priorem Conſtantini Epocham error irrep-

Digitized by Google

pſi fuerint, non poſſint per manus impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi. In decreto beati Leonis Papæ, capite decimo ſexto decretum eſt ita: Alienum eſt a conſuetudine Eccleſiaſtica, ut qui in presbyterali honore, aut diaconii gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi. Quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundum quod ſcriptum eſt: Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro illo? Unde hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei ſecreta eſt expetenda ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio fuerit digna, & etiam fructuoſa.

XIII. Decimum quintum caput: *pro eo quod interrogatum eſt de laicis, qui Eccleſias in ſuis proprietatibus conſtruunt, quis ipſas debeat regere, aut gubernare: A ſanctis Patribus ita ſtatutum eſt, & in præceptis Apoſtolicis ſic continetur, juxta petitoris imploratum, ut ſi in qualibet fundo cujuſcumque juris oratorium, ſive baſilica fuerit conſtructa, pro ejus devotione in honorem cujuſcumque ſancti, in cujus Epiſcopi parochia fuerit fundatum oratorium, percepta primitus donatione legitima, id eſt, præſtante tot geſtiſque municipalibus allegata, prædictum oratorium per Miſſas publicas ſolemniter conſecrabit: ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptiſteria conſtruantur, nec presbyter conſtituatur Cardinalis. Sed & ſi Miſſas ibi facere maluerit, ab Epiſcopo noverit presbyterum poſtulandum, quatenus nihil a quolibet alio ſacerdote ullatenus reſiſtatur, niſi ab Epiſcopo fuerit ordinatum.*

XIV. *Decimum ſextum caput: De clericis, qui proprias Eccleſias relinquunt, quid de eis agi debeat, ex Canone ſanctorum Apoſtolorum capite XV. ita continetur: Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omnino declinans præter Epiſcopi ſui conſcientiam, in aliena parochia commoretur, hunc ulterius miniſtrare non patimur, præcipue ſi vocatus ab Epiſcopo, redire contempſerit in ſua inquietudine perſeverans, ſed tamquam laicus ibi communicet.*

Decimum ſeptimum caput: *Item pro Epiſcopis, qui alterius clericos ſuſceperint, ut excommunicentur, in eodem Concilio capite XVI. continetur: Epiſcopus vero, apud quem memoratus eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tamquam clericus forte ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis, communione privetur.*

Decimum octavum caput: *Qui clerici uxores ſortiri debeant, in II. & VII. capitibus canonum ſanctorum Apoſtolorum decretum eſt: Innuptis autem, qui ad clerum provecti ſunt, præcipimus, ut ſi voluerint, uxores accipiant, ſed lectores cantoreſque tantummodo.*

Decimum nonum caput: *Ut nullus presbyter, aut diaconus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis, in eodem Canone ſanctorum Apoſtolorum continetur:* Nullus *Epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, ſeu diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis: & cum ſcripta detulerint, diſcutiantur attentius: & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint, ſin minus, neque neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia a ſurreptione multa proveniunt.*

Vigeſimum caput: *de virginibus velatis, ſi deviaverint, quid de illis agendum ſit, in libro Decretorum beati Innocentii Papæ, capite decimonono adſertum eſt: Quæ Chriſto ſpiritualiter nubunt, & a ſacerdote velantur, ſi poſtea vel publice nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe adjunxerat, de mundo receſſerit. Si enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur: quæcumque vivente viro alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendi pœnitentiam licentia concedatur, niſi unus ex his fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda eſt, quæ ante immortali ſe ſponſo conjunxerat, & poſtea humanas ad nuptias tranſmigravit?*

Vigeſimum primum caput: *Idem de non velatis virginibus, ſi deviaverint, in eodem libro, vigeſimo capite continetur: Hæ vero, quæ nec dum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſem-* XV.

PAGIUS repſerit, & loco, *anno XXVIII.* legendum ſit, *anno XXVII.* ſic enim omnes illi temporum characteres recte inter ſe cohærent, liquetque Epiſtolam Zachariæ ad Bonifacium, cum qua mittit ad Pippinum reſponſionem ad XXVII. petitiones ejuſdem Pippini Majoris Domus, datam eſſe anno ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Nonis Januarii Indictione XV. anno XXVII. prioris Epochæ Conſtantini, & ſexto poſterioris, ac præterea Pippinum miſiſſe ad Zachariam *Ardobanum* Presbyterum ea XXVII. Capitula petiturum, non vero *Rohanum* Presbyterum, ut habet Baronius num. III. quod arbitraretur Epiſtolas, quas ibidem recitat, datas anno DCCLIV. ad præſentem pertinere, ut numero ſuperiori jam diximus. *Ardobanum* enim num. XX. apud Baronium Zacharias diſerte memorat.

V. Ratio vero, cur tam Epiſtola Zachariæ ad Bonifacium num. XIX. a Baronio recitata, quam alia Epiſtola, qua idem Pontifex reſcribit ad Pippinum & univerſos Epiſcopos, mittitque XXVII. capitula memorata, pertineant ad annum DCCXLVII. & cur tantum annus prioris Epochæ Conſtantini unitate minuendus ſit, ex eo petitur, quod Marianus Sco-

Digitized by Google

ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, ſi forte nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſione ejuſmodi tenebantur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi: quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit, ſolvi ſine vindicta non poterit? Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ a propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit, eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quanto potius virgines, quæ prioris promiſſionis fidem frangere conatæ ſunt? Hæc itaque, fratres cariſſimi, ſi plena vigilantia fuerint ab omnibus Dei ſacerdotibus obſervata, ceſſabit ambitio, iniquitas ſuperata calcabitur, veritas ſpirituali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate animi concordabit: implebitur edictum (a) Philip. 2. *Apoſtoli* (a), *ut unanimes unum ſentientes permaneamus, in Chriſto; nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes: non hominibus, ſed Deo noſtro Salvatori placentes.*

Vigeſimum ſecundum caput: *de his, quæ duobus fratribus nupſerunt, vel qui duas ſorores uxores acceperint, in Concilio Neocæſarienſi, capite undecimo continetur: Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem. Verumtamen in exitu propter miſericordiam, ſi promiſerit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula diſſolvat, fructu pœnitentiæ in vita permanenti *. Nos autem gratia divina ſuffragante, juxta prædeceſſorum, & anteceſſorum Pontificum decreta multo amplius confirmantes, dicimus, ut dum uſque ſeſe generatio cognoverit, juxta ritum, & normam Chriſtianitatis, & religionis Romanorum non copulentur conjugiis. Sed nec ſpiritualem, ideſt, commatrem, aut filiam, quod abſit, quis ducat temerario auſu uxorem. Eſt namque nefas, & pernicioſum peccatum coram Deo, & Angelis ejus. In tantum enim grave eſt, ut nullus ſanctorum Patrum, neque ſanctarum Synodorum aſſertione, vel etiam in Imperialibus legibus quiſpiam judicatus ſit; ſed terribile judicium Dei metuentes, ſiluerunt ſententiam dare.*

Vigeſimum tertium caput: *de his, qui homicidium ſponte perpetraverant, in XXI. capitulo Anquirani Concilii continetur: Qui voluntarie homicidium fecerunt, pœnitentiæ jugiter ſe ſubmittant, perfectionem vitæ vero circa exitum conſequantur.*

Vigeſimum quartum caput: *de his, qui homicidium non ſponte perpetraverunt, in eodem canone, vigeſimo quinto capite continetur: De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptem annorum pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit: ſecunda vero, quinquennii tempus explere.*

XVII. Vigeſimum quintum caput: *de his, qui adulteras habent uxores; vel ſi ipſi adulteri comprobantur, in Concilio Anquirano capite decimonono continetur: Si cujus uxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentia oportet, eum perfectionem conſequi ſecundum priſtinos gradus.*

Vigeſimum ſextum caput: *de monachis, & virginibus propoſitum non ſervantibus in libro Decretorum beati Siricii Papæ, cap. VI. continetur: Præterea monachorum quoſdam, atque monacharum abjecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteſtaris demerſos eſſe laſciviam, ut prius clanculo, vel ſub monaſteriorum prætextu illicita, ac ſacrilega ſe contagione miſcuerint: poſtea vero ad ruptam conſcientiæ deſperationem perducti, de illicitis complexionibus libere filios procrearent. Quod publicæ leges, & Eccleſiaſtica jura condemnant. Has igitur impudicas deteſtabileſque perſonas monaſteriorum cœtu, eccleſiarumque conventibus eliminandas eſſe, quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificato poſſint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem ſaltem, ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubvenire.*

Vigeſimum ſeptimum caput: *de his, quæ non coactæ, ſed propria voluntate virginitatis propoſitum ſuſceperunt, quod delinquant, cum nupſerint, etſi nondum fuerint conſecratæ, in libro Decretorum beati Leonis Papæ, capite vigeſimo octa-*
vo

PAGIUS *Litera Zachariæ ad Pippinum & ad Bonifacium de XXVII. Capitulis data anno DCC. XLVII.*

Scotus in Chronica, ad annum DCCXLIII, referens ſubſcriptiones aliquot Epiſtolarum Bonifacianarum, a ſe ſine dubio lectarum ſcribat; *alia Epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium Archiepiſcopum data Nonis Januarii, anno Imperii Conſtantini VI. Indictione XV.* ubi tantum omittit annum prioris Epochæ Conſtantini mendoſe ubique deſcriptum. Denique certum eſt, utramque Zachariæ Epiſtolam poſt currentem annum ſcriptam eſſe. Is enim, ut videre eſt apud Baronium num. XX. loquitur de Aldeberto, de Godolſatio, & de Clemente, ut de contumacibus, jam exauctoratis, quorum cauſa *denuo* ſubtili indagatione cribranda eſt: *Dum fueris*, inquit Zacharias, *aggregatum Concilium* (ut capitula de Ordine Sacerdotali, de Salute animarum, deque copulis illicitis ad Pippinum Majorem Domus ab Apoſtolica Sede directa publice legantur) *ad medium deducantur ſacrilegi illi & contumaces Aldebertus, & Godolſatius, & Clemens, Exepiſcopi, ut eorum denuo ſubtili indagatione cribretur cauſa.* Synodus autem Romana, in qua Zacharias Aldebertum & Clementem damnavit, habita eſt ſequenti Chriſti anno, tumque uterque ſub cuſtodia detinebatur, ut conſtat ex ſer-

vo continetur: Puella, quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, prævaricantur, etiam ſi nondum eis gratia conſecrationis acceſſit: cujus utique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.

XVIII. *Hæc itaque, cariſſimi nobis & dilectiſſimi, quæ ſuperius annexa ſunt, in quantum miſerante Deo valuimus, inter cætera cap. deflorantes, tam ſanctorum Apoſtolorum, quam etiam beatorum Patrum ſanctiones, ſeu etiam probabilium & beatiſſimorum Pontificum decreta, ut uniuſcujuſque capituli ſententia continet, in brevi eloquio perſtringentes, ad veſtri præſulatus notitiam, & prædicationem, atque populi vobis a Deo crediti ædificationem mandavimus miniſtranda, atque perficienda: hortantes veſtram omnium prudentiſſimam ſanctitatem, & procerum dilectionem, ut omnimoda ratione non declinantes a dextris, aut ſiniſtris, ſed viam regiam incedentes fortiſſime obſervetis Apoſtolica mandata. Cæterum hæc, amantiſſimi nobis dedimus vobis in mandatis, ut nec nos coram Deo de taciturnitate judicemur, nec vos de neglectu eorum eo cogamini reddere rationem ſicut ſcriptum eſt in Dominico præcepto; (a) Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Itaque nihil excuſationis adhibentes omnium rationabilium animarum ſalutem procuretis, ita currentes in agone, ut non vituperetur miniſterium veſtrum, ſed magis de palma victoriæ bravium accipiatis, juxta egregii Apoſtoli dictum: (b) Habentes bonis actibus inhærendo repoſitam coronam juſtitiæ in ſiderea manſione, quam vobis reddat in illum diem juſtus Judex, Dominus Deus & Salvator noſter JESUS Chriſtus, qui vivit in unitate cum Deo Patre omnipotente, & Spiritu ſancto, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.* Hactenus epiſtola Zachariæ Romani Pontificis, ad Pipinum & Francorum Epiſcopos miſſa.

(a) Joan. 15.

(b) 2. Tim. 4.

Ut autem, quæ in ea ſcripta eſſent, obſervarentur, Bonifacio mandavit, cui & litteras dedit, ut Concilium cogeret, deque his omnibus canonice cuſtodiendis inter Epiſcopos ageret. Extat ipſa Zachariæ ad Bonifacium de his hoc anno data epiſtola, quæ ſic ſe habet,

XIX. *Reverendiſſimo Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſervus ſervorum Dei. (c).*

(c) Habetur in Actis S. Bonif. lib. 2. cap. 7.

Egregius nos admonet Apoſtolus Paulus in eo quod ait: (d) Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Hinc eſt ergo quod per ſpiritualis caritatis vinculum, etſi corpore abſentes, ſpiritu tamen ſemper fraternitati tuæ ſumus præſentes, & in noſtris orationibus memoriam tui agere non deſiſtimus, petentes immenſam Domini noſtri pietatem, ut ad peragendum ſuum te confirmet miniſterium, quatenus in die adventus ejus illam placabilem merearis vocem proferre: (e) Ecce ego & pueri mei, quos dediſti mihi: non perdidi ex (f) eis quemquam: ut continuo cum cæteris Sanctis illa ſupernæ vocationis dicta audias: (g) Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.

(d) 1. Cor. 11.

(e) Iſai. 8.

(f) Joan. 18.

(g) Matth. 25.

Agnoſcat igitur, cariſſime, flagitaſſe a nobis Pipinum excellentiſſimum Majoremdomus gentis Francorum per ſuum hominem nomine Ardobanum religioſum presbyterum aliquanta capitula de ſacerdotali ordine, & ad quæ ad ſalutem animarum pertinent; ſimul etiam pro illicita copula, qualiter ſe debeant cuſtodire juxta ritum Chriſtianæ religionis & ſtatuta ſanctorum Patrum, inquiſiiſſe. Et tamquam de hoc jam experta ſit tua ſancta fraternitas, quæ a nobis ſunt decreta; illius tamen votis aures accommodantes, in brevi elogio ſcripta Apoſtolica documenta direximus. Quæ, ut in ſacerdotali collegio pandantur, tuam ſanctitatem inibi evocari dedimus in mandatis.

XX. *Cumque pro hac re aggregatum fuerit Concilium, in medium deducantur illi ſacrilegi, & contumaces, Aldebertus, & Godalſacius, & Clemens, ut eorum denuo ſubtili indagatione cribretur cauſa. Quos ſi deviantes a rectitudinis tramite uſquequaque repereritis, & convicti fuerint nolle ad viam rectam converti, ut bonum atque placitum vobis videtur, cum Principe provinciæ diſponite ſecundum canonum ſacrorum ſtatuta. Si autem in ſuperbia perſtiterint contumaciter, proclamantes ſe reos non eſſe, tunc cum probatiſſimis, & ſanctiſſimis ſacerdotibus tribus, vel duobus ad nos dirigite viros, ut profunda inquiſitione coram Sede Apoſtolica eorum inquiratur cauſa, & juxta quod meruerint, finem ſuſcipiant. Age itaque frater dilectiſſime, in miniſterio tibi*

De cogendo Concilio in cauſa Pſeudo-apoſtolorum.

PAGIUS ſermonibus a Deneardo Presbytero habitis in *primo* ejuſdem Synodi Secretario, at videre eſt apud Baronium anno DCCXLV. num. XXIII. Quare cum *Aldebertus* & *Clemens* in illa Synodo Romana anno ſequenti habita damnati fuerint, utraque Epiſtola de qua agitur nonniſi poſt illum annum data, poſt eorum ſcilicet contumaciam, & novas, quas concitabant turbas. Neque enim Zacharias Epiſtolam laudatam ad Bonifacium *Nonis Januarii* datam miſit, niſi ut eos tumultus compeſceret, & illorum hæreticorum cauſam, ſi opus eſſet rurſus ventilaret, & ut ipſe loquitur, cribraret. Quamobrem certum eſſe debet, utramque Zachariæ Papæ Epiſtolam pertinere ad annum DCCXLVII.

A num.

ſibi commiſſo, ut ab omnipotenti Deo præmium recipiens, æternam vitam conſequi merearis. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Hactenus Zachariæ epiſtola, quæ licet ſine anno, & Indictione data habeatur in Actis S. Bonifacii Moguntini Epiſcopi, in Romana tamen editione data habetur anno vigeſimooctavo ejuſdem Conſtantini, ex quo cum patre regnare cœpit, & anno ſexto, ex quo poſt patrem ſolus imperavit. Verumtamen errorem in numerum oportet irrepſiſſe, ſiquidem non ſibi cohærent: nam vigeſimus octavus Imperii annus, idem octavus erit & non ſextus, ex quo ſolus regnare cæpit; cum tamen uterque numerus reperiatur eſſe mendoſus, ut quæ dicentur anno ſequenti, ſignificant,

Ann. Eccl. Tom. XII.

cum cauſa Aldeberti primum per Bonifacium in Concilio cognita oſtenditur, & poſtea in alio Concilio Romano eſt diſcuſſa, miſſis jam Actis Romam ex Germania, non autem perſonis, quod perdifficilis eſſet eorum Romam deductio. Quæ autem de his per Zachariam in Romano Concilio geſta ſint, ſuo loco dicturi ſumus.

XXI. Tempus obitus Luithprandi Regis.

Hoc anno contigit obitus Luithprandi Regis Longobardorum: qui enim (ut vidimus) regnare cœpit anno redemptoris ſeptingenteſimo duodecimo, & tenuit regnum (ut Paulus docet) annos trigiota unum, & menſes inſuper ſeptem, ad præſentem annum pervenit. Certe quidem ſub Indictione duodecima fuiſſe ſuperſtitem, teſtantur Acta Syno-

T t t   di

PAGIUS VI. *Moritur Luitprandus Rex Langobardorum.*

A num. XXI. ad XXVI. *Luitprandus, poſtquam triginta & uno anno ſeptemque menſibus, Principatum obtinuit, jam ætate maturus, hujus vitæ curſum explevit*, inquit Paulus Diaconus, qui in hujus Regis morte Hiſtoriam ſuam de Geſtis Langobardorum abſolvit. Quare cum Luitprandus anno DCCXII. menſe incerto, Regnum inierit, primis currentis anni menſibus vivere deſiit. [1] *Hildebrando, quem ipſe Regem deſignaverat, a Longobardis reprobato. Rachis regnat poſt eum annis ſeptem*, inquit Sigebertus ad annum DCCXLII. quo Luitprandi mortem perperam conſignat. *Rachim* enim hoc anno poſt diem quartum Martii regnare cœpiſſe, demonſtrabo an. DCCXLVI. num. V. Vide dicta anno DCCXXXVI. de Hildebrando Rege.

VII. *Concilium Sueſſionenſe.*

Celebratum hoc anno Concilium *Sueſſionenſe*, ut ex ejus Præfatione liquet: *Anno DCCXLIV. ab Incarnatione Chriſti, ſub die VI. Nonas Martii & Luna XIV. in anno ſecundo Childerici Regis Francorum, ego Pippinus Dux & Princeps Francorum, &c. apud Sueſſionis Civitatem Synodum vel Concilium facere decrevimus.* In

Bei.

NOTÆ [1] LUitprandi quidem exitum hujus anni januario contigiſſe certum teneri poſſet. Cum enim ad A. 712. 8. diploma produxerim, ex quo conſtabat regem illum nondum cœpiſſe die VIII. junii anno 712. hinc conſequitur annos regni ejus 31. & menſes ſeptem deducere nos ad januarium anni 744. Sed Hildebrandi deſtitutionem; non ſtatim a Luitprandi obitu factam cenſeo, cum Petrus Maria Campi in appendice primi tomi hiſtor. eccleſiaſtic. Placentiæ producat ejuſdem Hildebrandi diploma *datum Ticini in Palatio ſub die II. Kal. aprilis anno feliciſſimi regni noſtri* (Hildebrandi) *nono per indictionem XII.* congruunt hæc anno 744. Vix autem cenſeo, Luitprandum ad diem illam vitam produxiſſe, cum annum regni trigeſimum & menſes ſeptem januario menſe circiter abſolverit. Igitur menſibus illis, qui a Januario ad aprilem excurrerunt, dignitatem regiam penes ſeſe Hildebrandum retinuiſſe cenſeo, quod etiam cohæret Erchemperto ſcribenti Hildebrandum menſibus ſeptem ſolum regnaſſe. Ex eodem etiam diplomate intelligimus Rachim ſupremam dignitatem ſerius, quam martio exeunte ſuſcepiſſe. Inſuper quæ hic diſputavi de Luitprandi obitu cum exordio hujus anni illigando cohærent epitaphio Aſprandi ſupra ad annum 712. 8. producto, ex quo etiam probavi Luitprandum idibus junii ejus anni cœpiſſe. His ſi addas annos 31. & 7. menſes regni Luitprandi, devenies ad januarium anni 744. Luitprandi emortualem.

Conjecturam hic proferre meam, rei quam tractamus ſervientem, liceat. Poſt Luitprandi obitum regni Longobardici clavum ſtatim moderari cœpit quidem Hildebrandus; ſed ſtatim pariter Longobardi imperium ejus detrectare cœperunt. Quare regnante illo Ticini, reliquam ditionem habebat Rachis, qui ſub principis Longobardorum titulo inſueto cuncta ibi diſponebat. Id mihi eruiſſe videor ex charta inter excerpta Piſani tabularii prolata a Muratorio antiquit. Ital. to. III. col. 1008. diploma eſt *Rachis famulus Chriſti Jeſu, Principem (ſic) gentis Langobardorum.* Signatur, *ejus anno primo menſe Februario per indictione decima.* Indictio decima annum 742. ſignat, quo planum eſt vixiſſe adhuc Luitprandum; quare mendum eſt perſpicuum quod emendandum cenſeo *Indictione duodecima.* Facile enim repetitio literæ *d* fucum exſcriptori fecit; qui ſæpe error inter ſcribendum obrepit. Porro februario anni 744. indictione XII. ſignati Luitprandus jam obierat, & Hildebrandus Ticini quidem regnabat; ſed interim Rachis principis titulo cæteram Longobardicam ditionem uſurpans, regnum ſibi præripere cœperat, quod non diu poſt obtinuit. Cæterum Longobardicum regnum ſerius quam exiſtimari poſſit obtinuiſſe Rachiſium docet diploma ejuſdem autographum ex noſtro Lucano Tabulario a Muratorio antiquit. Ital. to. II. col. 772. productum, ex quo eruitur ne ſeptembri quidem ineunte Rachiſium regnaſſe, ſignatur enim: *Anno regni ejus ſecundo Kal. ſeptembris indictione XV.* idest anno 746. Quin & ad octobrem ſaltem menſem Rachiſiani regni exordia retrahenda eſſe ſuadet authoritas chronologi Brixiani, cujus chronicon vulgavit Muratorius antiquit. Ital. t. IV. col. 944. Scriptor enim ille ſæculi IX. Aiſtulphi initium cum julio menſe anni 749. componit; quo proinde menſe deſinebant anni 4. & menſes IX. quot Rachiſio idem chronologus aſſignat. Hos menſes & annos ſi dempſeris ad octobrem vel forte novembrem anni 744. reduceris. MANSI

di Romanæ ſub Zacharia, de qua diximus anno ſuperiori. Sed & cum ex publicis monumentis numeretur annus ſecundus Rechiſii Regis ſucceſſoris ejus anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, iſtud ipſum confirmat. De ejus obitu, & tempore regni ejus Paulus Diaconus hæc habet in fine ſuæ hiſtoriæ rerum Longoberd. *Luithprandus poſtquam triginta & uno anno, ſeptemque menſibus principatum obtinuit; jam ætate maturus hujus vitæ curſum explevit. Corpus ejus in baſilica beati Hadriani Martyris, ubi & ejus requieſcit genitor, ſepultum eſt.*

Qualis Luithprandus.

Fuit autem vir multæ ſapientiæ, conſilio ſagax, pius admodum, & pacis amator, bello potens, delinquentibus clemens, caſtus, pudicus, orator pervigil, eleemoſynis largus, litterarum quidem ignarus, ſed philoſophis æquandus, nutritor gentis, legum augmentator. Hic initio regni ſui Bajoariorum plurima caſtra cœpit, plus ſemper orationibus, quam armis fidens, maxima ſemper cura Francorum, Avarumque pacem cuſtodiens. Hucuſque Paulus.

XXII. Luithprandi non omnia laude digna.

Verum plurima de eodem Rege prætermiſiſſe ſatis evidenter ſcriptis Anaſtaſii convincitur, ſed haud rerum ignoratione, cum his temporibus vixerit, ſed, ut apparet, ne tanto viro notam inureret, ſi quæ in S. Petri baſilicam perpetraſſet, fideli ſtylo proſecutus eſſet. Cum tamen non negandum ſit, multa fuiſſe ejuſdem Principis laude digniſſima, licet interdum furor in malum præcipitem egerit: ut plura de illo dicendum ſit, quod de Theodoſio S. Ambroſius, ad ipſum ſcribens, dixit (a): *Quod habeat fidei ſtudium, non poſſum negare, quod Dei timorem, non diffiteor; ſed habet naturæ impetum, quem ſi quis lenire velit, cito vertit in miſericordiam: ſi quis ſtimulet, in majus exſuſcitat, & ut eum revocare vix poſſit.* Ita quidem comparatus Luithprandus, ad veniam facilis, ſi orator accederet. Quænam autem pietatis monumenta reliquerit, præter illa, quæ dicta ſunt, de impenſo opere, in transferendo ex Sardinia ſancti Auguſtini venerandum corpus, hæc idem Paulus Diaconus habet.

(a) Ambroſ. ep. 28.

XXIII. Sacra ædificia a Luithprando erecta.

Hic glorioſiſſimus Rex multas in Chriſti honore per ſingula loca, ubi degere ſolebat, baſilicas conſtruxit. Hic monaſterium beati Petri, quod foras muros Ticinenſis civitatis ſitum eſt, & Cœlum aureum appellatur, inſtituit. In ſumma quoque Bardonis Alpe monaſterium, quod Bercetum dicitur, ædificavit. In Olonna nihilominus ſuo proaſtio miro opere in honorem ſancti Anaſtaſii Martyris Chriſto domicilium ſtatuit, in quo & monaſterium fecit: pari etiam modo multa per loca ſingula divina templa inſtituit. Intra ſuum quoque palatium oraculum Domini Salvatoris ædificavit: & quod nulli alii Reges habuerant, ſacerdotes & clericos inſtituit, qui ei quotidie divina officia decantarent. Hæc de piis monumentis.

Porro quod ſepulcro ejus in baſilica Petri Apoſtoli poſito inſcriptum fuit epitaphium, ſic ſe habet:

Epitaphium Luithprandi

Flavius hoc tumulo Luithprandus conditur, olim
Longobardorum Rex inclytus, acer in armis
Et bello victor. Sutriumque Bononia firmant
Hoc, & Ariminum, necnon invicta Spoleto
Mœnia: namque ſibi hæc ſubjecit fortior armis.
*Roma * ſuas vires jam pridem milite multo* * ejus
Ob-

PAGIUS Bellovacenſi tamen Codice MS. loco, *VI. Nonas Martii*, errore Librarii legitur, *V. Nonas Martii*. Cointius exiſtimat, annum illum Incarnationis peti e Paſchate, indeque hanc Synodum in annum ſequentem differt. Verum Luna XIV. in Actis memorata eam opinionem plane evertit; celebrata enim Synodus die ſecunda Martii, Luna XIV. pridie Plenilunii, quod currenti anno accidit die tertio menſis Martii, ut notat Calviſius in Opere Chron. Ex accuratæ autem temporis, quo Sueſſionenſis Synodus habita conſignatione pendent Epochæ cæterarum a S. Bonifacio coactarum; adeo ut qui in iſtius Epocha collocanda erraverit, eum in aliis errare neceſſe ſit. In ea damnatus eſt *Adalbertus* hæreticus, *Abel* ordinatus Archiepiſcopus Rhemenſis, & *Ardobertus* Senonenſis. Decem Canones in eadem editi, quibus Synodi Germanicæ Decreta renovantur & confirmantur. Sexto Canone Paganiæ prohibentur, & Epiſcopis præcipitur, ut provideant, ne populus in Paganas obſervationes labatur. Ex ultimo Canone, ſicuti & ex ſecundo, quo Epiſcopi XXIII. Adalbertum hæreticum condemnarunt, patet non plures Synodo Sueſſionenſi interfuiſſe. Hujus Concilii Sueſſionenſis Baronius nullam mentionem fecit.

VIII. Ei præfuit S. Bonifacius.

Licet ad Pippini Majoratum Sueſſio pertineret, nec in actis Synodi *Bonifacii* mentio fiat, hunc tamen eidem interfuiſſe docent literæ Zachariæ Papæ, a Baronio anno ſuperiori recitatæ. In illis enim Romanus Pontifex tria ſibi a *Bonifacio* præcipue ſignificata teſtatur; nempe quod non unum duntaxat Carolomannum, ſed ambos ſimul fratres, *Carolomannum* & *Pippinum*, in prædicatione ſocios & adjutores expertus ſit; deinde quod *Abelem* & *Ardobertum*, quos in Synodo Sueſſionica ex tertio ejus Canone conſtitutos Archiepiſcopos conſtat, per unamquamque Metropolim conſtituerit; poſtremo quod duos invenerit, & in cuſtodiam retruſerit pſeudo-Prophetas, (*Adalbertum* videlicet & *Clementem*) quorum prior in Sueſſionenſi Synodo damnatus eſt, ut liquet ex Canone II. Sed Bonifacium huic Concilio non ſolum interfuiſſe, verum etiam præfuiſſe,
in-

Obſeſſa expavit. Deinceps tremuere feroces
Uſque Saraceni, quos diſpulit impiger, ipſos
Cum premerent Gallos, Carolo poſtente juvari.
Ugarus a ſolo hoc adiutus, Francus, & omnes
Vicini grata degebant pace per omnes.
Rege ſub hoc fulſit (quod mirum eſt) ſancta, frequenſque
Relligio, ut recolunt Alpes, Eccleſia quarum
Hunc habuit, vincente ipſo & prægrandia templa
Quæ vivens ſtruxit: quibus, & famoſus in orbe
Semper & æternus luſtravit ſæcula cuncta.
Præcipue Petro cæleſti hac ſede locata.
Clavigero ſtatuit, Cælo quam providus auro
Auguſtinus ubi huc aliunde abductus, eodem
Ab Rege, & cujus doctrina Eccleſia fulget.

Ann. Eccl. Tom. XII.

Hactenus epitaphium. His vero jungamus quæ idem, qui ſupra Paulus Diaconus narrat de viris ſanctis, qui tunc temporis floruerunt, eidem Regi notis (a). (a) Paulus Diac. l.6. c. ult.

XXIV. De Baodolino Dei ſervo.

Hujus (inquit) *Regis temporibus fuit in loco cui forum nomen eſt, juxta fluvium Tanarum vir miræ ſanctitatis Baodolinus nomine, qui multis miraculis, Chriſti gratia ſuffragante, refulſit, qui ſæpe futura prædixit. Denique cum Rex Luitprandus in* * *urbem ſilvam venatum eſſet, unus ex ejus comitibus cervum ſagitta percutere niſus, ejus Regis nepotem, hoc eſt, ſororis ejus filium Anfulſum nomine nolens ſauciavit. Quod Rex cernens (valde enim eum puerum amabat) cum lacrymis ejus incommodum lamentari cœpit, ſtatimque unum e ſuis equitem miſit, qui ad virum Dei Baodolinum curreret, ut pro vita ejuſdem pueri Chriſtum ſupplicaret. Qui cum ad ſervum Dei pergeret, puer defunctus eſt. Cui Chriſti famulus ad ſe pervenienti ita dixit: Scio quam ob cauſam veneris, ſed illud, quod poſtulas jam fieri non poteſt, quia puer ille defunctus eſt. Quod cum is, qui miſſus fuerat, Regi, quod a ſervo Dei audierat*

* unam

PAGIUS invicte probat Epiſtola Zachariæ Papæ ad eumdem anno DCCXLVII. data, [1] & a Baronio anno DCCLI. num. XV. recitata, qua Moguntina Sedes in Metropolim erigitur: *dum in Germania Provincia*, inquit Zacharias, *tua fraterna Sanctitas ad prædicandum fuiſſet directa a ſanctæ recordationis Prædeceſſore noſtro Domno Gregorio Papa, & poſt inchoatum opus, & aliqua ex parte ſpiritualiter ædificatum, Romam reverſus, ab eo Epiſcopus ordinatus, & illic ad prædicandum denuo remiſſus es, & elaboraſti, Deo prævio, nunc uſque per annos XXV. in eadem prædicatione, ex quo Epiſcopatum ſuſcepiſti. Sed & in provincia Francorum noſtra vice Concilium egiſti, & juxta Canonum inſtituta, Deo eis annuente, omnes flexi ſunt obedire*, ubi Pontifex geſta a Bonifacio in Germania, ab iis quæ in Galliis, ſeu in Provincia Francorum, ac Majoratu Pippini geſſit, diſtinguit, & de ejus in Concilio Sueſſionenſi Præſidentia diſerte mentionem facit. Eſt itaque Concilium iſtud ordine *Tertium*, inter ea quæ Bonifacius durante ſua Legatione celebravit. Ad illud referendum quod anno DCCLII. de nominatione Epiſcoporum Pippino conceſſa dicemus num. XIV.

IX. Acta Synodi Germanicæ ac Sueſſionenſis pura & ſincera.

Papebrocius in Propylæo Antiquario ad Tom. II. menſis Aprilis part. I. num. XXX. contendit, Acta tam Synodi Germanicæ, Ratiſponenſis ab eo appellatæ, quam Synodi Sueſſionenſis ſuppoſititia eſſe, & indigna quæ a Baronio in Annales infererentur. Priora enim, inquit, Principem laicum faciunt Conventui Eccleſiaſtico præſidere, eaque ordinare quæ diſciplinam & correctionem Cleri ac Monachatus concernunt, & poſteriora fingunt *Pippinum* circa eamdem materiam, aliaque pure Eccleſiaſtica ſtatuere diverſa capita. Sed Baluzius in notis ad libros Capitularium pag. 1100. & Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 25. num. 25. jam novam hanc opinionem rejiciendam eſſe demonſtrarunt; quia alioquin fictitia cenſenda eſſent pleraque Galliæ Concilia, quæ juſſu Regum, eiſque paſſim præſidentibus, cele-

NOTÆ [1] SUeſſionenſi concilio intereſſe Bonifacius non potuit, cum per hos dies Liptinenſi concilio præſideret ut in nota ad A. 743. I. demonſtravi. Nec arguentia Pagii oppoſita nobis ſententia perſuadetur. Primo enim Pippinus adjutorem ſe Bonifacio *in prædicatione* præbuit favorem illi & gratiam præſtando, ut eccleſias ditionis ſuæ reformaret, non vero ut ibi concilium haberet. Inſuper Zacharias in epiſtola data X. Kal. julias indict. XII. qua reſpondet ad epiſtolam Bonifacii ſcriptam ab illo occaſione concilii Liptinenſis, comperiſſe ſe ait ex ejus literis adjutores illi *fuiſſe Pippinum & Carlomannum*. Hic ergo Pippini favor alio quam ad concilium Sueſſionenſe referebatur. In iiſdem literis ſermo eſt de damnatione Adalberti & Clementis, ſicut & de conſtituti tribus archiepiſcopis, ac ſi ſcilicet ea omnia cum rebus cæteris ibidem commemoratis ad res concilii Liptinenſis pertinerent. Ex his ergo Bonifacium concilio Sueſſionenſi adfuiſſe non inferas. Quæ denique ſcribit Zacharias de concilio *in Provincia Francorum* Bonifacio apoſtolico legato præſidente habito, accipienda eſſe cenſeo de Liptinenſi Concilio, cui Bonifacius apoſtolicæ ſedis nomine præſedit. Cum vero locus ille in Ciſrhenanis eſſet; ideo in Francorum provincia, prout diſtincta a regione Tranſrhenana, quæ proprie Germania eſt, adjicere ſcribitur. MANSI

pat, renuntiaſſet, Rex licet doluerit, quod effectum ſupplicationis ſuæ habere non potuit: tamen, quia vir Domini Buodolinus ſpiritum prophetiæ habuerit, aperte cognovit.

XXV. Theodelapius Dei ſervum. *Huic quoque non diſſimilis apud Veronenſem civitatem Theodelapius nomine fuit, qui inter miranda, quæ patrabat, præſago etiam ſpiritu, multa, quæ erant ventura prædixit.* Hæc ipſe, qui pergit dicere de Petro Epiſcopo Ticinenſi, de quo nos ſuo loco.

Rachis rex Longob. Succeſſit Luitphrando Hildebrandus ejus nepos, qui ſeptem tantum menſes regnavit, & quidem dominio aſpero: ob id genti ſuæ minime gratus, a Longobardis ipſis ſimul conſpirantibus eſt redactus in ordinem, in locumque ipſius ſubrogatus Rocbis dux Forojulienſis, quem ob virtutem bellicam, humanitati, ac pietati coajunctam, dignum exiſtimarunt, qui fortiſſimæ Longobardorum genti præeſſet. Quantum vero hic majores ſuos religione præceſſerit, quæ inferius ſuo loco dicturi ſumus, ſignificabunt. Cum autem Zacharias Pontifex accepiſſet Rachim, ſive Rachiſim, regno auctum, legationem ad eum miſit pro ſtabilienda cum ipſo pace: De quo ita Anaſtaſius: *Ad quem miſit legationem ipſe beatiſſimus Pontifex: & continuo ob reverentiam Principis Apoſtolorum, & ejus precibus Rex inclinatus, viginti annorum ſpatio iniita pace, univerſus Italiæ quievit populus.* Hæc Anaſtaſius.

Sed inviſamus Hiſpanias, nobilibus his temporibus factis Alfonſi, ſive Adefonſi vel Adelfonſi, aut Ildefonſi (ita diverſe a diverſis ſcriptum ejus nomen reperi) Catholici Regis egregie illuſtratas, ſed ingenti ſcriptorum inopia obſcuratis, cum vix ſummatim eſſe complexi reperiantur ex multis pauca ſcriptores ipſi. Omnium quidem, qui res ejuſdem Regis ſunt proſecuti, una eademque aſſertio eſt, ipſum Catholicum Regem plurimas civitates e Sarracenorum manibus vendicaſſe, Gallæciamque ab eiſdem barbaris liberaſſe; ſed & quod Catholici Regis eſt, Catholicam propagaſſe religionem, ne tantus titulus gratis videretur aſſumptus. In omnibus enim civitatibus illis, quas a gente perfida abſtulit, Epiſcopos ordinari curavit, reſtituens Chriſtianæ religionis cultum. Recitat Ambroſius (a) Morales vetus monumentum ex Archivo Lucenſis Eccleſiæ acceptum, quo aliqua ex parte quæ ſunt dicta, clareſcunt: *notatum illud* (ut ait) *Æra Hiſpanica ſeptingenteſima octugeſima ſecunda, die quinta Junii: eſt is annus Redempteris præſens, nempe ſeptingenteſimus qua-* XXVI.

(a) *Ambroſ. Moral. l.13. c.18.*

PAGIUS

lebrata ſunt, pluresque Conventus Eccleſiaſtici habiti per eorum glorioſiſſimos Judices vel Legatos. Certe Epiſcopi Concilii Francofordienſis in ſua Synodica aſſerunt Carolum eidem præfuiſſe: *Congregatis in unum ſacratis Conventu, præcipiente & præſidente piiſſimo & glorioſiſſimo Domino noſtro Carolo Rege*, quia ſcilicet Carolus omnibus præfuit, interfuitque deliberationibus, licet certum ſit, quæſtiones omnes ad Dogma pertinentes ſola Epiſcoporum auctoritate definitas fuiſſe, Caroloque Præſidentiam Legatis non ademiſſe jus præſidendi Epiſcopis, ut explicat Marca lib.6. de Concordia cap.25. num.7. & ſeq. De Liptinenſi Concilio mentionem non facit Papebrocius, quod tamen Ratiſponenſis Concilii nomine eum intellexiſſe per inadvertentiam ſcripſerunt Baluzius & Mabillonius laudati, qui jure merito ſententiæ, ex qua tot inconvenientia conſequuntur, reclamarant.

X. *Fundatio Monaſterii Fuldenſis.* Hoc anno *Sanctus Bonifacius* ad Carlomannum perrexit, ab eoque petiit, ut locum ſibi *in ſolitudine, quæ Bochonia nuncupatur, juxta fluvium, qui dicitur Fulda*, ad fundandum Monaſterium, concedere vellet. Quo audito Carolomannus locum poſtulatum ei tradidit, ejuſque exemplo Optimates quidquid ibi proprietatis habebant, eidem donarunt, ut refert Othlonus in Vita Sancti Bonifacii lib. 2. cap. 28. Perſtat adhuc nunc *Fuldenſe* Monaſterium, Oppido ac Ditione propria auctum, ſitum in Buchoniæ pago ad amnem Fuldam, ex quo prodiere Viri pietate ac doctrina celeberrimi, qui non tantum Ordinem Sancti Benedicti; ſed totam etiam Germaniam illuſtrarunt, ut manifeſtum faciunt, quæ de eo habet Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. in Obſervationibus præviis ad Vitam Sancti Sturmii Abbatis Fuldenſis primi; a Sancto Eigila Fuldenſi Abbate quarto elucubratam. *Sanctus Sturmius* nobili parentum ſtirpe in Bajoarie natus, traditus eſt in diſciplinam Sancti Bonifacii, qui tunc iter per Bajoariam faciebat, & poſtquam annis jam novem, inſtar Anachoretæ, in Buchoniæ ſolitudine Deo ſerviiſſet, *commigravit ad locum, ubi nunc ſanctum ſitum eſt Monaſterium, & anno Incarnationis Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto, regnantibus in hac gente Francorum duobus fratribus Karlmanno atque Pippino, Indictione XII. menſe primo* (nempe Martio) *duodecimo die menſis ejuſdem ſanctum & a Deo dudum prædeſtinatum ingreſſus eſt locum*, inquit S. Eigil in ejus Vita.

XI. *Annos XI. integros ante Martyrium S. Bonifacii peracta.* Eodem Chriſti anno Fuldenſe Monaſterium e *Sturmio* ſeu *Sturmione* inchoatum tradunt Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Lambertus Shaſnaburgenſis, Annaliſta Fuldenſis, aliique complures. Verum cum S. Boniſacius die quinta menſis Junii anni DCCLV. ut infra videbimus, Martyrio coronatus fuerit, verba hæc ejuſdem Eigilis num. XV. Viros doctiſſimos irretitos tenuere: *Anno decimo poſtquam ad ſanctum commigravit locum Sanctus Archiepiſcopus Bonifacius, inito cum Rege & cæteris Chriſtianis conſilio, ad ulteriora Freſonum loca Paganico ritu dedita ingreſſus eſt, ingentemque ibi multitudinem hominum Domino docendo & baptizando acquiſivit. Inde poſt multum temporis migrans, ſoſpes ad ſuas in Germaniam pervenit Eccleſias. Sequenti vero anno* (id eſt anno XI. a condito Monaſterio Fuldenſi) *iterum ad aquoſa Freſonum pervenerat arva, cuptum opus prædicationis implere deſiderans. Quo cum per-*

Rex Catholicus Adefonſus propagat cultum religionis. *quadrageſimus quartus. Ordinatus enim Lucenſi Eccleſiæ per ipſum Alfonſum a Saracenis erepta novus Epiſcopus nomine Odoarius, cum ad propagandum in poſteros divinum cultum, agros a Rege donatos Eccleſiæ colendos curaret, de donatis in perpetuum bonis illis eidem Lucenſi Eccleſiæ ejuſmodi reliquit poſteris ſcriptum monumentum; ſed mendoſum valde.*

XXVII. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui vere de Patris ſubſtantia agnoſceris ante omnia ſæcula, ipſe in finem ſæculorum omnium decus, de ſancta glorioſa Virgine Maria ſæculo genitus: qui formam ſervitutis noſtræ indutus, ut nos humanum genus ab hoſte callido erueres, dignumque efficeres tuo conſortio. Cujus nunc cernitur in nomine Genitricis ſuæ fundata Eccleſia in civitate Lucenſi, territorio Galleciæ, juxta flumen Minei, ubi eſt domus orationis & piæ venerationis, una cum ſanctorum Apoſtolorum, Virginum, & Confeſſorum, ubi ſit Deo laus perennis. Amen.* Præfatur iſta, quod ſolemne eſſet Catholicis Gothis Epiſcopis, ſuis ſcriptis Chriſti confiteri divinitatem Patri conſubſtantialem, quo procul ſe abeſſe a ſuorum parentum erroribus Arianæ impietatis oſtenderent. Iſta vero præfatus, mox ſubiicit quæ ſequuntur: *Igitur notum omnibus manet, qualiter ego Odoarius Epiſcopus fui ordinatus.* Poſt hæc autem cauſam affert intermiſſæ diu in civitatibus curæ paſtoralis, ſic dicens.

XXVIII. *In territorio Africæ ſurrexerunt quædam gentes Iſmaelitarum, & tulerunt ipſam terram a Chriſtianis, & violaverunt Sanctuarium Dei, & Chriſticolas Dei miſerunt in captivitatem, & ad jugum ſervitutis, & Eccleſias deſtruxerunt: nos fecerunt exules a patria noſtra, & fecimus moram per loca deſerta multis temporibus. Poſtquam Deus per ſuum beneplacitum in hanc regionem reſpicere juſſit, & * Chriſtianos in hac patria dilatavit, ſuum & divæ memoriæ principem* * Chriſtianis *dominum Adefonſum in ſedem ipſius ſublimavit, quia ipſe erat de ſtirpe Regis Reccaredi, & Ermenegildi: Dum talia audivimus, perducti fuimus in ſedem Lucenſem cum noſtris multis, & cum cæteris populis, tam nobiles, quam ignobiles, & invenimus eam ſedem deſtructam, & inhabitabilem factam. Tunc denique laboravimus ibidem, & ædificamus domum Deo & Eccleſiam ſanctæ Mariæ, * preſimus loca palatii, & ipſam civitatem, reſtauravimus eam intus & foris, & plantavimus vineas, & pomifera. Præterea vero fecimus de noſtra familia poſſeſſores per undique partes, & dedimus illis boves ad laborandum, & jumenta ad ſerviendum eis. Tunc exivimus per terras civitatis ad inquirendum, ut laboraſſent villas, & invenimus in ripa Minei villas deſtructas, &c.* Hucuſque ex autographo Morales recitat: qui ait repertum ibidem ejuſdem Odoarii Epiſcopi teſtamentum, quo omnia ſua relinquit Eccleſiæ; & quo illud firmius eſſet, voluit illud muniri chirographo Regio, ita appoſito: *Ego itaque Adefonſus Rex, cujus in tempore ſuperni Regis auxilio hæc reſtauratio, ſeu reintegratio facta dignoſcitur, in hanc veſtram ſcripturam, quam * expreſſor eradicitur annuntiaſtis: vobis domino Odoario, ac cunctis ſucceſſoribus veſtris per cuncta ſæcula futuris, auctoritate regali, & privilegii dignita-* * Expreſſa Æra dicta

to

PAGIUS *perveniſſet, & die quadam ad ſuam doctrinam populum convocuſſet; venerunt unuſquiſque de loco ſuo, &c. & Sanctum Chriſti Antiſtitem ferro trucidarunt, omnemque ejus comitatum gladiis necaverunt.* Mabillonius in Notis ad eumdem locum exiſtimat, Eigilem diſcrepare a Willibaldo, qui in Vita Sancti Bonifacii, ejus Martyrium illigat anno Chriſti DCCLV. Indeque Vir doctiſſimus in Appendice ad Vitam Sancti Bonifacii num. VII. illud confert in annum DCCLIV. fretus citato loco Eigilis, auctoritate plurium Scriptorum. Cointius vero anno DCCXLV. num. LXXIV. fundationem Monaſterii Fuldenſis contra Antiquorum opinionem in annum DCCXLV. differt, aitque: *a Fundatione Monaſterii Fuldenſis ad paſſionem uſque S. Bonifacii, decem annos intercеſſiſſe non inficiamur, ſed eos ab hoc anno Chriſti DCCXLV. ad annum Chriſti DCCLV. numerandos contendimus.*

XII. *Refellitur opinio Cointii.* Verum ex his verbis Eigilis quarti Abbatis Fuldenſis, qui annum fundationis ſui Monaſterii ignorare non potuit, liquet primo, illud hoc anno condi cœptum eſſe. Secundo, ex decimo anno, quo poſt ædificatum Monaſterium Bonifacius in Friſiam profectus eſt, male deducere Cointium illius fundationem ad ſequentem Chriſti annum pertinere; cum annus ille X. die duodecima menſis Martii anni DCCLIII. inchoetur, eumque diu tunc in Friſia Bonifacius moratus ſit, annus ille decimus intelligi debet inceptus, non vero jam provectus. Liquet denique, ex præfato anno decimo minime ſequi Martyrium Sancti Bonifacii contigiſſe die V. menſis Junii anni DCCLIV. ut putavit Mabillonius, qui inde refert, Bonifacium an. DCCLIII. quo decimus fundationis Monaſterii annus exorditur, in Friſiam perrexiſſe, annoque DCCLIV. quo undecimus inchoatur, illuc rediiſſe, ac pro Chriſto mortem oppetiiſſe. Nam infra videbimus Sanctum hunc Apoſtolum anno DCCLIII. in Friſiam perrexiſſe, iterumque anno DCCLIV. quo undecimus fundationis Monaſterii annus in curſu erat, illuc reverſum eſſe, annoque DCCLV. inchoato jam duodecimo fundationis Monaſterii anno in Friſia Martyrii gloria coronatum. Quæ ſcrupuloſius enucleare viſum, ut annus Martyrii hujus Sancti certioribus argumentis probari poſſit; cum in magna controverſia inter Eruditos verſetur. Baronius conditum hujus Monaſterii in annum DCCXLVII. perperam confert, ut ibidem num. III. & ſeq. videre eſt.

Continuatom hoc anno a Carolomanno & Pippino bellum *Saxonicum*, quod Continuator XIII.

Fre-

te vobis conſignamus, & condonamus, ut habeat noſtrum privilegium firmum robur per cuncta ſæcula, manu propria confirmans. Porro ſcriptum teſtamentum, habetur Æra Hiſpana ſeptingenteſima octogeſima quinta, qui eſt annus Redemptoris ſeptingenteſimus quadrageſimus ſeptimus. At de his hactenus.

Se-

PAGIUS *Bellum Saxonicum continuatum.* Fredegarii in Appendice magnis tenebris offundit; in Annalibus vero Metenſibus his verbis narratur: *Rebellantibus Saxonibus Carlomannus & Pippinus ſuper eos exercitum ducunt, & Theodericum perfidum Ducem illorum cæteris ſubactis altera jam vice reperunt*, quod etiam habet ad hunc annum Regino in Chronico, Annaliſta Tilianus, aliique. Annaliſta Metenſis his verbis bellum Aquitanicum narrat: *Pippinus & Carlomannus non immemores injuriarum Hunaldi perfidi Ducis, & vaſtationis, quam illis in Bajoariam dimicantibus perpetravit, collecto exercitu Ligerim tranſeunt, & caſtra in finibus Aquitaniæ ponunt. Videns autem Hunaldus, quod eis reſiſtere non valeret, omnem voluntatem eorum ſe facere ſacramentis & obſidibus datis ſpopondit, ipſumque cum omnibus quæ habebat, invictorum Principum ſervicio ſe mancipavit.* Paulo poſt: *Eodemque anno Hunaldus Dux germanum ſuum nomine Hattonem per falſa ſacramenta decipiens, de Pictavis ad ſe venire juſſit, cui ſtatim oculos eruit, & ſub cuſtodia retruſit. Sed non poſt multos dies, Hunaldus, corona capitis depoſita, & Monachi voto promiſſo, in Monaſterium quod Radis inſula ſitum eſt, intravit, filiumque ſuum Vuaifarium in Principatu reliquit.*

JESU CHRISTI ANNUS	ZACHARIÆ PAP. ANNUS	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS
745.	4.	5.

I. SEquitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus quadrageſimusquintus decimætertiæ Indictionis: quo habitum eſt Concilium Epiſcoporum in Germania a S. Bonifacio Apoſtolicæ Sedis Legato, ubi ea, quæ ſuccreverant in agro, licet ſæpe culto ſpineta, quæ jam magna ex parte duobus aliis Conciliis exciſa fuere, immiſſa rurſum Apoſtolica falce, idem Pontifex Bonifacius una cum collegis Epiſcopis auxilio Chriſtianiſſimorum Principum Carolomanni, atque Pipini ſuccidit. Actum eſt in eo præcipue de duobus illis hæreticis Aldeberto, atque Clemente; viſumque eſt de iiſdem referendum ad Romanum Pontificem. Inſuper inter alia, iiſdem adnitentibus principibus, exauctoratus eſt Epiſcopus Moguntinus homicidii reus convictus, inque locum ejus ab iiſdem ſubrogatus eſt Bonifacius ipſe, qui hactenus Apoſtolatui tantum Germaniæ generatim mancipatus, nulli fuerat adſcriptus certæ ſedi. De his enim hæc habentur in rebus ab eo geſtis (a).

Bonifacius creator Epiſc. Moguntinus.

(a) Vit. Bonif. lib. 1. c. 37. apud Sur. tom. 3. die 5. Junii.

II. *Cum ita (ut diximus) Carolomanno jubente, & Bonifacio conſulente, Synodus haberetur, multi illic, non ſolum clerici quilibet hæretica pravitate infecti extra Eccleſiæ communionem pellebantur, ſed etiam Epiſcopi capitalium criminum maculis infames deponebantur. Totius autem erroris, qui tum in Germania graſſabatur, præcipui auctores duo fuere hæretici, Clemens, & Aldebertus, de quibus poſtea, cum epiſtolas ad Zachariam Pontificem datas, protulerimus, opportunius dicetur. In iis enim illorum hæreſis exitialis commemoratur. Depoſitus eſt etiam tunc Gervilio Moguntinæ ſedis Antiſtes; cujus quidem depoſitionis cauſa fuit hæc:*

Ea tempeſtate Saxonibus Thuringiam vaſtantibus, ejus provinciæ homines Carolomanni opem implorabant. Ille mox exercitum mittit, & cum eo Geroldum Moguntinum Epiſcopum Gervilionis patrem. In ipſo autem conflictu Geroldus cum pleriſque aliis caſus eſt. Gervilio vero filius ejus, qui tum adhuc laicus in palatio verſabatur, in clerum adſciſcitur, leniendi doloris cauſa, quem ex patris morte conceperat, eidemque in Moguntino Pontificatu ſubrogatur. Non diu poſt Carolomannus rurſus collegit militem, proficiſcitur contra Saxones, Gervilionem ſecum ducit. Exercitu utroque ultra citraque ripam fluminis Viſurgis (auctor vocat Vviſaroham) *conſidente, Gervilio jubet, puerum ſuum ire ad hoſtium caſtra, diligenter illic inquirere nomen ejus qui patrem ipſius interfecerat. Abiit puer, diſcit ex quodam, non longe abeſſe eum, quem quæreret: rogat, ut ad domini ſui colloquium properare velit. Venit ille, & adventu ejus denuntiato, paratis equis, Epiſcopus Gervilio ei procedit obviam, & cum in medio flumine inter ſe colloquerentur, Gervilio clam ferens gladium, hominem confodit, ita dicens: Accipe jam ferrum, quo patrem vindico meum. Ille mox ex equo corruens, in flumine exhalat ſpiritum. Repente autem ejus comperta cæde, ſublato clamore utrinque ad arma concurritur. Fit pugna atrox, Saxonibus victis, Carolomannus ad ſua ſe recipit, nemine tum id quod Gervilio fecerat, pro homicidio ei imputante. Itaque reverſus domum, perrexit ſolito more Epiſcopi munia obire.* III.

At ſanctus Præſul Bonifacius inter cætera hoc etiam in Synodo pronuntiavit: Neminem, qui hominis cæde pollutus ſit, IV.

ſa-

PAGIUS SÆC. VIII. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6238.

☉ 26. C. ☽ 5. P. 28. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 745.

ZACHARIÆ PAPÆ 5.

CONSTANTINI COPRONYMI 26. & 5.

Anno Eræ Hiſp. DCCLXXXIII. Anno Hegiræ CXXVIII. inchoato die 2. Octobr. fer. 7. A. C. 745.

I. ANum. I. ad XXII. *Concilium Germanicum* II. in Majoratu Carolomanni incerto loco habitum. In eo *Clemens* & *Adalbertus* ob hæreſim damnati, depoſitus *Gervilio* Moguntinus Epiſcopus, & in ejus locum ſubrogatus *Sanctus Bonifacius* cum Metropolitæ dignitate; & quidem hoc anno, ut liquet ex Concilio Romano II. de quo mox; in eo enim confirmatur quod contra utrumque hæreticum in Germania antea factum fuerat. In Concilio Romano, ut videre eſt apud Baronium num. XXXI. ubi lecta ſunt ſcripta Aldeberti nefandiſſimi hæretici, *Epiphanius Epiſcopus Eccleſiæ Sanctæ Sylvæ Candidæ* dixit: *Domne Apoſtolice, ex Divina profecto inſpiratione motum eſt cor veſtri Sancti Apoſtolatus, ut prædictum Bonifacium Sanctiſſimum Epiſcopum & Francorum Principem commoneretis, in partibus illis poſt longa tempora Concilium congregare Sacerdotum, ne hæc ſchiſmata & blaſphemiæ Sancto veſtro Apoſtolatui celarentur.* Ubi ſermo eſt de Synodo Germanica *Carolomanno jubente & Bonifacio conſulente*, ut ait Othlonus in Vita Sancti Bonifacii apud Baronium num. II. & ſeqq. congregata.

Epocha Concilii Germanici II.

II. Hanc Synodum præſenti anno celebratam, non vero inſequenti, ut arbitratur Cointius, demonſtrat ſubſcriptio Epiſtolæ Zachariæ Papæ ad Sanctum Bonifacium, inter Bonifacianas CXXXVIII. quam integram recitat Baronius

ex

Digitized by Google

ſacerdotio fungi poſſe. Tum etiam obiecit ei, ſuis ſe conſpexiſſe oculis illum cum avibus & canibus ludentem: quod Epiſcopo fas non eſſet. Gervilio bis auditis, ſentiens ſe nullo pacto contra ſtimulum vel ſæcularis potentiæ, vel canonicæ auctoritatis, quæ per ſanctum Bonifacium in præſentes omnes proferebatur, calcitrare poſſe: omnium de ſe calculis ſubſcripſit & exauctoratus eſt. Eo autem depoſito, ſanctus Bonifacius a Carolomanno & Pipino fratre ejus Moguntinæ ſedi præficitur. Et ut ejus dignitas eſſet eminentior, ſtatuerunt iidem Principes, Eccleſiam Moguntinam, quæ tum alteri ſubjecta erat, in totius Germaniæ Metropolim provehere: miſſaque mox legatione, a Romano Pontifice id impetrarunt. Hactenus de rebus in eadem Synodo geſtis, quam hoc anno factam eſſe, litteræ Zachariæ ad Bonifacium redditæ ſatis ſignificant.

V. Pertinet ad hoc Concilium, quod S. Bonifacius zelo charitatis exæſtuans, cum ſciret Regem Merciorum in Anglia * Athebaldum nomine vitam ſceleſtiſſimam ducere, ut eum ad meliorem frugem converteret, nomine non ſuo tantum, ſed & Epiſcoporum, qui Synodo interfuerunt, epiſtolam ſcripſit, commonitionibus paternis plenam, quam facta collatione diverſorum exemplarium, hic tibi reddimus (*a*).

* Athelbaldo

(*a*) Eod. Cod. ep. 23.

Domino chariſſimo, & in Chriſti amore cæteris Regibus præferendo, inclyta Anglorum Imperii ſceptra gubernanti Athelbaldo Regi Bonifacius Archiepiſcopus, Legatus Germanicus Romanæ Eccleſiæ, & Wera, & Burgard, & Werbbert, & Abel, & Wibald, Coepiſcopi perennem in Chriſto charitatis ſalutem.

Bonifacii epiſtola ad Athelbaldum Regem.

Confitemur coram Domino, & ſanctis Angelis, quia quandocumque proſperitatem veſtram, & fidem in Domino, & opera bona coram Deo, & hominibus, per nuncios fideles audivimus: quod intus gaudentes, & pro vobis orantes læti gratias agimus Domino; poſtulantes, & obſecrantes Salvatorem mundi, ut vos ſoſpites, & in fide ſtabiles, & in operibus coram Deo rectos in principatu Chriſtiani populi longo tempore cuſtodiat. Quando autem aliqua dilectionis veſtræ injuria de ſtatu regni veſtri, vel eventu bellorum facta, aut, quod majus eſt, de ſalute animæ periculoſum damnum perpetratum per auditum ad nos uſque pervenerit, mæror, & triſtitia nos cruciat: quia gaudio veſtro in Domini voluntate congaudemus, & adverſitate contriſtamur.

VI. *Audivimus enim quod eleemoſynarum plurima facias, & in hoc congratulamur, quia qui eleemoſynas minimis fratribus indigentibus tribuunt, juxta veritatem Evangelicam (b), in die Judicii clementem ſententiam a Domino audituri ſunt, dicente: Quamdiu feciſtis uni ex minimis fratribus meis, mihi feciſtis: Venite Benedicti, & quæ ſequuntur. Audivimus namque quod furta, & iniquitates, perjura, & rapinas fortiter prohibeas, & defenſor viduarum & pauperum eſſe dignoſceris, & pacem ſtabilitam in regno tuo habeas, & in hoc quoque laudantes Dominum, gaviſi ſumus, quia ipſa Veritas, & pax noſtra Chriſtus dicebat (c): Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

(*b*) Matt. 25.

(*c*) Matth. 5.

VII. *Sed interim una malæ exiſtimationis fama de vita pietatis veſtræ ad auditum noſtrum pervenit, qua audita, contriſtati ſumus, & illam optamus non fuiſſe veram. Multis enim narrantibus, compertum eſt nobis, quod numquam legitimam in matrimonium uxorem duxiſſes, quod a Domino Deo ab ipſo mundi primordio conſtitutum eſt, & per Apoſtolum Paulum Dei præceptum & interminatum, illo dicente (d): Propter fornicationem autem unuſquiſque uxorem habeat, & unaquæque virum ſuum. Nam ſi hoc cauſa caſtitatis, & abſtinentiæ facere voluiſti, ut ab uxoris conjunctione pro timore & amore Dei abſtinuiſſes; & hoc verum, & impletum pro Deo comprobaveris: &* in

(*d*) 1. Cor. 7.

PAGIUS *Franci Civitatem eligunt quæ in Germania Metropolis ſit.*

ex editione Soriana: *Data pridie Kal. Nov. imperante Domino Auguſto Conſtantino an. XXVII. Imperii ejus, Indictione XIV.* ubi tamen loco, *anno XXVII.* legendum, *ann. XXVI.* qui menſe Novemb. hujus anni cum Indictione XIV. concurrit. Habetur eadem Epiſtola in editione Serariana Othloni, in Antonio de Aquino Epiſt. VI. Zachariæ Papæ, & in editione Sirmondi, ſed his verbis concepta. *Data pridie Kalend. Novemb. imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore anno XXVII. Imperii ejus anno quinto, Indictione quarta & decima.* Cointius anno DCCXLVI. num. XXXV. dicit, delendum eſſe annum quintum, Imperii ſcilicet Conſtantini poſt patris mortem regnantis, & Indictionem XIV. Verum cum Indictio XIV. in omnibus exemplaribus reperiatur, & in annum quintum Imperii Conſtantini conveniat, nullus dubito, quin annus ille XXVII. utrobique corruptus ſit. In ea Epiſtola Zacharias Papa tribus Bonifacii Epiſtolis reſponſionem facit. Prior anno ſuperiori poſt Concilium Sueſſionenſe ſcripta; cum Concilium, de quo ibi mentio, aliud eſſe non poſſit quam Sueſſionenſe; ait enim Zacharias: *de Synodo congregata apud Francorum Provinciam, mediantibus Pippino & Carlomanno excellentiſſimis filiis noſtris, juxta noſtrarum ſyllabarum commonitionem, peragente noſtram vicem tua Sanctitate, qualiter egiſſes, agnovimus.* Tum inter alia refert Zacharias ſibi a Bonifacio ſuggeſtum, *quia elegerunt unam Civitatem omnes Francorum Principes, pertingentem uſque ad Paganorum fines, & in partes Germanicarum gentium, ubi antea prædicaſti, quatenus ibi Sedem Me-* tro-

Digitized by Google

*in hoc gaudemus, quia non eſt reprehenſibile, ſed magis laudabile. Si autem (quod abſit) ut multi dicunt, nec legitimam accepiſti uxorem, nec caſtitatis abſtinentiam pro Deo ſervaſti; ſed libidine dominante, in ſcelere luxuriæ & adulterii, famam gloriæ tuæ coram Deo, & hominibus confuderis, in hoc valde contriſtamur: quia, & in conſpectu Dei flagitium, & coram hominibus famæ veſtræ confuſio eſſe dignoſcitur: & adhuc quod pejus eſt, qui nobis narrant, adiiciunt, quod hoc ſcelus ignominiæ maximæ cum ſanctimonialibus, & ſacratis Deo virginibus per monaſteria commiſſum ſit: nam hoc peccatum duplex eſſe, non dubium eſt. Ut verbi gratia dicamus, cujus vindictæ reus ſit puer apud dominum ſuum, qui uxorem domini ſui adulterio violavit; quanto magis ille, qui ſponſam Chriſti creatoris cæli & terræ putredine ſuæ libidinis commaculavit? dicente beato Paulo Apoſtolo (a): An neſcitis, quia corpora veſtra templa ſunt Spiritus ſancti? Et alibi (b): Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et iterum idololatricæ ſervituti adulteros, & fornicatores, in ſermone, & numero peccatorum jungit, dicens (c): An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Apud Græcos enim, & Romanos, quaſi blaſphemiam * Domino irrogaſſet, qui in hoc reus ſit; ut proprie de hoc peccato ante ordinationem interrogatus, ſi reus inventus fuerit, ut cum velata & conſecrata Deo Nonna concubuiſſet, ab omni gradu ſacerdotii Domini prohibeatur.*

(a) 1. Cor. 6.
(b) 1. Cor. 3.
(c) 1. Cor. 6.
* Deo

VIII. *Propter hoc, fili cariſſime, ſollicite conſiderandum eſt, quanti ponderis hoc peccatum eſſe judicetur ante oculos æterni Judicis, quod facientem inter idololatriæ ſervos conſtituit, & divino miniſterio altaris abiicit, licet, ante peracta pœnitentia, reconciliatus ſit Deo. Corpora enim per votum propriæ ſponſionis, & per verba ſacerdotis Deo conſecrata, templa Dei eſſe per ſanctam ſcripturam, dicuntur, & ideo violatores illorum, juxta Apoſtolum, filii perditionis eſſe dignoſcuntur. Princeps autem Apoſtolorum (d) Petrus, luxurioſos libidine prohibens, dixit: Sufficit enim præteritum tempus, & reliqua. Tum, (e) Pretium ſcorti vix unius eſt panis. Mulier autem viri pretioſam animam capit. Et alibi: (f) Non grandis eſt culpa, cum quis furatur: furatur enim ut eſurientem impleat animam, deprehenſus quoque reddet ſeptuplum. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam. Longum eſt enim enumerare, quanti ſpirituales medici hujus peccati venenum, ut horrendum vituperabant, & ut terribile prohibebant, quia pene omnibus peccatis gravior, & deterior eſt talis fornicatio, & veraciter dici poteſt laqueus mortis, & puteus inferni, & vorago perditionis.*

(d) 1. Petr. 4.
(e) Prover. 6.
(f) Ibid.

Propterea obſecramus, & conteſtamur, fili cariſſime, clementiam tuam, per Chriſtum filium Dei, & per adventum ejus, & regnum ipſius, ut ſi hoc verum ſit, quod in iſto ſcelere verſaris, & vitam tuam pœnitendo corrigas, & purificando emendes, & memoreris, quia indecens eſſe comprobatur, ut imaginem Dei, quæ in te creata eſt, per luxuriam, in imaginem & ſimilitudinem maligni diaboli convertas. Ut tu, quem non propria merita, ſed larga pietas Dei, Regem ac Principem multorum conſtituit, te ipſum per luxuriam ſervum a maligno ſpiritu conſtituas: quia juxta Apoſtoli dictum: (g) Quodcumque peccatum fecerit homo, hujus ſervus eſt, non ſolum a Chriſtianis, ſed etiam ab ipſis paganis in opprobrium & verecundiam deputatus. Quia ipſi pagani verum Deum ignorantes, naturaliter quæ legis ſunt, & quod ab initio Deus con- IX.

(g) Joan. 12.

PAGIUS *tropolitanam perpetuo tempore habere debeas, &c. Hoc quod decreverunt nos læti ſuſcepimus.* Baronius *num.* XLI. illam Civitatem interpretatus *Moguntiam*. Verum Gervilius, qui in hoc ſecundo Concilio Germanico depoſitus eſt, tunc eam occupabat, ideoque de ea in Metropolim erigenda in Concilio Sueſſionenſi agi non potuit. Cointius anno DCCXLVI. num. VI. exiſtimat, Proceres Francorum Sedem Metropolitanam, in Civitate, quæ partes Germanicarum gentium, ubi ante prædicarat Bonifacius, contingeret, collocare *indeterminate* decreviſſe, poſtea *determinate* in Civitate Colonienſi, poſtremo in Moguntiaca. Verum Zachariæ Papæ verba hæc, *elegerunt unam Civitatem*, interpretationem illam evertunt, & unam ſpecialim Civitatem electam oſtendunt, quæ quidem alia non fuit, quam Colonia, ut in hac ipſa Epiſtola docet Zacharias, reſpondens ad tertiam Bonifacii, de qua mox. Zacharias quippe in una eademque Epiſtola, qua ſigillatim tribus Bonifacianis reſpondet, in reſponſione ad priorem confirmat electionem Civitatis, quæ ſibi propoſita fuerat, & in reſponſione ad tertiam eam Civitatem nomine proprio *Coloniam* appellat; neque enim in una eademque Epiſtola Zacharias Civitates duas Sedi Metropolicæ deſtinatas habere potuit.

III. Proceres autem Francorum ideo *Coloniam* elegere, quia *Raginfredus* Epiſcopus Colonienſis, qui priori Synodo Germanicæ interfuerat, e vivis exceſſerat. Eum quippe per hæc tempo-

Saxones ſeveri altores læſæ pudicitiæ.

conſtituit, cuſtodiunt in hac re, quia propriis uxoribus fœdera ſervantes, fornicatores, & adulteros puniunt. Nam in antiqua Saxonia, ſi virgo paternam domum cum adulterio maculaverit, vel ſi mulier maritata, fracto fœdere matrimonii, adulterium perpetraverit: aliquando cogunt eam propria manu per laqueum ſuſpenſam vitam finire; & ſuper buſtam illius incenſæ, & concrematæ corruptorem ejus ſuſpendunt: aliquando congregato exercitu femineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis cædentes, & veſtimenta ejus abſcindentes juxta cingulum, & cultellis ſuis totum corpus ejus ſecantes, & pungentes minutis vulneribus cruentatam, & laceratam de villa ad villam mittunt, & occurrunt ſemper novæ flagellatrices, zelo pudicitiæ adductæ, uſquequo eam aut mortuam, aut vix vivam derelinquant, ut cæteræ timorem adulterandi, & luxuriandi habeant? Et apud Perſas, quod fœdiſſimum & deterrimum genus hominum, tam magno zelo matrimonium amore mutuo obſervant, ut mulier, viro proprio mortuo, vivere recuſet: & laudabilis mulier inter illos eſſe judicatur, quæ propria manu ſibi mortem intulit, ut in una ſtrue pariter ardeat cum viro ſuo. Cum ergo Gentiles, qui Deum neſciunt, & legem non habent, juxta dictum (a) Apoſtoli naturaliter, ea, quæ legis ſunt, faciunt, & oſtendunt ſcriptum opus legis in cordibus ſuis: quis error, fili cariſſime, cum tu Chriſtianus, & veri Dei cultor eſſe cognominaris, ſi in juventute adoleſcentiæ tuæ putredine luxuriæ inquinatus, & fœtore adulterii involutus, & voragine libidinis quaſi puteo inferni demerſus fueris?

(a) Rom. 2.

X.

*Jam tempus eſt, ut memor Domini tui a diaboli laqueis reſipiſcas, & a fœtore luxuriæ ſordidatam animam laves: jam tempus eſt, ut pro timore Creatoris tui tale piaculum iterare, & maculare te ultra non præſumas; tempus eſt, ut multitudini pereuntis populi parcas, qui, ſequendo exempla peccantis Principis, cadebat in puteum mortis: *quia quantoſcumque vel per bona exempla ad vitam cœleſtis patriæ trahimus, vel per mala exempla ad perditionem ſequentes præimus; de tantis procul dubio ab æterno Judice vel pœnas, vel præmia accepturi ſumus. Si enim gens Anglorum (ſicut per iſtas provincias divulgatum eſt, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium eſt) ſpretis legalibus connubiis, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomitanæ gentis, fœdam vitam vivit: de tali commixtione meretricum exiſtimandum eſt degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum univerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & noviſſime nec in bello ſæculari fortem, nec in fide ſtabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam, ſicut aliis gentibus Hiſpaniæ, & Provinciæ, & Burgundiorum populis contigit, quæ ſic a Deo recedentes fornicatæ ſunt; donec Judex omnipotens talium criminum ultrices pœnas per ignorantiam legis Dei, & per Sarracenos venire, & ſævire permiſit. Et notandum, quod in illo ſcelere aliud immane flagitium ſubter jacet, id eſt, homicidium, quia dum illæ meretrices, ſive monaſteriales, ſive ſæculares male conceptas ſoboles in peccatis genuerint, eas ſæpe ex parte maxima occidunt, non*

* qui.

tim-

PAGIUS

Gervilio Epiſcopatu Moguntinenſi deponitur.

pora mortuum eſſe, ex ſerie Epiſcoporum Colonienſium intelligitur. Ad ſecundas Bonifacii literas hæc Zacharias reſpondit: *In alia quippe tua Epiſtola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerunt falſi & ſchiſmatici Epiſcopi, id eſt, Aldebertus & Clemens, per quæ omnia acta ipſorum & impiiſſimum errorem ſingillatim indicaſti*, & cætera apud Baronium n. XLIV. recitata. Adalbertus vero in Concilio Sueſſionenſi, rurſuſque in Concilio Germanico II. cum Clemente damnatus eſt. Denique Zacharias in reſponſione ad tertias Bonifacii literas de Geolebo ab aliis Gervilione appellato, Epiſcopo Moguntiacenſi ſic ſcribit: *In tertia tua namque Epiſtola intimaſti nobis de alio ſeductore, nomine Geolebo, qui antea Epiſcopali honore fungebatur. Sed quia ſine cujuſcumque conſultu apud nos properat, dum advenerit, ut Domino placuerit, fiet.* Gervilius in hoc ſecundo Concilio Germanico depoſitus eſt, ſed eum Synodali Decreto non acquieviſſe laudatis verbis indicat Zacharias. Gervilio tamen ſententiæ Synodali poſtea conſenſit, ut tradit Othlonus: *Sentiens ſe nullo modo contra ſtimulum vel ſæcularis potentiæ, ſeu auctoritatis Canonicæ, quæ mediante Sancto Bonifacio, in omnes eorum poſitos deferebatur, calcitrare poſſe, judicio conſenſit communi, depoſituſque eſt ab ordine Epiſcopali.*

IV. Colonia in Metropolim erecta.

Denique Zacharias in reſponſione ad eaſdem tertias literas Bonifacii Civitatem Colonienſem Metropolitanam declarat his verbis apud Baronium num. XLV. *de Civitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum, per noſtræ auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmavimus, & tuæ Sanctitati direximus, pro futuris temporibus ejuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitate*, ubi Zacharias nihil diverſum dicit a reſponſione, quam jam ad priores Bonifacii literas fecerat, ſed tantum Civitatem illam proprio nomine appellat. Cum tamen Sedes Moguntina vacaret per *Gervilionis* depoſitionem, ea poſtea a Francorum Proceribus optior viſa, quæ Sede Metropolica exornaretur. Quare eam Zachariæ Papæ propoſuere, iiſque literis ſuis anno DCCXLVIII. datis, de quibus anno DCCLI. num. VIII. agemus, *Moguntiam* Metropolim declaravit. Turbat tamen Othlonus, qui lib. 1. cap. 37. narrata Gervilionis depoſitione ait: *Quo depoſito ſtatim Sanctus Bonifacius a ſupradictis Principibus, Carlo-*

lo-

implentes Chriſti Eccleſias filiis adoptionis, ſed tumulos corporibus, & inferos miſeris animabus ſatiantes.

XI. Præterea nuntiatum eſt nobis, quod multa privilegia Eccleſiarum, & monaſteriorum fregiſſes, & abſtuliſſes inde quaſdam facultates. Et hoc, ſi verum eſt, peccatum grande eſſe dignoſcitur, teſtante ſacra ſcriptura, quæ ait: (a) Qui abſtulerit aliquid patri, vel matri, & dicit hoc non eſt peccatum, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit, mater noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regeneravit. Ergo qui Chriſti pecunias, & Eccleſiæ fraudabit, vel rapiet: homicida ante conſpectum juſti Judicis eſſe deputabitur; de quo quidam ſapientum dicebat: (b) Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit. Et quoque dicitur, quod Præfecti, & Comites tui majorem violentiam, & ſervitutem monachis, & ſacerdotibus irrogant, quam cæteri ante Chriſtiani Reges feciſſent. Igitur poſtquam Apoſtolicus Pontifex ſanctus Gregorius ab Apoſtolica ſede miſit prædicatores Catholicæ fidei, gentes Anglorum intemeratæ & inviolatæ permanſere uſque tempora Ceolredi Regis Merciorum, & Oſredi Regis Deirorum, & Berniciarum: hi duo Reges hæc duo peccata maxima in provinciis Anglorum diabolico inſtinctu ſuis exemplis ſceleratis contra præcepta Evangelica, & Apoſtolica Salvatoris noſtri publice facienda monſtravere; & in iſtis peccatis commorantes, id eſt, in ſuperſtitione, & adulterio Nonnarum, & fractura monaſteriorum, juſto judicio Dei damnati, de culmine regali hujus vitæ abjecti, & immatura & terribili morte prævento a luce perpetua extranei, in profundum inferni, & tartarum abyſſi demerſi ſunt.

(a) Prov. 28.

(b) Ibid.

Nam Ceolredum prædeceſſorem venerandæ celſitudinis tuæ, ſtupratorem ſanctimonialium, & Eccleſiaſticorum privilegiorum fractorem ut (teſtati ſunt, qui præſentes fuerunt) apud comites ſuos ſplendide epulantem malignus ſpiritus arripuit, qui eum ad fiduciam damnandæ legis Dei ſuadendo pellexit, potantem ſubito in inſaniam mentis convertit, ut ſine pœnitentia, & confeſſione, & viatico, * furibundus, & amens cum diabolis ſermocinans, & Dei ſacerdotes abominans, de hac luce ſine dubio ad tormenta inferni migrarit. Oſredum quoque ſpiritu luxuriæ fornicantem, & per monaſteria Nonnarum ſacras virgines ſtuprantem, & furentem agitavit, uſquequo ipſe regnum Anglorum, & juvenilem vitam, & ipſam luxurioſam animam contemptibili & deſpecta morte perdidit.

Carolus quoque Princeps Francorum multorum Monaſteriorum everſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in uſus proprios commutator, longa torſione, & verenda morte conſumptus eſt.

Quapropter, fili cariſſime, cave tibi foveam, in quam vidiſti coram te alios cecidiſſe; cave tibi jacula antiqui hoſtis, per quæ propinquos proprios coram te vulneratos cadere vidiſti. Attende tibi a laqueo inſidiatoris, in quo notos, & commilitones tuos videbas ſtrangulatos, & præſentem vitam, & futuram perdere. Noli talium ad prævaricationem exempla ſequi. Tales enim juxta prophetiam ſanctæ ſcripturæ ſunt, (c) qui anguſtiavere juſtos, & qui abſtulere labores eorum; in die judicii dicturi ſunt: Erravimus a via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol non ortus eſt nobis, & viam Dei ignoravimus; & quid nobis profuit ſuperbia, aut quid divitiarum jactatio contulit nobis? Tranſiere omnia illa tamquam umbra, & tamquam XII.

(c) Sap. 5.

PAGIUS Iomanno videlicet & Pippino fratre ejus, Eccleſia Moguntiacenſi præficitur, & ut ejus dignitas eminentior foret, decreverunt iidem Principes Eccleſiam Moguntiacenſem, quæ prius alteri ſubjecta erat, Metropolim omnium in Germania poſitarum Eccleſiarum efficere: moxque Legatione facta, illud a Præſule Apoſtolico impetravere. Verum Othlonus, prætermiſſa propoſitione Pontifici facta de ea dignitate Coloniæ conferenda, de ea tantum Civitate ſermonem habet, quæ Metropolis remanſit. Ita diſerte ſe ſe explicat in ſua ad Bonifacium Epiſtola Zacharias, & Othlonus alia ab eo non ſcribit, vel ſi rem aliter intellexit, ex ea Epiſtola corrigendus.

V. Sed poſtea Moguntia prælata. Recte porro ſcripſit Othlonus Moguntiam antea alteri Eccleſiæ ſubjectam, & a Zacharia Metropolim effectam eſſe. Nec aliter ſenſit Serarius diligens rerum Moguntinarum Scriptor, qui omnes Bonifacii Deceſſores Epiſcopos, eum vero ac Succeſſores Archiepiſcopos fuiſſe tradit. Marca tamen in Diſſert. de Primatibus num. LXXVI. & ſeqq. contendit, Moguntiam, quæ Metropolis fuerat in ordine Civili, fuiſſe etiam in ordine Eccleſiaſtico, & præterea obliteratum per plurimos annos jus Coloniæ per Zachariam reſtitutum fuiſſe, quando eam Metropolim declaravit, ſubdens ejus reſcriptum, quo Coloniam Moguntiæ ſubjecit, hac in parte effectu caruiſſe. Fatetur tamen Vir doctiſſimus ſe teſtimoniis Veterum hac in parte deſtitui. Diverſa non ſentit Cointius an. DCCXLVI. num. XXXIV. qui ait utramque antiquiſſimis temporibus Metropolim extitiſſe. Verum uterque falſo innititur principio, ſingulis nempe Metropolibus Civilibus Metropoles Eccleſiaſticas reſpondiſſe. Hæc enim regula univerſaliter vera non eſt, variaſque patitur exceptiones. In Patriarchatu Alexandrino Cyrenaica, Libya, Thebais unico Metropolitæ Alexandrino nempe, ſubjacebant; in Africa antiquior Epiſcopus Metropolita cenſebatur, & in Gallia quarto Eccleſiæ ſæculo variæ Metropoles civiles Epiſcopos tantum habebant. Serarius in Cato-

quam nuntius præcurrens & tamquam navis, quæ pertranſit, cujus non eſt veſtigium invenire, aut tamquam avis tranſvolans in aere: Et poſt pauca: *Sic & nos nati continuo deſivimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Talia dixere in inferno hi, qui peccaverunt, quia ſpes impii tamquam lanugo eſt, quæ a vento tollitur, & tamquam ſpuma gracilis, quæ a procella diſpergitur, & tamquam fumus, qui a vento diffuſus eſt, & tamquam memoria hoſpitis unius diei prætereuntis. Et alias:* (a) Eccl. 18. *(a) Numerus dierum vitæ hominis ſi multum, centum anni, quaſi parvula gutta de magno mari deputatus eſt. Hæc omnia ſecundum auctoritatem ſcripturæ rerum collatione ſimillima ſunt. Sic & Jacobus frater Domini & Apoſtolus, de impio divite diſputans, dixit:* (b) Jacob. 1. *(b) Sicut flos fœni tranſibit. Exortus enim eſt ſol cum ardore, & areſcere fecit fœnum, & flos ejus decidit, & decor vultus ejus deperiit. Ita & dives in itineribus ſuis marceſcet. Et ipſa Veritas in Evangelio proponens dixit (c)* (c) Matt. 16. *Quid enim proderit homini ſi lucretur univerſum mundum, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?*

XIII. *Quapropter, fili cariſſime, paternis te & ſubnixis precibus deprecamur, ut non deſpicias conſilium patrum tuorum, qui pro Dei amore tuam appellare celſitudinem ſatagunt. Nihil bono Regi ſalubrius, quam ſi commiſſa cum arguuntur, libenter emendentur; quia, per Salomonem dicitur:* (d) Prov. 12. *(d) Qui diligit diſciplinam, diligit ſapientiam. Ideo, fili cariſſime, oſtendentes conſilium juſtum, conteſtamur, & obſecramus per viventem Deum, & ejus filium Jeſum Chriſtum, & per Spiritum ſanctum, ut recorderis, quam fugitiva ſit vita præſens, & quam brevis & momentanea delectatio ſpurcæ carnis, & quam ignominioſum ſit, ut brevis vitæ homo mala exempla in perpetuum poſteris relinquat. Incipe ergo melioribus moribus vitam componere, præteritos errores juventutis corrigere; ut hic coram hominibus laudem habeas, & in futuro æterna gloria gaudeas. Valere celſitudinem tuam, & in bonis moribus proficere optamus.* Hucuſque Epiſtola Bonifacii.

XIV. Extat, & perbrevis ad eumdem Regem epiſtola ejuſdem viri Apoſtolici Bonifacii, cum ad eumdem munuſcula miſit, aves ſcilicet ad venationem aptas, ita factus (ut ait (e) Apoſtolus) omnia omnibus: Et ut Jacob cum (f) Eſau fecerat, quo ejus animam lucrari poſſet, demerendam eam muneribus procuravit: epiſtola autem ſic ſe habet (g):

(e) 1. Cor. 9. (f) Geneſ. 32. (g) Eod. Cod. ep. 18.

Domno reverendiſſimo, & dilectiſſimo Athelbaldo Regi Merciorum Boniſacius Servus ſervorum Dei intimæ caritatis ſalutem.

Bonifacius munera miſit ad Regem Athelbaldum.

Obſecramus celſitudinis tuæ clementiam, ut iſtum miſſum meum, nomine Cedom, præſentatorem harum litterarum in neceſſitate noſtra, & itineris ſui, & in quoque illi neceſſitas contigerit, ſolatium præbendo adjuvare dignemini, & mercedem pro eo, & a Deo habeat de miſſis noſtris, qui præterito anno ad vos venere, quia eis in omnibus adjutorium, ut referebant, præſtitiſtis. Interea pro ſigno veri amoris, & devotæ amicitiæ direximus tibi accipitrem unum, & duos falcones, duo ſcuta, & duas lanceas: quæ rogamus, licet indigna ſint munuſcula, caritate benedictionis ſuſcipere digneris. Finem loquendi omnes pariter audiamus (h) Eccl. 12. *(h): Deum time, & mandata ejus obſerva. Petimus quoque, ut ſi per ulterum nuntium verba noſtra ad præſentiam tuam ſcripta pervenerint, audi-* tum

---

PAGIUS rolo Pippini filio Rabani in Archiepiſcopatum Moguntinenſem Succeſſorem, laudat MS. in quo legitur, *a patruo ſuo Ludovico Germaniæ Rege, e monaſterio vocatus in Moguntiacenſi Eccleſia Archipræſulem ſeptimum ſublimatus eſt*, ſeptimum nempe a Sancto Bonifacio. Marca citatus, ut oſtendat, *Coloniam* Metropolim Secundæ Germaniæ fuiſſe, utitur auctoritate Sancti Athanaſii in Epiſtola ad Solitarios, ubi cum in Comitatu ex Aula Principis apud Treveros verſaretur, inter cæteros Epiſcopos ſuæ communionis recenſet *Euphratam* Epiſcopum Agrippinæ, μητροπόλεως τῆς ἄνω Γαλλίας, ideſt, *Metropoleos Superioris Galliæ.* At verba illa non oſtendunt, fuiſſe alias Provinciam *Galliam Superiorem* appellatam. Nec refert, ſi dicatur, loco *Galliæ Germaniam* ſubſtituendam eſſe; *Colonia* enim, non in Superiori, ſed in Inferiori Germania poſita, & Athanaſius ſignificat, *Coloniam* Metropolim civilem fuiſſe in Superiori Gallia, aut in remotiori Galliarum parte, quæ Germaniam Primam, nempe Moguntiam, & Germaniam Secundam, ſcilicet Coloniam, complectebantur. Antiqui enim *Metropoleos* nomine non deſignabant Urbem, in qua Epiſcopus Metropolitanus aut Primas ſederet; ſed Urbem, quæ Provinciæ caput eſſet, aut quæ cæteris dignitate præſtaret; & ex antiquis Monumentis, Nummis & Inſcriptionibus conſtat, in una eademque Provincia plures ejuſmodi Metropoles fuiſſe.

VI. Colonia hoc ſæculo in Metropolim Eccleſiaſticam erecta.

Idem Athanaſius in Apologia pag. 831. ait, Παυλῖνος ἀπὸ τριβήρων τῆς μητροπόλεως τῆς Γαλλίας ἐπίσκοπος, ideſt, *Paulinus Epiſcop. Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis* quod ſc. in ea Præfectus Prætorio Galliarum Sedem haberet. At inde non ſequitur, *Paulinum* Galliarum Metropolitam fuiſſe; certum eſt enim eum unicæ Provinciæ Eccleſiaſticæ Metropolitam extitiſſe. In eadem Epiſtola ad Solitarios Athanaſius ſcribit, Βικέντιον μὲν τῆς ἀπὸ Καπύης· ἥτις δὲ αὕτη μητρόπολις ideſt, *Vincentium quidem de Capua, illa vero eſt Metropolis.* At *Capua* Metropolis quidem fuit Campaniæ, ſed civilis tantum, eaque

Digitized by Google

tam tuum accommodare digneris, & ſolicite audire cures. Vale in Chriſto. De epiſtola illa intelligit ad ipſum ſcripta nuper recitata.

XV. Quid inſuper? Miſſurus ad dictum Regem Bonifacius eam epiſtolam, voluit primum ipſam cognoſci per amicum fidelem Hecbertum Archidiaconum, ad quem etiam ejuſmodi litteras dedit (a):

(a) Eod. Cod. ep. 24.

Bonifacii epiſt. ad Hecbertum.

Dilectiſſimo ac reverendiſſimo fratri Hecberto Archidiacono Bonifacius ſervus ſervorum Dei Legatus Germanicus Sedis Apoſtolicæ ſinceram in Chriſto ſpiritualis germanitatis ſalutem.

Charitatis tuæ muneribus, & libris ſuſceptis, erigens ad ſupera palmas, magnas omnipotenti Deo gratias egi, qui mihi longe peregrinanti talem invenire conceſſit amicum, qui me & in rebus terrenis adjutorium, & in ſpirituali ratione communionis divinum ſolatium tranſmiſit. Nunc autem intimis præcordiorum precibus almitatis tuæ clementiam obſecro, ut veſtræ fraternitatis Synodo una cum ſervis Dei meum laborantibus, adunatus eſſe merear, & ſis mihi conſiliarius, & adjutor in inquirendis, & inveſtigandis regulis Eccleſiaſticis judiciorum Dei; & ut me non ludivaga ſermonum voce, ſed ſerie rogantem, ac dicentem eſſe ſcias, & non arrogantem, & ſuperbum, aut proprio judicio plus juſto placentem æſtimes. Nam Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, quando indignum ac vilem prædicatorem ad prædicandum Germanicis erroneis, vel paganis gentibus direxit, præcepit mihi, ut ex auctoritate Romani Pontificis, ſi alicubi viderem, inter Chriſtianos pergens, populos erroneos, vel Eccleſiaſticas regulas mala conſuetudine depravatas, vel homines per invium a Catholica fide abductos, ad viam ſalutis invitare, & revocare totis viribus niterer.

XVI. De litteris ſcriptis ad Regem Athelbaldum.

*Hoc præceptum ſervare cupiens, admonitoriam, vel precatoriam epiſtolam ad Athelbaldum Regem Merciorum cum conſilio, & conſenſu Epiſcoporum, qui una nobiſcum ſunt, tranſmiſi: quam præſentare fraternitatis tuæ obtutibus juſſi, ut ſi quæ in ea prave poſita ſint, emendes, & quæ juſta ſunt, ſale ſapientiæ tuæ condias, & auctoritate confirmes. Et ſi radicem aliquam flagitiorum, de quibus in illa epiſtola contra Regem Merciorum diſputatum eſt, in gente tua germinare velle videas: ſicut providus, & ſapiens colonus, cum falce Dominicæ auctoritatis * in tempus præcidas, & radicitus evellas, ne cum floruerint, fiat ex vinea (b) Sodomorum vitis eorum, & propago eorum ex Gomorrha: & ſit furor draconum vinum eorum, & furor aſpidum inſanabile. Inauditum enim malum eſt præ cunctis ſæculis. Et, ut hic ſervi Dei gnari ſcripturarum dicunt, in triplo, vel in quadruplo Sodomitanam luxuriam vincunt, ut, gens Chriſtiana contra morem univerſæ terræ immo contra præceptum Dei, deſpiciat legitima matrimonia, & adhæreat inceſtis, luxurioſis, adulteris, & nefanda ſtupra conſecratarum, & velatarum feminarum ſequatur.*

* intentum

(b) Deut. 32.

XVII. *Præterea, ut mihi de opuſculis * Bedani lectoris aliquos tractatus conſcribere, & dirigere digneris, quem nuper (ut audivimus) divina gratia ſpirituali intellectu ditavit, & in noſtra provincia fulgere conceſſit; ut & candela, quam vobis Dominus largitus eſt, nos quoque fruamur. Interea ad indicium caritatis fraternitati tuæ direxi exemplaria epiſtolarum ſancti Gregorii, quas de ſcrinio Romanæ Eccleſiæ excepi, quæ non rebar ad Britanniam veniſſe, & plura iterum, ſi mandaveris remittam, quia multa inde excepi; dedi & corporale, pallia, & villoſam unam ad tergendos pedes,*

* Bedæ

Bonifacius petit Bedæ opera.

PAGIUS

que prærogativa, non Epiſcopi, ſed Urbis fuit; indeque Athanaſius *Vincentium* Metropolitanum non appellat, ſe *Capuam* Metropolim vocat. Epiſcopus enim Romanus illius Provinciæ, quæ uſque ad Urbis Romæ portas pertingebat, ſolus Metropolita erat, uti alibi oſtendo; *Capua* autem Metropolis dicebatur, quod *Conſularis* Campaniæ in ea moraretur. Denique ex Concilio Colonienſi an. CCCXLVI. habito apparet, non *Euphratam* Colonienſem Epiſcopum Metropolitam fuiſſe, ſed *Paulinum* præfatum Trevirenſem Epiſcopum. Quare certum exiſtimo, utramque Germanicam Provinciam, a Belgica olim divulſam, fuiſſe ſub Juriſdictione Metropolitæ Trevirenſis, huicque univerſam Belgicam, antequam eam in duas Provincias *Conſtantinus* M. partiretur ſubjacuiſſe. *Colonia* hoc ſæculo ſed anno incerto in Metropolim Eccleſiaſticam erecta. Anaſtaſius enim in Vita Leonis III. loquens de rebus an. DCCXCIX. geſtis; *Hildeboldum* Archiepiſcopum Colonienſem appellat; nec detegi poteſt, quis primus ex Epiſcopis Colonienſibus eam dignitatem conſecutus ſit; cum hoc ſæculo Archiepiſcopi in Conciliis & cæteris Monumentis publicis paſſim *Epiſcopi* appellentur. Fuere & ſub Metropolita Trevirenſi, ut id obiter obſervem, *Remenſes Epiſcopi*, poſt Concilium Colonienſe laudatum incerto tempore Metropolitæ conſtituti. In eo enim Concilio *Dyſcolius* Remenſis Epiſcopus cum ultimis Epiſcopis confunditur. Veroſimile videtur, jus illud Epiſcopis Remenſibus conceſſum, poſtquam exeunte ſæculo quarto Trevirorum Civitas a Barbaris everſa fuit.

VII. *Patres Concilii Germanici Regem Ethelbaldum ad meliorem frugem reducere tentant.*

Epiſcopi, qui Synodo Germanicæ interfuere, omnes Anglo-Saxones erant, & ii tantum octo, ut colligit Alfordus hoc anno num. V. & ſeqq. ex literis a Bonifacio datis ad *Herefridum Presbyterum*, recitatis a Baronio num. XVIII. & ſeq. in quibus datur illi negotium a Synodo & a Bonifacio, *Ethelbaldum* Merciorum Regem, qui multa in mores legeſque Ma-

ctes, cum laverit, ſervorum Dei. Valere beatitudinem tuam, & ſacris virtutibus proficere in Chriſto optamus. Hactenus ad Hecbertum Archidiaconum Bonifacius, qui & tunc eidem nuntio dedit pariter litteras ad Heresfridum presbyterum, virum egregia animi conſtantia præditum, ab eo ad hoc delectum, ut ſcriptam ad Regem dictam epiſtolam illi ſuis manibus porrigat, & legat, & interpretur. Sic enim ſe habet (a):

(a) Eod. Cod. ep. 26.

Dilectiſſimo ac reverendiſſimo fratri Heresfrido presbytero Bonifacius ſervus ſervorum Dei optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.

XVIII. *Almitatis tuæ clementiam intimis obſecro precibus, ut in tuis ſacroſanctis orationibus mei memor eſſe digneris; & jam a ſic narrantibus, & a te venientibus jam feciſſe fraternitatem tuam, & facturam eſſe non dubito, ut ſancti Jacobi Apoſtoli ſententia in nobis impleatur, qua dixit (b): Orate pro invicem, ut ſalvemini: Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. Præterea nos octo Epiſcopi, qui ad unam Synodum convenimus, quorum nomina ſubter annotavimus, in commune te, frater cariſſime, deprecamur, ut verba admonitionis noſtræ Athelbaldo Regi Merciorum interpretando, & recitando annunties, eo ordine, & eo modo, quo ad te ſcripta tranſmittimus, ſolicite enumerando, & prædicando illi indicares. Audivimus enim, quia pro timore Dei perſonam hominis non timeas, & quod ſupradictus Rex aliquantulum, quibuſdam temporibus, audire dignetur tua monita. Et notum ſit caritate tua, quia hæc verba admonitionis noſtræ ad illum Regem propter nihil aliud direximus, niſi propter puram caritatis amicitiam, & quod de eadem Anglorum gente nati, & nutriti, hic per præceptum Apoſtolicæ Sedis peregrinamur; bonis & laudibus gentis noſtræ lætamur, & gaudemus; peccatis autem ejus, & vituperationibus tribulamur, & contriſtamur.*

(b) Jacob. 5.

De Synodo a Bonifacio celebrata.

XIX. De epiſt. ſcripta ad Athelbaldum Regem Merciorum.

*Opprobrium namque gentis noſtræ patimur, ſive a Chriſtianis, ſive a paganis quod gens Anglorum, ſpreto more cæterarum gentium, & deſpecto Apoſtolico præcepto, immo Dei conſtitutione, legitimas uxores dedignetur habere, & hinnientium equorum conſuetudine, vel rudentum aſinorum more, luxuriando, & adulterando omnia turpiter fœdet, & confundat. Igitur ſi hoc ſcelus maximum verum ſit, frater cariſſime, rogemus omnes communiter ſupradictum Regem, ut ſemetipſum cum populo corrigat, ne tota gens cum Principe hic, & in futurum pereat, ſed ut vitam propriam emendando, & corrigendo exemplis ſuis item gentem propriam ad viam ſalutis dirigat: & unde peccatum ante contraxit; inde mercedem mereatur æternam. Præterea portem thymiamatis & ſabanum pro benedictione, & ſigno puræ caritatis tibi direximus. Sanctis operibus florentem, & probatis moribus proficientem fraternam dilectionem tuam, atque * benevolentem ſancta Trinitas æternaliter cuſtodiat.* Hactenus Bonifacius.

* benolentem

XX. Quæ autem iſta ſecuta ſint, ignoratur. Cæterum ad meliorem frugem redditum ipſum Regem litteris Bonifacii fuiſſe, nullus prodit; cum tamen illud certum ſit, poſt biennium ipſum infelici exitu diem clauſiſſe extremum: de eo enim ita in Epitome hiſtoriæ Anglicanæ anno Redemptoris ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo: *Edilbaldus, qui & Athelbaldus, Rex Merciorum a ſuis* ſu-

PAGIUS Majorum peccarat, cum literis adeundi, Epiſcoporum mentes exponendi, eo modo, eo loco, eo tempore, quo ſuavius Regio pectori irrepere; & opportunius, quod quærebatur, extorquere poſſet. In illis literis Bonifacius, & ſeptem alii Epiſcopi, quorum nomina a Librariis prætermiſſa, inquiunt: *Nos octo Epiſcopi, qui ad unam Synodum convenimus, quorum nomina ſubter annotavimus; in commune, te frater cariſſime, deprecamur; ut verba admonitionis noſtræ Athelbaldo Regi Merciorum interpretando, & recitando annuncies*, &c. paulo poſt: *Opprobrium namque gentis noſtræ patimur; ſive a Chriſtianis, ſive a Paganis, quod gens Anglorum ſpreto more cæterarum gentium, & deſpecto Apoſtolico præcepto, imo Dei conſtitutione, legitimas uxores dedignentur habere*, &c. Viſum eſt etiam Patribus e Synodi ſententia monere *Ethelbaldum* Regem officii ſui, eum de incontinentia redarguere, & in literis mentionem facere pœnarum in Antiqua Saxonia adverſus adulteros ſtatutarum. Recitat eas literas a Bonifacio datas Baronius num. V. & ſeq. in quibus Bonifacius proponit ei etiam exempla *Ceolredi* Regis Merciorum, & *Oſredi* Regis Deirorum & Berniciorum, qui ob adulterium Nonnarum & fracturam Monaſteriorum, immatura & terribili morte præventi fuerant. Leguntur etiam in Epiſtola hæc verba num. XI. *Carlus quoque Princeps Francorum multorum Monaſteriorum everſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in uſus proprios commutator longa torſione, & verenda morte conſumptus eſt*; ſed ea a quopiam nugatore in eam Epiſtolam intruſa, ut anno DCCXLI. num. XVII. monſtravimus.

VIII. S. Bonifacius ad eam converſionem totus intentus.

Denique Bonifacius ad ipſummet *Ethelbaldum* Regem ſcripſit literas quæ extant apud Baronium num. XIV. aliaſque ad *Egberthum* Eboracenſem Archiepiſcopum & Britanniorum Primatem, eique rationem reddit, quid & quorſum Ethelbaldo Regi ſcripſerit; oravitque ut ſi quæ hujuſmodi vitia, Northumbriæ Regnum infecerint, ipſe iiſdem obviare & omni qua poſſet apud Regem, qui frater ejus erat, populumque auctoritate, prohibere ſatageret. Recitat eas Baronius num. XV. & ſeqq. ſed cum Codex Romanus Epiſtolarum Bonifacianarum, quo uſus eſt Baronius, habeat eas inſcriptas eſſe *Egberto Archidiacono*, ge-

tutoribus, defenſoribus militibus ſcilicet, nocte morte fraudulenta miſerabiliter peremptus, occubuit. Et de eodem ſuperius hoc ipſo Redemptoris anno ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto: *Edilbaldus Rex Merciorum per impiam fraudem vaſtabat gentem Nordanhumbrorum, &c.*

XXI. His igitur ex Germanica Synodo per S. Bonifacium miſſis litteris ad Regem Merciorum jam recitatis: reliqua, quæ eamdem conſecuta ſunt Synodum, enarremus. Ut quæ ibi adverſus hæreticos ſunt decreta, tenaciori vinculo firmarentur, nempe ut damnati Aldebertus, & Clemens ab Apoſtolica quoque Sede ſententiam damnationis acciperent: idem ſanctus Bonifacius legavit Romam ad Zachariam Pontificem Denehardum presbyterum, quem alias (ut vidimus) ante alia occaſione in Urbem miſerat, cui & literas dedit una cum Actis ad eamdem cauſam ſpectantibus, quibus Zacharias acceptis, Concilium collegit Epiſcoporum, in quo eoſdem hæreticos condemnavit. Extant ejus Synodi Acta in vita Bonifacii, atque in antiquitus ſcriptis codicibus fideliſſime recenſita, quæ ſic ſe habent (a):

(a) Vit. Bonif. lib. 2. c. 4. apud Sur. tom. 3. die 5. Junii.

XXII. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore anno vigeſimo* ſexto Imperii ejus, menſe Octobris die vigeſima quinta, Indictione decima quarta,* cœpta hoc anno menſe Septembris, *præſidente ſanctiſſimo domino Zacharia Papa in Patriarchio Lateranenſi, in baſilica, quæ appellatur Theodori, conſidentibus etiam cum eo ſanctis Epiſcopis.*

* anno quinto

Concil. Rom. contra Aldebertum, & Clementem.

Epiphanio a Silva candida.
Benedicto Nomentano.
Venantio Præneſte.
Gregorio Portuenſi.
Niceta Gabiis.
Theodoro Oſtienſi.
Gratioſo Velitris, ſeu venerabilibus presbyteris.
Joanne Archipresbytero tit. S. Suſannæ.
Gregorio presbytero tit. S. Clementis.
Stephano presbytero tit. S. Marci.
Stephano presbytero tit. S. Euſebii.
Dominico presbytero tit. S. Priſcæ.
Theodoro presbytero tit. S. Laurentii.
Anaſtaſio presbytero tit. S. Mariæ.
Gregorio presbytero tit. SS. Joannis, & Pauli.
Sergio presbytero tit. S. Pudentianæ.
Jordane presbytero tit. S. Sabinæ.
Theophanio presbytero tit. SS. Coronatorum.
Leone presbytero tit. S. Anaſtaſiæ.
Gregorio presbytero tit. S. Balbinæ.
Stephano presbytero tit. S. Chryſogoni.
Euſtathio presbytero tit. ....
Leone presbytero tit. S. Damaſi.
Procopio presbytero tit. S. Cyriaci.

Propoſitis in medio ſacroſanctis Evangeliis, aſtantibus quoque diaconibus, cunctoque clero, Gregorius Regionarius, & Nomenclator dixit: Denardus religioſus presbyter Legatus ſanctiſſimi Archiepiſcopi provinciæ Germaniæ, directus ad veſtram ſanctum Apoſtolatum, pro velo eſt, & petit ingredi. Quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur.

Cumque ingreſſus fuiſſet, Zacharias ſanctus Papa dixit: Ante hos dies litteras reverendiſſimi fratris noſtri Bonifacii Archiepiſcopi nobis detuliſti, per quas nobis ea, quæ opportuna viſa fuerant, indicavit. Quid ergo denuo noſtris ſecretariis te ingredi poſtulaſti? Denardus religioſus presbyter dixit: Domine mi, dum juxta veſtri Apoſtolatus præceptum dominus meus Bonifacius Epiſcopus famulus pietatis veſtræ in provincia Francorum Synodum aggregaret, & reperiſſet illic falſos ſacerdotes hæreticos, & ſchiſmaticos, id eſt, Aldebertum, & Clementem, ſacerdotio privans una cum principibus Francorum, retrudi fecit in cuſtodiam. Illi autem non in pœnitentia degunt, ut judicatum eſt, ſed contrario, adhuc populum ſeducunt. Pro quo & hanc epiſtolam præfati domini mei, quam manibus gero, veſtro ſancto Apoſtolatui miſſus offero, ut eam coram ſancto Concilio legi faciatis. Dictum eſt: Suſcipiatur epiſtola, & coram noſtra præſentia relegatur. Et accipiens Theophanius Notarius Regionarius, & Sacellarius, relegit in his ſermonibus: XXIII.

Ex-

PAGIUS reſtituendus & hic earundem titulus ex editione earundem Epiſtolarum a Serario curata, & ex Spelmanno Tom. I. ad annum DCCL. ubi habetur: *Dilectiſſimo ac Reverendiſſimo fratri, Egberto Archiepiſcopo, Bonifacius Servus ſervorum Dei*, &c. Imo ex ſerie literarum patet, eas non ad Archidiaconum, ſed ad Archiepiſcopum Eboracenſem ſcriptas eſſe, ut demonſtrat Alfordus laudatus. Baronius num. XX. dicit, incertum eſſe an Rex viſis Bonifacii literis melior redditus fuerit, cum tamen poſt biennium infelici exitu diem clauſiſſe extremum. At ex Continuatore Epitomes Bedæ ab ipſomet Baronio citato, liquet Regem vixiſſe uſque ad annum DCCLVII. & ex infra dicendis eum Bonifacii literis, & pientiſſimis monitis aures animumque præbuiſſe.

IX. Synodus Romana II. sub Zacharia Papa.

Ad num. XXII. & ſeqq. Ubi accepit Zacharias Papa quæ in Synodo Germanica acta fuerant, Synodum Romæ convocavit contra Aldebertum & Clementem, ſcripſitque ad Bonifacium literas a Baronio num. XXXIX. & ſeqq. relatas, de quibus mox egimus. Synodus iſta tribus Secretariis ſeu Seſſionibus acta, tempuſque, quo ea habita, his verbis notatur apud Surium in Vita Sancti Bonifacii ad diem V. Junii: *Imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno XXVI. Imperii ejus menſe Octob. die XXV. Indictione XIV.* ideoque hoc anno ea celebrata. In editione tamen Otho-

Digitized by Google

XXIV. *Excellentiſſimo Patri atque Apoſtolico Pontifici Zachariæ Papæ Bonifacius exiguus ſervus ſervorum Dei, optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.*

Poſtquam me ante annos prope triginta ſub familiaritate & ſervitio Apoſtolicæ Sedis, annuente, & jubente venerandæ memoriæ Antiſtite Apoſtolico Gregorio, anteriore voto conſtrinxi, quicquid mihi lætitiæ, vel triſtitiæ accideret, Apoſtolico Pontifici ſolebam indicare, ut in lætis ſimul laudaremus Dominum, & in triſtibus ejus conſilio roborarer. Ita & nunc mihi liceat indicare, precor, ſicut ſcriptum eſt (a): Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, majores tuos, & dicent tibi. Notum enim ſit Paternitati veſtræ, quia poſtquam indigno mihi mandaſtis in provincia Francorum, ſicut & ipſi rogarunt, ſacerdotali Concilio, & Synodali conventui præeſſe, multas injurias, & perſecutiones paſſus ſum a falſis ſacerdotibus, & adulteris presbyteris, ſeu diaconibus, & fornicariis clericis: maximus tamen mihi labor eſt contra duos hæreticos peſſimos, & blaſphemos contra Deum & Catholicam fidem. Unus, qui dicitur Aldebertus, natione Gallus eſt, alter, qui dicitur Clemens, genere Scotus eſt, ſpecie quidem erroris diverſi, ſed pondere peccatorum compares.

(a) Deut. 32.

XXV. *Contra iſtos obſecro auctoritatem veſtram, ut me defendere, & adjuvare, & populum Francorum & Gallorum per ſcripta veſtra corrigere ſtudeatis, ut hæreticorum fabulas, & vana prodigia, ac ſigna præcurſoris Antichriſti ſectentur; ſed ad canonica jura, & ad viam veræ doctrinæ convertantur, & ut per verbum veſtrum iſti duo hæretici mittantur in carcerem, nullusque cum eis communionem habeat, ne forte fermento doctrinæ illarum fermentatus aliquis pereat, ſed ſegregati vivant, & juxta dictum Apoſtoli (b), traditi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini (c). Et ſi Eccleſiam non audierint, ſint vobis juxta Evangelicum præceptum, ſicut Ethnici, & publicani. Propter iſtos enim perſecutiones, & inimicitias, & maledictiones multorum patior, & Eccleſia Chriſti impedimentum doctrinæ rectæ ſuſtinet. Dicunt enim de Aldeberto, quod eis ſanctiſſimum Apoſtolum abſtulerim, patronum & oratorem, virtutumque factorem, & ſignorum oſtenſorem abſtraxerim.*

(b) 1. Cor. 5.
(c) Matt. 18.

XXVI. Scelera Aldeberti. *Sed pietas veſtra audiens vitam ejus, judicet ex fructu, utrum veſtimentis ovium indutus intus lupus rapax fuerit, an non. In primæva igitur ætate hypocrita fuit, dicens quod ſibi Angelus Domini in ſpecie hominis de extremis finibus mundi miræ, ſed tamen incertæ ſanctitatis reliquias attulerit: & exinde potuerit omnia quæcumque popoſcerit, a Deo impetrare. Hac ergo ſimulatione (ſicut beatus Apoſtolus prædixit d) penetravit multorum domos, & captivas duxit poſt ſe mulierculas oneratas peccatis, quæ ducebantur variis deſideriis, & multitudinem ruſticorum dicentium, quod ipſe eſſet vir Apoſtolicæ ſanctitatis: præterea conduxit Epiſcopos indoctos, qui ſe contra præcepta canonum abſolute ordinaverunt: unde in tantam ſuperbiam elatus eſt, ut ſe æquipararet Apoſtolis Chriſti; & dedignatus in alicujus Apoſtolorum, vel Martyrum honore Eccleſiam conſecrare, in proprio honore dedicaret oratoria, vel (ut verius dicam) ſordidaret.*

(d) 2. Tim. 3.

XXVII. Ingens ſuperbia Aldeberti. *Ad hæc etiam improperans, cur voluiſſent homines viſitare Limina ſanctorum Apoſtolorum: fecit eis cruciculas, & oratoriola in campis, & ad fontes, vel ubicumque ſibi videbatur, & juſſit ibi publicas orationes celebrari, in tantum, ut multitudines populorum, ſpretis ceteris Epiſcopis, & dimiſſis antiquis Eccleſiis, in talibus locis conventus agerent, dicentes: Merita ſancti Aldeberti adjuvabunt nos. Ungulas quoque ſuas, atque pilos dedit ad honorificandum, & portandum cum reliquiis ſancti Petri Apoſtolorum Principis. Tantis itaque flagitiis involutus præſumpſit quoddam, quod maximum ſcelus, & blaſphemia contra Dominum eſſe videtur: Venienti enim populo, & proſtrato ante pedes ejus, & cupienti confiteri peccata ſua, dixit: Scio omnia peccata veſtra, quia mihi cognita ſunt*

PAGIUS thloni apud Serarium lib. 3. Rer. Mogont. cap. 5. legitur: *Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno XXVI. poſt Conſulatum ejus anno quinto, menſe Octobris die viceſima quinta, Indictione quarta & decima.* Quam utramque Conſtantini Epocham Sirmondus recte retinuit, ſed in Annotationibus perperam ſcripſit, annos Imperii, & annos poſt Conſulatum eodem recidere, quia *Conſtantinus* Kalendis, poſt Leonis patris obitum, ſeu poſt Imperii ſui natale proximis Conſulatum iniit. Ut autem per menſem Octobrem annus Conſtantini XXVI. ex quo conſors imperii factus eſt a patre, ſic & annus quintus ejuſdem Conſtantini, ex quo poſt patris mortem ſolus Imperium tenuit, per eumdem menſem Octobrem, illigatur anno Chriſti DCCXLV. & Indictioni XIV. menſe Septembri cœptæ. Ita Sirmondus. Verum hanc explicationem reiiciendam eſſe, & Imperatores a tempore Conſtantini Pogonati, ipſo die qua Imperium ſuſcipiebant, Conſulatum etiam ſuſcepiſſe, & ſi jam cum patribus ſuis corregnarant, ipſa die quo ii ſupremum diem obierant, Conſulatum per modum Tribunitiæ poteſtatis ſumpſiſſe, certum eſſe debet ex iis, quæ tam in hac Critica quam in Differt. Hypatica jam in medium attuli. Quare *Conſtantinus*, qui an. DCCXLI. die

Digitized by Google

ſunt occulta veſtra, ideoque non eſt opus confiteri ea; ſecuri ergo, & abſoluti de peccatis veſtris præteritis, revertimini ad domos veſtras cum pace. Hæc igitur, & his ſimilia, quæ ſanctum Evangelium hypocritas facturos eſſe teſtatur, idem Aldebertus ſuo habitu, & inceſſu, moribuſque ſolet operari. Vidiſti, Lector, perſeverantem jugiter in Eccleſia veterem uſum confitendi occulta peccata ſacerdotibus, cui aſſuetus populus præſtare perſeverans ad Aldeberti pedes (quem putabant virum Apoſtolicum) peccata ut propalaret quiſque ſua, proſterneretur. Pergit vero de Clemente altero pſeudopropheta dicere.

XXVIII. De Clemente pſeudopropheta. *Alter autem hæreticus, qui dicitur Clemens, contra Catholicam contendit Eccleſiam, abnegans ſcilicet, & refutans canones ſacros, tractatus, & expoſitiones ſanctorum Patrum Hieronymi, Auguſtini, & Gregorii; Synodalia etiam jura ſpernens, affirmat, ſe poſt duos filios in adulterio natos, eſſe poſſe legis Chriſtianæ Epiſcopum: Præterea Judaiſmum introducens, juſtum eſſe dicebat Chriſtiano, ut ſi voluerit, viduam fratris defuncti accipiat uxorem. Ipſe etiam contra fidem ſanctorum Patrum contendit, dicens, quod Chriſtus Filius Dei deſcendens ad inferos, omnes quos inferni carcer detinuit, inde liberaſſet, credulos videlicet, & incredulos, necnon cultores idolorum. Multa quoque alia horribilia, & contraria fidei Catholicæ de prædeſtinatione Dei affirmat. Quapropter precor, ut literas veſtras de hoc hæretico mandare curetis Duci Carolomano, ut mittatur in cuſtodiam, ne ſemina ſatanæ latius ſeminans, una ovis morbida totum gregem polluat. Valere ſanctitatem veſtram, & proſperis profectibus gaudere in longitudine dierum optamus.* Hactenus epiſtola Bonifacii ad Zachariam. Pergunt Synodalia Acta:

XXIX. *Cumque lecta eſſet epiſtola, Zacharias Papa dixit: Audiſtis, cariſſimi fratres, quid in epiſtola lectum ſit ex ſacrilegis illis, qui ſe ad ſuam condemnationem Apoſtolos nominare præſumpſerunt? Sancti Epiſcopi, & venerabiles presbyteri reſponderunt: Audivimus certe per omnia, non Apoſtolos, ſed miniſtros ſatanæ,*

& præcurſores Antichriſti. Quis enim aliquando Apoſtolorum, vel quilibet Sanctorum ex capillis ſuis, aut ungulis pro ſanctitate populis tribuit, ut ipſe perniciosus agere conatus eſt Aldebertus? Sed hoc ſcelus a ſancto veſtro Apoſtolatu reſecandum eſt, tam de illo, quam etiam de tranſgreſſore Clemente, qui ſacros canones ſprevit, atque expoſitiones ſanctorum Patrum Ambroſii, Auguſtini, cæterorumque reſpuit: Ambo itaque juſtam, dignamque tranſgreſſionibus ſuis ſuſcipiant ſententiam. Zacharias ſanctus Papa dixit: Quia jam tardior hora eſt, venturo ſecretario de conſcripta vita, & oratione, quam ſibi expoſuit Aldebertus, vel cæteris ejus geſtis, cum nobis lecta fuerint, communi conſenſu, mediante Deo, quid fieri debeat, pertractabimus. Hactenus primum ſecretarium, ſive ſeſſio Romani Concilii. Sequens autem non in ſequentem vel alium aliquem diem dilatum eſt, ſed die eodem iterum conventum, ut habent Synodalia Acta verbis iſtis.

Cumque in eodem die ſanctus Zacharias Papa, cæterique Epiſcopi, necnon presbyteri ſupradicti aliique clerici convenissent in prænominatam baſilicam, Gregorius Notarius Regionarius, & Nomenclator dixit: Juxta ſancti veſtri Apoſtolatus præceptum, quod in præterito ſecretario juſſiſtis, Denearдus religioſiſſimus presbyter adeſt pro velo: Quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur. Cumque ingreſſus eſſet, Zacharias ſanctus Papa dixit: Actus illi nefandiſſimi Aldeberti, ſive cætera ejus ſcripta, quæ præterito ſecretario in manibus gerebat, coram præſenti Concilio porrige legenda. Et accipiens Theophanius Notarius Regionarius, & Sacellarius legit vitam illius, cujus initium eſt: XXX. Secunda Seſſio.

XXXI. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Incipit vita ſancti & beati Aldeberti Epiſcopi ex electione Dei nati. De ſimplicibus parentibus fuit procreatus, & de gratia Dei coronatus: Quia dum in utero matris ſuæ eſſet, ibidem gratia Dei cœpit in eo retinere. Et antequam perveniſſet beatiſſima nativitas ejus vidit genitrix ejus, per viſionem, quaſi egredientem vitulum de dextero latere ſuo. Qui nimirum vitulus deſignabat illam*

PAGIUS die XVIII. menſis Junii Leoni patri ſucceſſit, ipſo die primum annum Conſulatus ſui, eodemque die currentis Chriſti anni quintum ejuſdem Conſulatus annum numeravit, ideoque omnes illæ notæ temporariæ accurate apud Serarium, & apud Sirmondum deſcriptæ. Baronius num. XXII. in margine reponit annum Imperii quintum, & omiſſa priori Conſtantini Epocha, poſteriorem ſic conſignat: *Imperante domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno quinto Imperii ejus.* Sed utraque Epocha Conſtantini retinenda.

X. Synodi per hæc tempora habita a Cointio non bene conſignata. Cointius, qui perſuaſum habebat, *Artabaſdum* menſe tantum Novembri currentis anni in ordinem redactum eſſe, anno, DCCXLVI. num. XIV. Acta Synodi Romanæ refert, aitque præſenti anno, Romæ, per menſem Octobrem, in Actis publicis nominatos fuiſſe *Artabaſdum & Nicephorum*, prætermiſſo *Conſtantino*, cujus nomen Romanis odioſum erat, ac legendum eſſe: *Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore anno XXVI. poſt Conſulatum ejus anno quinto, menſe Octobri,*

gratiam, quam accepit ab Angelo, antequam exiret de vulva. Cumque hic libellas uſque ad finem lectas fuiſſet: Zacharias ſanctus Papa dixit: Quid ad hanc blaſphemiam reſpondetis, ſanctiſſimi fratres? Epiphanius Epiſcopus Eccleſiæ ſanctæ Silvæ candidæ dixit: Domne Apoſtolice, ex divina profecto inſpiratione motum eſt cor veſtri ſancti Apoſtolatus, ut prædictum Boniſacium ſanctiſſimum Epiſcopum, & Francorum Principes commoneretis, in partibus illis poſt longa tempora Concilium congregare ſacerdotum, ne hæc ſchiſmata, & blaſphemiæ ſancto veſtro Apoſtolatui celarentur.

XXXII. Zacharias ſanctus Papa dixit: Si quid adhuc habet Denearduſ religioſus presbyter nobis porrigere ad legendam, porrigat. Deneardus presbyter reſpondit: Ecce, domine, epiſtola, quæ utebatur Aldebertus, & quam divulgabat eſſe Jeſu, ſibique de cælo veniſſe. Et accipiens Theophanius Notarius legit, cujus initium erat. In nomine Domini. Incipit epiſtola Domini noſtri Jeſu Chriſti filii Dei, quæ in Hieroſolymam cecidit, & per Michaelem Archangelum inventa eſt in porta Ephraim, & per manus ſacerdotis nomine Icoræ ipſa epiſtola fuit exemplata: & tranſmiſit ipſe eamdem epiſtolam ad Germaniæ civitatem alio ſacerdoti Thalaſſio, & ipſe Thalaſſius tranſmiſit illam ad Arabiæ civitatem alio ſacerdoti Leoban, & ipſe Leoban tranſmiſit epiſtolam iſtam ad Vetphaniam civitatem, & recepit eam Macrine Sacerdos Dei, & tranſmiſit in montem ſanctum Archangeli Michaelis, & per manus Angeli Dei pervenit ad Romanam civitatem ad ſepulcrum ſancti Petri, ubi claves regni cælorum conſtitutæ ſunt. Et duodecim papati, qui ſunt in Romana civitate, triduanas fecerunt vigilias in jejuniis, & orationibus: & cætera uſque ad finem perlecta.

XXXIII. Tertia Seſſio. Zacharias ſanctus Papa dixit: Pro certo, cariſſimi fratres, & prædictus Aldebertus in inſaniam converſus eſt, & omnes, qui hac utuntur commentata epiſtola, parvulorum more abſque ſenſu ſunt, & muliebri errore inſaniunt. Sed ne leviores amplius decipiat, indiſcuſſam, & abſque ſententia cauſam hanc relinquere non poſſumus. Sancti Epiſcopi, & venerabiles presbyteri reſponderunt: Ex divina illuſtratione, cognoſcimus, cor ſancti veſtri Apoſtolatus illuminatum, & quæ a vobis dicta ſunt, ex adminiſtratione Spiritus ſancti emanarunt. Et idcirco, ut a vobis pravisum fuerit, in utroſque ſententia promulgetur. Zacharias Papa dixit: Non ut a nobis ſolis pravisum fuerit, ſed pariter cum ſanctitate veſtra, ut Domino placuerit, in futuro ſecretario eſt pertractandum. Huc uſque ſecundum ſecretarium. Tertium eadem die habitum legitur, ut plane mirum ſit, eodem die jam tertio eſſe conventum, treſque habitas ſeſſiones. Sic enim eadem pergunt Acta.

Cum autem tertia vice in eodem die, ſanctus Zacharias Papa, cæterique Epiſcopi, necnon presbyteri ſupradicti, ſed & alii clerici conveniſſent in prænominatam baſilicam, Gregorius Notarius Regionarius, & Nomenclator dixit, ſecundum quod a veſtro ſancto Apoſtolatu præceptum eſt in præterito ſecretario, ut Deneardus religioſus presbyter hic ſe veſtris præſentaret obtutibus præſto eſt præ foribus. Quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur. Cumque ingreſſus fuiſſet, Zacharias Papa dixit: Habes adhuc ex ſacrilegorum illorum conſcripto aliquid, quod coram Concilio proferre debeas ad legendum? Deneardus religioſus presbyter reſpondit: Etiam, domine mi, orationem, quam ſibi Aldebertus componere uſus eſt: & ecce in manibus eam gero, jubete eam ſuſcipi. Moxque ſuſcepta eſt, & lecta oratio, cujus initium tale erat: XXXIV.

Domine Deus omnipotens, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, & α & ω, qui ſedes ſuper ſeptimum thronum, & ſuper Cherubim & Seraphim, pietas magna, & dulcedines ſatis eſt apud te, pater ſanctorum Angelorum, qui feciſti cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: te invoco, & clamo, & invito ſuper me miſerrimo, quia tu dignus fuiſti dicere (a): Quæcumque petieritis a Patre in nomine meo, dabit vobis. A te peto, ad te clamo, & Domine Chriſto commendo animam meam. Cumque per ordinem legeretur, pervenit ad locum, ubi ait: Precor vos & conjuro vos, & ſupplico me ad vos, Angelus Uriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adimis, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoth, Angelus Simihel. Dum vero hæc oratio ſacrilega uſque ad finem perle- XXXV.

(a) Joan. 12.

PAGIUS *die viceſima quinta, Indictione quarta & decima*, vel potius, inquit, *Conſtantino Imperatore anno XXVII. poſt Conſulatum ejus anno VI. menſe Octobri, die XXV. Indictione quinta & decima*. At Conſtantini nomen omiſſum non fuit, quia anno ſuperiori menſe Novembri in Imperium reſtitutus fuerat, ut vel hæc ſola Synodus Romana menſe Octobri hoc anno congregata manifeſtum facit. Cujus Synodi Epocha, cum in omnibus exemplaribus huic anno affigatur, evident eſt Cointium Synodos Germanicam II. & Romanam hoc anno habitas in ſequentem, Sueſſionenſem in currentem, Liptinenſem in annum DCCXLIV. & Germanicam ſub Karolomanno habitam, in annum DCCXLIII. magno Chronologiæ detrimento distuliſſe.

XI. Annaliſta Metenſis hoc anno ſcribit: *Karlomannus adunata manu valida Saxoniam ingreſſus eſt. Captiſque habitatoribus, qui ſui Regno ad-*

lecta fuiſſet, Zacharias ſanctus Papa dixit: Quid ad hæc, ſancti fratres, reſpondetis?

XXXVI. Quæ Angelorum nomina Eccleſia recipiat. *Sancti Epiſcopi, & venerabiles presbyteri reſponderunt: Quid aliud agendum eſt, niſi ut omnia, quæ coram nobis lecta ſunt, igne concrementur; auctores vero eorum anathematis vinculo percellantur? Octo enim nomina Angelorum, quæ in ſua oratione Aldebertus invocavit, non Angelorum, præter Michaelis, ſed magis dæmonum nomina ſunt, quos ad præſtandum ſibi auxilium invocavit. Nos autem, ut a veſtro ſancto Apoſtolatu edocemur, & divina tradit auctoritas, non plus, quam trium Angelorum nomina agnoſcimus, id eſt, Michael, Gabriel, Raphael.* Hæc Patres: quibus perſpicue intelligis librum quartum Eſdræ nomine vulgatum, in quo frequens eſt mentio Angeli Uriel, ab Eccleſia Romana proſcriptum, penituſque eſſe rejectum. Habentur eadem de tribus tantummodo Angelorum nominibus in Capitularibus (*a*) Caroli Magni. Pergunt acta.

(*a*) *Capitul. lib. 1. cap. 16.*

XXXVII. Sententia in Aldebertum, & Clementem lata. *Zacharias ſanctus Papa dixit: Optime proviſum eſt a veſtra ſanctitate, ut conſcripta illius omnia igne concrementur. Sed opportunum eſt, ut ad reprobationem in ſcrinio noſtro conſerventur ad perpetuam confuſionem. Nunc vero, quia omnia peracta ſunt, de utrorumque ſententia, quorum ſuperius mentio facta eſt, pertractandum eſt. Univerſum Concilium dixit: Aldebertus, cujus nobis actus, & nefaria commenta lecta ſunt, & qui ſe Apoſtolum cenſuit nominari: & capillos & ungulas ſuos populis pro ſanctitate tribuit, quique ſub obtentu Angelorum dæmones in ſuum auxilium invocat: ſit ab omni officio ſacerdotali alienus, agens pœnitentiam pro commiſſis, & amplius jam populum minime ſeducat. Sin autem in his erroribus perſeveraverit, & populum amplius ſeduxerit: ſit anathema, & æterno Dei judicio condemnetur, omniſque pariter, qui ei conſenſerit, & ejus doctrinam ſecutus fuerit, aut adjunctus fuerit. Similiter & Clemens qui per ſuam ſtultitiam ſanctorum Patrum ſtatuta, omniaque Synodalia acta reſpuit, inferens etiam Chriſtianis Judaiſmum, dum, prædicat fratrem fratris defuncti accipere poſſe uxorem; inſuper & Dominum Jeſum Chriſtum deſcendentem ad inferos omnes pios, & impios exinde prædicat abſtraxiſſe: ab omni ſacerdotali officio nudatus ſit, & anathematis vinculo obligatus, pariterque Dei judicio condemnatus, & omnis, qui ejus ſacrilegis conſenſerit prædicationibus.* Hactenus Acta Concilii, quibus tum Zachariæ, tum aliorum Epiſcoporum & presbyterorum ſuperius nominatorum appoſita eſt ſubſcriptio. Vides, Lector, eadem ſententia in Clementem prolata ob id, quod ſacrorum Conciliorum, & Eccleſiæ doctorum doctrinam reſpueret, perſtringi, damnarique pariter Novatores eadem cum Clemente perfide ſentientes?

XXXVIII. Ad hæc ſpectant, quæ in Capitularibus Caroli habentur his verbis: (*b*) *Pſeudographa, & dubiæ narrationes, vel quæ omnino contra Catholicam fidem ſunt, ut epiſtola peſſima, & falſiſſima, quam tranſacto anno, dicebant aliqui errantes, & in errorem mittentes, quod de cœlo cecidiſſet: nec credantur, nec legantur, ſed comburantur, ne in errorem pro tale ſcripto populus mittatur: ſed ſoli canonici libri, & Catholici tractatus, & Sanctorum auctoritates, & dicta legantur, & tradantur.* Reſpicit hoc etiam, quod in iiſdem habetur de Scotis, qui mentiebantur ſe eſſe Epiſcopos (*c*): Vel quod in eos, (*d*) qui falſa nomina Martyrum, & incertas Sanctorum memorias venerantur, ſtatutum eſt.

(*b*) *Cap. l. 1. c. 78.*

(*c*) *Lib. 7. add. 3. c. 37.*

(*d*) *lib. 1. c. 41.*

Quod rurſus ad idem Concilium ſpectat, deſiderari videntur ea Synodi Acta, quibus confirmata ſunt, quæ in Synodo a Bonifacio hoc anno in Germania collecta ſtatuta fuerunt, niſi per ſe ea ſeorſum a Zacharia dixerimus confirmata, qui de iiſdem omnibus poſt hanc Synodum litteras dedit ad eumdem Bonifacium verbis iſtis (*e*):

(*e*) *Cod. lib. 9. c. 7.*

XXXIX. Zachariæ Pap. epiſt. ad Bonifacium. *Reverendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſervus ſervorum Dei.*

Cum nobis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ ſyllabæ delatæ fuiſſent, atque per ſingula legi feciſſemus, reperimus in earumdem litterarum ſerie, quod peccatis noſtris facientibus, dum Dominici tritici ſemina quæreres elaborare ad augendam ſegetem ſpiritualem: ſubito inimici ſuperſeminaverunt zizania, ut ſanctitatem tuam in bono opere impedirent. Sed tua ſancta fraternitas inceſſanter orationi inſtet pari-

PAGIUS. Bella Saxonicum & Alamannicum a Francis geſta. adſtrictos eſſe videbantur, abſque ullius belli diſcrimine feliciter conquiſivit: & plurimis eorum Chriſto Duce baptizatis ſacramenta Baptiſmatis conſecuti ſunt. Eodem anno Theobalde rebellante filio Godefridi Ducis Alamannorum, Pippinus cum virtute exercitus ſui & Dei auxilio in Alamanniam ingreſſus, viriliter ipſum in fugam convertit, & ad obſidionem Alpium fugientem expulit; revocatoque illo, ejuſdem loci Ducatum dedit, & ad propria remeavit. Quod habet iſte Annaliſta de bello Saxonico, deſcripſit ex Continuatore Fredegarii in Appendice, ubi ait, id factum *evoluto triennio*, Principatus ſcilicet Carolomanni. Annaliſta Nazarianus hoc bellum præſenti anno etiam conſignat. Quoad bellum *Alamannicum* idem Continuator illud in annum ſequentem differt, nihilque certi quoad rei geſtæ tempus ſtatui poteſt.

XII. Annaliſta Metenſis ad annum DCCXLIV. recitat etiam bellum *Aquitanicum* a Carolomanno

ter cum fratribus, qui tecum laborant, ut ſpirituali ſarculo eradicare poſſit zizania. Hoc opus ſi tibi ſemper erit in voluntate; Deus ſine dubio adjuvat, ut beatus Gregorius Papa; Bonum opus (inquit) nobis ſit in voluntate; nam ex divino adjutorio erit in perfectione. Unde, cariſſime frater, confortare in Domino, & ipſe erit adjutor tuus.

XL. *De incurſione autem Gentium, quæ in tuis plebibus facta eſt, mœrendum nobis eſt: ſed hæc adverſitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet, quia & Romana civitas ex accidentibus facinoribus ſæpius eſt depopulata, & tamen omnipotens Dominus dignatus eſt eam conſolari. Sic etiam credimus, quia & vos conſolabitur, ſi fideliter ad eum clamaveritis, & jejunium, ſupplicationeſque litaniarum in populis commiſſis agendas, prædicaveritis. Nos quoque (licet peccatores exiſtimamur) precibus noſtris, & conſacerdotum noſtrorum in quantum poſſumus, adjuvamus.*

De Synodo autem congregata apud Francorum provinciam, mediantibus Pipino & Carolomanno excellentiſſimis filiis noſtris, juxta ſyllabarum noſtrarum commonitionem, peragente noſtram vicem tua ſanctitate, qualiter egiſſes, agnovimus, & omnipotenti Deo noſtro gratias egimus, qui eorum corda confirmavit, ut in hoc pio opere adjutores exiſterent, & quia omnia optime & canonice peregiſti, tam de falſis Epiſcopis, & fornicariis, & ſchiſmaticis, quam etiam de reliquis nomine ſacerdotibus, contra canonum inſtituta agentibus, vel contra Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, de quibus ſecundum tuam relationem reſpondemus.

XLI. *De eo vero, quod ſuggeſſiſti, quia elegerunt unam civitatem,* nempe Moguntiam *omnes Francorum Principes, pertingentem uſque ad paganorum fines, & in partes Germanicarum gentium, ubi antea prædicaſti, quatenus ibi ſedem Metropolitanam perpetuo tempore habere debeas, & inde cæteros Epiſcopos ad viam inſtruere rectitudinis, & poſtmodum tui ſucceſſores perpetuo jure poſſideant: hoc quia decreverunt, nos luti ſuſcepimus, eo quod ex Dei nutu factum eſt. Quod vero falſi ſacerdotes, & ſchiſmatici hoc impedire conati ſunt, eorum vanum agonem Dominus diſſipabit, & illa faciet ſtabilita, quæ ſanctorum Patrum ſtatutis videntur concordare. Et quia ipſi Principes Francorum tibi etiam in hoc adjutores extiterunt: retribuat illis omnipotens Deus adjutorii hujus præmium, & innumera largiatur bona.*

De illo etiam falſo Epiſcopo, quem dixiſti, quod adulterati clerici, & homicidæ filius in adulterio natus, & abſque diſciplina nutritus eſſet, & quod ſui ſimiles ſacerdotes conſecravit: hoc meminit tua reverenda fraternitas, quod etiam tibi ſæpe ſcripſimus, ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator ſacrum miniſterium debeat tractare; ſed neque ex pœnitente quis, at talis, qualem ſacri canones prohibent, eſſe ſacerdotem.

De baptizatis vero ab illis, ſeu Eccleſiis conſecratis, requirat tua fraternitas, ſi aut Eccleſias in nomine ſanctæ Trinitatis conſecraverunt, aut parvulos ſimiliter baptizaverunt: & tunc conſecratio Eccleſiarum, & parvulorum baptiſma ſit rite confirmatum. XLII.

Hoc etiam pariter retuliſti, quod illi, qui ante projecti ſunt ſacerdotes, ſe a nobis abſolutos eſſe, apud Francorum provinciam divulgarent. Quod tua ſancta fraternitas nullo modo credat: quia impoſſibile eſt, ut ſi hoc feciſſemus, non tuæ caritati per noſtras indicaſſemus litteras. Impoſſibile ergo nullo modo credas: quia non aliud prædicamus, & aliud agimus aut aliud dirigimus, ut illi garriunt; ſed auxiliante Deo, illud firmiſſime hortamur, ut teneas, ut ſanctorum Patrum inſtitutis, & conſultis ſacrorum canonum omni modo parere ſtudeas.

Quod obſecraſti, ut Francorum Principibus ſcriberemus: ſcias a nobis eſſe geſtum. Per ſingula enim eis ſcripſimus, ut petiſti, ut tibi amici ſint, & adjutores in Dominico opere exiſtant.

De cenſu vero expetendo, quod impetrare a Francis, ad reparandas Eccleſias, vel monaſteria plus non potuiſti, quam ut vertente anno, ab unoquoque conjugio ſervorum duodecim denarii reddantur: ex hoc gratias ago Deo, quia hoc potuiſti impetrare. Dum enim Dominus donaverit quietem, augebuntur & luminaria ſanctorum, pro eo quod nunc tribulatio accidit a Sarracenis, Saxonibus, vel Friſonibus, ſicut tu ipſe nobis innotuiſti. XLIII.

*De his etiam, qui poſtquam depoſiti ſunt pro capitalibus peccatis de gradu ſacerdotale, reperiuntur nec clerici eſſe velle, nec monachi ſub pœnitentia, ſed * pergentes ad palatium Regis Francorum, rogant, ut eis loca tribuat Eccleſiarum, vel monaſteriorum, ut diſpergant Sanctorum loca: de his, inquam, quid fieri de-* * peragrantes

PAGIUS — *Hunoldus Aquitaniæ Dux fit Monachus.* no & Pippino Majoribus Domus Franciæ geſtum, quod rectius Auctor II. Appendicis ad Continuationem Fredegarii in præſentem confert: *Pippinus*, inquit Annaliſta Metenſis, *& Carlomannus non immemores injuriarum Hunaldi perfidi Ducis, & vaſtationis, quam illis in Bajoariam dimicantibus, perpetravit, collecto exercitu Ligerim transeunt, & Caſtra in finibus Aquitaniæ ponunt. Videns autem Hunaldus, quod eis reſiſtere non valeret, omnem voluntatem*

debeat, Francorum Principibus commonitoria direximus ſcripta.

XLIV. *In alia quippe tua epiſtola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerunt falſi & ſchiſmatici Epiſcopi, id eſt, Aldebertus & Clemens; in qua omnia Acta eorum, ac impiiſſimum errorem ſingulatim indicaſti. Nos autem, congregatis conſacerdotibus noſtris, eorumdem pravorum ſceleratiſſima Acta in eorum præſentia legi fecimus. Et cum nobis coram Concilio lecta fuiſſent: pio ſtudio omnes eadem ſchiſmatica dogmata, & ſceleratiſſimam vitam, quam ſibi Aldebertus conſcribi fecit, una voce decreverunt, ut igne cremarentur. Sed nos hoc non fieri rectum judicantes, pro eorum perpetua damnatione in ſcrinio ſanctæ Eccleſiæ reſervari mandavimus. Ad hæc etiam dignam ſententiam contra eorum errorem ſcribi fecimus; cujus exemplar epiſtolæ ad tuam direximus ſanctitatem, ut lecta in provincia Francorum, omnis ſchiſmaticus audiens taliter a ſancta, & Apoſtolica Eccleſia judicatum, a ſenſus ſui pravitate reſipiſcat.*

XLV. *In tertia vero Epiſtola tua intimaſti nobis de alio ſeductore Gewilioho, qui antea falſo Epiſcopi honore fungebatur, & quia ſine conſultu ad nos properat. Hic dum advenerit, ut Domino placuerit, fiet. Tua autem reverentia, ut auxiliante Domino ſapit, vice noſtra, petimus, perſiſtere ſtudeat. Volumus, namque omni anno, tempore apto, in provincia Francorum Concilium te celebrare, ut frequentia ſacerdotum per inſtituta ſacrorum canonum correcta, illis nulla adverſitas valeat pullulare, ſed magis Eccleſiæ ſanctæ unitas & diſciplina Apoſtolica ubique in illis partibus dilatata exiſtat, ut non amplius populi, per falſos ſacerdotes depravati, demergantur in interitum. Dum vero Concilium congregaveris, ſic tua fraternitas conſtictum habeat cum Metropolitanis, ut nullus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis. Pro eadem quippe cauſa, & pro omnibus utilitatibus ſanctæ Eccleſiæ Francorum Principibus direximus litteras, ut alias præfati ſumus. De civitate autem illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum, per noſtræ auctoritatis præceptum nomini tuo Metropolim confirmavimus, & tuæ ſanctitati direximus ejuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitatem. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Data prid. Kalend. Novembris, imperante domino Auguſto Conſtantino, anno vigeſimoſeptimo Imperii ejus, Indictione decimaquarta.*

Deſiderantur litteræ, quas ſe ad Francorum Principes ſcripſiſſe teſtatur. XLVI.

Conſtat pariter cum iiſdem Pontificiis litteris redditam eſſe eidem Bonifacio epiſtolam ejus, qui a ſecretis, ſive ab epiſtolis erat ipſi Romano Pontifici Zachariæ, quam quod numquam hactenus euſam ſciamus, hic tibi ſcribendam curavimus. Sic ſe habet (a):

(a) Eod. qui ſupr. Cod. ep. 4.

Secretarius Bonifacio.

Summis & Deo amabilibus apicibus acceptis, cum magno, & omni, quo condecet honore, & veneratione relegi. Et quia poſt tot tempora merui ex veſtris ſyllabis viſitari, omnipotenti Deo noſtro gratias egi, qui me indignum famulum ſuum etiam de veſtra lætificavit incolumitate. Igitur omnia, quæ nobis per vestras directas litteras præcepiſtis, ut Dominus vires donare dignatus eſt adimplevimus; ſed & ea, quæ Domno Apoſtolico ſuggeſſiſti, & per nos ſunt ſuſcepta, & annuntiata, atque relecta, & nos ea pertractantes omnia ſcripta, quæ vobis ab eo directa ſunt, a nobis eſſe dictata juxta veſtram voluntatem cognoſcite: ſed & quod non ſperabatis fieri, ſuggeſſimus, & facta eſt Synodus ſacerdotum, præſidente Domno Apoſtolico, & relecta eſt ſacrilega illius Aldeberti nefandiſſima vita, & omnia opuſcula ejus coram Synodo: pariter epiſtola ſanctiſſimæ paternitatis veſtræ, ubi de illo, & de Clementis dementia ſuggeſſiſtis: & ſic poſt geſta peracta, ſententia anathematis in eos promulgata eſt, vel in omnes, qui eorum nefandam ſecuti fuerint ſectam: Cujus inſtar, hoc eſt exemplar, *vobis a Domno Apoſtolico directa eſt. Et hæc coram præſentia præſentis fratris noſtri Deneurdi venerabilis presbyteri acta ſunt, & ipſe vobis ore proprio poterit enarrare, quod omnia iſta per nos acta ſunt. Nam pro certo cognoſcite, ſanctiſſime pater, quia in omnibus me paratum offero veſtris obtemperantem præceptis: tantummodo peto, ut pro nobis orare jubeatis. Scio enim, quia veſtris orationibus adjutus, erutus ſum a tentationibus inimici, & miſertus Dominus ſuo famulo, medelam tribuit, & diverſis infirmitatibus circumdatus quamquam indignus, illud Apoſtoli ſequor conſolationis dictum, quo ait: (b) Cum infirmor, tum potens ſum, Et (c) Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me per veſtras ſanctas preces, virtus Chriſti.*

De Synodo Romana in cauſa Aldeberti.

(b) 2. Cor. 12.
(c) Ibid.

XLVII. *Venerandas namque ſorores noſtras, &*

Dei

PAGIUS *tem eorum ſe facere ſacramentis & obſidibus datis ſpopondit; ipſumque cum omnibus quæ habebat invictorum Principum ſervitio ſe mancipavit. Eodemque anno Hunaldus Dux germanum ſuum nomine Hattonem per falſa ſacramenta decipiens, de Pictavis ad ſe venire juſſit, cui ſtatim oculos eruit, & ſub cuſtodia retruſit. Sed non poſt multos dies Hunaldus coronam capitis de-*

po-

Dei ancillas, quæ apud Limina ſanctorum Patrum Apoſtolorum properavere, quas etiam nobis veſtra ſancta Paternitas commendare juſſit, in quantum Dominus vires donare dignatus fuerit, curam earum habemus propter veſtram ſanctam præceptionem. Benedictionem etenim, quam nobis direxiſtis, ſuſcepimus, ideſt, poculum argenteum, & ſiedonem unam: quæ in duplici ſuſcepimus benedictione, eo quod a tanto patre meruimus viſitari. Et licet retribuere non valeamus, tamen ad invicem caritatis cum magna reverentia direximus cinnamomum unc. iiii. coſtum unc. iiii. piper lib. ii. cozumbrem lib. i. quæ peto, ut abſque injuria ſuſcipere jubeatis, & ut pro nobis orare dignemini omnino depoſco. Incolumem ſanctiſſimam paternitatem veſtram divina conſervet majeſtas orantem pro nobis Deum, meritis Apoſtolorum decorande pater. Hactenus epiſtola.

Cæterum ſimul cum his miſſa ſunt anni hujus Synodi Acta in Germaniam, eadem quoque recepta. Nam eadem legibus ſuis Carolus probata reddidit, dum legem ſtatuit adverſus hujuſmodi pſeudoprophetas, (*a*) quam ſuperius recitavimus.

(*a*) Cap. l.1.c.78. XLVIII.

Finem hunc acceperunt res geſtæ præſentis anni, quo pſeudoapoſtoli una cum ſuis ipſorum erroribus delati ad Apoſtolicam Sedem, damnationis ſententiam acceperunt: ſicque cuncta machinamenta diaboli ſunt diſſoluta, quibus novam coaleſcentem Eccleſiam ille perfidus hoſtis humani generis pertubare conatus eſt, ejuſmodi ſubdolis operariis; ſed Bonifacio ad primarium dominum vineæ ex adverſo clamante: (*b*) *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.* Et (*c*) *Increpa feras arundinis.* Laqueo illæ anathematis præfocatæ ceſſarunt.

(*b*) Cantic. 2.
(*c*) Pſ. 67.

Re-

PAGIUS *poſita & Monachi voto promiſſo, in Monaſterium, quod Radis inſula ſitum eſt, intravit, ſiliumque ſuum Vvaifarium in Principatu reliquit.* Radis inſula hodie a Gallis *l' isle de Re* vulgo nuncupatur, in Oceano Aquitanico poſita, de quo Hadrianus Valeſius *in* Not. Gall. de *Vvaifario* Duce, qui Eccleſiæ parum æquus fuit, pluribus infra.

JESU CHRISTI ANNUS 746.	ZACHARIÆ PAP. ANNUS 5.	CONSTANTINI COPRON. IMP. ANNUS 6.

I. Terræmotus in Palæſtina. REdemptoris annus ſequitur ſeptingenteſimus quadrageſimus ſexeus Indictionis decimæquartæ, quo bello civili inter ſe mutuo confligentes Sarraceni in Syria, Mauvias ſibi ſubiicit Emeſam, Damaſcum, Heliopolim, & Hieroſolymam. Quo etiam tempore poſt tenebras terræmotus prodigioſi facti ſunt in Syria & Palæſtina, & peſtis ingens in Calabria & Sicilia incipiens, invaſit demum Conſtantinopolim. De his enim iſta Theophanes: *A quarta,* (inquit) *Auguſti uſque ad Octobris Kalendas tenebræ factæ ſunt caliginoſæ.* Et paulo poſt: *Anno ſexto Imperii Conſtantini, factus eſt terræmotus magnus in Palæſtina, & circa Jordanem & totam Syriam, menſe Januario, hora quarta, & multa millia, quia & innumerabilia hominum mortua ſunt: Eccleſiæque & monaſteria corruerunt, & maxime penes eremum ſanctæ civitatis.*

II. Peſtis dira graſſatur Conſtantinopoli. Eodem anno peſtilens morbus e Sicilia, & Calabria incipiens, velut quidam ignis depaſcens, ad Monobaſiam, & Helladem, atque interiacentes inſulas venit per totam quartam decimam Indictionem, flagellans impium Conſtantinum, & cohibens ab inſania, quam adverſus ſanctas Eccleſias, & ſanctas ac venerabiles imagines intentabat. Verum ille, ut Pharao quondam, incorrectus permanſit. Sane peſtilentia hæc, bubonis dicta, diſcurrens, decimaquarta Indictione, ad regiam pervenit urbem. Cœperunt autem fieri ſubito tam in hominum veſtimentis, quam in ſacris Eccleſiarum indumentis, & in velis cruciculæ plurimæ, veluti ex oleo deſignatæ. Facta eſt ergo hinc triſtitia, & defectio animi multa propter dubium ejuſmodi ſignum. *Venit nihilominus & divinitus indignatio, diſſipans inceſſanter non ſolum urbis cives, ſed & in omnibus ſuburbanis ejus degentes. Factæ vero ſunt & phantaſiæ in multis hominum, qui in * extbaſi facti, exiſtimabant ſe cum peregrinis quibuſdam (ut putabant) & trucibus faciebus comitari: & eos, qui in itinere obvii fiebant, ſe quaſi amicos ſalutare, ac colloquia fingebant. Notatis vero iis, quæ dicebantur ab eis, hæc poſtea referebant. Contemplabantur autem eoſdem domos ingredi, & alios quidem ex domo deferre, alios autem vulnerare. Contigit autem eorum, quæ dicta ſunt ab eis, plurima, ut viderunt, fieri.* Ita quidem ſignificans Deus non ob aeris iſta fieri intemperiem, ſed immiſſiones eſſe per angelos malos, ut alias factum vidimus ſuperioribus temporibus.

* extaſi

III. Peſtis graſſatur. Quæ igitur cœpit hoc anno peſtilentia & ſequenti graſſata eſt, tertio quoque anno majoribus perſeveravit incrementis: nam pergit Theophanes: *Præterea vernali tempore primæ Indictionis magis ex-*

teu-

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXXXIV. Anno Hegiræ CXXIX. inchoato die 22. Septemb. fer. 5. A. C. 746.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6239.

☉ 27. B. ☽ 6. P. 17. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 746.

ZACHARIÆ PAPÆ 6.

CONSTANTINI COPRONYMI 27. & 6.

I. Saraceni bellis inteſtinis inter ſe diviſi. ANum. I. ad VI. Baronius ex Theophane juxta verſionem Anaſtaſii variis annis geſta recitat. Theophanes enim ad annum V. Conſtantini Imp. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ſcribit: *Hoc anno collectis omnibus copiis cum Marvam* (Saracenorum Calipha) *bello confligit Suleiman* (qui nepos erat Ibraimi quondam Caliphæ) *militumque ſeptem millibus ex exercitu deſideratis ſuperatur, & fugitivus per Myram ſe recipit, atque inde in Perſidem. Emeſeni quoque, ut Heliopolita & Damaſceni ſeditionem adverſus Marvam excitante, occluſis Civitatum portis ingreſſum negaverunt. Is filio adverſus Dachaccum copioſa militum manu miſſo, ipſe Emeſam verſus arma dirigit, & urbem menſium quatuor ſpatio in poteſtatem recipit. Interea Dachac ingentibus copiis ſtipatus acceſſit: cum quo Marvam in Meſopotamia prælio congreſſus, multis occiſis, ipſum vivum captum neci tradidit. Dum hæc geruntur Conſtantinus Germaniciam invadit, exercitumque in Syriam & Dulichium emittit, commodam ex Arabum bellis vincendi occaſionem nactus. Arabes etiam ex eis Urbibus inermes eductos & in fidem ſuam receptos, nec non patris conſanguineos cum pluribus Syris Monophyſitis hæreticorum nota inuſtis Byzantium tranſtulit: quorum reliquiæ Thraciam incolentes in hodiernum uſque diem Trinitatem in hymno ter ſancto crucifigentes Petri Fullonis mentem tenent, & in ea perſeverant. Porro a die decima uſque ad decimam quintam Auguſti tenebræ fuerunt caliginoſæ. Eo tempore Marvam parta victoria, & Edeſſa recepta, conſanguineos ipſum & libertos omnes occidit; muris etiam Heliopoleos everſis, Viros auctoritate præſtantiores e medio ſuſtulit, cæteros vero, qui in his Urbibus ſuperfuere, mutilavit.* Hæc præſenti anno contigere, ex iiſque intelligimus, Imperium Saracenicum jam inclinaſſe, quod magis ex dicendis ſequentibus annis patebit.

II. Palæſtina magno terræ motu quaſſata. Magna peſtis, de qua fuſe Baronius, ad annos ſequentes propagata. Theophanes enim ad annum VI. Conſtantini Imp. Kalendis Septemb. præſentis Chriſti anni inchoatum, ait: *Hoc anno menſis Januarii die decimo octavo, hora quarta, magnus terræ motus in Palæſtina, circa Jordanem, & in omni Syria factus eſt, adeo ut multa hominum myriades ac pene infinita perierint, & Eccleſiæ Monaſteriaque conciderint, & maxime circa Sanctæ Civitatis ſolitudinem.* Loquitur de hoc terræ motu Elmacinus in Hiſtoria Saracenica, ſed illum alligat cum anno Diocle-

tia-

Digitized by Google

tenſa eſt, æſtivo autem prorſus incendit, ita ut integra quoque domus penitus clauderentur, nec eſſent qui non haberent mortuos ſepelire. Ex neceſſitate itaque multa excogitatum eſt, quod ſuper animalia tabula ſternerentur, & ita ſuper hac impoſiti mortui deferrentur: pari modo & alii in plauſtris ſuprapoſiti mortui deferrentur. Cum autem repleta fuiſſent univerſa tam ſcilicet urbana, quam ſuburbana monumenta, & ciſterna quoque ſine aqua, & lacus, & plurima vinea, necnon & interiores horti, qui intra veteres muros erant ad hujuſmodi capeſſendam ſepulturam effoſi ſunt. Et ita vix omnia hac ad tantam neceſſitatem ſufficere valuerunt; omni autem domo calamitate repleta propter depoſitionem, qua impie facta eſt ab Imperatoribus ſacrarum imaginum. Hucuſque de his Theophanes: jungens ſimul tres annos, quibus eadem peſtilentia Conſtantinopolim in primis depaſta eſt.

IV. Sed quæ breviter de his habet Theodorus Studita in oratione de S. Platone, hic ſunt breviter recitanda, utpote ab auctore digniſſimo ſcripta, qui & ſuæ ætatis res eſt proſecutus. Dum enim agit de avis ſuis Sergio, & Euphemia, hac peſte defunctis, ex quibus ipſe Theodorus genitus eſſet, hanc ſubiicit de his narrationem: *Quoniam,* (inquit) *illis temporibus cæleſtis ira inflicta eſt (res enim me admonet, ut de hac dicam; quippe quæ publicam intulerit calamitatem, non in paucis aliquibus regionibus ac civitatibus verſans, ſed velut Ægyptiacum quoddam flagellum ex alia in aliam civitatem tranſiens) ac vel maxime in regia urbe Byzantio malum illud fuit: Hi vero, quos diximus ſemper memorabiles, a vita exceſſerunt. Non alienum autem fortaſſe fuerit utilitatis cauſa mortis etiam ipſius genus conſcribere. Narratio enim hæc talis eſt, quæ illorum animos terrere poſſit, qui prudenter eam intellexerint. Repente in ſingulorum veſtibus ſalutaris Crucis ſignum cæruleo colore, velut a manu aliqua pulcherrime pingente, ſed Dei potens digito, & ſuperna manu expreſſum cernebatur. Quicumque ergo tali deprehenſus fuerat, divulgabatur, ac ſtatim mors illic afferebatur.*

Eodem die aliquis mortuum efferebat, & ipſe mortuus efferebatur. Duo ſimul in feretro, quatuor in jumento portabantur: onera corporum miſerabilium ſemper recens cumulata. Lamentationes ubique, & voces miſerabiles undique reſonantes. Qui mortuorum cadavera efferebant, tam multis oneribus ſufficere non poterant: itaque deerant, qui tot mortuos ſepelirent. Claudebantur domus, urbis regiones inanes fiebant, ſepulcra ipſa implebantur, cum intra duos menſes urbs celeberrima, & multis millibus hominum habitata; jam deſerta, & talis fere ſit facta, ac ſi a nullis habitaretur. Hæc illius impii Conſtantini temporibus acciderunt, a quo imago Chriſti contumelioſe ſpreta, & a nefario illo homine, ac populi corruptore ſimulacri erroris nominata: immo vero Chriſtus ipſe noſter Deus ab eo deſpectus fuit: ſiquidem honor imaginis ad eum refertur, cujus eſt ipſa imago, ut divinus Baſilius quodam loco ait. Hæc Dei virga (ut aliquis diceret) prima fuit juſtiſſima, qua peccantes homines inſtruerentur, noſque a ſumma noſtra malitia revocati emendaremur: ita in- V. Peſtis ſævit ob offenſas ſacras Imagines.

PAGIUS ſiani CLX. die XXIX. Auguſti anni Chriſti DCCXLIII. inchoato, aitque: *Reverſi ſumus in Ægyptum die vigeſimo primo menſis Tuba* (menſis Ægyptiaci, cujus dies XXI. concurrit cum die XVI. Januarii noſtri) *qua nocte magnus ortus terræ motus multas Urbes deſtruxit, peremtibus incolis ſub omnibus: & multæ naves in mari ſubmerſæ ſunt. Ajunt autem illum terræ motum univerſalem fuiſſe per omnes Regiones, ad extremum uſque Orientem, atque nobis ſexcentas in Oriente Urbes dirutas fuiſſe, hominesque & animalia innumera occubuiſſe.*

III. Immanis peſtis hoc & ſequenti anno graſſatur. Pergit Theophanes: *Hoc eodem anno lues peſtilentialis a Sicilia & Calabria primum exorta, atque velut ignis ſenſim depaſcens per Monobaſiam, & Græciam, adjacenteſque inſulas pervagata, tota Indictione decima quarta irreligioſum Conſtantinum flagellavit, ſi modo potuiſſet ab ea, qua in Eccleſias & Venerandas Imagines ferebatur inſania, retrahere & compeſcere; ipſe tamen prout quondam Pharao in malis obduratus & inemendatus perſeveravit. Peſtilens illud bubonis virus ad Imperatricem uſque Urbem propagatum eſt Indictione decima quinta. Ac primum quidem inviſo quodam modo, & de repente corpora invadebat; tum vero in hominum veſtibus & in Eccleſiarum ſacris indumentis cruciculæ plurimæ oleagineo liquore conſperſæ conſpiciebantur. Quo ſigno quid portenderetur, cum homines ignorarent, in magnum mœrorem animique anguſtias in circumvicina Urbi regione adducti ſunt. Exinde plures hominum in mentis alienationem conjecti variis ſe ſe phantaſiæ figuris, vel ſpectris, & ſenſuum ſtupore permiſerunt illudi: adeo ut cum peregrinis & terriculantis faciei hominibus, ut ſibi videbatur, ſocietatem ac iter habere ſe putarent, & quos etiam velut amicos, ubi occurrerent, compellarent, ac cum ipſis colloquerentur, & quæ ab ipſis dicerentur, obſervantes, alii enarrabant. Eoſdem inſuper in domos penetrantes, quoſdam ex obviis vel plane confirere, vel gladiis vulnerare conſpiciebant. Sed & pleraque ex iis, quæ ipſi viderant, ita fieri contigit.* Accidere hæc a Kalendis Septemb. anni Chriſti DCCXLV. quo Indictio XIV. auſpicata eſt, & durarunt uſque ad vernum tempus anni DCCXLVIII. quo Indictio prima in curſu erat. Subdit enim Theophanes.

IV. Iterumque anno DCCXLVIII. *Inſequente autem prima Indictionis vere magis ac magis ſerpere & graſſari contagium; circa meſſem vero etiam ejus incendium exarſit, ut quamplurimæ domus incolis penitus orbæ clauderentur, ac ſepeliendis mortuis amici vivi deſi-*

ce-

inquam illa, quæ ad ſalutis viam his cunctis dux ſit, qui ejus correctionem prudenter, & æquo animo accipiunt. Hucuſque Theodorus ſublime philoſophatus. Sed de rebus Orientalibus haɛtenus.

Hoc anno, quo abſolvitur ſecundus, atque tertius incipit numerari Rachiſis Regis Longobardorum annus, ipſe Rex conventum coegit omnium Principum Longobardorum, ut publicis initis comitiis, una ſimul de legibus agerent Longobardorum, vel emendandis, vel addendis: quas ex ſententia omnium bene diſpoſitas, hoc itidem anno ſecundo Regni ejus, Indictione decimaquarta, hac præfatione propoſita promulgavit:

VI. Legiſlatores Reges Longobardorum.

Quoniam glorioſiſſimus, & præcelſus Rotharis hujus Longobardorum gentis Princeps, ſibi, Deo inſpirante, leges inſeruit, atque innovavit, ut omnes intentiones, & diſſentiones malorum regali ſtudio reſecaret: equidem ſtatuit, ut cuncti ſucceſſores ejus, quæ ſibi, Deo inſpirante, aſpera & dura cognoſcerent, illo ad mollitiem, & pietatis adducerent gratiam. Deinde ſucceſſor ejus Grimoald præcellentiſſimus Rex, dum ſtudioſe, ac vigilanter ſingulorum conſiderans neceſſi-

tarent. Ex neceſſitatis igitur in hunc modum urgentis anguſtia animantibus in quadrum adinvicem junctis, ne ſuis clitellis inſtructis trabeculis, quibus uſſixi aſſeres, ſuperponere, ne ita mortuorum cadavera in tumulum efferre excogitatum eſt: & cadavera rurſus cadaveribus congeſta concervabant curribus exportanda. Cum vero tam Urbis, quam ſuburbiorum monumenta mortuis corporibus oppleta exundarent, ciſternas atque etiam piſcinas exſiccatas, nec non vineas excavare & effodere coacti, hortos quoque vetecibus muris cinctos, ad hujuſmodi humanorum cadaverum ſepultura officinam deſtinare compulſi ſunt: ac ne vix quidem in pacto hujuſmodi neceſſitati exhauriendæ ſuffecerunt. Porro cum omnes familiæ ex iſta calamitate, nimirum ob Sacrarum Imaginum impie juſſam a Principibus abrogationem, diminutæ vel penitus deletæ apparerent, derepente Agarenorum Claſſis Alexandria inſtructa Cyprum, ubi Romana Claſſis ſtationem agebat, appellere viſa eſt. Cum vero Cibyrrhæotarum Dux Agarenos in Ceramæa portu occupatis ejus faucibus ex improviſo ſtrenue ſuiſſet adortus, & mille hoſtium dromonibus tres ſolos evaſiſſe narrant. De eadem peſte & Saracenorum Claſſe fuſe Nicephorus in Breviario Hiſtorico.

V. *Rachis Rex leges Longobardorum confirmat.*

Ad num. VI. *Rachis* Longobardorum Rex leges a *Rothari* & Luitprando ejus Deceſſoribus latas confirmavit, *anno Regni mei ſecundo, die Kalendarum Martiarum, Indictione quarta decima*, inquit Rachis in ſuarum legum Præfatione. Quare Baronius mortem *Luitprandi*, & initium *Rachis* Regis cum anno DCCXLIV. accurate alligavit, & is nonniſi poſt Kalendas Martias illius Chriſti anni Regnum inierat; alioquin præſenti anni die prima Martii ſecundum Regni ſui annum numerare non potuiſſet. Imo nonniſi poſt diem IV. ejuſdem menſis regnare cœperat. Ughellus enim Tom. II. Italiæ Sacræ hujus Regis Diploma refert, quo confirmantur *Thomæ* Epiſc. Placentino bona a ſuis Anteceſſoribus conceſſa: *Actum Ticino in Palatio, quarto die menſis Martii, anno DCCXLVI. anno feliciſſimi Regni noſtri ſecundo, Indict. XIV. feliciter.* [1]

VI. *S. Virgilius fit Epiſc. Salzburgenſis.*

Ante hunc annum *Sanctus Virgilius*, quintus Saliſburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ex Hibernia, ubi natus erat, in Galliam venit, ubi a Pippino Francorum Principe apud Cariſiacum exceptus fuit, qui eum *ſecum fere duobus annis propter Dei amorem retinuit*. Cumque Saltaburgenſis Eccleſia proprio careret Epiſcopo, *Pippinus*, cui Bavaria & tota Norica Provincia ſubjectæ erant, tranſmiſit Virgilium ad *Otilonem* Bavariæ Ducem, illique Epiſcopatum Saltaburgenſem conceſſit. Electionem ſuam *fere duorum annorum ſpatiis* Virgilius diſſimulavit, ſed tandem unctionem Epiſcopalem ſuſcipere conſenſit, *ordinatuſque eſt a provincialibus Præſulibus anno Nativitatis Domini DCCLXVI. XVII. Kal. Julii*, vel, ut alia lectio habet, *anno Nativitatis Domini DCCLXVII.* Hæc fere de verbo ad verbum ex ejus Vita excerpta, cujus Auctor Anonymus, Sancti Eberhardi Epiſcopi itidem Saltaburgenſis diſcipulus, medio ſæculo XII. floruit, ut videre eſt apud Mabillonium Sæc. III. Benedict. part. II. ubi eam ex Caniſio Tom. II. Antiq. Lect. recitat. Verum is Anonymus non minus in Chronologiam peccat, quam Egilwardus Monachus in Vita Sancti Burchardi Epiſcopi Wirzburgenſis, ideoque ſicuti in Vita Burchardi retinenda narratio, & notæ Chronologicæ plerumque parum curandæ, ac corrigendæ; ita & in Vita Sancti Virgilii. Quomodo enim *Virgilius* eo Chriſti anno, poſtquam biennio cum *Pippino*, alteroque biennio cum *Otilone* Duce manſiſſet, Epiſcopus conſecrari potuit; cum *Otilo* anno DCCXLVIII. e vivis exceſſerit? præterea Poeta Incertus in Verſibus *de Ordine Comprovincialium Pontificum*, in Epitaphio Virgilii teſtatur, eum ſeſe per annos quadraginta Epiſcopatui Saltzburgenſi præfuiſſe, & tamen in ejus Vita mors illius copulatur, vel cum anno DCCLXXX. vel cum anno DCCLXXXV. ſecundum diverſas lectiones. Quare verum eſſe non poteſt quod in ea habetur, *Virgilium* viceſimo aut circiter poſt currentem anno Epiſcopum dictum fuiſſe. Unde cum anno DCCLXXXV. ut eo anno videbimus, animam Deo reddiderit, hoc circiter anno Epiſcopus ordinatus eſt aliquo die Kalendarum Julii mendoſe in ejus Vita deſcripto. Ita vera erunt hæc Epitaphii Virgiliani carmina.

Quique regebat ovans præſentis culmina Sedis
Perme quater denos annis cum fratribus annos.

Ejus labores in populis *Carinthia* convertendis infra ex eodem Auctore narrabimus. Hic tantum recepiſſima opinio, quæ *Sanctum Virgilium* confundit cum alio Virgilio, quem Sanctus Bonifacius in Epiſtola ad Zachariam Papam VII.

NOTÆ [1] QUin nec Kalendis Septembris Rachiſius regnum capeſſiverat, ut in nota ad A. 744. 6. demonſtravi. MANSI

*tatea, quæ illis melius complacuere ad cultum ſalutis, augendo, minuendoque adduxit. Poſt hunc vero glorioſiſſimus, & Orthodoxæ Fidei cultor, atque hujus gentis gubernator, & noſter per Dei omnipotentiam nutritor Luitbprandus eximius, ac præcelſus, ac ſapientiſſimus Princeps, perſiſtens in Dei operibus, & quotidianis vigiliis, * omnipotentia & ſobrietate ornatus, ſicuti a Deo promeruit, per ipſius inſpirationem omnia dicentem, reliquit, & in edicti pagina cum ſuis Longobardis judicibus confirmavit. Idcirco*

* omni continentia.

per Redemptoris noſtri providentiam ego divino auxilio fretus Rachis præcellentiſſimus, & eximius Princeps anno Regni mei ſecundo, die Kalendarum Martiarum, Indictione quartadecima, dum cum gentis noſtræ, id eſt, Langobardorum judicibus, tam de Auſtria, quam de Tuſcia, vel Neuſtria finibus, univerſo, quæ a deceſſoribus noſtris ſtatuta ſunt, ſolicite conſideraſſem, quædam ibi juſta, & quædam peragenda cognovimus, &c. Satis hæc ad inſtitutum, & rerum geſtarum temporis ordinem.

Se-

PAGIUS

S. Virgilius diverſus a Virgilio a S. Bonifacio accuſato.

pam data accuſavit, quod diſcordias inter ſe & *Odilonem* Bajoariæ Ducem ſeminaret, confutanda. Eam amplexus eſt Baronius an. DCCXLIV. num. I. & DCCXLVIII. num. II. & Velſerus lib. 5. Sanctum Virgilium his verbis excuſat: „ ſit veriſimile, inquit, aut purgaſſe ſeſe *Virgilium* Pontifici, ſive coram ſive per „ literas, aut cognitis invidorum utrimque „ fraudibus, ultro, quod inter bonos ſolet, „ in gratiam eſſe reditum. Sane *Bonifacius* „ toto deinde ſeptennio ſuperfuit, neque iſtius „ tamen diſſenſionis præterea veſtigium ap- „ paret. Verum Sanctus *Virgilius* hac excuſatione non indiget, cum ab illo Virgilio, qui cum *Sidonio* adverſus Bonifacium de *forma Baptiſmi* diſputavit, diverſus ſit. Sicut enim hoc tempore præter *Sidonium* iſtum vixere duo alii Sidonii, quorum alter Epiſcopus Conſtantienſis ac Abbas Augiæ, alter vero Laureacenſis Epiſcopus; ſic præter *Virgilium* ejus ſocium extitit alius *Virgilius*, qui poſtea Saliſburgenſis Epiſcopus fuit. Præterea *Virgilius*, qui *Bonifacium* accuſavit Romam eam ob rem profectus eſt, ut manifeſte deducitur ex Epiſtola Zachariæ ad Bonifacium, quæ ordine eſt CXL. inter Bonifacianas, in qua dicit Pontifex de Virgilio: *Arens quod & a nobis eſſet abſolutus, ut unius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, Diœceſim obtineret.* Si enim abſolutus fuit, ſeu, ut nunc loquimur, dimiſſus a Zacharia, eum Romam profectum fuiſſe oportet. Sed in Vita Sancti Virgilii nulla, neque diſcordiæ cum *Bonifacio*, neque ullius profectionis Romanæ mentio. Quare minime dubitandum, quin Sanctus *Virgilius* alius ſit a Virgilio illo, cujus patria ignoratur; cum tamen Sanctum Virgilium Hibernum fuiſſe teſtentur ejus Vitæ, hujuſque Epitaphium laudatum. Hic porro monendus eſt Lector, Baronium anno DCCXLVIII. num. III. & ſeqq. ubi eam epiſtolam refert, uſum eſſe exemplari valde depravato, in quo phraſes integræ deerant, & in quo loco citatorum verborum legebatur, *dicens, quod a nobis accepiſſet licentiam*, quæ ſunt verba alicujus ſcioli modum loquendi illis temporibus uſitatum non intelligentis.

VIII. Annaliſta Metenſis hoc anno habet: *Karlomannus, cum vidiſſet Alamannorum infidelitatem, cum exercitu fines eorum irrupit, & Placitum inſtituit in loco, qui dicitur Condiſtat. Ibique coniunctus eſt exercitus Francorum & Alamannorum. Fuitque ibi magnum miraculum, quod unus exercitus alium comprehendit atque ligavit; abſque ullo diſcrimine belli. Ipſos vero, qui Principes fuerunt cum Theobaldo in ſolatio Odilonis contra invictos Principes Pippinum, & Karlomannum comprehendit & miſericorditer ſecundum ſingulorum merita correxit. Eodem quoque anno Karlomannus Princeps germano ſuo Pippino confeſſus eſt, quod vellet, ſæculum derelinquere, & Dei Omnipotentis ſe ſervitio mancipare. Inde utrique ſe germani præparaverunt. Unus videlicet, id eſt Karlomannus, ut pergeret ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli: Pippinus vero laborabat, ut ipſum cum ſummo honore & muneribus magnis deſtinaret.* Bellum quoque Alamannicum huic anno reſignant Annales Nazariani, Petaviani, & Maſciacenſes, quod Annales Æginhardi & Tiliani auctiores in præcedentem perperam retrahunt. Continuator Fredegarii in Appendice bellum iſtud anno ſexto Regni Carolomanni peractum ſcribit, ſed illud aliter ac Annaliſta Metenſis refert.

Carolomannus bello Alamannico confecto de ſæculo deſerendo cogitat.

IX. Iſidorus Pacenſis pag. 23. hæc Era DCCLXXXIV. accidiſſe teſtatur: *Nonas Aprilis*, (legendum, *tertio Nonas Aprilis*, ut feria mox memoranda indicat) *die Dominica, hora prima, ſecunda feria & tertia, cunctis Corduba Civibus proſpectantibus, tres ſoles miro modo luſtrantes, quaſi pallentes cum falce ignea ſmaragdinea præcedente fuerunt viſentes, eoque ortu fame intolerabili omnes partes Hiſpaniæ nutu Dei habitatores ſuos Angeli ordinati fuerunt vaſtantes*, ubi Angeli non proprie, ſed figurate ponuntur. Fames hæc ab Auctoribus Arabicis notata. Emendator Mazzrineus poſt hoc verbum, *vaſtantes*, e Codice MS. addit: *per idem tempus Petrus Toletanæ Sedis Diaconus pulcher apud Hiſpaniam habebatur Melodicus, atque in omnibus Scripturis ſapientiſſimus habitatores in Hiſpalim propter Paſchas erroneas, quæ ab eis ſunt celebratæ, libellum Patrum atque diverſis Auctoribus pulchre compoſitum conſcripſit*, ſed loco, *habitatores*, legendum videtur, *ad habitatores*.

Hiſpania fame afflicta.

I. Carolomannus monaſticam vitam amplectitur.

SEptingenteſimus quadrageſimus ſeptimus, Indictione decimaquinta incipit annus, quo Caroiomannus nuntio temiſſo ſæculo, monaſticam vitam amplexus, Caſſinenſe cœnobium, in agro Aquinate poſitum, adiiſſo antiquorum omnium aſſertione narratur. Quod ad tempus ſpectat, id vetus Francorum Chronicon, a Pithœo in lucem vendicatum, teſtatur bis verbis: *Septingenteſimo quadrageſimo ſeptimo anno Carolomannus, relicta, quam tenebat, poteſtate Romam vadit, ibique mutato habitu, in Caſſinum ad ſanctum Benedictum ſecedit & monachus efficitur.* Hæc ibi, & alii id ipſum hoc anno; (a) Ado autem Viennenſis, Regino, & alii plures, ſuperiori id ad factum affirmant.

(a) *Sigebert. in Chron. & Lambert. hoc anno.*

II. Cæterum neque hoc neque ſuperiori anno id accidiſſe, *Zachariæ* Papæ epiſtolæ ad Bonifacium Moguntinum Epiſcopum potiur perſuadent: atque primum in epiſtola ad eam ſcripta anno ſequenti, Indictione prima, adhuc fuiſſe Carolomannum in principatus Francorum dignitato, una cum fratrè Pipino, haud obſcure oſtendit his verbis (b): *Conforta etiam dilectiſſimos nobis orthodoxos Epiſcopos, ſacerdotes, atque levitas, cæteroſque clericos, religioſos Abbates, & monachos, pariterque glorioſiſſimos Duces, &c.* Per Duces namque & Principes, ipſum ſignificaſſe Carolomannum atque Pipinum, alia plures ejuſdem Pontificis litteræ docent. Quin etiam & in epiſtola ejuſdem Pontificis, data itidem ad Bonifacium Indictione quinta, anno videlicet Redemptoris ſeptingenteſimo quinquageſimo primo, itidem de iiſdem ſimul Principibus facta mentio reperitur his verbis (c): *Quod de Principibus Francorum ſcripſiſti, &c.* Illud quidem certum eſt, Pipinum, poſt fratris diſceſſum, neminem ſibi aliquem cooptaſſe in collegam, ſed ſolum totius Francorum Regni habenas adminiſtraſſe. Hæc igitur quo ad tempus ſpectant, conſideranda proponimus: rei vero geſtæ narrationem, de qua numquam contigit dubitari, ab antiquioribus petamus. In vita S. Bonifacii iſta habentur (d), ubi de donatione facta ab eodem Carolomanno Fuldenſi cœnobio, a S. Bonifacio ædificato, narratio texitur.

(b) *In Vit. S. Bonif. l.1. c.8.*

(c) *Ibid. c.10.*

(d) *Ibid. c.13.*

III. His auditis, Carolomannus lætatus eſt, cunctiſque proceribus ſuis convocatis, preces ſancti Epiſcopi eis expoſuit, & coram illis locum illum tradidit Epiſcopo, dicens: Quicquid eo in loco quem petis, meæ eſt ditionis, ab hodierno die in jus Domini transfero, ita ut ab Occidente & Oriente, Septentrione & Meridie ad tria millia paſſuum illi aſſignentur. Hac facta traditione, miſit nuntios, qui nobiles omnes Grapheldenſis regionis convocarent, eoſque obnixe precarentur, ut quicumque intra eos, quos diximus limites juris aliquid haberet, monaſterio, a S. Bonifacio conſtruendo in Dei cultum, largiretur. *Ubi innotuit nobilibus Principis petitio, mox cum omni devotione, Deo, & S. Bonifacio, venerandoque Abbati* * *Sturmi quicquid illic juris haberent, tradiderunt. Ut autem firma eſſet ad omnem poſteritatem ea traditio, Carolomannus, qui hujus auctor erat, chartam ſuæ donationis ſcribi juſſit, eique ſuum ſigillum impreſſit.* Hæc de donatione, monaſterio facta,

* Sturnis

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXXXV. Anno Hegiræ CXXX. inchoato die 11. Septemb. fer. 2. A.C. 747.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6240.

☉ 28. A. ☽ 7. P. 2. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 747.

ZACHARIÆ PAPÆ 7.

CONSTANTINI COPRONYMI 28. & 7.

I. *Carolomannus fit Monachus.*

AD num. I. & ſeqq. *Carolomannus* Francorum Princeps, poſtquam varia Concilia celebrari curavit, *Fuldenſe* Monaſterium anno DCCXLIV. fundavit, (licet Baronius num. III. id perperam hoc anno factum ſcribat) & magnam rei Chriſtianæ, & Eccleſiaſticæ curam habuit, mundum currenti anno reliquit, ut teſtatur Continuator Fredegarii, qui narrata expeditione Alamannica anno ſuperiori confecta, ait: *ſequenti curriculo annorum Carolomannus devotionis cauſa inſtinctu ſuccenſus, Regnum una cum filio ſuo Drogone manibus germani ſui Pippini committens ad limina Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Romam in Monachorum ordinatione perſeveraturus advenit.* Idem hoc anno ſcribunt Annaliſtæ Metenſis, Nazarianus, Petavianus, Maſciacenſis, & Auctor Chronici SanDionyſiani. Adhæc Cointius hoc anno num. III. refert ex libro I. Antiquit. Fuldenſ. cap. 4. chartulam Bonifacianam *de finibus & terminis Monaſterii Fuldenſis*, quæ ſcripta reperitur, *anno Dominicæ Incarnationis DCCXLVII. Principatus vero nobilium Virorum Karlmanni & Pippini fratris ejus anno VI. menſe Martio XXII. die.* Quare ea die Carolomannus iter in Italiam nondum ſuſceperat, & valde hallucinati ſunt Ægiohardus, & aliqui alii, qui anno ſuperiori hanc Carolomanni profectionem conſignant. Quod mirum videri non debet de Æginhardo; cum in ejus Annalibus Chronologia per annos circiter decem ſequentes vitioſa ſit.

II. Antequam Principatum dimitteret *Carolomannus*, Concilium celebrari voluit, in quo quatuor Concilia Generalia ab omnibus admittenda eſſe decretum fuit. Eſt illud inter ea quibus

Digitized by Google

præmiſimus, ut oſtendatur, quod ſecundum illud Evangelicum: (a) *Qui recepit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet*. Carolomannus erga ſanctos monachos propenſior cum eſſet, eamdem a Deo meruit gratiam conſequi, ut & ipſe monachus efficeretur. De quo auctor iſta mox ſubdit:

(a) Matt. 10.

IV. Carolomanni Caſſinum profectio.

Hæc, & id genus alia faciens Carolomannus, cum in Dei timore magis ac magis proficeret, nec tamen in habitu ſæculari eam poſſet, quam vellet vitæ ſervare integritatem, partem optimam elegit, quæ non poſſet ab illo auferri. Nam relictis omnibus hujus mundi opibus & honoribus, ad Caſſinum montem, ubi tunc arctiſſima vitæ monaſticæ diſciplina vigebat profectus eſt, ibique monachus factus eſt, Pippino fratri Regni omnia committens. Qui paterna, fraternaque potitus dignitate, cum eſſet Majordomus, ut tunc dicebatur, eamdem curam & ſolicitudinem, & devotionem, quam ejus frater, tam erga divina, quam ſæcularia negocia prætetulit, per omnia ſe accommodans ad ſancti Bonifacii conſilia. Hæc auctor. Sed ſancti Principis extorris mundi, cæli incolæ veſtigia affectemur. Quid autem acciderit, ubi per Alpium juga pervenit ad S. Galli cœnobium, audi ex Vualfrido Strabone, qui ejuſdem Sancti res geſtas conſcripſit:

V. Pervenit ad monaſter. S. Galli.

Carolomannus itaque paucorum decurſibus evolutis annorum, ob amorem regni cæleſtis, ſæcularis gloriæ pompam depoſuit, & cum cauſa quietioris vitæ Romam tenderet, in vicinitatem ſupradicti loci adveniens, ad idem monaſterium cauſa devotionis acceſſit, audienſque aſſiduis ſignorum virtutibus, eumdem locum pro beati viri meritis a Domino illuſtrari, dixiſſe fertur: Tenuis quidem hic locus eſt facultate, ſed pro meritis beati Galli celebri diffamatus rumore. Cumque vellet ibidem degentibus aliquod ſuæ largitatis conferre ſolatium, ſed retractaret, a negotiis ſui Regni diſiunctum implere non potuiſſe: quod voluit fratri reſcripſit, ut ſui amoris intuitu eidem monaſterio aliquod regiæ largitatis ſolatium dignaretur impendere. Cum igitur ab Othmaro Abbate præſentatam Pipinus Princeps accepiſſet epiſtolam, annuens petitioni fraternæ, libellum, quem Benedictus pater de cœnobitarum converſatione compoſuerat, eidem Abbati tradidit, &c. Sed cum Carolomanno hic aliquantulum remoremur.

VI. Ex quo enim mentio de miraculis facta eſt, fieri ſolitis ibidem ad ſepulcrum ſancti Galli: quid his temporibus Carolomanni acciderit, accipe ab eodem auctore Walfrido Strabone: *temporibus igitur Carolomanni Majoris domus miraculum memoria dignum per meritum ſancti Patris effectum, huic operi inſerere judicavimus. Vir quidam pauperculus in pago quodam ex ſumma devotione cum uxore ſua ad cellam beati Galli cauſa orationis properare diſpoſuit. Cujus intentione devotionis, dum mulier pallulam, quam in loco ſancto oblatura erat, contextam paraviſſet, involvit ea formellam ceræ, quam ſimul oblatum ire cogitabat, & in arca ſua inter alia veſtimenta repoſuit. Contigit autem dum ire pararent, domum illorum, cum omnibus, quæ intra villam erant rebus, igne cremari. Cumque conſumptis omnibus, flamma ceſſante, ſopitum fuiſſet incendium, ceperunt inter favillarum cumulos ferramen-*

Palla & cera ab incendio illæſa ſervata.

PAGIUS *Poſtquam Quintum Concilium celebrari juſſit.*

bus Bonifacius præfuit, quæque Carolomanni & Pippini juſſu celebrata ſunt, ordine *quintum*, ut diſerte aſſerit Willibaldus in Vita Sancti Bonifacii cap. 10. antequam de ejus Martyrio capite inſequenti verba faciat. Hujus Concilii neque Baronius, neque Collectores Conciliorum, neque Serarius, in Hiſtoria Moguntina, nec denique recentes Hiſtorici meminerunt; eſt illud tamen magni momenti, eum ex eo conſtet, ante annum DCCXLII. nullum a Bonifacio Concilium coactum fuiſſe, & poſt Germanicum primum eo anno habitum, quatuor tantum alia ab eo indicta, & non plura videlicet Liptinenſe, Sueſſionenſe, Germanicum II. & Germanicum III. Hæc porro Willibaldi de hoc Quinto Concilio verba: *Convenientibus in unum Epiſcopis & Presbyteris, Diaconibus atque Clericis, omnique gradu Eccleſiaſtico, quos inclyta recordationis Carolomannus Dux* (ita loquitur Willibaldus, quia hæc poſt Carolomanni mortem ſcripſit) *ſub Regni ſui Imperio accerſiri fecit*, QUINTUM SYNODALE FACTUM EST CONCILIUM: *in quo Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinæ Civitatis, ipſo Carolomanno conſentiente, ac donante, Pontificatui præſidens, Romanæ Eccleſiæ Sediſque Apoſtolicæ, Legatus, quatuor primitus principalium Synodorum numeroſa Canonum conſtituta, &c. ob ſalutare Doctrinæ Cæleſtis augmentum admonuit conſervari*. Memorat poſtea Willibaldus quatuor priora Concilia Generalia, & præcipuos hæreticos in iis damnatos, ſubditque: *Ita equidem apud Francium omni funditus eradicato hæreticorum perfidia, & exterpata, iniquorum conjuratione, legis Divinæ augebantur* (loco, *aucta ſunt*, juxta horum temporum loquendi modum) *incrementa, & Synodales Generalium Conciliorum Canones recipiebantur* (loco recepti ſunt); *Synodaliſque ſpiritualis Concilii Epiſcoporum congregatio juxta præfinitam authentica conſtitutionis definitionem pariter conveniebat* (loco convenit), &c. *quam ob cauſam hic Sanctus Domini Antiſtes hac ſolertiſſima ſolicitudinis cura inſpiratus, plebem a peſtifera tortuoſi ſerpentis perſuaſione eripere curavit, & Carolomannum Ducem ad congregandum ſupradictum Synodorum Conventum ſæpiſſime incitavit.* Quatuor aliæ Synodi a Bonifacio ad reparandam Eccleſiaſticam diſciplinam, & aliqua peculiaria negotia congregatæ: Quinta vero ob ſolam Quatuor Synodorum Oecumenicarum receptionem indicta in quantum conjicere licet.

Hæc

mentorum reliquias quæritare. Et ecce inveniunt (mirum dictu) ceram pallula involutam inter cinerem, & carbones, nihilque in eis læſionis apparuit: cum ipſum arcam, & quicquid aliud in ipſa repoſitum erat, penitus conſumpſiſſet incendium. Viſo igitur tanto virtutis miraculo, benedixerunt Deo, & iter, quod diſpoſuerunt, peregerunt: & narrantes fratribus, quæ geſta fuerant, obtulerunt donarium, quod huic voto conſecratum, in ſupremis non poterat perire periculis. Servata ſunt eadem res in teſtimonium poſt futuris uſque ad tempora Othmari Abbatis. Et inferius idem Vualfridus ſubjicit iſta: *Illud quoque miraculum, quod quarto anno Carolomanni * Regis in pago, cujus mentionem fecimus, contigit, libet memoriæ commendare.*

(** Principis.*)

(*VII. Oblationem furtivam non recipit Deus.*)

Pauperculus quidam juxta Regiam poſſeſſionem, quæ Rotumula dicitur, commanens, dum ad cellam ſancti viri Dei pergere voluiſſet, nec haberet aliquid, quod ob devotionis indicium illuc deferre potuiſſet: diabolo ſuadenti conſentiens, atrium cujuſdam divitis irrupit, & alveare cum melle, & apibus furtim auferens, intulit domui ſuæ; apibus deinde extinctis, ceram confecit. Et non multo poſt inter vicinos, & amicos cum hoc furtivo munere ad Eccleſiam venerabilis Galli perrexit. Cumque ſinguli, quod attulerant, obtuliſſent: is, qui contra fas offerre voluit de rapina donarium, ceram reperit in lapidis duriſſimi rigorem mutatam. Ingenti itaque timore perculſus, uni eorum, qui ſecum venerant, reatum ſuum confeſſus eſt. Qui deinde cum cuſtodibus Eccleſiæ, quæ facta fuerant, indicaret fama hujus miraculi mira celeritate cunctis innotuit. Sed pauca hæc ex multis; ad inſtitutum ſatis. Jam Carolomannum de mundi totius ſuperati victoria trophæa inferentem in Urbem, triumphantemque de ſæculo ſpreto ſequamur.

(*VIII. In Soractem pergit Carolomannus.*)

Ubi per Flaminiam veniens obvium Soractem montem, prope in agro Vejentano poſitum aſpexiſſet; memoriaque ingeſſiſſet, nobilitatum illum eſſe latebris ſancti Silveſtri, & aliorum ſanctorum virorum, qui ibidem vitam monaſticam excoluiſſent: ejus juge conſcendens, cum omnia, quæ illic erecta fuerant ædificia, jugi bello Longobardorum ſolo eſſe æquata conſpiceret: ut ibidem erigeretur monaſterium, atque ſancti Silveſtri memoria reſtitueretur operam dedit. Hæc cum multi affirment, tamen tradunt alii ipſum monaſticam illic exercuiſſe diſciplinam. Nam audi, quæ apud Eginhardum in vi-

PAGIUS [1] Hæc itaque Synodus V. Bonifaciana in nova Conciliorum editione prætermittenda non erit.

(*III. Quintum illud Concilium Pontifici Rom. gratiſſimum.*)

Hoc ubi accepit Zacharias Papa, quam ſibi gratum fuerit, Bonifacio ſignificavit, literis datis *Kalendis Maii, imperante Piiſſimo Auguſto Conſtantino anno XXIX. Imperii ejus, Indictione prima*, ut videre eſt apud Baronium anno DCCXLVIII. num. III. & ſeqq. quia eo anno literæ illæ ſcriptæ: *Suſcepimus & Chartam de Vera & Catholica Fide conſcriptam, quam cum dilectiſſimis nobis Epiſcopis partis Francorum tuæ direxit reverenda fraternitas: hanc itaque reſerantes, nimio gaudio ſumus repleti, innumerabileſque gratias egimus Deo Omnipotenti, qui unanimitatem eorum ad ſocietatem noſtram revocare dignatus eſt.* Charta enim illa fidei Catholicæ nonniſi in aliqua Synodo ab Epiſcopis ſubſcripta fuit, ſed non in alia, quam in quinta inter Bonifacianas, & quidem præſenti anno, antequam *Carolomannus* ſæculo renunciaret, & poſtquam Sanctus Bonifacius Moguntiæ Sedem Metropolitanam fixit; cum Wil-

NOTÆ [a] Niſi mea me fallit conjectura ſuſpicor Carlomannum iter Romanum nonniſi poſt diem ſextam junii hujus anni ſuſcepiſſe; quod colligo ex collatione duplicis præcepti ejuſdem Carlomanni pro monaſterio Stabulenſi in collect. vet. monum. to. II. col. 19. & 20. Horum aliud datum eſt *auguſtas die XV. in anno quinto regnante Hilderico* (Childerico) *rege*. Porro ſi Childerici regnum cœpiſſe admittatur cum Pagio anno 742. ante diem VII. iduum ſeptembris, ejuſdem regis annus quintus vel ad annum 746. vel ad ſequentem 747. nos ducet. Si enim anno 742. ante diem 15. auguſti exordium regni illius admittatur, tunc quintus ejus annus diem 15. auguſti anni 746. ſignat; quæ viciſſim dies annum 747. poſtulat, ſi Childericus nonniſi poſt diem 15. auguſti anni 742. rerum potitus fuit. Vix autem credimus referendum eſſe præceptum illud ad annum 747. alioqui enim profectio Romana Carlomanni, hoc anno facta, nimis differretur. Igitur præceptum noſtrum ductum eſt facile ab anno 746. & ex eo probatur Childericum anno 742. ante diem 15. auguſti regni ſolium aſcendiſſe. Quin & die VI. Kal. julii jam regnabat ut probat charta Bichaldi ab authore geſtorum epiſcoporum Cenomanenſium ad Gauzoleni vitam relata. Cum enim illa data ſit *VI. Kal. julii anno X. regnante Chilperico rege*, nonniſi ad annum 751. pertinere poteſt; cum ſequenti anno die illa junii Chilpericus jam a regno exceſſiſſet. Si ergo eo anno & die decimum regni jam numerabat Chilpericus, patet utique ante diem illam anno 742. regium titulum aſſumpſiſſe.

Aliud vero diploma *ejuſdem* Carlomanni ſignatur *die 6. junii, regnante Hilderico rege*. Hanc chartam quæ Carlomanni *teſtamentum* ibidem appellatur, poſteriorem eſſe præcedenti ex eo conſtat, quod in priori contineatur reſtitutio locorum quorumdam, quæ ex donatione *avi ſui* Pippini monaſterio debebantur, nec ad id uſque tradita erant; in hoc vero loca quædam ſua monaſterio munifice largiatur. Quis autem credet illum prius dediſſe ſua, quam reddidiſſe aliena? Spectat igitur præceptum iſtud ad annum 747. ac plane demonſtrat pium hunc principem die 6. junii hujus anni nondum cucullum induiſſe. MANSI

ta Caroli Magni leguntur: *Carolomannus incertum quibus de cauſis, tamen videtur quod amore converſationis contemplativæ ſuccenſus, operoſa temporalis Regni adminiſtratione relicta, Romam ſe contulit in otium, ibique habitu permutato, monachus factus, in monte Soracte apud Eccleſiam beati Silveſtri conſtructo monaſterio, cum fratribus ſecum ad hoc venientibus, per aliquot annos optata quiete perfruitur. Sed cum ex Francia multi nobilium ad vota ſolvenda Romam ſolemniter commearent, & eum veluti dominum quondam ſuum præterire nollent, otium quo maxime delectabatur, crebra ſalutatione interrumpentes: locum mutare compellunt. Nam cum hujuſcemodi frequentiam ſuo propoſito officere vidiſſet, relicto monte, in Samnium provinciam ad monaſterium S. Benedicti, ſitum in arce Caſſino ſeceſſit, & ibi quod erat reliquum temporalis vitæ, religioſe converſando, complevit.* Hæc Eginhardus reliquis antiquior, ex quo Aimoinus iſta breviter collegiſſe viſus eſt verbis iſtis:

IX. *Carolomannus Romam profectus, dimiſſa ſæculari gloria, habitum mutavit, & monaſterium in honorem S. Silveſtri in monte Soracte adificavit, ubi quondam tempore perſecutionis, quæ ſub Conſtantino Imp. facta eſt, ſanctus Silveſter latuiſſe fertur. Ibique aliquamdiu commoratus, meliori conſilio, hoc loco dimiſſo, ad monaſterium ſancti Benedicti in Samnia provincia, juxta Caſſinum Caſtrum conſtitutum, Deo ſerviturus venit, ibique monachicum habitum ſuſcepit.* Hæc auctor.

Porro res tantæ admirationis ab omnibus ſæculi hujus, & aliis reperitur auctoribus ſcripta, licet in aliquibus paulo diverſus alter ab altero. Nam Anaſtaſius Bibliothecarius, in Zacharia Pontifice iſta habet: *Hujus Pontificis temporibus Carolomannus filius Caroli Francorum Principis, præſentis vitæ relinquens gloriam, atque poteſtatem terrenam, ad beatum Petrum Apoſtolorum Principem devotus cum aliquantis ſuis advenit fidelibus; ſeſeque Dei contulit Apoſtolo, atque in ſpeciale habitu fore ſpondens permanſurum, clericatus jugum ab eodem ſanctiſſimo ſuſcepit Pontifice. Et poſt aliquantum temporis ad beati Benedicti, quod in Aquinenſium finibus ſitum eſt, profectus eſt monaſterium, in quo & ſuam finire vitam jure profeſſus eſt jurando.* Hæc Anaſtaſius, præteriens commorationem ejus in monaſterio montis Soractis.

At generoſus animus ille, qui calcato penitus mundo, ſublimem Chriſtianæ philoſophiæ attingere conatus eſt verticem, non ſic induit monachum, ut una ſimul Principem latentem intus includeret, ſed exuit penitus, ut nec ſignum quidem in ſe remanere paſſus ſit veteris hominis, in novum novo cum habitu in omnibus transformatus, procul abhorrens ab eo, quod reprehendit. S. Baſilius in no- X.

PAGIUS ſibaldus afferat, eam habitam eſſe præſidente *Bonifacio Archiepiſcopo Moguntinæ Civitatis.*

IV. *Reſpondetur ad dubia Baronii.* Baronius ſuſpicatur, Carolomannum nondum anno ſequenti ſæculum deſeruiſſe, quod Zacharias Papa in Epiſtola ad Bonifacium *Indictione prima*, anno ſcilicet ſequenti data, dicat: *Conforta etiam dilectiſſimos nobis Orthodoxos Epiſcopos, Sacerdotes, atque Levitas, ceteroſque Clericos, religioſos Abbates & Monachos, pariterque glorioſiſſimos Duces, &c. per Duces namque & Principes*, inquit Baronius, *ipſum ſignificaſſe Carolomannum atque Pippinum, alia plures ejuſdem Pontificis literæ docent.* At Zacharias Papa in Epiſtola inter Bonifacianas CXXXVII. ſcribit, *univerſis Epiſcopis, &c. Abbatibus, cunctis etiam Ducibus, Comitibus per Gallias & Francorum Provincias conſtitutis*, & tamen in ipſiſmet literis ſa *Ducum* nomine Viros privatos intelligere ſignificat, dum ait *juxta noſtram commonitionem, mediantibus filiis noſtris Pippino & Carolomanno Principibus veſtris.* Quare Baronii argumentum nullam vim habet. Præterea dicit Baronius, in Epiſtola ejuſdem Pontificis ad Bonifacium Indictione quinta data, anno ſcilicet DCCLI. de iiſdem ſimul Principibus his verbis fieri mentionem: *Quod de Principibus Francorum ſcripſiſti, &c.* Ita quidem legitur, tam in editione Surii ad diem V. Junii, quam ſequitur Baronius, quam in editione Mabillonii Sæc. III. laudata, ſed tam in editione Serarii lib. 3. Rer. Mogunt. cap. 24. quam in editione Sirmondi is Librariorum error corrigitur, & ex accuratioribus MSS. legitur: *De Epiſcopis ante Francorum, & Palliis ſcripſiſti*, &c. Quare *Carolomannum* hoc anno Regnum abdicaſſe, extra omnem controverſiam in poſterum eſſe debet.

V. *Carolomanno Monacho facto, Griſo e cuſtodia educitur.* Annaliſta Tilianus ad annum DCCXLVI. loco ſcilicet non ſuo, ſcribit de Carolomanno: *Tunc Karlomannus Romam perrexit, ibique ſe totondit, & in Sarepte* (legendum Soracte) *monte Monaſterium ædificavit in honore Sancti Silveſtri; ibique aliquod tempus moram faciens, & inde ad Sanctum Benedictum* (Monaſterium nempe Caſinanſe) *pervenit, & ibi Monachus fuit.* Fuſius eadem narrat Annaliſta Metenſis ad annum DCCXLVII. qui addit: *Eodem anno Pippinus omnium Francorum generaliter Princeps, miſericordiam motus fratrem ſuum Gripponem de cuſtodia, in qua eum germanus ſuus Carlomannus, recluſerat, liberavit, & ipſum fraterna dilectione honoratum in Palatio ſuo habuit, deditque illi Comitatus & fiſcos plurimos.* Griſo ſeu Grippo mortuo Carolo Martello patre bellum contra fratres temere moverat, indeque ſub cuſtodia detinebatur. Verum illum hoc anno libertate donatum, tam Annaliſta Metenſis, quam quidam alii afferunt, & teſtantur novos ab eo tumultus anno ſequenti in Auſtraſia concitatos eſſe, ut ibi videbimus.

VI. *Pippinus adverſus Saxones bellum gerit.* Interim Pippinus bellum contra Saxones redintegrat, eoſque vincit. Continuator enim Fredegarii in Appendice, narrata Carlomanni profectione Romana ait: *Eodem anno more conſueto fidem, quam germano ſuo promiſerant, mentiri conati ſunt. Qua de cauſa adunato exercitu ad eos pervenire compulſus eſt; cui etiam* Re-

Digitized by Google

nobili quodam, ſed ignavo mundi contemptore, dicens: *Senatorem perdidiſti, & monachum non feciſti*. Nam audi quæ
(a) Regino in Chron. anno 576. dicat (a) Regino de eodem Carolomanno: *Cum adhuc Romæ* ſeu magis prope Romam in Soracte *poſitus in monaſterio, quod ſibi ædificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem, & quod majus*
Carolomannus occultus petit Caſſinum. *eſt, propter contemptum Regni terreni, & gloriam præſentis ſæculi veneraretur, & laudibus extolleretur: timens vir Deo plenus favorem laudis humanæ, qui tanta pro Chriſto reliquerat, fugam magis arripere diſpoſuit, quam vanæ gloriæ ſubjacere. Et hoc tantummodo uni fido ſocio confeſſus eſt, quem ob infantia in omnibus fidelem probaverat, & cum eo noctu, omnibus aufugit inſciis, & ad Caſſinum montem uſque perveniens, nihil ſecum portans ex omnibus bonis, quæ corpori erant neceſſaria, nudus Chriſtum ſecutus eſt. Et juxta morem portam monaſterii pulſans, colloquium patris monaſterii expetiit. In cujus præſentiam cum veniſſet, mox in terram corruit: ſe homicidam eſſe, ſe reum omnium criminum proteſtans, miſericordiam expoſcit, pœnitentiæ locum exquirit*. Quod autem ſe homicidam confeſſus ſit Carolomannus, certe quidem haud putamus voluiſſe mentiri (quod Chriſtiano quavis ex cauſa non licet) ſed cum pluribus adverſus barbaros præliis decertaſſet, multos ab eo cæſos homines contigiſſe quis dubitat? Quod igitur in juſto bello ſine peccato, vel levi ab eo factum eſſet, ille ea bene ad humilitatem ſectandam uſus occaſione, homicidam ſe eſſe profeſſus eſt. Pergit vero Regino.

Pater cum hominem peregrinum eſſe cognoviſſet: interrogat cujus patriæ, aut gentis eſſet. At ille confeſſus eſt, ſe Francum eſſe, & ex Francia propter talia ſcelera migraſſe, exilium libenter ferre paratum, tantum ut patriam cæleſtem non amitteret. Spiritualis pater ejus precibus annuens præcepit eum in cella noviciorum recipi una cum ſuo collega, probari ſecundum quod regula jubet, & tanto artius, quanto barbaræ, & ignotæ gentis homo erat, implens illud Apoſtolicum: (b) (b) 1. Jo. 4. *Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. Itaque probatus in omni patientia, ſociatus eſt congregationi una cum collega. Poſt emenſum anni circulum profeſſus eſt ſtabilitatem, converſationem monaſterii, obedientiam ſecundum regulam ſancti Benedicti. Cœpit autem irreprehenſibiliter inter fratres converſari, omnibus virtutibus pollens.* XI.

Accidit autem, ut juxta quod mos eſt, ad coquinæ officium hebdomadarius deputaretur. Quod cum libenter quidem faceret, ſed in multis ignoranter offenderet, coquus vino æſtuans, ei alapam dedit, dicens: Ita te fratribus deſervire oportet? Cui ille nihil motus, placido vultu reſpondit: Indulgeat tibi Dominus, frater, & Carolomannus. Neque enim cuiquam ſuum nomen prodiderat, ne agnoſceretur. Rurſus cum in quibuſdam cibariis adminiſtrandis erraſſet, a coquo percuſſus eſt;
qui

PAGIUS *Reges Vvinidorum ſeu Friſiorum ad auxiliandum uno animo convenerunt. Quod videntes Saxones conſueto timore compulſi, multis ex eis jam trucidatis & in captivitate miſſis regionibus eorum igne concrematis, pacem petentes juri Francorum ſe ſe, ut antiquitus mos fuerat, ſubdiderunt; & ea tributa, quæ Clotario quondam præſtiterant pleniſſima ſolutione ab eo tempore deinceps eſſe reddituros promiſerunt. Ex quibus plurima multitudo videntes ſe contra Imperium Francorum rebellare non poſſe, propriis viribus deſtituti, petierunt ſibi Chriſtianitatem ſacramenta conferre. Ita Auctor barbarus.*

VII. Quæ Francorum Legationes ad Zachariam PP. Anno ſuperiori *Pippinus*, Epiſcopis, Abbatibus ac Proceribus Francorum conſentientibus, Romam *Ardobanium* Presbyterum miſit, ac per eum a Zacharia Papa reſponſionem petiit ad varia Capitula, ad quæ reſpondit *Zacharias* Papa anno currenti *Nonis Januarii*, ut anno DCCXLIV. num. IV. & ſeqq. demonſtravimus, ideoque quæ ibi in medium attulimus, huc revocanda. Legatio quoque Romam a Francis hoc anno miſſa eſt, quæ *Zachariam* de Sede Metropolitana Moguntiæ fixa certiorem redderet, quod liquet ex reſponſoriis Zachariæ ea de re literis, de quibus agemus anno ſequenti.

VIII. *Cuthbertus* Dorovernenſis Epiſcopus videns in pleriſque tepere ſpiritum illum, qui Anglo-Saxo- Eccleſiam paulo ante illuſtrarat, cum *Ethelbaldo* Merciorum Rege, cui Cantii parebant, egit, oravit manum pio operi porrigere, invitavitque peramice, ut Epiſcoporum Synodo intereſſe vellet. *Ethelbaldus* a Sancto Bonifacio monitus, & ad meliorem frugem converſus, *Cuthberti* conſilium integre probavit, & Concilio intereſſe voluit. Quare vocati ſunt ad illud ex omni pene Anglo-Saxonum Provincia Epiſcopi, ii præſertim, qui Dorovernenſi Archiepiſcopo ſuberant; ad Oppidum in Cantio: quod a clivo edito, cui inſidet *Clyffe* vulgo dicitur: & quia Regiuncula illa, Tameſim inter & Medvvegum fluvios *Ho* vocatur, Synodi locus *Clivoſad Ho*, & facta inde voce *Cloveshovia* ab Auctoribus appellatur, ut inquit Alfordus hoc anno num. I. & ſeqq. ubi omnia, quæ ad iſtam Synodum pertinent, explicat. Malmesburienſis Capitula hujus Synodi recenſet unum & triginta, ſed Spelmannus Tom. I. Concil. ex eodem forte Manuſcripto, quo uſus eſt Malmesburienſis omnia Acta fuſius exponit. Concilium *Septembris menſis initio, anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, indictione XV. anno autem Regni Ethibaldi Regis Merciorum (qui tunc aderat cum ſuis Principibus, ac Ducibus) trigeſimo ſecundo*, ut in ejus Præfatione legitur. Hinc confirmatur quod Tom. II. hujus Criticæ aſſeruimus, Anglos ſcilicet Indictionem inchoaſſe a Kalendis Septemb. ſed a die XXV. ejuſdem menſis; alio-

Synodus Clovesho- væ habita.

Digitized by Google

cui eadem, quæ ſupra, imprecatus eſt. Et cum tertio a coquo crudeliter cæderetur: indignatus ille comes individuus ſuæ peregrinationis, quod tantus vir a tam vili perſona tam contumelioſe afficeretur, jam ferre non valens, arripuit pilum, unde panis, in olera patrum mittendus, conterebatur, & cum omni adniſu percuſſit, dicens: Nec tibi Deus parcat, ſerve nequam, nec Carolomannus indulgeat.

Carolomannus tertio percutitur.

XII. *Fratres, hoc audito, valde commoti ſunt, quod homo alienigena, & pro miſericordia receptus talia facere præſumpſiſſet: protinus ergo cuſtodiæ mancipatur, ut die ſequenti talis præſumptio acrius vindicaretur. In craſtinum productus de cuſtodia, in medio conventu ſiſtitur. Percunctatus, cur manus extendere in fratrem miniſtrum auſus fuiſſet? Reſpondit: Quia, inquit, vidi ſervum nequiorem omnibus, virum meliorem, & nobiliorem omnibus, quos in terra converſari ſcio, non ſolum verbis dehoneſtare, ſed etiam plagis afficere. Furore nimio exagitati, quod eum, qui peregrinus venerat, ceteris prætuliſſet, interrogant, quis eſſet ille, qui bonitate & nobilitate omnes anteiret, cur ſaltem patrem monaſterii non excepiſſet? Ille neceſſitate compulſus, celare non valens (Deus jam manifeſtari volebat) ait: Iſte eſt Carolomannus quondam* * *Rex Francorum, qui pro Chriſti amore Regnum, & gloriam mundi dereliquit: qui de tanta excellentia ita ſe humiliavit, ut modo a viliſſimis perſonis, non ſolum contumeliis afficiatur, verum etiam verberibus affligatur. Quo audito, tremefacti a ſedibus ſurgunt, pedibus ejus ſe proſternunt, veniam poſtulant de contemptu, ignorantiam profitentur. Ille contra in terram provolutus, cum lacrymis negare cœpit; hæc non eſſe vera, non ſe eſſe Carolomannum, ſed hominem peccatorem, & homicidam, collegam ſuum, timore correptum, propter commiſſum piaculum hæc excogitaſſe. Quid plura? cognitus ab omnibus, cum magna reverentia eſt obſervatus.* Hactenus Regino.

Agnoſcitur Carolomannus.

* Princeps

At nec puto hic mendacii arguendum eſſe eumdem Carolomannum, cum ſe eum eſſe negavit. Etenim quod ſciret monaſtica profeſſione abiici veterem hominem, & novum indui, ſecundum quod monet Apoſtolus, dicens (a): *Expoliantes veterem hominem induite novum, qui ſecundum juſtitiam creatus eſt & ſanctificationem veritatis.* Hoc ſenſu, ſe non illum eſſe, jure dicere poſſe putavit.

(a) Coloſſ. 3.

XIII. Quod autem dicat Regino, ex hoc tempore cultum fuiſſe magna veneratione eumdem Carolomannum: ita quidem ipſe jure putavit. Verum qui venerat Chriſti opprobria conſequuturus, haud carere voluit illis: qui enim ſemel exie-rat

PAGIUS

alioquin Acta hujus Synodi non Indictione XV. ſed Indictione prima inſignita fuiſſent. Notabilis eſt quintus Canon: *Quinto diſputatum eſt loco, ut Epiſcopi Monaſteria, ſi tamen ea fas eſt ita nominare; quæ utique, quamvis temporibus iſtis, propter vim quamdam Tyrannicæ avaritiæ, ad religionis Chriſtianæ ſtatum, nullatenus immutari poſſint; id eſt, quæ a ſæcularibus non divina ſcilicet legis ordinatione, ſed humanæ adventionis præſumptione, utcumque tenentur; tamen pro ſalute animarum in eiſdem commorantium, adire debeant, ſit neceſſe. Et ut inter cetera exhortamenta provideant, ne ſine Sacerdotis miniſterio, aliquod eorum deinceps debilitatum periclitetur, juvantibus, ad hoc earum poſſeſſoribus.*

IX. Moritur S. VVigbertus Abbas Fritiſlarienſis.

Hoc anno mortuus eſt *Sanctus Vuigbertus* Fritiſlarienſis in Haſſia Abbas primus, & quidem in ſuo Monaſterio, e quo ejus Reliquiæ circa annum DCCLXXX. tranſlatæ ſunt in *Herosfeldenſe* Monaſterium in Haſſia ad Fuldam amnem poſitum, quod cœptum eſt ædificari anno DCCXXXVI. ut diſerte docet Lambertus Schafnaburgenſis, ejuſdem Cœnobii Hiſtoriographus, licet Cointius ao. DCCXLV. num. LXXX. ejus conditum in annum DCCL. differat, non ſolum contra auctoritatem ejuſdem Lamberti; ſed etiam S. Eigilis Fuldenſis Abbatis in Vita Sancti Sturmii Abbatis Fuldenſis primi, ubi indicat ejus fundationem factam eſſe annos novem ante conſtructionem Monaſterii Fuldenſis, quæ ad annum DCCXLIV. pertinet. Vitam *Sancti Vuigberti* Fritiſlarienſis Abbatis primi ſcripſit Servatus Lupus Abbas Ferrarienſis initio ſæculi noni, & recitatur a Mabillonio Sæc. III. Benedictino part. I. Wigbertus Anglo-Saxo vocatus eſt in Germaniam a Sancto Bonifacio, ei futurus in prædicatione ſolatio, *quo tempore Dux Francorum Carolus rerum potiebatur. Neque multo poſt ad ampliſſimum Pontificalis gradum dignitatis Moguntiaci divina gratia provectus* Bonifacius Wigbertum Cœnobio ſuo, Fritiſlarienſi Magiſtrum præfecit, ubi diu converſatus eſt Wigbertus; cumque *Sacræ Profeſſionis ſtudium* longo uſu ejus diſcipuli illic imbibiſſent, Bonifacius illum tranſtulit ad regimen Monaſterii *Ordorfenſis* in Thuringia prope Erfurtum Oppidum poſiti. *Illic tritis aliquot annis*, cum ancipiti morbo ſubinde laboraſſet, a Sancto Bonifacio obtinuit, ut ad prius reverteretur Cœnobium, ubi die incerto mortuus eſt. Hæc Lupus.

X. Alio anno mors ejus collocari non poteſt.

Tria de Sancto Wigberto in controverſiam adducta. Primum annus ejus obitus, quem Cointius anno DCCLIV. numer. CI. & ſeqq. eo anno, Mabillonius vero loco laudato præſenti conſignat. Sed Cointium hac in re hallucinatum eſſe penes me certum. Lupus enim initio ejus Vitæ ait: *Nec cuiquam hæc ideo judicentur infirma, quod aſſingenteſimo triceſimo ſexto anno Dominicæ Incarnationis, Indictione autem quarta decima, preſens opuſculum cudens, ante nonaginta annos, acta repetere videar;* ab anno autem præſenti ad annum DCCCXXXVI. anni nonaginta intercurrunt. Nec ſatisfacit Cointius anno DCCXXXIII. num. XI. ubi dicit, Lupum annos illos XC. a ſua Præfectura deducere; cum Lupus de rebus ante annum XC. & ante Wigberti mortem tranſactis ſe ſcribere diſerte profiteatur.

Præ-

Digitized by Google

tot extra caſtra, crucis improperium portans, viliſſimis mancipari ſervitiis exoptavit. Nam audi, quæ Leo Oſtienſis, (a) poſt narrata illa, quæ Anaſtaſius tradit, ſtatim ſubjungit: *Sub prædicti Abbatis Petronacis regimine cum omni humilitate & devotione Domino ſerviens, aliquos tranſegit annos. Non autem otioſum erit, quanta humilitatis, quantaque obedientiæ exempla idem Princeps ediderit in monaſterio, ad poſterorum exemplum litteris tradere.*

(a) Leo Oſtienſ. Chron. Caſſin. l. 1. c. 7.

XIV. Carolomanni monaſtica probatio. *Cernens enim præfatus Abbas ita Carolomanni fervere propoſitum, volenſque juxta mandatum regulæ ipſius explorare patientiam, perſeverantiamque cognoſcere, paucarum ovium, quæ erant in monaſterio, curam illi tentavit adjungere, ut quotidie ad paſcendum educeret, paſcentes cuſtodiret, paſtaſque reduceret. Quam ille obedientiam, ac ſi ex ore Domini ferventer amplexus, ſatagebat quotidie, quæ ſibi fuerant imperata, perficere. Poſt paucos dies cum longinſcule paſcendas duxiſſet oves: latrunculi quidam repente irruentes, aliquas ex eis nitebantur violenter abripere. Tum ille constanter occurrens: Oves (inquit) curæ meæ commiſſas auferre vos nulla ratione permitto; de me autem, quod vobis permiſerit Dominus, facere non contradico. Illi autem perverſæ mentes homines eum penitus expoliantes, abire cœperunt. At Carolomannus detegi pudenda non ferens, femoralia tantum ab eis violenter eripuit; cætera patienter illos auferre permiſit. Abbas vero probare volens, an vera eſſet, an ſimulata iſta patientia, cœpit eum vehementer arguere, eique ſegnitiam, ac ſtultitiam exprobrare: Cum ille nihil excuſans, ad omnia ſe peccaſſe fatebatur. Jubetur ergo veſtiri, & ad opus ſolitum regredi.*

Cum vero die quadam oves a paſtu reduceret, una ex eis ægra claudicare cœpit. Videns ergo propterea ad conſtitutam horam occurrere nullatenus poſſe: claudicantem oviculam impoſuit humeris ſuis, ſicque cum omnibus ad monaſterium rediit, ſed dum rediret, oviculæ, quam geſtabat humeris, perfundi eum lotio contigit. Quod ille quondam præpotens, ille regia dignitate conſpicuus tanta patientia pertulit, tanta animi virtute toleravit, ut ne oviculam quidem idcirco depoſuerit, neque ulla prorſus ratione murmuraverit. Id cum Abbati nuntiatum fuiſſet: admirans tanti viri manſuetudinem, ac prorſus regiam humilitatem, divinoque ſpiritu plenum animadvertens, præcepit, ut jam illo opere omiſſo, juxta poſitum hortulum, ut ſciret, excoleret. Hucuſque de his Leo. Quot autem annis monachus vixerit, inferius ſuo loco dicturi ſumus.

At unde tanta iſta manarint, & quis Catechiſta extiterit, qui docuerit Reges philoſophari, aperit Wilibaldi aſſectator XV.

PAGIUS Præterea Lambertus Scafnaburgenſis, inſignis Rerum Germanicarum Scriptor, ait: *Anno DCCXLVII. Sanctus Wigbertus migravit a ſeculo.* Quæ verba idem Cointius de quodam alio Wigberto a Fritiſlarienſi diverſo intelligenda putat; cum tamen Rabanus, qui Germanus erat, unius Sancti Wigberti in Germania Confeſſoris, & quidem ad diem XII. menſis Auguſti, mentionem faciat.

XI. *Wigbertus anno DCCXXXII. Abbas creatur.* Secunda controverſia eſt, an *Sanctus Wigbertus* Abbas Fritiſlarienſis a Bonifacio nuncupatus fuerit, antequam ipſemet ad Archiepiſcopatum Moguntinenſem eveheretur. Mabillonius Wigbertum anno DCCXLV. Cointius anno DCCXLVI. Abbatem creatum exiſtimat, omneſque alii ſupponunt, id contigiſſe poſtquam Bonifacius Moguntinæ Civitatis Epiſcopus fuit; quod Lupus laudatus id inſinuare videatur, & ipſemet *Wigbertus* in Epiſtola inter Bonifacianas LIII. ad Gleſtinburgenſes Monachos ſcripta aſſerat, *Bonifacium Archiepiſcopum* ſibi ex Anglia venienti obviam proceſſiſſe. Verum vulgaris hæc ſententia ſuſtineri non poteſt; cum enim *Sanctus Wigbertus* currenti anno vivere deſierit, aliquot annos Monaſterium *Fritiſlarienſe*, rexerit, & aliquot alios Monaſterium *Ordorfenſe*, & poſtea adhuc ſuperſtes fuerit, ut Lupus in ejus Vita diſerte docet, quomodo Præfectura ejus definiri poteſt ab eo tempore, quo Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus dictus eſt, ab anno ſcilicet DCCXLV. aut ab inſequenti? Ad hæc Monaſterium *Fritiſlarienſe*, circa annum DCCXXXII. conditum, & *Sanctum Wigbertum* Abbatem primum illius fuiſſe inter omnes convenit; quis ergo illud ab anno DCCXXXII. ad DCCXLV. adminiſtravit? aut ſi quis alius ejus Præfectus fuit, quo pacto Sanctus Wigbertus Abbas ejus primus dici poteſt? Lupus itaque, qui anno DCCCXXXVI. quo ſtudiorum cauſa in Fuldenſi Monaſterio verſabatur Diaconus, & a Brunone Abbate Herſfeldenſis Monaſterii incitatus, Sancti Wigberti Vitam ſcripſit, benigne interpretandus eſt, quando inquit, *neque multo poſt ad ampliſſimum Pontificalis gradum dignitatis Moguntiaci divina gratia provectus* Bonifacius Wigbertum Fritiſlarienſi præfecit Monaſterio. Bonifacius enim, qui anno DCCXXIII. Archiepiſcopus Regionarius, ſeu nulli Sedi affixus, creatus eſt, ante annum quidem DCCXLV. aut inſequentem Eccleſiæ Moguntinenſi alligatus non fuit, ſed poſt mortem Scriptores, qui de rebus ab eo jam Archiepiſcopo geſtis locuti ſunt, ad duplex illud *Archiepiſcopatus* genus ſæpius non reſpexere, & ſicut poſt mortem dictus eſt Archiepiſcopus Moguntinus; ita ab eo jam Archiepiſcopo peracta, Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino plerumque adſcripſere, illam Archiepiſcopatus diſtinctionem parum curantes; ſicut in communi loquendi uſu recte dicimus ante Conſtantinum Magnum Conſtantinopolim varios habuiſſe Epiſcopos, licet revera illi tantum fuerint Epiſcopi Byzantii, quod Oppidum

S. Bonifacius Catechiſta Carolomanni. (a) Vit. Bonif. lib. 1. c. 36. apud Sur. to. 3. die 5. Jun.

in rebus geſtis S. Bonifacii Epiſcopi Moguntini, cum ait (a): *Carolomanno longe alia mens fuit, quam ſcilicet inſecutor eſſet monaſtici ordinis. Qui licet antequam eſſet ſancti Bonifacii concionibus inſtitutus, de Chriſtiana religione parum ſciverit: attamen illius adhortationibus in timore, & amore Dei ita perfectus eſſe cœpit, ut humana ſimul, & divina ſapienter diſponeret, nihilque jura ſecularia abſque divina cultus adminiſtratione, cui monaſtica vita adjuncta eſt, proficere non ignoraret.* Et inferius (b) de eodem his verbis: *Princeps ergo Carolomannus, quem diximus, quamvis adjacentium regionum bellis infeſtaretur: non tamen iis potuit a ſacrarum locorum, & ſervorum Dei procuratione retardari; nimirum perſuaſum habens, arma ſpiritualia, quæ ſunt virtutes animi, multo eſſe potiora, validioraque armis manufactis, neque ullam habens fiduciam in multitudine exercitus, ſi virtutes ſpirituales abeſſent, convenienter illi propheticæ ſententiæ (c): Non ſalvatur Rex per multam virtutem, & gigas non ſalvabitur in multitudine virtutis ſuæ. Itaque dum omnia Chriſtianæ religionis jura (ut ex ſuperioribus poteſt animadverti) tum in pſeudochriſtianis, tum hæreticis profligandis, ad ſancti Bonifacii conſilium peregiſſet, illius etiam votis, &c.* Dignus profecto tanto magiſtro diſcipulus.

(b) Ibid. lib. 2. c. 13.

(c) Pſal. 32.

XVI. Carolomanni laus egregia.

Divini Spiritus opus fuiſſe quis neget, primum ut ipſe Carolomannus primogenitus filius cum fratre Pipino æque jura ſervarit, dum in præfectura Francorum vixit, ſummaque pace vinculum fraternæ caritatis abſque ulla, vel levi ſaltem læſione ſalvum in omnibus cuſtodierit; atque demum totum ſe Deo dedens, quod in hoc mundo poſſidebat, ipſi reliquerit? Mirabitur autem magis quiſque Carolomannum ita philoſophantem, qui præſtantem ipſius virtutem bellicam perſpectam habeat: Bellicoſiſſimo enim patre genitus, ut catulus leonis non degenerans a parente, mox poſt obitum patris, rebellantes Principes Aquitaniæ Homaldum, Bajoariæ Odilonem, graſſantes Saxones ſuperavit, & nova tentantes Alemannos præliis victos compeſcuit. Jamque pacatis omnibus, Francorum Regno ſubditis regionibus, impe-ran-

PAGIUS

poſtea *Conſtantinus* Conſtantinopolim appellavit. Mitto ſimilia exempla paſſim obvia.

XII. *Diverſus a VVigberto Monacho Glaſtonienſi.*

Sanctus itaque *Vvigbertus* an. circiter DCCXX. in Germaniam venit, ubi jam Bonifacius erat. *Nec multo poſtquam in Germaniam venerat*, inquit Lupus, qui addit, *neque multo poſt* eum dictum Archiepiſcopum Moguntinum, Wigbertum Abbatem Fritiſlarienſem nuncupaſſe, ideoque circa annum DCCXXXII. quo hujus Monaſterii fundamenta jacta ſunt. Hæc enim adverbia *Non multo poſt*, aliaque tempus exprimentia magnam latitudinem habent, ut ſæpius in hac Critica oſtendimus, & modo breve, modo longum temporis ſpatium denotant. Quoad *Vvigbertum*, qui in Epiſtola Bonifaciana LIII. ait, ſe a *Bonifacio* Archiepiſcopo peramanter acceptum eſſe Wigbertus ille a Fritiſlarienſi, qui antequam Bonifacius Archiepiſcopus eſſet, in Germaniam venit, diverſus fuit, ut anno DCCXIX. num. V. & ſeqq. diximus ex quo plura hæc revocanda.

XIII. *Cujus Monaſterii Monachus fuerit.*

Tertia denique controverſia eſt, cujus Monaſterii Anglicani *Sanctus Vvigbertus* Monachus fuerit. Qua in re cum omnes arbitrati fuerint, laudatam Epiſtolam LIII. inter Bonifacianas Monachis Gleſtinburgenſibus datam, attribuendam eſſe *Sancto Vvigberto*, eum etiam Monachum *Glentisburgenſem* fuiſſe autumarunt. Verum falſo illo præjudicio everſo liquet, illum incerti Monaſterii Monachum extitiſſe. Mabillonius citatus fatetur, in Catalogo Virorum illuſtrium Glaſtonienſium ſeu Glentiſgaburgenſium Sanctum Wigbertum locum non habere, *niſi ipſe deſignetur nomine* Viberti Epiſcopi, *e Glaſtonia aſſumpti, qui anno DCCC. obiiſſe fertur*. Verum in Monaſterio Anglicano refertus Hiſtoria Cœnobii Glaſtonienſis ex MS. Bibliothecæ Cotonianæ & pag. 8. dicitur; *Vibertus Epiſcopus Monachus Glaſtoniæ, obiit anno Domini octingenteſimo*, ideoque verba illa de Sancto Wigberto intelligi non poſſunt; cum is Epiſcopus non fuerit, & longe ante annum DCCC. vitam cum morte commutarit. Quæ fuſe nobis pertractanda fuere, quod confuſio Wigbertorum multos errores pepererit.

XIV. *Continuatio belli civilis inter Saracenos Hiſpaniæ.*

Caliphatum Saracenorum gerente, *Jezido*, bellis civilibus in Hiſpania flagrantibus miſſus Prorex *Abulcater*, qui poſtquam illuc pervenit, motus omnes ſedavit, & *ſolliciste ſibi commiſſam curat gerere patriam*, inquit Iſidorus Pacenſis pag. 22. ſed cum *ſuperbos Hiſpaniæ* domaſſet, occiſus eſt, & Tohau a rebellibus in ejus locum ſubrogatus. Is anno uno Hiſpaniæ præfuit, eoque demortuo *Juzephus* ad Hiſpaniarum regimen ſublimatus, ut videre eſt apud Rodericum in Hiſt. Arab. cap. 18. Anonymum Andaluſianum, & Iſidorum Pacenſem, cujus locus corruptus in exemplari Pampilone edito pag. 22. hic nobis ex Anonymo Mazarineo reſtituendus; magni enim ille momenti, cum inde certum deducatur argumentum adverſus Scriptores doctiſſimos, tam Gallos, quam Hiſpanos, qui contendunt *Iſidorum Pacenſem* in annis Hegiræ putandis communem calculum ſecutum non eſſe. Habetur ibidem: *Anno Conſtantini* . . . . . *tertio* (inter voces has *Conſtantini* & *tertio* hæc inferenda), *ſecundo, Arabum CXXVIII. Maroam II. Toba in Hiſpaniis Regno Abulcathar cum adjutore Iſmael* (ſeu Zimael, vel Simael) *ablato, a cunctis, ut Vir belliger, & genere plenus præficitur pro uno anno; ſicque in propria morte perfuncto Juzab ab omni Senatu Palatii, in Era DCCLXXXV. anno Imperii Conſtantini* } *tertio, Arabum CXXIX. completo*, (in exemplari impreſſo male habetur CXXXIX. ſequuntur poſtea hæc verba, *vel incipiente XXX. Maroam III. mortiſte, ut ſenior & longævus* (nempe Juzephus) *adclamatur in Regno*. Addo ex Ebnalgoutis Scriptore Arabe, Abulcatar exeunte an-

ranti Spiritui tantum cedens, fratri, quem ſciebat fortitudine, conſilioque præſtantem, cuncta relinquens, ſe ipſo fortior factus, vincendo ſe ipſum, immortalem apud Deum, & homines eſt gloriam conſecutus.

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS anno Hegiræ CXXVIII. ideſt ſub finem æſtatis anni Chriſti DCCXLVI. dignitate motum, Toaban exeunte anno Hegiræ CXXIX. eadem ſcilicet tempeſtate anni Chriſti DCCXLVII. vita functum, & paulo poſt *Juzephum* ſeu *Joſephum* Hiſpaniis Præfectum, ideſt *incipiente* CXXX. ut recte Iſidorus Auctor coævus habet. Qui annus CXXX. menſe Septembri currentis Chriſti anni exorditur. Hæc obſervare hic placuit, ut impoſterum lever onere demonſtrandi Iſidorum Paceuſem annos Hegiræ modo, quo alii omnes, putare.

I. S. Burcardi adventus Romam.

QUi ſeqoitur annus ſeptingentcſimus quadrageſimus octavus, prima notatur indictione, quo contigit S. Burchardum Epiſcopum Wirceburgenſem, ſive Herbipolenſem Romam ad Zachariam Pontificem ſe conferre, cui ad eumdem Pontificem S. Bonifacius Moguntinus Epiſcopus litteras dedit, ex quibus id, quod de ejus adventu Romam aſſeritur, redditur manifeſtum. Qui ejuſdem Burchardi res geſtas eſt proſecutus (a) Egiivardus, duplicem ponit Burchardi Romam adventum, priorem una cum Bonifacio, poſteriorem una cum Folrado, miſſo a Pipino pro Regno Francorum a ſummo Pontifice impetrando; quos omnes quidem ab hoc eſſe diverſos, tempora diverſa declatant; quamobrem teſtificatione litterarum Zachariæ Pontificis tertio eom Romam veniſſe dicendum erit. Porro auctorem, quem diximos Egiivardum, in iis quæ temporum ſunt, optaſſemus accuratiorem fuiſſe, redarguendum in eo potiſſimum, dum Epiſcopatus Wirceburgenſis ab eo ponitur inſtitutus anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimoprimo: ſed ex litteris Zachariæ Pontificis erroris arguitur, quibus teſtificatio nulla certior eſſe poteſt.

(a) Apud Sur. die 14. Octob. t. 5.

II. Quod aotem ad S. Bonifacii res pertinet: Cum nimis valde ſceleratotum numerus excreviſſet, & complures conſperſi eſſent inter fidelem populum impii ſacerdotes; atque ioter alios eſſet quidam Sampſon genere Scotus, qui negabat ſanctum baptiſma eſſe neceſſarium ad ſalutem: de his omnibus idem Bonifacius coſuit, monendum eſſe Romanum Pontificem. Adiecit etiam de Virgilio (de quo ſuperius) Apoſtolico plane viro querelas, quas tamen non veritas, ſed calumnia eidem ſuggeſſiſſet: primum quidem quod odia ſeteret inter ipſum, atque Bajoariæ Ducem; deinde quod falſo jactaret, ſe ab Apoſtolica Sede nactum vacantem Epiſcopatum: demum vero quod diceret, novum reperiri mundum, qui alio ſole, atque alia luna illuſtraretur. Verum omnia iſta in Virgiiium ad Bonifacium primo, inde vero per eum ad Zachariam periata, vanum prorſus fuiſſe commentum pravorom hominum arte contearum, declararunt eventa; ſiquidem ut inania penitus evanuerunt. Etenim cum Pontifex, his acceptis, facultatem dederit Bonifacio, ut congregato Concilio, Virgilium ab Eccleſia pelleret, ſacerdotioque privaret: & nec quicquam hujuſmodi factum appareat, immo contrarium, cum perſeveraverit ipſe auctus etiam Epiſcopatu in ſuſcepta ſemel Apoſtolica functione, atque longe, lateque Evangeliom in gentes finitimas propagarit: quis non intelligat accuſationes illas vanas cognitas, penitus evanuiſſe; eoſdemqoe Apoſtolicos viros Apoſtolico ſpiritu, animoque pari junaiſſe dexteras ad opus, quod ſuſceperant Evangelii? Cum etiam ſi Bonifacius neglexiſſet, Zacharias Papa, qui vindex exurgens de mittendo in Urbem Virgilio, litteras ad Ducem Bavariæ dedit, immo & ſuis litteris eumdem cum collega Sidonio Romam ſe vocaturum, promiſit: ſi aliqood ſcelus interceſſiſſet, nequaquam inultum reliquiſſet. Quod ergo tot litteris poſt hæc inter Bonifacium, & Zachariam Papam intercurrentibus, nulla prorſus de his mentio amplius facta ſit: plane ea omnia, ut fide vacua, atque penitus falſa, fuiſſe abolita intelliguntur. Cæterum ipſum Virgilium ſolemnibus ritibus inter Sanctos re-

Accuſationes in Virgilium.

Innocentes probati Virgilius & Sidonius.

PAGIUS SAC. VIII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6241.

☉ 1. GF. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 748.

ZACHARIÆ PAPÆ 8.

CONSTANTINI COPRONYMI 29. & 8.

Anno Æræ Hiſp. DCCLXXXVI. Anno Hegiræ CXXXI. inchoato die 30. Aug. fer. 6. A.C. 748.

1. Virgilii cujuſdam ſuperbia & error.

ANum. I. ad XIII. *Virgilius* Presbyter, de quo ſupra mentionem fecimus, e Bojoaria Romam profectus eſt, poſtqaam comperit opinionem ſuam Bonifacianæ prævaluiſſe in diſputatione, quæ ſuper forma Baptiſmi mota fuerat. Reverſus autem ex Italia jactavit ſe dimiſſam a Papa, ut moriente aao e quatuor Epiſcopis in Bajoaria a Bonifacio conſtitutis, ipſe, in defuncti locum ſuccederet: & quia timebat, ne *Bonifacius* ſibi adverſaretur odium inter illum, & *Odilonem* Bojoariæ Ducem ſeminare conatus eſt. His de rebus, uti & de ejuſdem Virgilii erroribus, aliiſque de cauſis per Sanctum Burchardum Wirſeburgenſem Epiſcopum Papæ ſcripſit, & reſponſionem ad ſingulos articulos accepit, cujus hæc ſubſcriptio eſt: *Data Kalendis Maii imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, a Deo coronato magno pacifico Imperatore anno XXIX. P. C.* id eſt poſt Conſulatum) *ejus anno VII. Indictione I.* ideoque hoc Chriſti anno, in quem menſe Maio illi temporum characteres conveniunt. Meminit hujus Epiſtolæ Marianus Scotus ad annum DCCXLIII. quam ait, datum *Kalendis Maii, anno Imperii Conſtantini VII. Indictione I.* Octavum Capitulum eſt de Virgilio: *Et hoc*, inqoit Zacharias, *intimatum eſt a tua fraterna Sanctitate, quod Virgilius ille (neſcimus ſi dicatur Presbyter) malignatur adverſum te pro eo quod confundebatur a te, erroneum ſe eſſe a* Ca-

latum a Gregorio nono Rom. Pontif. vetera monumenta teſtantur. Sed videamus Zachariæ litteras, ad Bonifacium redditas, quibus ea omnia, quæ ipſe Bonifacius ad Zachariam ſcripſerat, innoteſcunt.

(a) Bonif. l. 2. c. 8. t. 2. ep. Rom. Pont. ep. Zach.

III. Zacharias Bonifacium conſolatur.

Reverendiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſervus ſervorum Dei (a)

Sacris Liminibus beati Apoſtolorum principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus præſens Burchardus dilectus nobis Epiſcopus, ſanctitatis tuæ attulit affatus, per quorum ſcripta agnovimus, magnum te habere certamen in prædicatione Evangelii Domini noſtri, & exhortatione ſanctæ fidei, quam per beatum Petrum, & vas electionis Paulum, cæteroſque Apoſtolos traditam ſuſcepimus. Quibus agnitis, omnipotenti Deo immenſas agimus gratias, petentes ejus ineffabilem divinitatem, ut multo amplius confirmet atque corroboret cor fraternitatis tuæ, & ſoſpitem corpore annuat permanere, uſquequo ejus divinitas te ſuperſtitem in hac juſſerit eſſe vita, ad perficiendum miniſterium tibi impoſitum, & ad portandum lucrum animarum in die Chriſti Jeſu, ut illam merearis audire vocem deſiderabilem, quam dicturus eſt Dominus diligentibus ſe (b): *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.*

(b) Matt. 25.

IV. *Erant autem inſerta in iiſdem tuis affatibus diverſa capitula, de quibus judicium, & conſilium, atque ſolatium Sedis Apoſtolicæ tibi dirigi flagitabas. Primum capitulum pro Synodo provinciæ, in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum, & Saxonum in Britannia inſula primi prædicatores, ab Apoſtolica Sede miſſi Auguſtinus, Laurentius, Juſtus, & Honorius, noviſſime vero tuis temporibus Theodorus Græcolatinus ante philoſophus, Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio ſublimatus, ad Britanniam præfatam tranſmiſſus, judicabat, & gubernabat. In illa Synodo tale decretum, & judicium demonſtratum eſſe dignoſcitur. Ut quicumque ſine invocatione Trinitatis lotus fuiſſet, ſacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum eſt. Quia ſi merſus in fonte baptiſmatis quis ſine invocatione Trinitatis fuerit, perfecte non eſt baptizatus.*

V. *Quod autem per quoſdam affirmari ſcripſiſti, ut quamvis ſceleratiſſimus quiſque hæreticus, & ſchiſmaticus, vel latro, vel fur, ſive adulter, baptiſmum juxta regulam a Domino impoſitam: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,* * *conſecraret, ſicque homini petenti miniſtraret, tamen Chriſti eſſe baptiſmum, Evangelicis verbis conſecratum: Et contra licet miniſter juſtus fuerit, & Trinitatem juxta regulam, a Domino poſitam, in lavacro non dixiſſet, verum baptiſma non eſſet, quod dedit. Utrumque fraternitati tuæ notum eſt quid de illis ſacrorum canonum ſeries contineat, quod & te tenere firmiter, hortamur. Scriptum quippe eſt, dicente Domino* (c): *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.*

* conſignaret.

(c) Levit. 11.

Apparet enim hoc conſuluiſſe Bonifacium, ad docendum alios, qui de his dubitarent, ut auctoritate Sedis Apoſtolicæ moniti, dubitare deſinerent, nec de his amplius negotium faceſſerent eidem Bonifacio; adverſus quos roborans idem Pontifex Zacharias, iſta mox ſubiicit. *Quod ſuſcepiſti frater a noſtro prædeceſſore ſanctæ recordationis Gregorio hujus Apoſtolicæ Sedis Pontifice: in eo permane, & ab Evangelica & Apoſtolica doctrina nullo modo declines; ſic indutus loricam fidei, & galeam ſalutis, viriliter contra nequitiam diabolicæ fraudis reſiſte. Scriptum namque eſt* (d): *Ecce dedi faciem tuam potentem adverſus faciem eorum, & conſtantiam tuam confortabo adverſus contentiones eorum, & erit fortior petra conſtantia tua.*

(d) Hier. 2.

Eos

PAGIUS

Catholica doctrina immiſſiones faciens Otilioni Duci Bojoariorum, ut odium inter te & illum ſeminaret, aiens quod & a nobis eſſet abſolutus, ut unius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, Diœceſim obtineret; quod nequaquam verum, eſt, quia mentita eſt iniquitas ſibi. De perverſa autem & iniqua doctrina ejus qui contra Deum & animam ſuam locutus eſt, ſi clarificatum fuerit, ita eum confiteri, quod alius mundus, & alii homines ſub terra ſint, ſeu Sol & Luna, hunc habito conſilio ab Eccleſia pelle Sacerdotii honore privatum. Attamen & nos ſcribentes præfato Duci evocatorias prænominato Virgilio mittimus literas, ut nobis præſentatus, & ſubtili indagatione requiſitus, ſi erroneus fuerit inventus, Canonicis ſanctionibus condemnetur.

II. Tria obiiciuntur *Virgilio*, primo quod diſcordias inter Bonifacium & Bojoariæ Ducem ſeminet; II. quod ſe dicat a Papa dimiſſum, ut unius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos Bonifacius in Bajoaria conſtituit; Diœceſim obtineat; III. quod aſſerat, novum reperiri Mundum, qui alio Sole atque alia Luna illuſtretur. Baronius num. II. aliique Viri doctiſſimi paſſim diſſenſionem illam improbis peſſimorum hominum rumoribus excitatam ſcribunt, & Virgilium, de quo Bonifacius ſæpe queſtus eſt, eundem ſtatuunt cum *Virgilio*, qui poſtea Salitzburgienſem Epiſcopatum geſſit, & Sanctorum Faſtis adſcriptus eſt. Verum utrumque Virgilium inter ſe confundi non debere, anno DCCXLVI. num. VII. demonſtravi. Quem exitum habuerit hæc diſceptatio, Antiqui non prodidere.

Diverſus eſt a Virgilio poſtea Salisburgenſi Epiſcopo.

III. Decimum Capitulum eſt de fixo apud Mogontiam Bonifacii Archiepiſcopatu; *Alia deinque ſcriptura tua fraternitatis continebat*, ait Zacharias, *quod jam olim de Agrippina Civitate ſcripſiſti, quod Franci non perſeveraverunt*

in

VI. *Eos autem, quos reperiſſe ſe, affata eſt fraternitas tua, pſeudoſacerdotes multo majoris numeri, quam Catholicos, qui nunquam ab Epiſcopis Catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo, & miniſteria Eccleſiæ confundentes, qui ſine Epiſcopo proprio arbitrio viventes, populares defenſores habentes contra Epiſcopos, ut ſceleratos mores eorum non prohibeant, ſeorſum populum conſentaneum congregat, & illud erroneum miniſterium non in Eccleſia Catholica, ſed per agreſtia loca, & per cellas ruſticorum, ubi eorum imperita ſtultitia cælari poſſit, perpetrant, nec Fidem Catholicam paganis prædicant, nec ipſi Fidem Catholicam habent, nec quærunt ab eis quos baptizare ſtudent abrenuntiationem ſatanæ, ſed neque ſignaculo Crucis Chriſti eos muniunt (quæ præcedere debent baptiſmum) ſed nec aliquam credulitatem unius divinitatis, & ſanctæ Trinitatis docent: Hos itaque miniſtros ſatanæ, & non Chriſti ubicumque repereris, cariſſime frater, congregato provinciali, & ſacerdotali collegio, a ſacerdotio depoſitos, ſub regula monachica, & pœnitentia ſubmiſſos vitam finire, decernas, ut carne afflicti, quandocumque redeant ad viam ſalutis. Si vero non fuerint converſi, tua prædicationis merces non peribit.*

VII. *Confortare ergo in lege, & Evangelio Chriſti, & prædicatione Catholicæ Fidei, quia ipſa glorificabit te: Tribulatio enim corporis noſtri temporalis eſt, & finem habet; merces autem, quæ pro hac tribulatione a Deo præparatur, ſempiterna eſt (a): ideoque circumferamus mortem Jeſu in corpore noſtro, ut & vita Jeſu in corpore noſtro manifeſta fiat, ſicut per ejus divinam edocti ſumus doctrinam (b): Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum. Conforta etiam dilectiſſimos nobis Orthodoxos Epiſcopos & ſacerdotes, atque levitas, cæteroſque clericos, religioſos Abbates, & monachos, pariterque religioſiſſimos Duces, cunctoſque Optimates Francorum, ut vobis ſint adjutores contra adverſarios Orthodoxæ Fidei, omneſque hæreticos, & ſchiſmaticos; quatenus, & ipſi de fructu boni operis gaudere mereantur in cæleſtibus Regnis.*

(a) 2. Cor. 4.

(b) Mat. 5.

VIII. *Scripſit quoque inter cætera reverenda fraternitas tua reperiſſe quemdam presbyterum genere Scotum, nomine Sampſon, errantem a via veritatis, dicentemque ſine myſtica invocatione, aut lavacro regenerationis, poſſe fieri Catholicum Chriſtianum per Epiſcopales manus impoſitionem. Hic autem, qui hoc dicit, vacuus eſt Spiritu ſancto, & alienus a Chriſti gratia, conſortioque ſacerdotali abiiciendus. Quis enim, niſi baptizetur juxta præceptum Domini, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & ſic per manus impoſitionem poteſt eſſe Catholicus? Hunc nequiſſimum virum talia prædicantem, ab Eccleſia ſancta condemnatum expelle. Illos autem viros, qui ab hæreticis baptizati ſunt, & neſcitur, an in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti ſunt baptizati, inquiſita rei veritate, ſi ab hæreticis ſacerdotibus baptizati ſunt; hos ſine dubio, juxta prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ Gregorii Papæ, & ſacrorum canonum traditum tibi mandatum, baptizari permittas, ne in æternum pereant, ſed potius Evangelica conſecratione ſalventur.* Tam hic, quam ſuperius eadem epiſtola Zacharias Papa illud rite recteque confirmat, nullum a quolibet miniſtratum ſive ab hæretico, ſive ſchiſmatico, ſive gentili iterandum eſſe baptiſmum, ſi conſtaret in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis illud eſſe collatum: ſecus vero ſi contra, ſecundum antiquos canones, quos citat, & Gregorii Papæ III. prædeceſſoris epiſtolam ad eumdem Bonifacium datam, de qua dictum ſuo loco ſuperius. Eadem quoque ingerit idem Zacharias in epiſtola ad eumdem Bonifacium antea data, quæ incipit: *cum nobis*. Pergit deinde:

IX. *Intuiti autem ſumus & volumen a te directum univerſis Epiſcopis, presbyteris, cæteriſque religioſis de veritate Fidei Catholicæ ſcriptum, quod valde nobis acceptabile eſſe cognoſcas; quoniam per Spiritus ſancti gratiam in te diffuſam hoc operari ſtuduiſti. Inter cætera ſanctitatis tuæ ſcripta petiſti, ut ſacerdos a nobis dirigatur in partes Franciæ, & Galliæ. Quod implere omittimus quia dum, Deo propitio, tua ſanctitas ſuperſtes extitit, qui Sedis Apoſtolicæ, & no-*

PAGIUS

S. Bonifacius renunciare deſiderat Archiepiſcopatui Moguntiæ.

in verbo, quod promiſerunt, & nunc moratur tua fraternitas in Civitate Moguntina. Petiſti autem, ut cum noſtro conſultu, ſuperveniente tibi ſenectute & plena dierum ætate, atque imbecillitate corporis, ſi invenire potueris alium, in eamdem Sedem, in qua præes, pro tui perſona debeas collocare. Tu vero, cariſſime, Legatus & Miſſus es, ut fuiſti, Sedis Apoſtolicæ. Nos vero, adjutore Deo, conſilium præbemus tuæ reverenda Sanctitati, ut pro ſalute animarum rationabilium, auctore Chriſto Sedem, quam obtinens Sancta Moguntina Eccleſia nequaquam relinquas, &c. ſin vero, ſi Dominus dederit juxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſſit ſolicitudinem habere & curam pro ſalute animarum, pro tui perſona illum ordinabis Epiſcopum, &c. porro ſub hujus anni finem *Zacharias* Moguntinam Sedem in Metropolim erexit, ut liquet ex ejus Epiſtola a Baronio ao. DCCLI. num. XV. loco non ſuo recitata, quod ejus ſubſcriptio mendoſa ſit, ut ibi videbimus.

IV. *Sancti Burchardi* Epiſcopi Wirtziburgenſis primi, qui has literas Roma ad Sanctum Bonifacium detulit, Vitam ſcripſit Anonymus quidam

& noſtram illic præſentiæ vicem, alium illuc dirigere neceſſarium non eſt. Quos autem reperceris, amantiſſime frater, habentes ſanæ doctrinæ ſcientiam, vitaque puritatem; hos mittere ſtude in quibus prævideris locis, ad prædicandum verbum ſalutis. Concilia vero aggregatis Epiſcopis provincialibus, ubi tibi rectum videtur, celebrari procura, & quos deviantes inveneris, confunde facies eorum ignominia, ut ſint caræ omnibus ſine honore.

X. Epiſcopi Francorum Catholicæ unitati Ecclesiæ. *Suſcepimus & chartam de vera & Catholica Fide conſcriptam, quam cum dilectiſſimis nobis Epiſcopis partis Francorum, tua direxit reverenda fraternitas: hanc itaque reſerantes, nimio gaudio ſumus repleti, innumerabileſque gratias agimus Deo omnipotenti, qui unanimitatem eorum ad ſocietatem noſtram revocare dignatus eſt. Noſtra autem vice, cariſſime frater, omnes in oſculo pacis ſaluta.*

Intimatum eſt etiam a ſanctitate tua, quod Virgilius ille (neſcimus, ſi dicatur presbyter) malignatus adverſum te, eo quod arguebatur a te erroneus eſſe a Catholica doctrina, ſeminaret odium inter te, & Otilonem Ducem Bajoariorum, dicens, quod a nobis accepiſſet licentiam, ut unius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, diœceſim obtineret. Quod nequaquam verum eſt; quia (a) mentita eſt iniquitas ſibi. (a) Pſ. 26.

XI. † Dubitaſſe de Antipodis non eſt hæreſis, ſed plures ſtatuiſſe mundos divinæ repugnat ſcripturæ, ac proinde hæreſis eſſe convincitur. *De perverſa autem doctrina, quam contra Dominum, & animam ſuam locutus eſt, quod ſcilicet † alius mundus, & alii homines ſub terra ſint, aliuſque Sol & Luna, ſi convictus fuerit ita confiteri: hunc, accito Concilio, ab Eccleſia pelle ſacerdotii honore privatum. Sed & nos ſcribentes prædicto Duci, evocatorias de prænominato Virgilio mittimus litteras, ut nobis præſentatus, & ſubtili indagatione requiſitus, ſi erroneus fuerit inventus, canonicis decretis condemnetur. Qui enim (b) ſeminant dolores, metunt eos.* (b) Job. 4.

Pro Sidonio autem, & Virgilio ſupradicto presbyteris, quod ſcripſit ſanctitas tua, agnovimus. Et illis quidem (ut de-cebat) comminando ſcripſimus: tua autem fraternitatis credulitas plus quam ipſis admittetur. Si autem Deo placuerit, vita comitante, ad Sedem Apoſtolicam eos, miſſis litteris (ut prælatum eſt) evocabimus. Docuiſti enim eos, & non ſuſceperunt: & factum eſt illis, ſicut ſcriptum eſt in libro Sapientiæ (c): Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam arena: Non ergo ad iracundiam provocetur cor tuum, frater: ſed in patientia, ubi tales repereris, admone, obſecra, increpa, ut convertantur ab errore ad viam veritatis. Et ſi (d) converſi fuerint, ſalvaſti animas eorum: ſi vero in malitia permanſerint, mercedem laboris tui non perdes. (c) Eccl. 22. (d) Jacob. 5.

XII. *Alia denique ſcripta fraternitatis tuæ continebant, quod jam olim de Agrippina civitate ſcripſiſti, quia Franci non perſeverarent in verbo, quod promiſerunt, & nunc moratur fraternitas tua in civitate Moguntia. Petiiſti etiam, ut cum noſtro conſultu, ſuperveniente tibi ſenectute, atque imbecillitate corporis, ſi invenire potueris idoneum virum ad ſedem Epiſcopalem, in qua præes, pro te valeas collocare. Pro qua petitione, nos adjutore Deo, conſilium damus tuæ ſanctitati, ut ſedem ſanctæ Eccleſiæ Moguntinenſis, quam pro ſalute animarum accepiſti, nequaquam relinquas, ut impleas illud Dominicum præceptum (e); qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Si vero Dominus dederit juxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſſit curam animarum habere: illum ordinabis pro te Epiſcopum, eritque in Evangelio tibi credito ad miniſterium Chriſti portandum in omni loco, requirens, & confortans Eccleſiam Dei. Oramus itaque Dominum & Redemptorem noſtrum, ut ſacris interventionibus ſanctæ ſuæ Genitricis ſemper Virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, orantem pro nobis ſanctitatem tuam ſuſpitem conſervare dignetur. Dat. Kalendas Maii imperante piiſſimo Auguſto Conſtantino anno vigeſimo nono Imperii ejus, Indictione prima.* Hactenus epiſtola Zachariæ. (e) Matt. 10.

XIII. Quod autem ad Epiſcopos pertinet, quos ipſi communicatione conjunctos jam eſſe

PAGIUS S. Burchardus anno DCCXLI. Herbipolenſis Epiſcopus dictus. dum ignotus, quam poſtea Egilwardus Cœnobii Sancti Burchardi prope Wirtzburgum Monachus tribus libris interpolavit. Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. utramque Vitam recitat, ſuſpicaturque Anonymum ſæculo decimo *Egilwardum* vero ſæculo undecimo vixiſſe. Utrumque opus variis mendis reſpergitur; neque enim verum eſt quod uterque Auctor aſſerit, *Burchardum* Romæ a Zacharia Pontifice ordinatum fuiſſe, aſſiſtente Bonifacio; cum conſtet, *Bonifacium* toto Zachariæ Pontificatu Romam non adiiſſe. Ordinatus itaque *Burchardus* anno DCCXLI. quia jam Epiſcopus Synodo Germanicæ interfuit XI. Kalend. Maii anno DCCXLII. ut ibidem demonſtravi. Sed de *Burchardo* iterum inferius agetur.

V. Zacharias PP. laudat quoſdam Epiſcopos cum Eccleſia Rom. conjunctos. Ad num. XIII ad XVI. Recitat Baronius Epiſtolam *Zachariæ* Papæ, quæ inter Bonifacianas eſt CXXXVI. ſcriptam ad *Reginfredum* Rotomagenſem Epiſcopum, alioſque duodecim Epiſcopos, qua laudat eorum inter ſe & cum Eccleſia Romana conjunctionem, eoſque hortatos, ut miniſteriis ſuis conſtanter inſiſtant cum *Bonifacio* Archiepiſcopo, Sedis Apoſtolicæ Vicario. *Reginfredus* in Archiepiſcopatum Rotomagenſem ſucceſſit *Grimoni*; qui anno DCCXLVI. ſupremum

eſſe ſcripſiſſet : ipſe Pontifex Zacharias ad eoſdem litteras dedit. In quarum inſcriptione, quæ eſſent nomina convenientium ad Synodum Epiſcoporum, ita declarat.

(a) Vit. S. Bonif. l. 2. c. 5. (a) *Dilectiſſimis nobis Raginfrido Rothomagenſi Epiſcopo.*
Deodato Bellovacenſi Epiſcopo.
David Spirenſi Epiſcopo.
Eliſæo Noviomenſi Epiſcopo.
Burchardo Vuirceburgenſi Epiſcopo.
Genebaudo Laudunenſi Epiſcopo.
Agilolpho Colonienſi Epiſcopo.
Romberto Ambianenſi Epiſcopo.
Aetherio Tharvanenſi Epiſcopo.
Treuvarto Cameracenſi Epiſcopo.
Folerico Tungrenſi Epiſcopo.
Romono Meldenſi Epiſcopo.

* Sraſburgenſi. *Ottoni * Straſburgenſi Epiſcopo, & cæteris amantiſſimis Coepiſcopis, presbyteris etiam & diaconibus, cunctiſque orthodoxis Eccleſiarum Dei clericis Apoſtolicam doctrinam tenentibus Zacharias divina gratia * præditus, Apoſtolicæ Sedis Pontifex ſervus ſervorum Dei in Domino ſalutem dicit.*

* præordinatus

XIV. Zachariæ epiſtol. ad Epiſc. Catholicæ communionis. *Gratias ago Deo Patri omnipotenti, & Domino noſtro Jeſu Chriſto unico Filio ejus, & ſancto Spiritui, qui veſtrum omnium corda inflammare dignatus eſt per diffuſam a ſe gratiam, ut in unitate fidei, & vinculo pacis ambuletis, & ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper vos, dilectiſſimi mihi, & abundans gratia pacis & charitatis, ut ſitis unum corpus ſpiritualis matris veſtræ ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, in qua, Deo auctore, præſumus, implentes illud propheticum dictum* (b)*: Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quamvis enim pro itineris longitudine corpore ſimus abſentes; in ſpiritu tamen dilectionis ſemper ſumus vobis præſentes, habentes vos in viſceribus noſtris, & aſſidue orantes, ut Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus multo amplius confirmet corda veſtra in exhortatione Evangelii, in miniſterio, quo fungimini, ut credita vobis plebs piis admonitionibus, adjuvante Domino, a diabolica fraude liberata, perſiſtat ſalva, voſque mereamini de eorum animabus in die Chriſti apportare lucrum. Obſecro* (c) *ergo vos, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, ut decet ſanctos cum multa patientia, ſupportantes invicem in caritate, ſoliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis & caritatis* (d)*: quia finis præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.*

(b) Pſ. 132.
(c) Epheſ. 6.
(d) 2. Tim. 10.

XV. *Gaudeo in vobis, cariſſimi, quoniam fides veſtra, & unitas erga nos pretioſa eſt, & manifeſta, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, dum ad fautorem, & magiſtrum veſtrum a Deo conſtitutum beatum Petrum Apoſtolorum principem benigniſſima voluntate converſi eſtis, & in hoc laudabilis eſt fides veſtra, quoniam idipſum ſapitis, quod oportet ſapere. Habetis itaque noſtra vice ad confortandam dilectionem veſtram ſanctiſſimum Bonifacium fratrem noſtrum Archiepiſcopum, Apoſtolicæ Sedis Legatum, & noſtram præſentantem vicem. Sit ergo conſtantia veſtra adverſus contentionem eorum, qui adverſa ſapiunt, & non quæ Dei ſunt: neque terreamini a facie eorum (ſicut ſcriptum eſt* e*) qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius eum timete, qui poteſt ani-*

(e) Matt. 10.

PAGIUS num diem obiit, indeque tam Cointius hoc anno num. LXII. quam Sirmondus recte deducunt, Baronium has litteras nulla temporaria nota inſignitas cum hoc Chriſti anno appoſite copulaſſe. Cointius tamen memoriæ lapſu dicit Sirmondum eaſdem literas in annum DCCXLIV. contuliſſe; ſed is non ſolum a Baronio non diſſentit; verum etiam ejus opinionem confirmat.

VI. Grippo adverſum Pippinum rebellat. Annaliſta Metenſis ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCXLVIII. Pippinus Princeps Placitum ſuum habuit in villa, quæ dicitur Duria* (in pago Ripuarienſi ſita). *In qua Synodum congregari juſſit pro Eccleſiarum reſtauratione, & cauſis pauperum, viduarumque & orphanorum corrigendis, juſtitiiſque faciendis. Gripo vero, quem de cuſtodia fraterno affectu Pippinus ſolverat, tyrannico faſtu multos ſibi nobilium ſociavit, & fuga lapſus Rhenum tranſiens in Saxoniam venit. Quem plurimi juvenes, ex nobili genere Francorum, inconſtantia ducti, proprium Dominum relinquentes, Griponem ſubſecuti ſunt. Pippinus vero, adunato exercitu, per Thuringiam in Saxoniam proficiſcens, pervenit ad fluvium quod dicitur Obacra, & caſtra metatus eſt juxta ripam ejuſdem fluminis. Saxones vero una Gripone ex alia ripa erant, ubi maximam inter ſe & Francos firmitatem ſtatuerunt. Sed dum viderent, quod eos eadem firmitas minime defendere poſſet, per noctem fuga lapſi caſtra deſeruerunt. Pippinus vero cum exercitu ſuo totam pene Saxoniam per dies XL. vaſtavit, & Caſtella eorum deſtruxit, indeque victor remeavit ad propria.* Alia, quæ de Gripone iſte Annaliſta docet, pertinent ad annum ſuperiorem, aliique quidam Annaliſtæ bellum hoc paulo aliter narrant. Porro ex Epiſtola Bonifacii ordine XXVI. data ad Griponem liquet, quantum Thuringiæ periculum immineret, & quam prudenter *Pippinus* illac iter in Saxoniam ſuſceperit: *Obſecro*, inquit, *ut ſi tibi Deus poteſtatem donaverit, ut adjuvare ſtudeas ſervos Dei Sacerdotes Presbyteros, qui ſunt in Thuringia, Monachos & Ancillas Chriſti, defendere contra Paganorum malitiam, & adjuvare Chriſtianum populum, ut eos Pagani non perdant.*

VII. Moritur Edbertus Cantiæ Rex. Hoc anno moritur *Edbertus* Cantii ſeu Cantuariorum Rex, ut habent Wigornienſis, uterque Chronographus Saxo, & Annaliſta Mailroſenſis. Ei ſucceſſit *Edilbertus*, frater, quem Huntidonius & Malmesburienſis in fratrum enumeratione jure merito præponunt. Quare, licet Beda lib. 5. cap. 24. ſcribat, *Vvictredum* Regem filios tres, *Edilbertum*, *Eadbertum*, & *Aldricum* reliquiſſe hæredes, ex morte Edber-

Digitized by Google

animam, & corpus mittere in gehennam. Fratres mei in carne enim ambulantes non ſecundum carnem militamus (*a*). *Arma enim militiæ noſtræ non carnalia, ſed ſpiritualia ſunt ad deſtruendam omnem exaltationem, extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei* (*b*)*: Confortamini itaque in Domino, & in potentia virtutis ejus. Pax vobis, & gratia a Deo, & Domino noſtro Jeſu Chriſto miniſtretur, Amplectimur, & oſculamur, ac ſi præſentes, charitatem veſtram in unitate ſpiritus in vinculo pacis, & charitatis Chriſti. Deus vos incolumes cuſtodiat.* Hactenus Zacharias & princeps paſtorum, paſtores confirmans fratres ſuos. At licet careat die, & Indictione epiſtola iſta, tamen hoc anno datam eſſe, ſuperior (ut vidimus) oſtendit epiſtola.

(*a*) 2. Cor. 10.

(*b*) Epheſ. 6.

XVI. Sub hac eadem prima Indictione datæ erant litteræ nomine Zachariæ Papæ de privilegiis conceſſis monaſterio Caſſinenſi, in quo etiam expreſſum habetur, hoc anno dedicatam ab eodem Zacharia Eccleſiam ibidem ædificatam. Cæterum, quod idem ſicut prima Indictione, ita & primo anno Zachariæ id factum ponatur: nullo pacto hæc ſimul convenire poſſunt: ſi quidem prima Indictione annus Zachariæ Pontificis numeratur ſeptimus, & non primus; ſed & nimia prolixitas illa in ipſis nonnihil ſuſpicionem auget; cum quæ eſſe ſoleret ejuſdem Zachariæ Papæ forma privilegiorum monaſteriorum exemptionis, oſtenditur in ſcripto privilegio Fuldenſis celeberrimi monaſterii in Germania; ab eodem Zacharia in gratiam ſancti Bonifacii Epiſcopi Moguntini conceſſo: quod ſuo loco inferius redditur ſumus. Quid nam autem contineret privilegium a Zacharia conceſſum monaſterio Caſſinenſi, docet (*c*) Leo Oſtienſis in fine, cum enumerat res ab eo eidem collatas, his verbis.

(*c*) *Leo Oſtienſ. l. 2. c. 14.*

XVII. *Sequente item tempore ſanctiſſimus Papa Zacharias, qui Gregorio memorato ſucceſſerat, plurima huic adjutoria contulit, libros ſcilicet aliquos ſacros, ſanctamque regulam, quam Pater Benedictus manu propria ſcripſerat: pondus etiam libræ panis, & menſuram vini, quæ olim ſub Longobardorum impetu (ſicuti ſupra jam diximus) fugientes monachi Romam ſecum detulerant: varia etiam ad miniſterium Eccleſiaſticum ornamenta: nonnulla item ad diverſas monaſterii utilitates pertinentia Apoſtolica liberalitate largitus eſt. Ab hoc etiam Papa ſanctiſſimo prædictus Abbas privilegium primus accepit, ut hoc monaſterium cum cellis omnibus ad ſe pertinentibus ubicumque terrarum conſtructis, ob honorem ac reverentiam ſanctiſſimi Patris Benedicti, ab omnium Epiſcoporum ditione ſit liberum, ita ut nullius juri ſubjaceat, niſi tantum Romani Pontificis.*

XVIII. *Giſulphus* (*d*) *præterea junior* [1], *nepos Luithprandi Longobardorum Regis, qui poſt Gotſcalcum Beneventi Dux extitit, cum per eos dies in hanc arcem Caſſini (quæ tunc Mello vocabatur) aſcendiſſet, atque juxta corpus ſanctiſſimi Patris Benedicti tam religioſe prædictos fratres in Dei ſervitio verſari vidiſſet, divino motus inſtinctu, cuncta per circuitum tam campeſtria, quam montana eidem Patri Benedicto in ſcriptis contulit, firmiſque donariis in perpetuum poſteris habenda conceſſit cum caſtellis omnibus, vi-*

(*d*) Idem Leo l. 2. c. 5.

NOTÆ [1] Hoc anno *Giſulfus* Dux Beneventanus privilegium conceſſit monaſterio B. Mariæ de Cingla: *datum menſe Auguſto indictione* XI. nempe A. D. 743. aliud item eidem monaſterio diploma contulit: *datum menſe Octobris indictione* XIV. ſcilicet A. D. 746. tertium vero: *datum menſe Majo indictione* XV. idem A. D. 747. Hæc ex autographis vulgavit Eraſmus Gattula in acceſſionibus ad Hiſtoriam Caſinenſem P. 1. pag. 27. De monaſterio Cinglenſi, ac de *Giſulfi* in S. Benedictum munificentia vide Mabillon. Annal. Bened. lib. XXII. §. XL. XLI. an. 749. Georgius

PAGIUS ti intelligimus Æthelbertum ſeu Edilbertum ab Eadberto fratre Regno dejectum fuiſſe anno DCCXXV. ut ibidem oſtendimus.

VIII. *Taſſilo II. ſuccedit Odiloni patri in Ducatum Bojoariæ.*

Mortuus eſt hoc anno *Odilo* Dux Bajoariæ, qui varia Monaſteria Bonifacii, & Pyrminii, Virorum Sanctitate vitæ illuſtrium ſuaſu conſtruxit, & erga Eccleſiam Salisburgenſem magnificentiſſimus fuit, ut videre eſt apud Caniſium Tom. VI. Uxorem duxerat *Chiltrudem* Caroli Martelli filiam, ex qua ſuſcepit *Taſſilonem* hujus nominis ſecundum, qui puerulus erat quando patri ſucceſſit. Annus mortis Odilonis in controverſia poſitus; Mabillonius Sæc. III. Benedict. par. II. in Elogio Hiſtorico Taſſilonis, quem Monachum induiſſe videbimus, eligit annum ſuperiorem; Cointius hoc anno numero XC. *Odilonis* obitum refert, ſed Henſchenius in Vita Sancti Rutperti primi Salisburgenſis Epiſcopi ad diem XXVII. menſis Martii, in annum DCCLXV. eundem differt, quod ante eum docuerat Aventinus lib. 3. Rer. Bojoariæ. Verum Cointii ſententia certa & indubitata, ut liquet ex iis, quæ an. DCCLXXII. num. VIII. in medium affero. Ibi enim annus XXIV. *Taſſilonis* Ducis jungitur cum menſe Octobri illius Chriſti anni. Quare ante præſentem annum Bavariæ regimen non ſuſceperat; nec tardius illud iniit, cum ibidem oſtenſurus ſim, eum anno DCCLXXIII. menſe Septembri jam annum Ducatus ſui XXVI. numeraſſe. Hinc Sigebertus in Chronico, ejus initium cum hoc anno accurate alligavit. Mabillonius citatus hoc fundamento mortem *Otilonis*, ſeu *Odilonis* in annum præcedentem rejicit,

cis, domibus, Eccleſiis, molendinis, & aquis, ac cæteris, quæ intra præſcriptos fines tunc temporis habebantur. Uxor etiam ejus Ducis Scaumperga nomine, templum idolorum, quod in Caſſino monte antiquitus fuerat, in beati Petri Apoſtoli honorem convertens, iconas ibi, & cætera Eccleſiæ officiis congrua miniſteria ad poſterorum memoriam devotiſſime contulit. Hæc Leo.

Se-

PAGIUS

licit, quod in quibuſdam literis ab Hundio in Metropoli Salisburgenſi relatis, ubi de Joſepho Epiſcopo Friſingenſi agitur, legatur, *anno Incarnat. Domini DCCLVIII. Indict. XI. anno XI. Taſſilonis Ducis.* Sed inde hæc Epocha ſtatui non poteſt; cum annus ille XI. Taſſilonis, tam ab anno ſuperiori, quam a currenti deſumi poſſit. *De Taſſilone* anno ſequenti ac ſæpius infra ſermo erit.

JESU CHRISTI ANNUS 749.	ZACHARIÆ PAP. ANNUS 8.	CONST. COPRON. IMP. ANNUS 9.

I. Terræmotus in Syria.

SEquitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus quadrageſimus nonus, Indictione ſecunda, quo magna ira Dei rurſus Oriens terræmotu concutitur, de quo iſta Theophanes: *Anno vero eodem terræmotus factus eſt in Syria, & ingens ac terribilis caſus, unde civitatum aliæ quidem penitus exterminatæ ſunt, aliæ vero mediocriter, aliæ autem a montanis ad ſubjecta campeſtria cum muris, & habitatoribus ſuis integræ migraverunt, & ſalvæ quaſi ad milliaria ſex, vel etiam modicum quid ultra. Denique aſſeveraverunt hi, qui propriis viſibus terram Meſopotamiæ contemplati ſunt, in longitudine diſruptam fuiſſe ad milliaria duo, & ex profundo ejus aſcendiſſe aliam terram nimis albam & arenoſam, de cujus medio aſcendit animal mulinum incontaminatum loquens humana voce, & prænuntians gentis incurſionem ab eremo adverſus Arabes, quod & factum eſt.* Hæc Theophanes ſui temporis hiſtoriam proſecutus. Portenta iſta & ſpectra Deus oſtendit, cum imperaret Copronymus portentoſus.

II. Anaſtaſius Abbas extinctam hæreſim excitat.

Sed & additum in Syria malum, dum qui ad Dei iram placandam ſequeſter eſſe deberet, idem eamdem maxime concitarit Anaſtaſius Abbas monaſterii S. Euthymii omnium celeberrimi: hic enim extinctam hæreſim perditiſſimi Gnaphei in lucem revocare laborat, & niſi citius S. Joannes Damaſcenus occurriſſet ſui celebritate nominis, ingentem intuliſſet cladem Eccleſiæ. Audiens enim iſta Joannes, quam citiſſime errorem confutandum putavit, eaque occaſione ſcripſit epiſtolam de Triſagio ad Jordanem Cœnobiarcham, cujus eſt exordium: *Summus meus erga te amor, &c.* Et paulo inferius hæc de eodem Anaſtaſio: *O rem miſeram, pater, rem inquam miſeram, quonam pacto Eccleſia hoſtis id ſemper o-*

mni ſtudio contendit, ut eam perturbet; quodque gravius eſt, per eos, qui ſe pietatis alumnos profitentur? Etenim ſumma pietate præditus frater noſter Abbas Sergius civis, & familiaris, & amicus meus, per litteras, quas probus ac ſincerus frater Abbas Job attulit, certiorem me fecit, Abbatem Anaſtaſium, præclarum illum, inquam, monaſterii beati Euthymii antiſtitem, nonnulla e ſanctorum Patrum libris loca protuliſſe, quæ ſcilicet ter ſanctum hymnum ad Filium dumtaxat referant. Quod ſi conceſſum fuerit, nihil erit quod prohibeat, quin luce ea, quam Gnapheus male ac peſtifere invexit, omnes funditus inficiat, & labefactet. Cujus error eo tendebat, ut cum unam in Chriſto naturam contra Chalcedonenſe Concilium prædicaret, hymnoque Triſagio adderet, Qui crucifixus es pro nobis, ſanctiſſimæ Trinitati æque crucem adſcriberet. Cujus pravæ ſententiæ cum inhæſerit Anaſtaſius; idem ipſe ſuis quoque ſcriptis teſtatus eſt, Joannem Hieroſolymorum Epiſcopum ejuſdem eſſe ſententiæ: quod magis conturbavit audientes. Cujus rei gratia factum eſt, ut ipſe Joannes Damaſcenus ardentius adverſus pullulantes ex ſucciſo trunco arboris infelicis exurgentes ſurculos gladii verbo ſuccidendos occurreret; diſputationeque longiſſima errorem confutans, quam citiſſime exurgentem flammam extingueret.

Demum poſt longam de his habitam diſputationem, eumdem Jordanem Cœnobiarcham compellat his verbis: *Hæc divinissime pater, columna, & firmamentum veritatis, ut coram omnibus patribus, & fratribus, atque univerſo Eccleſiæ cœtu recitentur, obſecramus: verbiſque lenibus, & placidis rogetur illuſtris pater noſter & Dominus Abbas Anaſtaſius pii monaſterii divini Patris noſtri* III.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCLXXXVII Anno Hegiræ CXXXII. inchoato die 20. Aug. fer. 4. A.C. 749. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6242.

☉ 2. E. ☽ 9. P. 23. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 749.

ZACHARIÆ PAPÆ 9.

CONSTANTINI COPRONYMI 30. & 9.

AD num. I. Theophanes anno IX. Conſtantini Imp. qui Kalendis Septemb. currentis Chriſti anni inchoatus, narrat, non tantum magnum terræ motum, quo variæ in Syria Urbes corruerunt, ut videre eſt apud Baronium; ſed etiam varios tumultus inter Saracenos exortos, & electionem *Abdela*, ſeu, ut eum Elmacinus in Hiſtoria Saracenica lib. 2. cap. 2. appellat, *Abdalla Saffahri*, qui ſuperſtite in vivis Mervane creatus eſt Calipha, *die decimo tertio Rabiè prioris, anno Hegiræ* CXXXII. menſe ſc. Octobri exeunte. Paulo poſt Merva interfectus eſt ab Abdalla ejuſdem Abdallæ Saffahri patruo, ut pluribus Elmacinus refert. *Porro*, inquit Theophanes, *clades iſta ſub Marvano recepta per annos ſex duravit, qua illuſtrium omnium Syriæ Civitatum mœnia in terra dejecta ſunt, præter ſolius Antiochiæ, quod eam tutum ſibi refugium victor deſtinaſſet. Innumeri inſuper Arabes eo jubente periere: extitit enim in bellicis rebus verſatiſſimus.* Abdalla fit Calipha Saracenorum.

Ad num. II. & ſeq. *Anaſtaſius* Abbas Monaſterii Sancti Euthymii in Palæſtina, qui cum non recte ſentiret *de Triſagio*, occaſionem dedit Sancto Joanni Damaſceno Opuſculum ſcriben- II.

S. Bonifacius Catechiſta Carolomanni.

(a) Vit. Bonif. lib. 1. c. 36. apud Sur. to. 3. die 5. Jun.

(b) Ibid. lib. 2. c. 13.

(c) Pſal. 32.

in rebus geſtis S. Bonifacii Epiſcopi Moguntini, cum ait (a): *Carolomanno longe alia mens fuit, quem ſcilicet ſecutor eſſet monaſtici ordinis. Qui licet antequam eſſet ſancti Bonifacii concionibus inſtitutus, de Chriſtiana religione parum ſciverit: attamen illius adhortationibus in timore, & amore Dei ita perfectus eſſe cœpit, ut humana ſimul, & divina ſapienter diſponeret, nihilque jura ſecularia abſque divini cultus adminiſtratione, cui monaſtica vita adjuncta eſt, proficere non ignoraret*. Et inferius (b) de eodem his verbis: *Princeps ergo Carolomannus, quem diximus, quamvis adjacentium regionum bellis infeſtaretur: non tamen eis potuit a ſacrorum locorum, & ſervorum Dei procuratione retardari; nimirum perſuaſum habens, arma ſpiritualia, quæ ſunt virtutes animi, multo eſſe potiora, validioraque armis manufactis, neque ullam habens fiduciam in multitudine exercitus, ſi virtutes ſpirituales abeſſent, conveniénter illi propheticæ ſententiæ (c): Non ſalvatur Rex per multam virtutem, & gigas non ſalvabitur in multitudine virtutis ſuæ*. Itaque dum omnia *Chriſtianæ religionis jura (ut ex ſuperioribus poteſt animadverti) tum in pſeudochriſtianis, tum hæreticis profligandis, ad ſancti Bonifacii conſilium peregiſſet, illius etiam votis, &c.* Dignus profecto tanto magiſtro diſcipulus.

XVI. Carolomanni laus egregia.

Divini Spiritus opus fuiſſe quis neget, primum ut ipſe Carolomannus primogenitus filius cum fratre Pipino æqua jura ſervarit, dum in præfectura Francorum vixit, ſummaque pace vinculum fraternæ caritatis abſque ulla, vel levi ſaltem læſione ſalvum in omnibus cuſtodierit; atque demum totum ſe Deo dedens, quod in hoc mundo poſſidebat, ipſi reliquerit? Mirabitur autem magis quiſque Carolomannum ita philoſophantem, qui præſtantem ipſius virtutem bellicam perſpectam habeat: Bellicoſiſſimo enim patre genitus, ut catulus leonis non degenerans a parente, mox poſt obitum patris, rebellantes Principes Aquitaniæ Hunaldum, Bajoariæ Odilonem, graſſantes Saxones ſuperavit, & nova tentantes Alemannos prœliis victos compeſcuit. Jamque pacatis omnibus, Francorum Regno ſubditis regionibus, imperan-

PAGIUS

XII. Diverſus a VVigberto Monacho Glaſtonienſi.

XIII. Cujus Monaſterii Monachus fuerit.

poſtea *Conſtantinus* Conſtantinopolim appellavit. Mitto ſimilia exempla paſſim obvia.

Sanctus itaque *Vvigbertus* an. circiter DCCXX. in Germaniam venit, ubi jam Bonifacius erat. *Nec multo poſtquam in Germaniam venerat*, inquit Lupus, qui addit, *neque multo poſt eum* dictum Archiepiſcopum Moguntinum, Wigbertum Abbatem Fritiſlarienſem nuncupaſſe, ideoque circa annum DCCXXXII. quo hujus Monaſterii fundamenta jacta ſunt. Hæc enim adverbia *Non multo poſt*, aliaque tempus exprimentia magnam latitudinem habent, ut ſæpius in hac Critica oſtendimus, & modo breve, modo longum temporis ſpatium denotant. Quoad *Vvigbertum*, qui in Epiſtola Bonifaciana LIII. ait, ſe a *Bonifacio* Archiepiſcopo peramanter acceptum eſſe Wigbertus ille a *Fritiſlarienſi*, qui antequam Bonifacius Archiepiſcopus eſſet, in Germaniam venit, diverſus fuit, ut anno DCCXIX. num. V. & ſeqq. diximus ex quo plura huc revocanda.

Tertia denique controverſia eſt, cujus Monaſterii Anglicani *Sanctus Vvigbertus* Monachus fuerit. Qua in re cum omnes arbitrati fuerint, laudatam Epiſtolam LIII. inter Bonifacianas Monachis Gleſtinburgenſibus datam, attribuendam eſſe *Sancto Vvigberto*, eum etiam Monachum *Glentsburgenſem* fuiſſe autumarunt. Verum falſo illo præjudicio everſo liquet, illum incerti Monaſterii Monachum extitiſſe. Mabillonius citatus fatetur, in Catalogo Virorum illuſtrium Glaſtonienſium ſeu Gleſtingaburgenſium Sanctum Wigbertum locum non habere, *niſi ipſe deſignetur nomine* Viberti Epiſcopi, *e Glaſtonia aſſumpti, qui anno DCCC. obiiſſe fertur*. Verum in Monaſterio Anglicano refertur Hiſtoria Cœnobii Glaſtonienſis ex MS. Bibliothecæ Cotonianæ & pag. 8. dicitur: *Vibertus Epiſcopus Monachus Glaſtoniæ, obiit anno Domini octingenteſimo*, ideoque verba illa de Sancto Wigberto intelligi non poſſunt; cum is Epiſcopus non fuerit, & longe ante annum DCCC. vitam cum morte commutarit. Quæ fuſe nobis pertractanda fuere, quod confuſio Wigbertorum multos errores pepererit.

XIV. Continuatio belli civilis inter Saracenos Hiſpaniæ.

Caliphatum Saracenorum gerente, *Jezido*, bellis civilibus in Hiſpania flagrantibus miſſus Prorex *Abulcator*, qui poſtquam illuc pervenit, motus omnes ſedavit, & *ſolliciter ſibi commiſſam curat gerere patriam*, inquit Iſidorus Pacenſis pag. 22. ſed cum *ſuperbos Hiſpaniæ* domuiſſet, occiſus eſt, & Toban a rebellibus in ejus locum ſubrogatus. Is anno uno Hiſpaniæ præfuit, eoque demortuo *Juzephus* ad Hiſpaniarum regimen ſublimatus, ut videre eſt apud Rudericum in Hiſt. Arab. cap. 18. Anonymum Andaluſianum, & Iſidorum Pacenſem, cujus locus corruptus in exemplari Pampilone edito pag. 22. hic nobis ex Anonymo Mazarineo reſtituendus; magni enim ille momenti, cum inde certum deducatur argumentum adverſus Scriptores doctiſſimos, tam Gallos, quam Hiſpanos, qui contendunt *Iſidorum Pacenſem* in annis Hegiræ putandis communem calculum ſecutum non eſſe. Habetur ibidem: *Anno Conſtantini ..... tertio* (inter voces has *Conſtantini* & *tertio* hæc inferenda), *ſecundo, Arabum CXXVIII. Maroan II. Toba in Hiſpaniis Regno Abulcathar cum adjutore Iſmael* (ſeu Zimael, vel Simael) *ablato, &c cunctis, ut Vir belliger, & genere plenus præficitur pro uno anno: ſicque eo proprio morte perfuncto Juzab ab omni Senatu Palatii, in Era DCCLXXXV. anno Imperii Conſtantini* } *tertio, Arabum CXXIX. completo*, (in exemplari impreſſo male habetur CXXXIX. ſequuntur poſtea hæc verba, *vel incipiente XXX. Maroan III. moriſice, ut ſenior & longævus* (nempe Juzephus) *adclamatur. in Regno*. Addo ex Ebnalgoutia Scriptore Arabe, Abulcatar exeunte an-

ranti Spiritui tantum cedens, fratri, quem ſciebat fortitudine, conſilioque præſtantem, cuncta relinquens, ſe ipſo fortior factus, vincendo ſe ipſum, immortalem apud Deum, & homines eſt gloriam conſecutus.

PAGIUS anno Hegiræ CXXVIII. ideſt ſub finem æſtatis anni Chriſti DCCXLVI. dignitate motum, Toaban exeunte anno Hegiræ CXXIX. eadem ſcilicet tempeſtate anni Chriſti DCCXLVII. vita functum, & paulo poſt *Juzephum* ſeu *Joſephum* Hiſpaniis Præfectum, ideſt *incipiente* *CXXX.* ut recte Iſidorus Auctor coævus habet. Qui annus CXXX. menſe Septembri currentis Chriſti anni exorditur. Hæc obſervare hic placuit, ut impoſterum lever onere demonſtrandi Iſidorum Pacenſem annos Hegiræ modo, quo alii omnes, putare.

latum a Gregorio nono Rom. Pontif. vetera monumenta teſtantur. Sed videamus Zachariæ litteras, ad Bonifacium redditas, quibus ea omnia, quæ ipſe Bonifacius ad Zachariam ſcripſerat, innoteſcunt.

(a) Bonif. l. 2. c. 8. t. 2. ep. Rom. Pont. ep. Zach.

III. Zacharias Bonifacium conſolatur.

Reverendiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſervus ſervorum Dei (a)

Sacris Liminibus beati Apoſtolorum principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus præſens Burchardus dilectus noſter Epiſcopus, ſanctitatis tuæ attulit affatus, per quorum ſcripta agnovimus, magnum te habere certamen in prædicatione Evangelii Domini noſtri, & exhortatione ſanctæ fidei, quam per beatum Petrum, & vas electionis Paulum, cæteroſque Apoſtolos traditam ſuſcepimus. Quibus agnitis, omnipotenti Deo immenſas agimus gratias, petentes ejus ineffabilem divinitatem, ut multo amplius confirmet atque corroboret cor fraternitatis tuæ, & ſoſpitem corpore annuat permanere, uſquequo ejus divinitas te ſuperſtitem in hac juſſerit eſſe vita, ad perficiendum miniſterium tibi impoſitum, & ad portandum lucrum animarum in die Chriſti Jeſu, ut illam merearis audire vocem deſiderabilem, quam dicturus eſt Dominus diligentibus ſe (b): *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.*

(b) Matt. 25.

IV. *Erant autem inſerta in iiſdem tuis affatibus diverſa capitula, de quibus judicium, & conſilium, atque ſolatium Sedis Apoſtolicæ tibi dirigi flagitabas. Primum capitulum pro Synodo provinciæ, in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum, & Saxonum in Britannia inſula primi prædicatores, ab Apoſtolica Sede miſſi Auguſtinus, Laurentius, Juſtus, & Honorius, noviſſime vero tuis temporibus Theodorus Græcolatinus ante philoſophus, Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio ſublimatus, ad Britanniam præfatam tranſmiſſus, judicabat, & gubernabat. In illa Synodo tale decretum, & judicium demonſtratum eſſe dignoſcitur. Ut quicumque ſine invocatione Trinitatis lotus fuiſſet, ſacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum eſt. Quia ſi merſus in fonte baptiſmatis quis ſine invocatione Trinitatis fuerit, perfecte non eſt baptizatus.*

V. *Quod autem per quoſdam affirmari ſcripſiſti, ut quamvis ſceleratiſſimus quiſque hæreticus, & ſchiſmaticus, vel latro, vel fur, ſive adulter, baptiſmum juxta regulam a Domino impoſitam: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,* * *conſecraret, ſicque homini petenti miniſtraret, tamen Chriſti eſſe baptiſmum, Evangelicis verbis conſecratum: Et contra licet miniſter juſtus fuerit, & Trinitatem juxta regulam, a Domino poſitam, in lavacro non dixiſſet, verum baptiſma non eſſet, quod dedit. Utrumque fraternitati tuæ notum eſt quid de illis ſacrorum canonum ſeries contineat, quod & te tenere firmiter, hortamur. Scriptum quippe eſt, dicente Domino* (c): *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.*

* conſignaret.

(c) Levit. 11.

Apparet enim hoc conſuluiſſe Bonifacium, ad docendum alios, qui de his dubitarent, ut auctoritate Sedis Apoſtolicæ moniti, dubitare deſinerent, nec de his amplius negotium facesserent eidem Bonifacio; adverſus quos roborans idem Pontifex Zacharias, iſta mox ſubiicit. *Quod ſuſcepiſti frater a noſtro prædeceſſore ſanctæ recordationis Gregorio hujus Apoſtolicæ Sedis Pontifice: in eo permane, & ab Evangelica & Apoſtolica doctrina nullo modo declines; ſic indutus loricam fidei, & galeam ſalutis, viriliter contra nequitiam diabolicæ fraudis reſiſte. Scriptum namque eſt* (d): *Ecce dedi faciem tuam potentem adverſus faciem eorum, & conſtantiam tuam confortabo adverſus contentiones eorum, & erit fortior petra conſtantia tua.*

(d) Hier. 2.

Eos

PAGIUS *Catholicæ doctrinæ immiſſiones faciens Otilioni Duci Bojoariorum, ut odium inter te & illum ſeminaret, aiens quod & a nobis eſſet abſolutus, ut unius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, Diœceſim obtineret; quod nequaquam verum, eſt, quia mentita eſt iniquitas ſibi. De perverſa autem & iniqua doctrina ejus qui contra Deum & animam ſuam locutus eſt, ſi clarificatum fuerit, ita eum confiteri, quod alius mundus, & alii homines ſub terra ſint, ſeu Sol & Luna, hunc habito concilio ab Eccleſia pelle Sacerdotii honore privatum. Attamen & nos ſcribentes præfato Duci evocatorias prænominato Virgilio mittimus literas, ut nobis præſentatus, & ſubtili indagatione requiſitus, ſi erroneus fuerit inventus, Canonicis ſanctionibus condemnetur.*

II. Tria obiiciuntur *Virgilio*, primo quod diſcordias inter Bonifacium & Bojoariæ Ducem ſeminet; II. quod ſe dicat a Papa dimiſſum, ut unius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos Bonifacius in Bajoaria conſtituit; Diœceſim obtineat; III. quod aſſerat, novum reperiri Mundum, qui alio Sole atque alia Luna illuſtretur. Baronius num. II. aliique Viri doctiſſimi paſſim diſſenſionem illam improbis peſſimorum hominum rumoribus excitatam ſcribunt, & Virgilium, de quo Bonifacius ſæpe queſtus eſt, eundem ſtatuunt cum *Virgilio*, qui poſtea Salitzburgienſem Epiſcopatum geſſit, & Sanctorum Faſtis adſcriptus eſt. Verum utrumque Virgilium inter ſe confundi non debere, anno DCCXLVI. num. VII. demonſtravi. Quem exitum habuerit hæc diſceptatio, Antiqui non prodidere.

Diverſus eſt a Virgilio poſtea Salisburgenſi Epiſcopo.

III. Decimum Capitulum eſt de fixo apud Moguntiam Bonifacii Archiepiſcopatu: *Alia denique ſcriptura tua fraternitatis continebat*, ait Zacharias, *quod jam olim de Agrippina Civitate ſcripſiſti, quod Franci non perſeveraverunt*

in

Digitized by Google

VI. *Eas autem, quos reperiſſe ſe, aſſata eſt fraternitas tua, pſeudoſacerdotes multo majoris numeri, quam Catholicos, qui numquam ab Epiſcopis Catholecis fuerunt ordinati, illudentes populo, & miniſteria Eccleſiæ confundentes, qui ſine Epiſcopo proprio arbitrio viventes, populares defenſores habentes contra Epiſcopos, ut ſceleratos mores eorum non prohibeant, ſeorſum populum conſentaneum congregat, & illud erroneum miniſterium non in Eccleſia Catholica, ſed per agreſtia loca, & per cellas ruſticorum, ubi eorum imperita ſtultitia celari poſſit, perpetrant, nec Fidem Catholicam paganis prædicant, nec ipſi Fidem Catholicam habent, nec quærunt ab eis quos baptizare ſtudent abrenuntiationem ſatanæ, ſed neque ſignacula Crucis Chriſti eos muniunt (quæ præcedere debent baptiſmum) ſed nec aliquam credulitatem unius divinitatis, & ſanctæ Trinitatis docent: Hos itaque miniſtros ſatanæ, & non Chriſti ubicumque repereris, cariſſime frater, congregato provinciali, & ſacerdotali collegio, a ſacerdotio depoſitos, ſub regula monachica, & pœnitentia ſubmiſſos vitam finire, doceraas, ut carne afflicti, quandocumque redeant ad viam ſalutis. Si vero non fuerint converſi, tuæ prædicationis merces non peribit.*

VII. *Confortare ergo in lege, & Evangelio Chriſti, & prædicatione Catholicæ Fidei, quia ipſa glorificabit te: Tribulatio enim corporis noſtri temporalis eſt, & finem habet; merces autem, quæ pro hac tribulatione a Deo præparatur, ſempiterna eſt* (a)*: ideoque circumferamus mortem Jeſu in corpore noſtro, ut & vita Jeſu in corpore noſtro manifeſta fiat, ſicut per ejus divinam edocti ſumus doctrinam* (b)*: Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum. Conforta etiam dilectiſſimos nobis Orthodoxos Epiſcopos & ſacerdotes, atque levitas, cæteroſque clericos, religioſos Abbates, & monachos, pariterque religioſiſſimos Duces, cunctoſque Optimates Francorum, ut vobis ſint adjutores contra adverſarios Orthodoxæ Fidei, omneſque hæreticos, & ſchiſmaticos; quatenus, & ipſi de fructu boni operis gaudere mereantur in cæleſtibus Regnis.*

(a) 2. Cor. 4.

(b) Mat. 5.

Scripſit quoque inter cætera reverenda fraternitas tua reperiſſe quemdam presbyterum genere Scotum, nomine Sampſon, errantem a via veritatis, dicentemque ſine myſtica invocatione, aut lavacro regenerationis, poſſe fieri Catholicum Chriſtianum per Epiſcopalis manus impoſitionem. Hic autem, qui hoc dicit, vacuus eſt Spiritu ſancto, & alienus a Chriſti gratia, conſortioque ſacerdotali abiiciendus. Quis enim, niſi baptizetur juxta præceptum Domini, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & ſic per manus impoſitionem poteſt eſſe Catholicus? Hunc nequiſſimum virum talia prædicantem, ab Eccleſia ſancta condemnatum expelle. Illos autem viros, qui ab hæreticis baptizati ſunt, & neſcitur, an in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti ſunt baptizati, inquiſita rei veritate, ſi ab hæreticis ſacerdotibus baptizati ſunt; hos ſine dubio, juxta prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ Grigarii Papæ, & ſacrorum canonum traditum tibi mandatum, baptizari permittas, ne in æternum pereant, ſed potius Evangelica conſecratione ſalventur. Tam hic, quam ſuperius eadem epiſtola Zacharias Papa illud rite recteque confirmat, nullum a quolibet miniſtratum ſive ab hæretico, ſive ſchiſmatico, ſive gentili iterandum eſſe baptiſmum, ſi conſtaret in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis illud eſſe collatum: ſecus vero ſi contra, ſecundum antiquos canones, quos citat, & Gregorii Papæ III. prædeceſſoris epiſtolam ad eumdem Bonifacium datam, de qua dictum ſuo loco ſuperius. Eadem quoque ingerit idem Zacharias in epiſtola ad eumdem Bonifacium antea data, quæ incipit: *cum nobis*. Pergit deinde: VIII.

Intuiti autem ſumus & volumen a te directum univerſis Epiſcopis, presbyteris, cæteriſque religioſis de veritate Fidei Catholicæ ſcriptum, quod valde nobis acceptabile eſſe cognoſcas; quoniam per Spiritus ſancti gratiam in te diffuſam hoc operari ſtuduiſti. Inter cætera ſanctitatis tuæ ſcripta petiſti, ut ſacerdos a nobis dirigatur in partes Franciæ, & Galliæ. Quod implere omittimus quia dum, Deo propitio, tua ſanctitas ſuperſtes extitit, qui Sedis Apoſtolicæ, & no- IX.

PAGIUS

S. Bonifacius renunciare deſiderat Archiepiſcopatui Moguntiæ.

in verbo, quod promiſerunt, & nunc moratur tua fraternitas in Civitate Moguntina. Petiſti autem, ut cum noſtro conſultu, ſuperveniente tibi ſenectute & plena dierum ætate, atque imbecillitate corporis, ſi invenire potueris alium, in eamdem Sedem, in qua præes, pro tui perſona debeas collocare. Tu vero, cariſſime, Legatus & Miſſus es, ut fuiſti, Sedis Apoſtolicæ. Nos vero, adjutore Deo, conſilium præbemus tuæ reverendæ Sanctitati, ut pro ſalute animarum rationabilium, auctore Chriſto Sedem, quam obtinens Sancta Moguntina Eccleſia nequaquam relinquas, &c. ſin vero, ſi Dominus dederit juxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſſit ſolicitudinem habere & curam pro ſalute animarum, pro tui perſona illum ordinabis Epiſcopum, &c. porro ſub hujus anni finem *Zacharias* Moguntinam Sedem in Metropolim erexit, ut liquet ex ejus Epiſtola a Baronio an. DCCLI. num. XV. loco non ſuo recitata, quod ejus ſubſcriptio mendoſa ſit, ut ibi videbimus.

IV. *Sancti Burchardi* Epiſcopi Wirtziburgenſis primi, qui has literas Roma ad Sanctum Bonifacium detulit, Vitam ſcripſit Anonymus quidam

& noſtram illic præſentas viſem, aliam illuc dirigere neceſſarium non eſt. Quos autem reperies, amantiſſime frater, habentes ſanæ doctrinæ ſcientiam, vitæque puritatem: hos mittere ſtude in quibus prævideris locis, ad prædicandum verbum ſalutis. Concilia vero aggregatis Epiſcopis provincialibus, ubi tibi rectum videtur, celebrari procura, & quos deviantes inveneris, confunde facies eorum ignominia, ut ſint coram omnibus ſine honore.

X. Epiſcopi Francorum Catholicæ uniti Eccleſiæ. Suſcepimus & chartam de vera & Catholica Fide conſcriptam, quam cum dilectiſſimis nobis Epiſcopis partis Francorum, tua direxit reverenda fraternitas: hanc itaque reſerantes, nimio gaudio ſumus repleti, innumerabileſque gratias agimus Deo omnipotenti, qui unanimitatem eorum ad ſocietatem noſtram revocare dignatus eſt. Noſtra autem vice, cariſſime frater, omnes in oſculo pacis ſaluta.

Intimatum eſt etiam a ſanctitate tua, quod Virgilius ille (neſcimus, ſi dicatur presbyter) malignatus adverſum te, eo quod arguebatur a te erroneus eſſe a Catholica doctrina, ſeminaret odium inter te, & Otilonem Ducem Bajoariorum, dicens, quod a nobis accepiſſet licentiam, ut unius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, diœceſim obtineret. Quod ne-
(a) Pſ. 26. quaquam verum eſt; quia (a) mentita eſt iniquitas ſibi.

XI. † Dubitaſſe de Antipodis non eſt hæreſis, ſed plures ſtatuiſſe mundos divinæ repugnat ſcripturæ, ac proinde hæreſis eſſe convincitur. De perverſa autem doctrina, quam contra Dominum, & animam ſuam locutus eſt, quod ſcilicet † alius mundus, & alii homines ſub terra ſint, aliuſque Sol & Luna, ſi convictus fuerit ita confiteri: hunc, accito Concilio, ab Eccleſia pelle ſacerdotii honore privatum. Sed & nos ſcribentes prædicto Duci, evocatorias de prænominato Virgilio mittimus litteras, ut nobis præſentatus, & ſubtili indagatione requiſitus, ſi erroneus fuerit inventus, canonicis decretis condem-
(b) Job. 4. netur. Qui enim (b) ſeminant dolores, metunt eos.

Pro Sidonio autem, & Virgilio ſupradicto presbyteris, quod ſcripſit ſanctitas tua, agnovimus. Et illis quidem (ut debat) comminando ſcripſimus: tua autem fraternitatis credulitas plus quam ipſis admittetur. Si autem Deo placuerit, vita comitante, ad Sedem Apoſtolicam eos, miſſis litteris (ut prælatum eſt) evocabimus. Docuiſti enim eos, & non ſuſceperunt: & factum eſt illis, ſicut ſcriptum eſt in libro Sapientiæ (c): Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam arenæ: Non ergo ad iracundiam provocetur cor tuum, frater: ſed in patientia, ubi tales reperies, admone, obſecra, increpa, ut convertantur ab errore ad viam veritatis. Et ſi (d) converſi fuerint, ſalvaſti animas eorum: ſi vero in malitia permanſerint, mercedem laboris tui non perdes. (c) Eccl. 22. (d) Jacob. 5.

Alia denique ſcripta fraternitatis tuæ continebant, quod jam olim de Agrippina civitate ſcripſiſti, quia Franci non perſeveraverunt in verbo, quod promiſerunt, & nunc moratur fraternitas tua in civitate Moguntia. Petiſti etiam, ut cum noſtro conſultu, ſuperveniente tibi ſenectute, atque imbecillitate corporis, ſi invenire potueris idoneum virum ad ſedem Epiſcopalem, in qua præes, pro te valeas collocare. Pro qua petitione, nos adjutore Deo, conſilium damus tuæ ſanctitati, ut ſedem ſanctæ Eccleſiæ Moguntinenſis, quam pro ſalute animarum accepiſti, nequaquam relinquas, ut impleas illud Dominicum præceptum (e); qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Si vero Dominus dederit juxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſſit curam animarum habere: illum ordinabis pro te Epiſcopum, eritque in Evangelio tibi credito ad miniſterium Chriſti portandum in omni loco, requirens, & confortans Eccleſiam Dei. Oramus itaque Dominum & Redemptorem noſtrum, ut ſacris interventionibus ſanctæ ſuæ Genitricis ſemper Virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, te autem pro nobis ſanctitatem tuam ſoſpitem conſervare dignetur. Dat. Kalendas Maii imperante piiſſimo Auguſto Conſtantino anno vigeſimo nono Imperii ejus, Indictione prima. Hactenus epiſtola Zachariæ. XII. (e) Matt. 10.

Quod autem ad Epiſcopos pertinet, quos ipſi communicatione conjunctos jam eſſe XIII.

PAGIUS. S. Burchardus anno DCCXLI. Herbipolenſis Epiſcopus dictus. dam ignotos, quam poſtea Egilwardus Cœnobii Sancti Burchardi prope Wirtzburgum Monachus tribus libris interpolavit. Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. utramque Vitam recitat, ſuſpicaturque Anonymum ſæculo decimo Egilvvardum vero ſæculo undecimo vixiſſe. Utrumque opus variis mendis reſpergitur; neque enim verum eſt quod uterque Auctor aſſerit, Burchardum Romæ a Zacharia Pontifice ordinatum fuiſſe, aſſiſtente Bonifacio; cum conſtet, Bonifacium toto Zachariæ Pontificatu Romam non adiiſſe. Ordinatus itaque Burchardus anno DCCXLI. quia jam Epiſcopus Synodo Germanicæ interfuit XI. Kalend. Maii anno DCCXLII. ut ibidem demonſtravi. Sed de Burchardo iterum inferius agetur.

V. Zacharias PP. laudat quoſdam Epiſcopos cum Eccleſia Rom. conjunctos. Ad ann. XIII ad XVI. Recitat Baronius Epiſtolam Zachariæ Papæ, quæ inter Bonifacianas eſt CXXXVI. ſcriptam ad Reginfredum Rotomagenſem Epiſcopum, alioſque duodecim Epiſcopos, quos laudat eorum inter ſe & cum Eccleſia Romana conjunctionem, eoſque hortatur, ut miniſteriis ſuis conſtantes inſiſtant cum Bonifacio Archiepiſcopo, Sedis Apoſtolicæ Vicario. Reginfredus in Archiepiſcopatum Rotomagenſem ſucceſſit Grimoni; qui anno DCCXLVI. ſuprenum

eſſe ſcripſiſſet : ipſe Pontifex Zacharias ad eoſdem litteras dedit. In quarum inſcriptione, quæ eſſent nomina convenientium ad Synodum Epiſcoporum, ita declarat.

(a) Vit. S. Bonif. l. 2. c. 5. (a) *Dilectiſſimis nobis Ragiafrido Rothomagenſi Epiſcopo.*
Deodato Bellovacenſi Epiſcopo.
David Spirenſi Epiſcopo.
Eliſeo Noviomenſi Epiſcopo.
Burchardo Vvirceburgenſi Epiſcopo.
Genebaudo Lauduaenſi Epiſcopo.
Agilolpho Colonienſi Epiſcopo.
Ramberto Ambianenſi Epiſcopo.
Aetherio Tharvanenſi Epiſcopo.
Treuvarto Cameracenſi Epiſcopo.
Folerica Tungrenſi Epiſcopo.
Romano Meldenſi Epiſcopo.

* Strasburgenſi. *Ottoni * Strasburgenſi Epiſcopo, & cæteris amantiſſimis Coepiſcopis, presbyteris etiam & diaconibus, cunctiſque orthodoxis Eccleſiarum Dei clericis Apoſtolicam doctrinam tenentibus Zacharias divina gratia * præditus, Apoſtolicæ Sedis Pontifex ſervus ſervorum Dei in Domino ſalutem dicit.*

* præordinatus

XIV. Zachariæ epiſtol. ad Epiſc. Catholicæ communionis. *Gratias ago Deo Patri omnipotenti, & Domino noſtro Jeſu Chriſto unico Filio ejus, & ſancto Spiritui, qui veſtrum omnium corda inflammare dignatus eſt per diffuſam a ſe gratiam, ut in unitate fidei, & vinculo pacis ambuletis, & ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper vos, dilectiſſimi mihi, & abundans gratia pacis & charitatis, ut ſitis unum corpus ſpiritualis matris veſtræ ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, in qua, Deo auctore, præſumus, implentes illud propheticum dictum (b): Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quamvis enim pro itineris longitudine corpore ſimus abſentes; in ſpiritu tamen dilectionis ſemper ſumus vobis præſentes, habentes vos in viſceribus noſtris, & aſſidue orantes, ut Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus multo amplius confirmet corda veſtra in exhortatione Evangelii, in miniſterio, quo fungimini, ut credita vobis plebs piis admonitionibus, adjuvante Domino, a diabolica fraude liberata, perſiſtat ſalva, voſque mereamini de eorum animabus in die Chriſti apportare lucrum. Obſecro (c) ergo vos, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, ut decet ſanctos cum multa patientia, ſupportantes invicem in caritate, ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis & caritatis (d): quia finis præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.*

(b) Pſ. 132.

(c) Epheſ. 4.

(d) 1. Tim. 10.

XV. *Gaudeo in vobis, cariſſimi, quoniam fides veſtra, & unitas erga nos pretioſa eſt, & manifeſta, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, dum ad fautorem, & magiſtrum veſtrum a Deo conſtitutum beatum Petrum Apoſtolorum principem benigniſſima voluntate converſi eſtis, & in hoc laudabilis eſt fides veſtra, quoniam idipſum ſapitis, quod oportet ſapere. Habetis itaque noſtra vice ad confortandam dilectionem veſtram ſanctiſſimum Bonifacium fratrem noſtrum Archiepiſcopum, Apoſtolicæ Sedis Legatum, & noſtram præſentantem vicem. Sit ergo conſtantia veſtra adverſus contentionem eorum, qui adverſa ſapiunt, & non quæ Dei ſunt: neque terreamini a facie eorum (ſicut ſcriptum eſt e) qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius eum timete, qui poteſt ani-*

(e) Matt. 10.

PAGIUS mum diem obiiſ, indeque tam Cointius hoc anno num. LXII. quam Sirmondus recte deducunt, Baronium has litteras nulla temporalis nota inſignitas cum hoc Chriſti anno appoſite copulaſſe. Cointius tamen memoriæ lapſo dicit Sirmondum eaſdem literas in annum DCCXLIV. contuliſſe; ſed is non ſolum a Baronio non diſſentit; verum etiam ejus opinionem confirmat.

VI. Grippo adverſum Pippinum rebellat. Annaliſta Metenſis ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCXLVIII. Pippinus Princeps Placitum ſuum habuit in villa, quæ dicitur Duria* (in pago Ripuarienſi ſita). *In qua Synodum congregari juſſit pro Eccleſiarum reſtauratione, & cauſis pauperum, viduarumque & orphanorum corrigendis, juſtitiiſque faciendis. Gripo vero, quem de cuſtodia fraterno affectu Pippinus ſolverat, tyrannico faſtu multos ſibi nobilium ſociavit, & fuga lapſus Rhenum tranſiens in Saxoniam venit. Quem plurimi juvenes, ex nobili genere Francorum, inconſtantia ducti, proprium Dominum relinquentes, Griponem ſubſecuti ſunt. Pippinus vero, adunato exercitu, per Thuringiam in Saxoniam proficiſcens, pervenit ad fluvium quod dicitur Obacra, & caſtra metatus eſt juxta ripam ejuſdem fluminis. Saxones vero cum Gripone ex alia ripa erant, ubi maximam inter ſe & Francos firmitatem ſtatuerunt. Sed dum viderent, quod eos eadem firmitas minime defendere poſſet, per noctem fuga lapſi caſtra deſeruerunt. Pippinus vero cum exercitu ſuo totam pene Saxoniam per dies XL. vaſtavit, & Caſtella eorum deſtruxit, indeque victor remeavit ad propria.* Alia, quæ de Gripone iſte Annaliſta docet, pertinent ad annum ſuperiorem, aliique quidam Annaliſtæ bellum hoc paulo aliter narrant. Porro ex Epiſtola Bonifacii ordine XXVI. data ad Griponem liquet, quantum Thuringiæ periculum immineret, & quam prudenter *Pippinus* illac iter in Saxoniam ſuſceperit: *Obſecro*, inquit, *ut ſi tibi Deus poteſtatem donaverit, ut adjuvare ſtudeas ſervos Dei Sacerdotes Presbyteros, qui ſunt in Thuringia, Monachos & Ancillas Chriſti, defendere contra Paganorum malitiam, & adjuvare Chriſtianum populum, ut eos Pagani non perdant.*

VII. Moritur Edbertus Cantiæ Rex. Hoc anno moritur *Edbertus* Cantii ſeu Cantuariorum Rex, ut habent Wigornienſis, atque Chronographus Saxo, & Annaliſta Mailroſenſis. Ei ſucceſſit *Edilbertus*, frater, quem Huntidonius & Malmesburienſis in fratrum enumeratione jure merito præponunt. Quare, licet Beda lib. 5. cap. 24. ſcribat, *Vvictredum* Regem filios tres, *Edilbertum*, *Eadbertum*, & *Alricum* reliquiſſe hæredes, ex morte Edberti

Google

animam, & corpus mittere in gehennam. Fratres mei in carne enim ambulantes (a) 2. Cor, 10. *non ſecundum carnem militamus* (a). *Arma enim militiæ noſtræ non carnalia, ſed ſpiritualia ſunt ad deſtruendam omnem exaltationem, extollentem ſe adver-* (b) Epheſ. 6. *ſus ſcientiam Dei* (b): *Confortamini itaque in Domino, & in potentia virtutis ejus. Pax vobis, & gratia a Deo, & Domino noſtro Jeſu Chriſto miniſtretur, Amplectimur, & aſculamur, ac ſi præſentes, charitatem veſtram in unitate ſpiritus in vinculo pacis, & charitatis Chriſti. Deus vos incolumes cuſtodiat.* Hactenus Zacharias & princeps paſtorum, paſtores confirmans fratres ſuos. At licet careat die, & Indictione epiſtola iſta, tamen hoc anno datam eſſe, ſuperior (ut vidimus) oſtendit epiſtola.

XVI. Sub hac eadem prima Indictione datæ extant litteræ nomine Zachariæ Papæ de privilegiis conceſſis monaſterio Caſſinenſi, in quo etiam expreſſum habetur, hoc anno dedicatam ab eodem Zacharia Eccleſiam ibidem ædificatam. Cæterum, quod idem ſicut prima Indictione, ita & primo anno Zachariæ id factum ponatur: nullo pacto hæc ſimul convenire poſſunt: ſi quidem prima Indictione annus Zachariæ Pontificis numeratur ſeptimus, & non primus; ſed & nimia prolixitas illa de ipſis nonnihil ſuſpicionem auget; cum quæ eſſe ſoleret ejuſdem Zachariæ Papæ forma privilegiorum monaſteriorum exemptionis, oſtenditur in ſcripto privilegio Fuldenſis celeberrimi monaſterii in Germania; ab eodem Zacharia in gratiam ſancti Bonifacii Epiſcopi Moguntini conceſſo: quod ſuo loco inferius reddituri ſumus. Quid nam autem contineret privilegium a Zacharia conceſſum monaſterio Caſſinenſi, docet (c) Leo Oſtienſis in fine, cum enumerat res ab eo eidem collatas, his verbis. (c) Leo Oſtienſ. l. 2. c. 14.

XVII. *Sequenti item tempore ſanctiſſimus Papa Zacharias, qui Gregorio memorato ſucceſſerat, plurima huic adjutoria contulit, libros ſcilicet aliquos ſacros, ſanctamque regulam, quam Pater Benedictus manu propria ſcripſerat: pondus etiam libræ panis, & menſuram vini, quæ olim ſub Longobardorum impetu (ſicuti ſupra jam diximus) fugitantes monachi Romam ſecum detulerant: varia etiam ad miniſterium Eccleſiaſticum ornamenta: nonnulla item ad diverſas monaſterii utilitates pertinentia Apoſtolica liberalitate largitus eſt. Ab hoc etiam Papa ſanctiſſimo prædictus Abbas privilegium primus accepit, ut hoc monaſterium cum cellis omnibus ad ſe pertinentibus ubicumque terrarum conſtructis, ob honorem ac reverentiam ſanctiſſimi Patris Benedicti, ab omnium Epiſcoporum ditione ſit liberum, ita ut nullius juri ſubjaceat, niſi tantum Romani Pontificis.*

XVIII. (d) Idem Leo l. 1. c. 5. *Gisulphus* (d) *præterea junior* [1], *nepos Luithprandi Longobardorum Regis, qui poſt Godſcalcum Beneventi Dux extitit, cum per eos dies in hanc arcem Caſſini (quæ tunc Mello vocabatur) aſcendiſſet, atque juxta corpus ſanctiſſimi Patris Benedicti tam religioſe prædictos fratres in Dei ſervitio verſari vidiſſet, divino motus inſtinctu, cuncta per circuitum tam campeſtria, quam montana eidem Patri Benedicto in ſcriptis contulit, firmiſque donariis in perpetuum poſteris habenda conceſſit cum caſtellis omnibus, vi-*

NOTÆ [1] Hoc anno *Giſulfus* Dux Beneventanus privilegium conceſſit monaſterio B. Mariæ de Cingla: *datum menſe Auguſto indictione* XI. nempe A. D. 743. aliud item eidem monaſterio diploma contulit: *datum menſe Octobris indictione* XIV. ſcilicet A. D. 746. tertium vero: *datum menſe Majo indictione* XV. idest A. D. 747. Hæc ex autographis vulgavit Eraſmus Gattula in acceſſionibus ad Hiſtoriam Caſinenſem P. 1. pag. 27. De monaſterio Cinglenſi, ac de *Giſulfi* in S. Benedictum munificentia vide Mabillon. Annal. Bened. lib. XXII. §. XL. XLI. an. 749. GEORGIUS

PAGIUS ti intelligimus Æthelbertum ſeu Edilbertum ab Eadberto fratre Regno dejectum fuiſſe anno DCCXXV. ut ibidem oſtendimus.

VIII. Taſſilo II. ſuccedit Odiloni patri in Ducatum Bajoariæ. Mortuus eſt hoc anno *Odilo* Dux Bajoariæ, qui varia Monaſteria Bonifacii, & Pyrminii, Virorum Sanctitate vitæ illuſtrium ſuaſu conſtruxit, & erga Eccleſiam Salisborgenſem munificentiſſimus fuit, ut videre eſt apud Caniſium Tom. VI. Uxorem duxerat *Chiltrudem* Caroli Martelli filiam, ex qua ſuſcepit *Taſſilonem* hujus nominis ſecundum, qui puerulus erat quando patri ſucceſſit. Annus mortis Odilonis in controverſia poſitus; Mabillonius Sæc. III. Benedict. par. II. in Elogio Hiſtorico Taſſilonis, quem Monachum induiſſe videbimus, elegit annum ſuperiorem; Cointius hoc anno numero XC. *Odilonis* obitum refert, ſed Henſchenius in Vita Sancti Rutperti primi Salisburgenſis Epiſcopi ad diem XXVII. menſis Martii, in annum DCCLXV. eundem differt, quod ante eum docuerat Aventinus lib. 3. Rer. Bojoariæ. Verum Cointii ſententia certa & indubitata, ut liquet ex iis, quæ an. DCCLXXII. num. VIII. in medium offero. Ibi enim annus XXIV. *Taſſilonis* Ducis jungitur cum menſe Octobri illius Chriſti anni. Quare ante præſentem annum Bavariæ regimen non ſuſceperat; nec tardius illud iniit, cum ibidem oſtenſurus ſim, eum anno DCCLXXIII. menſe Septembri jam annum Ducatus ſui XXVI. numeraſſe. Hinc Sigebertus in Chronico, ejus initium cum hoc anno accurate alligavit. Mabillonius citatus hoc fundamento mortem *Odilonis*, ſeu *Odilonis* in annum præcedentem rejicit.

Digitized by Google

gis, domibus, Eccleſiis, molendinis, & aquis, ac cæteris, quæ intra præſcriptos fines tunc temporis habebantur. Uxor etiam ejus Ducis Scaumperga nomine, templum idolorum, quod in Caſſino monte antiquitus fuerat, in beati Petri Apoſtoli honorem convertens, iconas ibi, & cætera Eccleſiæ officiis congrua miniſteria ad poſterorum memoriam devotiſſime contulit. Hæc Leo.

Se-

PAGIUS ficit, quod in quibuſdam literis ab Hundio in Metropoli Salisburgenſi relatis, ubi de Joſepho Epiſcopo Friſingenſi agitur, legatur, *anno Incarnat. Domini DCCLVIII. Indict. XI. anno XI. Taſſilonis Ducis.* Sed inde hæc Epocha ſtatui non poteſt; cum annus ille XI. Taſſilonis, tam ab anno ſuperiori, quam a currenti deſumi poſſit. *De Taſſilone* anno ſequenti ac ſæpius infra ſermo erit.

I. Terræmotus in Syria. SEquitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus quadrageſimus nonus, Indictione ſecunda, quo magna ira Dei rurſus Oriens terræmotu concutitur, de quo iſta Theophanes: *Anno vero eodem terræmotus factus eſt in Syria, & ingens ac terribilis caſus, unde civitatum aliæ quidem penitus exterminatæ ſunt, aliæ vero mediocriter, aliæ autem a montanis ad ſubjecta campeſtria cum muris, & habitatoribus ſuis integræ migraverunt, & ſalvæ quaſi ad milliaria ſex, vel etiam modicum quid ultra. Denique aſſeveraverunt hi, qui propriis viſibus terram Meſopotamiæ contemplati ſunt, in longitudine diſruptum fuiſſe ad milliaria duo, & ex profundo ejus aſcendiſſe aliam terram nimis albam & arenoſam, de cujus medio aſcendit animal mulinum incontaminatum loquens humana voce, & prænuntians gentis incurſionem ab eremo adverſus Arabes, quod & factum eſt.* Hæc Theophanes ſui temporis hiſtoriam proſecutus. Portenta iſta & ſpectra Deus oſtendit, cum imperaret Copronymus portentoſus.

II. Anaſtaſius Abbas extinctam hæreſim excitat. Sed & additum in Syria malum, dum qui ad Dei iram placandam ſequeſter eſſe deberet, idem eamdem maxime concitaret Anaſtaſius Abbas monaſterii S. Euthymii omnium celeberrimi: hic enim extinctam hæreſim perditiſſimi Gnaphei in lucem revocare laborat, & niſi citius S. Joannes Damaſcenus occurriſſet ſui celebritate nominis, ingentem intuliſſet cladem Eccleſiæ. Audiens enim iſta Joannes, quam citiſſime errorem confutandum putavit, eaque occaſione ſcripſit epiſtolam de Triſagio ad Jordanem Cœnobiarcham, cujus eſt exordium: *Summus meus erga te amor, &c.* Et paulo inferius hæc de eodem Anaſtaſio: *O rem miſeram, pater, rem inquam miſeram, quonam pacto Eccleſia hoſtis id ſemper omni ſtudio contendit, ut eam perturbet; quodque gravius eſt, per eos, qui ſe pietatis alumnos profitentur? Etenim ſumma pietate præditus frater noſter Abbas Sergius civis, & familiaris, & amicus meus, per litteras, quas probus ac ſincerus frater Abbas Job attulit, certiorem me fecit, Abbatem Anaſtaſium, præclarum illum, inquam, monaſterii beati Euthymii antiſtitem, nonnulla e ſanctorum Patrum libris loca protuliſſe, quæ ſcilicet ter ſanctum hymnum ad Filium duntaxat referant. Quod ſi conceſſum fuerit, nihil erit quod prohibeat, quia lues ea, quam Gnapheus male ac peſtifere invexit, omnes funditus inficiat, & labefactet.* Cujus error eo tendebat, ut cum unam in Chriſto naturam contra Chalcedonenſe Concilium prædicaret, hymnoque Triſagio adderet, Qui crucifixus es pro nobis, ſanctiſſimæ Trinitati æque crucem adſcriberet. Cujus pravæ ſententiæ cum inhæſerit Anaſtaſius; idem ipſe ſuis quoque ſcriptis teſtatus eſt, Joannem Hieroſolymorum Epiſcopum ejuſdem eſſe ſententiæ: quod magis conturbavit audientes. Cujus rei gratia factum eſt, ut ipſe Joannes Damaſcenus ardentius adverſus pullulantes ex ſucciſo trunco arboris infelicis exurgentes ſurculos gladii verbo ſuccidendos occurreret; diſputationeque longiſſima errorem confutans, quam citiſſime exurgentem flammam extingueret.

Demum poſt longam de his habitam diſputationem, eumdem Jordanem Cœnobiarcham compellat his verbis: *Hæc divinissime pater, columna, & firmamentum veritatis, ut coram omnibus patribus, & fratribus, atque univerſo Eccleſiæ cœtu recitentur, obſecramus: verbiſque lenibus, & placidis rogetur illuſtris pater noſter & Dominus Abbas Anaſtaſius pii monaſterii divini Patris noſtri* III.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCLXXXVII Anno Hegiræ CXXXII. inchoato die 20. Aug. fer. 4. A.C. 749. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6142.

☉ 2. E. ☽ 9. P. 13. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 749.

ZACHARIÆ PAPÆ 9.

CONSTANTINI COPRONYMI 30. & 9.

AD num. I. Theophanes anno IX. Conſtantini Imp. qui Kalendis Septemb. currentis Chriſti anni inchoatur, narrat, non tantum magnum terræ motum, quo variæ in Syria Urbes corruerunt, ut videre eſt apud Baronium; ſed etiam varios tumultus inter Saracenos exortos, & electionem *Abdela*, ſeu, ut eum Elmacinus in Hiſtoria Saracenica lib. 2. cap. 2. appellat, *Abdalla Saffahri*, qui ſuperſtite in vivis Mervane creatus eſt Calipha, *die decimo tertio Rabii prioris, anno Hegiræ* CXXXII. menſe ſc. Octobri exeunte. Paulo poſt Merva interfectus eſt ab Abdalla ejuſdem Abdallæ Saffahri patruo, ut pluribus Elmacinus refert. *Porro*, inquit Theophanes, *clades iſta ſub Marvam recepta per annos ſex duravit, qua illuſtrium omnium Syriæ Civitatum mœnia in terra dejecta ſunt, præter ſolius Antiochiæ, quod eam tantum ſibi refugium victor deſtinaſſet. Innumeri inſuper Arabes eo jubente perierunt: extitit enim in bellicis rebus verſatiſſimus.* Abdalla fit Calipha Saracenorum.

Ad num. II. & ſeq. *Anaſtaſius* Abbas Monaſterii Sancti Euthymii in Palæſtina, qui cum non recte ſentiret *de Triſagio*, occaſionem dedit Sancto Joanni Damaſceno Opuſculum ſcri- II.

Euthymii antiſtes, ut hujuſmodi contentioni finem imponat, ac nobiſcum divino afflatu correptorum Patrum veſtigiis hærens, Sanctus Deus ac pater dicat, Sanctus fortis Filius Dei incarnatus, & curnæ ſalutis noſtræ cauſa crucifixus, Sanctus immortalis Spiritus ſanctus, unus Dominus Sabaoth, miſerere nobis.

IV. De doctrina Joannis Epiſc. Hieroſolymitani. *Neque nos accuſet, nec per beatum Patriarcham Joannem, ut qui certum & perſuaſum habeamus de una dumtaxat divina perſona ter ſanctum hymnum dicendum eſſe: nam quiſquis hoc ſentit & profitetur, ſordidæ Gnaphei ſtultitiæ ſocium ſe præbet. Quis enim mentem Joannis Patriarchæ melius me novit? Nemo profecto; quippe qui (ut vere loquar) numquam ullam ſpiritualem doctrinam efflavit, quam mihi ut diſcipulo non communicaret. Quid autem eſt, quamobrem vivente, & loquente ſacroſancto viro, hæc minime de ipſo dicta ſunt? Nihil ſane hæc aliud ſunt, quam prætextus quidam atque obtentus nihil firmi habentes. Deſinant homini divino zelo prædito, quique rectæ doctrinæ ignem ſpiravit, obtrectare, clariſſimo inquam Joanni, qui omnem vocum inanitatem exterminavit, ac de media ſuſtulit, ut qui Theologiam cum ſanctis Patribus ſemper communem habuerit. Quin potius ipſius zelum amplectantur, atque ut ſacrum & luculenti nominis virum laudibus eum afficiant.*

Hæc Damaſcenus de Joanne Hieroſolymitano Patriarcha: qui quando, quantumve ſederit, interrupta, occaſione eam obtinentium barbarorum, ſerie ſanctæ civitatis Epiſcoporum, certum quid affirmari non poſſe videtur: ſatis autem patet hoc vixiſſe ſæculo, cum ſe ejus diſcipulum fuiſſe idem Joannes Damaſcenus affirmet. Sic igitur Joannis Damaſceni opera, antequam hæreſis vulgaretur, extinguitur. At de his ſatis.

Quod ſpectat ad res in Germania geſtas: quæ in ea oſtenderit ſigna Deus, cum Regni habenas Pipinus Princeps maxime pius moderaretur, & quam hoc eodem anno victoriam de hoſtibus obtinuerit, enarremus. Vir ſanctus iſta ſcribit, & ſui temporis res geſtas ſcripta epiſtola proſequutus (a).

(a) *Extat apud Sur. in Appen. ad vit. S. Suitbert. die 1. Mart.*

Fuit

PAGIUS *S. Damaſcenus defendit Triſagium.* bendi de hoc Hymno, compoſuit librum *contra Judæos*, qui legitur in Bibliotheca Veterum Patrum, & Græce aſſervatur in Bibliotheca Vaticana. Eo aſſerente Triſagium de ſolo filio intelligendum eſſe, ſuæque opinionis auctorem citante Joannem Patriarcham Hieroſolymitanum, *Quidnam eſt*, inquit Damaſcenus, *quod & loquente, & vivente Sancto Viro hæc minime de ipſo dicta ſunt? Quiſnam mentem ejus melius me novit? Nemo profecto: quippe qui, ut vere loquar, nullam umquam ſpiritualem doctrinam efflavit, quam mihi ut diſcipulo non communicavit*. Baronius ait, ſe neſcire quiſnam ſit hic *Joannes* Patriarcha Hieroſolymitanus, cujus *Damaſcenus* ſe diſcipulum dicit, quia ſc. ejus tempore Chronographia Theophanis lucem non viderat; in Tabulis enim eidem inſertis, ad annum Incarnat. ſecundum Alex. DCC. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti DCCVII. inchoatur, dicitur, *Joannem* Patriarcham Hieroſolymorum ſediſſe annos XXX. annumque illum eſſe Sedis ejus tertium. Quare Eccleſiam Hieroſolymitanam uſque ad annum Chriſti DCCXXXV. aut circiter rexit, poſt quem nullus ibidem memoratur Patriarcha, qui ei ſucceſſerit, ideoque vel ea Eccleſia aliquo tempore ſine Epiſcopo fuit, vel ei tempore incerto ſucceſſit *Theodorus*, qui ut infra videbimus, anno DCCLXIII. Hieroſolymorum Patriarcha erat. Certe Elmacinus in Hiſt. Sarac. pag. 82. ait, *Hiſamum* Califam, qui regnare cœpit anno Chriſti DCCXXIII. permiſiſſe, ut Chriſtiani poſt obitum *Athanaſii* Patriarchæ Antiochiæ conſtituerent *Joannem*, contra quem cum Epiſcopi ſui inſurrexiſſent, manſit Eccleſia illa ſine Patriarcha uſque ad tempus Abdallæ Califæ. Cæterum Sanctus *Damaſcenus* præter Epiſtolam illam *de Triſagio*, varios Tractatus in lucem emiſit, præſertimque libros quatuor *de Orthodoxa Fide*, in quibus Theologis Scholaſticis præivit, quem primi imitati ſunt Magiſter Sententiarum Alexander Alenſis, & Sanctus Thomas. Sed Acta S. Stephani Junioris Damaſceno perperam attribuuntur; ſunt enim Opus Symeonis Metaphraſtes, ut alibi diximus. Annus emortualis Sancti Damaſceni prorſus incompertus. Hujus Sancti Opera omnia nova verſione adornata Combefiſius prælo parata reliquit. Hujus S. Doctoris hoc ſæculo celeberrimi pauca hactenus lucem viderunt, ideoque nova illa editio cunctis gratiſſima accidet.

III. *Epiſtola S. Ludgeri Epiſc. ſuppoſititia.* Ad num. IV. Recitat Baronius *Sancti Ludgeri* Epiſcopi Monaſterienſis Epiſtolam ad Rixfridum Trajectenſem Epiſcopum, *de Miraculis Sancti Suiberti Epiſcopi* ſcriptam, in qua narratur inſignis victoria a Pippino Principe de Saxonibus & Weſtphalis reportata. Verum licet *Sanctus Ludgerus* in Scripturis Sacris non mediocriter eruditus fuerit, ut teſtatur Altfridus Epiſcopus in ejus Vita, ea tamen Epiſtola non minus conficta, quam Vita Sancti Suiberti ſub nomine Marcellini, ut pluribus oſtendit Bollandus ad diem XXVI. menſis Martii, ubi Vitam Sancti Ludgeri Notis illuſtrat. Primo, Monaſterienſis Eccleſiæ Epiſcopus a Rixfrido Trajectenſi Epiſcopo compellatur *Ludgerus*; cum tamen vix tertio poſt ejus ætatem ſæculo Mimigardefordenſis titulus exoleverit; ita enim hoc tempore Monaſterium Civitas, vulgo *Munſter*, appellabatur. Secundo *Albricum* Epiſcopum Trajectenſem ad Rhenum (de eo enim Trajecto hic loquimur) quem *natione Anglicum, & conſanguineum S. Swiberti Epiſcopi* vocat Rixfridus; Altfridus citatus cap. 2. num. 56. *Nepotem* appellat *Gregorii*, Trajectenſis ſcilicet Epiſcopi, quem conſtat, ipſius Ludgeri teſtimonio *Francum* natione extitiſſe. Tertio, dignum ſe riſu prodit fabulator ille, cum inquit: *Pippinus, filius Caroli Martelli, Major Domus Franciæ, qui fuit Dux Agrippinenſis Auſtriæ, Thuringiæ, & Burgundiæ, Provinciæ, & totius Lotharingiæ, antequam fuit coronatus Francorum Rex;* cum tamen longe poſt Majoratum Pippini, Ludgerique Præſulatum, nomen *Lotharingiæ* audiri cœperit. Deni-

Fuit iſte Ludgerus Epiſcopus Monaſterienſis, qui ad Rixfridum Trajectenſem Epiſcopum de miraculis ſancti Suviberti Epiſcopi epiſtolam ſcripſit. Et cum alia plura, quæ ad res geſtas ſui temporis ſpectant, de Friſiorum apoſtaſia, & Marcellini prædicatione narret, poſtea iſta ſubjicit quæ ad præſentem annum ſpectant:

Contigit, ut idem egregius Princeps Pipinus anno ſequenti, anno ſcilicet Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, Saxones & Vueſtphalos debellans, potituſque victoria cum triumpho cum ſuo exercitu multum laſſo ad Coloniam Agrippinam reditum maturaret. Vueſtphali vero dolentes Chriſtianos eis dominari (licet Deo auxiliante, triumphali gladio ipſius Pipini, victi, profligati, & proſtrati ſuccubuiſſent) indignati valde, exercitum fortem nimis feſtinanter denuo congregantes, per compendia itinerum, & devia exercitum Chriſtianorum prævenientes, poſitis inſidiis multum hoſtiliter, & callide prope Vuerdam, Pipinum cum ſuis Chriſticolis animoſe invadere, & bellum rurſus inſtaurare, & committere decreverunt.

V. Votum nuncupat Pipinus S. Suviberto. *Quod inclytus Princeps per ſuos exploratores perſpiciens; primo parum doluit, tum propter laſſitudinem exercitus ſui, tum propter defunctos, & ſauciatos; fiduciam tamen firmam habens in Deum, recordatuſque miraculorum ſanctiſſimi Suviberti, deſcendens de caballo ſuo, proſtratus in terram flexis genibus ſanctum Suvibertum devota mente invocans, & auxilium, & patrocinium implorans, vovit Deo, & ipſi ſancto Suviberto, quod ſi ir pro honore nominis Chriſtiani, a Chriſto ſibi, & exercitui ſuo, ſuis meritis, & precibus victoriam contra paganos impetraret, & Chriſtianum populum protegeret, ut ſanum inde reduceret: ipſum in Vuerda cum ſuis primatibus ſuppliciter peregre viſitaret.*

VI. Pipinus vincit Vueſtphalos abſque armis. *Quo emiſſo voto, ſtatim lux immenſa ſuper exercitum Chriſtianorum ſplendens, non ſolum paganos exterruit, ſed & fere excæcavit, pavorque ingens eos invaſit. Quod cernentes pagani, timore valido perculſi, formidantes manum omnipotentis Dei Chriſtianorum ſuper eos ſævire, cælumque ſuper eos ruere, conſilio celeriter inito, miſerunt duos Satrapas ad Pipinum, petentes quæ ſunt pacis, eique ſe ſubdentes, ac referentes conſtanti animo quæ viderant, & eis contigerant. Pipinus vero cum hoc audiſſet, intelligens hoc meritis ſancti Suviberti accidiſſe, lætus in terram cum ſuis proceribus proſtratus, Deum adorans, & gratias devote referens, receptis a paganis pacis obſidibus, Vuerdam cum ſuo exercitu humiliter intravit, diſcalceatuſque cum ſuis inclytis primoribus, & præcipuis miniſtris, ſepulcrum S. Suviberti regalibus muneribus, & oblationibus viſitans, benedixit Deum, & S. Suvibertum, qui abſque effuſione ſanguinis humani victoriam ſibi contra perfidos præſtitiſſet: & deinceps S. Suvibertum in ſuum protectorem & patronum, ac ſpecialem elegit advocatum.* Hactenus Ludgerus de rebus geſtis Pipini Principis iſto anno.

An-

PAGIUS nique in ea Epiſtola dicitur Pippinus anno præcedenti bellum contra Saxones geſſiſſe, munitionem prope Baſilicam Sancti Swiberti conſtruxiſſe, & currentis votum in eadem Eccleſia perſolviſſe, ope ejuſdem Sancti Swiberti victor effectus. At hæc mera commenta; nullum enim hoc anno in Saxonia bellum geſtum, ſed in Bavaria. Illud quidem hoc anno in aliquibus Annaliſtis Francicis legitur; ſed ii adverſus teſtimonium continuatoris Fredegarii in Appendice, & Annaliſtæ Metenſis audiendi non ſunt.

IV. *Grippo Bavaros adverſus Pippinum ſuſcitat.* Hæc Continuator ille hoc anno ſcribit: *Bagoarii, conſilio nefandorum, iterum eorum fidem feſellerunt, & contra præfatum Principem* (ſcilicet Pippinum) *eorum fidem mentiti ſunt. Quo de re commoto exercitu, cum magno agmine apparato eorum patrias peraccepit. Ipſi vero terrore compulſi ultra fluvium Igni* (idest Oeni, Gallice l' Inn) *cum uxoribus ac liberis eorum fugientes, & memoratus Princeps ſuper ripam Igni caſtra metatus navale prælium præparavit, qualiter eos ad internecionem perſequeretur, quod videntes Bagoarii, eorum viribus ſe auxiliare non poſſe, Legatos cum muneribus multis tranſmittunt, & in ejus Ditione ſe ſubdunt; & ſacramenta vel obſides donant, ut ne ulterius rebelles exiſtant. Ipſe vero, Duce Chriſto cum magno triumpho in Franciam* (ſcilicet Ciſrhenanam) *ad propriam ſedem feliciter remeavit, & quievit terra a præliis, annis duobus,* ſcilicet ſequenti, annoque DCCLI. ut infra videbimus. Annaliſta vero Metenſis habet: *Anno Dominicæ Incarn. DCCXLIX. Gripo videns, quod Saxonum armis minime defendi poſſet, in Bajoariam confugit. Quorum Dux eo tempore Odilo defunctus erat; cui Taſſilo filius ejus ſucceſſerat. Quem de Principatu Gripo abegit, & ſibi ipſe Bajoarios ſubjugavit; cui etiam in ſolatium Lanfridus* (Alamannorum Dux) *venit. Hæc audiens Pippinus, cum exercitu illuc pervenit, victiſque Bajoariis Griponem ſecum & Lanfridum inde abducens, Taſſilonem in Ducatu Bajoariorum collocavit. Solita autem pietate Gripponi fratri ſuo, & omnibus his, qui cum eo confugium fecerunt, miſericorditer non ſolum pepercit, ſed etiam beneficiis ditavit. Nam Griponi Cinomannicam Urbem cum XII. Comitatibus dedit. Quibus ille ſolito more deſpectis, Vuaſconiam petiit, & ad Vuaifarium Ducem perfidum Aquitaniorum pervenit.* Bellum Bavaricum hoc etiam anno conſignant Hadrianus Valeſius in fine ſuæ Hiſtoriæ Rer. Franc. Cointius hoc anno, aliique. Ex laudatis verbis intelligimus, *Taſſilonem* II. jam ab anno ſuperiori Bajoariam rexiſſe, quod ibidem demonſtravimus.

Rachis Rex Longobard. fit Monachus, ut anno ſequenti videre eſt.

Digitized by Google

I. Rachis inſurgit in civitates Romanas.

Annus Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus, Indictione tertia inſcriptus in Faſtis habetur, quo novis tumultibus exagitatur Italia: Neſcitur enim qua occaſione pacificus, atque religioſus Rex Longobardorum Rachis, nulla habita ratione pacis vicennalis ſancitæ cum Romano Pontifice Zacharia, Pentapolitanam invadens provinciam, ferro & igne omnia turbans, Peruſiam uſque perrexit, ut vallatam obſidione civitatem caperet. Permiſit Deus Regem juſtitiæ, atque religionis amantiſſimum ita delinquere, ut ex pœnitentia in ſubliniorem in cœlis gradum gloriæ ſublimaret. Quomodo autem acciderint iſta, ex Anaſtaſio Bibliothecario in medium adducimus, qui ait:

Ipſis item temporibus Rachis Longobardorum Rex ad capiendam civitatem Peruſinam ſicut cætera Pentapolis oppida vehementi profectus eſt cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens ſanctiſſimus Papa Zacharias, continuo ſpe divina fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo clero optimatibus, quantocyus ad eamdem pervenit civitatem, impenſiſque eidem Regi pluribus muneribus, atque oppido eum deprecans, opitulante Domino, obſidionem ipſius civitatis amovit. Cui & ſalutifera prædicans, Deo auctore, valuit animum ejus ad ſpiritale ſtudium inclinare.

II. Rachis Rex Longobardorum fit Monachus.

Et poſt aliquantos dies idem Rachis Rex relinquens regalem dignitatem, devote cum uxore, & filia ad beati Principis Apoſtolorum conjunxit Limina. Acceptaque a præfato ſanctiſſimo Papa oratione clericus effectus, monachico indutus eſt habitu cum uxore & filia. Hæc Anaſtaſius. Eadem & Leo Oſtienſis, qui & hæc addit (*a*): *Moxque ad hoc S. Benedicti monaſterium, eodem Apoſtolico jubente perveniens, ac ſub regulari magiſterio ſe inſtituendum tradens, poſt aliquot in ſancto religionis propoſito, ac Deo placita converſatione peractos annos Deo ſpiritum reddidit. Extat hodieque prope monaſterium vinea, quæ Rachiſis appellatur, quod ipſam Rachis ipſe & plantaſſe, & coluiſſe putetur. Ejus vero uxor Theſia, & filia Ratruda, permittente, & adjuvante ipſo Abbate, monaſterium puellarum, haud longe a Caſſino in loco, qui Plumbariola dicitur, propriis ſumptibus conſtruxerunt, multis ditantes opibus; ubi ſub magna cautela ac diſtrictione regulari vitam ducentes, in ſancto propoſito vitam finierunt.* Hucuſque Leo.

(*a*) Leo Oſtienſ. Chr. Caſſin. cap. 8.

III. Vidiſti, & admiratus es potentiam Crucis Chriſti, quæ furentes mitiget Reges, & victores ducat abſque armis ſub jugo captivos, & faciat agri Dominici fideliſſimos eſſe colonos? Hæc plane virga illa, de qua prophetice dictum (*b*): *Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.* Qua Zacharias Pontifex illud renovat antiquum ſpectaculum (*c*) Banajæ filii Jojadæ, cum Ægyptium haſta potentem, virga tantummodo ſuperavit.

(*b*) Pſal. 109.

(*c*) 2. Reg. 23.

Aiſtulphus Rex Longobardorum.

Succeſſit autem hoc anno Rachiſi in Longobardorum Regno Aiſtulphus ejus frater, conſenſu Principum Longobardorum. Etenim cum Leo Oſtienſis, & alii teſtentur, Rachiſim annos quinque, & ſex menſes regnaſſe, utique in hunc uſ-

que

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCLXXXVIII. Anno Hegiræ CXXXIII. inchoato die 9. Aug. fer. 1. A. C. 750.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6243.

☉ 3. D. ☽ 10. P. 09. Mart. Indict. 3.

Jesu Christi 750.

Zachariæ Papæ 10.

Constantini Copronymi 31. & 10.

I. Rachis Rex Longobardorum Monachum induit.

Anum. I. ad IV. Sigebertus in Chronico ad annum DCCXLIX. ſcribit: *Rachis Longobardorum Rex, dum rupto fœdere, Romam inquietare nititur, a Zacharia Papa non ſolum a malo reprimitur, ſed etiam ejus inſtinctu cum uxore & filiis Romam veniens, Monachus efficitur, cui Aiſtulfus frater ejus ſubſtitutus regnavit annos VII.* quod pluribus ex Vita Zachariæ Papæ narrat Baronius hoc anno. At Sigebertum finem Rachis & Aiſtulfi initium recte conſignaſſe, docet Monachus Nonantulanus Anonymus in Vita Sancti Anſelmi Abbatis Nonantulani in Italia primi, quæ extat Sæculo IV. Benedictino part. I. ubi is Anonymus, quem, Mabillonius ibidem paulo poſt Anſelmum vixiſſe oſtendit, ait: *Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, centeſimo vero octogeſimo ingreſſionis Longobardorum in Italiam, Vir glorioſiſſimus Aiſtulfus (Ratchis germano, de viſta Pentapoli ſuaſu Domni Zachariæ Papæ facto Romæ Clerico) ſceptrum Longobardorum ſtrenue gerens, cui Giſeltruda excellentiſſima Regina, Anſelmi præclari Viri, Abbatis, olim Ducis, ſoror digniſſima, in conjugio hærebat; cujus interventu idem Aiſtulfus Rex in primo anno Regni ſui per ſuum præceptum conceſſit Venerabili viro Anſelmo locum, qui nuncupatur Fanianus, in quo idem Vir Dei Anſelmus Monaſterium ad honorem Dei & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti conſtruxit, &c.* ubi iſte Anonymus Clerici nomine, uti plures eorumdem temporum Scriptores, *Monachum* intelligit, & ob annis ingreſſionis Longobardorum in Italiam ultimum, qui tantum inchoatus erat, excindit, ut quandoque etiam alii Scriptores. Erravit itaque Leo Oſtienſis, quem

Be-

Digitized by Google

que annum propagaſſe Regnum opparet. Porro de Aiſtulpho dicemus inferius.

Hic modo haud abſimile exemplum de contemptu mundi, quod de olio Rege ſcriptum legimus iiſdem temporibus accidiſſe, ſubiiciendum putamus, quod nobilis Lucenſis Eccleſiæ monumenta conſervant his ipſis verbis inſcriptum.

(a) Apud Sur. die 7. Febr. to. 1. (a) *Epitaphium S. Richardi Regis Angliæ ſculptum in civitate Luca Italiæ ubi requieſcit.*

IV. De Sancto Richardo Rege. *Soror Offonis Regis fuit mater beati Richardi. Beatus Richardus Rex Angliæ, exul patriæ, ſpretor mundi, contemptor ſui, pater ſanctorum fratrum Vuillebaldi & Vuinibaldi, & beatæ Vualburgis virginis, terrenum Regnum in cæleſte mutavit. Depoſuit coronam regiam pro vita perpetua. Exuit purpuram, & vilem induit tunicam. Regium reliquit tribunal, & ſanctorum quæſivit Limina. Dimiſit ſceptrum, & accepit baculum. Dimiſitque filium ſuum in Regno beatum Vualburgam, atque ſimul cum filiis peregre profectus eſt. Et eis relictis apud ſanctum Bonifacium Martyrem glorioſum, tunc Archiepiſcopum Moguntinenſem, virum miræ ſanctitatis, eo quod Anglicus eſſet, de Regno ſuo natus: idem ſanctus exilio ſe ulteriori, * Limina ſanctorum trans Alpes adiit.* * Apoſtolorum. *Et loca deinceps magis devia petiit ſolitudinum, Deo ſoli idem ſolus libero vacaturus. Deinde poſt longa exilia, poſt multa certamina, poſt famis, ſitis, & frigoris multimodas ærumnas, in provincia Italiæ, civitate Luca finitur pugna, dantur præmia, cælo recipitur anima, & in beati Frigdiani baſilica juxta corpus ejus ponuntur pia membra, Ubi & miraculis coruſcat, cujus feſtivitas ſeptimo Idus Februarii celebratur.* Locus autem, in quo requieſcit, his verſibus adornatur.

Hic

PAGIUS Baronius ſecutus eſt, quando Ratchis Regis abdicationem hoc anno conſignavit; ſed recte ſcripſit, cum regnaſſe annos quinque, menſes ſex; quia *Luitprandus* ejus Deceſſor anno DCCXLIV. Kalendis Martiis adhuc in vivis erat, ut eo anno monſtravi, *Aiſtulphum* vero poſt Kalendas Martias anni Chriſti ſuperioris Regnum ſuſcepiſſe eruo ex proœmio ab ipſomet præfixo legibus, quas ad Edictum Rotharis Regis adiecit, in quo ait; *Anno feliciſſimi Regni noſtri in Dei nomine quinto, in die Kalendarum Martiarum Indictione ſeptima*, quæ anno DCCLIV. menſe Martio obtinebat. Si enim anno DCCXLIX. ante Kalendas Martias in ſolium elevatus fuiſſet, eo Chriſti anno non quintum, ſed ſextum Regni annum numeraſſet. [a]

II. Floret S. Anſelmus Abbas Nonantulanus. Porro *Sanctus Anſelmus* Dux primum Forojulienſis, tum Monachus ac Monaſteriorum conditor, ac demum Abbas *Nonantulæ* primus, tantæ fuit modeſtiæ, ut facta ſuo perpetuo contegi ſilentio præceperit, quod teſtatur idem Anonymus num. VII. Primum Monaſterium ab eo conditum *Fananum*, in montano loco a Mutina Urbe viginti duobus millibus paſſuum poſitum. Tum *Nonantulanum* anno DCCLII. milliario quinto a Mutina, ac deinde *Vincentia*, quod Oppidum eſt caput pagi Vincentini. *Hic inter cætera plura bona, quæ egit, hoſpitalitatem diligens, omniumque pauperum curam ſollicite gerens, hoſpitia atque Xenodochia perplura conſtituere curavit, atque ea in omnibus bonis ditare curavit, &c. Habuit hic Dei famulus ſub ſuo regimine Monachos regulares MCXLIX. exceptis parvulis & pulſantibus* (id eſt Novitiis, ut explicat Mabillonius ex Capitulari Caroli Magni anno DCCCV. emiſſo), *qui non conſtringebantur ad Regulam; quos ille paterno amore fovebat, & regebat; qui olim Dux militum fuit, nunc Dux Monachorum extitit*, inquit Anonymus in ejus Vita. Sed de Anſelmo rurſus infra.

Ad num. IV. Mors *Sancti Richardi*, nobilis & prædivitis Angli, patris Sanctorum fratrum *Vuillebaldi*, & *Vunebaldi*, & beatæ *Vualburgæ* vel *Vualpurga* Sanctimonialis, de quibus egimus anno DCCXXV. contigit anno ſeptingenteſimo viceſimo primo, ut ex Sancti Wunebaldi Vita de- III. Moritur S. Richardus patre trium Sanctorum.

NOTÆ [1] NOn ſolum Kalendis martii, ſed & die V. aprilis regnum nondum inierat Aiſtulphus, uti demonſtrat diploma ejuſdem pro monaſterio Farfenſi (Chronicon Farfenſ. rerum Italicarum to. 2. part. 2. col. 439.) quod datum legitur *Ticini in palatio V. die menſis aprilis anno felicis regni noſtri* (Aiſtulphi) *VII. per indictionem IX*. Denotant hæc annum 756. Aiſtulphi emortualem. Igitur Aiſtulphus regnum inivit anno quidem 749. ſed poſt diem V. aprilis alioquin anno 756. eo menſis die non ſeptimum ſed octavum regni numeraſſet. Ex hoc etiam diplomate liquet Aiſtulphum anno 756. die illa menſis aprilis adhuc in vivis egiſſe. Quin & poſt julium anni hujus ſupremam dignitatem obtinuit; cum anno 754. menſe julio annum regni quintum numeraret, ut conſtat ex Charta Lucenſi apud Muratorium in antiquit. Italicis diſſert. IV. col. 135. Conſignatur enim illa *anno regni ejus* (Aiſtulphi) *quinto, per indictione ſeptima menſe julio*. Viciſſim autem ipſo julio menſe ejuſdem anni 754. annum regni VII. jam agebat. Id enim perſpicue demonſtrat charta per hos dies producta a P. Soldano Vallumbroſano monacho in hiſtoria monaſterii S. Michaelis de Paſſiniano, cujus prior tomus hoc ipſo anno quo hæc ſcribo 1741. Lucæ prodiit. Notæ chronologicæ hujus chartæ, quæ inſignis eſt nomine S. Walfredi, tunc in ſæculo adhuc agentis dein vero abbatis monaſterii S. Petri in palatiolo cujus res geſtas Andreas Lucenſis hujus monaſterii monachus dedit; notæ, inquam chronologicæ ita efferuntur: *Regnante piiſſimo &c. Aiſtulpho rege anno regni ejus Deo protegente ſexto, menſe julio, indictione VII.* Aiſtulphi igitur exordia cum julio menſe componenda ſunt. Conjecturam hanc meam egregie confirmat authoritas chronologi Brixiani, cujus breve chronicon anno 883. ſcriptum vulgavit Muratorius in antiquit. Ital. t. IV. col. 944. Ille enim diſerte aſſerit Aiſtulphum menſe julio indictione II. ideoque anno 749. cœpiſſe. MANSI

Epitaphium Richardi Regis.

Hic Rex Richardus requieſcit ſceptrifer almus.
Rex fuit Anglorum: Regnum tenet ipſe polorum.
Regnum demiſit, pro Chriſto cuncta reliquit.
Ergo Ricardum nobis dedit Anglia ſanctum.
Hic genitor ſanctæ Vualburgæ virginis almæ,
Et Vuillebaldi ſancti ſimul & Voinibaldi:
Suffragium quorum det nobis Regna polorum.

(a) Habentur to. 4. Antiq. lect. per Caniſium collect.

☞ Porro ſi certum tempus explores S. Richardi obitus ex antiquioribus (a) monumentis haud pridem editis, inveniés, cum ſubducto numero annorum ejus filiorum adventus in Urbem contigiſſe ſub Gregorio Papa ſecundo. Ex quibus etiam coargues recitatum epitaphium haud antiquitus ſcriptum eſſe: ſiquidem citata antiquiora teſtimonia & ea ipſa, quæ ab eorum conſanguinea ſcripta habentur, numquam Richardum nominaſſe invenies Anglorum Regem, ſed Anglorum nobilem, & prædivitem. Nam in eis (b), ubi agitur de S. Vuilibaldo ejus filio patri ſuadente peregrinationem in Urbem, hæc leguntur: *Et ne ſolus ex ſuis Chriſti militia adſcriberetur: patrem nomine Richardum genere; & rebus clarum adiit eique mundi contemptum, & peregrinationem ſuadere cœpit, &c.* Quem autem

Richardus Rex quando obierit.

(b) Ead. to. 4. pag. 706.

PAGIUS deducit Cointius anno DCCXXXVIII. num. IV. & ſeqq. a quo uno anno tantum recedit Bollandus in Sancti Richardi Vita ad diem VII. Februarii, ubi *Richardi* mortem cum anno DCCXXII. conjungit. Sed uterque *Richardum* Angliæ Regem perperam facit, decepti ab Epitaphio ejus a Baronio recitato, qui eidem fabulæ fidem adhibuerat; Baronius tamen in Appendice ad præſentem annum, ex Vita Sancti Willibaldi ab Anonymo perantiquo ſcripta recte poſtea obſervavit, *Richardum* ibi tantum appellari *genere & rebus clarum*. Quod vero ſubdit idem Cardinalis doctiſſimus, eam vitam ſcriptam fuiſſe a *Sancta Vualpurga* Richardi filia, corrigendam ex iis, quæ loco laudato diximus. Epitaphium quidem Sancti *Richardi* eum Regem Angliæ dicit; ſed illud longe poſt ejus mortem poſitum; cum aliqua a veritate manifeſte diſſentanea contineat, ut examinanti patet. Cum vero hujus Sancti Vita a nullo Auctore coævo literis mandata fuerit, ea Hodæporico Sancti Willibaldi a Sanctimoniali Heidenheimenſi deſcripto eruenda. Teſtatur ea, cum *Vuillibaldus* annos tres natus in gravem morbum incidiſſet, patrem ac matrem Deo ſpopondiſſe, ut ſi priſtina illius infantis reſtituta foret ſanitas, extemplo illum ſub Sacri Ordinis primordia tonſura inſignire, & ſub Cœnobialis vitæ diſciplina ſubiicere, eoſque a Domino petitionis conſecutos eſſe effectum. Traditus *Vuillibaldus* Monaſterio, ſacris literarum ſtudiis imbutus eſt. Verum poſtquam adolevit, decrevit omnes res temporales deſerere, & longam peregrinationem ſuſcipere. Quare *Richardum* patrem rogavit, ut ſuo deſiderio præberet conſenſum, & ipſemet ſecum pergeret, *ut comitata filiorum fungens, egregia adiret Petri Apoſtolorum Principis limina*. Diu renuit Sanctus Richardus, tandemque aſſenſus eſt. Quamobrem *congruo ætatis tempore*, cum mare tranſiiſſent, *Rotomagum* venere, indeque *Lucam* Italiæ Civitatem, ubi ſubita *Richardus* præventus eſt corporis infirmitate, qua invaleſcente extinctus eſt, & in eadem Urbe eum filii ſepeliere. Ita Sanctimonialis Heidenheimenſis.

IV. Rex Angliæ perperam appellatur.

Willibaldus & Wunebaldus ſepulto patre itineri curſum ſe ſe dedere Romam verſus, ibique *manſerunt a nativitate Sancti Martini uſque ad aliud ſolemnitatis Paſcha*, inquit eadem Sanctimonialis, quod Cointius de anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo primo interpretatur, Bollandus vero de anno inſequenti; & uterque ex annis, quibus vixit Sanctus Willibaldus, ſuam opinionem probare conatur, ut apud eoſdem videre eſt. Sanctus Richardus *miraculis* clariſſimus; & Martyrologio Romano ad diem VII. Februarii inſcriptus; ſed ibi perperam *Rex Angliæ* nuncupatur.

V. Moritur S. Ebbo Archiepiſcopus Senonenſis.

Clarius Monachus in Chronico Sancti Petri Vivi ſcribit: *Anno DCCL. Sanctus Ebbo obiit*. Fuit is Archiepiſcopus Senonenſis in Gallia, cujus Vitam ab Auctore Anonymo ſæculo circiter decimo ſcriptam publicavit Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. I. Seceſſerat *Sanctus Ebbo* in idem Sancti Petri Monaſterium, ubi ſanctiſſime vivebat, & quod velle profitebatur, moribus ac virtutibus exequebatur. Sed *Childeberto* III. in Gallia regnante, cum Epiſcopus Senonenſis a ſæculo migraſſet, plebs Senonum *Ebbonem* jam Monaſterii ſancti Petri Abbatem, etiam renitentem Epiſcopum creavit. Cum Saraceni, quos more ſuo Sæculo uſurpato Auctor ille *Vuandalos* appellat, Carolo Martello Franciam regente mœnia Civitatis Senonum caſtris obſedissent, omniaque perfunderent, *Ebbonis* precibus ad Deum fuſis hoſtes in fugam converſi ſunt, ſe ſeque mutuatim propriis jaculis confodere. Aliquo poſt tempore Vir Sanctus ſolitudinem quæſivit, ut liberius orationi vacare poſſet. *Quod cum nec in Urbe quiviſſet adimplere, & gregem, quem regendum ſuſceperat, noluiſſet deſerere, elegit locum tanti ſpatii ab Urbe, quo & animo ſolitudinem cupienti valeret obedire, & filios ſi cauſa poſceret, reviſere.* Locus *ſexdecim a Sede* diſtabat *millibus*, inquit Anonymus. Quibus ex verbis deducit Cointius hoc anno numer. I. & ſeqq. Ebbonem tunc Epiſcopatum abdicaſſe, & Ardobertum ſeu Artbertum, qui Epiſcopus Senonenſis dictus eſt anno DCCXLIII. ejus locum occupaſſe. Contra vero Mabillonius citatos infert ex Ardoberti electione Clarium in morte Ebbonis conſignanda falli, jamque Sanctum Præſulem ad Deum migraſſe, cum ea Ardoberti electio peracta eſt. Verum uterque in eo fallitur, quod exiſtimet, *Audobertum* reapſe S. Ebboni ſucceſſiſſe; cum, ut anno DCCXLIII. num. IX. vidimus, *Audobertus* Epiſcopatus Senonenſis poſſeſſionem nunquam inire potuerit. Quare mors *Ebbonis* recte a Clario conſignata, & *Audobertus* ordinatus quidem fuit Archiepiſcopus Senonenſis, ſed nunquam eam Eccleſiam rexit. Porro Monaſterium Sancti

Po-

tem primum invenerimus ex Germaniæ ſcriptoribus haud adeo antiquiorem, qui eumdem Richardum Regem appellet, fuit (a) Philippus Epiſcopus Eiſtetenſis in vita ſanctæ Vualpurgis, ejuſdem Richardi filiæ una cum antiquioribus edita monimentis. ☞

(a) Tod. t. 4. pag. 563.

Porro de Vuilibaldo & Vuinibaldo fratribus Anglis diſcipulis ſancti Bonifacii, & poſtea in prædicatione ſociis mentio eſt in rebus geſtis ejuſdem Bonifacii, quas idem ipſe Vuilibaldus ſcriptis eſt fideliſſime proſequutus. Et de Vualburga, quæ & Vualtpurga dicta reperitur, eſt mentio in epiſtolis ejuſdem S. Bonifacii, de quibus ſuperius dictum eſt.

PAGIUS Petri in ſuburbio Senonenſi ædificavit *Theodechildis* Regina filia Theoderici Regis Clodovei Magni filii, non vero ipſius Clodovei, ut ſuo loco oſtendimus.

VI. *Naſcitur Leo poſtea Imp.* Theophanes anno IX. Conſtantini Imp. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato ſcribit: *Tertia Indictione menſis Januarii die viceſimo quinto, Imperatori Conſtantino ex filia Chagani Chazaria ſuſceptus eſt filius nomine Leo*, quod & Cedrenus etiam narrat.

VII. *Gallia ſine bello.* Annaliſta Maſciacenſis ait, hunc annum *ſine bello* fuiſſe, quod & in Petavienſi, aliiſque quibuſdam notatur, qui omnes de Francis, non vero de aliis populis intelligendi.

I. SEptingenteſimus quinquageſimus primus Redemptoris annus Indict. quarta notatus habetur, quo Francorum monarchiæ bene conſulturus Zacharias Romanus Pontifex, Francorum Regnum, quod ſub Regibus Morovingis inertibus & noviſſime ſub Hilderico Stupido periclitaretur, Apoſtolica auctoritate in Pippinum Caroli Martelli filium, Carolomanni germanum, poſt obtentas adverſus diverſos hoſtes ſæpe victorias tranſtulit, eumque Regem creat, ipſo Hilderico anno ſequenti detruſo in monaſterium.

De his acturi, in primis quod ad tempus ſpectat, ſcimus complures auctores in ſuperiorem annum iſta referre: verum ut potius id hoc anno factum eſſe credamus perſuadet vetus Chronicon Francorum a Pithœo nuper editum: itemque cum Aimoinus tradat id factum poſt decem annos, ex quo defuncto patre, ei ſucceſſit in Regni principatum titulo majoris domus: præſentem plane annum deſignat. Hæc de tempore. Quod vero ad rei geſtæ ſeriem pertinet, idem auctor narrat verbis iſtis:

*Burchardus Vuirceburgenſis Epiſcopus, & Fulradus Capellanus miſſi ſunt a Pipino Romam ad Zachariam Papam, ut conſulerent Pontificem, de cauſa Regum, qui in illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum Regis, ſed nullam poteſtatem regiam habebant. Per quos dictus Pontifex mandavit, melius eſſe illum vocari Regem, apud quem ſumma poteſtas conſiſteret. Datque auctoritate ſua, juſſit Pippinum Francorum Regem inſtitui. Hoc anno, ſecundum Romani Pontificis ſanctionem, Pipinus Rex Fran*co- II. Legatio a Pipino ad Zachariam Papam.

PAGIUS SEC. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCLXXXIX. Anno Hegiræ CXXXIV. inchoato die 29. Julii fer. 6. A. C. 751. I. *Deſidia ultimorum Regum Merovingicorum.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6244.

☉ 4. C. ☽ 12. P. 18. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 751.

ZACHARIÆ PAPÆ 11.

CONSTANTINI COPRONYMI 32. & 33.

LEONIS IV. 2.

AD Num. I. ad IV. Eginhardus in Vita Caroli Magni, locuturus de Regni Francici tranſlatione ad Pippinum ejuſdem Caroli patrem, inquit: *Gens Merovingorum, de qua Franci Reges ſibi creare ſoliti erant uſque in Childericum Regem, qui juſſu Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus, atque in Monaſterium truſus eſt, durasse perhibetur; quæ licet in illo finita poſſit videri, tamen jamdudum nullius vigoris erat, nec quidquam in ſe clarum, præter inane Regis vocabulum, præferebat. Nam & opes & potentia Regni penes Palatii Præfectos, qui Majores Domus dicebantur, & ad quos ſumma Imperii pertinebat, tenebantur, neque Regi aliud relinquebatur, quam ut Regio tantum nomine contentus, crine profuſo, barba ſubmiſſa ſolio reſideret, ac ſpeciem Dominantis effingeret; Legatos undecumque venientes audiret, eiſque abeuntibus reſponſa quæ erat edoctus, vel etiam juſſus, ex ſua velut poteſtate redderet; cum præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ ſtipendium, quod ei Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprii poſſideret, quam unam parvi reditus villam, in qua domum, ex qua famulos ſibi neceſſaria miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, paucæ numeroſitatis habebat. Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod bubus junctis, & bubulco, ruſtico more, agente trahebatur. Sic ad Palatium, ſic ad publicum populi ſui Conventum, qui annuatim ob Regni utilitatem celebrabatur, ire, ſic domum redire ſolebat. At Regni adminiſtrationem, & omnia quæ vel domi vel foris agenda ac diſponenda erant, Præfectus Aulæ procurabat: Quo officio tum, cum Childericus deponebatur, Pippinus pater Caroli Regis, jam velut hæreditario jure fungebatur, &c. Pippinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex Præfecto Palatii Rex conſtitutus.*

Idem fere de Regibus Francorum, poſt pugnam Textricianam regnantium, ſcribit Erchanbertus, qui Breviarium Regum Francorum & Majorum Domus conſcripſit, anno circiter DCCXL. *Ex hinc*, inquit, id eſt, poſt pugnam Textricianam anno DCLXXXVII. habitam, *Reges nomen, non honorem habere cœperunt*. Idem denique omnes poſt Erchanbertum & Eginhardum tradidere. Cointius tamen anno DCCLI. num. VIII. & ſeqq. dicit, hæc, primum excogitata, & fabuloſe ſcripta ab Eginhardo, & *Mamaccas villam*, in qua Reges delituiſſe dicuntur, ab Antiquis non memorari; ac denique falſum eſſe Legatos miſſos fuiſſe ad Zachariam Papam, quando de *Childerico* Rege deponendo, & *Pippino* in ejus locum ſubrogando actum. Verum Vir doctiſſimus hæc contra omnium Hiſtoricorum Francorum auctoritatem fruſtra in medium affert. Erchanbertus enim, ut jam dixi Eginhardo ſuffragatur, huicque reliqui Veteres omnes. Præterea Annaliſta Metenſis ad annum DCXCII. loquens de proſpero regimine Pippini Heriſtalli Majoris Domus ſub Theodorico III. ait: *Singulis annis in Kalendis Martii generale cum omnibus Francis ſecundum Priſcorum conſuetudinem Concilium agebat. In quo ob Regii nominis reverentiam, eum quem ſibi ipſe propter humilitatis & manſuetudinis magnitudinem præfecerat, præſidere jubebat; donec ab omnibus Optimatibus Francorum donariis acceptis, verboque pro pace & defenſione Eccleſiarum Dei, & pupillorum & viduarum facto, raptuque fœminarum & incendio ſolido decreto interdicto, exercitui quoque præcepto dato, ut quacumque die illis denunciaretur, parati eſſent in partem quam ipſe diſponeret proficiſci. His peractis Regem illum ad Mamaccas villam publicam cuſtodiendum cum honore & veneratione mittebat.* Neque Mammaccæ aut Mamaccæ ædes fictitiæ fuere; cum Mabillonius libr. 4. de Re Diplom. pagina 295. mentio- II. *Fruſtra a quibuſdam negata.*

Google

corum appellatus eſt, & ad hujus dignitatem honoris, unctus ſacra unctione, manu ſanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiſcopi & Martyris, & more Francorum elevatus in ſolium Regni Sueſſione civitate. Hæc auctor.

III. Quando Pipinus Rex ſit inſtitutus. Quod autem ad miſſam legationem a Pipino ad Zachariam Pontificem per Burchardum Epiſcopum, atque Fulradum pertinet, de ea mentio eſt in Burchardo ex Egilvardo monacho. Porro citatum ſuperius vetus Chronicon, non uno eodemque anno hæc eſſe geſta teſtatur: ſed hoc anno contigiſſe legationem a Pipino ad Romanum Pontificem miſſam, ſequenti vero Zachariam Papam de ea re Pontificium decretum miſiſſe in Gallias, & reliqua rite peracta fuiſſe, adeo ut nomen Regis, nonniſi anno ſequenti Pipinus fuerit conſequutus: quod exploratum quoque redditur ea epiſtola Zachariæ Pontificis data hoc anno ad Bonifacium Epiſcopum Moguntinum, in qua non Rex, ſed Princeps, ut antea idem Pipinus cum aliis appellatur, de qua modo hic nobis agendum.

Contigit enim hoc anno legari Romam ab eodem ſancto Bonifacio ad Zachariam Pontificem Lullum presbyterum, ob nonnullas Eccleſiaſticas conſultatio-

Ann. Eccl. Tom. XII. Bbbb 2 nes,

PAGIUS

tionem faciat variarum Chartarum *Mamacclidstarum*, & Sedem illius villæ Regiæ, commorationi, ſtudiis, ludis, & maxime venationi comparatæ in Noviomenſis pagi loco ſitam fuiſſe oſtendat.

III. *Legatio miſſa ad Zachariam a Francis in dubium revocari non poteſt.* Quoad Legationem a Pippino ad Zachariam Papam, quam obierunt *Burchardus* Epiſcopus Virtziburgenſis, & *Fulradus* Abbas Sancti Dionyſii, ea a compluribus Chronographis & Hiſtoricis ſæculo ſequenti viventibus narrata; imo & a Continuatore Fredegarii in ſua Appendice, qui hoc tempore floruit: *Et quievit terra a præliis* annis duobus (anno ſcilicet ſuperiori & currenti. *Quo tempore una cum conſilio & conſenſu omnium Francorum miſſa relatione a Sede Apoſtolica auctoritate percepta, præcelſus Pippinus electione totius Franciæ in Sedem Regni, cum conſecratione Epiſcoporum & ſubjectione Principum, una cum Regina Bertradane, ut antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur in Regno.* Ubi Continuator annum geſtæ Legationis nominatim non deſignat, ſed variis annis acta una ſerie refert. Ad hæc conſultum fuiſſe *Zachariam*, ipſo Pippino adhuc vivente, ſcripſit Anonymus ao. DCCLXVII. in veterrimo Codice, qui complectitur quaſdam Sanctorum Vitas cum libro Gregorii Turonenſis de Gloria Confeſſorum, cui ſubjecit clauſulam de abdicatione Childerici Regis, quam referunt Henſchenius in Exegeſi Præliminari ad Tomum 3. SS. menſis Martii, & Mabillonius lib. 5. de Re Diplom. pag. 384. Eam hic integram exhibere juvat, quia nullum Monomentum vetuſtius hanc in rem proferri poteſt.

IV. *Certum hujus Legationis argumentum.* *Si noſſe vis, Lector, quibus hic libellus temporibus videatur eſſe conſcriptus, & ad ſacrorum Martyrum pretioſam editus laudem, invenies anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, temporibus feliciſſimi atque tranquilliſſimi & Catholici Pippini, Regis Francorum & Patricii Romanorum, filii beatæ memoriæ quondam Caroli Principis: anno feliciſſimi Regni ejus in Dei nomine ſexto decimo, Indictione quinta: & filiorum ejus eorundemque Regum Francorum Caroli & Carlomanni (qui per manus ſanctæ recordationis Viri Beatiſſimi Domni Stephani Papæ, una cum prædicto patre Domno Viro glorioſiſſimo Pippino Rege, ſacro chriſmate, Divina Providentia, & Sanctorum Petri & Pauli interceſſionibus conſecrati ſunt) anno tertio decimo. Nam ipſe prædictus Domnus florentiſſimus Pippinus, Rex pius, per auctoritatem & imperium ſanctæ recordationis Domni Zachariæ Papæ, & unctionem ſancti chriſmatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum, & electionem omnium Francorum, tribus annis antea in Regni ſolio ſublimatus eſt. Poſtea per manus ejuſdem Stephani Pontificis, die uno in Beatorum prædictorum Martyrum, Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii Eccleſia (ubi & venerabilis Vir Folradus Archipresbyter & Abbas eſſe cognoſcitur) in Regem & Patricium, una cum prædictis filiis Carolo & Carolomanno in nomine Sanctæ Trinitatis unctus & benedictus eſt. In ipſa namque Beatorum Martyrum Eccleſia, uno eodemque die, nobiliſſimam atque devotiſſimam & Sanctis Martyribus devotiſſime adhærentem Bertradam, jam dicti florentiſſimi Regis conjugem, prædictus Venerabilis Pontifex Regalibus indutam cycladibus gratia ſeptiformis ſpiritus benedixit; ſimulque Francorum Principes benedictione & Spiritus ſancti gratia confirmavit, & tali omnes interdictu & excommunicationis lege conſtrinxit, ut nunquam de alterius lumbis Regem in ævo præſumant eligere, ſed ex ipſorum: quos & Divina Pietas exaltare dignata eſt, & Sanctorum Apoſtolorum interceſſionibus per manus Vicarii ipſorum Beatiſſimi Pontificis confirmare, & conſecrare diſpoſuit: hæc ideo charitati veſtræ breviter in noviſſima paginula libelli inſeruimus hujus, ut per ſuccedentium temporum, & vulgi relatione propago in ævo valeat cognoſcere poſterorum.*

V. *Cauſa hujus Legationis.* Galliarum Optimates in negotio tam ſeria, ubi de Sacramenti quoque religione agebatur, quo obſtricti erant *Hilderico* Regi, *Zachariam* Papam per Legatos conſulendum cenſuere & expoſuere, Regiam poteſtatem reſidere apud vacuum Regii nominis ſimulacrum; *Pippinum* Ducem Caroli Martelli filium, Virum eſſe acerrimum bello & pacis artibus ſolertem; qui Franciam inteſtinis ſeditionibus agitatam, & a finitimis populis laceſſitam potentiſſime tueretur; ac religionem Chriſtianam in Italia periclitantem ab Longobardorum & Græcorum hæreſim, in Hiſpaniis oppreſſam Mahumetici ſacrilegii peſte; & in pleriſque Germaniæ Regionibus extinctam ob idololatriam, in libertatem priſtinamque decus aſſereret. Reſpondit *Zacharias*, Regio nomine ornandum eſſe *Pippinum*, penes quem erat libera totius Regni adminiſtratio. Secuti Proceres Sanctæ Sedis conſulentis & monentis auctoritatem. Ita hanc Legationem explicat Marca l. 3. Marc. Hiſp. cap. 4. qui notat, Eginhardum in Annalibus, ne populi permiſſas ſuo arbitrio putent Regum mutationes, Sedis Apoſtolicæ auctoritatem adjungere, huic vero conſenſum Procerum, & utriſque ſeriem continuam Regum, quorum ſocordia & inertia fuerat exitialis reipublicæ Chriſtianæ.

Laudatum Anonymi teſtimonium diſſimulavit Cointius, & Continuatoris Fredegarii lo- VI.

cum

Digitized by Google

nes, necnon ob impetranda privilegia Eccleſiæ Moguntinæ, & Monaſterio Fuldenſi, quæ hic ſe habent: (a)

(a) In vit. Bonif. lib. 2. cap. 9.

IV. Legatio miſſa a S. Bonifacio ad Zachariam PP.

Reverendiſſimo Patri & dilectiſſimo domino, cum timore & tremore venerando Apoſtolicæ ſedis inſula ſublimato Zachariæ, Bonifacius exiguus ſervus veſtræ, licet indignus & ultimus, tamen Legatus Germanicus devotiſſimus, optabilem in Chriſto immarceſcibilis charitatis ſalutem.

Litteræ S. Bonifacii ad Zachariam Pap.

*Paternæ pietatis veſtræ ſanctitatem ſubnixis precibus obſecro, ut hunc presbyterum meum, portatorem litterarum præſentium nomine Lul, grato animo clementer ſuſcipiatis. Habet enim ſecreta quædam mea, quæ ſoli pietati veſtræ profiteri debet, quædam quidem viva voce dicens, quædam vero per litteras oſtendens. De quibuſdam namque neceſſitatibus meis inquirere, & interrogare, mihique Paternitatis veſtræ reſponſum & conſilium ex auctoritate S. Petri Apoſtoli, ad ſolatium ſenectutis repræſentare debet, ut his omnibus auditis & conſideratis, ſi quæ ſint, quæ vobis placeant, * facta Deo auxiliante, ſtudeam. Si quid autem, (ut timendum eſt) diſpliceat: ex præcepto ſancti Apoſtolatus veſtri vel indulgentiam merear, vel dignam pœnitentiam perſolvam.*

* facere

V. *Anteceſſor enim prædeceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus miſit, ſacramento me conſtrinxit, ut canonicis & juſtis Epiſcopis & presbyteris, in verbo, in facto, in conſenſu adſtipulator & adjutor fierem. Quod cum divina gratia implere ſtudui: falſos tamen ſacerdotes, hypocritas & ſeductores populorum, vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, vel abſtinerem a communione ipſorum. Quod ex parte ſervavi, & alicubi implere non potui. Spiritualiter autem implevi ſacramentum: quia in conſenſum & conſilium illorum non venit anima mea, dum veniens ad Principem Francorum, cogente Eccleſiarum neceſſitate, & tales ibi reperiſſem, quales nolui; ſed tamen in ſancta communione Corporis Chriſti illis non communicavi.*

Præcepit quoque mihi præfatus Apoſtolicus Pontifex, ut populorum quoſcumque viſitaſſem, converſationem, & mores Apoſtolico Præſuli indicarem. Quod in Domino confido me feciſſe. De eo autem, quod jam præterito tempore de Archiepiſcopis & palliis, a Romana Eccleſia petendis, juxta promiſſa Francorum ſanctitati veſtræ notum feci: indulgentiam a vobis flagito, quia quod promiſerunt, tardantes non impleverunt, & adhuc differunt, & quid inde perficere voluerint, ignoratur.

Eſt præterea locus ſilvaticus in eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis, in medio nationum prædicationis noſtræ, in quo monaſterium conſtruentes monachos conſtituimus ſub regula ſancti Patris Benedicti viventes, viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſque carne, vino, & ſervis, proprio manuum ſuarum labore contentos. Hunc ergo locum per viros religioſos, & Deum timentes, maximeque per Carolomannum Principem Francorum juſto labore acquiſivi, & in honorem ſancti Salvatoris dedicavi. In quo loco cum conſenſu pietatis veſtræ propoſui aliquantulum, vel paucis diebus, feſſum ſenectute corpus requieſcendo recuperare, & poſt mortem jacere. Quatuor enim populi, quibus verbum Dei prædicavimus in circuitu loci hujus habitare noſcuntur, quibus cum veſtra interceſſione, quamdiu vivo vel ſapio, utilis eſſe poſſum. Cupio quippe veſtris orationibus intercedentibus, pariterque opitulante gratia Dei, in familiaritate Romanæ Eccleſiæ, & veſtro ſervitio inter Germanicas gentes, ad quas miſſus fui, perſeverare, ac præcepto veſtro obedire, ſicut ſcriptum eſt: (b) Judicium patris audite filii dilecti, & ſic facite, ut ſalvi ſitis. Et iterum (c): *Honora patrem tuum, & veniet tibi benedictio a Domino.* Hucuſque litteræ Bonifacii ad Zachariam. VI.

(b) Eccl. 3.

(c) Ibid.

Has accipiens ipſe, aliaque ex ore a Lullo Legato miſſo audiens, hæc ad eumdem Bonifacium reſcripſit pridie Nonas Novembris hoc eodem anno, jam cœpta Indictione quinta menſe Septembris (d):

(d) In vit. Bonif. lib. 1. c. 10.

Reverendiſſimo fratri Coepiſcopo Bonifacio Zacharias Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

VII. Zachariæ ad Bonifacium litteræ.

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui diſperſa congregat, & congregata conſervat, augetque fidem & fiduciam ſervis ſuis ad prædicandum Evangelium Domini noſtri Jeſu, cum eodem Patre, & Spiritu ſancto viventis in ſæcula ſæculorum. Ipſe enim dixit: (d) Qui credit in me, vita vivet & non

(d) Joan. 11. & 14.

PAGIUS

En Legatio hoc anno obita.

cum interpolatum dixit, quia ad illud reſpondere non poſſe vidit. Tota itaque difficultas ſolum eſſe poteſt de anno miſſæ Legationis: eam enim Annaliſtæ Tilianus & Loiſelianus in annum DCCXLIX. Regino & Annaliſta Metenſis in annum DCCL. Egilwardus in Vita Sancti Burchardi, Eginhardus & Annaliſta Fuldenſis in præſentem conferunt. Sed ob hac ultima ſententia, quam Baronius ſecutus eſt, non videtur recedendum.

VII. A num. IV. ad XV. Sanctus Bonifacius Moguntiacenſis Archiepiſcopus literas ad Zachariam Papam per *Lullum* Presbyterum direxit, quæ in Codice Bonifaciano ordine ſunt CXLI. reſpon-

& non morietur: quoniam ego ſum Via, Veritas, & Vita. Laudamus igitur & ſuperexaltamus nomen ſanctum ejus, læte, quod per ſanctæ fraternitatis tuæ litteras allatas ſuperſtitem in hac vita, & in Domino te valere cognoſcimus, petentes immenſam Dei noſtri pietatem, ut ad prædicandum Evangelii, & ſanctæ fidei ſacramentum te longævum conſervet, ſuaque protectione a cunctis adverſantium inſidiis cuſtodiat.

VIII. *Sugeſſit itaque fraternitas tua in ſuis apicibus, quod prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius hujus Apoſtolicæ Sedis Præſul, dum ad prædicandum te miſiſſet in Germaniæ partes, verbo pollicitationis ab eo conſtrictus fuiſſes, ut orthodoxos Epiſcopos, ac presbyteros, vel quoſque reperire potuiſſes, in verbo exhortationis confirmares, & communicares cum eis. Si quos vero ſeductores Epiſcopos, aut pſeudopresbyteros, vel quoſque a recto fidei tramite deviantes reperiſſes, nulla tibi cum eis eſſet communia. Quod te, Domino auxiliante, uſque ad præſens ſpiritualiter ſervaſſe confeſſus es. Si autem cogente aliqua neceſſitate, ad Principes gentis Francorum accedens, corporaliter ab eis abſtinere non valuiſſes, tamen in eorum conſilio, & conſenſu anima tua non fuerit coinquinata. Propter hoc ergo quod cum eis converſatus es, non conſentiens iniquitati eorum, nullum eſt tibi detrimentum eorum Deo: Te enim prædicante, ſi obedirent, ſalvi eſſent: ſi autem in iniquitate ſua permanent, ipſi peribunt: tu autem juxta prophetæ (a) dictum, ſalvaſti animam tuam.*

(a) Ezech. 22.

IX. *Quod de Principibus Francorum ſcripſiſti, quia in conſtitutione Epiſcoporum, quibus pallia miſimus, promiſſionem ſuam nondum impleverunt: illis magis, quam tibi imputandum eſt. Si enim impleverint verbum tuum, habebunt ex eo laudem; ſi vero aliter egerint, ipſi videunt: nos autem quod divina gratia largiente, gratis accepimus, gratis dedimus: tua autem bona voluntas mercede non privabitur.*

Petiſti & hoc, ut monaſterium in vaſtiſſima ſolitudine, & in medio gentium, quibus prædicas, conſtitutum, atque in honorem Salvatoris noſtri dedicatum, ubi & monachos ſub regula S. Benedicti degere feciſti, nominis tuo, privilegio Sedis Apoſtolicæ munire deberemus. Ideoque votis tuis acquieſcentes, deſiderium tuum & petitionem implemus. Congruit enim divini miniſterii prædicatorem, optimumque miniſtrum ad deſiderata pertingere, & inchoatum opus bonum uſque ad finem perducere.

*Præterea prædictus gerulus tuus Lul cum cæteris ſuis comitibus, quæ injuncta fuerant a ſanctitate tua tam verbo, quam ſcripto omnia * innotuerunt. De quibus reſponſum dantes, tuæ reſcribere ſtuduimus fraternitati. Continebant enim in * pittacio ab eis porrecto, quia nos ſuggeſſiſſes tibi * innoteſcere quæ recipienda, & quæ reſpuenda ſunt: in primis de volatilibus, id eſt, graculis, corniculis, & ciconiis, quæ omnino cavendæ ſunt ab eſu Chriſtianorum: equi etiam ſilveſtres multo amplius vitandi. De his igitur omnibus, ſanctiſſime frater, ex hac ſcriptura ſatis inſtrui potueris.* X.

* notificavit
* pinacio
* notificare

De igne autem Paſchali, quod inquiſiſti, ita ſtatutum eſt a ſanctis Patribus, poſtquam pretioſo ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti Eccleſia ejus dedicata eſt, ut quinta feria Paſchæ, quando ſacrum Chriſma conſecratur, tres lampades magnæ capacitatis ex diverſarum Eccleſiæ lampadum oleo collectæ, & in ſecretiori loco Eccleſiæ conſtitutæ cum magna diligentia ardeant, ita ut oleum ipſum ſufficere poſſit uſque ad tertium diem, id eſt, ad Sabbatum. Tunc pro ſacri baptiſmatis fonte ſumptus ignis lampadum renovetur. De igne vero, qui ex cryſtallis ſumitur (ut aſſeruiſti) nullam habemus traditionem.

De iis etiam, qui regio morbo vexantur, inquiſiſti, ſive homines, ſive equi ſint; quid dicendum ſit de illis. Si ergo homines ex nativitate, aut genere hujus morbi ſunt, extra civitatem converſari debent, eleemoſynam vero accipere a populo illis licet. Si autem contigerit magnum, vel parvum quemquam non a nativitate, ſed ſuperveniente ægritudine vexari, non eſt projiciendus, ſed ſi poſſibile eſt, curandus. Attamen dum ad communionem venerit ad Eccleſiam, poſt omnes accedere debet ad percipiendum ſacri muneris myſterium. Equi vero, qui præfato morbo fuerint coinquinati, ſi curari non valuerint, in puteos & foveas projiciendi ſunt, ne ejuſmodi contagione cæteri coinquinentur. Animalia vero, quæ a furentibus & rabidis lupis, & canibus fuerint lacerata: oportet ea a cæteris ſeparari, ne furentes & mordentes cætera coinquinent. XI.

Inquiſivit & hoc fraternitas tua, ſi liceat ſanctimoniales feminas) quemadmodum viri faciunt) ſibi pedes lavare, tam in cœna Domini, quam in cæte-

PAGIUS

S. Bonifacius Zachariam PP. de variis conſuluit,

ſponſionemque accepit ibidem numer. CXLII. datam hoc eodem anno, *pridie Nonas Novembris, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato, magno Imperatore, anno XXXII. Imperii ejus anno undecimo, Indictione* quinta, a Septembri ſcilicet inchoata. In editione, qua uſus eſt Baronius, omittuntur hæc verba, *Imperii ejus anno undecimo*, ſed habentur in aliis editionibus, & Marianus Scotus ad annum DCCXLIII. meminit hujus Epiſto-

teris diebus. Hoc Dominicum præceptum (a) Joan. 13.
eſt, (a) quod qui per fidem impleverit, habet ex eo laudem. Etenim viri, & mulieres unum Dominum habemus qui in Cælis eſt. Pro benedictionibus autem, quae Galli faciunt) ut noſti frater) multis vitiis variantur. Nam non ex Apoſtolica traditione hoc facimus, ſed, per vanam gloriam, adhibentes ſibi damnationem, quia ſcriptum eſt: (b) Si quis vobis evangelizaverit præter id quod evangelizatum eſt, anathema ſit. Regulam itaque Catholicæ traditionis, quam a ſancta Romana Eccleſia accepiſti, omnibus prædica. (b) Gal. 1.

XII. *Inquiſiſti etiam, ſi ante trigeſimum annum liceat ſacerdotem ordinare. Bonum & congruum eſt, cariſſime frater, ſi fieri poteſt, ut provectæ ætatis, & boni teſtimonii viri, juxta ſanctorum canonum decreta, ordinentur ſacerdotes: ſi autem minime reperiantur, & neceſſitas expoſcit, a viginti quinque annis & ſupra levitæ & ſacerdotes ordinentur, quemadmodum in (c) lege Domini continetur.* (c) Num. 8.

Miloni autem, ejuſque ſimilibus, qui Eccleſiis Dei plurimum nocent, ut a nefario opere recedant, juxta Apoſtolicam vocem, opportune & importune prædica: ſi acquieverint admonitionibus tuis, ſalvabunt animas ſuas: ſi vero non obedierint, ipſi peribunt obvoluti peccatis ſuis: tu autem, qui recte prædicas, non perdes mercedem tuam.

Hoc ſimul inquiſiſti, poſt quantum tempus debeat lardum comedi: licet pro hoc a Patribus inſtitutum non ſit, tibi tamen petenti conſilium præbemus, quod non oporteat illud mandi prinſquam deſuper fumo ſiccetur, & igne coquatur: ſi vero libet, & incoctum manducetur, poſt Paſchalem feſtivitatem erit manducandum. Quod populus ille ſubiectus eſſet morbo regio & Elephantiæ, a porcinæ carnis eſu ad tempus ſaltem oportuit cohiberi.

Epiſcopus autem condemnatus, de quo inquiſiſti, qui pugnator, & fornicator exiſtit, atque res Eccleſiæ poſt degradationem ſibi vendicare nititur: hic omnino reſpuendus eſt. Quæ enim portio fideli cum infideli, aut quæ communio Chriſti ad Belial?

XIII. *De ordinatione etiam presbyterorum, vel diaconorum, qui cogente neceſſitate & paupertate rogantium, non legitimis temporibus ad te pervenerunt, ſi aliquam habere offenſionem inquiſiſti: Bene autem noſti, frater quod ſacri canones docent, aptis temporibus ſacerdotes ordinandos. Attamen in eo, quod a te pro bona intentione actum eſt, a Domino Deo noſtro indulgentiam poſtulamus.*

De cenſu etiam Eccleſiarum, quid agendum ſit tibi, diximus: Nullam itaque hæſitationem habeas, ſolidum de capſa ſuſcipere, quia ex eo poteris eleemoſynam tribuere, & opus perficere ſanctarum Eccleſiarum, juxta canonum inſtituta.

*Si * qui vero presbyteri, qui de laicis promoti fuerunt, & antea capitalibus vitiis involuti, ſed celantes ea ordinati ſunt, poſtmodum autem manifeſtata ſunt, hos a ſacerdotali habitu privatos pœnitentiæ ſubmitte. Non enim odit Deus peccantem, & pœnitentem, ſed peccantem & negantem.* Alia lectio a laicis, habet. Sed ſive legas, qui de laicis, ſive, qui a laicis, utraque lectio concordat hiſtoricæ veritati. Quinam autem dicerentur promoti a laicis, habes apud Agobardum Archiepiſcopum Lugdunenſem, ejuſdem ſæculi ſcriptorem hæc verba (d): * Sicque

*Hæc pauca veteris, ac novi Teſtamenti collegimus teſtimonia, in quibus quaſi in ſpeculo * conticeri valeamus, fœditatem noſtri temporis, omni lacrymarum fonte plorandam, quando increbuit conſuetudo impia, ut pene nullus inveniatur anhelans, & quantulumcumque proficiens ad honores, & gloriam temporalem, qui non domeſticum habeat ſacerdotem, non * qui obediat, ſed a quo inceſſanter exigat licitam ſimul atque illicitam obedientiam, non ſolum in divinis officiis, verum etiam in humanis. Ita ut plerique inveniantur, qui aut ad menſas miniſtrent, aut ſacrata vina miſceant, aut canes ducant, aut caballos quibus feminæ ſedent, regant, aut agellos provideant. Et quia tales, de quibus hæc dicimus, bonos ſacerdotes in domibus ſuis habere non poſſent (nam quis eſſet bonus clericus, qui cum talibus hominibus dehoneſtari nomen, & vitam ſuam ferret?) non curant omnino quales clerici illi ſint, quanta ignorantia, ſeu quantis criminibus involuti ſantum, ut habeant presbyteros proprios, quorum occaſione deſerant Eccleſias, ſermones, & officia publica. Quod autem non habeant eos propter religionis honorem, apparet ex hoc, quod non habent eos in honore a* un-

(d) Agob. de Privil. & Jure ſacerdotii pag. 128.
* contueri

Qui Sacerdotes promoti a Laicis.

* cui

PAGIUS ſtolæ, dotæ, inquit, *II. Nonis Novemb. anno Imperii Conſtantini XL. Indict. V.* Baronius, qui Surianam editionem ſecutus eſt, numer. VIII. legit: *Si cogente aliqua neceſſitate, ad Principes gentis Francorum accedens corporaliter ab eis abſtinere non valuiſſes*, ſed legendum cum editione Serariano, *ſi propter principalem & humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos acceſſiſſes, corporaliter abſtinere non valuiſti*, &c. quia hoc tempore unus Pippinus in Francia Princeps appellabatur. Tum num. IX. Baronius cum editione Suriana habet, *quod de Principibus*

unde & contumelioſa eos nominantes, quando volunt illos ordinari presbyteros, rogant nos, aut jubent, dicentes: Habeo unum Clericionem, quem mihi nutrivi de ſervis meis propriis, aut beneficialibus, ſive pagenſibus, aut obtinui ab illo, vel illo homine, ſive de illo vel illo pago, volo, ut ordines eum mihi presbyterum. Cumque factum fuerit, putant ex hoc, quod majoris ordinis ſacerdotes non eis ſint neceſſarii, & derelinquunt frequenter publica officia, & prædicamenta. ☛ Sed ad cæteros canones.

XIV. *Hoc etiam inquiſiſti a nobis, ſi liceat perſecutionem paganorum fugere, an non. Pro hoc igitur ſalutare conſilium tibi damus, ſi fieri poteſt, & locum inveneris, juſta ad prædicandum illis; ſi autem ſuſtinere non valueris ejus perſecutionem: habes præceptum Dominicum (a), ut in aliam ingrediaris civitatem.*

(a) Matt. 10.

Inquiſiſti etiam, quid faciendum ſit de excommunicato Epiſcopo, & Apoſtolicam auctoritatem negligente. Hic ergo deteſtabilis eſt coram Deo, & hominibus. Et quicumque ejus condemnationi non communicaverint: ipſi non condemnabuntur in die revelationis juſti judicii.

*De * Slavis quoque Chriſtianorum terram inhabitantibus, ſi oporteat cenſum accipere, interrogaſti frater. Hoc quidem conſilio non indiget, dum res eſt manifeſta. Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quoque terram quaſi propriam ſibi vendicabunt. Si vero tributum dederint, norunt dominatorem eſſe illius terræ.*

* Sclavis

Flagitaſti etiam a nobis, ſanctiſſime frater, ut in ſacri canonis prædicatione, quot cruces in locis quibuſdam facere debeamus, tuæ ſignificaremus ſanctitati. Quam petitionem libenter implentes, in rotulo, id eſt volumine, *dato prædicto Lul presbytero tuo, quot ſigna ſanctæ Crucis fieri debeant, ſufiximus. In his igitur, & omnibus rebus ſanctitatis tuæ vota amplectentes, divinam clementiam deprecamur, ut ſuo te muniat, & confortet auxilio, noſque annuat proſperitatis tuæ ſemper læta ſuſcipere nuntia. Data prid.* Non. Novemb. *imperante domino Auguſto Conſtantino, Imperii ejus anno trigeſimo ſecundo* a tempore quo cum patre regnavit numerando, *Indictione quinta.* Hæc Zacharias ad ad Bonifacium. Sed & his adjecit litteras de confirmatione ſedis Moguntinæ, ut ſit perpetuo Metropolis, quæ ſic ſe habent (b):

(b) In vit. Bonif. l. 2. c. 22.

Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo ſanctæ Eccleſiæ Moguntiæ perpetuam ſalutem.

XV. Moguntina Eccleſia Metropolis conſtituitur.

*Qualiter Dominus Deus noſter ſanctæ ſuæ Eccleſiæ propitiatus ſit, & laboribus ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ cooperator extiterit: per ſingula dicere longum eſt. Tamen ut hæc, quæ * obticimus, confirmemus: quæ ex parte, te narrante, perſpeximus, enarremus. Igitur dum in Germania provincia ſanctitas tua ad prædicandum fuiſſet directa, a ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro Gregorio Papa, & poſt inchoatum opus, & ex aliqua parte ædificatum Romam reverſus, ab eo Epiſcopus ordinatus, & ad prædicandum denuo remiſſus es, & elaboraſti, Deo prævio, nunc uſque per annos viginti * quinque in eadem prædicatione, ex quo Epiſcopatum accepiſti. Sed & in Francorum provincia noſtra vice Concilium egiſti, & juxta canonum inſtituta omnes flexi ſunt tibi obedire: & dum tu iis piis operibus occupata eſſet ſanctitas tua, nunc uſque cathedralem ſedem ſibi minime vendicavit. At ubi Deus prædicationem tuam auxit: obtinere voluiſti, ut tibi Epiſcopalem Eccleſiam, vel ſucceſſoribus tuis confirmare debeamus, juxta eorumdem filiorum noſtrorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate beati Petri ſancimus, ut ſupradicta Eccleſia Moguntina perpetuis temporibus tibi, & ſucceſſoribus tuis in Metropolim ſit confirmata, habens has ſub ſe civitates, id eſt, Tungris*

* obimus

* viginti octo

PAGIUS *hos Francorum ſcripſiſti*, ſed legendum cum editione Serarii, *de Epiſcopis & Palliis Francorum ſcripſiſti, quod juxta promiſſionem ſuam nondum quod dixerant, impleverunt. Qui ſi impleverint juxta verbum ſuum, habebunt ex eo laudem: Sin vero aliter egerint, ipſi videbunt.* Paulo poſt: *de Milone autem, & ſimilibus ejuſmodi, qui Eccleſiæ Dei plurimum nocent, ut a tali opere nefario recedant, juxta Apoſtoli vocem,* opportune, importune prædica. *Si acquieverint admonitionibus tuis, ſalvabunt animas ſuas. Sin vero, ipſi peribunt obvoluti in peccatis ſuis.* Ex quibus manifeſtum fit *Abelem* nunquam potitum eſſe Archiepiſcopatu Remenſi nec *Arthertum* Senonenſi, & Decretum in utriuſque favorem ante annos novem conditum nunquam executioni mandatum.

VIII. Ad num. XV. Poſt præcedentes Zachariæ ad Bonifacium literas, ſequuntur apud Othlonum aliæ eadem ſubſcriptione notatæ, quarum hæc eſt inſcriptio juxta editionem Surianam, qua uſus eſt Baronius, & Serarianam: *Zacharias Papa, Bonifacio Epiſcopo Eccleſiæ Moguntiæ perpetuam ſalutem*, licet in Sirmondiana habeatur, *Bonifacio Coepiſcopo*, loco, *Bonifacio Epiſcopo Eccleſiæ Moguntiæ.* Sed priorem inſcriptionem præferendam eſſe manifeſte indicat textus, in quo Moguntia dicitur *ſupradicta Eccleſia*, quod nonniſi cum reſpectu ad ipſam inſcriptionem, in qua prius *Moguntia* nominata ſit, aſſeri poteſt. Iis literis Zacharias Moguntiam Metropolim confirmat, eique ſubjicit has quinque Civitates, *Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam* (ſeu Spiram) & *Trectis*, ideſt, Trajectum ad Rhenum. Verum Cointius an. DCCXLVIII. num. LXXX. recte notavit illarum literarum ſub-

S. Bonifacius anno DCCXLVIII. confirmatus Archiep. Moguntiæ.

Digitized by Google

gris, Coloniam, Vuormatiam, Spiratiam, * Trecas *& * Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per ſuam prædicationem Chriſti lumen cognoſcere fecit. Has a nobis definitas, per hujus noſtræ confirmationis paginam in tua Eccleſia perpetuis temporibus pro ſui confirmatione hæc conſervari mandamus. Data pridie Nonas Novembris, imperante domino noſtro Auguſto Conſtantino anno trigeſimoſecundo Imperii ejus, Indictione quinta.* His vero adiecit idem Zacharias litteras de exemptione Fuldenſis ab ipſo erecti monaſterii, quam petierat. Quæ ſic ſe habent (a):

(a) Vit. Bonif. l.2. c.12.

Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo, & per eum fratribus in monaſterio ab eo conſtructo.

XVI. *Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſideriis: oportet, ut devotioni conditoris piæ conſtructionis oraculum ic privilegiis præſtandis minime denegetur. Igitur quia poſtulaſti a nobis, quatenus monaſterium Salvatoris a te conſtructum in loco, qui vocatur, Erga ripam fluminis Fuldæ, privilegiis Sedis Apoſtolicæ decoretur, ut ſub juriſdictione ſanctæ noſtræ, cui auctore Deo deſervimus, Eccleſiæ conſtitutum, nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſubmittatur. Pro qua re piis deſideriis faventes, hac noſtra auctoritate id, quod expoſcitur, effectui mancipamus. Et ideo omnem cujuſlibet Eccleſiæ ſacerdotem in præfato monaſterio ditionem ullam habere; aut auctoritatem præter Sedem Apoſtolicam prohibemus, ita ut niſi ab Abbate monaſterii fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolemnitatem ibidem quiſquam præſumat celebrare, ut profecto juxta id quod ſubjectum Apoſtolicæ Sedi conſiſtit, inconcuſſa dotatum permaneat: locis quoque, & rebus tam iis, quas moderno tempore tenet vel poſſidet, quam quæ futuris temporibus in jus ipſius monaſterii divina pietas voluerit augere ac donis, & oblationibus, decimiſque fidelium, abſque ullius perſonæ contradictione firmitate perpetua perfruatur.*

Conſtituimus quoque per hujus decreti noſtri paginam, ut quicumque cujuſlibet Eccleſiæ Præſul, vel quacumque dignitate prædita perſona hanc privilegii noſtri chartam, quam auctoritate Principis Apoſtolorum firmamus, temerare tentaverit, anathema ſit, & iram Dei incurrens, a cœtu Sanctorum omnium extorris fiat; & nihilo minus præfati monaſterii dignitas a nobis indulta, perpetualiter inviolata permaneat Apoſtolica auctoritate ſubnixa. Data pridie Nonas Novembris, imperante domino Auguſto Conſtantino, anno trigeſimoſecundo Imperii ejus Indict. quinta. Hactenus privilegium monaſterii Fuldenſis. XVII.

Redeunti autem Lullo presbytero Bonifacii Legato in Germaniam, hæ, quæ ſequuntur ad eundem ſanctum Bonifacium redditæ ſunt litteræ, quæ licet abſque titulo reperiantur datæ; alicujus tamen ex Romano clero, ad quem idem Sanctus ſcripſerat, eſſe noſcuntur. Sic enim ſe habent (b): XVIII.

(b) Ex eod. Cod. epiſt. s. Variar.

Præſens venerabilis Lullus presbyter Pa-

PAGIUS ſubſcriptionem delendam eſſe utpote mendoſe deſcripta, hæc ſc. verba: *Data pridie Non. Novemb. imperante Domino Auguſto Conſtantino anno XXXII. Imperii ejus, Indictione V.* aut, ut habet editio Sirmondi, *anno XXXII. P.C. ejus anno XI. Indict. V.* cum currenti anno ea Epiſtola ſcripta non fuerit. In enim dicit Zacharias: *Elaboraſti, Deo prævio, nunc uſque per annos XXV. in eadem prædicatione, ex quo Epiſcopatum ſuſcepiſti &c. Et dum in his piis operibus occupata eſſet tua fraternitas, nunc uſque Cathedralem Sedem minime ſibi vindicavit.* Quare cum anno DCCXXIII. exeunte Bonifacius Archiepiſcopus Regionarius Romæ ordinatus fuerit, anni illi XXV. demonſtrant, eam Epiſtolam anno DCCXLVIII. datam. Vidit hanc difficultatem Mabillonius in Notis ad Vitam Sancti Bonifacii ab Othlono ſcriptam, idque pag. 79. ubi dicit, loco *per annos XXV.* legendum videri *per annos XXVIII.* Verum locus ille purus eſt; Hincmarus enim in Epiſtola VI. cap. XIX. hanc emendationem evertit. *Gregorius*, inquit, *a primo ſecundus, ſed & tertius Gregorius, Vuinfrid, cognomento Bonifacium, Legatum Apoſtolicæ Sedis ad reformandam Chriſtianitatis religionem, primo Presbyterum, poſtea vero Epiſcopum ordinatum direxerunt, qui* PER ANNOS XXV. *in eadem prædicatione ſine Cardinali Sede laboranti præfatorum Succeſſor Zacharias Papa inter cætera in Privilegio ſibi directo ſcripſit atque firmavit ad locum, nempe ad Moguntinam Metropolim.* Quare has literas vidit Hincmarus, & accurate explicavit, eæque datæ anno ſeptingenteſimo quadrageſimo octavo.

Othlonus quidem lib. 2. eaſdem literas cum eadem ſubſcriptione refert; ſed inde tantum ſequitur, eſſumentum illud antiquum eſſe; cum in exemplari, quo is uſus eſt, jam extaret. Othlonum autem in Romanorum Pontificum literis recitendis temporum ordinem non ſemper ſervere ex eo manifeſtum fit, quod ibidem cap. V. repræſentaret literas Zachariæ Papæ ad varios Galliarum Epiſcopos datas, quæ ad annum DCCXLVIII. pertinent, ut eo anno oſtendimus, ſed ante Epiſtolam inter Bonifacianas CXXXVII. quæ tamen ſcripta fuit anno DCCXLII. ut ibidem demonſtravi. Denique obſervandum, *Zachariam* Papam in duabus ſuis ad Bonifacium literis novæ Metropoleos Germaniæ jam Moguntiæ affixæ mentionem facere. Primo in Epiſtola ad Bonifacium anno DCCXLVIII. data, & ibidem num. III. a nobis recitata, in qua dicit Zacharias: *Alia ſcriptura tuæ fraternitatis continebat, quod jam olim de Agrippina Civitate ſcripſiſti, quod Franci non perſeveraverunt in verbo quod promiſerant, & nunc moratur tua fraternitas in Civitate Moguntina.* Scripta ea Epiſtola Kalendis Maii illius anni, ut ibidem vidimus. Tum eodem anno Zacharias electionem Moguntinæ Civitatis a *Bonifacio* factam confirmavit; has enim li-

IX. Illa confirmatio tardius facta non eſt.

Romani presbyteri epiſtola ad Bonifacium conſolatoria.

Paternæ ſanctitatis veſtræ miſſus honorandos nobis tuos attulit affatus, quorum textus continebat, multis te neceſſitatibus, & turbinibus eſſe triſtatum, per homines non timentes Deum, & falſos Epiſcopos, atque pſeudopresbyteros, & fornicatores clericos, eorumque iniquas actiones, pravaſque immiſſiones, jamque iniminicantium & perſequutium gentium, quorum perſecutio finem habebit interitus ſempiterni. Etenim ſanctiſſime Pater (a): *Omnes Sancti quanta paſſi ſunt tormenta, ut ſecure poſſiderent vitæ æternæ palmam? Habemus conſolatorem egregium Apoſtolum Paulum, qui docet* (b): *Oportet nos per multas tribulationes intrare in Regnum Dei. Magna tibi merces eſt, ſanctiſſime Pater, & corona gloriæ coram omnipotente Deo, dum omnia toleranter ſuſtines propter divinum mandatum, & prædicationem Evangelii Chriſti Jeſu Domini Dei & Salvatoris noſtri. Cujus, licet peccator, potentiam deprecor, ut domino meo beato Apoſtolorum Principe intercedente, cujus & vicem agis inter feroces & indomitas gentes, ut ipſe te ſua pietate cuſtodiat, ut decurſum miniſterii tui in die adventus ejus copioſum fructum afferre valeas, & a conditore omnium Deo remunerationis præmium centuplum accipias, & vitam poſſideas æternam. Etenim me ipſum ſanctis tuis orationibus commendans, ut valui, in verbo & opere prædicto tuo Miſſo adjutor apparui. Benedictionem denique a veſtra Beatitudine miſſam ſicut a patre meo ſuſcepi, & omnipotenti Deo gratias egi, & veſtræ ſanctiſſimæ Paternitati. Etenim beatiſſime Pater, parvum munuſculum ſanctitati veſtræ direxi ſabanum unum, & facitergium unum, & modicum thymiamatis: quod peto ut abſque injuria veſtra honoranda Paternitas ſuſcipere non dedignetur. Vale in Chriſto ſemper amantiſſime Pater.*

XIX. Quod ſpectat ad res Orientalis Eccleſiæ hoc tantum proditur, quod hoc anno Theodorus creatur Epiſcopus Antiochenus, ut Theophanes auctor eſt, qui & eum ſediſſe annos ſex, aſſerit.

(a) Apoc. 9.

(b) Act. 14.

PAGIUS literas poſteriores eſſe præcedentibus, earum lectio oſtendit, ideoque in ſubſcriptione, *data pridie Non. Novemb. imperante Domno Auguſto Conſtantino anno XXXII. Imperii ejus, Indictione V.* legendum, *data pridie Non. Novemb. imperante Domno Auguſto Conſtantino an. XXIX. Imperii ejus Indictione II.* Porro jam anno DCCXLVII. Bonifacius Moguntiam elegerat, &, ut videtur, ibidem Concilium ordine V. congregarat.

X. *Moritur Theophylactus Epiſc. Antiochiæ.* Ad num. XIX. Theophanes ad annum X. Conſtantini Aug. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ait: *Menſis Deſii* (id eſt Junii) *die vigeſimo anno Sanctiſſimus Antiochiæ Patriarcha Theophylactus morte obdormiit.* Tum anno Alexandrino ſequenti: *Theodorus Vicarii filius e Minori Armenia oriundus Antiochiæ Patriarcha conſecratus eſt.* Anaſtaſius in Verſione Theophanis dicit, Theodorum ſediſſe *annos ſex*, quod Baronius de Theophylacto perperam interpretatus eſt. *Theophylactus* tamen totidem circiter annos Patriarchatum Antiochenum rexit.

XI. Cedrenus ad annum X. Conſtantini ſcribit: *Quarto Indictionis ipſo Pentecoſtes Feſto die Caballinus filium ſuum Leonem Imperio inauguravit, coronam ei imponente Anaſtaſio, falſo Patriarcha, & ſocio impietatis ejus.* Idem habent Theophanes, & Nicephorus in Breviario, licet annum paulo obſcurius deſignent. Subdit Nicephorus *Accidit interim Mariæ Auguſtæ conjugis illius obitus. A quo quid memoria dignum extiterit, præterire nefas exiſtimo. Tum enim horrendum quoddam in aere monſtrum, atque inuſitati terroris aſpectum eſt: idque circa veſperam exorſum, tota nocte deinceps apparuit, & contuentium animos incredibili metu ac ſtupore perculit. Videbantur enim aſtra ſua ordine ſuo ac ſtatione diſſoluta, in terram decidere, atque ubi prope illam attigerant, nullo cujuſquam damno diſſipari. Hoc tam immane prodigium plerique toto paſſim Orbe viſum eſſe memorant.* Conſtantinus ex *Irene* priori conjuge, de qua Baronius anno DCCXXXII. num. I. ſuſcepit Leonem, ex Maria ſecunda uxore nullos filios genuit, & ex tertia Eudocia appellata de qua infra, plures filios habuit de quibus legendi Hiſtorici Byzantini. *Leo fit conſors Imperii.*

JESU CHRISTI ANNUS 752.	ZACHARIÆ PAP. ANNUS 11.	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS 12.

1. SEptingenteſimus quinquageſimus ſecundus ſequitur annus, Indictione quinta, quo Pipinus in Regem Francorum inungitur Sueſſione a S. Bonifacio Epiſcopo Moguntino, jubente id Zacharia Romano Pontifice, qui anno ſuperiori (ut vidimus) de his gerendis legationem acceperat a Pipino. Hæc enim veteres Annales his reddunt verbis (a): *Septingenteſimo quinquageſimo ſecundo anno ab Incarnatione Domini, Zacharias Papa ex auctoritate Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, ut Pipinus, qui poteſtate regia utebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Itaque Hildericus Rex, qui ultimus Merovingorum Francis imperavit depoſitus, & in monaſterium miſſus eſt. Pipinus vero in civitate*

Pipinus coronatur Rex Francorum.

(a) *Annal. Franc. a Pithœo editi.*

PAGIUS SÆC. VIII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6245.

☉ 5. BA. ☽ 12. P. 9. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 752.

STEPHANI II. PAPÆ I.

CONSTANTINI COPRONYMI 33. & 12.

LEONIS IV. 2.

Anno Eræ Hiſpan. DCCXC. Anno Hegiræ CXXXV. inchoato die 17 Julii fer. 3. A. C. 752.

I. *Pippinus Galliæ Rex a S. Bonifacio unctus.*

AD num. I. Baronius de unctione *Pippini Regis* a Sancto Bonifacio facta, hoc anno non meminit, quia, ut anno DCCLIV. videbimus, exiſtimavit, a Pippini unctione per *Stephanum Papam*, illius annos cœptos eſſe numerari. Quare nobis hic Annales ſupplendi, eoque diligentius, quo nec inter antiquos, nec inter recentiores Hiſtoricos convenit de anno electionis Pippini in Regem, a qua anni primi hujus ſecundæ Stirpis Francorum Regum Carlovingorum dictæ Principis, deſumantur. *Pippinum* igitur Regem Galliarum in Urbe Sueſſionenſi renunciatum fuiſſe, docent Regino, Marianus Scotus, Annaliſtæ Tilianus, tam in brevioribus, quam in auctioribus Annalibus, Bertinianus, aliique & de loco inter omnes convenit. Sed illum unctum fuiſſe a Sancto *Bonifacio*, quia Willibaldus & Othlonus in ejus Vita nullam rei adeo inſignis mentionem faciunt, negat Cointius hoc anno num. V. & ſeqq. Verum contra communem Antiquorum conſenſum fruſtra ad argumentum inficiativum recurritur; præſertim cum Scriptor claſſalæ libro Gregorii Turonenſis *de Gloria Confeſſorum* ſubjunctæ, quam anno ſuperiori num. IV. integram retulimus, quod narrat, videre potuerit. Ait Anonymus ille: *Pippinus Rex, pius, per auctoritatem & imperium ſanctæ recordationis Domni Zachariæ Papæ & unctionem ſancti chriſmatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum & electionem omnium Francorum, in Regni ſolio ſublimatus eſt.* Zacharias autem uſque ad diem XIV. Menſis Martii in vivis fuit. Hanc unctionem ſpeciatim a Sancto *Bonifacio* in Archiepiſcopo Moguntino peractam, teſtantur Regino, Marianus Scotus, Sigebertus, Annaliſtæ Tilianus, Metenſis, Fuldenſis, aliique. Sed quid moramur; cum Continuator Fredegarii in ſecunda Appendice juſſu Nibelungi Comitis Childebrandi fratris prioris Appendici ſubjuncta ſcribat: *Una cum conſilio & conſenſu omnium Francorum miſſa relatione a Sede Apoſtolica auctoritate percepta, præcelſus Pippinus electione totius Franciæ in ſedem Regni cum conſecratione Epiſcoporum & ſubjectione Principum, una cum Regina Bertradane ut antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur in Regno.* Cointius citatus num. LXII. dicit, textum hunc eſſe interpolatum, & expungendas eſſe has voces, *una cum conſilio & conſenſu omnium Francorum*, & iſtas, *miſſa relatione a Sede Apoſtolica auctoritate percepta*, ac præterea voces iſtas, *cum conſecratione Epiſcoporum & ſubjectione Principum*. Verum cum nullum Codicem laudet, in quo omnes hæ voces diſerte non legantur, mirum eſt, Virum doctiſſimum res notiſſimas & certiſſimas non ſolum in dubium revocaſſe, ſed etiam prorſus negaſſe.

II. *Hæc electio hoc anno peracta.*

Electionem iſtam factam eſſe anno ſeptingenteſimo quinquageſimo, tradidere Marianus Scotus, Regino, Annaliſtæ Metenſis, Loiſelianus, Eginhardus in Annal. & alii. Aimoinus vero, Annaliſta Nazarianus, aliique, quos ſequitur Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 26. §. 2. eam in præcedentem annum reiiciunt. Verum illam currenti anno contigiſſe, Annaliſtæ Petavianus, Fuldenſis aliique, a quibus non diſcedit Cointius citatus recte viderunt. Hanc enim opinionem hæc argumenta mihi extra omne dubium ponere videntur. Primo. Continuator Fredegarii laudatus teſtis oculatus ac omni exceptione major, narrata Pippini electione & conſecratione, verbis mox a nobis recitatis, ſtatim ſubdit: *His tranſactis ſequenti anno iterum Saxones contra eorum fidem, quam præfato Regi dudum promiſerant, ſolito more iterum rebelles contra ipſum exiſtunt.* Hanc vero Saxonum rebellionem ad an. DCCLIII. ſpectare tam certum, quam quod in Hiſtoria Francorum certiſſimum, ut ibidem videbimus. Quare Pippini electionem & unctionem hoc anno peractas eſſe, non video poſſe amplius in controverſiam venire. Præterea Charta a Goldaſto Tom. II. Rer. Alamann. num. XL. relata his verbis clauditur: *Ego Landanus Presbyter rogitus* (ideſt, rogatus *ſcripſi. Data VII. Idus Sept. anno X. regni Domini noſtri Hilderici Regis.* Quare non tantum *Childericus* III. qui anno DCCXLII. Rex conſtitutus fuerat, ut ſuo loco oſtendi, menſe Septembri ſuperioris Chriſti anni adhuc regnabat; ſed etiam nondum eo anno *Pippinus* a

San-

Digitized by Google

te Sueſſionum a ſancto Bonifacio Archiepiſcopo in Regem unctus, Regni honore Ann. Eccl. Tom. XII. *ſublimatus eſt*. Hæc Annales, quibus ſcriptores omnes rerum Francicarum,

ſive

PAGIUS

Sancto Bonifacio Rex unctus fuerat. Hunc enim in Regem ſublimatum fuiſſe *Kalendis Martii*, vel circiter, infra patebit. [1]

III. *Nova hujus Epochæ probationes.* Tertio, rem invicte demonſtrat, alia Charta ibidem Tom. III. pag. 56. recitata, quæ ita concluditur: *Ego Arnulphus rogitus* (id eſt, rogatus) *anno ſexto Pippini Regis, die Mercurii XII. Kalend. Jan. ſcripſi, & ſubſcripſi*. Data ea an. DCCLVII. littera Dominicali B. inſignito. Quod ſi die viceſima prima Decembris anni ſeptingenteſimi quinquageſimi ſeptimi *Pippinus* annum Regni ſui ſeptimum nondum ingreſſus erat, an. DCCLI. eodem die nondum regnare cœperat. Nec ſequentibus diebus ea electio fieri potuit; tum quia Conventus ſingulis annis pro rebus publicis *menſe Martio* de more celebrabatur; tum quia Epiſcopos Regnique Proceres, ſæviente hyeme, & ipſo Chriſti Natali die congregatos fuiſſe, nullus facile ſibi perſuaſerit. Quarto, idem demonſtramus ex alia Charta a Goldaſto Tom. III. num. 67. producta, cujus hæc eſt concluſio: *Facta precaria ſub die Lunis V. Id. Maias anno X. regnante Domno noſtro Pippino Rege Francorum ſub Vuarino Comite*. Scripta hæc Charta anno Chriſti DCCLXI. littera Dominicali D. ſignato. Quare cum Pippinus Kalendis Martii ad Solium Regium evectus ſit, alio anno id non contigit, quam currenti; alioquin die XI. Maii anni DCCLXI. non decimum, ſed undecimum Regni ſui numeraſſet. [2]

IV. *Pippinus menſe Martio Rex nuncupatus.* Quoad rei geſtæ menſem, Cointius laudatus num. CXCIV. Regni tranſlationem in Generali Francorum Conventu, qui Kalendis Martiis, ut illorum temporum mos ferebat, celebrabatur, factam fuiſſe autumat; quam opinionem non pauci ſequuntur; quia tamen is Conventus non raro in ſequentes menſes differebatur, hanc inaugurationem menſe Maio peractam eſſe aliqui opinantur. At Conventus Kalendis Martii haberi ſolitus, ſub Pippino Rege duntaxat cœptus eſt celebrari Kalendis Maii, & qui antea dicebatur *Campus Martis*, appellatus eſt *Campomadius*, vel *Campomajus*. Hujus mutationis certus teſtis eſt Auctor Continuationis ſecundæ Appendicis ad Fredegarium, dum de iis loquitur, quæ poſt annum XI. Pippini Regis in Galliis geſta ſunt: *Rex uſque ad Aurelia-*

NOTÆ [1] IN Hiſtoria Friſingenſi Caroli Meichelbeck monachi Benedictini edita anno 1724. in nonnullis Traditionibus, quæ habentur in Appendice monumentorum tom. I. Parte ſecunda, epocha annorum regni *Pippini* una cum annis Ducatus *Taſſilonis Ducis Boiariorum* occurrit, ut pag. 28. habetur: *Actum in caſtro publico nuncupato Frigiſinga ſub die X. Kalend. Februarii, regnante inluſtriſſimo rege Domno Pippino anno octavo regni ejus, & venerabile Duce Taſſilone anno XII. regni ejus, Indictione XII.* Et pag. 29. *Actum in caſtro publico nuncupato Frigiſinga ſub die Idibus decembris, Luna XXII. Indictione XII. regnante inluſtriſſimo rege Pippino, anno VIII. & venerabile Duce Taſſilone, anno XIII. regni ejus*. Item pag. 33. *Actum eſt hoc ad Frigiſinga anno XVI. Pippini regis, ab* incarnatione Domini anno DCCLXV. *indictione IIII. die, Conſule, quod facit Nonas Majas*. *Taſſilo*, ut docet Pagius ad annum 748. n. VIII. *Odiloni* patri ſucceſſit A. D. 748. ſed ſtatim e Ducatu ejectus, Pippini ope anno 749. in Ducatum reſtituitur, quum ergo die XXIII. *Januarii, indictione* XII. *Taſſilo annum duodecimum Ducatus* ageret; indictio autem *duodecima* in annum Chriſti 759. incidat, ſequitur, *Taſſilonis* exordia alliganda eſſe initio anni 748. ut ſenſit Mabillonius in elogio hiſtorico ejuſdem Taſſilonis, ſæculo III. Benedictino P. II. Id etiam patet ex altera Traditionis notula, in qua: *Idibus Decembris, anno octavo Pippini regis, annus* XIII. *regni ſeu Ducatus* Taſſilonis adnotatur. Ex his ergo fit, initium regni *Pippini*, cum a S. Bonifacio Moguntino in regem inunctus fuit, ſtatuendum eſſe, labente anno æræ Chriſtianæ 751. quæ eſt Mabillonii ſententia. Mendum certe cubat in notis temporum, quæ in ea Traditione occurrunt, quam poſtremo loco dedimus; nam *indictio quarta* fuit anno incarnationis 766. Pleræque autem Traditiones ibi epocham Taſſilonis præferunt, quas conſulto omittimus; epocham tantum diplomatis addimus, ex eadem Hiſtoria Friſingenſi tom. I. pag. 59. nempe ex donatione Haolt facta Eccleſiæ Friſingenſi, quæ: *Data eſt anno Incarnationis Domini* DCCLVIII. *indict.* XI. *anno* XI. *Taſſilonis Ducis regni ejus, in menſe Majo* VIII. *Kal. Jun.* GEORGIUS

[2] SErius aliquantulum retrahendam eſſe Pippini electionem nempe poſt diem II. Julii hujus anni, non levi conjectura inferius in Nota ad A. 755. 21. deducimus. Fateor equidem unctionem hanc Pippini eo retractam non convenire cum Anonymo authore vitæ S. Bonifacii, cujus teſtimonium Pagius hic laudat; ſed cum Author iſte recentior ſit, quam ut rei adeo antiquæ idoneus aſſertor eſſe poſſit, & nemo ex vetuſtiſſimis Authoribus qui Gallicanas res ſcripſerunt, id Zachariæ Pontifici tribuat, ſed a Romano Pontifice tantummodo, non expreſſo nomine id factum aſſerat; ideo a noſtra ſententia cur recedamus, nihil cogit. Facile igitur ea ſegui tranſlatio Stephani authoritate facta eſt.

Ut autem hæc regni in ſtirpem aliam tranſlatio authoritate Romani pontificis præſtita fuiſſe magis magiſque contra recentes ejus oppugnatores aſſeratur, vetuſtiſſimum aliud teſtimonium afferre juvat. Petitur illud ex vetuſtis Annalibus Francorum vulgatis in ampliſſima Collectione monumentorum veterum PP. Martene & Durand. to. V. col. 884. &c. Id vero eo majoris eſt momenti, quod cum eorum author annales Moiſſiacenſes pene exſcribat, & annales illi apud Ducheſnium ab anno 717. uſque ad 778. manci truncatique ſint ex defectu antiqui Codicis, unde illos Ducheſnius deſcripſit; fit inde ut ea quæ his annis apud authorem leguntur, ab ipſo Moiſſiacenſi authore prodita cenſeri poſſint: Ita ergo vetuſtus author: *Pippinus vero regnum patris totum ſibi vindicat, & per authoritatem Romani pontificis ex præfecto palatio rex conſtituitur*. MANSI

Pipinus coronatur Rex Francorum.

ſive veteres, ſive recentiores abſque controverſia adſtipulantur, licet in annum ſuperiorem alii id factum referant, vel ante biennium alii, ut ſuperius dictum eſt. Quo

PAGIUS

dianis veniens, ibi Placitum ſuum Campomadio, quod ipſe primus pro Campo Martio, pro utilitate Francorum inſtituit, tenens, &c. Imo Annaliſta Petavianus annotavit hanc mutationem factam eſſe anno DCCLV. ad eum annum ſcribens: *Venit Taſſilo ad Martis Campo, & mutaverunt Martis Campum in menſe Maio.* Quare Pippinum initio menſis Martii unctum fuiſſe, apud me certum.

V. *Primum fundamentum contraria ſententiæ evertitur.*

Sed redeo ad hujus inaugurationis annum, qui ex reſponſionibus ad rationes Mabillonii, qui loco citato eum examinavit, magis confirmabitur. Exiſtimat Vir doctiſſimus, clauſulam anno ſuperiori num. III. & ſeq. recitatam rem dirimere, & Pippinum an. DCCLI. Regem a Sancto Bonifacio unctum eſſe. In ea legitur: *Anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo*, (eo anno ea clauſula ſcripta) *Pippini Regis anno ſextodecimo, Indictione V. & filiorum ejus eorumdemque Regum Francorum Caroli & Carlomanni (qui per manus ſanctæ recordationis viri Beatiſſimi Domni Stephani Papæ una cum prædicto Domno Vico glorioſiſſimo Pippino Rege Sacro Chriſmate conſecrati ſunt) anno tertio decimo.* Ubi vides inquit Mabillonius, Pippini Regis annum XVI. componi cum anno DCCLXVII. ac proinde annum primum coincidere cum anno DCCLI. quod ex ſequentibus ejuſdem ſubſcriptionis verbis amplius declarari putat, ubi *ipſe Pippinus per auctoritatem & imperium ſanctæ recordationis Domni Zachariæ Papæ & unctionem ſacri chriſmatis per manus beatorum Sacerdotum Galliarum & electionem omnium Francorum TRIBUS ANNIS ANTEA in Regni ſolio ſublimatus perhibetur. Poſtea per manus ejuſdem Stephani die uno in Beatorum Martyrum Dionyſii & Eleutherii Eccleſia (ubi & Venerabilis Vir Folradus Archipresbyter & Abbas eſſe cognoſcitur) in Regem & Patricium, una cum prædictis filiis Carolo & Carolomanno unctus & benedictus.* Ex quibus deducit, Pippini conſecrationem labente anno DCCLI. vel præſentis initio factam eſſe. Verum ex his verbis nihil contra noſtram ſententiam deduci poteſt; cum Pippinus anno DCCLIV. in Regem cum filiis & uxore a Stephano Papa rurſus unctus ſit, tribus annis, ſed incompletis poſtquam a Bonifacio primum hoc anno conſecratus fuiſſet. Neque veroſimile anno exeunte hanc unctionem peractam, ut ex dictis ſequitur.

VI. *Secundum contrariæ ſententiæ fundamentum.*

Dicit ſecundo Mabillonius, eam Regni Pippini Epocham confirmare tria inſtrumenta apud Goldaſtum, duo quidem in Tom. II. Rer. Alamann. num. 40. & 43. tertium in Tom. III. pag. 57. primum ſic deſinit: *Notavi diem Martis VIII. Idus Auguſtas; anno tertio regnante Domno noſtro Pippino Rege.* Secundum ſic clauditur: *Notavi die Dominico, ſexto Idus Octobris, anno decimo regnante Domno Pippino Rege Francorum* nempe anno DCCLXII. qui littera Dominicali C. præditus erat. Tertium denique datum eſt *anno ſexto Pippini Regis, die Mercoris, duodecimo Kal. Januarii*: quæ notæ incidunt in annum DCCLVII. quo littera Dominicalis B currebat. Ita Mabillonius. At prior & poſterior ſubſcriptio opinioni noſtræ non nocent, ſed ſuffragantur; veroſimile enim non eſt, Pippinum poſt octavum Idus Auguſtas in Regem unctum eſſe multo minus poſt diem XXI. menſis Decembris; cum res tanti momenti non niſi in Conventu generali Francorum fieri debuerit; ideoque menſe Martio. Prima itaque Charta menſe circiter quarto anni tertii ab electione Pippini hoc anno facta, poſterior menſe circiter octavi ſexti Pippini anni a currenti deducti, exarata. Tertia denique ſubſcriptio mendoſa eſt, & neutri opinioni favet. Si enim Pippinus exeunte anno DCCLI. Rex renunciatus ſit, menſe Octobris an. DCCLXII. annum XI. non vero annum X. numeravit. Sed ea ſubſcriptio Librarii oſcitantia depravata, & loco, *anno X.* legendum, *anno XI.* Fieri enim non poteſt, ut *Pippinus*, qui annum Regni ſui X. agebat die XI. menſis Maii anno DCCLXI. ut conſtat ex Charta Goldaſtiana num. III. recitata, eumdem non compleverit an. DCCLXII. menſe Octobri.

VII. *Tertium fundamentum contrariæ ſententiæ.*

Dicit tertio Mabillonius, Pippini Regis annos in Gallia aliter numeratos non fuiſſe, manifeſtum evadere conferenti caput XIV. Chronici Fontanellenſis cum cap. XIII. ubi *Pippinus* anno DCCL. Rex Francorum conſtitutus dicitur. Hæc Mabillonius; ſed obſervandum mendum in cap. XIII. hujus Chronici irrepſiſſe. Dicitur ibidem, Pippinum Privilegium quoddam conceſſiſſe Auſtrulpho Abbati Fontanellenſi; *quod privilegium*, inquit Chronographus *editum eſt anno Dominicæ Incarnationis DCCL. die VIII. Iduum Juniarum, Vermeria Palatio Regio. Quo anno idem glorioſus Princeps Pippinus ex conſultu B. Zachariæ Papæ Urbis Romæ a Bonifacio Archiepiſcopo unctus, Rex conſtituitur Francorum.* Loco enim *anno Dominicæ Incarnationis DCCL.* legendum eſſe *anno Dominicæ Incarnationis DCCLII.* ex eodem Chronographo evidenter demonſtro. Is capite præcedenti de *Wandone* Abbate Fontanellenſi loquens, bis annum Incarnationis DCCLVI. cum anno quinto Pippini connectit. Primo, ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCLVI. qui erat Pippini Regis annus quintus Eccleſia B. Petri igne cremata eſt.* Iterum ſub Abbate Widone laico cap. XIV. inquit: *Anno quarto regiminis ſui, & Pippini Regis quinto Eccleſia B. Petri igne ſuccenſa eſt.* Rem autem eandem bis narravit, quia combuſta quidem fuit ea Baſilica, cum regimen Monaſterii penes Widonem Abbatem erat, ſe in vivis ſupererat adhuc Wando, qui munus Abbatiale abdicarat. Huic incendio haud diu ſuperſtes vixit Wando; eodem enim anno obiit: *præſentis vitæ debitum complens*, inquit ibidem Chronographus, *ad æternam migravit requiem anno ab Incarnatione Dominica circiter DCCLVI. qui erat Pippini Regis annus quintus.* Diem notat: *Tranſiit XV. Kalend. Maii.* Quare apparet, Auctorem Chronici Fontanellenſis Pippini initium non ab anno DCCL. ſed ab anno DCCLII. auſpicari, niſi quis velit illum ſecum pugnare. Eadem dictorum repugnantia legitur in capite XIV. a Mabillonio citato. Ibi enim Chronographus dicit, Wandonem conſtitutum eſſe Abbatem Fontanellenſem, *anno ſecundo, poſtquam idem Pippinus Regale adeptus fuerat faſtigium, qui eſt annus Domini DCCLIII. Indictione VI.* quæ uſque ad Kalendas Septemb. illius anni in curſu erat. Ex quibus etiam verbis liquet, *Pippinum* hoc anno, non vero præcedenti Regem electum eſſe; alioquin menſe Martio aut Maio ea electio peracta non eſſet. Aut igitur tria loca laudata mendoſa ſunt, aut Auctor a ſe ipſo diſ-

II. Zachariæ Papæ obitus. Quo pariter anno Zacharias Papa ubi ſediſſet annos decem, menſes tres & dies decem, decimaquinta Martii ad Deum feliciter migrat; inter Sanctos relatus, & anniverſaria memoria auctus. Hæc ex Anaſtaſio, apud quem nonnulla de eodem Pontifice ſcripta leguntur, quæ cum incerto ejus Pontificatus anno ferantur, hic ſimul deſcribenda putavimus, reliquis rebus ab eo præclare geſtis, ſuis locis, & annis, quibus geſtæ ſunt collocatis. Sic enim ſe habent:

Hic in Lateranenſi Patriarchio ante baſilicam beatæ memoriæ Theodori Papæ a novo refecit triclinium, quod in diverſis marmoribus, & vitro, metallis, atque muſivo, & pictura ornavit: ſed & ſacris imaginibus tam oratorium beati Silveſtri, quamque porticum decoravit: ubi etiam & omnem ſubſtantiam ſuam per manus Ambroſii primicerii Notariorum introduci mandavit. Fecit autem a fundamentis ante ſcrinium Lateranenſe porticum apud turrem, ubi & portas æreas, atque

PAGIUS diffidet aut denique locus, ubi Pippinus anno DCCL. Rex Francorum conſtitutus dicitur a Librario corruptus eſt. Quod poſtremum omnino affirmandum, niſi quis velit cum Cointio anno DCCLIV. num. XLVI. dicere, locum de quo agitur, ex Chronico Metenſi, ubi iiſdem verbis legitur, ad Fontanellenſe ab aliquo Interpolatore translatum eſſe; obſervabis obiter ex loco citato de anno emortuali Wandonis Abbatis ſequi Pippinum hoc anno ante XV. Kalend. Maii Regem renunciatum eſſe ex hujus Chronographi ſententia, ideoque falli, qui ejus electionem ſerius differunt.

VIII. IV. & ultimum contrariæ ſententiæ fundamentum. Denique exiſtimat Mabillonius, diſtinguendum eſſe inter Chartas & Auctores, fateturque Chartas, ſaltem pleraſque, *Pippini* Regni initia figere anno DCCLII. Auctores alios aliis annis. At ſi Chartæ, quod in dubium vocandum non videtur *Pippini* Regis annum primum a præſcoti exordiuntur, ab eodem etiam hiſtorici illum repetiere; cum Scriptores res iis annis quibus geſtæ ſunt, conſignare, ſe ſeque Actis publicis conformare ſoliti ſint. Quare quicunque eas cum aliis annis copularunt, manifeſte hallucinati ſunt. Nec mirum plures Annaliſtas & Chronographos in *Pippini* Regis initio collocando deceptos eſſe; cum per hæc tempora in varios alios errores inciderint.

IX. Childericus Rex exauctoratur. *Childericus* III. qui decimum Regni annum attigerat, ut ſupra vidimus, in eodem Conventu Sueſſionenſi depoſitus ac detonſus, *in* Sitivenſe, ſeu Bertinianum Monaſterium retruſus eſt, ut teſtatur Eginhardi Codex Paderbornenſis apud Bollandum in Notis ad Vitam Caroli Magni ad diem XXVIII. menſis Januarii, Chronicon Iperii, & Annales Bertiniani. Addit Chronographus Fontanellenſis, *Theodericum* Childerici Regis filium in Monaſterio Fontanellenſi incluſum eſſe. In illo Monaſterio *Childericus* vixit uſque ad annum DCCLIV. quo priuſquam *Pippinus* a Stephano Papa inungeretur, mortuus eſt. In fragmento enim citato Iperii a Labbeo in Miſcellaneis Curioſis publicato, legitur: *Secunda coronationis Pippini tempore Rex Hildericus Monachus hujus Eccleſiæ obiit*, Monachus nempe Monaſterii Sitivenſis ſeu Bertiniani. In breviſſimis duobus Chronicis, Rhemenſi & Tiliano, a Ducheſnio Tom. I. Scriptorum Hiſt. Franc. editis, legitur, Childericum regnaſſe *annos novem*. Quare cum anno DCCXLII. circa initium menſis Septembris Regnum inierit, uterque Chronographus annos tantum completos, ut ſæpe fit, in ſummam contulit. *Childericum* enim annum Regni decimum exorſum eſſe, & uſque ad Kalendas Martii hujus Chriſti anni umbratilem Regem fuiſſe; certum eſſe debet.

X. Sic dignitas Regia ad ſtirpem *Caroli Martelli* & *Pippini* tranſiit, cum jam ad ipſos poteſtas omnis tranſlata fuiſſet, ſolo fere nomine Regio Merovæadibus relicto. Dum in vivis eſſet *Carolus*, in Placitis & Conventibus Francorum jam omnia præpoſito nomine Regio agebantur. *Theodericus* enim Calenſis Privilegium conceſſit Monaſterio Dionyſiano ad preces Caroli Majoris Domus ſuæ, quo anteriorum Regum ac Pontificum Privilegia confirmavit *tertio Regni ſui anno*, recitatum a Mabillonio lib. VI. de Re Diplom. pag. 488. *miſſa petitione*, inquit Theodoricus Rex, *per illuſtri Viro Carlo Majorem Domus noſtra*. Sunt ipſiſſima verba apographi; ſed preces illæ Regibus ex arbitrio Majoris Domus prorſus pendentibus juſſiones erant. At *Childerico* vix jura honoraria Carlomannus & Pippinus reliquere. In Conciliis Eccleſiaſticis, Actiſque publicis anni Regni Childerici a Scribis & Notariis ſæpe omittebantur, & *Carlomannus ac Pippinus* multa ſuo nomine agebant & decernebant, quæ erant tantum ſupremi Principis. Quare Labbeus in Chronico Technico inaugurationem *Childerici* an. DCCXLII. factam, ad an. DCCXLIV. male transferre conatur, quod Concilia & alia nonnulla Acta publica, ante illum Chriſti annum celebrata legerit, in quibus *Childerici* nomen prorſus deſideratur. Multas enim alias poſt annum DCCXLIV. Chartas habemus, *Childerici* nomine nequaquam notatas. Unam refert Goldaſtus Tom. II. Rer. Alamann. num. 35. datam *anno XXX. poſt obitum Dagoberti Regis*, quæ Charta ad annum DCCXLIV. aut ſequentem pertinet; cum Dagobertus III. anno DCCXV. vivere deſierit. Præterea apud eumdem Goldaſtum num. 38. Beata ſeu Beatana filia Rekimberti concedit nonnulla ſua prædia Monaſterio Sancti Galli, ex conſenſu Landoaldi mariti ſui, *anno III. regnante Hiltrihho Rege ſub Carlomanno Maiore Domo & Rebone Comite*. Deinde omnia ſua bona largitur Monaſterio puellarum Sanctæ Mariæ, ſito in inſula in ura prope Hupinaaiam, *die XXIX. Novembris, regnante Carlomanno Duce, & Rebone Comite*. Extat ea Charta apud Goldaſtum Tom. II. num. 39. Haec autem altera præceſſit; Beatana enim quæ omnes res ſuas, omniaque peculia præfato puellari Monaſterio conceſſerat, inconſulto marito ſuo, qui jam, ut opinor, obierat, non potuit poſtea partem bonorum ſuorum dare Monaſterio Sancti Galli, conſenſo mariti ſui Landoaldi. Quæ hic adducenda duxi, ne quis me argumenta Labbei præteriiſſe aut neglexiſſe conqueri poſſit. — *Nulla antea auctoritate potiebatur.*

XI. Corpus S. Quirini transfertur Roma in Germaniam. A num. II. ad XIII. Baronius in Appendice ad hunc annum, refert ex Metello Monacho, qui floruit in Tegernſeane Sancti Quirini Martyris Monaſterio circa annum MCLX. geſta ab *Adalberto* & *Ogarto* fratribus, illuſtri ge-

que cancellos inſtituit, & per figuram Salvatoris portas ante ornavit. Et per aſcendentes ſcalas in ſuperioribus ſuper eamdem turrim triclinium, & cancellos æreos conſtruxit, ubi & Orbis terrarum deſcriptionem depinxit, atque diverſis verſiculis ornavit, & omne Patriarchium pene e novo reſtauravit. In magna enim penuria eum locum invenerat.

III. Hic in Eccleſiis Apoſtolorum Principum Petri & Pauli pendentia vela inter columnas ex palliis ſericis fecit. Hic in Eccleſia prædicti Principis Apoſtolorum omnes codices domus ſuæ proprios, qui in circulo anni leguntur ad Matutinum, armariorum opere ordinavit. Hic domum cultam Lauretum noviter ordinavit adjiciens, & maxam Fontinianam, quæ cognominatur Paunaſia.

Reliquæ res geſtæ a Zacharia Papa. Hic viginti auri libras pro emendo oleo annuo, ut de lucro eorum in luminariis Apoſtolicis proficiat, inſtituit, & Conſtitutum ſub anathematis vinculo obligavit. Hic fecit veſtem ſuper altare beati Petri ex auro textam habentem nativitatem Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ornavitque eam ex gemmis pretioſis, ſimul & vela ſerica albiſbina quatuor, quæ & ornavit in rotis, & ornamentis variis auro textis. Item fecit coronam de argento puriſſimo cum delphinis ex proprio ſuo penſantem libras centum viginti. Et inferius poſt multa ſuis locis ſuperius ſcripta hæc ſubdit.

IV. Porro eodem in tempore contigit plures Veneticorum, Veneriæ provinciæ ſcilicet, hanc Romanam veniſſe in Urbem negociatores, & mercimonii nundinas peragentes, multitudinem mancipiorum, virilis ſcilicet, & feminei generis emere viſi ſunt, quos ad paganas gentes in Africam nitebantur abducere. Quo cognito idem ſanctiſſimus Pater fieri prohibuit: hoc indicans, quod juſtum non eſt, ut Chriſti abluti baptiſmo paganis gentibus deſervirent, datoque eiſdem Veneticis pretio, qui in eorum emptionem dediſſe probati ſunt, cunctos a jugo ſervitutis redemit, atque more liberorum degendos abſolvit. Et inferius.

Hujus denique temporibus magnum theſaurum Dominus Deus noſter in hac Romana Urbe per eumdem almificum Pontificem propalare dignatus eſt: In venerabili itaque Patriarchio ſacratiſſimum beati Georgii Martyris idem ſanctiſſimus Papa in capſa reconditum reperit caput, in quo & pittacium pariter invenit litteris exaratum Græcis, ipſum eſſe ſignificans. Qui ſanctiſſimus Papa omnino ſatisfactus, illico aggregato Romanæ Urbis populo, cum hymnis & canticis ſpiritualibus in venerabilem diaconiam ejus nomine ſitam in hac Romana civitate, regione ſecunda, Ad velum aureum dictum, deducì fecit, ubi immenſa miracula, & beneficia omnipotens Deus ad laudem ſui nominis per eumdem ſanctiſſimum Martyrem operari dignatur.

Hujus temporibus defunctus Theodorus major filius * magnifici Cataxanti, ob veniam ſuorum delictorum prædium, quo ex hereditate fruebatur paterna, ſitum quinto ab hac Urbe milliario via Tiburtina, in quo & Oratorium ſanctæ Cæciliæ eſſe dignoſcitur, beato Petro reliquit. V. * magiſtri

Quod ipſe beatiſſimus Papa magnis conſtructis fabricis, & picturis decoravit, ampliavitque in eo fines ex omni parte: data enim digna recompenſatione iis, qui in vicino ejus loci poſſeſſiones tenere videbantur, nemini vim inferens, ſed magis, ut condecet patri, cuncta ſecum eumdem locum amica pactione emit prædia, & Domum cultam beato Petro eumdem locum jure perpetuo ſtatuit permanendum, quæ & Domus culta ſanctæ Cæciliæ uſque in hodiernum diem vocatur. Conſtruxit quippe in ea, & Oratorium S. Abbacyri, ubi & multas Sanctorum condidit reliquias: quam videlicet Domum cultam uſui proprio, Dominicæ videlicet traditioni deſcripſit.

VI. Hic conſtituit aliam Domum cultam in decimoquarto milliario ab hac Romana Urbe. Et patrimonium Tuſciæ conſtitutionibus obligavit uſui Eccleſiæ permanendum, ut tam loca, quam anima relicta quondam Agathonis primicerii beato Petro viderentur eſſe conceſſa. Hic maſſas, quæ vocantur Antias & Formias ſuo ſtudio jure beati Petri acquiſivit, quas & Domos cultas ſtatuit; & de omnibus ſuperius annexis Domus cultæ Apoſtolicæ rationis conſtituta faciens, atque ſacerdotale collegium aggregans, ſub anathema-

PAGIUS genere in Bajoaria natis, qui ob Romam ab hoſtibus liberatam obtinuerunt a Zacharia Papa corpus *Sancti Quirini*, illudque poſtea collocarunt in Monaſterio Tegernſeano, quod in hæreditate ſua conſtruxerunt, Pippino jam Rege. Bollandus ad diem XXV. Martii refert Acta *Sancti Quirini*, Romæ Claudio imperante paſſi, in quibus agitur de Tranſlatione ejus Reliquiarum, & de fundatione Monaſterii *Tegernſeani*, hodie ampliſſimi, ſitique in Bavaria Superiore, in confiniis Tirolenſis Comitatus. Verum *Quirinalia*, ſeu Liber Carminum geſta S. Quirini complectens, a Metello edita, & Acta alia S. Quirini ſerius ſcripta, & variis fabulis inquinata. In iiſdem Actis *Sanctus Quirinus* dicitur filius Philippi Imperatoris, hicque tertio Imperii ſui anno a Sancto Fabiano baptizatus. Sed Philippus Senior nullum alium filium præter Philippum Juniorem, quem conſortem Imperii fecit, reliquit, ejuſque ac filiorum baptiſmus valde dubius, ne dicam fabuloſus. Præterea in iiſdem Actis legitur, *Adalbertum & Otgarium* Romam veniſſe, cum ea a Longobardis vexaretur, eoſque copiis Ro-

matis interdictionibus ſtatuit, nulli cuilibet ſucceſſorum ejus Pontificum, vel aliæ cuilibet perſonæ licere ipſas Domos cultas ab uſu Eccleſiæ quoquo modo alienare. Hæc cum dicat Anaſtaſius de Domibus cultis, nihil præterea iis nominibus intelligendum putamus, niſi latifundium, cui ad culturam familiæ colonorum adſcriptæ eſſent, quæ ſatis eſſe poſſent, quibus & ad habitandum domus erectæ eſſent, cultæ ob id dictæ, quod omnibus neceſſariis ad cultum agri refertæ eſſent: non enim vox, cultam, ad ornatum, ſed ad utilitatem ſpectat, quod domus ipſa hominibus, jumentis, & ruſticis inſtrumentis, & aliis utenſilibus ad agri cultum ſpectantibus bene compoſita eſſet. Pergit vero Anaſtaſius.

Hic fecit veſtem ſuper altare beati Andreæ Apoſtoli ad beatum Petrum nimis optimam. Hic beatiſſimus Papa ſtatuit, crebris diebus alimentorum ſumptus, quæ & eleemoſyna uſque nunc appellatur, de venerabili Patriarchio a paracellariis pauperibus, & peregrinis, qui ad beatum Petrum morantur, deportari, eiſque erogari, necnon & omnibus inopibus, & infirmis per univerſas regiones iſtius Romanæ Urbis conſtitutis.

VII. *Hujus temporibus contigit ſubito tegumentum tituli beati Chriſti Martyris Euſebii cadere: qui ſanctiſſimus vir cum tota ſua decertans virtute, prudenterque elaborans, ſicut antiquitus fuit, rurſum quod ceciderat, reparavit, atque optime reſtauravit. Hic præcipuus Pontifex multa loca Sanctorum in meliorem ſtatum perduxit, & veſtes optimas ſuper altaria earumdem Dei Eccleſiarum fecit.*

Hic dilexit clerum ſuum valde, atque presbyteria eis auxit in duplo; & amplius tribuit omnes utpote pater, & bonus paſtor amplectens, & utiliter fovens; & penitus quempiam minime tribulari permittens. Hujus itaque temporibus in magna ſecuritate, & lætitia populus a Deo illi commiſſus degens vitam vixit.

Hic beatiſſimus Papa ſuo prudentiſſimo ſtudio, quos beatæ recordationis Gregorius Papa fecit, quatuor dialogorum libros de Latino in Græcum tranſtulit eloquium; & plures, qui Latinam ignorant lectionem, per eorum illuminavit lectionem hiſtoricam. Teſtatur idipſum Photius tomo ſecundo ſuæ Bibliothecæ.

VIII. Ad poſtremum illud non ignorandum, conceſſum fuiſſe ab eodem Zacharia Romano Pontifice Pipino Regi Francorum nominationem, quam vocant, ſive poſtulationem Epiſcoporum pro Eccleſiis vacantibus in Regno ſuo: ut intelligas cum legis, a Regibus Eccleſiis eſſe datos Epiſcopos, totum id factum non jure proprio (quod nullum penitus in rebus Eccleſiaſticis Reges habent) ſed conceſſione Apoſtolicæ Sedis. Unde erubeſcant mentientes Politici Novatores cum Eccleſias ſubiiciunt Regibus. Extat de his (a) epiſtola Lupi Abbatis Ferrarienſis ad Amulum Archiepiſcopum Lugdunenſem ex parte Guinilonis Epiſcopi & Gherardi Comitis, in qua iſta leguntur. (a) Lup. epiſt. 81.

Præcepit itaque Rex Francorum, *ut ejus vobis ſermonibus diceremus, ſe fideliter tenere, quod Rex Regum, idemque Sacerdos ſacerdotum, qui ſolus potuit Eccleſiam regere, quam redemit, poſtquam humanitatem ſuam in cælum evexit, ſemper cum ſuis futurus divinitate, poteſtatem ſuam ad eamdem gubernandam Eccleſiam in ſacerdotes diviſit & Reges, ut quod ſancti docerent Pontifices, & ipſi implerent, & impleri facerent devotiſſimi Reges. Quamobrem ſe cupere debitam Sanctitati veſtræ impendere reverentiam ſicut ei, quem ſciat divinitatis cultum integre velle ſervare, atque viciſſim poſtulare, ut tum eo tale fœdus concordiæ ineat, ut ubicumque Eccleſiaſticæ utilitati in portione Regni divinitus ſibi collata veſtræ auctoritatis diſpoſitione in re tanta cupit conſulere unanimitate veſtri conſenſus continuo adiuvetur.*

Et ne vos longis ambagibus diutius fatigemus: recens incommodum Auguſtodunenſis Eccleſiæ, & prolixa perturbatio ſtrinxit ejus pietatem, ut ſua largitate, veſtraque promotione talem ei præficeat, qui ruinas illius & ſpiritualiter, & ſæculariter ſtrenue farcire ſufficiat. Eſt autem quem benignitati veſtræ plurimum commendat propinquus ejus Bernus ab ætate memoriæ glorioſæ Imperatoris Ludovici tenere educatus, & claris ornatus honoribus, quem & ipſe hoc ſuo tempore multis experimentis invenit idoneum, & opitulante gratia Dei, tanto negocio credit aptiſſimum. In hoc probatiſſimorum ejus conſiliariorum acquieſcit conſenſus.

Idque veſtra prudentia dominus noſter vobis juſſit ſuggerere, non eſſe novitium, aut temerarium, quod ex palatio, honorabilioribus maxime Eccleſiis procurat Antiſtes. Nam Pipinus, a quo perma-

PAGIUS Romanis, præfectos prædones illos incredibili felicitate profligaſſe. At *Zacharia* Romæ ſedente, Langobardi bellum Romanis non intulere; id enim Anaſtaſius in Vita Zachariæ Papæ non prætermiſiſſet. Præterquamquod *Metellus* eos hoſtes non Langobardos, ſed Tranſmarinos fuiſſe dicit. Exiſtimandum itaque, ambos fratres ſola pietate permotos Apoſtolorum limina viſitaſſe, & corpus *Sancti Quirini* Martyris, quod a Zacharia impetrarunt, ſecum detuliſſe in Bajoariam, ubi intra biennium Baſilicam & Monaſterium *Tegernſeenſe* ædificarunt,

*primam Carolum, & religioſiſſimum Ludovicum Imperatores duxit Rex noſter originem, expoſita neceſſitate bujus Regni Zacbariæ Romano Papæ in Synodo, cui Martyr Boniſacius interfuit: ejus accepit conſenſum, ut acerbitati temporis induſtria ſibi probatiſſimoram decedentibus Epiſcopis mederetur; ne forte ſimplicitate Pontificum poſſit contingere, quod in hac Eduoram urbe, cujus nos nunc cura exercet, evenit. Proinde * ſuppetere, ut honorem a Papa Romano majoribus ejus, & Regibus, & Imperatoribus conceſſum, & a Lugdunenſis Eccleſia Metropolitanis, cui, auctore Deo, præſidetis, numquam hactenus infirmatum: a vobis nulla veſtra injuria conſequatur. Quod ſi in hac parte ſpretus non fuerit, facturum ſe, ut in Regno ejus veſtrum miniſterium debitam ſemper venerationem obtineat.* Hæc Lugdunenſi Archiepiſcopo ex parte Regis nuntiari juſſa in dicta a Lupo epiſtola ſcripta. Demum de eodem Zacharia hæc Anaſtaſius.

* ſe petere.

X. *Hic fecit ordinationes tres per menſem Martium, creavit presbyteros triginta, diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca octoginta quinque; qui ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum Idibus Martii, Indictione quinta.* Hæc ipſe. Qui & ſubdit ab obitu ejus ſedem vacaſſe dies duodecim.

Roma vexata ab Africanis liberata per Noricos.

☞ Sed antequam ad ſucceſſoris creationem deveniamus, prætermiſſa nonnulla de his, quæ paſſa eſt Roma a barbaris Africanis, & quomodo liberata per Noricos peregrinos, qui & meritorum virtutis ergo donati ſunt ab eodem Pontifice Zacharia venerando corpore S. Quirini Martyris, hic deſcribamus ex veteri auctore Metello monacho Tegerenſe, qui verſibus eodem argumento Quirinalia ſcripſit, nuper in lucem edita a Caniſio (a), munere viri illuſtris Marci Velſeri Auguſtani, qui e latebris nondum viſum vendicavit in lucem auctorem.

(a) Caniſius to. 3. Antiq. lect. prope finem.

Miſerandi mala ſemper cupientes,
Operandi mala cauſas capiunt hic,
In Averno luituri male geſta.
Ita juſtos bona ſemper cupientes operari.
Operandi bona cauſæ comitantur,
Quibus illis bonus actus cumuletur,
Pie quidquid cupiebant geminetur,
Et in ævum ſibi laudis decus extet meritumque.
Eadem ſors beat almos proceres hos;
Ubi Romam peregrini venientes
Adiere, ſpoliatam reperere
Furibundis cuneis indomita barbariei.
Domibus nam neque templis regionis,
Sed & Urbis locus ullus ſine clade
Remanebat, ſacra paſſim temerata
Tulit hoſtis truculentus mare tranans Latiale.
Spoliis jam gravis æquor repetebat,
Sua claſſis rate multa tegit undas,
Ibi prædam ſimul omnem coacervat,
Reduces dum ſocii conveniant capta reſervat.
Lotia tunc pater Urbis Zacharias
Vice Petri regit orbem ſacer omnem,
Recitantur ſuper hac re ſua ſcripta
Data quondam tibi Præſul Boniſaci pie martyr.
Ea noſtram quoque firmant rationem,
Niſi nomen procerum ea tacuerunt,
Breviter rem quoque totam manifeſtant,
Spoliatam regionem peregrinos reparaſſe.
Legiones Latiis de patriis tunc
Ad eoſdem ſuperandos inimicos
Sociata, duce digno caruere,
Acies Catholicas, ceu decuit, nobilitante.
Nec erat, qui ſuper hoſtes ita fortes
Potuiſſet fieri dux animoſus,
Timidis Auſoniæ Principibus ſic
Hebefactis, ut adustus timet incendia captus.
Peregrini venerantes loca ſancta,
Adierunt prece Papam reverenter,
Humiles tum pavimento cecidere,
Benedici cupientes ab eodem patre ſummo.
Pretioſis ſibi donis placuerunt,
Quod ab illo cupiebant retulerunt.
Et id omni ſtudio ſervitioque
Petierunt, ſacra quo pignora dono mereantur.
Magis inſtans ſibi damnum dolet ille,
Queritur quod regio abſit populata,
Nec ab Urbis procul ſit dominatu
Ferus hoſtis niſi tutor Deus adſit properanter.
Proceres referebant generoſi
Memorantes, vetus hoc veridicumque
Nimis ajunt reſidet, qui lare deſes
Inimicos tolerabit venientes nihil obſtans.
Stupet baros cito reddi rationem.
Quod inermes ibi cives titubarent

Et

PAGIUS

runt, & in eam Baſilicam Sancti *Quirini* Reliquias tranſtulere, uti in iiſdem Actis habetur, ubi & tempus Tranſlationis notatur, annus nempe Chriſti DCCLIV. Non longe ab eodem Monaſterio aliud pii fratres conſtruxere, *Monachium* inter & *Ingolſtadium*, primarias Bajoariæ Urbes ab Ilmo flumine vicino Ilminenſe, vulgo *Ilmunſter* oppellatum, quod proceſſu temporis datum eſt Canonicis, eorumque Collegium *Monachium* tranſlatum. Legendus etiam Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. I, pag. 663. ubi agit de Tranſlatione Reliquiarum S. *Arſacii* Epiſcopi in Monaſterium Ilminenſe, & *S. Quirini* Martyris in Tegernſenſe.

San-

Et iners gens foret, hoſti vigor ingens,
Videt alta probitatis nitidum par, & herile.
Homines qui cor Achillis referebant,
Metuendos faciebus reverendis,
Habitudo gravis illic ſtabiliſque,
Vigor & mens ſatis acris dat Ulyſſem ſapientem.
Rogat ipſos prece blanda pater iſdem,
Ad honorem Deitatis dare dextram,
Ob amorem quoque Petri ſpecialem
Super hoſtes aliquod ferre juvamen ſibi tandem.
Nec aes quidquid ob hanc rem voluiſſent
Pretii, quamlibet Apoſtolum, retinendam,
Sibi poſt hac nihil unquam quid agendum,
Ab ea Sede petiiſſent penitus jure negandum.
Hilares hinc proceres tunc abierunt,
Et ad Urbis regioniſque potentes
Patriæ conſilium rite tuendæ
Tribuerunt peregrini patriotis patefactis.
Sociis Teutonicis conglomeratis
Comitantur proceres, agmina primi
Aquilas Romuleas Noricus enſis
Regit, ac ducit in omnes penetratorius hoſtes.
Quod & olim ſcierat Julius ingens,
Neque primum ſubigendis metuens bis
Populis obvia Roma ſibi bella
Nec adeptis dubitans exuperare ſimul orbem.

De fuga & cæde hoſtium, ac reditu triumphantium.

Diffugere graves ſpoliis hoſtes, ubi navet
Applicuere ſua.
Quos peregrina cohors inſectando bene concors
Attinet abſque mora.
Oppoſitis animis coeunt, decernitur armis
Margine litoreo.
Ludibrio mortis favit congreſſio fortis
Barbariæ miſera.
Quæ certans mala rapta tenere, perit laniata
Vulnifico chalybe.
Teutonibus propter ſciſſæ turma patere;
Enſe viam faciunt.
*Atque * cruces animo perrumpunt turbine* * truces
primo,
Ut ſegetes acies.
Sternuntur late turmæ paſſim ſuperatæ,
Nec ſpolii memores
Ad naves rapuere fugam, ſed non potuere
Terga negare viris.
Belligeris actis curſuque nihil remoratis,
Quin feriant refugas.
Inſilvere rates dilapſos exanimantes
Fluctibus aut gladiis,
Tingit Mars undas, tellure marique triumphans
Gens mala cæſa ruit.
Cæde rates redolent, quas mille cadavera complent
Tranſtra rubent ſanie,
Sentinam plena ſenſere cruore carina,
Corpora trunca natant.
Purpureo comptus mutat ſua cærula Pontus,
Clara trophæa gerens.
Hoſtilis prope cuncta manus ruit undique victa,
Fugerat extima pars.
Solo barcarum nitens curſu vacuarum,
Spernit opum cumulos,
Omneque prædarum dimittit onus variarum,
In ratibus poſitum.
Quod Latia terra mox victores retulere,
Caſque ſuum patriæ.
Vis peregrinorum diſpar patet alterutrorum,
Exul uterque fuit,
Hunc mare fert Auſtrale ſolum dedit hunc Boreale,
Viribus ambo valent.
Ille freto pugnax, hic in terra magis audax,
Poſt elementa meat.
Robur eis impar multum plane, niſi fallar,
Sea leve ſeu ſolidum,
Hos iſtos omnipotens palam proſtraverit hoſtes
Qui ſacra diruerant,
Belligeratoreſque ſuos digne meliores
Juſſerit his fieri,
Tunc reparatores (ut erat caſu ſub eo nos)

XII. *Moritur Zacharias PP.* *Sanctus Zacharias* Papa *ſepultus eſt ad B. Petrum Apoſtolum Idibus Martii, Indict. V.* inquit Anaſtaſius, ideoque mortuus eſt hoc anno, quo menſe Martio Indictio V. obtinebat, & quidem die decima quarta menſis Martii, ad quem inſcribitur Martyrologio Bellini, *ſecundum morem Romanæ Curiæ* an. MCDXCVIII. Venetiis edito, aliiſque a Bollando ad diem XV. Martii, in Vita hujus Sancti Pontificis memoratis. Quare Anaſtaſius non diem mortis, ſed ſepulturæ ejus, uti in more habet, notavit. Cum enim *Zacharias*, juxta eumdem Anaſtaſium ſederit *annos decem, menſes tres, dies XIV.* quod in MSS. ejus exemplaribus, in Reginone, Luitprando, variiſque Catalogis habetur, & ordinatus fuerit die XXX. Novembris anni DCCXLI. mors ejus alia die, quam XIV. Martii non contigit. Baronius recte quidem mortem ejus conſignavit, ſed quia tardius ejus Pontificatum exorſus eſt, dies illos XIV. perperam reduxit ad decem; & Papebrocius in Conato Chronico-Hiſtorico, qui ordinationem

Urbis & Eccleſiæ.
Poſtque creatores ut habet ſe clara modo res)
Orbe ſua patria,
Pluribus almaram regionibus eccleſiarum,
Quas honor altus habet.

Capitulum,

Victrices Aquilæ renovant decus Urbis herile,
Quæ uitnere procul.
Civibus ereptam prædam pandendo receptam,
Lætitia celebri
Pontificem comitata ruit plebs conglomerata
Obvia Principibus.
Clerus præterea recinit cum laude trophæa,
Suſcipiens proceres,
Debellaudorum ſalvatores popalorum,
Atque patres patriæ,
Quos acies plenæ circumviſuntur amanæ,
Nullus abeſt numero,
Dum cuneis totis propt deciderit ferus hoſtis,
Nemo ſub his periit.
Militiæ ducibus, non armatus, neque nudus,
Nemo pedes, vel eques.
Oblectat Cives laudum victoria dives,
Quæ dabat incolumes
Victores cum re capta ſine clade redire,
Auſpice forte ducum.
Quapropter lætus numerat cum Præſule cœtus
Præmia ſumma viris.
Jura tenenda Senatus eis tribuit dominatur
Omnibus in ſpoliis.
Id ſibi dum laudat, ſententia publica mandat,
Ut pie ſuſcipiant,
Qui contra reſponſa dederunt religioſa
Digna probis ducibus
Non terrenarum propter lucra divitiarum
Sed aeque pro ſpoliis
Sponte domos liquiſſe ſuas peregrina petiſſe,
Res homineſque ſuos
Non dubia voluiſſe via facile tribuiſſe
Deciduas ob opes,
Cum patria tellure per amplo prædiarure
Plurima poſſideant.
Sed qaibus eſſet honos ſibi perquiſiſſe patronos,
Quos & adhuc cupiaat
Hæredeſque ſuarum poſcant divitiarum
Perpetuo fieri.
Præſul ut hæc audit promiſſis promptior addit
Munus honorificum.
Libera tumbarum datur optio grata Sacrarum,
Præter Apoſtolicas.
Tandem ſecreto Præſul jubet ore faceto;
Quem cupiant referant.
Hi ſuper inſigne paſſim virtute Quirini
Sæpius audierant. &c.

Cecinit auctor non ſolum ejuſdem martyris coeporis tranſlationem ad Noricos factam, ſed etiam multiplicia miracula virtute ejuſdem Martyris edita, eleganta quidem, quæ tu conſulas. Nos ad ſucceſſorem Zachariæ convertamus orationem, quem ſepultum diximus Idibus Martii, & vacaſſe ſedem diebus duodecim.

Sic igitur die vigeſimaſeptima Martii creatus eſt ſucceſſor ejus Stephanus, de quo ita idem Anaſtaſius: *Defuncto vero beatæ memoriæ Zacharia Papa, Stephanum quemdam presbyterum ad ordinem Pontificatus cunctus populus ſibi elegit; & intro Lateranenſe Patriarchium miſit; ubi biduo manens, tertio die poſtquam a ſuo ſur.* Stephanus Pap. II.

PAGIUS

Zachariæ a die XIX. menſis Novembris deducit, ut illi tribuat annos, menſes, & dies ab Anaſtaſio attributos cogitur mortem ejus cum die quinta menſis Martii illigare contra Anaſtaſii auctoritatem.

XIII. *Stephanus Presbyter inter Pontifices Rom. numerari non debet.* Mortuo Zacharia *Stephanus Presbyter* ad Pontificatum ab omni populo electus, & in Lateranenſe Patriarchium immiſſus, *ubi biduo manens tertia die poſtquam a ſuo ſurgeret ſomno* ſubito obmutuit, & *ſequenti die defunctus eſt,* inquit Anaſtaſius. Baronius dicit, hunc *Stephanum* verum fuiſſe Pontificem, & quia jam alius ejuſdem nominis præceſſit, hunc vocat Stephanum *Secundum*, & deinceps cæteros ejuſdem nominis uno gradu ſummovet. Verum Presbyter iſte inter Pontifices Romanos numerari non poteſt; cum nunquam ordinatus fuerit, & Anaſtaſius, aliique Antiqui alium *Stephanum* Zachariæ Succeſſorem, de quo mox, *Secundum* appellent, non Tertium. Papebrochius laudatus dicit, ante Baronium Stephanum Presbyterum a nullo inter Pontifices recenſitum fuiſſe; ſed iſtius indebitæ Pontificum Romanorum multiplicationis primos Auctor, non Baronius, ſed Onophrius in Chronico Eccleſiaſtico extitit.

XIV. *Nominatio Epiſcopatuum Pippino Majori Domus a Zacharia conceſſa.* Ad hæc perperam Baronius num. VIII. ſcribit conceſſam fuiſſe a Zacharia Papa Pippino Regi Francorum nominationem Epiſcoporum pro Eccleſiis vacantibus in Regno ſuo; id enim eidem Pippino conceſſum, dum adhuc Major Domus eſſet, & quidem in Concilio Sueſſionenſi anno DCCXLIV. habito; quod oſtendit ipſamet Epiſtola Lupi Abbatis Ferrarienſis ad Amulum Archiepiſcopum Lugdunenſem, cujus Baronius num. IX. hæc verba recitat: *Pippinus, a quo per maximum Carolum & religioſiſſimum Hludoguicum Imperatores ducit Rex noſter*

ſurgeret ſomno, & ſedens familiares cauſas diſponeret, ſubito dum ſederet, aliematus obmutuit, & ſequenti die defunctus eſt. Propter brevitatem temporis, quo ſedit, factum eſt ut a pluribus dimittotus in ſerie Romonorum Pontificum, cum tamen vere Pontifex fuerit. De ſucceſſore autem pergit dicere Anaſtaſius.

XI. Stephani Pap. III. electio. *Poſt hæc vero cunctus Dei populus congregatus intra venerabilem baſilicam ſanctæ Dei Genitricis ad Præſepe, ubi & omnes miſericordiam Domini Dei noſtri petentes, & in ipſius Dominæ noſtræ ſanctæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ bono animo, & conſona voce alium Stephanum beatiſſimum virum ſibi elegere Pontificem. Quem omnes ſincera mente cum laudum præconiis in baſilicam Salvatoris quæ appellatur Conſtantiniana, deportaverunt, & exinde intus venere, & in Patriarchium juxta morem intromiſerunt*. Hæc de electione poſterioris Stephani, de quo idem Anaſtaſius iſta præmittit, de ejus primo ætate. *His natione Romanus poſt tranſitum patris ſui derelictus, in venerabili ſubiculo Lateranenſi pro doctrina Apoſtolicæ traditionis ſub prædeceſſoribus beatis Pontificibus permanſit, quem ſingillatim per clericales ordines promoventes, diaconatus ordine eum ordinaverunt*. Et inferius: *Erat hic benigniſſimus Papa amator Eccleſiarum Dei, traditionem etiam Eccleſiaſticam firma ſtabilitate conſervans, pauperum Chriſti velox ſubventor, & verbi Dei in magna conſtantia prædicator; viduas & pupillos multo melius viſitans*, eleemoſynis ſcilicet quam corporali præſentia, *fortiſſimus etiam ovilis ſui cum Dei virtute defenſor*. Quam autem ſta-

tim ut Pontifex factus eſt, pauperum curam geſſit hoc primo ejus Pontificatus anno, idem Anaſtaſius ita pergit dicere.

Mox vero reſtauravit & quatuor in hac Urbe ſita antiquitus Xenodochia, quæ diuturnis, & longinquis temporibus deſtituta manebant, & in eis ordinavit omnem utilitatem in diverſis eorum locis intus & foris, in quibus & multa contulit dona, quæ & privilegii pagina ſub anathematis interdicto confirmavit. Pari modo a novo fundaſſe dignoſcitur & Xenodochium in Plataria, centum pauperum Chriſti diſpoſitum illic faciens, quotidianum videlicet victum eorum decernens tribui. Nam & foras muros hujus civitatis Romanæ ſecus baſilicam beati Petri Apoſtoli duo fecit Xenodochia, in quibus & plura contulit dona: quæ & ſociavit venerabilibus diaconiis illic foris exiſtentibus perenniter permanere, id eſt, diaconia beatæ Dei Genitricis, & beati Silveſtri: quas ex privilegiis Apoſtolicis perenniter permanenda munivit. Hactenus de Xenodochiis hoc anno a Stephano Pontifice inſtitutis, & reſtitutis. XII. Prima ſtudia pietatis Stephani Papæ.

Jacta ſunt opportune hæc ſolide fundamenta pietatis, quibus adverſus ingruentes fluctus bellici motus Longobardorum in Romanam Eccleſiam excitati, ipſe Pontifex divino præſidio fultus, ſervaretur illæſus. At quinam iſti fuerint; qui hoc anno cœpti, ad quadriennium majore ſemper impetu irruerunt, ex Anaſtaſio enarremus, qui etſi rudi ſtylo, fideliſſime tamen rerum geſtarum hiſtoriam exaravit, atque primum de his, quæ acciderunt hoc anno, ubi idem Stephanus in Sedem Pontificiam eſt elevatus. Ait enim.

PAGIUS *ſter* (ſcilicet Carolus Calvus) *originem, expoſita neceſſitate hujus Regni Zachariæ Romano Papæ in Synodo*, CUI MARTYR BONIFACIUS INTERFUIT (ideoque in Sueſſionenſi) *ejus accepit conſenſum, ut acerbitati temporis, induſtria ſibi probatiſſimorum decedentibus Epiſcopis mederetur; ne forte ſimplicitate Pontificum poſſet contingere, quod in hac Heduorum Urbe, cujus nos nunc cura exercet, evenit*. In Synodo enim Sueſſionenſi, cui Pippinus Dux & Princeps Francorum ac Sanctus Bonifacius interfuere, Canone tertio hæc verba leguntur, *Conſtituimus per conſilium Sacerdotum & Optimatum meorum* (non vero eorum ut perperam in vulgatis editionibus habetur) *& ordinavimus per Civitates legitimos Epiſcopos, & id circo conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel & Ardobertum*, hunc nempe Senonis, illum Rhemis. Jam eo jure Carolomannus uſus fuerat in Synodo Germanica & in Liptinenſi, & Zacharias cuncta quæ in illis Synodis ſtatuta ſunt approbavit: *Per conſilium Sacerdotum religioſorum & Optimatum meorum*, inquit Carolomannus Canone I. Synodi Germanicæ, *ordinavimus per Civitates Epiſcopos*. Hæc porro ſunt verba Zachariæ recitata lib. 5. Capit. tit. I. *Referente nobis Reverendiſſimo atque Sanctiſſimo fratre noſtro Bonifacio Archiepiſcopo, quod dum Synodus aggregata eſſet in Provincia veſtra juxta noſtram commonitionem, mediantibus filiis noſtris Pippino & Carlomanno Principibus veſtris, peragente etiam vicem noſtram Metropolitano Bonifacio, Dominus illuminaſſet corda veſtra cum Principibus veſtris in prædicationem ejus, ut omnibus commonitionibus ejus obediretis*, &c. *Omnipotenti Deo gratias agimus*, &c. Epiſtola illa inſcripta univerſo Clero Ducibuſque & Comitibus Franciæ, qui ſua ſuffragia contulerant in horum Canonum conditione, dataque poſt Concilium Liptinenſe.

XV. *Stephanus II. fit Pontifex Romanus*. Anaſtaſius, poſtquam durationem Sedis *Zachariæ*, & diem, quo ſepultus eſt, memoravit, ſcribit: *Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies duodecim*, quod & in ejus exemplaribus MSS. etiam legitur. Quare *Stephanus* II. non vero III. ut eum vocat Baronius, *natione Romanus*, ordinatus eſt die vigeſima ſexta menſis Martii, in quam hoc anno Dominica cadebat, non vero die vigeſima ſeptima ejuſdem menſis, ut tradit Baronius, vel die decima nona Martii, ut arbitratus Papebrocius laudatus, quod hujus Pontificis emortualis dies alterutro die non

XIII. Conatus Aiſtulphi Regis Longobardor. *Inter hæc vero, dum magna perſecutio a Longobardorum Rege Aiſtulpho in hac Romana Urbe, vel ſubjacentibus ejus civitatibus inſiſteret, & vehemens ejuſdem Regis ſævitia immineret: illico idem beatiſſimus Papa tertio Apoſtolatus ſui menſe, diſponens ſuum germanum, ſanctiſſimum ſcilicet Paulum diaconum, atque Ambroſium Primicerium pluribus cum muneribus ad eumdem Longobardorum Aiſtulphum Regem ad pacis ordinandum, atque firmandum fœdera miſit. Qui præfati viri ad eum convenienter, impertitis muneribus, quo facilius eadem apud eum impetrarent in quadraginta annorum ſpacia pacti fœdus cum eo ordinantes confirmaverunt. At vero idem protervus Longobardorum Rex; antiqui hoſtis invaſus verſutia, ipſa fœdera pacis poſt pene quatuor menſes, in perjurii incidens reatum, diſrupit.* Quod ſecundum initam temporis rationem dictorum ſeptem menſium poſt Stephani Papæ creationem, oportuit hæc contigiſſe hoc anno, menſe Octobris. Quæ præterea impius ſic molitus audi.

XIV. Ubi enim initam pacem diſſolvit: *multas* (inquit Anaſtaſius, *in præfatum ſanctiſſimum virum, vel cunctum populum Romanum ingerens contumelias, varias illi minas dirigens, cupiens quippe, Deo non ſibi contrario, cunctam hanc provinciam invadere, & oneroſum tributum hujus Romanæ Urbis inhabitantibus adjicere nitebatur, per unumquodque ſcilicet caput ſingulos auri ſolidos annue auferre inhiabat, & ſuæ juriſdictioni civitatem hanc Romanam, vel ſubjacentia ei caſtra ſubdere indignanter aſſerebat.*

Cernens vero idem ſanctiſſimus Papa, validam præfati Regis imminere ſævitiam magnopere, ad ſe accerſitis venerabilium monaſteriorum ſanctorum Vincentii & Benedicti religioſis Abbatibus, ſua vice eos crudeliſſimo miſit Regi, obnixe per eos poſtulans pacis fœdera, & quietem utrarumque partium populi obtinere confirmandam. Quos nempe ſuſcipiens, omnino contemptui habens, ſprevit eorum monita, & ad ſuæ animæ detrimentum, ſine effectu cauſæ, confuſos ad propria abſolvit monaſteria, obteſtans eos minime ad ſanctiſſimum Papam declinare. Quod audiens ipſe præcipuus Pater, extemplo juxta (ut crebro conſueverat) omnipotenti Domino Deo noſtro ſuam populique ſibi commiſſi commendans contulit cauſam hanc, lugubremque ejus divinæ majeſtati inſinuavit lamentationem. XV. Legati a Stephano Pap. ad Aiſtulphum.

Et dum hæc agerentur a *convenit Romam Joannes Imperialis Silentiarius, deferens eidem ſummo Pontifici juſſionem, ſimulque & aliam ad nomen prædicti Regis impii detulit adhortationis annexa ver-* a conjunit

PAGIUS XVI. *Stephanus II. vexatur a Rege Langobardor. auxilium Imperatoris fruſtra implorat.* contigiſſe demonſtrat. [1]

A num. XIII. ad XVI. Pontifices Romani poſt ſua latifundia invaſa, & hæreſim Leonis Imp. ejus ac Conſtantini Copronymi Imperium colurrant, & Reipublicæ curam non deſeruere. Sed *Aiſtulfus* Langobardorum Rex fœdus, quod cum Eccleſia Romana in annos undecim pepigerat, rupit, ipſamque Romam petiit, quo tempore Romani Imperatoris obſequium nondum deſeruerant. [2] Quare miſſus Romam a Conſtantino Copronymo *Joannes Silentiarius*, cum literis ad Papam & ad Regem *Aiſtulfum*. Legatum Ravennam adeuntem comitatus eſt Paulus Diaconus, frater Stephani II. ut Provinciarum reſtitutionem ab Aiſtulfo impetraret; quod tamen fruſtra fuit. Quare Stephanus Papa ſuis quoque Legatis cum Imperatore, licet hæretico ſummopere contendit, *ut juxta quod ei ſæpius ſcripſerat, cum exercitu ad tuendas has Italiæ partes modis omnibus adveniret, & de iniquitatis filii morſibus Romanam hanc Urbem vel cunctam Italicam provinciam liberaret*, inquit Anaſtaſius in Stephano II. Cum autem nulla ſpes præſidii ex Oriente ſupereſſet, unicum ſaluti ſubſidium *Stephanus* II. cenſuit Gallicanæ pietatis arma implorare: *Cernens*, inquit idem Anaſtaſius, *ab Imperiali potentia nullum eſſe ſubveniendi auxilium*, tunc Deceſſorum exemplo, Francos ſuis literis ad auxilia mittenda ſollicitavit, qua de re ſuo loco. Hucuſque itaque Romana Civitas, licet calamitatibus belli vexata, Imperium Conſtantini Copronymi agnovit.

Sanctus Anſelmus, cujus ſoror *Giſeltruda* conjux XVII.

NOTÆ [1] STephanus, qui hoc anno die XXVI. Martii, ut habet Pagius, conſecratus eſt, non hujus nominis *ſecundus*, ſed *tertius* dicitur in Synodo Lateranenſi anni 769. a Cajetano Cenni ex codice Veronenſis Eccleſiæ annorum circiter 800. in lucem an. 1735. emiſſa. Habita autem fuiſſe ibi dicitur hæc Synodus: *Indictione ſeptima*, quod eſt an. Chriſti 769. Ibidem initio legitur: *Propoſitis in medio ſacroſanctis Chriſti quatuor Evangeliis, præſidente ter beatiſſimo, & evangelico STEPHANO Summo Pontifice hujus Romanæ urbis Eccleſiæ, & univerſaliter TERTIO PAPA in venerabili Baſilica &c.* GEORGIUS

[2] NEque hoc anno, nec initio ſequentis Aiſtulphus quidquam in pontificem, & Romam moverat: nam ex literis Stephani II. datis *ordinationis ejus anno primo indictione VI.* idest anno 753. idibus januarii, conſtat Aiſtulphum veniſſe tunc Romam ad ſacra limina & beneficia quædam a Pontifice pro Anſelmo abbate Nonantulæ impetraſſe. Recitatur hæc ab authore chronici Nonantulani rerum Italicar. tom. 2. part. II. Ex eodem diplomate conſtat, hoc anno 753. coactum Romæ fuiſſe concilium; habet enim: *Synodali commonente concilio*: cujus concilii nulla mentio in collectionibus. MANSI

Alia Legatio ad Regem Longobardos, miſſa.

verba, ut Reipublicæ loca, ab eo diabolico uſurpata ingenio, proprio reſtitueret dominio. Quem videlicet venerabilem Miſſum confeſtim ſæpe fatus ſanctiſſimus Papa cum ſuo germano prædicto Paulo diacono ad eumdem miſit nequiſſimum Aiſtulphum Ravennam. Quibus ſuſceptis cum nanis abſolvit reſponſis, adhærens, conjungens ſcilicet, *eidem Imperiali Miſſo quemdam propriæ gentis nefarium virum, diabolicis imbutum conſiliis ad regiam properandum urbem*, Conſtantinopolim videlicet. *Reverſique Legati Romam, & præſentati eidem ſanctiſſimo Papæ, enarraverunt, nihil ſe egiſſe*. Hactenus res anni hujus, reliqua ſequenti, ut ratio poſtulat temporis, dicentur.

Porro etſi Aiſtulphus adeo impius & ſacrilegus ex rebus geſtis apparuit: ejus tamen cognatus Anſelmus frater uxoris ejus religione inſignis eſt habitus, quippe qui hoc ipſo anno Nonantulam nobile monaſterium in agro Mutinenſi conſtruxit in honorem Apoſtolorum, quod & ampliſſimis redditibus auxit, quo etiam Roma acceptas S. Silveſtri venerandas reliquias tranſtulit. Ita Sigebertus hoc anno & alii. Ipſum autem monaſticam vitam eſſe profeſſum, & in Abbatem promotum ducentis monachis præfuiſſe, Ricobaldus affirmat.

XVI. Hoc eodem anno S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus, ubi accepiſſet Zachariæ Papæ Stephanum ſubſtitutum fuiſſe, has ad eum litteras dedit:

Ex epiſtola Bonifacii Epiſc. Moguntini ad Stephanum Papam.

Domino excellentiſſimo Stephano Papæ Bonifacius exiguus Epiſcopus, diſcipulus Romanæ Eccleſiæ in Chriſto charitatis ſalutem.

*Sanctitatis veſtræ clementiam intimis obnixe flagito precibus, ut familiaritatem, & unitatem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ a veſtra clementia habere merear, & in diſcipulatu pietatis veſtræ, Sedi Apoſtolicæ ſerviendo, ſervus veſter fidelis & devotus permanere poſſim eo modo, quo ante ſub tribus prædeceſſoribus veſtris Apoſtolicæ Sedi ſerviebam, Gregoriis duobus, & Zachariæ, qui me ſemper exhortatione, & auctoritate litterarum ſuarum muniebant, & adjuvabant. Quod apud vos invenire deprecor, ut præceptum Paternitatis veſtræ eo melius perficere, & implere poſſim: nam ſi quid in iſta legatione Romana, qua pluſquam triginta annis functus ſum, utilitatis Eccleſiæ præfatæ peregi, adhuc implere, & augere deſidero: Si autem minus perite aliquid aut injuſte a me factum, vel dictum reperitur, judicio Romanæ Eccleſiæ prompta voluntate, & humilitate emendaturum me ſpondeo. Interea deprecor, ut pietas domini mei non dedignetur, quia tam tarde Miſſum meum, & litteras ad præſentiam veſtram direxi. Hoc ideirco contigit, quia præoccupatus fui reparatione Eccleſiarum, quas pagani incenderant, qui per titulos, & cellas noſtras plus quam triginta Eccleſias vaſtaverunt. Et hæc * cauſa fuit tarditatis meæ, & non aliqua negligentiæ incuria.* Hactenus fragmentum, quod reperimus epiſtolæ potius, quam integra epiſtola Bonifacii ad Stephanum Papam. Quæ autem huic appoſita alicubi reperitur appendix de controverſia cum Colonienſi Epiſcopo, non ad hanc, ſed ad aliam ſpectat epiſtolam, ut ſuo loco dicetur, cum agemus de prædicatione ipſius ad Friſios. Ad Friſiorum enim converſionem Bonifacium omne poſt hæc ſtudium impendiſſe, quæ ſuo loco dicenda erunt, oſtendent. Quo pariter tempore, ubi Archiepiſcopus Viennenſis Stephanum Papam audivit creatum Romu-

* Occaſio

PAGIUS

Floret S. Anſelmus Abbas Nonantulanus.

jus erat ejuſdem Aiſtulfi Regis, poſtquam *Fanamum* Monaſterium aliquandiu incoluit, in conditum ab ſe Nonantulanum Cœnobium ſe ſe recepit; cumque *Sanctiſſimus vellet artus acquirere Silveſtri, in Dominica Incarnationis anno DCCLIII. ſupradictum petiit Regem ſuppliciter rogans, ut cauſa orationis, maximeque hujus negotii, una ſecum Romam veniret. Rex annuit, & Abbas fratribus ſtipatus Romam advenit ad Virum per omnia Beatiſſimum Stephanum*, inquit Monachus Anonymus Nonantulanus in Sancti Anſelmi vita, qui refert poſtea literas Stephani II. Papæ, in quibus confirmat donationes factas Monaſterio Nonantulano ab Aiſtulſo Rege, & ad ejus petitionem Anſelmo concedit corpus Sancti Silveſtri Papæ cum aliis Sanctorum pignoribus. Aliis literis ibidem recitatis Stephanus II. omnia Privilegia, bonaque eidem Monaſterio tradita, ac corpus Sancti Silveſtri Anſelmo confirmat. In fine harum literarum legitur: *Scriptum per manum Sergii S. R. E. Scrinarii Indictione VI. menſe Januario. Data Idibus Januarii per manum Anaſtaſii primi Epiſcopi Diœceſanorum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, anno Deo propitio Pontificatus Domni Stephani Summi Pontificis & univerſalis Papæ in Sacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli Primo.* Porro Baronius num. XV. non corpus Sancti Silveſtri, ſed ejus Reliquias *Nonantulam* tranſlatas dicit, licet Sigebertus, quem citat, & Monachus Nonantulanus in Vita Sancti Anſelmi, qui ejus tempora lucem non viderat, diſerte aſſerant, corpus Sancti Silveſtri datum fuiſſe Anſelmo; quia ſcilicet Romani contendunt, apud ſe in Eccleſia Beatorum Silveſtri & Martini de Montibus ſacrum illud corpus aſſervari.

Theophanes anno XII. Conſtantini Imp. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni exorditur, ait: *Hoc anno Conſtantinus impius Imperator vanis ſuperbiæ flatibus elatus pleroſque per ſingulas Civitates adverſus Eccleſiam & Orthodoxam fidem cœtus & conſulta agitari commentus, populum ad ſuam ſententiam amplexandam doloſe pertraxit & eo pacto viam ipſis ad impietatem, quæ ſumma futura erat, paravit.* XVIII.

Conſtantinus Imp. hæreſi ſuæ propagandæ incumbit.

Pippini novi Regis cura ſe ſe ad Gothiam, ſeu *Septimaniam* ſub Saracenorum jugo laborantem convertit, ut deinde in Hiſpaniam quoque, opem laturus oppreſſis, penetraret cum co- XIX.

manum Pontificem, ejus interpellavit auctoritatem apud Francorum Reges pro reſarcienda Viennenſi Eccleſia, a barbaris Sarracenis deſtructa. Cum idem Pontifex has ad eum litteras reddidit (a):

(a) Bibl. Floriac. edit. a Jo. a Boſco Caleſt. par. 2. pag. 44.

Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei fratri Proculo Eccleſiæ ſanctæ Viennenſis Archiepiſcopo.

Lectis litteris tuis de afflicta Viennenſi Eccleſia, valde dolui, non ſolum quod eadem perantiqua, ſed quod etiam Romano Senatui peculiariter chara extitit. Miſi autem pro reſtauratione ejus litteras Principibus Francorum, ut ſicut Metropolitano jure pollebat: ita rebus vacuata non minueretur. De noſtra autem auctoritate ſcias tibi auctoritatem veterum ſervari: nec unquam privilegiis antiquis cana reverentia firmatis, Eccleſiam Viennenſem poſſe vacuari. Deus te incolumem cuſtodiat. Data per manum Georgii Notarii, & Scriniarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ VIII. Kal. Julii. Quæ autem hæc ſecuta ſint, ignorantur.

Stephani Papæ ad Proculum Viennenſem Archiepiſcoporum litteræ.

Se-

PAGIUS

Pippinus Saracenos a Septimania extere aggreditur.

copiis. Itaque ſe in Septimaniam contulit, & tum *Anſemundus Gothus*, ut tradit Auctor Annalium Anianenſium ad hunc Chriſti annum, *Nemauſo Civitatem, Magdalonam, Agaton, Biterris, Pippino Regi Francorum tradidit. Ex eo die Franci Narbonam infeſtant.* Hujus Urbis expugnatio majoris operis fuit; quia firmo Saracenorum præſidio munita, licet omnigenis, prout illa ætas ferebat, machinis concuſſa, ad deditionem cogi tum non potuit, ſed poſt triennium tantum, cum tantomdem duraſſet obſidio, Pippino Regi ſeſe commiſit. Expeditionis iſtius memoriam nobis conſervavit Annaliſta Metenſis, qui Baronii tempore lucem non viderat: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCLII. Pippinus Rex exercitum duxit in Gothiam, Narbonamque Civitatem, in qua adhuc Saraceni latitabant, obſedit. Tentatis itaque plurimis argumentis, munitiſſimam Civitatem capere non potuit. Cuſtodia tamen ibi derelicta quotidianis irruptionibus illos Cives afflixit, & per triennium bellum Narbonam obtinuit; expulſiſque de tota Gothia hominibus illis, Chriſtianos de ſervitio Saracenorum liberavit.*

XX.

Magna Catalonia pars ſe Pippino dedit.

Interim dum longa obſidione *Narbona* premebatur, Ruſcinonenſis ager atque Confluentinus Helenenſi Diœceſi ſuppoſiti, & pars Provinciæ Narbonenſis ultima, quæ Hiſpaniæ adnectitur, Imperio *Pippini* ſe ſe ſubmiſerunt. Quin etiam magna pars vicinæ Provinciæ, quæ poſtea dicta eſt *Marca Hiſpanica*, nunc vero *Catalonia*; dedente ſe ultro *Solinoan* Duce Saracenorum, in ejuſdem Principis fidem tranſivit. Nam poſt ea, quæ ſuperius deſcripta ſunt ex Annalibus Metenſibus iſta ad eumdem annum ſtatim ſequuntur: *Solinoan quoque Dux Saracenorum, qui Barcinonam Gerundamque Civitatem regebat, Pippini ſe cum omnibus, quæ habebat, Dominationi ſubdidit.* Solinoan iſte ſive Suliman, tenebat Barcinonem & Gerundam; quæ deletis Tarragone, Emporiis, Auſona, & Orgello, cum ſolæ ſupereſſent in Provincia, ejus deditionem ſignificant, tametſi aliarum mentio non fiat. Unde factum, ut deditionis *Emporiarum*, quæ prima occurrere debuit poſt ſuperatum ſummum Pyrenæum, nullam mentionem faciant Annales Francici, neque in hac Pippini, neque in altera Caroli Magni expeditione, de qua infra. Hujus autem ſilentii nulla alia cauſa eſt, inquit Marca lib. 3. de Marca Hiſpanica cap. 4. quam quia *Emporiarum* Civitas exciſa tum atque deleta erat. Unde factum, ut Diœceſis Emporitana conjuncta fuerit cum Gerundinenſi, intra cujus limites etiamnum conſiſtit. Harum victoriarum a *Pippino* reportarum, antequam Annales Metenſes & Chronicon Anianenſe in lucem prodirent, ignoratio locum dedit fabuloſæ expeditioni in Cataloniæ fines ſuſceptæ, ab Otgero Gothote cognomento Catalone a Caſtro Catalone in Aquitania cum novem Baronibus, quos ferunt ex *Aquitania* profectos juga Pyrenæi cum copiis Gallicis ſuperaſſe, ad pellendos ex ea Regione Saracenos, & demum poſt longum decem annorum tempus Emporiarum obſidionem aggreſſos, ac poſt LVII. annos Carolo M. ad Narbonam ſe ſe adjunxiſſe. Quam fabulam Marca ibidem cap. 5. ſolide refellit, oſtenditque nullum unquam Caſtrum *Catalonem* appellatum fuiſſe in Gallia, a quo *Catalonia* nomen accipere potuerit.

I. SEquitur ordine temporis annus Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus tertius, Indictione ſexta, quo Roma ab Aiſtulpho Longobardorum Rege obſeſſa dire vexatur, & civitates Romanæ Eccleſiæ ab eodem Rege invaduntur, cum ipſe Stephanus Romanus Pontifex ad hæc avertenda, ſtudio indefeſſo laboraret. Quomodo autem iſta ſe habuerunt, tibi per ſingula ſuo ordine ingeremus. Qui igitur hæc quam fideliſſime proſecutus eſt Anaſtaſius (fideliorem namque ipſo habemus neminem) iſta deſcribit: atque primum de legatione ab eodem Stephano Pontifice miſſa ad Conſtantinum Imperatorem, quem eſt hortatus, ut adverſus Longobardos ad defenſionem eorum, quæ ſupererant Imperii Romani, in Italiam exercitum mitteret, iſta habet;

II. *Legatos mittit Stephanus Papa Conſtantinopol.* *Tunc præfatus ſanctiſſimus vir Stephanus Papa, agnito maligni Regis conſilio miſit in regiam urbem ſuos Miſſos, & Apoſtolicos affatus cum Imperiali præfato Miſſo, Joanne videlicet Silentiario, deprecans Imperialem clementiam, ut juxta quod ei ſæpius ſcripſerat, cum exercitu ad tuendas has Italiæ partes, modis omnibus adveniret, & de iniquitatis filii morſibus Romanam hanc Urbem vel cunctam Italiam provinciam liberaret. Inter hæc vero permanens in ſua pernicie præfatus atrociſſimus Longobardorum Rex, exarſit furore vehementi, & fremens ut leo, peſtiferas minas Romanis dirigere non deſinebat, aſſerens, omnes uno gladio jugulari, niſi ſuæ, ut præfatum eſt, ſeſe ſubderent ditioni. Rurſumque antefatus ſanctiſſimus Pater, congregato univerſo Romano cœtu taliter eos paterno amore admonuit, inquiens: Quæſo vos, filii cariſſimi, pro noſtrorum delictorum mole Domini imploremus clementiam, & ipſe noſter erit adjutor, liberabitque ſua providentiſſima miſericordia a perſequentium manibus. Cujus ſalutiferis admonitionibus cunctus obediens populus, congregati unanimiter omnes, lacrymis fuſis omnipotentem Dominum Deum noſtrum deprecati ſunt.*

III. *Preces publicæ pro ſalute urbis fuſæ.* *In una vero dierum cum multa humilitate Stephanus procedens in Litania cum ſanctiſſima imagine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ* * *Acheropita non manufacta nuncupatur, ſimulque & cum ea alia diverſa ſacra miniſteria recipiens, proprio humero ipſam ſanctam imaginem cum reliquis ſacerdotibus idem ſanctiſſimus Papa geſtans, nudis pedibus tam ipſe, quam univerſa plebs incedentes in Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis, quæ ad præſepe nuncupatur, poſito in omnibus capitibus populorum cinere, cum maximo ejulatu pergentes, miſericordiſſimum Dominum noſtrum deprecati ſunt, alligans, connectenſque adorandæ Cruci Domini Dei noſtri pactum ſcilicet illud, quod nefandus Rex Longobardorum diſrupit.* Quod vero id non ſemel factum ſit, ſed eadem perſecutione permanente, eædem ſint admonitiones Pontificis, preces, atque Litaniæ frequentatæ, ſic idem ſubiicit Anaſtaſius.

IV. *Frequentes Litaniæ.* *Hic beatiſſimus Papa omnes ſuos ſacerdotes, & clerum in Lateranenſi Patriarchio ſedule aggregans, admonebat divinam totis niſibus lectitare ſcripturam, & in lectione vacare ſpirituali, ut efficaces invenirentur in omni reſponſo adverſariorum Eccleſiæ Dei. Nec enim ceſſabat indeſinenter admonendo, & confortando cunctum Dei populum ſobrie, pieque agere, atque ab omni pravitate ſeſe cuſtodire. Hic beatiſſimus vir pro ſalute provinciæ, & omnium Chriſtianorum, omni ſabbato die, Litaniam cum omni populo, poſtpoſito neglectu, fieri ſta-*

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCXCI. Anno Hegiræ CXXXV. inchoato die 6. Julii fer. 7. A.C. 753. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6246.

☉ 6. E. ☽ 13. P. 25. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 753.

STEPHANI II. PAPÆ 2.

CONSTANTINI COPRONYMI 34. & 13.

LEONIS IV. 3.

A Num. I. ad V. *Aiſtulfo* Longobardorum Rege Romam obſidione cingente, & Romanæ Eccleſiæ Civitates invadente *Stephanus* II. preces publicas pro ſalute Urbis fundit, & Legatos Conſtantinopolim mittit, qui nullum auxilium ab Imperatore bellum adverſus Catholicam fidem gerente, impetrare potuere, ut narrat Baronius ex Anaſtaſio, qui poſtea ex Theophane ad annum XIII. Conſtantini Imp. refert mortem *Anaſtaſii* Patriarchæ hæretici Conſtantinopolitani, de qua Nicephorus in Breviario, poſtquam locutus eſt de immani prodigio anno DCCLI. num. XI. a nobis recitato, hæc habet: *poſt illud ſiderum portentum aliquanto tempore Anaſtaſius Conſtantinopolitanus Patriarcha moritur.* Eidem Nicephorus in Chronico tribuit annos XXI. Auctor vero Tabularum Theophani inſertarum annos XXIV. & quidem recte; cum anno DCCXXX. ineunte Sedem Conſtantinopolitanam invaſerit. Quare error irrepſit in illum Nicephori numerum. Anaſtaſio ſucceſſit *Conſtantinus Monachus*, & Epiſco- *Anaſtaſius Patriarcha Conſtantinop. moritur.*

ſtatuit: uno quidem Sabbato ad ſanctam Dei Genitricem Ad præſepe, alio vero ad beatum Petrum Apoſtolum, & alio ad beatum Paulum Apoſtolum. Hæc ſunt, quæ de frequentibus Litaniis indictis Anaſtaſius habet.

Quod vero ad legationem ab ipſo Pontifice Conſtantinopolim miſſam pertinet: eamdem inanem redditam eſſe, certum eſt; nam non adverſus Longobardos ſed adverſus Catholicam fidem bellum paratum ab Imperatore Copronymo conſtat. *Sed in primis* (inquit

Moritur Anaſtaſius Epiſc. Conſtantinop.

Theophanes) *hoc anno decimotertio Imperii Conſtantini, Anaſtaſius, qui ſcelerate throno Conſtantinopolitano præfuit, mortuus eſt corpore ſimul, & anima miſerabili paſſione, quæ dicitur Cordapſos, fatigatus, cum ſtercus per os evomuiſſet, dignam exolvens vindictam pro audacia ſcilicet quam contra Deum & contra ſuum magiſtrum ſanctum Germanum exhibuit.* Hæc Theophanes.

V. Quomodo autem eodem anno ſui Imperii decimotertio collegit concilium, ex quo adverſus ſacram Imaginum cultum dictum eſt anathema, ſequenti anno dicturi ſumus, quo is qui eſt cœptus hoc anno decimusterrius Imperatoria annus deſinit decimoquarto Kalend. Julii. Quando autem contigerit reditus Legatorum, pariter inferius dicturi ſumus.

At quid *interea* Stephanus Papa? Cum enim nulla ſpes eſſet, ut Conſtantinus Imperator jura imperii, quæ in Italia reſidua erant a Longobardis invaſa defenderet, egit enixius qoibus potuit officiis, ut truculentum barbarum Longobardorum Regem placaret, miſſis ad eum ſæpe muneribus: ſed cum hæc omnia inania, & irrita rederentur, ad Regem Francorum, uti fecerant prædeceſſores, Legatos mittendos eſſe putavit: ſed audiamus patienter Anaſtaſium hæc omnia rudi ſtylo, ſed veraci proſequentem. Satius eſt enim putam in ſcutella teſtea aquam bibere, quam impuram vaſe aureo propinatam. Ubi enim de indictis ab eo publicis precibus egit, iſta ſubiicit.

VI. Tractat de proficiſcendo ad Regem Longob. Stephanus.

Itaque dum idem ſanctiſſimus vir jam fatum peſtiferum Longobardorum Regem iteratis vicibus, innumerabilia tribuens munera deprecaretur pro gregibus ſibi a Deo commiſſis, & perditis ovibus, ſcilicet pro univerſo exercitu Ravennæ, atque cuncto iſtius Italiæ provinciæ populo, quos diabolica fraude ipſe impius deceperat Rex & poſſidebat: & dum nihil ab eo hac de re obtineret, cernens præterea & ab Imperiali potentia nullum eſſe ſubveniendi auxilium: tunc quemadmodum prædeceſſores ejus beatæ memoriæ domnus Gregorius, & Gregorius ſecundus, & tertius, & domnus Zacharias beatiſſimi Pontifices Carolo excellentiſſimæ memoriæ Principi Francorum direxerunt, petentes ſibi ſubveniri propter oppreſſionem, & invaſionem, quas & ipſi in hac Romana provincia a nefanda Longobardorum gente perpeſſi ſunt: ita modo & ipſe venerabilis Pater divina gratia inſpirante, clam per quemdam peregrinum ſuas miſit litteras Pipino Regi Francorum nimio dolore huic provinciæ inhærenti conſcriptas. Adhuc etiam nec ceſſavit dirigens, ut ſuos hic Romam ipſe Rex Francorum mitteret Miſſos, per quos eum ad ſe accerſiri feciſſet. Quinam iſti Legati fuerint, declarat inferius, cum quo

PAGIUS

ſcopos Syllæi, et Nicephorus & Theophanes habent. [1]

II. *Stephanus II. ab Aiſtulpho Rege Longob. vexatus Pippini auxilium implorat.*

Ad num. V. & ſeqq. *Stephanus II.* in hic rerum anguſtiis in Gallias ad *Pippinum* Regem venit, egreſſus Roma, *decimoquarto die menſis Octobris, Indictione ſeptima,* inquit Anaſtaſius, qui antea narraverat, eum ad Pippinum literas dediſſe, quas peregrinus quidam detulit, iiſque acceptis Pippinum Romam *Droctegangum* Abbatem direxiſſe, cujus loco nomen *Rodigangi* in textum Anaſtaſii irrepſit. Ut prædictum peregrinum alii Nuncii Apoſtolici, ſic & *Droctegangum* Abbatem ſecuti ſunt alii Miſſi Regii, *Chrodigangus* Epiſcopus, & *Autharius* Dux, Droctegango Roma interim Franciam reverſus digreſſo cum literis in Franciam ad Regem Proceresque deferendis. *Stephanus* Papa Regiorum Miſſorum adventu recreatus, Roma cum illis in Langobardiam, atque in Franciam cito profectus eſt. Hæc ſumma narrationis

NOTÆ [1] Error qui apud Pagium hic irrepſit emendandus eſt e Bandurio Imp. orient. tom. 2. pag. 628. edit. Venet. Ille enim ex Theophane ad annum 17. Conſtantini Pogonati notat, Conſtantinum monachum non ſtatim ab obitu Anaſtaſii electum fuiſſe Patriarcham C. P. at ſedem aliquot menſibus vacaſſe; donec anno 754. a die 10. Februarii indictione VII. celebrari cœptum fuit Concilium illud quod Copronymianum dictum, & ſub finem ejuſdem Concilii renunciatus fuit Conſtantinus Sillei Epiſcopus in Patriarcham C. P. Id autem conſignat idem Theophanes ad diem 8. Auguſti. Idem etiam evincitur ex opere MS. Nicephori quod Antirrheticus appellatur, cujus fragmentum ibidem exhibet Bandurius; in eo enim vir Sanctus diſerte teſtatur, ſedem Conſtantinopolitanam, quo tempore Concilium Copronymianum agebatur vacaſſe. Nam ait: *ſub finem eorum, quæ ipſi impie moliti ſunt nominant cognominem ſibi Conſtantinum, infelicem ſane ac miſerum, arſacte ac impie Epiſcopum Conſtantinopolitanum renunciat.* Ex his emendandus eſt alter lapſus Pagii, qui ad annum 766. I. cenſet male in tabulis Theophanis adſcriptos fuiſſe Conſtantino annos duodecim, cum tredecim, ſederit; re ipſa enim duodecim tantummodo præfuit. MANSI

quo ſtatu res tum eſſet, cum ii perveniſſent in Urbem, ita narrat:

VII. Legati Pipini Regis Romam veniunt. * Rodigangus

Et dum valde ab eodem Longobardorum Rege civitates, & provinciæ iſtæ Romanorum opprimerentur: ſubito conjunxit, pervenit ſcilicet, *Miſſus jamfati Regis Francorum Pipini nomine * Rodigandus Abbas, per quem miſit in reſponſis, omnem voluntatem & petitionem prædicti ſanctiſſimi Papæ adimplere. Et poſtmodum alius Miſſus familiaris ejus conjunxit, ea ipſa annuntians.* Sed & quonam ſtatu res eſſent, cum venerunt a Pipino miſſi Legati, Anaſtaſius ſubiicit, nimirum tunc eos perveniſſe, cum Urbs obſidione vallata eſſet, & alia ſimul oppida obſiderentur, quando & contigerit reditus Legatorum qui fuerant miſſi Conſtantinopolim, necnon idem Joannes Silentiarius illud in mandatis habens, ut Papa cum Rege Longobardorum ageret, præſenſque ad eum accederet pro recuperandis rebus Imperii. Ait igitur: *Cumque a Longobardis, ut præfatum eſt, antiqua Romana Urbs & caſtra univerſa diſtringerentur, ita etiam ut Cicanenſe caſtellum, quod colonorum ſancta Dei Eccleſiæ exiſtebat, uſurparet: illico ab regia urbe conjunxit, ſæpe fatus Joannes Silentiarius cum Miſſis ipſius ſanctiſſimi Pontificis deferens ſecum, & quæ deportaret inique Regis Longobardorum Miſſus, ſimul & juſſionem Imperialem, in qua inerat inſertum ad Regem Longobardorum eumdem ſanctiſſimum Papam eſſe properaturum ad recipiendam Ravennenſium urbem, & civitates ad eam pertinentes. Pro quo & de præſenti Stephanus Papa direxit ad eumdem blaſphemum Regem ſuum Miſſum, pro ſua, & qui ituri erant indemnitate.*

VIII. Legati miſſi a Pipino, qui Papam ducerent in Gallias.

Legati miſſi Conſtantinop. redeunt.

Ipſoque reverſo, extemplo & Miſſi præfati Pipini Regis Francorum conjunxere, id eſt, Rodigangus Epiſcopus, & Autcharius Dux quatenus prædictum ſanctiſſimum Papam (juxta quod petendo miſerat) ad ſuum Franciæ Regem deducerent: quem etiam paratum invenerunt ad dictum Longobardorum Regem properandum pro colligendis univerſis Dominicis perditis ovibus. Tunc [a] *conſulens eidem beatiſſimus Papa omnipotentis Dei miſericordiam, egreſſus ab hac Romana Urbe per beatum Petrum Apoſtolum decimoquarto die menſis Octobris Indictione ſeptima*, inchoata eodem anno menſe Septembris.

* cernens

Stephanus Ticinum proficiſcitur.

Sequuti ſunt eum plures Romanorum, & cæterarum civitatum populi flentes, ululanteſque nequicquam eum penitus ambulare ſinebant. Qui videlicet ſanctiſſimus vir ſeſe in Dei virtute & protectione ſanctæ Dei Genitricis, & beatorum Principum Apoſtolorum confidens, conſtanter pro ſalute omnium, licet infirmitate corporis detentus laborioſum aggreſſus eſt iter, confortans, atque commendans cunctam Dominicam plebem bono paſtori domino noſtro Apoſtolorum Principi Petro. Et aſſumens ſecum ex hac ſancta Eccleſia quoſdam ſacerdotes, proceres etiam, & cæteros clericorum ordinis necnon & ex militia Optimatibus, Chriſto prævio, cœptum proſequutus eſt iter, magnam illi cœli ſerenitatem Domino in ipſo itinere tribuente.

IX. Quod autem audiſti ab Anaſtaſio dictum, prævio Chriſto, profectum Stephanum Papam, alluſiſſe eum putamus ad

PAGIUS aſs Anaſtaſianæ. *Chrodegangus* Epiſcopus Metenſis erat, de eoque infra ſermo erit. *Drodegangus* vero ſeu Rodigandus Abbatiam Gorzienſem in Epiſcopatu Metenſi poſitam regebat, ut liquet ex Vita Sancti Joannis Gorzienſis Abbatis, a Bollando ad diem XXVII. menſis Februarii recitata. [1]

III. *Litera Stephani II. ad Pippinum Regem.* Hoc anno Stephanus Papa duas ſcripſit Epiſtolas, quarum prior ad Pippinum data, extatque ſicuti poſterior in Codice Carolino. Prioris Epiſtolæ num. X. inſcriptio eſt: *Domino excellentiſſimo filio Pippino Regi Stephanus Papa.* Tum ejus initium: *Præſens Drodegangus Abbas ſacris liminibus Protectoris tui Beati Apoſtolorum Principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus, &c. Etenim præſens Drodegangus, fidelis ſervus tuus Miſſus, juxta quod nobis locutus fuit, congruum per eum tuæ ſublimiſſimæ bonitati, in ore ponentes remiſimus reſponſum*, &c.

Sequitur in eodem Codice Epiſtola XI. ad omnes Duces Francorum data: *Stephanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Viris glorioſis, noſtriſque filiis omnibus Ducibus Francorum, &c. obſecramus atque conjuramus veſtram ſapientiſſimam charitatem per Deum & per Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, & diem futurum examinis*, &c. *ut nulla interponatur occaſio, ut non ſitis adjutores, ad obtinendum filium noſtrum a Deo ſervatum Pippinum Excellentiſſimum Regem, pro perficienda utilitate Auctoris veſtri Beati Apoſtolorum Principis Petri, ſicut per præſentes Drodegangum religioſum Abbatem, ejuſque concomites direximus*, &c. Neutrius Epiſtolæ meminit Baronius.

IV. In Agaunenſi ſeu Sancti Mauricii Monaſterio, cujus Præfecturam *Auraſtus* Abbas gerebat, Stephanus Papa *aliquantis commoratus eſt diebus, ubi Ambroſius Primicerius febre correptus*

NOTÆ [1] AD ea quæ hic Pagius poſt Baronium narrat, addenda eſt hiſtoria a Stephano Papa legationis miſſæ ad Aiſtulphum, quam obivit Atto Abbas S. Vincentii Vulturnenſis, & Optatus Abbas S. Benedicti Caſinenſis. Vide rerum Italicarum tom. 1. p. 2. Chronici Vulturnenſ. l. 3. p. 401. MANSI

ad ritum illum Romanæ Eccleſiæ, quo ſoleret peregrinantes Romanos Pontifices præcedere ſacratiſſima Euchariſtia. Sed pergit idem auctor. *Igitur conjungente eo fere quadrageſimum milliarium Longobardorum ſinium, in una noctium ſignum in cælo magnum apparuit, quaſi globus igneus ad partem Auſtralem declinans, a Galliæ partibus ad Longobardorum partes. Itaque unus ex iiſdem Francorum Miſſis ſcilicet* * *Autharicus Dux, quantocius præcedens Ticinum eum præſtolatus eſt.*

* Autcarius

Congreſſus Stephani Papæ cum Rege Longobard.

Cum vero appropinquaſſet jam fatus beatiſſimus Papa civitati Papiæ, direxit ad eum ſæpe fatus Aiſtulphus nequiſſimus Rex miſſos ſuos, obteſtans eum nulla penitus ratione audere verbum illi dicere petendi Ravennatium civitatem, & Exarchatum ei pertinentem, vel de reliquis Reipublicæ locis quæ ipſe, vel ejus prædeceſſores Langobardorum Reges invaſerant. Ille vero ita ei miſit in reſponſis, quod nullius trepidationis terrore ſileret ejuſmodi petendi cauſam. Conjungente vero Papiam in civitatem, & prædicto nefando Regi præſentato, plura illi tribuit munera, & nimis eum obſecratus eſt, atque lacrymis profuſis eum petiit, ut Dominicas, quas abſtulerat, redderet oves & propria propriis reſtitueret. Sed nullo modo apud eum impetrare valuit. Nam & Imperialis Miſſus, & ille ſimili modo petiit, & Imperiales litteras illi tribuit, & nihil obtinere potuit.

X. Agunt Legati Francorum de profectione in Gallias.

Prædicti vero Francorum Miſſi imminebant fortiter apud eumdem Aiſtulphum ut præfatum ſanctiſſimum Papam in Franciam pergere relaxaret. Ad hæc convocans jam dictum beatiſſimum virum, interrogavit, ſi ejus in Franciam properandi eſſet voluntas. Quod videlicet ille nequaquam ſiluit ſed ſuam illi propalavit voluntatem. Unde ille ut leo, dentibus fremebat: pro quo & diverſis vicibus ſuos ſatellites ad eum clam miſit, ut eum quoqun modo a tali intentu declinaret. Alias vero præſente Rodigango ſanctiſſimo Epiſcopo, interrogavit eumdem ſanctiſſimum Papam jam fatus Longobardorum Rex, ſi velle haberet in Franciam ambulandi, & ita affatus eſt: Quod ſi tua eſt voluntas me relaxandi, mea omnino eſt ambulandi. Tan-

PAGIUS

Stephanus II. in Franciam venit.

pus defunctus eſt. Tunc convenerunt in prædictum Monaſterium Agaunenſe Flerardus (ſeu Folradus) *Abbas & Rotardus Dux directi a Pippino Rege, petentes eumdem Pontificem ad ſuum progredi Regem. Quem in magno honore cum omnibus, qui cum eo erant, ad eum deduxerunt*, inquit Anaſtaſius. *Folradus* erat Presbyter & Capellanus Palatii, ſive Archicapellanus. Poſt diem natalem Domini, Pippinus ſtatim ad villam Regiam *Pontigonem* in occurſum Papæ perrexit, *una cum conjuge, filiis etiam & Primatibus*, ait Anaſtaſius. Hujus villæ Regiæ ſitum, in quo deſignando varii Scriptores aberrarunt, accurate deſcribit Mabillonius lib. 4. de Re Diplom. pag. 317. docetque eam poſitam tunc fuiſſe in pago Pertenſi, non procul a Victoriaco-Incenſo, *ſuper fluvios Saltum & Bruſtionem*, ut legitur in Diplomate Caroli Simplicis. Pontifex profectus eſt ad præfatum Palatium cum Pippino Rege, *ſexta Januarii menſis die, in Apparitionis Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſacratiſſima ſolemnitate*, inquit Anaſtaſius, cui Auctor poſterioris Appendicis ad Continuationem Fredegarii, & Annaliſta Metenſis quoad annum ſuffragantur. [1]

V. *Sanctus Bonifacius* Succeſſoris ſibi ſubſtituendi poteſtatem dari ſæpe petierat a Pontifice Romano, repulſamque ſemper paſſus fuerat; ſed tandem in Friſiam profecturus, voti compos factus eſt, & *Lullum* Succeſſorem impetravit, quem accedente Pippini Regis conſenſu conſecravit, ut tradit Othlonus in ejus Vita lib. 2. cap. 14. Serarius lib. 4. Rer. Mogunt. ipſo initio, dicit id factum eſſe anno DCCLV. at habet Marianus Scotus, vel anno DCCLIV. ex lib. 2. Othloni cap. 13. & ſeqq. quem ultimum annum elegit Mabillonius Sæculo III. Benedict. part. II. in Elogio Hiſtorico S. Lulli Epiſc. Moguntini. Baronius anno DCCLV. n. XXXVI. & ſeqq. hanc Lulli ad Epiſcopatum Moguntinenſem evectionem, Cointius anno DCCLII. n. CXCVI. recitant quia iis anno eam contigiſſe arbitrantur. Willibaldus enim & Othlonus in Vita S. Bonifacii annum rei geſtæ non deſignarunt. Hanc tamen litem dirimam collatione Vitæ S. Sturmii Abbatis Fuldenſis, primi cum utraque Vita S. Bonifacii. Eigil. Fuldenſis Abbas in Vita S. Sturmii, in qua ait, ſe in hujus Sancti *diſcipulatu pluſquam viginti annos* converſatum fuiſſe, poſtquam docuit Fuldenſe Monaſterium duodecima die menſis Martii anni DCCXLIV. conditum fuiſſe, n. XV ſcribit: *Anno decimo poſtquam ad ſanctum commigravit locum Sanctus Archiepiſcopus Bonifacius, inito cum Rege & cæteris Chriſtianis conſilio, ad ulteriora Freſonum loca paganico ritu* (loco ritui) *dedita ingreſſus eſt, ingentemque ibi multitudinem hominum Domino docendo & baptizando acquiſivit. Inde poſt multum temporis migrans, ſoſpes ad ſuas in Germaniam pervenit Eccleſias. Sequenti vero anno* (undecimo ſcilicet a condito monaſterio Fuldenſi) *iterum ad aquoſa Freſonum pervenerat arva,* cu-

S. Bonifacius ſibi S. Lullum in Epiſcopatum Moguntinenſem ſubrogat.

NOTÆ [1] Hoc anno *Stephanum* II. in Gallias veniſſe, notæ Chronologicæ appoſitæ *traditioni Timonis de Toalpach* Eccleſiæ Friſingenſi teſtantur. Hæc traditio his chronologicis notis concepta eſt: *Anno ſecundo regnante excellentiſſimo Pippino rege, quando Domnus Apoſtolicus in partibus Galliæ venerat, anno ſexto Taſſilonis electiſſimi Ducis.* Taſſilo in Ducem electus eſt an. 748. Hanc traditionem Carolus Meichelbeck in Hiſtoria Friſingenſi tom. 1. pag. 43. edidit. Georgius

Digitized by Google

Recedens Ticino Papa tendit in Gallias. *Tandem abſolutus eſt ab eo. Et aſſumens ex hujus ſanctæ Eccleſiæ ſacerdotibus, & clero, id eſt Georgium Epiſcopum Oſtienſem, Vuillarium Epiſcopum Numentanum, Leonem, Philippum, Georgium, & Stephanum presbyteros & Theophilactum Archidiaconum, Pardum, & Gemmulum diacones, Ambroſium Primicerium, Bonifacium ſecundum, hoc eſt alium Leonem & Chriſtophorum Regionarios ſecum, & cæteros quintadecima die menſis Novembris prædictæ ſeptimæ Indictionis a civitate Papia movens, ſuum in Franciam profectus eſt iter.*

XI. Miſſi in occurſum Stephano Papæ. *Et poſt ejus abſolutionem,* miſſionem ſcilicet, *adhuc nitebatur ſuperſcriptus Longobardorum Rex a prædicto itinere eum deviare: quod minime ipſum ſanctiſſimum virum latuit. Unde & cum nimia celeritate, Deo prævio, ad Francorum conjunxit Clauſas (ita nominatas anguſtias Alpium, quibus tranſitus impeditur) quas ingreſſus cum iis qui cum eo erant, confeſtim laudes omnipotenti Deo reddidit. Et coeptum gradiens iter ad venerabile monaſterium ſancti Chriſti Martyris Mauritii pervenit. In quo & conſtitutum erat pariter ſecum Francorum Regem convenire. Annuente Domino, ſoſpes idem ſanctiſſimus Pontifex cum omnibus, qui cum eo erant, advenit. In quo & aliquantis demoratus diebus conjunxerunt ea prædicto venerabili monaſterio Fulradus Abbas & Rhotaldus Dux directi a ſæpe fato Pipino excellentiſſimo Francorum Rege, petentes eumdem ſanctiſſimum Pontificem ad ſuum progredi Regem. Quem & cum magno honore ad eum cum omnibus, qui cum eo erant, deduxere.*

XII. *Audiens vero idem Rex ejuſdem beatiſſimi Pontificis adventum, nimis feſtinanter in ejus adventu occurſum una cum conjuge, filiis etiam, & primatibus. Pro quo & * offerens centum millia, filium ſuum nomine Carolum in occurſum ipſius coangelici Papæ direxit cum aliquibus ex ſuis Optimatibus. Ipſeque in Palatio*

PAGIUS

coeptum opus prædicationis implere deſiderans. Subdit Eigil, tunc Bonifacium a Gentilibus occiſum fuiſſe.

VI. *S. Lulli ordinatio hoc anno peracta.* Willibaldus cap. X. refert tantum, *quod Sanctus Vir infirmitate corporis prægravatus, Synodalia Conciliorum conventicula per omnia adire non poterat; jam conſultu atque conſilio glorioſi Regis idoneum proponere miniſtrum ſupradicto gregi definivit, & Lullum ſuum ingenioſæ indolis diſcipulum, ad erudiendam tantæ plebis numeroſitatem conſtituit, & in Epiſcopatus gradum provexit atque ordinavit.* Tum cap. ſequenti ſubdit, eum in Friſiam, *olim corpore, non quidem mente amiſſam,* ſeſe contuliſſe, omnique ſerie quæ Bonifacius in Friſia geſſit recitatis, de Martyrio ejus ſermonem habet. Othlonus vero lib. 2. cap. 29. diſerte aſſerit, ideo Bonifacium ſibi Lullum ſubſtituiſſe, quia *decrevit adire Freſonum populos olim quidem ejus doctrina ad Chriſtianæ religionis culturam converſos, ſed fallente diabolo iterum quoſdam eorum ad priſtinum Gentilitatis errorem devolutos,* &c. *ſed priuſquam tanti diſcriminis iter arriperet,* &c. *Sanctum Lullum,* &c. *pro ſe Epiſcopum elegit & ordinavit.* Deinde uno tenore, quemadmodum Willibaldus, peracta a Bonifacio in Friſiorum converſione, ejuſque Martyrium, narrat, & de ejus in Germaniam reditu *ne*quidem mentionem facit. Verum quod illi omiſerent, retulit Eigil, Auctor gravis, pius ac Sanctus, & Abbas quartus Monaſterii Fuldenſis ab anno DCCCXVIII. ad DCCCXXII. qui Sancto Sturmio primo Abbati Fuldenſi anno DCCLXXIX. morienti adfuit. Quare cum Willibaldus & Othlonus teſtentur, *Bonifacium* occaſione Miſſionis Friſicæ *Lullum* ſibi in Epiſcopatum Moguntinenſem ſubſtituiſſe, & parte alia S. *Eigil* aſſerat hujus profectionis exordium incidiſſe *in* annum decimum poſt fundatum Monaſterium Fuldenſe, annuſque ille decimus a die XII. menſis Martii currentis Chriſti anni proficiſcatur, manifeſtum eſt, *Lullum* præſenti Chriſti anno Eccleſiæ Moguntinenſis Præſolatum adeptum eſſe. Immo *Lulli* ordinationem factam eſſe inter diem XII. menſis Martii, quo annus X. fundationis Monaſterii Fuldenſis coepit, & diem XXIII. menſis Maii, deduco ex Diplomate *Pippini* Regis quod extat apud Vuilhelmum Hedam in Hiſtoria Epiſcoporum Ultrajectenſium, & apud Cointium anno DCCLIII. n. XXX. quo Pippinus Rex varias avi ac patris ſui & fratris Carolomanni donationes confirmat Eccleſiæ Ultrajectenſi factas. In eo quippe ait Pippinus: *Venerabilis Bonifacius Archiepiſcopus nobis expetiit,* &c. datum vero diploma *menſe Maio, die XXIII. anno ſecundo Regni ipſius glorioſi Regis,* ideoque hoc anno, quo menſe Maio annus II. Pippini Regis in curſu erat. Quare cum Bonifacius tunc Archiepiſcopus Ultrajectenſis eſſet, Epiſcopatum Moguntinenſem depoſuerat, Lullumque ſibi ſubrogarat. Sed de hoc ſecundo Bonifacii Præſulatu anno DCCLV. agemus. Huc retrahenda quæ Baronius anno DCCLV. a num. XXXVI. ad XXXIX. de Lulli ordinatione, & de Bonifacii in Friſiam profectione, ex Othlono citato, & Rodulfo in Vita S. Liobæ narrat.

VII. *Virtutes S. Lulli.* *Lullus* ex Anglorum gente, *filiolus* a Bonifacio in Epiſtola XCII. appellatus, Monaſticam vitam profeſſus eſt, antequam in Germaniam a Sancto *Bonifacio* evocaretur, ut ex hujus Epiſtola LXXXVIII. innoteſcit. Presbyter factus ad Zachariam Papam ab eodem miſſus eſt, ut liquet ex Epiſtolis Bonifacianis CXLI. & CXLV. idque anno DCCLI. ut conſtat ex reſponſione Zachariæ, *data Indict. V. pridie Nonas Novemb.* ab Othlono lib. 2. cap. 29. recitata. Bonifacius *ſequentem obitus ſui diem prædicto Epiſcopo Lullo prænunciavit,* inquit Sanctus Willibaldus, *& quali mundum fine demum relinqueret, inſinuavit, eique per ordinem de Eccleſiarum ſtructura & populi doctrina propoſuit.* Rei literariæ addictiſſimum fuiſſe *Lullum* eruit Mabillonius citatus ex Bonifacianis Epiſtolis XCV. XCIX. CIX. & CXI. quibus varios ſibi Bedæ libros, alioſque Coſmographicos, ex Anglia tranſmitti petit. Sed rurſus de eo infra.

VIII. Cum Saxones, quam dudum dederant fidem, violaſſent, Pippinus adverſus eos movit, ut

ſuo in loco, qui vocatur Ponticone ad fere trium millium ſpatium deſcendens de equo ſuo, cum magna humilitate terræ proſtratus una cum conjuge, & filiis, & Optimatibus eumdem ſanctiſſimum Papam ſuſcepit. Cui & vice ſtratoris uſque ad aliquantum locum juxta ejus ſellarem properavit. Tunc prædictus almificus vir cum omnibus ſuis, extenſa voce gloriam, & inceſſabiles laudes omnipotenti Deo referens, cum hymnis & canticis ſpiritualibus uſque ad præfatum palatium pariter cum Rege omnes profecti ſunt ſexta Januarii menſis die, Apparitionis Domini & Salvatoris Jeſu Chriſti ſacratiſſima ſolemnitate, ibique intus oratorium pariter conſidentibus, mox idem beatiſſimus Papa præfatum Chriſtianiſſimum Regem lacrymabiliter deprecatus eſt, ut per pacis fœdera cauſam beati Petri, & Reipublicæ Romanorum diſponeret. Qui & petenti, jurejurando eidem beatiſſimo Papæ ſatisfecit, omnibus mandatis, & admonitionibus ſeſe totis viribus obedire, & ut illi placitum fuerit, Exarchatum Ravennæ, & Reipublicæ jura, ſeu loca reddere modis omnibus. Hucuſque de primo congreſſu Stephani Papæ cum Rege Pipino Anaſtaſius. At quoniam terminos anni ſequentis ingreſſi ſumus: hic ſiſtendum, reliqua ſuo anno ſequenti ex eodem auctore dicturi.

Digna obſequia Pipini Regis exhibita Stephano Papæ.

An-

PAGIUS

Saxones a Pippino victi, & Gripho hujus frater obit.

habent Annaliſtæ Bertinianus, Maſciacenſis, Petavianus, Tilianus, & Metenſis, & fuſe narrat Anonymus, qui ſecundam Appendicem ad Continuationem Fredegarii ſubjecit: *Sequenti anno* (poſt Pippini nempe Regis electionem proximo) *iterum Saxones contra eorum fidem, quam præfato Regi dudum promiſerant, ſolito more iterum rebelles contra ipſum exiſtunt. Unde & Pippinus Rex ira commotus, commoto omni exercitu Francorum, iterum Rheno tranſjecto, in Saxoniam cum magno apparatu veniens, ibique eorum patriam maxime igne cremavit, captivos tam Viros, quam feminas ſecum duxit. Cum multam prædam ibi feciſſet, & plurimos Saxones ibidem proſtravıſſet, commemoratibus iis, Saxones pœnitentia commoti, cum ſolito timore clementiam Regis petunt, ut pacem eis concederet & ſacramenta atque tributa multo majora, quam ante promiſerant, redderent, & numquam altra jam rebelles exiſterent. Rex Pippinus, Chriſto propitio, cum magno triumpho iterum ad Rhenum ad Caſtrum, cujus nomen eſt Bonna veniens. Dum hæc ageret, Nuncius veniens ad præfatum Regem ex partibus Burgundiæ, quod Germanus ipſius Regis nomine Grypho, qui dudum in VVaſconiam ad Vuaifurium Principem confugium fecerat, a Theudoeno Viennenſe, ſeu & Frederico Ultrajurano Comite, dum partes Langobardiæ peteret, & inſidias contra ipſum prædictum Regem pararet, apud Maurienuam Urbem ſuper fluvium Arburie interfectus eſt. Nam & ipſi ſupraſcripti Comites in eo prælio pariter interfecti ſunt. Per Ardennam ſilvam cum ipſe Rex veniens ad Theodonem villam publicam ſuper Moſella reſediſſet, Nuncius ad eum veniens dixit, quod Stephanus Papa de partibus Romæ, cum magno apparatu & multis muneribus, jam monte Jovis tranſmeato, ad ejus properaret adventum.* Ita II. Continuator Fredegarii.

IX. Hoc circiter anno celebrata in Gallia Synodus, apud *Vermeriam*, villam regiam in Diœceſi Sueſſionenſi ad flumen Iſaram poſitam, Gallice *Verberie*. Canonum in ea conditorum Regino Borchardus, Yvo, & Gratianus ſæpe in ſuis Collectionibus meminere, eoſque ſimul collectos publicavit Sirmondus Tom. II. Concil. Gall. In ea Canones viginti & unus editi ſunt, & in pleriſque de Matrimonio agitur.

Synodus Vermerienſis.

X. *Sanctus Bonifacius* poſt depoſitum Archiepiſcopatum Moguntinum fit Epiſcopus Trajectenſis ad Rhenum, ut anno DCCLV. videre eſt.

S. Bonifacius fit Epiſ. Trajectenſis.

XI. *Muſulmanni*, qui Gallæciam incolebant, adverſus Chriſtianos diuturnum bellum geſſere, donec mutuis diſſenſionibus inter ſe diviſi, anno Hegiræ CXXXIII. anno Chriſti DCCL. inchoato ab illis victi, e tota Gallæcia expulſi ſunt, ut refert Anonymus Andaluſianus, ab eoque tempore nulla a Gallæcia *Muſulmanni* tributa percepere. Regnabat tunc *Alphonſus Catholicus*, cujus tamen Anonymus iſte mentionem non facit. Qui Chriſtianorum manus evaſere ad montes, qui *Caſtellam* Veterem a Recenti dividunt, alioſque vicinos confugere, & aliqui *Aſtorgam* venere, quod tamen Oppidum anno Hegiræ CXXXVI. a Muſulmannis derelictum, quia per biennium tanta fames Hiſpanos invaſit, ut multi ex Muſulmannis in Mauritaniam traiicere coacti fuerint. Ea etiam multi Chriſtiani enecti, & Hiſpania ita Civibus nudata, ut a Chriſtianis facile occupari potuiſſet, niſi fames impediiſſet. Præfecturam Hiſpaniæ Sarracenicæ tunc gerebat *Jucephus* ſeu *Joſephus*, qui parum *Abaſidam* Caliphatum curabat, quod ejus poteſtas valde debilitata eſſet; verum inde variæ rebelliones ab Arabibus per Hiſpaniam factæ, uti etiam narrat Rodericus in Hiſt. Arabum cap. 17. Ex inteſtina illa Maurorum diſcordia *Alphonſus* Rex rei bene gerendæ occaſionibus captatis, Regni Aſturiarum fines qui hactenus anguſti fuerant armis amplificare non deſtitit.

Muſulmanni e Gallæcia expulſi.

JESU CHRISTI ANNUS	STEPHANI PAP. III. ANNUS	CONST. COPRON. IMP. ANNUS
754.	3.	14.

I. ANnus adeſt Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus quartus, ſeptimæ Indictionis, quo ſexta Januarii cum perveniſſet Stephanus Romanus Pontifex in Gallias, & honorificentiſſime exceptus a Pipino Rege (ut dictum eſt anno ſuperiori) poſt mutuum congreſſum, idem Pontifex Pariſios venit, & apud ſanctum Dionyſium habitationem accepit. Habet enim iſta Anaſtaſius, his verbis rem geſtam narrans: *Quia tempus imminebat hyemale, idem Pipinus Rex eumdem ſanctiſſimum Papam cum ſuis omnibus Pariſios apud venerabilem monaſterium beati Dionyſii ad habitandum pergere rogavit. Quo pervento, & in eodem venerabili monaſterio cum jam præfato Chriſti amantiſſimo Pipino coniungente, Domino annuente, poſt aliquantos dies idem Chriſtianiſſimus Pipinus Rex ab eodem ſanctiſſimo Papa Chriſti gratia cum duobus filiis ſuis Reges uncti ſunt Francorum.* Hæc cum dicat Anaſtaſius, haud dubium eſt adverſantes habere Latinos omnes hiſtoricos, qui unctionem Pipini factam juſſione Zachariæ Pontificis per S. Bonifacium tradunt. Cæterum habet Anaſtaſius teſtem (*a*) Theophanem hujus temporis Græcum auctorem, qui Pipinum promotum in Regem per Stephanum Papam tradit his verbis: *Prædictus namque Papa Stephanus vi preſſus, & crudelitate coactus Aiſtulphi, ſimul etiam cohortatus eſt ab eodem Pipino ire in Franciam, & facere quæcumque poſſet. Qui veniens Pipinum provehit in Regem virum probatiſſimum &c.* Præceſſiſſe autem eamdem de unctione Regum functionem Stephani Papæ ægritudinem, & ſubſequutam eſſe impertitam divinitus ſanitatem, & poſtea etiam ab eodem factam conſecrationem altaris, affirmant. De ægritudine autem in primis habet iſta Anaſtaſius.

Stephani Papæ adventus in Gallias.

(*a*) *Theop. l. 22.*

At beatiſſimus Papa præ nimio labore itineris, atque temporis inæqualitate fortiter infirmatus eſt; ut etiam omnes tam ſui, quam Franci ibidem exiſtentes de ſalute deſperarent; ſed Domini Dei noſtri ineffabilis clementia, quæ non deſerit ſperantes in ſe, ſalvum cupiens Dominum Chriſtianiſſimum, dum eum mane mortuum invenire putabant, ſubito illo die ſanus repertus eſt. Hæc Anaſtaſius. Porro id factum beneficio S. Dionyſii, idem Stephanus Papa docet ſuis litteris, ut paulo poſt hæc dicturi ſumus. II.

Stephanus Papa ægrotat uſque ad mortem.

De conſecratione vero altaris, & Regum Pipini, & filiorum facta unctione accedit (quod majus cæteris omnibus teſtimonium exiſtimari debet) epiſtola Ludovici Imperatoris filii Caroli Magni ad Hilduinum ſcripta, quæ habetur in Areopagiticis, in qua iſta leguntur: *Sancta nihilominus recordationis avus noſter Pipinus propter altare, quod ante ſepulcrum ſæpe fati ſæpinſque dicendi Dionyſii per divinam, & memorabilem revelationem, juſſu ipſius ſanctiſſimi Martyris in honorem Dei, & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, a beato & angelico viro Stephano ſummo Pontifice dedicatum eſt inter ſacra Miſſarum ſolemnia, una cum duobus filiis Carolomanno videlicet, & divæ memoriæ domino ac genitore Carolo, jure prænominata Magno, ab eodem Apoſtolico Papa in Regem Francorum unctus, ſuper innumeræ benedictionem percepit.*

III. Sed & de ægritudine Pontificis, & curatione divinitus impertita audiamus Stephanum ipſum, qui hæc publicis ſcriptis, ad illuſtrandam Dionyſii Martyris gloriam, teſtata reliquit his verbis (*b*).

(*b*) *Apud Hilduin. in Areopagit.*

Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Sicut nemo ſe debet jactare de ſuis meritis, ſic non debet opera Dei, quæ in illo

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXCII. Anno Hegiræ CXXXVII. inchoato die 26. Junii fer. 5. A. C. 754. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6247.

☉ 7. P. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 754.

STEPHANI II. PAPÆ 3.

CONSTANTINI COPRONYMI 35. & 14.

LEONIS IV. 4.

ANnum, I. ad XII. Poſtquam Anaſtaſius narravit, Stephanum II. deductum fuiſſe a Pippino Rege ad Palatium Pontigonenſe die ſexta Januarii Epiphaniæ ſacra, ſubdit, *ibi* Ideſt, in Palatio Pontigonenſi, Pontificem Romanum prædictum Regem deprecatum eſſe, ut cauſam Beati Petri & Reipublicæ Romanæ defenderet, & Pippinum promiſiſſe ſeſe *Exarchatum Ravennæ & Reipublica jura* reſtitui modis omnibus curaturum Annaliſta Metenſis ait, hanc petitionem a Stephano Papa factam, *ſequenti die*, proximo nempe poſt adventum ejus in Palatium Pontigonenſe. *Sed quia tempus imminebat hyemale eundem Sanctiſſimum Papam cum ſuis omnibus Pariſius apud venerabile Monaſterium Beati Dionyſii ad hybernandum pergere fecit*, inquit Anaſtaſius. Quæ poſt hæc geſta ſunt refert, his verbis Anonymus qui ſecundam Appendicem adjecit ad Continuationem Fredegarii, quique annum a Kalendis Martiis exorditur: *Tunc Pippinus Rex præfato Stephano Papa apud Pariſius Civitatem in Monaſterio Sancti Dionyſii Martyris cum ingenti cura & multa diligentia hyemare præcepit, Legationem*

Stephanus PP. in Galliam venit vexatus ab Aiſtulfo Rege Longobar.

illo per ſuos Sanctos fiunt, ſine ſuis meritis ſilentiare, ſed prædicare: quia ſic Angelus admonet Tobiam (a). *Unde ego*
(a) Tob. 12. Stephani Papæ diploma.
pro oppreſſione ſanctæ Eccleſiæ a Rege atrociſſimo & blaſphemo, nec dicendo Aiſtulpho ad optimum, & S. Petri fidelem dominum Pipinum Chriſtianiſſimum Regem in Franciam veni, ubi ægrotavi uſque ad mortem, & manſi aliquod tempus apud pagum Pariſiacum in venerabili monaſterio beati Martyris Chriſti Dionyſii. Quo cum jam me medici deſperarent, fui in oratione in Eccleſia ejuſdem beati Martyris ſubtus campanas, & vidi ante altare bonum paſtorem dominum Petrum, & magiſtrum gentium dominum Paulum, & nota mente illos recognovi de illorum † ſurtariis, & ter beatum dominum Dionyſium ad dexteram domini Petri, ſubtilem & longiorem, pulcra facie, capillis candidis, colobio indutum candidiſſimo, purpura clavato, pallio toto purpureo, aureo interſtellato, & ſermocinabantur inter ſe lætantes.

† Suſtaria idemquod ſcuta ubi ſunt picta imagines, apud S. Gregorium in epiſt. ad Secundin.

IV. *Dixitque bonus paſtor dominus Petrus: Hic frater noſter poſtulat ſanitatem: & dixit beatus dominus Paulus: Modo ſanabitur, & appropinquans miſit manum ſuam ad pectus domini Dionyſii amicabiliter, reſpexitque ad dominum Petrum, & dixit dominus Petrus ad dominum Dionyſium hilariter: Tua gratia ſanitas eſt ejus. Et ſtatim beatus Dionyſius thuribulum incenſi & palmam in manu tenens, cum presbytero & diacono, qui in parte ſtabant, venit ad me, & dixit mihi: Pax tecum, frater: noli timere, non morieris, donec ad Sedem tuam proſpere revertaris. Surge ſanus, & hoc altare in honorem Dei, & Apoſtolorum ejus Petri & Pauli, quos vides, dedica, Miſſas gratiarum agens. Erat enim ibi ineſtimabilis claritas, & ſuavitas. Moxque ſanus gratia Dei factus, volebam implere, quod mihi præceptum erat. Et dicebant, qui ibi aderant, quod dementabar. Quapropter retuli illis, & Regi, ſuiſque Optimatibus quæ videram, & quomodo ſanus fuerim: & implevi quæ juſſa ſunt mihi. Benedictus Deus.* Hucuſque ex Stephani Papæ diplomate in Areopagiticis, in quibus, & quæ ſequuntur ſcripta leguntur his verbis:

V. De conſecratione Altaris, & Regum Francorum.

Geſta ſunt autem hæc a beato Stephano Papa divina clementia, adiuvantibus ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, per beatiſſimum Martyrem Dionyſium hoc anno, qui eſt ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus quartus, quinto Kalendas Auguſti, quo Chriſti roboratus virtute inter celebrationem conſecrationis præfati altaris, & oblationem ſacratiſſimi ſacrificii, unxit in Reges Francorum florentiſſimum Regem Pipinum, & duos filios ejus Carolum, & Carolomannum, ſed & Bertradam ipſius inclyti Regis Pipini conjugem indutam cycladibus regiis, gratia ſeptiformis Spiritus ſancti in Dei nomine conſecravit, atque Francorum proceres Apoſtolica benedictione ſanctificans, auctoritate beati Petri ſibi a Domino Jeſu Chriſto vero Deo tradita obligavit, & obteſtatus eſt, ut numquam de altera ſtirpe per ſuccedentium temporum curricula ipſi, vel quique ex eorum progenie orti, Regem ſuper ſe præſumant aliquo modo conſtituere, niſi de eorum propagine, quos & divina providentia ad ſanctiſſimam Apoſtolicam ſedem tuendam eligere, & per eum, videlicet Vicarium S. Petri, immo Domini noſtri Jeſu Chriſti in poteſtatem regiam dignata eſt ſublimare, & unctione ſacratiſſima conſecrare.

VI. *Hunc autem locum ſacratiſſimum privilegiis magnæ auctoritatis ſublimavit, & ſuper altare, quod conſecravit, pallium Apoſtolicæ dignitatis pro benedictione S. Petri reliquit, & claves ob venerationem prærogativæ ejus, qui in ligandi, & ſol-*

PAGIUS

nem ad Aiſtulfum Regem Longobardorum mittens, petens, ut propter reverentiam Beatiſſimorum Petri & Pauli in partibus Romæ hoſtiliter non ambularet, & ſuperſtitioſus ac impiæ, & contra legis ordinem cauſas quas, antea Roma nunquam fecerat, propter ejus petitionem facere non deberent: cum prædictus Rex Pippinus quod per Legatos ſuos petierat, non impetraſſet, & Aiſtulfus hoc facere contempſiſſet, evoluto anno (ſcilicet DCCLIII.) *Rex in Kal. Mart. omnes Francos* (*ſicut mos Francorum eſt*) *in Bernaco villa publica ad ſe venire præcepit*. Sed loco *Bernaco villa publica*, legendum cum Annaliſta Metenſi, *Brennaco villa publica*. Erat Brennacum villa Regia Regni pagique Sueſſionici, poſita ad flumen Vidulam, quæ vulgo *Braine* appellatur, de qua Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum & Mabillonius lib. 4. de Re Diplom. pag. 253.

II. Regino in Chronico, qui adventum *Stephani Papæ* in Galliam in annum DCCLI. perperam confert, recte notat locum, ubi Pippinus Rex Paſcha celebravit, anno quo Stephanus II. in Gallia erat: *Hoc anno Nativitatem Domini in Theodonis villa, Paſcha in Cariſiaco Dominus Rex celebravit*. Paſcha autem hoc anno in diem XIV. menſis Aprilis incidit. Eſt Cariſiacum hodie *Quierſi*, vel *Chierſi* Gallice nuncupatum, locus ad Iſaram fluvium, tunc villa Palatina, paucis leucis ab Urbe Noviomago diſtans ubi Carolus Martellus deceſſit. Legenda diſquiſitio de Cariſiaco villa Regia a Mabillonio edita lib. 4. de re Diplom. pag. 259. Hoc enim Cariſiacum aliqui Viri doctiſſimi ad Creciacum detorquere conati ſunt. *Pippinus enim admonitione & oratione Venerabilis Pontificis ad locum, qui Cariſiacus appellatur, pergens, ibique congregans cunctos Proceres Regiæ ſuæ poteſtatis, & eos tanti Patris admonitione imbuens ſtatuit cum eis, quæ ſemel Chriſto favente unà cum eodem Papa decreverat perficere*, inquit Anaſtaſius. Eodem perductus eſt Stephanus, ibi-

In Conventu Cariſiacenſi defenſio Stephani II. decreta.

& ſolvendi pontificem, claves Regni cælorum a Domino Jeſu Chriſto accepit, hic in memoria & honore, atque reverentia Principes Apoſtolorum dimiſit. Et quia ejus, cæterorumque Apoſtolorum ſimul, & ſancti ac pretioſiſſimi Dionyſii merita ſunt juncta in cælis, eorum memoriæ pariter venerentur in terris. Hæc auctor eodem, quo geſta ſunt anno, conſcripſit. At licet litteris Zachariæ Pontificis Pipinus in Regem ante provectus fuerit, & S. Bonifacii unctione initiatus, tamen non ab eo tempore, ſed ab hoc anno cœpti ſunt numerari anni ipſius Regni, ut docent vetera monumenta Francorum (*a*).

(*a*) *Lib. 1. verum S. Othomari c. 5. apud Sur. to. 6. die 26. Novembr. in Vualfride & Iſone Monacho.*

Sed quæ hæc ſequuta ſint, ab Anaſtaſio audiamus, qui ejuſmodi his ſubiicit narrationem: *Pipinus vero Rex cum admonitione, & gratia ipſius venerabilis Pontificis abſolvitur*, dimittitur ſcilicet, *in locum, qui Cariſiacus appellatur pergens. Ibique congregans cunctos proceres regiæ poteſtatis, & eos tanti Patris admonitione imbuens, ſtatuit cum eis quæ, Chriſto favente, una cum beatiſſimo Papa decreverat perficere.*

VII. Sacer cantus reſtitutus per Stephan. Pap.

Sed antequam ulterius progrediamur, non prætereat quod ait Vualfridus Strabo, hoc tempore Eccleſiam Gallicanam a Stephano Papa per Romanos clericos ſacros cantus perfectius edoctam eſſe: Ait enim: *Cantilenæ perfectiorem ſcientiam, quam pene jam tota Gallia diligit, Stephanus Papa cum ad Pipinum patrem Caroli Magni (in primis in Franciam) pro juſtitia ſancti Petri a Longobardis expetenda veniſſet, per ſuos clericos, petente eodem Pipino, invexit, indeque uſus ejus longe lateque convaluit.* Hæc Strabo.

☞ Ex his corrige, quæ in rebus geſtis Caroli Magni a monacho (*b*) S. Galli conſcriptis habentur, nempe non a Pipino, ſed a Carolo Magno petitos mitti Roma Cantores, qui invidentes gloriæ Francorum eos falſa docuerint, cujus criminis etiam pœnas dederint. Porro etſi opus illud de rebus geſtis ipſius Caroli aliqua contineat emendatione digna: tamen a majoribus haud exploſum noſcitur. Siquidem S. Bernardus ex eo petit exemplum de electo Epiſcopo, qui aſcenſu equi miles potius, quam Clericus cognitus, ab Epiſcopatu ad militiam eſt revocatus ab ipſo Carolo Imperatore. Quod autem ad cantum ſpectat: Carolum magnum dignam navaſſe operam, certum eſt, ut corruptus cantus Gallicanus per Romanos Cantores reſtitueretur, ac ea de re reliquiſſe apud Hadrianum Papam duos ex ſuis, & duos expetiiſſe ab eodem Hadriano Papa. Quam autem in his perficiendis egregie laborarit, accipe ab Eckerhardo Decano S. Galli ejuſdem temporis auctore, alumno monaſterii, in vita S. Notkeri, nuper ex eodem monaſterio in lucem prodito, ubi hæc habet. (*c*) *Interea Carolus, qui dicebatur Magnus, Rex Francorum, cum eſſet Romæ, offenſus diſſonantia Romani, & Gallicani cantus, cum Gallorum procacitas a quibuſdam noſtratibus nanniis argumentaretur eſſe corruptam, noſtrique e diverſo authenticum Antiphonarium probabiliter oſtentarent, interrogaſſe fertur, quis inter rivum, & fontem limpidiorem aquam conſervare ſolet? Reſpondentibus fontem, prudenter adiecit: ergo & nos, qui de rivo corruptam lympham bibimus, ad perennis fontis neceſſe eſt fluenta principalia* * *requiramus. Mox itaque duos ſuorum induſtrios clericos Hadriano Papæ dereliquit.*

(*b*) *Extat ap. Caniſ. Antiq. lect. to. 1. pag. 36.*

Caroli Imp. in reſtituendo cantu Gallicano cura.

(*c*) *Ex Can. Antiq. lect. to. 6. in Vita S. Notkeri c. 20. pag. 944.*

* recuramus

His quidem ſatis eleganter eruditis, Metenſem eccleſiam ad ſuavitatem modulationis priſtinæ revocavit, per quam totam Galliam correxit. Sed cum poſt aliqua tempora, defunctis his, qui Romæ educati fuerant, cantum Gallicanarum eccleſiarum a Metenſi diſcrepare prudentiſſimus Regum vidiſſet, ac unumquemque ab al-

PAGIUS

bique promiſſio ipſi a Pippino, filiiſque Carolo ac Carolomanno facta eſt, ut Romano Pontifici res a Longobardis ereptæ reſtituerentur, ſicut teſtatus idem Anaſtaſius in Hadriano Primo. Iſtic Pontificem convenerunt Monachi *Brittaniacenſes* (erat Brettiniacum Monaſterium quondam agri Noviomagenſis ad Oeſiam fluvium, nunc Prioratus Ordinis Cluniacenſis) de quibuſdam Eccleſiaſticis rebus interrogaturi; quibus ipſe reſponſa dedit, edita in Tom. II. Conc. Galliæ ſub hoc titulo: *Stephani II. Papæ Reſponſa, quæ cum in Francia eſſet in Cariſiaco villa Britanniaco Monaſterio dedit ad varia conſulta, de quibus fuerat interrogatus, anno Chriſti DCCLIV.* ſubſequuntur reſponſa XIX. ad totidem interrogata, quæ in triplici verſantur materia; decem ſunt de Matrimonio, quinque de Baptiſmo, cætera de Clericis. Ea explicat Natalis Alexander ſæculo VIII. in Stephano II. quem juxta vulgarem errorem Stephanum III. appellat.

III. Carlomannus Monachus in Franciam Legatus miſſus.

Cum Pippinus apud *Cariſiacum* verſabatur, illuc quoque venit ex Italia *Carlomannus ejus frater, tunc* Monachus Caſinenſis, ut Annaliſtæ Petavianus, & Loiſelianus ad hunc Chriſti annum habent. *Aiſtulfus*, inquit Anaſtaſius, *Carolomanno fratri Pippini, qui in Monaſterio B. Benedicti devote per evolutum temporis ſpatium degebat Monachus, *ſuadens eum in Francia Provinciam ad ſibi obvidendum, atque ad adverſandum cauſa demptionis Sanctæ Dei Eccleſiæ, & Reipublicæ Romanorum direxit.* Hanc Legationem ſuſcepit *Carolomannus* Monachus *per juſſionem* ſui Abbatis ut ſcribit Annaliſta Laureſhamenſis, quod & alii multi habent. Hujus Legationis cauſa ſecundum Anaſtaſium hæc fuit: *Nitebatur* (ſcilicet Carolomannus) *omnino & vehementius decertabat Sanctæ Dei Eccleſiæ cauſam ſubvertere, juxta quod a præfato Rege Aiſtulfo fuerat directus. Sed domino propitiante minime valuit ſui germani Pippini Regis Francorum in* hoc

*alterutro vitiatum cantum jactantem adverterat: iterum, inquit, redeamus ad fontem. Fuit interim in maximo deſiderio Prælatis S. Galli, & beato Notkero, aliiſque magiſtris ibi degentibus, ut cantum ſecundum authenticum Antiphonarium regerent, & melodiae Romano more tenerent. Qualiter autem iſtu proſecuti ſunt, intimare curavimus poſteris. Mittens ergo denuo Imperator Carolus Romam ad Hadrianum Papam, rogat, ut ei iterum mittat duos Romanos cantuum gnaros in Franciam. Tunc Papa regiis precibus annuens, juxta petitionem ſuam ſecundo duos mittit cum authenticis Antiphonariis, & ſeptem liberalibus artibus. Quorum Imperator omnes quidem * corrupiſſe dulcedinem Romani cantus, levitate quadam cognovit. Vocabatur unus eorum Petrus, & alter Romanus, cantuum, & ſeptem liberalium Artium admodum paginis ſatis imbuti. Hi Metenſem eccleſiam, ut priores, adibant. Qui cum in Septimo, lacuque Cumano aere Romanis contrario quaterentur, Romanus febre correptus, vix ad nos uſque pervenire potuit. Antiphonarium vero ſecum, Petro renitente, vellet, nollet, cum duos haberent, unum S. Gallo attulit. In brevi autem tempore, Domino ſe juvante, convaluit Romanus de febre. Petrus quidem pergit ad Imperatorem, qui comperto de Romano mittit celerem nuntium, qui eum, ſi convaleſceret, nobiſcum ſtare, noſque inſtruere juberet. Quod ille quidem patrum hoſpitalitati regratiando, libentiſſime fecit. Deinde nuncius ſubintulit verba Caroli ad Congregationem: Quatuor, inquiens, mercedes vos ſancti domini in me uno acquiſiſtis. Hoſpes erat, & me in eo collegiſtis; infirmur, & viſitaſtis; eſurivit, & dediſtis mihi in eo manducare; Sitivit, & dediſtis mihi in eo bibere. Deinde uterque, fama volante, ſtudium alter alterius cum audiſſet, æmulabantur pro laude, & gloria naturali gentis ſuæ more, uter alterum tranſcenderet. Memoria dignum eſt, quantum hac æmulatione uterque locus profecerit, & non ſolum in cantu, ſed & in cæteris doctrinis excreverit. Fecerat quidem Petrus ibi jubilos ad Sequentias, quas Metenſes vocant. Romanus vero e contra Romane & amœne de ſuo nobis jubilos modulaverat: quos utique poſt ſanctus vir Notkerus, quibus videmus verbis ligabat, frigdore videlicet, & occidentanæ, quas ſic nominabat, quibus animatus etiam ipſe de ſuo cogitavit. Romanus autem quaſi noſtra præ Metenſibus extollere fas fuerit, Romanæ Sedis honorem ſancti Galli cœnobio ſiquidem ita inferre curavit. Erat Romæ inſtrumentum quoddam, & theca ad Antiphonarii authentici publicam omnibus adventantibus inſpectionem repoſituram, quod a cantu dicebatur Cantarium. Tale namnamque ipſe apud nos ad inſtar illius circa aram Apoſtolorum cum authentico locari fecit, quem ipſe attulit exemplato Antiphonario. In quo uſque hodie in cantu ſi quid diſſentitur, quaſi in ſpeculo error ejuſmodi univerſus pervidetur atque corrigitur. In ipſo quoque primus ille litteras Alphabeti ſignificativas notulis quibus viſum eſt, ſurſum, aut deorſum, ante, aut retro aſſignare excogitavit. Quas poſtea cuidam Lampecto amice quærenti beatus Notkerus balbulus dilucidavit. Cum & Martianus, quem de nuptiis miramur, virtutes earum ſcribere molitus ſit. Abinde ſumpſit exordium tota fere Europa, & maxime Germania, ſive Teutonia, ſecundum modum & formam, ſicut in monaſterio ſancti Galli viri peritiſſimi ediderunt beatus Notkerus balbulus, & Romanus, cæterique magiſtri correxerunt juxta exemplum authentici Antiphonarii Gregorii, & elegit cantare, & hunc ritum modulandi ſervare, quem etiam omnes uſum appellaverunt. Hos itaque ſupradictos viros ſecutus Berno monachus ſancti Galli, poſtea Abbas Augenſis, ſuper*

* corrupiſſe

PAGIUS *hoc cor inclinare. Potius autem comperti Aiſtulfi ingenio, toto virtute iſdem Pippinus profeſſus eſt decertare pro cauſa Sanctæ Dei Eccleſiæ ſicut, pridem jam dicto Pontifici ſpoponderat.* Longe tamen veroſimilius eſt quod ſcribit Eginhardus in Annalibus, ad annum DCCLIII. Carolomannum invitum Legationem illam obiiſſe, *quia nec ille Abbatis ſui juſſa contemnere, nec Abbas illius præcepta Regis Longobardorum, qui ei hoc imperavit, audebat reſiſtere.* De hac Carolomanni Legatione agit Baronius num. VII. & duobus ſeqq.

V. *Tranſlatio Reliquiorum S. Germani Epiſc. Pariſienſis.* Bellum undique parabatur, ſed ob gravem ac periculoſum morbum *Stephani* Papæ expeditio tantiſper retardata fuit. Interim *Lantfredus* Abbas Monaſterii S. Germani Pariſienſis vulgo *de Pratis* appellati, corpus ejuſdem *S. Germani* Epiſcopi Pariſienſis, quod hactenus in Baſilica S. Vincentii Martyris humatum jacuerat, infra Majoris Eccleſiæ Aulam transferri curavit; quod factum eſt *Pippino* Rege & Carolo ejus filio tum puero, & poſtea Imperatore, præſentibus, ut narrat Baronius num. XI. Tranſlatio facta eſt ex ſacello S. Symphoriani in Baſilicam S. Vincentii ipſi cohærentem, quam in literas retulit, non *Aimoinus*, ut credidit Baronius, ſed Anonymus, quidam Monachus Cœnobii S. Germani *de Pratis*, prout facti narrationem ex ipſius Caroli Magni ore acceptam didicerat. Extat hujus Tranſlationis Hiſtoria Sæc. III. Benedict. part. II. cui adjunxit Mabillonius libros duos *de Miraculis Sancti Germani*, ab Aimoino Monacho Pratenſi ſæculo IX. ſcriptos, & in lib. 2. cap. 17. dicitur, ejus corpus jacuiſſe in Eccleſia Sancti Vincentii, quæ nunc S. Germani appellatur, *donec Tranſlationis ejus feſtus dies, quæ octavo Kalend. Auguſtas celebratur, adveniret;* quo etiam die in ſincero Uſuardi Martyrologio memoratur. Ea itaque Tranſlatio, quæ magna-

so-

per hunc uſum ſummam valde ſubtilem ſcribit ad Epiſcopum Peregrinum Colonienſem. Sed & de eodem reſtituto, & aucto in Galliis cantu Romano, idem auctor inferius (*a*) pluribus agit. ☞

(*a*) *Extat apud Caniſ. lect. t. 2. p. 36. cap. 17. 18.*

Carolomannus miſſus ad Pipinum ab Aiſtulpho.

Sed proſequamur reliqua ex eodem auctore Anaſtaſio: *Interea* inquit, *nefandiſſimus Aiſtulphus Carolomannum fratrem benigniſſimi Pipini Regis a monaſterio beati Benedicti, in quo devote per evolutum temporis ſpatium monachice degebat, diabolicis ei ſuaſionibus ſuadens, in Franciam provinciam, ad obiiciendum, atque adverſandum cauſæ redemptionis ſanctæ Dei Eccleſiæ, & Reipublicæ Romanæ, direxit. Dumque illuc conjunxiſſet, nitebatur omnino, & vehementius decertabat ſanctæ Dei Eccleſiæ cauſas ſubvertere, juxta quod a præfato, nec dicendo Aiſtulpho, tyranno fuerat directus. Sed propitiante Domino, minime valuit ſui germani, Chriſtianiſſimi Pipini Regis Francorum in hoc firmiſſimum cor inclinare. Potius autem comperta nequiſſimi Aiſtulphi verſutia, tota ſe virtute idem excellentiſſimus Pipinus Francorum Rex profeſſus eſt decertare pro ſancta Dei Eccleſia, ſicut ſæpe jam fato beatiſſimo ſpoponderat Pontifici. Tunc pari conſilio idem ſanctiſſimus Papa, & denominatus Francorum Rex, conſilio inito, juxta quod præfatus Carolomannus Deo ſe devoverat monachicam gerere vitam, in monaſterium eum illic in Francia collocaverunt. Ubi poſt aliquantos dies, divina vocatione, de hac luce migravit.* Hactenus de Carolomanno Anaſtaſius.

VIII. Porro quod ad ipſum Carolomannum ſpectat: haud ipſe ſui animi conſilio hæc præſtitit, ſed juſſu, cui voverat Dei nomine obedire, Abbatis monaſterii Caſſinenſis: nam audi Leonem Oſtienſem (*b*) res Caſſinatis monaſterii proſequentem: *Poſtmodum vero* (inquit) *cum ab Aiſtulpho Longobardorum Rege rogaretur, ut pro quibuſdam Regni ſui negotiis ad Pipinum fratrem ſuum Francorum Regem pergeret, Abbate quoque id fieri poſtulante, ægre conſentiens, profectus tandem eſt. Ubi cum aliquandiu remoratus eſſet, cauſa, pro qua venerat, impediente, defunctus eſt. Cujus poſtea corpus idem Pipinus frater ejus locello aureo conditum, cum aliis pleriſque muneribus huc illud, ad ſuum ſcilicet remiſit monaſterium.* Hæc Leo.

(*b*) *Leo Oſtienſ. lib. 1. c. 7. in fine.*

Ad hoc autem Carolomannum ab Abbate fuiſſe compulſum, traditur etiam apud Aimoinum (*c*): nam timuerat ille, ne (quod alias factum fuit) idem monaſterium Caſſines tanto labore reſtitutum iterum per Longobardos excideretur, id minitante impio Rege, cujus perfidia nec Romanus Pontifex, nec Urbs ipſa ſecura conſiſteret. Præerat autem tunc eidem monaſterio Caſſinati Gratianus Abbas, ut idem teſtatur Leo Oſtienſis.

(*c*) *Aim. lib. 4. c. 26.*

Cæterum etſi ille prætextus fuit proficiſcendi Carolomanni in Gallias, ut revocaret Pipinum ab adventu in Italiam, prout Rex perfidus ab eodem exegerat: haud tamen ex ejus ſententia curaſſe negocium exiſtimamus, eo quod cultor, & ſtudioſus eſſet Romanæ Eccleſiæ, ſed ut barbari Regis furor ab inferenda clade Caſſinenſi monaſterio abſtineret, eam proficiſcendi in Gallias cauſam adornavit, eo modo continens barbarum, ne ſæviret in ſuos. Sed ſicut foris apparuit, ita hiſtoriæ ea cuncta mandata ſunt; cum tamen ſecreta Principum haud pateant paſſim hominibus, ſecundum illud Tobiæ (*d*): *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt.* IX.

(*d*) *Tob. 12.*

Decernitur expeditio in Italiam.

Sed jam ad Pipinum parantem hoc anno expeditionem in Italiam redeamus: Pergit enim Anaſtaſius hæc ſcribere: *Porro Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum Rex, ac vere beati Petri fidelis antefati ſummi Pontificis ſalutiferis obtemperans monitis, direxit ſuos Miſſos Aiſtulpho nequiſſimo Longobardorum Regi propter pacis fœdera, & propter præfatæ ſanctæ Dei Eccleſiæ, & Reipublicæ reſtituenda jura. Atque bis, & tertio juxta ſæpe fati beatiſſimi Papæ admonitionem eum deprecatus eſt, & plura ei pollicitus eſt munera, ut tantummodo pacifice propria reſtitueret propria. Sed ille, peccato imminente, obedire diſtulit. Ad hæc*

PAGIUS ſolemnitate facta, & variis miraculis illuſtrata fuit, contigit die XXV. menſis Julii, Sancto Jacobo Apoſtolo ſacra, & quidem hoc anno. Anonymus enim cap. 2. num. 6. docet, eam peractam, *anno ſequenti, in quo Apoſtolicæ Sedis Stephanus Pontifex ingreſſus in Gallias fuit.*

V. Ægrotabat eo ipſo Tranſlationis tempore *Stephanus Papa* in Monaſterio Sancti Dionyſii, uti narrat Baronius num. 11. & ſeqq. tam ex Anaſtaſio, quam ex ipſomet Stephano Papa in Epiſtola ejus, quæ legitur apud Hilduinum in Areopagiticis, poſt quam proxime ſequitur narratio de unctione Pippini cum filiis & uxore facta a Stephano, *hoc anno*, inquit Hilduinus, *qui eſt ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimusquartus, quinto Kalendas Auguſti*, ſeu die viceſima octava menſis Julii, quæ hoc anno in Dominicam incidit, ideoque non dubium, quin error in Annales Bertinianos, ubi hæc unctio facta dicitur hoc anno *VI. Kal. Auguſti*, irrepſerit; cum hujuſmodi cæremoniæ nonniſi diebus Dominicis aut ſolemnibus Feſtis fieri ſolitæ eſſent. Cæterum hæc coronatio nullum jus in Pippino confirmavit, qui nullam etiam e priori per Sanctum *Bonifacium* unctione acceperat; coronatio enim tam Summorum Pontificum, quam Regum mera cæremonia eſt; indeque Reſcripta, quæ beneficiorum Eccleſiaſticorum conceſſionem continent, a Summis Pontificibus ante

Pippinus & duo ejus filii a Stephano II. in Reges uncti.

Digitized by Google

idem eximius Francorum Rex cernens, quod atrociſſimi Aiſtulphi nequaquam valeret quoquo modo ſaxeum mollire cor, generalem contra eum decrevit facere motionem. Quam proſequutus eſt hoc eodem anno menſe Septembris, octava inchoata Indictione. Agemus de ea paulo inferius poſtquam reliquas Stephani Papæ cum Pipino hoc eodem anno res geſtas dixerimus.

X. De his Ludgerus Epiſcopus Monaſterienſis in epiſtola, quam ſcripſit ad Rixfridum Epiſcopum Trajectenſem hæc habet (a): *Idem Rex inter cætera expoſuit ſanctiſſimo Pontifici feliciſſimam vitam, & miracula ſancti Suviberti,* de quo ſæpe ſuperius, cujus ope ut vidimus haud pridem idem Pipinus hoſtes vicerat, *petens benigne ab eo, ut catalogo ſanctorum Confeſſorum per ipſum adſcriberetur. Sanctus vero Stephanus Papa aliqualiter apud S. Dionyſium ægrotans, tum propter fatigationem longi itineris, tum propter ſenium, tum propter oppreſſionem Romanæ Eccleſiæ, volens ſatisfacere feliciter juxta petitiones Chriſtianiſſimi Regis commiſit vices ſuas ad experiendum actus, virtutes, & geſta, ac miracula ipſius S. Suviberti ad canonizandum ipſum Sanctum vice ipſius venerabilibus Patribus, & Pontificibus, ſancta ſcilicet Hildolpho Trevirorum, Bonifacio Moguntinorum Archiepiſcopis, Fulcario Leodienſi Epiſcopo, & præcipue Hildegero Colonienſi Archiepiſcopo, in cujus parochia S. Suvibertus migravit ad Chriſtum. Qui venerabiles Patres propter incurſionem Saxonum, & expeditionem inclyti Regis Pipini contra præfatum Aiſtulphum perſecutorem Eccleſiæ Romanæ in Uverda non convenientes, diſtulerunt canonizationem S. Suviberti Epiſcopi uſque ad reditum ipſorum de Italia, quia neceſſitate belli imminentis urgente, hoc facere commode nequibant: Sicque canonizatio ejus aliquanto tempore protracta fuit.* Subdit vero auctor de elevatione ejuſdem ſancti venerandi corporis, facta per Colonienſem Archiepiſcopum; de ipſa vero canonizatione habita a Leone Papa quarto, agemus ſuo tempore.

(a) Extat in Appendic. ad vit. ſancti Suviber. apud Sur. die 1. Martii to. 2.

Pipinus agit cum Stephano Papa de canonizatione S. Suviberti.

Con-

PAGIUS te coronationem emiſſa effectum habent in Gallia, ut ex Supremæ Curiæ Pariſienſis Areſtis conſtat. Bis itaque *Pippinus* in Regem unctus, primum a *Sancto Bonifacio* Sedis Apoſtolicæ Legato anno DCCLII. ſecundo, a *Stephano Papa*, & quidem hoc anno, ut teſtantur Annaliſtæ Bertinianus, Loiſelianus, Metenſis, Tilianus, & alii, necnon Anaſtaſius. Utriuſque unctionis mentionem facit Eginhardus in Annalibus, Regino, aliique; ſed Theophanes ſolius poſterioris, utpote ſolemnioris, meminit. Baronius num. I. immerito aſſerit, Anaſtaſium adverſarios habere Latinos omnes Hiſtoricos, *qui unctionem,* inquit *Pippini factam juſſione Zachariæ Pontificis per Sanctum Bonifacium tradunt. Cæterum habet Anaſtaſius teſtem Theophanem hujus temporis Græcum Auctorem, qui Pippinum promotum in Regem per Stephanum Papam tradit.* Ita Cardinalis doctiſſimus. At ejus tempore in lucem non prodierant Auctor ſecundæ Appendicis ad Continuationem Fredegarii, nec Anonymus, nec clauſula anno DCCLI. num. IV. a nobis recitata e MS. Codice eruta, nec varii Annaliſtæ, qui vel de utraque unctione locuti ſunt, vel de ſola priori per Bonifacium peracta, cujus Anaſtaſius non meminit. Ex Græcis vero unus Theophanes de ſola poſteriori locutus eſt. Quare Anaſtaſius complures ex Latinis, conſentientes habet, & neutra unctio, hoc tempore in dubium revocari poteſt, licet priorem Cointius contra Scriptorum coævorum auctoritatem, alioſque complures negaverit.

Baronius num. VI. ait, licet *literis Zachariæ Pippinus in Regem ante provectus fuerit, & Sancti Bonifacii unctione initiatus, tamen non ab eo tempore, ſed ab hoc anno cœpti ſunt numerari anni ipſius Regni, ut docent Vetera Monumenta Francorum* [1]. Verum anno DCCLII. variorum *Pippini* Regis Diplomatum mentionem fecimus, in quibus ejus anni ab eodem deducuntur, ab electione ſcilicet ejus in Regem Francorum. Imo nullus ex antiquis Hiſtoricis, aut Annaliſtis annos *Pippini* ab unctione, quam in Monaſterio San-Dionyſiano a Stephano Papa percepit, dinumerabit. *Carolus* & *Carolomannus*, qui ſimul cum patre uncti ſunt, priores annos Regni computarunt quidem a die

VII. *Anni Pippini non ab ejus unctione, ſed ab ejus electione numerati.*

NOTÆ [1] Pippinus hoc anno die incerta rex conſecratus fuit, ut optime Pagius expendit, quanquam die & forte menſe ab eo diverſo quem Pagius ſignat, ut in nota ad A. 755. deducimus. Ab ea conſecratione regni ſui annos ſupputare illum cœpiſſe Baronius cenſet, negat Pagius cui non unius Diplomatis authoritas ſuffragatur. Id ego quidem de una Pippini epocha libens admitto. Sed & altera familiaris illi fuit epocha ab hac regia unctione deducta, quam traditiones Fuldenſes exhibent & tuentur. Corpus integrum earum, quarum nonnullas tantummodo dederat Piſtorius in ſua collectione vulgavit Joannes Fridericus Schannat, apud quem num. II. legas chartam Adalpharti *domino ſancto, & Apoſtolico Bonifacio* directam, ac ſignatam die *XVIII. januarii anno primo regni domini regis.* Tum num. III, ſuccedit charta Laidrati comitis directa *domino magnifico fratri Lulloni epiſcopo,* ac in ea *ſancti Bonifacii martyris* mentio fit; ſignatur vero die *II. Kal. Septembres, anno ſecundo regni domini Pippini.* Hæc ſi inter ſe conferantur, intelligimus profecto, priorem illam chartam deberi anno 755. cujus menſe januario S. Bonifacius nondum obierat, quamquam non ita multo poſt, die nempe V. junii cæſus necatuſque fuit. Hinc optime in ſecunda charta data pridie Kal. ſeptembris ejuſdem anni martyrium illius memoratur. Epocham vero Pippini quam utraque charta præfert incepiſſe oportet anno 854. ante diem XXXI. Auguſti idque ſane cum epocha cœpta ab unctione Pippini in regem hoc anno 854. die V. Kal. Auguſti plane congruit. MANSI

XI. Contigit eodem quoque anno fieri tranſlationem S. Germani Pariſienſis Epiſcopi, de qua iſta apud Aimoinum leguntur: (a) *Sequenti anno venerabilis Lantfredus Abbas Cœnobii S. Germani Pariſienſis glorioſum Regem Pipinum adiit, ſignificans ſibi per revelationem oſtenſum, & commonitum ab ipſo ſancto Pontifice Germano, quatenus ſacratiſſima ejus membra de Oratorio S. Symphoriani, in quo ducentis circiter, vel eo amplius annis jacuerant, intra majoris Eccleſiæ aulam transferri deberent. Audiens hoc glorioſiſſimus, Deique cultor Rex Pipinus, gaudio gaviſus eſt magno. Convocatiſque univerſis Regni ſui præſulibus, eis myſterium ſibi revelatum declaravit; qualiterque tantum perficere negotium deberet, ſolerti ab eis indagine perquiſivit, atque tractavit. Omnibus vero id collaudantibus, die conſtituta glorioſiſſimus Rex præfatus, una cum multitudine Antiſtitum, ac procerum turba, aſſiſtentibus filiis ſuis Regibus, Carolomanno ſcilicet, & Carolo, qui poſtea Magnus dictus eſt, tunc ſeptenni puerulo, ſacratiſſima membra reverendiſſimi Antiſtitis Germani intra majorem baſilicam cum digno honore tranſportaverunt: prædictus autem glorioſiſſimus Pipinus Rex pro oſtenſis in tranſpoſitione ſanctiſſimi Pontificis cœlitus gaviſus miraculis, ipſa die, quamdam villam nuncupatam Palatiolum, ſitam in pago Pariſiaco, ſancto Pontifici perpetuo habendam regali præcepto contradidit.* Huc uſque auctor.

(a) *Aimo. l. 4. c. 62.*

De tranſlatione corporis S. Germani.

XII. Quod rurſum ad Sanctos pertinet, eodem anno ex hac vita tranſiit S. Hubertus Leodienſis Epiſcopus, cujus præclaræ res geſtæ extant, (b) qui & relatus inter Sanctos, tertia Novembris die annua memoria celebratur. Cujus venerandum corpus decimoſexto anno ab ejus obitu, qui & numeratur tertius Carolomanni regnantis in Gallia cum Carolo fratre (is eſt annus Redemptoris ſeptingenteſimus ſeptuageſimus primus) elevatum eſt.

S. Huberti obitus.

(b) *Apud Sur. die 3. Novembr. tom. 6. & Molan. in Natal. SS. Bel. eadem die.*

Conſtans eſt de eodem ſancto viro aſſertio, ejuſque Apoſtolatu; nempe ipſius prædicatione omnem Arduennam ab idolorum fuiſſe cultu liberatam, & in Taxandria atque Brachbanto fidem mirifice propagatam; plurimis etiam miraculis ipſum coruſcaſſe, ejuſdem vitæ Acta teſtantur. In Arduenna quoque diutius laboravit ſanctus Monon, qui & ibidem a ſicariis occiſus, titulum martyrii conſecutus eſt, cujus natalis dies decima octava menſis Octobris: de quo & iſta, dicta die Molanus: (c) *Cæterum beato viro ob titulum Chriſtianitatis mactato Pipinus Rex regaliter decimas obtulit, quas habet inter Leſſam, & Urcam.* ☞ Hæc de ſancti Huberti tranſitus tempore poſuimus, decepti cum aliis ex teſtificatione

Monon martyr.

(c) *Molan. in Natal. SS. Belg. die 18. Octobr.*

PAGIUS

die, qua unxit eos Stephanus, ſed Pippino patre demortuo annos Regni ab ejus obitu ſemper numerarunt. Baronius per *Vetera Monumenta* intellexit Vitam Sancti *Othmari* Abbatis Durgaugenſis ſeu Monaſterii Sancti Galli, quam Walfridus Strabo, Augienſis Abbas ſcripſit, & libros duos de Miraculis S. Othmari, exaratos ab Iſona Monacho Monaſterii Sancti Galli; utrumque enim in margine citat. Verum ex verbis Iſonis, qui ſæculo nono vixit communis ſententia infirmari non poteſt. Hæc Iſonis verba lib. 2. cap. 5. *Pippinus pater Caroli Imperatoris, per auctoritatem Stephani Romani Pontificis, depoſito ac detonſo Rege Childerico, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione ſeptima, & Præfecto Palatii Rex conſtitutus, ſolus Francis cœpit imperare.* Iſo enim eo in loco manifeſte hallucinatur, ut plurima ejuſdem Regis Diplomata ante præſentem annum ab eo data demonſtrant. Præterea falſum eſt, *Childericum* uſque ad præſentem annum Regem appellatum fuiſſe; cum annos tantum novem regnaverit, & decimum quem inchoavit, non abſolverit. Denique ipſemet *Iſo* paulo poſt laudata verba annos Pippini Regis ab anno DCCLII. computat, cum ait, Sanctum Othmarum *ſeptimo anno regnante Pippino* plenum dierum ad Deum migraſſe. Ejus autem mors accidit die XVI. menſis Novembris anni DCCLVIII. ut ex Walfrido Strabone eo Chriſti anno oſtendemus. Is tamen annorum Pippini nullibi meminit, unde apud Baronium in margine loco *lib. 2. Rerum S. Othmari cap. 5.* legendum *lib. 2. de Miraculis Sancti Othmari ab Iſone Monacho.*

VII. Baronius num. X. refert ex Ludgero Epiſcopo Monaſterienſi in Epiſtola ad Rixfridum Epiſcopum Trajectenſem Pippinum expoſuiſſe Stephano Papæ Miracula *Sancti Swiberti*, & ab eo petiiſſe, ut Catalogo Sanctorum Confeſſorum adſcriberetur, & Pontificem ægrotantem apud Sanctum Dionyſium commiſiſſe vices ſuas ad canonizandum ipſum Sanctum *Hildolpho Trevirorum, Bonifacio Moguntinorum Archiepiſcopis, Fulcario Leodienſi Epiſcopo, & præcipue Hildegero Colonienſi Archiepiſcopo*, ſed eos propter incurſionem Saxonum & expeditionem Italicam Pippini *diſtuliſſe Canonizationem Sancti Swiberti Epiſcopi uſque ad reditum ipſorum de Italia.* Editæ ſunt litteræ *Rixfridi Trajectenſis Epiſcopi ad Ludgerum Monaſterienſis Eccleſiæ Epiſcopum*, petentis, ut *modum & ordinem Elevationis & Canonizationis Sancti Suidberti in Scripta redigeret*; tum *ipſius Ludgeri* id ipſum, ſuſe exequentis. Sed eas literas Henſchenius, & Mabillonius, qui commenta Pſeudo-Marcellini rejecerunt ut ſuo loco oſtendimus ſuppoſititias eſſe etiam demonſtrarunt. Neque enim *Indulgentiarum* ac *Canonizationis* nomina ante ſæculum X. audita, & Sanctorum *Canonizatio* ante ſæculum undecimum Pontificibus Romanis non reſervata, ut ſuo loco demonſtrabo. Denique anno ſuperiori Sanctus *Hildegarius* Epiſcopus Colonienſis occiſus eſt in Saxonia, ut anno ſequenti videbimus. Cumque hæc de *Sancti Swiberti* Canonizatione commenta nunc manifeſta ſint, iis refellendis diutius non immorabor.

Epiſtola de Canonizatione S. Swiberti ſuppoſititia.

VIII. A num. XII. ad XVII. Expeditionem Pippini in Italiam adverſus Aiſtulfum Regem Longobar-

Digitized by Google

Tempus obitus S. Huberti.

ne haud ambigua Actorum ejus, in quibus ſive auctore Jona, ſive aliis, ex notiſſimis ſignis tranſlatio ipſius Huberti facta anno decimoſexto ab obitu ejus ponitur ſub Carolomanno recentiori, filio Pipini Regis, fratre vero Caroli Magni, viro conjugato, quæ ponenda erat ſub priori Carolomanno filio Caroli Martelli, fratris Pipini, qui cælibem vitam duxit, atque demum monaſticam vitam profeſſus eſt. Quæ falſa aſſertio nos in errorem traxit, ut hoc anno obitum poſuerimus ſancti Huberti, nempe (ut aſſerit) ante tranſlationem decimoſexto: cum revera, ſi ſub priori Carolomanno, ſub quo contigit, ejus tranſlatio poſita fuiſſet, non hoc anno Huberti obitus, ſed potius anno ſeptingenteſimo viceſimooctavo ſtatuendus erat, ante unnos ſexdecim a tranſlatione ejus facta unno tertio ejuſdem ſenioris Carolomanni, ſecundum ejuſdem Leodienſis eccleſiæ vetera monimenta, nobis litteris ſignificata per virum eruditum ejuſdem eccleſiæ præbendarium Danielem Raymundi: quibus aſtipuleutur Romani Pontifices, primum Zacharias, deinde Stephanus ſucceſſor ipſius, pluſquam Jonas ſinguli. Zacharias enim in recitata ſuperius epiſtola anno ſeptingenteſimo quadrageſimooctavo inter alios Germaniæ Epiſcopos Catholicæ communionis, ad quos ſcribit, recenſet Folericum Tungrenſem Epiſcopum (ſive quod idem, Leodienſem,) ſed plane corrupta voce poſitus Folericus pro Fulchario, qui tertius ab Huberto, cui ſucceſſit Floribertus, poſt quem ipſe ſedit Fulcharius, perperam ſcriptus Folericus, in Zachariæ epiſtola, pro Fulchario, cum nullum umquam Folerici nomine in tabulis ejus eccleſiæ ſit teperiri ſediſſe Epiſcopum. Si ergo ſub Zacharia eo anno præerat Leodienſi eccleſiæ Fulcharius tertius ab Huberto: quomodo hoc anno ſeptingenteſimo quinquageſimoquarto, ſub Stephano Papa defunctus ponitur ſanctus Hubertus? Adde ad confirmationem (in ore enim duorum vel trium ſtat omne verbum, quanto magis, ſi fuerint hi ſummi Pontifices) adde, inquam, quod nuper hoc dictum eſt anno, ipſum Stephanum Papam eidem Folchario, ſeu Fulchario una cum aliis Germaniæ Epiſcopis mandaſſe canonizationem ſancti Suviberti, id teſtante ejus temporis auctore Ludgero Epiſcopo Monaſterienſi. Si igitur præerat hoc anno Fulcharius tertius ab Huberto: quomodo dici potuit idem Hubertus hoc anno ſedere cœpiſſe? Corrigatur igitur manifeſtus error tam hic, quam inferius anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſeptuageſimoprimo, ubi ad finem ponitur ſancti Huberti tranſlatio, quæ ponenda erat anno ſeptingenteſimo quadrageſimoquarto ſub ſeniori Carolomanno, non juniori, ut manifeſte ponit auctor, qui nos & alios per devia traxit invitos. ☞ His de Sanctis enarratis, jam Pipinum cum exercitu in Italiam adverſus Aiſtulphum proficiſcentem proſequamur. Factum id quidem hoc anno, menſe Septembri, octava jam inchoata Indictione, Anaſtaſius Bibliothecarius in Stephano Papa teſtatur, qui ea omnia ita proſequitur oratione:

XIII. *Dum jam fere medium itineris ſpacium Francorum exercituum graderentur cunei: rurſum ipſe ſanctiſſimus vir Stephanus Papa præfatum benigniſſimum deprecatus eſt Pipinum Regem, ut denuo ſæviſſimo Aiſtulpho, diro Longobardorum Regi, ſi quomodo potuiſſet, vel ſero tandem ejus ſedare ſævitiam, & propria propriis ſaluberrime ſuaderet reddere abſque humani effuſione ſanguinis. Et ita factum eſt. Atque denuo ipſe benigniſſimus Francorum Rex ſuos eidem Aiſtulpho miſit Miſſos. Sed & beatiſſimus idem Papa, & vere Papa, & bonus paſtor, ne ſanguis effunderetur Chriſtianorum, admonitionis & exhortationis Apoſtolicas ei direxit litteras, per eas & fortiter per omnia divina myſteria, & futuri examinis diem conjurans, atque obteſtans, ut pacifice ſine ulla ſanguinis effuſione, propria ſanctæ Dei Eccleſiæ redderet. Sed iniquitate ejus*

PAGIUS *Prior expeditio Pippini adverſus Aiſtulfum Regem.*

bardorum, narrat Baronius ea Anaſtaſio, qui dum loquitur de altera Pippini expeditione anno ſequenti ſuſcepta, ſignificat priorem peractam eſſe *per elapſam octavam Indictionem*, quæ Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni auſpicatur. Anaſtaſio ſuffragatur Auctor Secundæ Appendicis ad Continuationem Fredegarii, qui hoc anno ſcribit: Pippinus *inito conſilio cum Proceribus ſuis, eo tempore, quo ſolent Reges ad bella procedere, Stephanus Papa & reliquas nationes, qua in ſuo Regno commorabantur, & Francorum agmina ad partes Langobardia cum omni multitudine per Lugdunum Gallia & Viennam pergentes uſque Maurienuam pervenerunt. Aiſtulfus Rex Langobardorum hac audiens, cum omni exercitu Langobardorum uſque ad Cluſas, qua cognominatur Valle Sueſiana, veniens ibi cum omni exercitu ſuo caſtra metatus eſt; & cum telis & machinis, & multo apparatu, qua inquiter contra Rempublicam & Sedem Romanam Apoſtolicam admiſerat, nefarie nitebatur defendere. Et cum ſupraſcriptus Rex Pippinus Maurienuam cum exercitu ſuo rediſſet, & propter anguſta vallium montes rupeſque exercitus prædicti Regis minime tranſire potuiſſet, pauci tamen montibus, anguſtiſque locis erumpentibus, uſque in Valle Seuſana pervenerunt. Hac cernens Aiſtulfus Rex Langobardorum omnes Langobardorum armare præcepit, & cum omni exercitu ſuo ſuper eos audacter venit. Hac cernentes Franci, non ſuis auxiliis, nec ſuis viribus liberare ſe putabant, ſed Deum invocant, & B. Petri Apoſtoli adjutorium rogant. Commiſſoque prælio fortiter inter ſe dimicantes Aiſtulfus Rex Langobardorum leſum cernens exercitum ſuum, terga vertit, & pene omnem exercitum ſuum, quem ſecum adduxerat, tam Duces*

Digitized by Google

ejus obſiſtente, nequaquam acquieſcere valuit. Potius e contrario minas, & indignationes præfato Pontifici, & excellentiſſimo Pipino Regi, vel cunctis Francis direxit.

XIV. *Tunc fiſus in omnipotentis Dei miſericordia antefatus Pipinus Francorum Rex iter ſuum proſequutus eſt, præmittens ante ſuum occurſum aliquot ex ſuis proceribus, & cum eis exercituales viros ad cuſtodiendas proprias Francorum Clauſas (erant Clauſæ Anguſtiæ Alpium quibus veluti oſtiis acceſſus hoſtium vetaretur) ibique conjungentes, rimoti reſidebant, proprii Regis præſtolantes adventum. Audiens itaque protervus Rex Aiſtulphus, paucos fuiſſe Francos illos, qui ad cuſtodiam propriarum venerant Clauſarum, fidens in ſua ferocitate, ſubito aperiens Clauſas ſuper eos diluculo irruit cum pluribus exercitibus. Sed juſtus judex Dominus Deus, & Salvator noſter Jeſus Chriſtus victoriam pauciſſimis illis tribuit Francis, qui & multitudinem illam Longobardorum ſuperantes trucidavere; ita ut ipſe Aiſtulphus fuga arreptus, vix ab eorum evadere potuiſſet manibus niſi, & uſque Papiam civitatem abſque armis fugam arripuiſſet. In quam & præ timore Francorum cum aliquantis ſe detruſit. Ipſi vero Franci introeuntes Clauſas, cunctum Foſſatum,* caſtra videlicet *Longobardorum poſt peractam cædem abſtulerunt, ſpolia multa auferentes.*

Conjungens autem Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum Rex, ſequipes eitam, & antefatus beatiſſimus Stephanus Papa ſanctus uſque ad muros civitatis Papiæ utique pervenerunt, quam & obſidentes aliquantos dies viriliter eam Francorum exercitus conſtrinxere. Tunc jam fatus beatiſſimus, & evangelicus Papa Pipinum deprecatus eſt benigniſſimum Regem, ut jam amplius malum non proveniret, neque ſanguis effunderetur Chriſtianorum, imminens ſalutifera prædicatione, ut pacifico cauſæ finirentur. At hanc Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum Rex ejuſdem beatiſſimi Patris, & boni Paſtoris audiens adimplevit admonitionem. Sicque dilectam Deo pacem ineuntes, atque in ſcripto fœdera partium affirmantes inter Romanos, Francos, & Longobardos, & obſides Longobardorum idem Francorum Rex auferens, ſpopondit ei Aiſtulphus cum univerſis ſuis Judicibus ſub terribile, & fortiſſimo ſacramento, atque in eodem pacti fœdere per ſcriptam paginam affirmavit, ſe illico redditurum civitatem Ravennatium cum diverſis aliis civitatibus. Hucuſque de his Anaſtaſius. XV.

His igitur quam feliciſſime geſtis, Pipinus Rex victor cum ſuis in Gallias, Stephanus autem Papa in Urbem rediit, ubi ſummo gaudio a ſuis exceptus, dignas Deo laudes pro tot, tantiſque acceptis beneficiis publice apud baſilicam S. Petri ex more perſolvit. [1] XVI.

Quæ autem reliquæ fuerint ejuſdem Pon-

PAGIUS *ces, Comites, & omnes Majores natu gentis Langobardorum in eo prælio omnes amiſit, & ipſe quodam monte rupis vix lapſus evaſit, Ticinum Urbem ſuam cum paucis venit. Igitur præcelſus Rex Pippinus patrato, (Deo adjuvante) victoria cum omni exercitu & multitudine, agmina Francorum uſque ad Ticinum acceſſit caſtra metatus eſt, undique omnia quæ in gyro fuerunt vaſtans, partes Italiæ maxima igne concremavit, totam Regionem illam vaſtavit, Caſtra Langobardorum omnia diſrupit, & multos theſauros & alia ornamenta quamplurima, & eorum tentoria omnia capuit & cepit. Hæc cernens Aiſtulfus Rex Langobardorum quod nullatenus evadere potuiſſet, pacem per Sacerdotes & Optimates Francorum petens ditione ſupradicto Rege Pippino faciens, & quidquid contra Romanam Eccleſiam, vel Sedem Apoſtolicam contra legis ordinem fecerat, pleniſſima ſolutione emendaret, ſacramenta & obſides ibidem donat,* ut numquam a Francorum ditione ſe abſtraheret, & ulterius ad Sedem Apoſtolicam Romanam Rem-

NOTÆ [1] Pontifici Romam redeunti, Pipinum Comites dediſſe *Hieronymum* fratrem ſuum & *Fulradum* Abbatem cum nonnullis aliis, qui eum proſpere ac ſecure Romam uſque deducerent, tradit Anaſtaſius in ejuſdem Stephani vita. Licet hæc in editis deſiderentur, habentur tamen in codice Reg. Suec. 2190. his verbis: *Pipinus itaque eos fratrem ſuum Hieronymum, & Fulradum Abbatem cum nonnullis aliis ſuis miſit miſſis: qui Dominum Apoſtolicum ad ſedem propriam, ideſt ad Romam uſque cum omni deducerent proſperitate.* Sequuntur ibidem nonnulla alia ipſius Pontificis Romæ geſta, quæ cum ab editis, aut abſint, aut aliquantiſper diſcrepent, hic ſubjicere placet: *Qui dum Romam in campum qui dicitur Neronis conjungeret, cum magno gaudio a ſacerdotibus & clero pſallentibus, & cum crucibus ſibi occurrentibus ſuſceptus eſt. Qui cum omni multitudine populi Romani utriuſque ſexus Domino laudes & immenſas gratias referebant, una voce clamantes:* Deo gratias, venit jam paſtor noſter, & poſt Deum ſalus noſtra. *Poſt aliquantulum vero temporis furore vehementi* &c. ut in editis: *non ſolum ea quæ promiſerat, adimplevit, ſed etiam ad pejora ſi facere potuiſſet, dilapſus eſt. Sed beatiſſimus Papa ſemper quæ Dei meditans, officia quæ per multum tempus dimiſſa fuerant tempore nocturno, compleri ſuo tempore fecit. Similiter diurnum reſtauravit officium, ut antiquitus fuerat conſtitutum, & tribus monaſteriis, quæ a priſco tempore in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ad idem officium perſolvendum deputata fuerant, adjunxit quartum; ibique monachos, qui ad ipſum conjungerentur officium inſtituit, atque Abbatem ſuper eum ordinavit. Multa quoque dona eiſdem largitus eſt monaſteriis, tam quæ om-*

Digitized by Google

Pontificis in Urbem poſt reditum actiones, ex Areopagiticis Hilduini iſta ponuntur: *Idem namque ſanctus Pontifex reliquias ſanctiſſimi Dionyſii Romam detulit, & monaſterium in honorem ipſius ædificare in proprio ſuo cœpit, quod frater ejus Paulus illo morte prævento (quoniam ipſi in Pontificatu ſucceſſerat) nobiliter conſummavit, & convectis illuc compluribus ſanctorum Martyrum corporibus, conſecravit. Et velut a fratre, & prædeceſſore ſuo juſſus fuerat, famulatores Domini natione Græcos inibi conſtituit, & idem monaſterium Ad Sanctos Martyres in ſchola Græcorum appellari fecit, ad honorem, & memoriam pretioſiſſimi Dionyſii, ſociorumque ejus, quorum cultus & veneratio redundat in honorem, & laudem, & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti habetur honor, & adoratio per immortalia ſæcula ſæculorum, Amen.* Hactenus ibi.

Cæterum Græcos monachos Græco Dionyſio dare Stephanus voluit, quod conſtans opinio eſſet, tum apud Græcos tum Latinos, eum ipſum fuiſſe Dionyſium magnum illum Areopagitam, qui prædicatione Pauli ad Chriſti fidem converſus eſt.

XVII. Conciliabulum Conſtantinopolitanum. Sed ad turbas Orientales jam convertamus orationem. Hoc anno, quo decimuſtertius abſolvitur, & decimuſquartus inchoatur Conſtantini Imperatoris ſeptima Indictione, ab eodem Imperatore pſeudoſynodus celebrata eſt, quæ ſex menſium ſpacio perduravit, in qua adverſus cultum ſanctarum Imaginum obfirmatum eſt a ſatanæ ſynagoga decretum. Id quidem Theophanes his verbis enarrat: *Eodem quoque anno Conſtantinus impius contra ſanctas ac venerabiles imagines concilium iniquum * triginta octo Epiſcoporum congregavit in palatio Hieriæ, quorum primi erant Epheſinus filius Abſimari, & Paſtillus Pergenſis, qui apud ſe, quæ viſa fuerunt, dogmatizarunt, nullo præſente ex Catholicis ſedibus, Romana ſcilicet, vel Antiochena, Alexandrina, aut Hieroſolymitana. A quarto Idus Februarii incipientes perduraverunt uſque ad ſextum Idus Auguſti ejuſdem ſeptimæ Indictionis.*

* trecentorum triginta octo.

Qui cum in Blachernas Dei Genitricis bo-

PAGIUS

Rempublicam hoſtiliter nunquam accederet. *Præfatus Rex Pippinus, clemens ut erat, miſericordia motus vitam & Regnum ei conceſſit, & multa munera Aiſtulphus partibus prædicti Regis donat: nam & Optimatibus Francorum multa munera largitus eſt. His ita geſtis Pippinus Rex prædicto Stephano Papa cum Optimatibus ſuis & multa munera partibus Romæ cum magno honore direxit, & Sedem Apoſtolicam incolumem ſicuti prius fuerat, reſtituit. His tranſactis Pippinus Rex cum exercitu ſuo, & multis theſauris ac multis muneribus (Deo adjuvante) reverſus eſt ad propria.*

IX. *Stephanus II. Romam redit.* Annaliſta Fuldenſis hoc anno habet: *Stephano Papa Duce Hieronymo fratre Pippini Romam revertitur.* Hieronymo Fulradum unum ex Pippini Miſſis adjungunt Annaliſtæ Loiſelianus, Laureshamenſis, Bertinianus, & Regino: *Stephanus Papa*, inquit Annaliſta Loiſelianus *reductus eſt ad Sanctam Sedem per Miſſos Domni Regis Pippini, Fulradum & reliquos, qui cum eo erant.* Annaliſta vero Laureshamenſis: *Ipſe in Regnum ſuum regreſſus eſt, & Stephanum Papam cum Folrado Presbytero Capellano, & non minima Francorum manu, Romam remiſit.* An vero Pippinus in Franciam reverſus Carolomannum fratrem mortuum repererit, de cujus morte Baronius num. VIII. anno ſequenti examinabimus. Porro Stephanum II. Romam ante finem currentis anni adventaſſe, ex dicendis anno proximo certo apparebit.

X. *Conſtantinus Imp. Pſeudo-Synodum adverſus Sacras Imagines celebrat.* Ad num. XVII. & ſeqq. Conſtantinus Copronymus Pſeudo-Synodum Conſtantinopoli adverſus Sacras Imagines hoc anno celebravit, *nullo præſente ex Catholicis Sedibus, Romana ſcilicet, vel Antiochena, Alexandrina aut Hieroſolymitana. A quarto Idus Februarii incipientes, perduraverunt uſque ad ſextum Idus Auguſti ejuſdem ſeptimæ Indictionis*, inquit Theophanes ad annum XIII. hujus Imperatoris, cujus lo-cum

NOTÆ *interius neceſſaria ſunt, quam quæ exterius, immobilia ſcilicet loca, quæ uſque hodie utilitatibus illorum deputata perſiſtunt. Sed præfatus Haiſtulphus malignus eam motionem, quam facere diſpoſuerat, cum cordis duritia adimplevit, & cum univerſo exercitu contra hanc Romanam urbem advenit. Quam & trium menſium ſpatio obſidens, atque &c.* Hieronymum Pipini fratrem Romam uſque perduxiſſe Stephanum Pontificem, teſtantur Annales Fuldenſes ad an. 714. his verbis: *Stephanus Papa, Duce Hieronymo fratre Pippini, Romam revertitur.* Fuit autem *Hieronymus* Caroli Martelli, filius, ſed ut plerique putant, ex illegitimo thoro genitus; qua de re Mabillonius Annal. Benedict. Lib. XXI. §. LXI. quem vide etiam Lib. XXIII. §. VII. ubi de Stephani Papæ in Urbem reditu, *Hieronymo* Pippini fratre, & *Fulrado* Abbate comitantibus. Hic autem *Fulradus* S. Quintini Abbas, ejuſdem *Hieronymi* filius fuit., Hinc apud Theodulphum Aurelianenſem lib. 2. cap. 7.

Condere cœpit opus hujus venerabilis aulæ
Abbas FULRADUS, nobilitate cluens.
Namque huic HIERONYMUS, Carolus pater extitit illi,
Qui propria ſpecimen gentis ad alta tulit.

Vide etiam, ſi lubet Sammarthanos fratres in Genealogia regiæ domus Francorum lib. VI. cap. XVI. XVII. pag. 118. GEORGIUS

Digitized by Google

*hoſtes conveniſſent, aſcendit Conſtantinus Imperator in ambonem, tenens Conſtantinum * monachum, qui fuit Sylai Epiſcopus. Et cum peroraſſet, voce magna pronuntiavit, dicens: Conſtantino univerſali Patriarchæ multos annos.* Pronuntians ſcilicet eum a ſe eſſe promotum poſt Anaſtaſium in cathedram Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Pergit vero Theophanes.

* monomachum Conſtantinus Patriarcha hæreticus.

XVIII. *Deinde* (inquit) *aſcendit Imperator cum Conſtantino ſcelerato præſule, & reliquis Epiſcopis forum, & exclamaverunt, ſuam divulgantes cacodoxam fidem in conſpectu totius plebis, anathematizantes Germanum ſanctiſſimum Patriarcham, & Georgium Cyprium, & Joannem Chryſorroam Damaſcenum, nepotem Manſur, viros ſanctos, & reverendos magiſtros.* Hucuſque Theophanes. Et quidem ſummatim, paucis verbis multa perſtringens. Nos vero ab hujus temporis ſcriptore, qui proſequutus eſt quam ſinceriſſime Acta Martyrum Stephani, & ſociorum, rei geſtæ ſeriem memoratu dignam hic deſcribemus, duobus quidem diſtinctam capitibus, quorum altero de Conſtantini pſeudoepiſcopi agitur electione, altero de concilio (ut audiſtis) hoc anno ab Imperatore nefarie congregato: ſed primum omnium de perſecutione adverſus cultores ſacrarum imaginum, qua occaſione eam idem Imperator iterum excitarit, dicendum eſt. Ait enim:

XIX. Quid cum arguitur a monachis Conſtantinus.

Deinde, poſt priorem perſecutionem ſcilicet, *a pietatis amatoribus, extimiſque monaſtici ordinis viris reprehenſus, atque convictus: implacabile adverſus eos bellum excitat, præclarum illum habitum tenebrarum indumentum vocans,* σκοτίας ἔνδυμα, *cum ipſe dæmonibus proculdubio tenebroſiorem animam haberet, atque monachos ipſos* ἀμνημονεύτους, *hoc eſt, immemorandos appellans, cum ipſe nec divina ulla, nec humana memoria dignus eſſet: ac præterea idololatras ob venerandarum imaginum adorationem omnes nuncupans, cum ipſe aurum potius, quam Chriſtum adoraret, ac avaritiæ, ac impietati peræque ſtuderet.*

Igitur ſtolidam omnem illam ſapientiæque expertem multitudinem, quæ ipſius Imperio ſubjecta erat, in concionem advocat, ac veneranda Crucis ligna unacum divinis Dominici corporis, & ſanguinis myſteriis, atque omni labe puris Evangeliis, in quibus Dei filius Chriſtianis ne jurent, (a) *prorſus interdicit, palam proponit, atque ita per ea univerſos jurejurando aſtringit, numquam ſe divinas imagines adoraturos; quin ea potius idola vocaturos (cum ipſe potius impietatis idolum eſſet) ac nec quidem communionem a monachis accepturos, nec ſalutantibus quicquam humanitatis viciſſim exhibituros. Verum ſi quiſquam eorum monachum aliquem uſpiam obviam habuiſſet, tenebricaſum eum, & immemorandum, & idolorum cultorem appellaturos, ac demum (o horrendum furorem, o ingentem tuam, Chriſte, patientiam ac lenitatem!) lapidibus ipſum appetituros.*

(a) Mat. 5.

Conſtantinus quæ ſancit in Monachos.

XX. Hæc audiens, Lector, vides a quo odium in monachos hæreditarint una cum hæreſi recentiores Novatores Iconoclaſtæ, quos ſi quis certo nomine Copronymianos dixerit, utique indulgentius aget: ſiquidem noſces comparatione Copronymi, hos duplo triploque impios nominandos. Siquidem (ut vidiſti) etſi imagines ſacras Conſtantinus execrabatur, tamen venerandæ Crucis adhuc cultum retinebat, per quam in medio poſitam ſuos aſtringere voluit juramento: retinebat & cultum diviniſſimi ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, quæ pariter Novatorum funeſta ſecta, mancipia ſatanæ, deteſtantur: ut videas horum comparatione, eſſe Copronymum execrabilem laude dignum. Pergit auctor de electione Conſtantini pſeudopatriarchæ hæc, quæ ſequuntur:

XXI. *Quin etiam ſacri ordinis quemdam nactus, cui & nomen cum ipſo idem, & eadem fidei ſententia erat* (jam enim ut anima, ita quoque corpore Anaſtaſius interi-

PAGIUS cum integrum recitat Baronius, ſed ubi Theophanes ait, *aſcendit Conſtantinus Imperator in ambonem tenens Conſtantinum Monachum, qui fuit Sylai Epiſcopus*, Baronius in margine reponit *Conſtantinum Monomachum*. At jam Theophanes, quem Nicephorus in Breviario *Monachum* habent. Hæc de iſta Synodo Nicephorus qui tempore Baronii non extabat; *Conſtantinus ubi ſemel ſe ad Eccleſiæ contumeliam ac pietatis oppugnationem accinxit, tanquam afflatu inſtinctuque contrarii ſpiritus abreptus, Cœtum Epiſcoporum collegit octo & triginta numero ſupra trecentos, cui Theodoſius Epheſinus Archiepiſcopus præfuit. Urbis porro Præſulem, Conſtantinum quemdam, qui Monachi habitum præferebat ex Syllea Urbis Epiſcopo conſtituit. In eo Conciliabulo fidei Canonem condiderunt de Sacris Imaginibus evertendis; cui ab omnibus impio conſenſu ac nefario ſubſcriptum eſt; eaque religio omnis puериliter in foro anathemate damnata. Eadem & in Germanum Conſtantinopolitanum Patriarcham dicta ſententia eſt & Georgium Cyprium, & Joannem Damaſcenum, cognomento Manſur.* Hujus etiam Conciliabuli mentio in Libello Synodico, quem Baronius non viderat.

XI. Conſtantinus Patriarcho Conſtantinop. ejus conſilia promovet.

Rei geſtæ ſeriem fuſe refert Baronius ex Actis S. Stephani Junioris, Monachi & Martyris, quæ extant inter Opera S. Joannis Damaſceni, quæque a Metaphraſte compoſita ſunt; uti ſupra jam diximus; ſed cum a paucis annis in lucem prodierit Vita hujus S. Martyris a Stephano Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diacono annis XLII. poſt ejus Martyrium conſcripta, ut Auctor ipſemet teſtatus, ex ea Annales Eccleſiaſtici illuſtrandi: *Propriis operis dignum* ea-

De electione Conſtantini Epiſc. Conſtantinop. terierat) ei prob ſceleſtum facinus! Eccleſiæ curam, adminiſtrationemque committit, non Patrum electione, non Synodi examinatione, non denique canonico ſuffragio atque decreto, ſed tyrannica potius poteſtate Antiſtitem ipſum conſtituens. Etenim non ſecus ac ſi in ſcena aperte luderent, ac non ſerio agerent, ambo in pulpitum aſcenderunt, ac deinde Imperator manibus impuris diploidem ſacram nefario homini profane imponit, dignum Epiſcopatu eum eſſe clamans, qui gravi potius ignominia & vituperatione dignus erat. O impuram & abſurdam audaciam! o execrandum facinus! Qui enſe accinctus erat, Antiſtitem ſacrum creabat. Qui bellis ac cædibus per omne vitæ tempus operam dederat, initiatoris ſacri munere fungebatur. Qui cum tribus mulieribus flagitioſiſſime ſeſe contaminarat, inter ſceleratos Pontifices conſtituebat: id quod nec apud Gentilium quidem ſacerdotes unquam perpetratum fuiſſe, repertum eſt: ita ut illud ſcripturæ ſacræ hic
(a) Iſai. 24. locum haberet (a): Qualis populus, talis ſacerdos. His peractis, quomodo eorum conciliabulum ſit indictum, & celebratum, ſic narrare pergit:

XXII. Concilium a Conſtantino indictum. Cum itaque in hunc modum obſcœnum illud par coiiſſet; atque Attagas (ut vulgo dici conſuevit) Numenio ſeſe adjunxiſſet, vetus parœmia cum duo nequiſſimi ſimul coeunt, litteræ ad omnes urbes, ac provincias commeabant, quibus Epiſcopi ad Imperialem urbem confeſtim accerſebantur. Id autem eo fiebat, ut concilium adverſus venerandas imagines cogeretur. Numerus autem eorum, qui convenerunt Epiſcoporum, reperitur ſcriptus in fuæ ipſorum perfidiæ decreto, quod integrum lectum, & confutatum habetur in ſeptima Actione Concilii Niceni ſecundi, fuit trecentorum, & triginta octo Epiſcoporum: ex quo intelligi poteſt, quanta fuerit iſta ruina Orientalis Eccleſiæ, cum tam ingens numerus ſit repertus lapſorum Antiſtitum, cum nonniſi, qui in Oriente ſub ditione erant Imperatoris, vocati fuerint. Delectum eſt ad celebrandum adeo infame concilium auguſtiſſimum templum, quod erat Conſtantinopoli Dei Genitricis in Blachernis nuncupatum, quo Imperator exiſtimationem eidem profano conventui ex nobili ſaltem loco conciliaret. Sed qualiter voluerit eſſe ornatum, ab eodem auctore ſic accipe: Inſigne illud, quod Templum Blachernis ad Synodum accommodatum. Blachernis eſt Deiparæ templum eximia quadam, ac pene incomparabili pulchritudine, & lapillis aureis in utroque pariete arte ſumma exornatum abraſit, & immutavit, deletis videlicet omnibus imaginum formis. Etenim eximio, & pererudito artificio carnalis Chriſti nativitas, & divina ipſius miracula, & venerandorum myſteriorum traditio, ac denique per ipſius Crucem in infernum deſcenſus, & reſurrectio picta illic erant.

Quibus omnibus horrendum in modum abraſis atque deletis, ille perditionis filius Conſtantinus Imperator arborum ſpecies, atque omnis generis avium formas eorum loco ſupplendas curavit. At tum ſane quiſpiam non incommode illud Davidis dixiſſet (b): Venerunt gentes in XXIII.
(b) Pſal. 78. hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam: poſuerunt morticina ſer-

PAGIUS inſtrumentum nactus (ſcilicet diabolus) Virum qui genus & animum ex Syro ſortitus (nempe Anaſtaſius Patriarcha) magicis præſtigiis plurima prodigia patrare exiſtimabatur, hominesque qui res hujuſmodi admirari ſolent, decipere valebat. Hanc ergo feram Leonis cognominem primum, ut prius ſcripſimus, adverſus Sanctarum Imaginum adorationem inflammavit. Quamvis vero manifeſtus hæreticus a Germano veritatis propugnatore, ut antea dictum eſt, declaratus fuiſſet: neque ſic tamen communis hominum hoſtis a cœptis deſtitit. Verum illo e medio ſublato, perennisque vermis & æterni ignis facto pabulo, ejus loco impurum illud ipſius germen (Conſtantinum dico) excitavit, quaſi quis dixerit ex Achaz Achab, & ex Archelao deteriorem Herodem, adulterii mancipium, & Præcurſoris homicidam. Iſta igitur mala illius radicis arbor, pejores fructus germinans, exitialibus omnis generis venenis in anima congeſtis, omnes Sanctas Imagines diruit, evertit, incendit. Cui cum Monachi religionis cultores ſe ſe opponerent, illis bellum denunciat. Hinc eorum habitum tenebrarum habitum appellat is ipſe, qui animum tenebris involutam gerebat: qui vero ſub illo habitu recenſebantur, nefandos, ideſt, memoratu indignos nominabat, quos etiam idololatras ob Sanctarum Imaginum adorationem vocitabat.

XII. Conſtantinus Patriarcha Conſtantinop. in Monachos concitatus. Ille igitur, cum univerſam ſibi ſubjectam plebem congregaſſet, propoſitis vivifico Corpore & Sanguine Chriſti intemeratiſque lignis, in quibus Chriſtus Deus pro nobis manus extendit, atque etiam inviolatis Evangeliis, per quæ ne omnino quidem jurare nobis præcepit Chriſtus; omnes, inquam ille jurare & quantum valebant viribus hæc ſe facturos dicere imperavit: nempe Sanctam Imaginem ſe non adoraturos, ſed eam idolum vocaturos; communionem ab Abbate ſeu Monacho non recepturos, neque vel ſolam ſalutem ei daturos: ſed contra ſi inprimis nefandum aliquem & tenebrarum veſte indutum obvium habuerint, ſe illum cum conviciis lapidibus obruturos. O ineptias hæreticas! Sui autem ſimillimum voce, & moribus, nomine & ſententia inſtrumentum e Sacerdotali Catalogo nactus, ut ſi cui Scripturæ verbis uti placet, Balac Balaam & Jannes Jambrem, illum non Dei & Sacerdotum ſuffragio, ſed proprio dolo in Eccleſiam adduxit; ubi cum ambo in ambonem aſcendiſſent, Conſtantini Imperatoris manibus profanus Conſtantinus, impura, ut ita loquar, diploide & omophorio induitur: (ille inquam indignus τῶ πῶ ſed potius dignus τῶ φῶ Namque Phatriarcha potius, quam Patriarcha Eccleſiæ, viſus eſt.) Eum interim dignum eſſe proclamante tyranno. O indignitatem! Armatus Præſu-

Digitized by Google

ſervorum tuorum eſcas volatibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ, hoc eſt, venerandas, ac ſacras Martyrum reliquias; quas partim igni, partim mari, partim denique (o facinus orbi univerſo damnum ferens!) præcipitiis tradiderunt. Sic igitur ad conventum ſatanæ celebrandum, loco ſancto ab impio Imperatore impie diſpoſito, quæ ibi ſint geſta, ſic idem auctor enarrat:

Quid decretum primum in Synodo. *In hoc igitur venerando templo conſceleratus tyrannus una cum impio illo gregis mercenario, & non minus execrandis Epiſcopis, qui cum ipſo erant, inſidens, improbum conſeſſum cogens (& quis enim hoc concilium appellarit?) ſtatuas, o rem gravem! & idola, ſacras imagines vocat.* Primum itaque illud decretum fuit ut ſacras imagines idola quilibet nuncuparet, eorum vero cultores, idololatras.

XXIV. Secundum vero huic non impar impietate, quo ſancivit conventus ſatanæ, ut omnes ſacrarum imaginum cultores anathemati traderentur, in primiſque patronus eorum & S. Germanus olim Conſtantinopolitanus Epiſcopus: Nam ſubdit: *Ac deinde illi iniquitatem ſuam iniquitate, & malum (ut dici ſolet) malo cumulantes, orthodoxum illum Germanum anathemati per ſummum furorem ſubjecerunt: ea ſcilicet facientes, quæ ipſi pati merebantur: Idololatram, illum & lignorum cultorem appellantes, cum vere ipſi dæmonum cultores, & amici eſſent.*

Sed deteriora his ſceleſtiſſimi addiderunt, decernentes, & ſcriptis mandantes canonem nefandum, quo negarent non ſolum Sanctos omnes, ſed nec ipſam Deiparam poſt obitum aliquid juris habere, ad intercedendum apud Deum pro nobis, vel aliquo modo nobis poſſe prodeſſe: nam audi tragice declamantem auctorem: *Quonam pacto, Chriſte, lenitatem illam tuam, quæ nullis verbis explicari poteſt, non admirer? Quonam pacto benignitatis tuæ, quæ vim ſermonis omnem ſuperat, abyſſum exponere queam? adhuc porro audaciſſima illæ linguæ proruperunt, ut ingens quoque iſtud, & improbum eloqui non dubitarint, utnimirum illam ipſam Dei Genitricem Virginem inutilem quamdam poſt mortem, & commodi omnis expertem rem eſſe, nec cuiquam omnino adjumento ac præſidio eſſe poſſe.*

Ad hæc inſuper additum ab improbis ſycophantis, ut prohibuerint Apoſtolos, vel Martyres alioſque Confeſſores, vel Virgines dici Sanctos: vetuerunt enim hujuſmodi titulo ſanctitudinis nominandos eſſe. Additum præterea, ut idem conciliabulum ſeptima Synodus œcumenica diceretur. Extat vero pſeudoſynodi definitio integra recitata in Actione ſeptima Nicæni poſterioris Concilii, hoc inſcripta titulo: *Definitio ſanctæ magnæ, & univerſalis Synodi.* Ibique per ſingula a ſancto vere œcumenico Concilio confutatur. Sed illud conſiderandum, XXV. Alia nefanda decreta improbæ Synodi.

PAGIUS

ſulis perſonam gerit; qui bellis & cædibus totus vacaverat, Sacerdotis vicem obit: qui a tribus mulieribus flagitioſe admiſſus fuerat, Sacerdotum creator ſeu ordinator conſtituitur! &c.

XIII. Sacræ Imagines Conſtantinopoli evertuntur. *Ab hoc igitur impaco pari tanquam nefaria catena connexo Edicta per omnes Provincias miſſa ſunt, ut locorum Præfecti cum Epiſcopis ſe in Imperatoriam Urbem conferrent ad celebrandam Synodum contra Sanctas & Venerandas Imagines. Tunc per omnem locum & Civitatem apud pios videre erat luctum ſuper luctum & væ ſuper væ: apud impios vero conculcata ſacra, vaſa immutata, everſas Eccleſias & calce oblitas, eo quod Sacris Imaginibus ornarentur. Itaque ubi Chriſti aut Deiparæ & Sanctorum Veneranda Imagines erant, vel rogo & everſioni tradebantur, vel albario opere oblinebantur; ubi vero erant arbores, vel aves, vel bruta animantes, vel præſertim ſatanica equitationes, venationes, theatra, & curricula depicta; hæc honorifice ſervabantur & illuſtrabantur, &c.*

XIV. Variæ Regiones ab hac hæreſi immunes. *Hic malis diſcerpta Chriſti Eccleſia, delecti pietatis aſſertores Monachi Europæ, Byzantii, Thyniæ, & Provinciæ Bithynenſis, itque, qui Pruſſæ antea & montes incolebant, ſimul univerſi montem Deiferi Auxentii petunt, & ad Beatiſſimum Stephanum, tanquam ad Ducem & Speculatorem ſalutarem confugiunt, cum rogandi cauſa, ut ipſis neceſſaria ad ſalutem conſuleret. Illum autem propter nova molientem hæreſim triſtitia & lachrymis demerſum repererunt, &c. Ex imo ſuſpirans Pater ait: quandoquidem tres apud nos ſuperſunt partes eorum, qui cum nefaria hac hæreſi communionem non habent, vobis auctor ſum, ut in illas accurratis. Nullus enim alius locus eſt Draconi ſubjectus, qui ejus vaniloquentia morem non gerat. Illis autem interrogantibus quænam illa eſſent, Pater? ſtatim ipſe pergit: quæ ad acclive Ponti Euxini verſus Scythiæ Provinciam jacent, Boſphorus, Cherſon, Nicopſis, & quæ in Gotiam Cuſtem porriguntur; quæ etiam ad Parthenicum mare ſitæ ſunt, ubi Auſtralis ſinus trajicitur; item Regio, quæ in declivi Senioris Romæ jacet, Neapolitarumque Metropolis atque Neapolis, & quæ uſque ad Romam fluvium Tiberim continentur: partes quoque inferiores Lyciæ Provinciæ, atque etiam Syleum, Syce, & quæ in Propontide navigabilia ſunt, Cypruſque inſula, & quæ e regione illius ſunt ad Tripolim uſque, & Tyrum & Joppem. Quid vero commemorare opus eſt Romæ, Antiochiæ, & Alexandriæ Antiſtites, qui nefandum Iconocauſtarum dogma, non ſolum execrati ſunt & anathemate percuſſerunt; ſed etiam literis in impium Imperatorem illius aſſtipulatorem invehi non ceſſarunt, eum apoſtatam & hæreſiarcham appellando. Inter quos etiam honoratiſſimus & ſapientiſſimus Joannes Damaſcenus Presbyter (quem hic tyrannus Manſur nominabat, nos autem Sanctum & Deiferum appellamus) eidem ſcribens, eumque hæreticum blatronem, Mahomet, Iconocauſtam, & Sanctorum hoſtem nuncupare non deſiſtit, &c.*

XV. *His pluribuſque aliis animæ perutilibus ſermonibus a Beatiſſimo Stephano dictis, Pater preces lugubres peregere, extremaque ſalute Sancta Vi-*

hos improbos, quo fideles atque Catholicos omnes errare in his, omnibus ſuaderent, eodem libello perfidiæ dicere non erubuerunt, Orthodoxos omnes eſſe Neſtorianos, Arianos, Dioſcorianos, Eutychianos, atque Severianos; ſe autem judices ſex œcumenicorum Conciliorum profiteri.

Sed quod præterea ad ipſa ejuſdem conciliabuli Acta ſpectat: accidit, ut in eadem Synodo ab Orthodoxo libellus offerretur adverſus Epiſcopum quemdam, qui vas ſacrum confregiſſet, in quo Chriſti, ac Dei Genitricis imagines inciſæ erant. Sed tantum abfuit, ut illi in Epiſcopum vindicarint, ut eum potius deſtructorem idolorum nominarint, ac laudibus celebrarint. Conſtant hæc ex diſputatione illa poſt annos novem cum Stephano Martyre habita, quam hic modo ob eorumdem pſeudo-ſynodi cognitionem Actorum ut reddamus, rerum geſtarum exigit argumentum. Sic enim ſe habet:

XXVI. Epiſcopi miſſi ab Imperat. convincere Stephanum.

Poſtea autem Imperator cum hæreſiarchas illos, qui eamdem cum eo doctrinam tuebantur, accivisſet (erant autem illi Theodoſius Epiſcopus Epheſi, Conſtantinus Nicomediæ, Nacolius Nacoliæ, Siſinnius item, & Baſilius, quorum alter Paſtillæ, alter Tricacabi cognomentum habebat: ac præterea Calliſtus, de quo verba fecimus, & Comboconon, qui in ſcribarum numero tum erat: ac denique Maſaras, qui eadem cum Sarracenis de religione ſentiebat) ad Patriarcham, qui cum non modo nomen idem, ſed etiam eoſdem mores, ac doctrinam eamdem habebat, eos mittit: hac autem de cauſa id faciebat; ut una cum ipſis ad Philippici monaſterium navigaret, atque cum divinitus inſpirato Stephano diſputationem iniret.

Iconoclaſtæ Epiſcopi Stephanum conveniunt.

At ille quæ Stephani tum doctrina, tum ſanctitas eſſet minime ignorans, quodque præ eo ne prope quidem (ut dici ſolet) jacularetur: diſputationem recuſavit, eam ipſis potius, ſi poſſent, permittens. Inter Conſtantinum enim (inquiebat) & Stephanum, quod ad dicendi vim attinet, plurimum intereſt: ſiquidem mihi ſermo dumtaxat præſto eſt: ille autem cum ſermone divini quoque Spiritus potentia. Cæterum etiam atque etiam attendendum eſt; quid enim amplius vos ab eo audituri eſtis? Ita quidem (ut alias ſæpe) divina potentia veritatis confeſſio ab improbis extorta eſt adverſus ſe ipſos. Sed pergit auctor: *Illi vero aſſumpto falſi illius concilii decreto, hoc eſt, ſicalneo (ut dicitur) auxilio, ad prædictum monaſterium veniunt: atque in balnei gradibus manentes, ſanctum virum accerſunt, ſuæ nempe dignitati potius convenire cenſentes, ut ille ad ſe deſcenderet, quam ut ipſi ad eum ſe conferrent. Quoniam autem tum ob eas, quas ſuperius diximus cauſas, tum etiam quia ferreis catenis aſtrictus erat, pedibus ſuis ingredi non poterat, duobus viris innixus ad eos proficiſcitur.*

XXVII. *Primus itaque Theodoſius Epheſinus Epi-*

PAGIUS

Ad illas Provincias pleríque Monachorum ſe ſe recipiunt.

Viro dicta, ad loca ſecuriſſima profecti ſunt; non Martyrii metu, ſed tyranni inſidias, ſuamque ipſorum inexpertum animum veriti, &c. *Tunc cernere erat Monaſtico ordine & Nazareo habitu quaſi in captivitatem abducto orbatum Byzantium. Ille Pontum Euxinum navigabat: hic Cyprum petebat, alius Romam diſcedere meditabatur: atque ita propriis Monaſteriis relictis hoſpites & advenæ facti ſunt. Interim tyrannus auguſtam intemeratæ Deiparæ templum Blachernenſe evertit, quod quidem prius muris ornatum erat, ubi pictaris exprimebatur Dei ad nos deſcenſus, variaque illius miracula, & facta uſque ad ejuſdem Aſſumptionem & Sancti Spiritus adventum: atque hoc pacto omnibus Chriſti myſteriis ſublatis, Eccleſiam pomorum* cuſtodiam *& aviarium reddidit,* &c. *In hoc*

Pſal. 78. 1.

igitur auguſtiſſimo templo ſceleratus ille præſidens una cum ejuſdem nominis proditore Chriſti gregis, ceteris ſibi ſubjectis ventris mancipiis Epiſcopis abominandam, Deoque infeſtam Synodum celebravit, in qua Veneranda Imagines ſimulacra idolica appellata ſunt, &c. *poſtea Germanum Divinum & Orthodoxum Eccleſiæ Præſulem iis, qui a Deo abalienati erant, anathemate perculerunt, & ligni cultorem appellaverant,* &c. *Porro poſtquam complures blaſphemias evomuiſſent, atque in Sanctos & in temeratam Deiparam hoſtiliter prodiiſſent,* &c. *hi, inquam, e loco ubi ſedebant, ſimul cum populo ſurgentes, manibus in cœlum erectis miſerabilem illam vocem ediderunt: Hodie ſalus mundo; quia tu, Imperator, nos ex idolis redemiſti,* &c.

XVI. S. Stephanus Junior incarceratur traditur.

Poſtquam hæc ita acta ſunt, cunctique manu ſubſcripſerunt, & ore confeſſi ſunt, Tyrannus, ad quem Sancti Patris noſtri fama pervenerat, unum e præcipuis ſuis Proceribus, Virum diſertiſſimum, atque ad dicendum & audiendum idoneum, Calliſtum nomine, Patricii dignitate ornatum, eamdemque hæreſim apprime edoctum accerſivit, cui hæc mandata dedit; Pete Auxentii collem, ibique delitescenti Stephano ex nefandorum caterva perſuade, ut Synodo ſubſcribat, &c. *Itaque ille confeſtim in montem ſe contulit; cumque collis verticem attigiſſet, Sancto Patri mandatum Imperatoris ore tulit, eumque peſſimus hortabatur, ut Imperatorum definitioni ſubſcriberet & aſſentiretur.* At Stephanus pro Sanctarum Imaginum adoratione mortem lubentiſſime ſeſe ſubiturum reſpondit. Quod cum Imperator accepiſſet, Calliſtum Patricium cum militibus ad montem miſit, qui Sanctum Virum e cella velociter ſublatum in inferius Monaſterium deportarent. Poſt aliquot dies *innumerabilem militum multitudinem ad collem S. Auxentii properare imperat, quem ubi recto itinere attigerunt, Sancti diſcipulos diſperſerunt, Monaſterium & Eccleſiam igne vaſtarunt, atque ad ipſum etiam pavimentum in pulverem redegerunt. Sancto autem a ſua ſpelunca abrepto, ad declive maris declinarunt,* &c. *alii ejus latera virgis verberabant; alii cum in decliviores pra-*

Stephanus ſuam cauſam agit. piſcopus ad hunc modum eum alloquitur: Quonam tandem modo, o homo Dei, animum induxiſti, nos omnes in hæreticorum numero reponere? teque ſupra Imperatores, ſupra Patriarchas, ſupra Epiſcopos, ac cæteros Chriſtianos ſapere judicaſti? An nos omnes id molimur, ut noſtrarum ipſimet animarum jacturam faciamus? At juſtus vir leni, ac placida voce: Adverte (inquit) quid de Elia propheta Scriptura prodiderit; nimirum quemadmodum ad Achab dixerit (a): Non conturbo Iſrael, inquit, ſed tu & domus patris tui. Neque enim ego ſum, qui conturbo, verum hi, qui contempta veterum Patrum traditione, novum quoddam dogma in Eccleſiam invexerunt. Nam ſi quicquid antiquitate præſtat, veneratione dignum eſt (ut quidam vir ſapiens dixit b) recentia utique hæc, & adſcititia vehementer abſurda, atque imbecilla ſunt, ut quæ perſpicue adulterini Eccleſiæ Catholicæ fœtus ſint. Ac proinde non intempeſtive propheticum illud mihi dicere in mentem venit (c): Reges terræ & Principes cum mercenariis paſtoribus ac gregis proditoribus convenerunt in unum, adverſus Chriſti adminiſtrationem inania meditati ſunt.

(a) 3. Reg. 18.

(b) Baſil. homi. 1. de jejunio.

(c) Pſal. 2.

XXVIII. Quæ paſſus Stephanus ab Epiſcopo Nicomediæ. Hæc cum ad hunc modum Stephanus protuliſſet, Conſtantinus Nicomedienſis Epiſcopus, ut erat truculentia, & impudentia ſingulari, ſtatim e ſubſellio ſuo exiliens, atque nihil a calcitrantibus aſinis diverſum faciens, adverſus ſanctum virum impetum fecit, eique humi ſedenti calces in faciem incuſſit. Ac præterea unus ex ſævis ſatellitibus imum ipſum ventrem calcibus impetens, reſupinum in terram proſtravit: ac deinde continenter ejus pectus pede feriebat. At divinus Stephanus Dominico præcepto obtemperans, ſe ipſum ei ad libidinem feriendum prompto animo præbebat. Hæc porro Calliſto Senatori minime æqua, atque honeſta viſa ſunt; ob eamque cauſam cum profano illi Conſtantino ſilentium indixiſſet, ad Stephanum his verbis uſus eſt: Duabus tibi propoſitis conditionibus, nempe vel ut pareas, ac concilii libello ſubſcribas, vel mortem ſubeas: ut qui Patrum, ac divinitus eruditorum Imperatorum legem repudies, ac proſcribas: utram e duabus magis velis, confeſtim elige.

Rurſum ergo ille divinitus afflatus Stephanus: Attento ad verba mea animo eſto, inquit, domine Patrici. Ea enim cum magno Paulo ipſe quoque clamo (d): Mihi vivere Chriſtus eſt: ac pro veneranda ipſius imagine mori lucrum. Quocirca (ſemel jam dixi, & rurſus dicam) ſi hemina mihi ſanguinis eſt, ea quoque pro Chriſto fundatur. Cæterum facite, ut mihi concilii veſtri decretum recitetur, quo intelligam, quibus tandem rationibus adducti, diruendas, ac delendas divinas imagines cenſuiſtis.

(d) Philip. 1.

Protinus ergo Conſtantinus * Nacoliæ Epiſcopus libellum illum recitandum ſuſcepit. Cumque initio ſic legiſſet: Decreta ſancti, & oecumenici Septimi concilii: Sanctus vir ſilentio manu ſignificato: O XXIX. * Nacolius.

PAGIUS præcupti loci partes propellebant, &c. denique omni ſuppliciorum genere illum vexando ad littus pervenere, &c. maritima deinde ora decurſa ad Sancti Philippici Monaſterium quod ad mare Urbis Chryſopolis ſitum eſt, devenerant: cumque ibi Sanctum incluſiſſent, de his quæ geſta erant, certum fecerunt Imperatorem, &c.

XVII. Decretum contra Sacras Imagines legitur S. Stephano Jun. Poſtea hæreſiarchas, ut ita loquar & ἰκονομάχους ſimilibus moribus præditos accerſivit, nempe Theodoſium falſum Epheſi Epiſcopum, Novatorem Conſtantinum Nicomediæ, aliumque Conſtantinum Nacoliæ Epiſcopos, cum Siſinnio Paſtila, & Baſilio Tricacabo, atque Palmii facundiſſimis Calliſto, de quo ſupra, & Comboconone Scriniorum magiſtro, & Maſuen ſecta Saraceno quos omnes ad Archiepiſcopum nomine & moribus ſui ſimillimum miſit, ut ſimul ad ſupradictum Monaſterium Chryſopolitanum proficiſcerentur, &c. Itaque illi falſæ Synodi definitione ſecum accepta, e Patriarchæ domo digreſſi ſunt, & ſupradictum Monaſterium petierunt, &c. ſtatimque Sanctum ad ſe adduci imperant, &c. quem ubi conſpexere Deo inviſi Viri, lacrymati ſunt, &c. verum Calliſtus & Comboconon ſilentium impoſuerunt profano Conſtantino (Epiſcopo nempe Nicomedienſi) ipſique ad Sanctum dixerunt: E duobus quæ proponimus alterum tibi eligendum eſt, vel cedere & ſubſcribere, vel ſi id renueris morti tradi, tanquam rebellem legi Patrum & Imperatorum, quos Deus ipſe docuit. Quibus verbis reſpondit Sanctus: Attende, Domine Patricie, mihi vivere Chriſtus eſt, & mori pro Sancta ejus Imagine lucrum & gloria, &c. veruntamen legatur veſtra Synodi definitio, ut perſpiciam quid vellum contineat ad Divinas & Venerandas Imagines evertendas.

XVIII. S. Stephanus junior damnat Decretum contra ſacras Imagines factum. Illico Conſtantinus Nacoliæ Epiſcopus aperto codicillo ita legit: Definitio Sancta & Oecumenica Septima Synodi (ita eam vocarunt Iconoclaſtæ). Tunc Sanctus ſilentio manu ei indicto, exclamavit: O amentiam! poſtquam a mendacio incepiſtis, illudque per totam veſtram novam moleſtam vaniloquentiam in præſidium adhibuiſtis, in idem deſiiſtis, o Chriſtianorum calumniatores! quomodo enim Sancta illa eſt Synodus quæ Sancta polluit? Annon Sancta a vobis conculcata ſunt? Annon apud ipſam Synodum veſtram Viri Chriſti amantes quemdam Epiſcopum accuſaverunt, Sanctum incorruptorum Dei myſteriorum diſcum conculcaſſe, eo quod Venerandas Chriſti ejuſque Matris & Præcurſoris expreſſas ferret Imagines: vos vero conculcationis crimen Imaginibus magis facientes illum Sacerdotio fungi probaſtis; illos autem Chriſti amantes Viros a veſtra communione ſeparaſtis, eos cultores idolorum appellando. Quid ſceleratius? Annon ſacra pepla confregiſtis, & penitus ſuſtuliſtis? qui ergo veſtra Synodus Sancta appellabitur? Annon ex omnibus Sanctis, Juſtis Apoſtolis, Martyribus Sancti vocabulum expunxiſtis, & dogma condidiſtis dicendo: quo vadis? Ad Apoſtolos. Unde venis? Ex quadraginta Martyribus, Ubi is? apud Martyrem Theodorum & Martyrem Acacium, & ſimilia? Annon hæc veſtra do-

ſingulare mendacium, inquit, infirmo enim, & caduco fundamento caducum quoque profecto, & imbecellum ædificium impoſuiſtis. Quonam enim modo ſanctum exiſtimari queat, quod ſancta profanare minime dubitavit? Quid enim? An non ſancta a vobis protrita ſunt? An non cum in concilio veſtro ſederetis, libellus vobis a quibuſdam piis viris oblatus eſt, qui Epiſcopum quemdam eo nomine deferret, quod lancem ſanctam, in qua Chriſti ac Dei Genitricis imagines ſculptæ erant contriviſſet? Vos autem contritionis illius crimen imaginibus adſcribentes, ipſum quidem omni crimine ſolviſtis; pios autem viros a cœlu proſcripſiſtis, idolorum vindicas eos appellantes. Quo quid audacius flagitioſiuſque fingi poteſt? An non etiam ſacram ſupellectilem ſanctis imaginibus exornatam concerpſiſtis? An non adiectivum hunc, Sanctus, ab omnibus juſtis, ab omnibus Apoſtolis, a Prophetis, a Martyribus, piiſque viris abjeciſtis? Sancitum enim a vobis eſt, o generoſi viri, ut cum quiſquam ad horum aliquem adiret, ex eoque quæreretur, quo abiret: reſponderet: Ad Apoſtolos, Ad Quadraginta Martyres. Sive, Unde veniret: itidem reſponderet: ex templo Martyris Theodori, ex templo Martyris Georgii. An non hæ veſtræ doctrina ſunt? Quonam ergo pacto qui ſancta proſcripſiſtis, Sanctum concilium coegiſtis? o ſingularem abſurditatem!

Pſeudo-Synodus dicta Septimum Oecumenicum Concilium.

Nomen, Sanctus, aufertur a Sanctis.

XXX. Concilium non Oecumenicum, neque dicendum Septimum.

Jam qui Oecumenicum illud Concilium vocari queat, quod nec Romanus Antiſtes, (citra cujus auctoritatem nullo modo fieri poteſt, ut res Eccleſiaſtica ad normam redigantur) gratum habuit, nec Alexandrinus comprobavit, nec Antiochenus, nec denique Hieroſolymitanus? Ubinam eorum libelli ſunt? Aut quinam per diverſa loca Miſſi ſunt, quibus falſum veſtrum concilium confirmaretur, ut hac ratione Oecumenicum cenſeri poſſit? Tum autem, quomodo Septimum dicatur, quod ſex priora Concilia minime ſequitur? Quidquid enim Septimum eſt, Sextum & Quintum, & ea, quæ antecedunt ſequatur neceſſe eſt, ut Septimum eſſe queat. Cum igitur vos ſex Conciliorum ſanctiones abrogaveritis: quid eſt quamobrem concilium veſtrum Septimum appelletis?

Sacræ imagines quo modo receptæ in Concil. Oecumenicis.

Ad quæ cum Tricacabus dixiſſet: Et quodnam tandem ex ſex illis Conciliis decretum a nobis abrogatum eſt? Quid, inquit, vir ſanctus: An non ſex omnia Concilia in ſacroſanctis templis coacta ſunt? Primum nimirum in Nicæa Metropoli, atque ampliſſimo urbis illius templo, Secundum Conſtantinopoli in ſancto Pacis templo, Tertium in pulcherrimo illo Theologi templo, quod in Epheſina Metropoli ſitum eſt, Quartum in ſanctiſſima Me-

tro-

PAGIUS XIX.

Synodus contra ſacras Imagines contraria Synodis Generalibus.

ſtrina eſt? Quomodo ergo vos qui Sancta profanaſtis, Sanctum conſtituiſtis? o dementiam!

Quanam etiam ratione veſtram Synodum Oecumenicam dicitis, quam neque approbavit Romanus Pontifex (quamquam Canone præſcribitur res Eccleſiaſticas abſque Papa Romæ conſtitui non debere), neque Alexandrinus, ut verum fatear, neque Antiochenus, neque Hieroſolymitanus? ubi enim illorum libelli, ut falſo veſtra Synodus Oecumenica prædicetur? quomodo porro SEPTIMAM nuncupatis, quæ ſex priores non eſt ſecuta? namque omne ſeptimum ſequitur poſt primum, ſecundum, tertium, quartum, & quintum; & conſequenti ſerie poſt ſextum, ſeptimum. Vos vero, qui ſex Synodorum traditiones antiquaſtis, quonam titulo veſtram Synodum SEPTIMAM nominetis, ignoro. Tricacabo autem interrogante: Quid ergo ex ſex Sanctis Oecumenicis Synodis abrogavimus? Reſpondit Sanctus: Annon in ſacris templis ſex Sancta Synodi congregata ſunt? prima Nicææ in templo Sanctæ Sophiæ: ſecunda Conſtantinopoli, in templo Sanctæ Irenes; tertia Epheſi in templo Theologi (ideſt S. Joannis Evangeliſtæ)*: quarta in noſtra Chalcedonenſi Metropoli, in templo celeberrimæ Euphemiæ: quinta iterum & ſexta, Conſtantinopoli, illa in templo S. Sophiæ, hæc in ſacro Palatio, in ea parte quæ Trullus dicitur, quam nos Ovatum vocamus. Annon in illis omnibus templis Imagines ſculptæ erant, quas Patres approbavere, & adoravere? dic Epiſcope. Quo fatente ita ſe rem habere, Juſtus ſublatis ad cœlum oculis, magnoque gemitu e corde emiſſo, extenſis manibus dixit: Si quis Dominum noſtrum J. C. in Imagine ſecundum humanitatem circumſcriptum non adorat, anathema ſit, & cum illis cenſeatur, qui clamavere,* Tolle tolle, crucifige eum. *Hac Sancti libertate obſtupefacti illi ſuſurrones, cum ſermonem adhuc producere vellet, ſurgunt eumque tantum includi jubent. Ipſi autem pudore ſuffuſi ad Imperatoriam Aulam remigrarunt.* Hæc occaſione Actorum Pſeudo-Oecumenici Concilii; accidere enim anno DCCLXIII. ante S. Stephani Martyrium, de quo ſuo loco.

Joannis 19. 15.

XX. *Epiſcopi Orthodoxi excommunicantur ab Iconoclaſtis.*

Baronius a num. XXXII. ad XXXVI. refert ex Actione VI. ſecundæ Synodi Nicænæ Oecumenicæ defenſionem Georgii Epiſcopi Orthodoxi, in quem Iconomachi anathema dixere, ſicuti & in Joannem Damaſcenum, ac in Germanum Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Hæc enim in eadem Actione de illo leguntur: *Georgius autem cui patria Cyprus, civiliter in hac vita degens, Chriſtum Deum, qui nobis ſuam diſpenſationem ſcriptam reliquit, imitatus, non fuit contentioſus, non clamoſus, non calumniator, non redditor convitiorum; ab aliis vexatus non minabatur, qui illum ad maxillam verberabat, exhibebat huic confeſtim & alteram; qui cogebat eum ad milliarii unius iter, adiecit duplum, jugum Dei a juventute portavit, optimum ratus ſecundum Prophetam ſedere in ſolitudine.* His ſubiungit Baronius: cujus autem fuerit iſte Epiſcopus Civitatis, non dicitur. Eſt mentio in Menologio Baſilii Imper. die XVIII. Aprilis de Georgio Epiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, de quo inter alia iſta: *poſtquam diaboli conſilio fuit Iconomachorum hæreſis exorta; & omnes Epiſcopi ab Imperatore juberentur Conſtantinopolim petere: venit & ipſe, & cum ab illorum cogeretur Imaginum adorationem negare, nec aſſentiretur, in exilium miſſus fuit*, &c. Ita Ba-

ro-

tropolitanæ Calcedonis æde, Quintum autem; ac Sextum in Palatii æde, quam * Oatum vulgo appellant in Trullo. *Quid agitur? An non in omnibus hiſce templis imagines pictæ erant? Quodnam autem ex prædictis Conciliis, quemadmodum veſtrum, deiiciendas eas, ac delendas eſſe cenſuit? Reſponde ad hoc, Epiſcope.*

* Ovatum

Anathema in Iconoclaſtas.

Cum autem ipſe, rem ita ſe habere, dixiſſet, ſublatis ad cælum oculis, ac manibus, gravique gemitu imo pectore emiſſo, vir ſanctus alta voce exclamavit: Si quis Dominum Jeſum Chriſtum in imagine, quantum ad humanitatem attinet, circumſcriptum non adorat: Anathema ſit, cum iiſque partem habeat, qui dixerunt: (a) Tolle, tolle, crucifige eum.

(a) Joan. 19.

At illi ob præclaram hanc ipſius dicendi fiduciam ſtupore defixi; cum beata illa lingua adhuc loqui, ac veritatis hoſtes fortiter inſectari pararet, firmiſſima verborum tela, tamquam ſagittas in manu potentis; illi metuentes, ſtatim eum quidem in cuſtodiam conjici præcipiunt: ipſi autem objecti præ pudore vultibus, ad Aulam abierunt. Percunctante igitur Imperatore, quidnam ipſi perfeciſſent: atque Epiſcopis cladem ſuam occultare conantibus: Victi ſumus, ait Calliſtus Senator, o Imperator, victi ſumus. Magnus enim doctrina vir ille: magnus in diſputando: incomparabilis ipſius virtus eſt, animus intrepidus: non modo omnis ſuperior eſt, ſed ipſam quoque mortem contemnit. Hactenus quæ ad diſputationem pertinent, occaſione Actorum pſeudooecumenici concilii hic recitata, cum tamen poſt novem annos (ut diximus) acciderint.

Victi recedunt adverſarii.

XXXI. Quæ autem dictæ ſint eidem profano conventui ſatanæ acclamationes poſt abſolutam Synodum, idem auctor ſuperius ita: *Ac denique quod poſtremum illorum & graviſſimum malum eſt, ſcelerati certe, & vineæ Chriſti exitioſi ſacerdotes, de quibus Propheta prædixit: (b) Egreſſa eſt iniquitas a ſacerdotibus Babylonis.* Ac rurſum (c): *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcaverunt partem meam: hi, inquam, inter ſanctum, & profanum minime diſtinguentes; poſtquam e peſtilenti illo conſeſſu exurrexerunt, populum ipſum, qui poſt eum a recta doctrina aberrarat, manus in altum tollere jubentes, lætum ſtrepitum excitarunt, atque horrendum illud; atque magnum furorem excedens protulerunt:* HODIE SALUS MUNDO, *quandoquidem opera tua, o Imperator, idolis liberati ſumus.* O *profanas linguas, quæ nefariam illam vocem emiſerunt! quibus illud Davidis plane quadraret (d): Iniquitatem in excelſo loquuti ſunt: poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terra. Exiſtimarunt enim robuſtæ improbitatis, ac nobilis impietatis homines, ſe nihil magni ac præclari facturos, ſi ea loquerentur, quæ aures ferre poſſent, audaciæque ſuæ modum aliquem conſtituerent, ac non omnium tam qui umquam fuerunt, vel futuri ſunt maxime impios ſeſe præberent.* Hæc ipſe.

(b) Dan. 13.
(c) Hier. 12.

Nefanda populi acclamatio.

(d) Pſal. 72.

XXXII. Porro impiæ acclamationes ejuſdem conventus ſatanæ habentur in decreto ipſorum definitionis, ad cujus finem iſta leguntur in tres præcipuos ſanctos Patres ipſorum adverſarios conclamata (e): *Germani, Georgii, & Manzaris ſenten-*

(e) Nicæ. 2. Conc. act. 6.

tiam

PAGIUS ronius. Verum Allatius in Diatriba *de Georgiis* ex iiſdem verbis Concilii Nicæni colligit, qui ibi laudatur, non fuiſſe Epiſcopum; ſed ſolum, Monachum aut ad ſummum Hegomenum Monachorum. Quomodo enim Epiſcopalem titulum Epiphanius Diaconus, qui laudata verba in Concilio Nicæno protulit, prætermiſiſſet; cum Synodus Epiſcopatus ejus præcipuam rationem habitura fuiſſet. *Georgius* itaque *Piſidiæ* in Aſia Minore Epiſcopus, diverſus eſt a Georgio cognomine Cyprio, quem una cum Sancto Germano Patriarcha, & Joanne Damaſceno damnavit Pſeudo-Synodus hoc anno celebrata. Henſchenius ad diem IX. SS. *menſis* Aprilis, quo Sanctus *Georgius* Epiſcopus Antiochiæ in Piſidia colitur in Martyrologio Romano, (licet in Menologio Baſilii Imper. inſcribatur ad diem XVIII. ejuſdem menſis,) recte cenſet Imperatorem illum, qui Epiſcopos omnes Conſtantinopolim accerſivit, ut tradit idem Baſilius, ſibique adverſantes exiliis carceribuſque mulctavit, fuiſſe *Leonem Armenum*, qui ſæculo ſequenti novam adverſus Imaginum cultores perſecutionem ſuſcitavit. Diverſus eſt itaque *Georgius Cyprius* Sacrarum Imaginum defenſor ſub Copronymo a *Georgio Epiſcopo Pyſidiæ*, ſub Leone Armeno in exilium miſſo, ideoque cavendum, ne qui in poſteriori perſecutione, cum iis qui in priori paſſi ſunt, confundantur, & vice verſa.

XXI. Hoc anno *Sanctus Burchardus* Epiſcopus Wirziburgenſis primus *in gaudium Domini ſui comitibus educitur Angelicis quarto Nonas Februarii*, inquit Egilwardus, qui Vitam ejus recitatam a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. II. conſcripſit, ſed cum multis anachroniſmis, quod ante ſæculum undecimum non vixerit. Mabillonius aliam Vitam ab Anonymo, quem ſuſpicatur floruiſſe ineunte ſæculo X. exhibet; ſed in ea nec dies, nec annus ejus mortis memorantur. Cum tamen Sanctus Ludgerus in Vita Sancti Gregorii Abbatis Wirziburgenſis, de Sancti Bonifacii diſcipulis loquens ſcribat a *Vvigbertus & Burghardus, ante Magiſtrum migrarunt a ſæculo*, & Sanctus Bonifacius die V. menſis Junii ſequentis Chriſti anni Martyrium fecerit, ac Egilvvardus lib. 2. Vitæ Sancti Burchardi teſtetur, eum ante mortem ſibi Succeſſorem ſubſtituiſſe Sanctum *Megingaudum*, præſentibus Legatis Pippini Regis, *nec non & Moguntini Metropolitani Lulli*, poſtea Epiſcopatum abdicaſſe, & aſſumtis ſex tantum Monachis ſeceſſum petiiſſe, ubi *non multo poſt* animam Deo reddidit, liquet *S. Burchardum* non alio, quam currenti anno vita functum eſſe; non recte Mabillonium citatum mortem ejus cum an-

Moritur S. Burchardus VVirzburgenſis Epiſc.

no

Digitized by Google

tiam minus rectam vos diſpuliſtis: Germano bilingui, ac animo duplici adoratori lignorum, anathema. Georgio conſentienti illi, & falſario paternorum dogmatum, anathema. Manzuri ignominioſo, & Sarracenico, anathema. Doctori impietatis, ac perverſo interpreti divinæ ſcripturæ Manzuri, anathema. Trinitas hos tres abſtulit. Ita de his perfidi, quos refellens Orthodoxus antagoniſta in Nicæno Concilio iſta de his: *Deus*

De S. Germano.

illos in abditum vultus ſui abſcondit, & a conturbatione hominum protexit illos, a contradictione linguarum liberavit eos: nam ut faces in Eccleſia reſplenduerunt. Germanus enim in litteris ſacris eruditus fuit, & velut Samuel a puero Deo dicatus, divinis Patribus ſemper adhæſit: quare dialogis illius, qui per totum terrarum orbem vulgati ſunt, par eſt acquieſcere: altitudo enim Dei in ore illius, & enſes ancipites in manibus illius ſcindentes eos, qui Eccleſiaſticæ traditioni adverſantur.

XXXIII. De S. Georgio Cyprio.

Georgius autem, cui patria Cyprus, civiliter in hac vita degens, Chriſtum Deum, qui nobis ſuam diſpenſationem ſcriptam reliquit, imitatus, non fuit contentioſus, non clamoſus, non calumniator, non redditor conviciorum: ab aliis vexatus, non minabatur, qui illum ad maxillam verberabat, exhibebat huic confeſtim & alteram: qui cogebat eum ad milliarii unius iter, adjecit duplum, jugum Dei a juventute portavit, optimum ratus ſecundum Prophetam ſedere in ſolitudine. Cujus autem fuerit iſte Epiſcopus civitatis, non dicitur. Eſt mentio in Menologio Baſilii Imp. die xviii. Aprilis de Georgio Epiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, de quo inter alia iſta: *Poſtquam diaboli conſilio fuit Iconomachorum hæreſis exorta: & omnes Epiſcopi ab Imperatore juberentur Conſtantinopolim petere: venit & ipſe, & cum Sanctorum cogeretur imaginum adorationem negare, nec aſſentiretur, in exilium miſſus fuit, &c.* Pergit defenſor:

XXXIV. De S. Joanne Damaſceno.

Joannes vero, qui ab illis Manzur contumelioſe nominatur, cunctis relictis cum Matthæo Apoſtolo, Chriſtum ſequutus eſt, longe majores divitias, quam ſunt Arabicæ, exiſtimans contumeliam pro Chriſto: maluitque cum populo Chriſti affligi, quam temporarium in peccato voluptatem. Ipſe igitur cruce ſua ſublata pro Chriſto, Chriſtique cares, Deum ſecutus eſt & ex Oriente per Chriſtum tuba cecinit, non arbitratus ferendam, quæ in aliena offundebatur regione vaniloquentiam, & eum, qui contra Dei Eccleſiam inſtructus eſt apparatum, rabioſam inſaniam. Sed hanc triumphans ubique exhortatorie, & conſolabiliter totam vitam duxit: in Eccleſiis enim veterem conſue-

PAGIUS

no DCCLI. alligaſſe; & Cointium, qui hoc anno mortem ejus conſignavit, perperam ſcripſiſſe *Burchardum* anno DCCLI. ut ibidem videre eſt num. LVI. & ſeqq. Epiſcopatum dimiſiſſe. Cum enim *Sanctus Lullus* anno tantum ſuperiori Sancto *Bonifacio* in Epiſcopatum Moguntinenſem ſucceſſerit, idque poſt diem XII. menſis Martii, ut ex dictis ibidem conſtat, neque ejus abdicatio, neque ejus mors ante eum Chriſti annum contingere potuere. Mabillonium & Cointium Marianos Scotos in Chronico & Tritbemius in Viris illuſtribus Ordinis Sancti Benedicti, qui Burchardi Pontificatum novem annorum ſpatio circumſcribunt, decepere. Hinc enim alter eum an. DCCLI. demortuum, alter vero eo anno Epiſcopatum dimiſiſſe, & triennio poſt vitam eum morte commutaſſe intulere. At cum *Burchardus* exeunte anno DCCXLI. aut ſequenti ineunte Virzburgenſis ſeu Herbipolitanus Epiſcopus dictus fuerit, ut tam Mabillonius, quam Cointius ſcite ſtatuerunt, manifeſtum eſt Marianum & Tritbemium falſos eſſe, & *Burchardum* duodecimum ſaltem Sedis annum inchoaſſe. Baronius anno DCCXCI. num. VII. mortem ejus recitat, ab Egilvvardo in errorem illum inductus.

XXII. *Reliquias S. Kiliani & Sociorum transfulit.*

Burchardus Reliquias Sanctorum *Kiliani* & Sociorum ejus Martyrum tranſtulit, ut ſuo loco oſtendimus, & duas baſilicas in ejus honorem conſtruxit, ac Cœnobium, quod nunc *Monaſterium S. Burchardi* appellatur, cum in ſua fundatione vocatum fuerit Monaſterium Sancti Andreæ Apoſtoli. Colitur Herbipoli die XIV. Octobris, ad quem etiam diem inſcriptus eſt Martyrologio Romano, ubi Baronius in Notis perperam aſſerit, eum conſecratum fuiſſe Epiſcopum a Zacharia Papa, ſediſſe annos XL. & obiiſſe anno Domini DCCXCI. quæ accepit ab Egilvardo, qui in tribus illis capitibus, ſicuti, & in quibuſdam aliis, fœde erravit, ut nunc inter omnes convenit.

XXIII. *Obitus Cuthredi Regis Saxonum Occidentalium.*

Huntindonienſis lib. 4. pag. 34. narrata inſigni victoria, quam Cuthredus Occidentalium Saxonum Rex de Ethelbaldo Merciorum Rege, reportavit anno XIII. Regni ſui ait: *Anno ſequenti, Cuthredus Rex magnus & excelſus, tot proſperitatibus & victoriis potitus, mortis inclementia lætitiam finivit. Sigebertus, Regis prædicti cognatus ſucceſſit ei; ſed brevi tempore Regnum tenuit. Nam ex Præceſſoris ſui eventibus tumefactus & inſolens, etiam ſuis intolerabilis fuit.* Subdit Huntindonienſis, Sigebertum Regem *in principio ſecundi anni Regni ſui* unanimi conſenſu expulſum fuiſſe a Regno, & *Kinevvulfum* ſeu *Kenulfum* juvenem egregium de ſtirpe Regia electum in regem, & non multo poſt *Sigebertum* a porcario quodam interfectum. *Cuthredi* Regis mortem etiam hoc anno conſignat uterque Chronographus Saxo Ideoque Kenolfi initium ab anno ſequenti repetendum.

XXIV. *Obitus B. Huberti Epiſcopi Leodienſis.*

Baronius num. XII. narrat mortem *B. Huberti* Epiſcopi Leodienſis, ſed in Appendice ad præſentem annum, hanc opinionem jure merito retractavit, ejuſque mortem ad annum DCCXXVIII. retraxit, quam tamen ad annum DCCXXVII. pertinere, eo Chriſti anno oſtendimus.

XXV. *Moritur Abdalla Califa.*

Elmacinus lib. 2. Hiſt. Sarrac. teſtatur, *Abdallam Suffahum* Saracenorum Califam obiiſſe *anno Arabum CXXXVI. die Solis decimo tertio Dul-*

ſuetudinem diligenter conſervandam monuit: pacificam quoque illarum compoſitionem, & ſtatum, quem etiam Dominus diſcipulis ſuis in ſignum, quo cognoſcerentur, quod eſſent ſui diſcipuli, dedit, dicens: Pacem meam relinquo vobis, conſervare, & roborare ſtuduit. Hos igitur venerabiles, & dignos fide viros in Eccleſia Catholica probatos illorum ſeditioſa ſycophantia ferre non poteſt, &c. Et plura alia in deteſtationem ipſorum.

XXXV. His igitur blaſphemiis, & contumeliis in Deum & Sanctos ter miſeri homines Synodum abſolverunt, quam (ut dictum eſt) Septimam Oecumenicam appellarunt. Perſeveraſſe autem, ut idem pſeudoconcilium ab iis diceretur, Septima Synodus: Acta veræ Septimæ Synodi, dictæque Nicænæ ſecundæ cofirmant, quod plerique ignorantes cum audierunt ab Orthodoxis Septimam commendari Synodum, putantes hanc ipſam eſſe hæreticam, ſcandalum paſſi ſunt. Sed de his ſuo loco inferius.

Accipe modo quæ de damnatione hujus Septimæ Synodi a diverſis ponuntur, atque in primis quæ Orthodoxi Orientales habent in libello eidem ſecundæ Nicænæ oblato his verbis (a):

(a) Conc. Nica. 2. Act. 3.

Septima pſeudoſynodus damnata.

Precamur veſtram ſanctitatem, ut bono animo eos recipiatis Legatos. Habebitis enim trium Apoſtolicorum Thronorum concordem ſententiam, & continentem concordiam. Qui ſunt ſex generales Synodos ante habitas una voce prædicant: Aliam autem illam, quam Septimam dicunt, non modo non recipiunt, ſed uno animo, & voce deteſtantur, utpote quæ ex hæreſi contra Apoſtolicam, & Patrum traditionem ſit congregata, non aliam ob cauſam, quam ut ſacroſanctas, & venerandas imagines ſubvertat. Hæc Orientales in dicto Niceno Concilio, in quo omnium Epiſcoporum ſententia ejuſmodi Synodus dicta Septima, & Oecumenica condemnata eſt. Sed longe ante his ipſis ferme diebus, a primario Catholicæ Fidei Antiſtite Stephano Papa fuit ipſa penitus condemnata, anathematique ſubjecta.

Etenim omnia, quæ Conſtantinus Imperator contra ſacras imagines eſt operatus, Stephanum Romanum Pontificem irrita reddidiſſe, monuiſſeque litteris Imperatorem, ut ab errore deſiſteret (quod & fecerant prædeceſſores) teſtatur Hadrianus Romanus Pontifex in epiſtola ad Conſtantinum, & Irenem Auguſtos. Dolemus tam præclara Stephani Papæ monumenta, & adeo neceſſaria periiſſe. Quibus tu putas fulminibus conatum eſſe ſanctum Pontificem disjicere molem illam, turrim Babel tam ſublime erectam ab Hagiomachis tentantibus bellum inferre XXXVI.

XXXVI. Stephanus Papa & alii Patriarchæ damnant pſeudoſynodum.

cæ-

PAGIUS

Dulhaggia, ideoque currentis Chriſti anni die nona Junii, quæ Dominicalis fuit, poſtquam imperaſſet annos quatuor & menſes novem, ut habet idem Elmacinus. Hunc excepit *Abugiafar Almanſor* frater ejus, XXIII. Saracenorum Califa. Porro *Abdalla* primus Califa fuit e familia Abbaſidarum, e qua plures alii prodiere.

XXVI. Finis Chron. Iſidori Pacenſis.

Iſidorus Epiſcopus Pacenſis primus ex quinque veteribus Regum Hiſpaniæ Scriptoribus, a Sandovallio anno MDCXV. publicatis, ideo a Baronio non viſis, hoc anno Chronicon ſuum abſolvit, ut oſtendit clauſula ab eo ad finem Operis ſui ſubjuncta: *ſiunt igitur ab exordio mundi uſque ad Eram captam ſeptingenteſimam nonageſimam ſecundam anno Imp. Conſt. X.&c.* ſcilicet uſque ad præſentem Chriſti annum quem Præſul optimus, ſed Chronologiæ Imperatorum, etiam qui ſuo ſæculo vixere parum peritus, male copulat cum anno Conſtantini Copronymi X. quem ait Leoni Iſaurico patri ſucceſſiſſe anno Eræ Hiſpanicæ DCCLXXXII. qui Chriſti eſt ſeptingenteſimus quadrageſimus quartus. Quare miror, Marcam in Hiſtoria Bearniæ lib.2. cap.1. & ſeqq. aſſerere hoc in Chronico temporum ſupputationem valde exactam eſſe, ſed aliquos errores Librariorum culpa in illud irrepſiſſe. *Iſidorus* enim non tantum Imperatorum; ſed etiam Calipharum, eorum præſertim qui ante Hiſpaniarum invaſionem vixere, annos plerumque perperam collocavit. In Codice Mazarineo, a me ſæpe laudato, aliæque ejus Chronici correctiones exhibentur, ſed pauciſſimæ quæ ad Chronologiam ſpectent, argumento hos errores illi attribuendos, illud tamen Opus magni faciendum; cum Auctor Epiſcopus profeſſione, & teſtis oculatus fuerit, qui ideo certius alius Eccleſiæ Hiſpanicæ ſtatum per infelicia illa tempora edocere non poteſt. Orditur autem *ab Era DCCLIII.* ſeu ab anno Chriſti DCCXV.

XXVII. Cujus Urbis Iſidorus fuerit Epiſcopus.

Cujus Urbis Epiſcopus fuerit, inter Viros doctos non convenit; cum plerique velint in Antiqua Luſitania fuiſſe Urbes duas *Pacis* nomina appellatas, quarum alia fuerit *Pax Julia*, a Ptolomeo ac Plinio memorata; alteraque *Pax Auguſta* a Strabone lib. 3, *Pexauguſta*, ſeu, ut ejus voce utar, πεζαυγούστα vocata. Sandovallius & poſt eum Marca loco laudato, Iſidorum Epiſcopum *Pacis Auguſtæ* fuiſſe ſine hæſitatione pronunciant, ſupponuntque eam Urbem fuiſſe, quam hodie vulgo *Badajoz* Hiſpani appellant; cum tamen duas olim in Luſitania Urbes *Pacis* nomine dictas extitiſſe non probent. Gaſpar quidem Varrerius in ſua Luſitaniæ Chronographia conatur oſtendere *Pacem Juliam* & *Pacem Auguſtam* duas diverſas Urbes fuiſſe; Verum Andreas Reſendius Vir eruditiſſimus Epiſtolam dedit ad Joannem Vaſæum, in qua multis argumentis docet, eandem eſſe *Pacem Juliam* Ptolomei ac Plinii cum *Pace Auguſta* Strabonis, quibus convictus non dubito, quin Iſidorus Epiſcopus fuerit Pacis Juliæ, lingua vulgari *Beja* dictæ, quæ cum olim eadem fuerit cum *Pace Auguſta*, diverſa omnino eſt ab Urbe *Badajoz*, & Anam Fl. in Extremadura hodierna poſita, & decentis circiter annis poſt Iſidori mortem condita. Porro Arabes, qui in ſuo Alphabeto non habent nec, P nec X, *Pacem* appellant *Basha*, vel *Bajora*, uti apud Geographum Nubienſem pag. 156. edit. Latin. L in R mutatur, ut in more Arabes habent.

Ur-

cœleſtibus, pollentemque ſuperbo nomine Septimi Concilii Oecumenici pſeudoſynodum confutare, damnare, ad nihilumque deducere? Plane declarant eventa, eam prorſus disjectam evanuiſſe, ut nec ulla penitus mentio de illa ſit, niſi cum ab Orthodoxis legitur condemnata. Quin etiam & alios Patriarchas id ipſum præſtitiſſe datis litteris, docent quæ habet idem, qui ſupra Stephanus Martyr verbis iſtis: *Antiſtites autem ipſi, hoc eſt, Romæ & Antiochiæ, ac Hieroſolymorum, & Alexandriæ non modo dogma iſtud, ac dogmatis auctorem graviſſimo odio perſequuntur, ſed etiam per invectivas epiſtolas de ipſo triumpharunt, apoſtatam ipſum, ac Dei hoſtem vocantes, utpote adverſus Chriſti imaginem male, ac peſtifere concitatam.* Hæc de Imperatore, cujus opere nefarium illud fuit concilium congregatum.

XXXVII. Ubi autem impietas ex ejuſmodi infandis legibus robur accepit: mox iis tamquam incenſis facibus armata progreſſa, quid intactum reliquit, quid non corrupit, & perdidit? ita ut antiquæ pietatis nullibi aliquod ſineret eſſe veſtigium: tunc plane accidit, quod Joannes Damaſcenus (a) ait, *quod ſacras imagines cum ignominioſiſſime tractaviſſent, eaſdem in minutiſſimas partes comminuerent, in ignemque projicerent, & quæ in parietibus erant depictæ, partim aqua calida, partim calce, vel atramento obliterarent.* Tunc & auditum novum ſectariis nomen: nam (ut idem ait) Tymoleontes dicti ſunt, quod data poteſtate, cum ſectam furore armaverant, eos qui ſacras imagines excepiſſent, atque ſalutaſſent, *plagis & ſuppliciis ſine modo afficiebant.* Sed quæ diſperſio Orthodoxorum poſt dictam Synodum facta ſit, dicemus anno ſequenti.

Graſſatur hæreſis auctoritate Concilii.

(a) Joan. Damaſc. de hæreſib. in fin.

Re-

PAGIUS XXVIII. *Nonniſi diu poſt ejus mortem Civitas Badajoz Epiſcopalis facta.*

Urbem vero *Badajoz* vulgo appellatam ſæculo decimo, ideoque longe poſt *Iſidori* mortem, ædificatam fuiſſe, teſtatur Ebnalgoutia Arabs, qui prodit, ſub finem vitæ Ameiæ *Mahumetis* Regis Cordubenſis magna diſſidia inter Muſulmannos Hiſpanos exorta. Inter alia *Abderrhamanus* quidam Merovani filius & rebellium caput poſt aliqua certamina Ameram ad petendam pacem coegit, obtinuitque, inquit, Ebnalgoutia, *ut ſibi cederetur Regio territorii Urbis Bacheril* (ad Anam fluvium) *ibique tributis non obnoxius, & a quacumque auctoritate independens ſedem figere poſſet, ita ut* (tanquam Dominus abſolutus) *Urbes ædificaret; & ad oram fluvii* (nempe Anæ) *ædificavit Batalios.* Urbs *Bacheril*, alias caput Provinciæ, non amplius exiſtit, & vicinitate Oppidi *Batalios*, hodie *Badajoz*, periiſſe videtur. Varrerius mox citatus ſcribit, Arabas, Mauroſque vocare *Pacem Auguſtam* (*hodie*, inquit, *Badajoz dictam*) *Baxagus*. Sed ſummopere fallitur; non enim *Baxagus*, ſed *Batalios*, Urbs unde Badajos correptione linguæ originem trahit, vocata. Legatur Geographus Nubienſis citatus pag. 153. ubi vox illa ſemel & iterum memoratur. Sed non ſolum is Geographus; verum etiam Nuweirius & Ebnalgoutia cum aliis Scriptoribus Arabibus ac Mauris illud Oppidum *Batalios* nominant; & Rodericus in Hiſt. Arab. cap. 47. loquens de Joſepho Mauro, qui ſæculo undecimo Mirochianum Regnum fundavit, ait: *In Campo Zalla, qua prope Badalioz cum Adelfonſo Rege acriter dimicavit.* Hiſpani enim *Badaillos*, ubi nos Batalios pronunciant. Ex quibus tandem omnibus ſequitur, non ſolum *Iſidorum* Civitatis *Badajoz*, quæ hodie Epiſcopalis eſt, Epiſcopum non fuiſſe; ſed etiam Epiſcopos, qui in Conciliis Hiſpanicis, aliiſque Monumentis Pacenſes appellantur, non in Civitate *Badajoz*, ut Garſias Loayſa in Conciliis Hiſpaniæ, aliique Viri docti paſſim interpretantur, ſed in Civitate *Beja*, quæ ſola Pax Julia & Pax Auguſta appellata fuit, quæque nunc Epiſcopali Sede non decoratur, ſediſſe. Quæ occaſione Iſidori Epiſcopi Pacenſis notanda fuere.

I. Redemptoris annus ſeptingenteſimus quinquageſimus quintus ſequitur, idemque octava indictione notatus, quo Aiſtulphus Longobardorum Rex fœdifragus, atque perjurus, nullam habens rationem conventorum pactorum cum Pipino Rege Francorum pro reſtituendis, quæ ab Eccleſia Romana violenter abſtulerat: hoc anno comparato exercitu ad Romanæ Urbis obſidionem properat, ingenti exæſtuans adverſus Romanum Pontificem odio, quod ejus cauſa Pipinus in Italiam deſcendiſſet, bellum geſſiſſet, viciſſetque & ad ea reſtituenda Romanæ Eccleſiæ promittere coegiſſet. Furens itaque animo, ſpiranſque vindictam, ad ruinam Urbis, & exeidium ſanctæ primariæ civitatis advenit. Dixit inimicus (a) *perſequar, comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea, evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*. De his octuci, res ipſas, quo geſtæ ſunt ordine, referemus. Simulac igitur Pipinus cum exercitu eſt regreſſus in Gallias, Aiſtulphus ſolutus timore, nec glebam quidem eorum quæ abſtulerat, reddere voluit Romanæ Eccleſiæ, quam & novis excogitatis vexationibus cœpit. Iſta videns, & patiens Stephanus Papa, mox legationem miſit ad eumdem Pipinum Francorum Regem, cui & has etiam litteras dedit ex Vaticana Bibliotheca depromptas, his verbis:

(a) Exod. 15.

II. Epiſt. Stephani Pap. ad Pipinum Regem cum Aiſtulphus fœdus fregit.

Dominis excellentiſſimis filiis Pipino Regi, & noſtro ſpirituali compatri, ſeu Carolo, & Carolomanno Regibus, & utriſque Patriciis Romanorum, Stephanus Papa.

Providi & ſapientiſſimi Salomonis prophetica ita fertur aſſertio (b): *Nomen bonum ſuper miſericordiam. Nomen quippe bonum eſt, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde, & pura conſcientia cuſtodire, & operibus implere. Nomen enim bonum eſt, totis viribus ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, per quam & ſalus Chriſtianorum extitit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exiit nomen, ſi operibus fuiſſet impletum. Redemptor namque noſter miſericors & multum miſerator Dominus, illis propitiator exiſtet, quos omnino tota mentis integritate fideles, & defenſores ſanctæ ſuæ Eccleſiæ cognoverit. Qualis remuneratio aut merces ſub cælo exiſtimanda, & coæquanda eſt ad eam, quæ pro defenſione Dei Eccleſiæ, & domus beati Petri eſt rependenda? Ideo namque excellentiſſimam, & Deo protectam bonitatem veſtram ſuper turbas populorum, & multarum gentium, idem Rex Regum, & Dominus dominantium ſolvos vos inſtituit, ut per vos ſancta Dei Eccleſia exaltetur. Poterat namque alio modo, ut illi placitum fuiſſet, ſanctam ſuam vindicare Eccleſiam, & juſtitiam ſui Principis Apoſtolorum exigere. Sed quia mentem, & conſcientiam veſtram, a Deo protecte ſpiritualis compater, & dulciſſimi filii, probare voluit: ideo noſtram infelicitatem ad vos pervenire præcepit.*

(b) Eccl. 7.

III. Stephani Papæ labores.

Tradidimus enim corpus, & animam noſtram, in magnis laboribus viam ſpatioſam & longinquam provinciam, valde fiſi in veſtra fide, per Dei nutum illuc profecti ſumus, afflicti nive, & frigore, æſtu, & aquarum inundatione, atque validis fluminibus, ac atrociſſimis montibus, ſeu diverſis periculis. Etenim dum veſtris mellifluis obtutibus præſentati ſumus, omnes cauſas Principis Apoſtolorum in veſtris manibus commendavimus. Quandoquidem inſpirati a Deo, aurem petitionibus noſtris accommodare dignati eſtis: & vos beato Petro polliciti eſtis ejus juſtitiam exigere, & defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ procurare, ut

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXCIII. Anno Hegiræ CXXXVIII. inchoatæ die 25. Junii fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6248.

☉ S. E. ☽ 25. P. 6. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 755.

STEPHANI II. PAPÆ 4.

CONSTANTINI COPRONYMI 36. & 15.

LEONIS IV. 5.

A.C. 755. I. A Num. I. ad IX. *Fulradus* Abbas Monaſterii S. Dionyſii & *Hieronymus* Pippini Regis frater, qui anno elapſo euntem Stephanum II. Romam uſque comitati ſunt, in Franciam rediere cum literis in Codice Caroliino num. VII. recitatis per quas apud Pippinum, Carolum & Carolomannum, Reges Francorum ac Patricios Romanorum, queſtus eſt, quod *Aiſtulfus* Langobardorum Rex promiſſis minime ſteterit, nihilque cum Eccleſiæ Romanæ tum Reipublicæ Romanorum reddidiſſet. Literarum inſcriptio eſt. *Dominis Excellentiſſimis filiis, Pippino Regi & noſtro ſpirituali Compatri, Carolo & Carolomanno item Regibus, & utriſque Patriciis Romanorum, Stephanus Papa*. In Epiſtola hæc inter alia de Aiſtulfo ſcribit: *Antiquus humani generis hoſtis diabolus ejus perfidum invaſit cor, & quæ ſub vinculo ſacramenti affirmata ſunt, irrita facere viſus eſt. Nec enim unius palmi terræ ſpatium Beato Petro, Sanctæque Dei Eccleſiæ vel Reipublicæ Romanorum reddere paſſus eſt*. Tum Pippinum, filioſque ejus rogat, ut omnia Eccleſiæ reddi ſtudeant, neve nequiſſimi Regis vel

Aiſtulfus Rex Langobardorum pacta conventa non ſervat.

*& vere fideles Dei, pura mente pro defenſione Eccleſiæ Dei properaſtis ad dimicandum. Sed omnipotens Dominus, qui conterit bella ab initio, qui ſuperbos humiliat, & humiles exaltat, illico * juſtitiam beati Petri veſtræ bonitati, & omnibus Chriſtianis demonſtravit: & tale præfulgidum miraculum oſtendit, quale omnino glorioſum eſt referendum. Illi enim inimici Dei, & ſanctæ Eccleſiæ, qui in ſua ferocitate confidebunt (a), veloces pedes habentes ad effundendum ſanguinem, ſuper brevem numerum populi veſtri irruerunt: & ita per manum beati Petri omnipotens Dominus victoriam vobis largiri dignatus eſt, ut illi, qui innumerabiles exiſtebant, a paucis hominibus fuiſſent interempti: & humiliati ſunt ipſi inimici beati Petri uſque ad terram, & ita timorem & tremorem in illis Dominus immiſit per interceſſiones beati Petri, ut ad nihilum devenirent. Non enim gladius hominis, ſed gladius Dei eſt, qui pugnat.*

* victoriam

(a) Pſal. 13.

IV. *Videns namque ſuam deceptionem * iniquus Aiſtulphus Rex, cum ſuis a Deo destructis judicibus per blandos ſermones, & ſuaſiones, atque ſacramenta illuſerunt prudentiam veſtram, & plus illis falſa dicentibus, quam nobis veritatem aſſerentibus credidiſtis. Magno namque dolore & triſtitia, excellentiſſime fili, cor noſtrum repletum eſt. Cur minime bonitas veſtra nos audire voluit? Omnia denique, quæ per Dei viſionem vobis locuti ſumus, veraciter ediximus, & jam patefacta ſunt, ut facta ipſa demonſtrant. Etenim ſicut primus Chriſtianitati veſtræ ediximus, iniquus Aiſtulphus Rex, ingreſſo in ejus perfido corde diabolo, omnia, per ſacramentum quæ beato Petro per veſtros Miſſos reſtituenda promiſit, irrita fecit, & nec unius palmi terræ ſpatium beato Petro reddere voluit. A die enim illo, quo a melliflua bonitate veſtra ſeparati ſumus, tantum nos affligere, & tribulare niſus eſt, quantum non poteſt os hominis enarrare. In magna namque deſpectione ſanctam Dei Eccleſiam, & noſtram humilitatem, & veſtros Miſſos habere viſus eſt. Quia etiam & ad propriam noſtram animam auferendam mala ejus imperatio, & ſummiſſio facta eſt. Quid multa dicimus? tantum nos tribulavit, * quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides pro nobis flerent. Tamen omnia veſter conſiliarius * Vuolradus presbyter & Abbas, una cum ſuis ſociis, ſi Deum præ oculis habeat, vobis enarrare poſſunt. Non enim jam reddere, ut conſtituit, propria beati Petri voluit: ſed etiam ſcamaras atque deprædationes, ſeu devaſtationes in civitatibus, & locis beati Petri facere ſua imperatione non ceſſavit, nec ceſſat.*

* deeſt in alio exemplari.

De Aiſtulphi perfidia.

* ut

* Fulradus

V. *Oblitus quippe eſt Domini, qui fecit eum, & fidem Chriſtianam tranſgreſſus eſt. Quomodo ulterius credendus eſt aut ipſe, ſive ejus conſentanei, cum in tanta Dei myſteria ſacramenta præbuerunt, & noluerunt obſervare? Vere enim omnia vobis prædiximus de ejus impii Regis falſitate & mendacio. Et quemadmodum diximus, manifeſtata ſunt vobis, & perjurium ejus declaratum eſt. Pro quo peto vos, excellentiſſimi, & a Deo protecti filii, & nimis obſecro, doleat vobis pro ſancta Dei Eccleſia, & beati Petri cauſa; & quæ per donationem beato Petro afferenda promiſiſtis, ei poſſidenda contradere debeatis. Mementote, & ſemper in veſtris præcordiis firmiter tenete, quod promiſiſtis eidem Janitori Regni cælorum. Nulla jam vos ſeducat ſuaſio, aut acceptilatio. Conſiderate quam fortis exiſtit exactor idem Princeps Apoſtolorum beatus Petrus. Videte, omnia quæ ei promiſiſtis, & per donationem offerenda polliciti eſtis, contradere feſtinate, ut non lugeatis in æternum, & condemnati maneatis in futura vita. Vita enim hujus mundi brevis eſt, & ſicut umbra declinat, & ſicut veſtimentum inveteraſcit. Illam vitam æternum, quam vobis beatus Petrus pro ſua cauſa & juſtitia promiſit, tota mente, & integro corde quærite,*

VI. *Decertate, bonum opus, quod cœpiſtis, implere; & quæ per donationem manu veſtra confirmaſtis, protectori veſtro beato Petro reddere feſtinate. Quoniam ſcriptum eſt (b): Melius non vovere, quam vovere, & votum non reddere. Scitis enim, quia ſicut chirographum veſtram donationem Princeps Apoſtolorum firmiter tenet, ita neceſſe eſt, ut ipſum chirographum expleatis: ne, dum juſtus judex ad judicandum vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem advenerit in futuro judi-*

(b) Eccl. 4.

PAGIUS ejus Miſſorum doloſis verbis fidem adhibeant. Sed hæc Epiſtola ſub finem anni ſuperioris ſcripta; *Kalendis* enim *Januarii* præſentis Chriſti anni *Aiſtulfus* Longobardorum Rex Romam obſidione cinxit, & ante eam obſidionem *Fulradus* in Franciam venturus, viæ ſe ſe commiſerat. Romam autem Kalendis Januariis obſeſſam fuiſſe, docet ipſemet Stephanus II. in literis a Baronio num. XI. recitatis, in quibus ait Stephanus: *Et jam quia nullum augmentum nobis factum eſt, & in ipſis Januarii Kalendis cunctus ejuſdem Longobardorum exercitus e Tuſciæ partibus in hanc Civitatem Romanam conjunxerunt, & reſederunt juxta portam Beati Petri, atque beati Pancratii & Portuenſem.* Baronius quidem in margine loco, *Januarii*, ſeponit, *Junii*, ſed contra fidem Codicis Carolini, ubi hæc Epiſtola eſt ordine IV. & contra tenorem Epiſtolæ VI. ejuſdem Codicis Carolini, ſcriptæ a *Stephano* II. ſuo & omnium Romanorum in afflictione poſitorum nomine eidem Pippino ejuſque filiis Carolo & Carolo-

dicio, idem Princeps Apoſtolorum idem chirographum demonſtrans nullam habere firmitatem, diſtrictius cum eo faciatis rationes: ſed magis expleta quod promiſiſtis velociter, ut iterum vitam æternam, quam ab ipſo Principe Apoſtolorum promiſſam habetis, poſſideatis. Conjuro vos, excellentiſſimi & a Deo protecti filii, per Deum omnipotentem, qui continet omnia ſua potentia, & per ſanctam ejus Matrem glorioſam ſemper Virginem Mariam Dominam noſtram, atque per Virtutes cælorum, & per beatos Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum, atque per tremendum judicii diem ubi omnes conſtricti ad reddendam de noſtris factis rationem aſſiſtere habemus, ubi nulla eſt ingenioſa excuſatio: velociter, & ſine ullo impedimento, quod beato Petro promiſiſtis per donationem veſtram, civitates & loca, atque omnes obſides, & captivos beato Petro reddite, vel omnia, quæ ipſa donatio continet. Quia ideo vos Dominus per humilitatem meam, mediante beato Petro, unxit in Reges, ut per vos ſancta ſua exaltetur Eccleſia, & Princeps Apoſtolorum ſuam ſuſcipiat juſtitiam.

VII. *Magnum deſiderium eſt in noſtro corde veſtros mellifluos vultus aſpicere, & de veſtra jucunditatis lætitia gaudere, juxta quod ſapientiſſimus ait Salomon (a): Per vicos & plateas quæſivi quem dilexit anima mea. Et certe quos dileximus, per Dei juſſionem invenimus, & quos deſideravimus, amplexi ſumus: pro quo diffuſa eſt ſuper vos benedictio, & gratia beati Petri, ut Domini fuit proviſio. Quod nullus de veſtris parentibus meruit ſuſcipere, vos ſuſcepiſtis: & Princeps Apoſtolorum præ cæteris Regibus, & gentibus vos ſuos peculiares faciens, omnes ſuas cauſas vobis commiſit: Et vos reddetis rationem Deo, quomodo pro juſtitia ipſius Janitoris Regni cælorum decertaveritis. Cunctus namque noſter populus Reipublicæ Romanorum, magno dolore, & amariſſimis lacrymis una nobiſcum tribulatur, pro eo quod cum ad tam longam, & ſpatioſam provinciam properavimus, & præ faſtidio valdi itineris caro noſtra minuta eſt: ſic vacui, & infructuoſi ſine effectu juſtitiæ reverſi ſumus. Attamen nos infelices juxta Dominicum præceptum egimus, & omnes cauſas beati Petri vobis commendavimus: Et vobis pertinet hoc ſive ad peccatum, ſive ad mercedem. Nam & omnes gentes ita firmiter tenebant, quod beatus Petrus nunc per veſtrum fortiſſimum brachium ſuam percepiſſet juſtitiam: & factum non eſt, & in magno cordis ſtupore de hoc omnes evenerunt.*

(a) Cant. 3.

Sed peto excellentiſſimam bonitatem veſtram, ut vituperium hoc a gentibus extollatis: & omnibus fidem veſtram operibus oſtendite, eo quod fides, ut ſcriptum eſt, (b) ſine operibus otioſa eſt. Cum qua enim fiducia, aut fortitudine ad expugnandos inimicos veſtros pergere poteſtis, ſi juſtitiam beati Petri, ut promiſiſtis, & initiaſtis non perfeceritis? Si enim ut cœpiſtis, operibus adimpleveritis: eritis ſemper victores, & fortiſſimi ſuper veſtros inimicos, & præſens Regnum per multorum annorum ſpatia cum bona poſſidebitis fama, & vitam percipietis æternam. VIII.

(b) Jacob. 2.

PAGIUS lomanno, nec non Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, Monachis, Ducibus, Comitibus, cæteriſque Francis, in qua idem dicitur, & dies Kalendarum Januarii diſerte etiam exprimitur. Has ſecundas literas, quia ab iis quæ Pippino Regi datæ ſunt, diverſa non continent, prætermiſit Baronius.

II. *Ablata Eccleſia Romana non reddidit.* Porro *Stephanus* Papa in laudatis literis, quas *Fulrado* Abbati conſignavit, Pippinum *ſpiritualem ſuum compatrem* vocat, idque non infrequenter in aliorum Epiſtolarum inſcriptione ac contextu facit; quin & ipſos Pippini filios *Carolum* & *Carolomannum* ſpiritales ſuos filios, eorumque matrem *Bertradam* ſpiritalem ſuam commatrem in Epiſtola ad eumdem Pippinum, quæ ordine VIII. eſt in Codice Carolino, appellat; cujus rei ratio alia eſſe non poteſt, quam quod Stephanus II. Carolum & Carolomannum e ſacro fonte levaverit, cum anno ſuperiori in Francia eſſet. Quare falluntur, inquit Cointius anno DCCLIV. numero LVIII. qui Carolum apud Moguntiam a Bonifacio illius Civitatis Archiepiſcopo baptizatum eſſe volunt. Non dubitandum vero, quin Carolus & Carolomannus a Stephano prius e ſacro fonte levati fuerint, quam in Reges uncti. Nota denique Stephanum in literis, de quibus hic agimus, apud Pippinum ejuſque filios Carolum & Carolomannum conqueri, quod Aiſtulfus Longobardorum Rex, *nec unius palmi terræ ſpatium Beato Petro Sanctæque Dei Eccleſiæ, vel Reipublicæ Romanorum reddere paſſus eſt*, etſi illi *propria voluntate, per Donationis paginam Beato Petro, Sanctæque Dei Eccleſiæ & Reipublicæ, Civitates & loca reſtituenda* confirmarint. Ex illis enim verbis, uti & ex variis Anaſtaſii, liquet anno ſuperiori cum ventum eſt ad pacem, legem hanc Aiſtulfo fuiſſe impoſitam, ut ablata cum Eccleſiæ Romanæ, tum Reipublicæ Romanæ reſtitueret, non vero Imperio Romano, ut perperam eum explicat Cointius anno DCCLIV. num. LXXX. quod ante Cointium ita interpretatus fuerat Marquardus Freherus in Corpore *Franciæ Hiſtoriæ veteris & ſinceræ*, Hanoviæ anno MDCXIII. typis dato. In margine enim Auctoris ſecundæ Appendicis ad Continuationem Fredegarii pro Republica Romana, *Imperium* reponit. Sed hac de re infra.

III. *Sed hæc ſuperiori anno geſta.* *Fulradus* Abbas & *Hieronymus* Pippini Regis frater in Franciam reverſi ſunt ante Romanam obſidionem, ſed poſt eorum reditum Aiſtolfus Rex ſtatim per *Scameras*, ſive exploratores, perque deprædationes ſeu devaſtationes, Stephano II. moleſtum ſe ſe exhibuit. Qua re motus Stephanus literas, quæ num. IX. leguntur in Codice Carolino & recitantur a Baronio num. II. & ſeqq. per Willharium

nam. Tanto opere direximus ad vos Vuilharium reverendiſſimum, & ſanctiſſimum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum & fidelem, qui vobis omnia de noſtra tribulatione, & cauſa beati Petri proprio ore enarret. Cui in omnibus credere debeatis, & exitum bonum in cauſa beati Petri ponere. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Bene valete. Hactenus litteræ Stephani Papæ ad Pipinum Regem, & filios ejus.

IX. Sed quid præterea Aiſtulphus poſt hæc? Non ſolum negavit perfidus reddere, quæ erant Eccleſiæ, ſed & quæ reliqua eſſent, eſt conatus invadere, ſtudens totis viribus & ipſa potiri Urbe, ſi licuiſſet: cujus rei gratia, ut hoc perficeret, ex omnibus gentibus ſibi ſubditis prævalidum comparavit exercitum, atque exæſtuans furore barbarico, ad obſidionem properat Urbis. Id quidem ex litteris, ab eodem Stephano ad ipſum Pipinum tunc ſcriptis, paulo poſt hic recitandis, apparet. De ipſa autem Urbis obſidione, quæ Anaſtaſius habet, primum hic deſcribamus, qui ait: *Poſt aliquanta temporum ſpatia furore vehementi repletus adverſarius ille, & ſuæ animæ inimicus Aiſtulphus Deo ſibi contraria, quæ promiſerat minime adimplevit; ſed etiam generalem faciens commotionem, cum univerſo Regni ſui Longobardorum populo contra hanc Romanam advenit Urbem, quam per trium menſium ſpatia obſidens, atque omni circumdans parte; quotidie etiam fortiter expugnabat; omnia extra Urbem poſita ferro, & igne devaſtans, atque funditus demoliens conſumpſit imminens vehementius idem peſtifer Aiſtulphus, ut hanc Romanam capere poſſet Urbem. Nam & multa corpora Sanctorum effodiens eorum ſacra cœmeteria, ad magnum animæ ſuæ detrimentum abſtulit.*

Roma obſeſſa ab Aiſtulpho.

X. *Hæc ita impie ab eodem Aiſtulpho geſta quanto citius ſæpe dicti Francorum innotuerunt Regis in aures. Sed & beatiſſimus Pontifex per * marinum iter ſuos ordinans, ad eum in Franciam dirigit Miſſos una cum quodam religioſo viro Vuarnerio nomine, qui ab eodem Francorum Rege huc Romam directus fuerat, & cuncta, quæ geſta ſunt, & quæ crudeliter tyrannus ille peregit Aiſtulphus ſubtili fictione, ſuis Apoſtolicis relationibus ſæpe fato Chriſtianiſſimo, & Dei cultori Pipino Francorum intimavit Regi, adjurans eum fortiter, firmiterque ſub divina diei judicii obteſtatione, ad cuncta, quæ beato Petro pollicitus eſt, adimplenda.* Extant ipſæ litteræ datæ quinquageſimoquinto obſidionis die, ut in eis apparet; quæ ſic ſe habent:

* maritimum

Dominis excellentiſſimis, Pipino, Carolo, & Carolomanno * tribus Regibus, & *noſtris Romanis Patriciis, ſeu omnibus Epiſcopis, Abbatibus, presbyteris, & monachis, ſeu glorioſis Ducibus, Comitibus, vel cuncto exercitui Regni & provinciæ Francorum, Stephanus Papa, & omnes Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſeu Duces, Chartularii, Comites, Tribunitenentes, & univerſus populus, & exercitus Romanorum, omnes in afflictione poſiti.*

* deeſt in alio exemplari epiſt. Stephani Pap. date tempore obſidionis urbis.

XI. *Quanta luctuoſa & amariſſima triſtitia circumvallati, quantaque anxietate atque anguſtia coarctati ſumus; & quantas, crebreſcentibus continuis malis, oculi noſtri diſtillantes profundant lachrymas: credimus quod & ipſa omnium elementorum ſegmenta enarrent. Quis enim harum tri-*

PAGIUS elem ſeu Wilcarium Nomentanum Epiſcopum ad prædictos Reges mox deferendas curavit. Earum inſcriptio eſt: *Dominis Excellentiſſimis filiis Pippino Regi & noſtro ſpirituali compatri, ſeu Carolo & Carolomanno item Regibus, & utriſque Patriciis, Romanorum, Stephanus Papa.* Quando enim Stephanus Papa Pippinum ejuſque filios Carolum & Carolomannum Reges inunxit, *Patricios* Romanorum dixit, ut laudata verba inſinuant, ut tradit Annaliſta Metenſis ad annum DCCLIV. *Ordinavit* (ſcilicet Stephanus) *ſecundum morem Majorum unctione ſacra Pippinum piiſſimum Principem Francis in Regem, & Patricium Romanorum: & filios ejus duos felici ſucceſſione Karolum & Karlomannum eodem coronavit honore.* In ipſis literis refert Stephanus Aiſtulfum Regem, quæ reſtituenda promiſerat, irrita feciſſe, additque: *Mementote & ſemper in veſtris præcordiis firmiter tenete, quod promiſiſtis eidem Janitori Regni Cælorum. Nulla vos ſeducat ſuaſio aut acceptilatio, &c.*

Cum vero Stephanus in iis literis obſidionis Romanæ non meminerit, ut poſtea meminit in aliis hoc anno datis, manifeſtum eſt eas ad annum ſuperiorem exeuntem pertinere. In laudatis enim literis ordine IV. memoriam victoriæ cœleſti auxilio nuper ad *Cluſas*, ſive anguſtias Alpium reportatæ refricuit, nec diſſimulavit Pippinum, ne promiſſis *Aiſtulfi* Regis fideret, a ſe, qui dolos illius probe noverat, fruſtra monitum, ipſumque Langobardorum Regem erga Romanam Eccleſiam & populum Romanum diſceſſu Fulradi Abbatis iniquiorem factum. Præterea, ut videre eſt apud Baronium num. III. & ſeq. queritur Stephanus II. de *Scameris* ab *Aiſtulfo* Rege miſſis, qua voce Ducangius in ſuo Gloſſario dicit, intelligi *prædones* vel *exploratores*, quod variis exemplis oſtendit.

IV. A num. IX. ad XXIX. Roma Kalendis Januariis hujus Chriſti anni obſeſſa [1], *Stephanus Papa* Legatos de ſervandis pactis ſubito ad *Ai-*

NOTÆ [1] Obſidionem hanc ad annum ſequentem revocandam eſſe ex iis quæ in Nota ad eumdem annum confeſemus planum fiet. MANSI

Google

tribulationum conſpector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non ululet? Quamobrem cujuſdam bonæ mulieris Suſannæ pudicæ verba loquamur (a): Anguſtiæ nobis undique, & quid agamus ignoramus. O Chriſtianiſſimi, ecce venerunt nobis dies anguſtiæ, præſto ſunt dies fletus & amaritudinis: quando, quod timebamus a Longobardis, evenit. Pro quo anguſtiati, afflicti, & ex omni circumquaque parte circumdati ab eorum nequiſſimo Aiſtulpho Rege, & gente, cum propheta Dominum deprecantes dicimus (b): Adjuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui libera nos. Et rurſum (c): *Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium noſtrum. Ecce enim cognitum habeas, quomodo paſcis fœdera a præfato impio Aiſtulpho Rege, & ejus gente diſſipata ſunt; & qualiter nihil juxta, ut conſtituit, & per vinculum ſacramenti confirmatum eſt, valuimus impetrare. Et jam quia nullum augmentum nobis factum eſt, & in ipſis* * *Januarii Calendis cunctus ejuſdem Longobardorum exercitus e Tuſciæ partibus in hanc civitatem Romanam conjunxerunt, & reſederunt, juxta portam beati Petri, atque beati Pancratii, & Portuenſem. Ipſe vero Aiſtulphus cum aliis exercitibus conjunxit ex alia parte, & ſua fixit tentoria juxta portam Salariam, & cæteras portas. Et ſæpius nobis direxerit: Aperite mihi portam Salariam, & ego ingrediar civitatem: & tradite mihi Pontificem veſtrum, & patientiam ago in vobis. Sin minus videte, ne muros evertens, uno vos gladio interficiam, & videam, quis vos eruere poſſit de manibus meis.*

(a) Dan. 13.
(b) Pſal. 78.
(c) Pſal. 34.
* Junii
Urbs undique obſeſſa.

XII. Immania ſacrilegia Longobardorum.

Sed & Beneventani omnes generaliter ſe in hanc Romanam Urbem conjungentes, reſederunt juxta portam beati Joannis, & beati Pauli Apoſtoli, & cæteras iſtius Romanæ Urbis portas. Et omnia extra portam prædia longe, lateque ferro, & igni conſumpſerunt: domos omnes comburentes pene ad fundamenta dextruxerunt, Eccleſias Dei incenderunt, & ſacratiſſimas Sanctorum imagines in ignem projicientes, ſuis gladiis conſumpſerunt. Et munera ſacra, id eſt, corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſuis contaminatis vaſis, quos folles vocant, miſerunt: Et cibo carnium copioſo ſaturati, comedebant eadem munera. Velamina altarium, Eccleſiarum Dei omnia ornamenta (quod nimis crudele dici eſt) auferentes in propriis utilitatibus uſi ſunt. Servos Dei monachos, qui pro officio divino in monaſteriis morabantur, plagis maximis tundentes laniaverunt: & ſanctimoniales feminas, atque recluſas, quæ ab infantia, & pubertatis tempore pro Dei amore ſeſe clauſuræ tradiderunt, abſtrahentes cum magna crudelitate polluerunt; quin etiam & in ipſa contaminatione aliat interficere niſi ſunt.

XIII. Alia impia facinora Longobardorum.

Et omnes Domos cultas beati Petri igni combuſſerunt, vel omnium Romanorum (ut dictum eſt) domos comburentes extra Urbem funditus deſtruxerunt, & omnia pecuila abſtulerunt, & vineas ferro ad radices abſciderunt, & meſſes conterentes omnino devoraverunt: & neque domui noſtræ ſanctæ Eccleſiæ, neque cuiquam in hac Romana Urbe commoranti ſpes remanſit vivendi, quia (ut dictum eſt) omnia ferro & igni conſumpſerunt, & multos homines interfecerunt. Sed & copioſam familiam beati Petri, vel omnium Romanorum, tam viros, quam mulieres jugulaverunt, & alios plures captivos duxerunt. Nam & innocentes infantulos a mammillis matrum ſuarum ſeparantes, ipſoſque vi polluentes, interemerunt ipſi impii Longobardi: & tanta mala in hac Romana Urbe fecerunt, quanta certe nec Paganæ gentes aliquando perpetrarunt. Quin etiam (ſi dici poteſt) & ipſi lapides, noſtras deſolationes videntes, ululant nobiſcum.

Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Romanam civitatem obſidentes, & ex

PAGIUS *Roma ab Aiſtulfo Rege hoc anno obſeſſa.*

Aiſtulfum Regem miſit, & cum pacati nihil retuliſſet, *Vvarnerium* Abbatem ad ſe a Pippino directum, & in Urbe defendenda militis officio egregie functum, itinere maritimo, quo tutius ac celerius perveniret, in Franciam cum Legatis ſuis *Georgio* Epiſcopo & *Thomarico* Comite proficiſci juſſit, ut Pippino hæc univerſa ſignificare, ipſum per omnia ſacra obteſtans, ut quæ ſemel promiſerat, aliquando impleret. Hæc partim recitat Pontifex in ſuis literis apud Baronium, partim Anaſtaſius in ejuſdem Papæ Vita apud eumdem Baronium a num. IX. ad XVII. Cum vero obſidio acrius a *Langobardis* urgeretur, literas in nomine S. Petri comprehenſas tranſmiſit ad Reges Pippinum, Carolum & Carolomannum, ſive ad omnem generalitatem Francorum. Refert eas Baronius a num. XVII. uſque ad num. XXIV. *Pippinus* cognita Langobardi Regis fraude ira ac dolore exarſit, & novo Decreto bello novos populis delectus indixit. Tum cum exercitu in Langobardos movit & Aiſtulfum Regem ad confirmandum pactum, *quod per elapſam octavam Indictionem inter partes provenerat*, inquit Anaſtaſius, coegit, & factam in ſcriptis donationem Romam ad Stephanum Papam tranſmiſit, ut narrat Baronius ex Anaſtaſio numero XXIV. & ſeqq. Porro pax illa poſt Kalendas Septemb. hujus Chriſti anni ſancita, quia eo die Indictio nona initium cœpit. Obſidio vero Romana dies quinquaginta & quinque duravit, ut videre eſt in Epiſtola Pippini Regis ad Stephanum II. apud Baronium num. XIII. Anaſtaſius tamen dicit, Urbem *per trium menſium ſpatia* obſeſſam fuiſſe, quia ſcilicet quæ eam præceſſere cum ipſa obſidione confundere videtur; neque enim Pontifex hac in re errare potuit.

Sed

Longobardorum exprobratio de Francis. & ex omni parte circumdantes, prœlia fortiſſima die noctuque cum peſſimo furore inceſſanter cum diverſis machinis, & adinventionibus plurimis contra nos ad muros iſtius Romanæ Urbis commiſerunt; ut ſua poteſtati (quod avertat divinitas) ſubjicientes, omnes uno gladio idem iniquus Aiſtulphus interimeret. Ita enim cum magno furore nos exprobantes aſſerebant: Ecce circumdati eſtis a nobis; * venite nunc Franci, & eruant vos de manibus noſtris. Nam & civitatem Narnienſem, quam beato Petro conceſſiſtis abſtulerunt, & aliquae civitates noſtras comprehenderunt. Quamobrem conſtricti, vix potuimus marino itinere præſentes noſtras litteras & Miſſum ad veſtram Chriſtianitatem dirigere, quas & cum magnis lacrymis ſcripſimus.

* veniant

XIV. Enixis precibus petit auxilium Stephan. Pap. Unde & dilectiſſimi nobis, peto vos, & tamquam præſentialiter aſſiſtens cum divinis myſteriis conjuro coram Deo vivo & vero, & ejus Principe Apoſtolorum B. Petro, ut ſub nimia feſtinatione nobis ſubveniatis, ne pereamus: cum poſt Deum, in manibus veſtris noſtras omnium Romanorum commiſimus animas. Non nos dereliquatis; ſic non vos derelinquat Dominus in omnibus veſtris actibus. Non nos ſpernatis: ſic non vos ſpernat Dominus, ejus invocantes potentiam. Ne elongetis a nobis auxilium veſtrum, Chriſtianiſſimi: ſic non elonget Dominus auxilium ſuum a vobis, dum ingreſſi fueritis contra inimicos veſtros ad dimicandum. Adjuvate nos ſub magna velocitate, dilectiſſimi nobis: occurrite, * occurrite, & ſubvenite nobis, antequam gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Peto vos, ne pereamus; ne quando dicant gentes, quæ in cuncta orbe terrarum ſunt: Ubi eſt fiducia Romanorum, quam poſt Deum in Regibus, & in gente Francorum habebant? Ne nos permittatis perire, & ne differatis nobis ad ſolatia dandum, nec a veſtro ſeparetis auxilio: ſic non ſitis alieni a Regno Dei, & ne obduret Dominus aurem ſuam, veſtras ad exaudiendum preces: & ne avertat faciem ſuam a vobis in illo futuro examinis die, quando cum B. Petro, & cæteris ſuis Apoſtolis ad judicandum ſederit omnem ordinem, omnemque poteſtatem humanam, & ſæculum per ignem: dicaturque vobis (quod avertat divinitas) Neſcio vos, quia non auxiliatis eſtis; Dei Eccleſiam defendere minime procuraſtis, ejus periclitantem populum peculiarem.

* ſuccurrite

XV. Magna Francorum gloria in ſubveniendo oppreſſis. Audite nos, dilectiſſimi, audite nos, & ſubvenite nobis: ecce adeſt tempus ſalvandi nos: ſalvate nos, antequam pereamus, Chriſtianiſſimi. Omnes etenim gentes, quæ circumquaque ſunt poſitæ, & ad veſtram per Dei potentiam Francorum fortiſſimam gentem refugium fecerunt, ſalvæ factæ ſunt. Et ſi omnibus auxilium impartire non differtis, multo amplius ſanctam Dei Eccleſiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. Conſiderate dilectiſſimi, & omnino percogitate (per Deum vivum vos conjuro) quoniam poſt Deum, & ejus Principem Apoſtolorum, noſtræ omnium Romanorum animæ in vobis pendent: & ſi perire (quod abſit) eas contigerit, penſate in cujus animam reſpiciat id peccatum. Certe enim omnino credite, Chriſtianiſſimi, ſi nobis aliqua evenerit calamitas (quod abſit) periclitandi: vos de omnibus ante tribunal Dei eritis reddituri rationem. Sed magis, dilectiſſimi nobis, agite, & liberate poſt Deum in vobis confugientes, ut fructum bonum afferentes in futuri examinis die mereamini dicere: Domine noſter Princeps Apoſtolorum B. Petre, ecce nos clientuli tui, curſum conſummantes, fidem ſervantes tibi, Eccleſiam a ſuperna Dei clementia commendatum de manibus perſequentium defendentes liberavimus, & aſſiſtentes immaculati coram te, offerimus tibi pueros, quos nobis commiſiſti de manibus inimicorum eruendos, ſoſpites atque incolumes exiſtentes. Tunc & in præſenti vita, & in futuro ſæculo, cæleſtium præmiorum gaudia adipiſci mereamini, audientes paternam, deſiderabilemque vocem illam inquientis (a): Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. (a) Matt. 25.

XVI. Legati in Galliam miſſi. Quare direximus præſentem noſtrum Miſſum Georgium, reverendiſſimum ac ſanctiſſimum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum, atque * Vuarnebarium religioſum Abbatem Miſſum veſtrum, ſeu * Homarieum, & Comitem magnificos eoſdem noſtros Miſſos, qui omnes noſtros dolores, & cunctas deſolationes, quae a Longobardorum gente, & eorum protervo Rege paſſi ſumus, & aſſidue patimur, vobis ſubtili enarratione, quæ propriis oculis viderunt, viva voce edicere debeant. Quibus & in omnibus tamquam nobiſmetipſis credere * debeatis, & noſtram liberationem nimis feſtinanter procurare.

* Vuarnerium. * Thomaticum

* jubeatis

Et conjuro vos per Deum vivum & verum

rum

PAGIUS V. Sed audiendus Anonymus coævus in Appendice II. ad Continuationem Fredegarii, ut res tanti momenti magis explicetur: *Sequenti anno*, inquit currenti ſcilicet, *Aiſtulfus Rex Langobardorum fidem ſuam quam Regi Pippino promiſerat, peccatis facientibus feſellit. Iterum ad Romam cum exercitu ſuo veniens, fines Romanorum peragrans, atque Regionem illam vaſtans, ad Eccleſiam Sancti Petri perveniens, & domus quas ibidem reperit, maxime igne cremavit. Hæc Pippinus Rex cum per nuncios audiſſet nimio furore & ira motus, commote iterum omni*

Pippinus Rex Aiſtulfum ad reſtitutionem coegit.

ta.

rum, ut nequaquam amplius diſcredatis noſtras afflictiones, & neglectum ponatis ad liberandum nos: ne (quod abſit) ſi amplius credere diſtuleritis, & neglexeritis nos *eruendum, nobis (quod avertat divinitas) irruat calamitas percundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum, & peccatum atque condemnationem in præſenti, & æterna vita quia vobis animas omnium noſtrorum Romanorum tradidimus. Sed magis magiſque vos (ut prædictum eſt) conjuramus per Patrem, & Filium, & ſanctum Spiritum, Trinitatem indiviſam, at noſtras tribulationes & anguſtias, atque dolores, & deſolationes credere ſine qualibet ambiguitate *jubeatis, & nobis propter Deum ſubvenire, & ad liberandum nos de manibus Longobardorum inimicorum noſtrorum nimis feſtinanter occurrere jubeatis, at fructum afferentes copioſum, vita æterna, intercedente beato Petro, perfrui mereamini. Præfatus vero Vvarnebarius, pro amore bati Petri lorica ſe induens, per muros iſtius afflictæ Romanæ civitatis vigilabat die noctuque, & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione, ut bonus athleta Chriſti decertavit totis ſuis cum viribus. Bene valete.

* eruendo

Iterum obteſtando clamat.

* debeatis

XVII. Audiſti dolores ut parturientis, & hominis in maximis anguſtiis animi conſtituti, afflictati, excruciati, & in tam imminenti periculo ope humana penitus deſtituti? Hinc evenit, ut idem ſanctiſſimus Pontifex longe clamans, petens auxilium in tanto una cum ſuis diſcrimine poſitus, omnino exaudiretue, clamoribus ſuis clamores Sanctorum conjungeret, & (quod numquam hactenus factum vidimus) Petrum Apoſtolorum principem una ſecum clamantem inducens, Petri ipſius nomine litteras ad eumdem Principem ſcriberet, quo magis mereretur audiri. Quid enim importuna & imperioſa neceſſitas intentatum præteriit, vel inexpertum reliquit? Extant ipſæ litteræ, quas itidem duorum facta exemplarium collatione, ſic accipe:

Petrus vocatus Apoſtolus a Jeſu Chriſto Dei vivi Filio, qui ante omnia ſæcula cum Patre regnans in unitate Spiritus ſancti, in ultimis temporibus pro noſtra omnium ſalute incarnatus, & homo factus, nos ſuo redemit pretioſo ſanguine per voluntatem Paternæ gloriæ, quemadmodum per ſanctos deſtinavit prophetas, in ſcripturis ſanctis, & per me omnis Dei Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, caput omnium Eccleſiarum Dei, ipſius Redemptoris noſtri ſanguine ſupra firmam fundata petram, atque ejuſdem almæ Eccleſiæ Stephanus præſul, Gratia, pax, & virtus ad eruendam eamdem ſanctam Dei Eccleſiam, & ejus Romanum populum mihi commiſſum de manibus perſequentium, plenius miniſtretur a Domino Deo noſtro, Vobis viris excellentiſſimis Pipino, Carolo, & Carolomanno tribus Regibus, atque ſanctiſſimis Epiſcopis, Abbatibus, presbyteris, vel cunctis religioſis monachis, verum etiam Ducibus, Comitibus, & cunctis generalibus exercitibus, & populo Franciæ commorantibus. Hactenus inſcriptio, ſequitur epiſtola:

Ego Petrus Apoſtolus, dum a Chriſto Dei vivi filio vocatus ſum ſupernæ clementiæ arbitrio, illuminator ab ejus potentia totius mundi ſum præordinatus, ipſo Domino Deo noſtro confirmante (a) Ite docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Et iterum (b): Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & mihi ſuo exiguo ſervo, & vocato Apoſtolo ſingillatim ſuas commendans oves, ait (c): Paſce oves meas, paſce agnos meos. Et rurſus (d): Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves Regni cælorum: quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Quamobrem omnes, qui meam audientes impleverunt prædicationem, profecto credant ſua in hoc mundo Dei præceptione relaxari peccata, & mundi, atque ſine macula in illam progredientur vitam. Etenim *quibus illuminatio Spiritus ſancti in veſtris refulſit præfulgidis cordibus, voſque amatores effecti eſtis ſanctæ & unicæ Trinitatis per ſuſceptum Evangelicæ prædicationis verbum: profecto in hac Apoſtolica Dei Romana Eccleſia nobis commiſſa, veſtra futuræ retributioni ſpes tenetur annexa.

XVIII. Epiſt. Stephani PP. nomine Petri & ſuo.

(a) Matt. 28.

(b) Jo. 20.

(c) Jo. 21.

(d) Matt. 16.

* quis

Ideoque ego Apoſtolus Dei Petrus, qui vos adoptivos habeo filios, ad defendendum de manibus adverſariorum hanc Roma- XIX.

PAGIUS exercitu Francorum per Burgundiam, per Cavalonam Urbem (Catalaunum nempe ad Sequonam) & inde per Jununam (nempe Genevam) uſque ad Maurienuam veniens. Rex Aiſtulfus cum hoc reperiſſet, iterum ad Cluſas exercitum Langobardorum mittens, qui Regi Pippino & Francis reſiſterent, & partes Italiæ intrare non ſinerent. Rex Pippinus cum exercitu ſuo, monte Siniſio tranſacto uſque ad Cluſas, ubi Langobardi reſiſtere nitebantur, perveniens, & ſtatim Franci ſolito more, ut edocti erant, per montes & rupes erumpentes in Regnum Aiſtulfi cum multa ira & furore intrant, Longobardos quos ibi repererunt, interficiunt, reliqui qui remanſerant, vix fuga lapſi evaſerunt. Rex Pippinus cum nepote ſuo Taſſilone Bajoariorum Duce partes Italiæ uſque ad Ticinum iterum acceſſit, & totam Regionem illam fortiter devaſtans, & cir-

manam civitatem, & populum mihi a Deo commiſſum, ſeu & domum, ubi ſecundum carnem requieſco, de contaminatione gentium eruendam, veſtram omnium provocans dilectionem adhortor, & ad liberandam Eccleſiam Dei mihi a divina potentia commendatam omnino proteſtans admoneo, pro eo quod maximas afflictiones, & oppreſſiones a peſſima Longobardorum gente patiuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantiſſimi, ſed pro certo confidite, memetipſum tamquam in carne coram vobis vivum aſſiſtere, & per hanc adhortationem validis conſtringere atque obligare adjurationibus. Quia ſecundum promiſſionem, quam ab eodem Domino Deo & Redemptore noſtro accepimus, peculiares inter omnes gentes, vos omnes Francorum populos habemus.

Franci peculiares filii S. Petri.

Itaque proteſtor, & admoneo tamquam in [n] ænigmate, & firma obligatione conjuro vos Chriſtianiſſimos Reges, Pipinum, Carolum, & Carolomannum, atque omnes ſacerdotes, Epiſcopos, Abbates, presbyteros, vel univerſos religioſos monachos, & vel cunctos judices, item Duces, Comites, & cunctum Francorum Regni populum, & tamquam præſentialiter in carne vivus aſſiſtens coram vobis ago ego Apoſtolus Dei Petrus: ita firmiter credite vobis per adhortationis alloqui verbum: quia etſi carnaliter deſum, ſpiritualiter autem a vobis non deſim. Quoniam ſcriptum eſt (a): Qui ſuſcipit prophetam in nomine prophetæ mercedem ſuſcipit prophetæ.

n

(a) Matt. 10.

XX. Nomine Dei genitricis, & omnium Sanctorum agit.

Sed & Domina noſtra Dei Genitrix ſemper Virgo Maria nobiſcum vos magnis obligationibus adjurans proteſtatur, atque monet & jubet, ſimul etiam & Throni, atque Dominationes, vel cunctus cæleſtis militiæ exercitus, necnon & Martyres, atque Confeſſores Chriſti, & omnes omnino Deo placentes, & hi nobiſcum adhortantes, & conjurantes proteſtantur: quatenus doleat vobis pro civitate iſta Romana nobis a Domino Deo commiſſa, & ovibus Dominicis in ea commorantibus, necnon & pro ſancta Dei Eccleſia mihi a Domino commendata: defendite, atque liberate eam ſub nimia feſtinatione de manibus perſequentium Longobardorum: ne (quod abſit) corpus meum, quod pro Domino Jeſu Chriſto tormenta perpeſſum eſt, & domus mea, ubi per Dei præceptionem requieſcit, ab eis contaminentur, & populus meus peculiaris lanietur amplius, nec trucidetur ab ipſa Longobardorum gente, qui tanto flagitio perjuri, rei exiſtunt, & tranſgreſſores divinarum ſcripturarum probantur. Præſtate erga populo meo Romano mihi a Deo commiſſo, in hac vita fratribus veſtris, Domino cooperante, præſidia totis veſtris viribus, ut ego Petrus vocatus Dei Apoſtolus in hac vita, & in die futuri examinis vobis alterna impendens patrocinia, in Regno Dei lucidiſſima ac præclara vobis præparem tabernacula, atque præmia æterna retributionis, & infinita paradiſi gaudia vobis pollicens, ad vicem tribuam: dummodo meum peculiarem populum, & Romanam meam civitatem, fratres veſtros Romanos de manibus iniquorum Longobardorum nimis velociter defenderitis.

Currite, per Deum vivum & verum vos adhortor, & proteſtor. Currite, & ſubvenite, antequam fons vivus, unde ſacrati, & renati eſtis, areſcat: antequam ipſe modica favilla de flagrantiſſima flamma remanens, de qua veſtram lucem cognoviſtis, extinguatur: antequam mater veſtra ſpiritualis, ſancta Dei Eccleſia, in qua vitam ſperatis accipere æternam, humilietur, invadatur, & ab impiis violetur, atque contaminetur. Proteſtor vos, dilectiſſimi filii mei adoptivi, per gratiam Spiritus ſancti proteſtor, & nimis coram Deo terribili, creatore omnium, adhortor, atque admoneo ego Apoſtolus Dei Petrus, & una mecum ſancta Dei Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, quam mihi Dominus commiſit: ne patiamini perire hanc civitatem Romanam, in qua caput meum conſtituit Dominus, quam & mihi commendavit, & fundamentum fidei conſtituit. Liberate eam, & ejus Romanum populum fratres veſtros; & nequaquam invadi permittatis a gente Longobardorum. Sic enim ſint invaſæ provinciæ, & poſſeſſiones veſtræ a gentibus, quas ignoratis. Non ſeparemini a populo meo Romano: ſic enim non ſitis alieni, aut ſeparati a Regno Dei, & vita æterna. Quicquid enim poſcetis a me ſubveniam vobis videlicet, & patrocinium impendam. Subvenite populo meo Romano, fratribus veſtris, & perfectius decertate, atque [*] finem imponite ad liberandum eos. Nullus enim accipit coronam, niſi qui legitime decertaverit: & vos decertate fortiter pro liberatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, ne in æternum pereatis. Con-

XXI. Efficaces ingerit Stephanus preces.

[*] fidem impendite

PAGIUS circa muros Ticini utraque parte fixit tentoria ita ut nullus exinde evadere poſſet. Hac Aiſtulphus Rex Langobardorum territus, etiam nullam ſpem ſe evadendi ſperaret, iterum per ſupplicationem ſacerdotum, & Optimatum Francorum, veniam & pacem prædicto ſupplicans & juramenta, quæ præfato Regi dudum dederat, ut quæ contra Sedem Apoſtolicam rem nefariam fecerat omnia judicio Francorum & Sacerdotum pleniſſima ſolutione emendaret. Igitur Rex Pippinus ſolito more iterum miſericordia motus, ad petitionem Optimatum ſuorum vitam & Regnum iterato conceſſit. Aiſtulfus Rex judicio Francorum & Sacerdotum, Theſaurorum, qui in-

XXII. Urget vehementius precibus Papa. *Conjuro vos (ut præfatum eſt) dilectiſſimi, per Deum vivum, & omnino proteſtor, minime permittatis hanc civitatem meam Romanam, & in ea habitantem populum amplius a gente Longabardorum laniari, ne lanientur, & crucientur corpora, & anima veſtra in æterno, atque inextinguibili igne tartareo cum diabolo, & ejus peſtiferis angelis: & ne diſpergantur amplius oves Dominici gregis, mihi a Deo commiſſi, videlicet populus Romanus: ne vos diſpergat, & projiciat Dominus, ſicut Iſraeliticus populus diſperſus eſt.*

Excellit gens Francorum omnes gentes. *Declaratum quippe eſt, quod ſuper omnes gentes, quæ ſub cælo ſunt, veſtra Francorum gens Apoſtolo Dei Petro prima * extitis; & ideo Eccleſiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manus Vicarii mei commendavi ad liberandum de manibus inimicorum. Firmiſſime enim tenete, quod ego ſervus Dei vocatus Apoſtolus, in omnibus veſtris neceſſitatibus, cum modo precati eſtis, auxiliatus ſum, & victoriam per Dei virtutem vobis de inimicis veſtris tribui: & in ante attributum nihilominus, credite, ſi ad liberandum hanc meam civitatem Romanam nimis celeriter accurretis. Mementote & hoc, quomodo & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, dum contra vos prælium incœperunt, a vobis, qui parvo numero contra eos fuiſtis, proſterni feci. Pro quo decertate, hanc meam velociter adimplere admonitionem, ut perfectius mereamini meum auxilium adipiſci, per gratiam, quæ mihi data eſt a Chriſto Domino Deo noſtro.*

* extiſtis

XXIII. *Ecce, filii cariſſimi, prædicans admonui vos. Si obedieritis velociter: erit vobis pertingens ad magnam mercedem, & meis ſuffragiis adjuvari, & in præſenti vita omnes veſtros inimicos ſuperantes, & longævi exiſtentes, bona terræ comedetis, & æterna procuidubio fruemini vita. Sin autem (quod non credimus) & aliquam poſueritis moram, aut adinventionem, minime velociter hanc noſtram adimplendam adhortationem, ad liberandam hanc meam civitatem Romanam, & populum in ea commorantem, & ſanctam Dei Apoſtolicam Eccleſiam a Domino mihi commiſſam, ſimul & ejus Præſulem: ſciatis, vos ex auctoritate ſanctæ & unicæ Trinitatis per gratiam Apoſtolatus, quæ data eſt mihi a Chriſto Domino, vos alienari pro tranſgreſſione noſtræ adhortationis a Regno Dei, & vita æterna. Sed Deus & Dominus noſter JESUS Chriſtus, qui nos ſuo pretioſo ſanguine redimens, ad lucem perduxit veritatis, nos quoque prædicatores, & illuminatores totius mundi conſtituit, det vobis ea ſapere & intelligere, eaque diſponere nimis velociter; ut celerius hanc civitatem Romanam, & ejus populum, ſeu ſanctam Dei Eccleſiam mihi a Deo commiſſam ad eruendum occurratis; quatenus miſericorditer, ſicut fidelibus ſuæ potentia meis pro vobis intervenientibus ſuffragiis, & in præſenti vita longævos, ſoſpites, & victores conſervare jubeat, & venturo in ſæculo dona ſuæ remunerationis faciat multiplicius promereri cum Sanctis & electis ſuis. Bene valete.*

Comminatur excommunicationem.

His acceptis litteris Pipinus Rex, qui nihil antiquius umquam habuit, quam Romano Pontifici, cui & Regnum acceptum ferebat, inſervire, ipſique Romanæ Eccleſiæ præſto eſſe: mox comparato exercitu, expeditionem in Italiam adverſus Regem Longobardorum fœdifragum parat. Quomodo autem, prævio eodem Apoſtolorum principe Petro, res quam feliciſſime geſta eſt, Anaſtaſius enarrat his verbis: XXIV.

At vero ad hæc Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum Rex fervore fidei motus, iterum cum Dei virtute generalem faciens motionem, ad Longobardorum partes conjunxit, pervenit ſcilicet *ad Clauſas, & funditus eorumdem evertit Longobardorum exercitum. Etenim cum ad prædictas Longobardorum Clauſas jam fatus Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum appropinquaret Rex; conjunxerunt in hanc Romanam Urbem Imperiales Miſſi, Gregorius ſcilicet Protoſecreta, & Joannes Silentiarius directi ad prædictum Francorum Regem. Quos ſuſcipiens beatiſſimus Papa, eoſdem motionem præfati Francorum Regis nunciavit: quod quidem illi dubium habuerunt credendi, & adhærens eis Miſſum Apoſtolicæ Sedis, eos in Franciam abſolvit,* dimiſit videlicet. *Et pergentes marino itinere, quantocyus Maſſiliam advenerunt. In quam pervenientes didicerunt, jam prædictum Francorum Regem Longobardorum fines fuiſſe ingreſſum, juxta adhortationem antefati beatiſſimi Papæ, & promiſſionem, quam beato Petro jurejurando obtulerat. Et hæc cognoſcentes ipſi Imperiales Miſſi, triſtes effecti, nitebantur doloſe Miſſum Apoſtolicæ Sedis detinere Maſſiliæ, ut minime ad di-*

Pipini celeris expeditio in Longob.

PAGIUS *in Ticino erant, id eſt tertiam partem prædicto Regi tradidit, & alia multa munera majora, quam antea dederat, partibus Regis Pippini dedit, ſacramenta iterum & obſides donat.* Ut amplius nunquam contra Regem Pippinum & Proceres Francorum rebellis & contumax eſſe debeat, & tributa, quæ Longobardi Regi Francorum a longo tempore dederant, annis ſingulis per miſſos ſuos deſolvere deberent, *Præcelſus Rex Pippinus victor cum magnis theſauris & multis muneribus, abſque belli eventu, cum omni exercitu ſuo illæſo ad proprium ſedem Regni ſui remeavit incolumis, & quievit terra a præliis annis duobus,* ſcilicet DCCLVI. & DCCLVII.

ctum properaret Regem, affligentes eum valde. Sed interveniente beato Petro Apoſtolorum Principe, eorum callida ad nihilum deducta eſt verſutia.

XXV. *Itaque unus ex iis*, Gregorius videlicet, *Protoſecreta præcedens Apoſtolicæ Sedis Miſſum, celeriter prænominatum Francorum aſſecutus eſt Chriſtianiſſimum Regem, quem, & in finibus Longobardorum non procul a Papia reperit civitate. Et nimis eum deprecans, atque plura ſpondens tribui Imperialia munera, ut Ravennatium urbem, vel cæteras ejuſdem Exarchatus civitates, & caſtra Imperiali tribuens concederet ditioni. At nequaquam valuit firmiſſimum jam fati Chriſtianiſſimi atque benigniſſimi fidelis Dei, & amatoris beati Petri Apoſtoli, ſcilicet antefati Pipini Francorum Regis inclinare cor, ut eaſdem civitates, & loca Imperiali tribueret ditioni; aſſerens idem Dei cultor mitiſſimus Rex, nulla penitus ratione eaſdem civitates a poteſtate beati Petri, & jure Eccleſiæ Romanæ, vel Pontificis Apoſtolicæ Sedis quoquo modo alienari pati, affirmans ſub juramento, quod nullius hominis favore ſeſe certamini ſæpe dediſſet, niſi pro amore beati Petri, & venia delictorum, aſſerens & hoc quod nulla eum theſauri copia ſuadere valeret, ut quod ſemel beato Petro obtulit, auferret. Et hoc prædicto Imperiali Miſſo reddens in reſponſis; continuo eum ad propria remeandum per aliam viam abſolvit; qui & ſine effectu Romam conjunxit.*

Confirma fides Pipini erga Romanam Eccleſiam.

XXVI. *Dum vero antefatus benigniſſimus Pipinus Francorum Rex Papiam obſidens, conſtringeret civitatem: tunc Aiſtulphus atrociſſimus Rex Longobardorum, ut veniam ſibi tribueret, rogavit, & quas prius contempſerat conſcriptas in pacti fœdere reddere civitates, ſe modis omnibus profeſſus eſt redditurum. Et denuo confirmato anteriori pacto, quod per elapſam octavam Indictionem inter partes convenerat, reſtituit ipſas civitates, addens & caſtrum, quod cognominatur* * *Comiaclum. De quibus omnibus receptis civitatibus donationem in ſcriptis beato Petro, atque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel omnibus in perpetuum Pontificibus Apoſtolicæ Sedis emiſit poſſidendam, quæ & uſque hactenus in Archivo ſanctæ noſtræ Eccleſiæ recondita tenetur. Ad recipiendas vero civitates miſit ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex ſuum conſiliarium, id eſt, Fulradum venerabilem Abbatem. Et continuo ejus exercitus cum ſuis exercitibus Franciam repedavit.*

Redditæ civitates eccleſiæ addito Comaclio.

* al. Comaclum.

*Prænotatus autem Fulradus venerabilis Abbas, & presbyter Ravennatium partes cum Miſſis jam fati Aiſtulphi, Regis conjungens, & per ſingulas ingrediens civitates, tam Pentapoleos, quam Aemiliæ, eaſque recipiens, & obſides per unamquamque auferens, atque Primates ſecum una cum clavibus portarum civitatum deferens, Romam conjunxit. Et ipſas claves tam Ravennatium urbis, quamque diverſarum civitatum ipſius Ravennatium Exarchatus, una cum ſupradicta donatione de eis a ſuo Rege miſſa in Confeſſione beati Petri ponens, eidem Apoſtolo, & ejus Vicario ſanctiſſimo Papæ, atque omnibus ejus ſucceſſoribus Pontificibus perenniter poſſidendas, atque diſponendas tradidit, id eſt, Ravennam, Ariminum, Piſaurum, atque Fanum, Ceſenam, Senogalliam, Eſium, Forum Pompilii, Forum Livii cum Caſtro Suſſubio, Montem Feretrum, Acerragium, Montem Lucari, Serram caſtellum ſancti * Mariani, Bobium, Urbinum, Callium, Luceolos, Eugubium, * Comiaclum, necnon civitatem Narnienſem, quæ a Ducatu Spoletano a parte Romanorum per evoluta ſpatia fuerat invaſa.* Hæc Anaſtaſius.

* Marini

* Comaclium

XXVII. Cæterum Leo Oſtienſis (a) latioribus extendit terminis ejuſmodi donationem Pipini, ait enim: *Fecit autem idem inclytus Rex una cum filiis conceſſionem beato Petro, ejuſque Vicario de civitatibus Italiæ, & territoriis per deſignatos fines, a Lunis cum inſula Corſica, inde Surianum, inde in montem Bardonem, Vercetum, Parmam, Regium, Mantuam, & Montem ſilicis, ſimulque univerſum Exarchatum Ravennæ, ſicut antiquitus fuit cum provinciis Venetiarum, & Iſtria, cunctumque Ducatum Spoletanum, & Beneventanum. Eamque donationem manu propria & filiorum, plurimorumque Judicum, & Optimatum ſubſcriptione roboravit. Demum idem Rex una cum Romano Pontifice in Italiam veniens, Ravennam, & alias viginti civitates, eidem Aiſtulpho memorato ſublatas, Apoſtolicæ Sedi ſubjecit, cujus rei gratia Romanus Patricius conſtitutus eſt.* Hæc Leo, non ſolum poſt debellatum hoc anno Aiſtulphum recenſens civitates Romanæ Eccleſiæ redditas, ſed & alias antea ejuſdem donatione collatas.

(a) Leo Oſtienſ. hiſt. Caſin. l. 1. c. 9.

Pipini donatio facta Rom. Eccleſiæ.

Sic

PAGIUS VI. Pippinus in Franciam rediens reliquit in Italia *Fulradum* Abbatem Monaſterii S. Dionyſii, qui Civitates in pacto contentas ab *Aiſtulfo* reciperet, receptaſque mox in poteſtatem Pontificis Romani transferret, uti habet Anaſtaſius. Ravennæ in antiqua tabula legitur etiamnum hæc epigraphe, relata a Papyrio Maſſono lib. 2. PIPINUS. PIUS. PRIMUS. AMPLIFICANDÆ. ECCLESIÆ. VIAM. APERUIT. & EXARCHATUM. RAVENNÆ. CUM. AMPLISSIMIS . . . . . . cætera verba exeſa. Verum ea Inſcriptio longe poſt Pippini mortem poſita, & poſtquam imitatores habuit; cum dicatur *primus* Eccleſiam amplificaſſe. Quid do-

Poſt Donationem Pipinianam Pontifices Romani Romæ dominati ſunt.

XXVIII. Sic igitur, ſecundum illud Davidicum: (a) *Humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum.* Deus omnem barbari truculenti furorem non ſolum compeſcuit, ſed redegit in nihilum. Subjecit eum ipſi Pontifici, adverſus quem adeo ingentem conduxiſſet exercitum, & obſeſſum undique coarctaſſet. Qui & liberatus, & exaltatus, Petri occinuiſſe jure potuit epinicia (b): *Nunc ſcio vere, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis.* Et illud inſuper carmen Davidicum, ad Deum converſus, cum admiratione cantare (c): *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas; & converſus vivificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me: multiplicaſti magnificentiam tuam, & converſus conſolatus es me: nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi.* Sic una cum univerſa Eccleſia ſummas ipſi Deo gratias agens, ad reſtauranda loca ſancta, quæ impius exuſſerat, vel fuerat demolitus, ſe convertit.

(a) Pſal. 88.
(b) Act. 12.
(c) Pſal. 70.

XXIX. Pipinus confirmat donationem Carolomanni factam Fuldenſi monaſterio.

Contigit eodem anno, ut cum mortuus eſſet in Galliis Carolomannus Germanus Pipini Regis, ſanctus Bonifacius Epiſcopus Moguntinus peteret ab eodem Pipino Rege confirmari donationem factam ab ipſo Carolomanno Fuldenſi cœnobio, aliaque ipſi monaſterio conceſſa privilegia ſuis ſcriptis pariter roborare. Cui ſancti viri petitioni idem Rex annuens iſtas ad eum litteras dedit:

Pipinus Rex Francorum V. C. Bonifacio Archiepiſcopo, & Legato Germanico ab Apoſtolica Sede directo.

Quia veneranda pietas tua noſtram excellentiam poſtulavit pro monaſterio, quod a te noviter inſtructum eſt in ſolitudine Buchonia juxta fluvium Fuldæ in loco, quem beatæ memoriæ Carolomannus germanus noſter legitima donatione tibi conceſſit, ut ſicut ex auctoritate ſancti Petri Principis Apoſtolorum, pro quo legatione fungeris, privilegio Sedis Apoſtolicæ ſublimatum eſſe conſtat, ita etiam noſtræ auctoritatis præcepto roboretur: placuit nobis petitioni tuæ aſſenſum præbere. Et ideo hanc noſtram præceptionis ſeriem ob honorem Dei, & venerationem ſancti Petri conſcribi juſſimus, per quam privilegium Sedis Apoſtolicæ, a beato Zacharia tibi collatum, cum conſenſu Epiſcoporum, cunctorumque fidelium noſtrorum per omnia roboramus, præcipientes, ut nullus ſacerdotum in Regno noſtro divinitus nobis conceſſo, in præfato monaſterio juriſdictionem aliquam ſibi vendicet præter Apoſtolicam Sedem, ita ut niſi ab Abbate monaſterii fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolemnia ibi quiſquam præſumat celebrare: ſed juxta id, quod ſubjectum conſtat Apoſtolicæ Sedi, firmitate privilegii inconcuſſe roboratum permaneat. Locis etiam & rebus, quas tam moderno tempore tenet vel poſſidet, quam quas futuris temporibus juribus ipſius monaſterii divina pietas augere voluerit ex donis, oblationibus, decimiſque Fidelium, abſque ullius perſonæ contradictione, firmitate perpetua perfruatur. Si autem quiſquam noſtræ auctoritatis præcepto re-

PAGIUS donatio Pippiniana contineret, & quas Civitates complecteretur inter Scriptores non convenit, ſed illud mihi certum videtur, ab hoc tempore plenam in rebus civilibus adminiſtrationem Pontifices tam Romæ, quam in Exarchatu Ravennatenſi exercuiſſe; [2] niſi rebellionum motibus aliquando impedirentur; & Cointium anno DCCXCVI. num. VI. & ſeqq. deceptum eſſe qui contendit, Romam uſque ad illum Chriſti annum Imperatoribus Conſtantinopolitanis paruiſſe. Qua de re eo anno agam, & opinionem illam, uti ſpero, prorſus evertam.

VII. Ad num. XXIX. Baronius anno ſuperiori n. VIII. ex Leone Oſtienſi mortem *Carolomanni* Monachi, Pippini Regis fratris conſignat, & ex eodem tradit *Gratianum* præfuiſſe Monaſterio Caſinenſi, quando in Gallias ad Pippinum Legatus miſſus eſt. Verum Leo in ſolo cap. 7. libri primi de Carolomanno, & in ſolo cap. 10. ejuſdem libri de Præfectura Gratiani diſſerit, ſed neutrobique *Carolomannum* ad Gratiani Abbatis tempora perveniſſe ſcribit. Imo ex Abbatum Caſinenſium Chronologia conſtat, obiiſſe *Carolomannum Optato* Abbate, cui ſucceſſit Hermeris, deinde Gratianus. & ex Epiſtola VIII. Codicis Carolini a Stephano II. ad Pippinum Regem ſcripta anno ſequenti poſt Aiſtulfi Regis mortem, conſtat, Optatum tunc Abbatem Caſinenſem fuiſſe. Ait enim Pontifex: *Petit nobis Optatus religioſus Abbas veſtri Monaſterii S. Benedicti, pro Monachis ſuis, qui cum tuo germano profecti ſunt, ut eos abſolvere jubeas: ſed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere jubeas*, ubi abſolvere idem eſt ac dimittere.

Carolomannus dum Optatus Caſinenſis Abbas eſſet, obiit.

VIII. Major difficultas eſt de anno emortuali ejuſdem

NOTÆ [2] CL. Cennius in Præfatione ad Tom. IV. Anaſtaſii Bibliothecarii editionis Romanæ num. 29. recte adnotat errare Pagium, qui ex hac Pippini donatione cœpiſſe pontifices plenam rerum civilium adminiſtrationem Romæ & in Exarchatu exercere aſſerit, quod pluribus argumentis falſum idem vir doctus demonſtrat. Primo quod Cottias alpes bis reſtitutas fuiſſe pontificibus, ſemel Joanni VII. ab Ariperto; iterum vero Gregorio II. a Luitprando, & quidem ante tempora Pippini ex Anaſtaſio conſtat. II. eodem Anaſtaſio aſſerente S. Gregorius III. a Spoletino duce Galleſium caſtrum redemit. III. denique apud eumdem Anaſtaſium de quatuor civitatibus Zachariæ reſtitutis ſermo eſt. Poſtremo ante donationem Pippini civitates & loca ab Aſtulpho invaſa vocat Anaſtaſius *Dei Eccleſiæ ac Reipublicæ Romanorum jura*. MANSI

pugnare voluerit, ſententiam Apoſtolicæ deſtrictionis, quæ in privilegiis expreſſa eſt, experiatur. Et tamen hoc, quod ob amorem Dei, & venerationem ſancti Petri auctoritate noſtra firmavimus, ſtabile permaneat manu noſtra roboratum, & tam anuli noſtri impreſſione, quam fidelium noſtrorum adſtipulatione ſubnixum. Hactenus Pipini ad Bonifacium miſſum privilegium, haud diu ante martyrium ab eo conſummatum, quod hoc anno fieri contigit Nonis Junii. In quo plane mirandum, quod qui ſæpe petiit, miſſionem a Zacharia Romano Pontifice jam ſenectute confectus, ut quieſcere jam poſſet in Monaſterio, a ſe erecto hanc ob cauſam, ut ſenectutis veluti portum illud haberet: tamen illo conſtructo, & in omnibus bene diſpoſito, tantum abeſt, ut ad optatam contulerit ſe quietem, ut laborioſioris prædicationis ſuſciperet onus, nempe ut animo promptiori difficillimamque omnium ſubiret provinciam Friſiis Evangelium prædicandi, qui illud ſæpe ab aliis prædicatum, ut vidimus, ſæpius abjeciſſent.

S. Bonifacius ſuſcipit prædicationem ad Friſios.

XXX. At decebat Apoſtolicum virum Apoſtolicos uſque ad obitum ſubire labores, atque demum Apoſtolatum ſuum relinquere, Apoſtolorum more, proprio ſanguine conſignatum, ut nihil minus haberet Germania ab aliis erectis ab Apoſtolicis viris Eccleſiis, ſed perenni memoria, ſumma gloria, tanto Apoſtolo gloriaretur, & Martyre, a quo receperit Evangelium teſtatum ſanguine, morte ſignatum, miraculorum ſigillo munitum, atque etiam (ne quid deeſſet) ſcriptis multiplicibus roboratum: ut nonniſi procax, & temerarius, protervus, atque ſacrilegus, infidelis, & perfidus, impius & execrabilis, nefandus denique ac diabolicus habendus is eſſet, qui diſſolvere illud auderet, ac penitus ſcindere. Ita plane cenſebit omnis, qui rationis non ſit penitus expers.

Germanorum Eccleſ. omnibus dotibus aucta per S. Bonifacium.

At ſanctiſſimi ſenis, deſignati Martyris ad Friſios prædicationis gratiam profecturi aſſectantes veſtigia reliquas res geſtas uſque ad conſummationem martyrii proſequamur, quibus tamquam Apoſtolicis ſignis nobilitari noſtros Annales, certo ſcimus. Invicto igitur animo, divini Spiritus gratia roborato aggreſſurus S. Bonifacius illius converſionem gentis Friſiorum, quæ fide Chriſtiana relicta, defecerat, in Paganiſmum, obicem illum primum invenit, quod Colonienſis Epiſcopus aſſereret, gentem illam, atque ſedem Epiſcopalem conſtitutam Trajecti, ad ſuam diœceſim pertinere. Contra vero Bonifacius aſſerebat, pleno ju-

gu

Colonienſis Epiſc. Friſiorum ſibi vendicat Eccleſiam.

PAGIUS dem *Carolemanni*. Annaliſtæ enim Petavianus Moſſiacenſis, Fuldenſis, ac Metenſis cum Reginone, mortem ejus in annum ſuperiorem conferunt. Annaliſtæ vero Loiſelianus, Tilianus, & Bertinianus, nec non Auctor Chronici San-Dionyſiani & Eghinardus in Annal. illam in hunc annum differunt, quibus favere videtur Anaſtaſius, qui de profectione Italica ſuperiori anno a Pippino Rege ſuſcepta loquens hæc verba præmittit: *Pari conſilio iiſdem Sanctiſſimus Papa cum denominato Francorum Rege conſilio inito, juxta, id quod præfatus Carolemannus Deo ſe devoverat in Monachica degere vita in Monaſterio eum Vienna in Francia collocaverunt, ubi & poſt aliquantos dies Divina vocatione de hac luce migravit anno Domini DCCLV.* Verum in duobus exemplaribus Anaſtaſii Preherianis annus ille Chriſti non legitur, ideoque videtur addititius. *Carolemannum* autem anno ſuperiori ad Deum migraſſe, communior fuit ſententia. Dies ejus obitus incertus. In vetuſto Necrologio Flaviniacenſi mors ejus reponitur *prid. Nonas Decembris*. In Eccleſia tamen Caſinenſi ejus memoria Officio Eccleſiaſtico non colitur. Sed quacumque die vitam cum morte commutarit, id contigit ante S. Bonifacii Martyrium. In epiſtola enim Pippini Regis ad Bonifacium data, & a Baronio recitata, qua confirmat donationem factam ab ipſo Carolomanno Monaſterio Fuldenſi ait Pippinus: Monaſterium, *quod a te noviter inſtructum eſt in ſolitudine Buchonia juxta flumium Fulda, in loco, quem beatæ memoriæ Carolemannus germanus noſter legitima donatione tibi conceſſit, &c.* In quibuſdam editionibus Othloni, uti in Mabilloniana loco, *beatæ memoriæ*, legitur, *bonæ memoriæ*; in Serratiana tamen idem ac apud Baronium habetur. Sed hæc verba *beatæ*, aut *bonæ memoriæ* addititia eſſe, ideo aſſerit Mabillonius, quia evertunt opinionem ejus de morte Sancti Bonifacii, quam anno ſuperiori collocat; cum tamen inde inferendum fuiſſet, Bonifacii Martyrium ante præſentem annum non accidiſſe.

Ejus mors anno ſuperiori contigit.

IX. A num. XXX. ad XLVI. Quæ hic Baronius una ſerie narrat, ſuis annis reddemus, & quæ prætermiſit, ſupplebimus. *Sanctus* itaque *Sturmio* Abbas Fuldenſis primus conſtitutus eſt a S. Bonifacio anno DCCXLIV. quo Monaſterium illud conditum. Eigil vero in Vita ejuſdem S. Sturmionis Sæc. III. Benedict. part. II. a Mabillonio recitata tradit, Bonifacium *anno decimo* poſtquam illuc ſedit ſecundo in Friſiam profectum eſſe, & poſt multum temporis inde in Germaniam rediiſſe. Quam profectionem anno DCCLIII. contigiſſe eo anno demonſtravimus, & verba Eigilis Abbatis retulimus. Cum vero Bonifacius, ut ibidem oſtendimus, ante ſuum diſceſſum *S. Lullum* ſibi in Archiepiſcopatum ad Moguntiacenſem ſubſtituerit, quæ Baronius num. XXXVI. & ſeqq. ex Willibaldo in Vita Sancti Bonifacii refert, pertinent ad annum DCCLIII. Subdit Eigil: *Sequenti vero anno iterum ad aquoſa Freſonum pervenerat arva, cœptum opus prædicationis implere deſiderans.* Quare autumnali circiter tempore ſuperioris Chriſti anni iterum Bonifacius in Friſiam profectus eſt, licet Willibaldus & Othlonus hanc ultimam profectionem a præcedenti non diſtinguant, quia altera ab altera non longe remota fuit.

S. Bonifacius anno DCCLIII. Lullo ſibi in Epiſcopatum Moguntiæ ſubſtituto in Friſiam perrexit.

X. Porro hic valde obſervandum, *Bonifacium* anno DCCLIII. ante diem XXIII. menſis Maii Lullo Archiepiſcopum Moguntinenſem ceſſiſ-

ſe

Digitized by Google

re ſpectare abſque medio ad Romanam Eccleſiam cujus Legatus eſſet. Cujus controverſiæ cauſa hanc ſcripſit epiſtolam, quæ in aliquibus codicibus appendix ponitur ad ſuperiorem ad eumdem Stephanum Papam datam: in Vaticano autem hac inſcriptione habetur notata.

XXXI. Bonifacii Epiſtol. ad Stephanum Pap.

Venerando, ac diligendo Domno Apoſtolatus, privilegio prædito, Stephano Papæ Bonifacius exiguus Legatus, vel Miſſus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ optabilem in Chriſto charitatis ſalutem.

*Jam tempore Sergii Apoſtolicæ Sedis Pontificis venit ad Limina ſanctorum Apoſtolorum presbyter quidam miræ abſtinentiæ & ſanctitatis, generis Saxonum, nomine Vuillebrord, & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Epiſcopum ordinavit, & ad prædicandum ad paganam gentem Friſonum, tranſmiſit in littoribus Oceani Occidui, qui per quinquaginta annos prædicans, præfatam gentem Friſonum, maxima ex parte convertit ad fidem Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & ſedem Epiſcopalem, & Eccleſiam in honore ſancti Salvatoris conſtituens in loco, & Caſtello, qui dicitur Trajectum. Et in illa ſede, & Eccleſia Sancti Salvatoris quam conſtruxit prædicans, uſque ad debilem ſenectutem permanſit, & ſibi * chorepiſcopum ad miniſterium complendum ſubſtituit, & finitis longævæ vitæ diebus, in pace migravit ad Dominum.*

* Coepiſcopum

XXXII. *Princeps autem Francorum Carolomannus commendavit mihi ſedem illam, ad conſtituendum, & ordinandum Epiſcopum, quod & feci. Nunc autem Colonienſis Epiſcopus illam ſedem prædicti Epiſcopi Clementis a Sergio Papa ordinati, ſibi uſurpat, & ad ſe pertinere dicit, propter fundamenta cujuſdam deſtructæ a Paganis Eccleſiæ, quam Villebrordus dirutam uſque ad ſolum in Caſtello Trajecto reperit, & eam proprio labore a fundamento conſtruxit, & in honore ſancti Martini conſecravit; & refert, quod ab antiquo Rege Francorum Dagoberto Caſtellum Trajectum cum deſtructa Eccleſia ad Colonienſem Parochiam donatum, cum ea conditione fuiſſet, ut Epiſcopus Colonienſis gentem Friſonum ad fidem Chriſti converteret, & eorum prædicator eſſet, quod & ipſe non fecit, non prædicavit, non convertit Friſones ad fidem Chriſti, ſed pagana remanſit gens Friſonum uſquequo venerandus Pontifex Romanæ Sedis Sergius ſupradictum ſervum Dei Vuillebrordum Epiſcopum ad prædicandum ſupradictæ genti tranſmiſit, qui illam gentem (ut præfatus ſum) ad Chriſti fidem convertit. Et modo vult Colonienſis Epiſcopus ſedem ſupradicti prædicatoris Vuillebrordi ſibi contrahere, ut non ſit Epiſcopalis ſedes ſubjecta Romano Pontifici, prædicans genti Friſonum. Cui reſpondebam (ut credidi) quod majus, & fortius fieri debeat præceptum Apoſtolicæ Sedis, ordinatio Sergii Papæ, & legatio venerandi prædicatoris Vuilbrordi, ut & fiat Epiſcopalis ſedes ſubjecta Romano Pontifici, prædicans genti Friſonum, quia magna pars illorum adhuc Pagana eſt, quia deſtructa Ec-*

De Trajectenſis Eccleſiæ juribus.

PAGIUS

S. Bonifacius eodem anno Trajectenſis Epiſcopus dictus.

ſe, & Epiſcopum Trojectenſem ad Rhenum ſeu Ultrajectenſem accepiſſe, quod etiam eo anno monſtravimus. Priorum Antiſtitum Ultrajectenſium ſucceſſio & Chronologia valde implicata, quæ ideo hoc in loco a nobis elucidanda. *Sanctus Vuillibrordus* Archiepiſcopus dictus, licet tantum Epiſcopus eſſet, ſicuti & Succeſſores ejus omnes, anno DCCXL. ad Deum migravit, & poſt ejus mortem Sedes diu vacavit. Bonifacius quidem in Epiſtola laudata ad Stephanum Papam, Willibrordi morte narrata ait: *Princeps autem Francorum Carolomannus commendavit mihi Sedem illam* (nempe Ultraiectenſem) *ad conſtituendum & ordinandum Epiſcopum, quod & feci.* Verum tanta fuit Friſonum ferocitas, & a fide Chriſtiana averſio, ut Bonifacius aliquem evidenti mortis periculo exponendum tunc non judicaverit, ut colligere eſt ex Sancto Liudgero Epiſcopo Monaſterienſi, qui in Vita Sancti Gregorii Abbatis & Rectoris Eccleſiæ Ultrajectenſis, cujus fuerat diſcipulus, num. XIV. Ultraiectenſes Epiſcopos numerans ait: *B. Gregorius a Stephano Apoſtolicæ Sedis Præſule & ab illuſtri & religioſo Rege Pippino ſuſcepit auctoritatem ſeminandi Verbum Dei in Freſonia; in qua primus S. Vuillibrordus cognomento Archiepiſcopus in converſione gentis illius initiavit rudimenta Chriſtianæ fidei, cum diſcipulis ſuis. De-inde ſeneſcente eo in Opere Dei, & ſtabilito Epiſcopatu in loco, qui nuncupatur Trajectum, & alio nomine Vuiltaburg, & migrante ad Dominum de hac luce, ſucceſſit Sanctus Bonifacius (*anno ſcilicet DCCLIII.*) idem Archiepiſcopus & Martyr, quem oculis meis ipſe vidi, candidum canitie & decrepitum ſenectute, plenum virtutibus & vitæ meritis. Quo tempore in ejus diſcipulatu B. Gregorius Præceptor meus ab ineunte ætate fuerat enutritus, cui & ſucceſſit pius hæres ejuſdem gentis Freſonum Paſtor & Prædicator ordinatus a Domino, & a Principibus ſupradictæ Eccleſiæ Dei. Eademque charitate; ſanctitate & fidei firmitate, qua Prædeceſſores ſui, Sanctus videlicet Villibrordus Archiepiſcopus & Confeſſor; & Bonifacius Martyr atque Archiepiſcopus,* (quia ſcilicet Moguntienſis Archiepiſcopus fuerat, nomen ſervavit) *larga & melliflua eruditione populum irradiavit, ſimul cum Chorepiſcopo & adjutore ſuo Aluberto, qui de Britannia & gente Anglorum veniebat, magnis vitæ meritis pollens; & eadem benevolentia juxta vires Domino ſtuduit animarum lucra acquirere.*

XL. Quare Eccleſia Ultrajectenſis per annos fere XIV. ſine Epiſcopo fuit, donec Sanctus *Bonifacius* Divini cultus ſtudio incenſus illius curam ſuſcepit, & *Eobanum* Coepiſcopum ſibi adjunxit, qui a *Sancto Liudgero* in præfata enume-

Dadanus non fuit Epiſcopus Ultrajectenſis.

Digitized by Google

Eccleſiolæ, fundamenta diruta, & a Paganis conculcata, & per negligentiam Epiſcoporum derelicta. Sed ipſe non conſenſit.

XXXIII. *Sed modo Paternitatis veſtræ judicio mihi indicare dignemini, & ſi hoc juſtum ſit; reſponſum & vobis placeat illi Colonienſi Epiſcopo reddi, & veſtra auctoritate roborare, ut præceptum Sergii Papæ, & ſedes illa ſtabilis permaneat. Sic enim poteſtis nos (ſi vobis placet) adjuvare, ſi de ſcrinio Eccleſiæ veſtræ exemplar jubetis & mihi tranſmittere, quoquid prædicto Epiſcopo Vvilbrordo ordinato ſanctus Sergius præceperit, & conſcripſerit, ut ex auctoritate ſanctitatis veſtræ contradicentes convincere, & ſuperare valeam. Si autem aliter juſtius ſanctitati veſtræ videatur; conſilium Paternitatis veſtræ inſinuare mihi dignemini, ut ſequar.* Hactenus Bonifacii epiſtola ad Stephanum Papam, & noviſſima earum, quæ reperiuntur ad Romanum Pontificem ſcriptæ; cum tamen deſiderari ea videatur, qua eumdem exoravit Pontificem Stephanum, ut occaſione profectionis ad prædicandum Evangelium Friſiis, liceret ſibi relinquere in ſua Eccleſia Moguntina Lullum creatum Epiſcopum, qui relictum gregem fideliſſime cuſtodiret: inter tot enim ſuos diſcipulos ipſum elegit, quem cerneret præſtare prudentia, atque ſcientia. At licet alias ſuperius (ut vidimus) id ipſe Bonifacius ab ipſo Romano Pontifice expetiiſſet, numquam tamen potuit obtinere, quamvis enixis precibus exoraſſet, ſic Deo diſponente, ut ſemel Apoſtolatus muneri mancipatus, illud ad obitum uſque laborans impleret. Modo autem quod juſtiſſima cauſa id videretur exigere, non amor quietis, ut antea, ſed majoris laboris ſuſceptio, quam facillime impetravit; cujus rei gratia voluit idem Bonifacius interpellare Pipinum Francorum Regem, litteris, ea de re ad Fulradum ejuſdem Regis Capellanum primarium datis: quæ cum Dei beneficio adhuc extent integræ, ex ſcriptis citatis ſæpe codicibus hic tibi reddimus, ſic enim ſe habent ipſæ, quibus & idem commendat Regi ſuos, quos proficiſcens, reliquit diſcipulos præſcius futurorum (a).

Bonifacius Lullum relinquit Moguntiæ.

(c) *Ex cod. Cod. ep.* 45.

Bonifacius ſervus ſervorum Dei, gratia Chriſti Epiſcopus, cariſſimo conſacerdoti Fulrado presbytero, perennem in Chriſto charitatis ſalutem.

XXXIV *Bonifacii ad Fulradum epiſtola.*

Fraternæ dilectioni tuæ propter ſpiritualem amicitiam, quam ſæpe in neceſſitatibus meis pro Dei intuitu mecum feciſti, dignas gratias quantas meruiſti, perſolvere non poſſum. Sed Dominum omnipotentem deprecor, ut tibi in alto cælorum culmine mercedis præmia in gaudio Angelorum æternaliter retribuat. Nunc autem in Chriſti nomine deprecor, ut quod bono initio cœpiſti, cum bono fine perficias idem, ut meo verbo glorioſum & amabilem Regem noſtrum Pipinum ſalutes, & illi magnas gratias referas de omnibus pietatis operibus, quæ mecum fecit; & ut illi referas, quid mihi, & amicis meis ſimiliter eſſe videtur, quod vitam iſtam temporalem, & curſum dierum meo-

rum

PAGIUS meratione prætermittitur, quia S. Bonifacio ſuperſtes non fuit. Cointius an. DCCXLII. num. XLV. & ſeq. exiſtimavit, *Dadanum* in Concilio Germanico a S. Bonifacio an. DCCXLII. celebrato memoratum, Ultrajectenſem Epiſcopum ordinatum eſſe ab eodem Bonifacio ſtatim poſt Willibrordi mortem, juxta quod ei a Carolomanno mandatum fuerat. Ejus fundamentum eſt, quod Synodus illa ex Epiſcopis utriuſque Germaniæ Gallicanæ compoſita fuerit, & *Dadano* nulla Sedes aſſignari poſſit præter Ultrajectenſem. Verum utraque conjectura adverſus diſertum Auctoris coævi teſtimonium, nullius roboris. Neque enim deerant Epiſcopi Regionarii in Germania Ciſrhenana, e quorum numero ſine dubio *Dadanus* fuit. *Sanctus* autem *Bonifacius* poſt Willibrordi mortem alium ei Epiſcopum ob gentis ferocitatem ſubrogare non potuit, ut mox dicimus.

XII. *Bonifacius ſcribit ad Stephanum PP.*

Epiſtola Sancti Bonifacii ad Stephanum Papam de Ultrajectenſis Eccleſiæ rebus, poſt *Hildegarii* Epiſcopi Colonienſis mortem ſcripta; is autem a Saxonibus anno DCCLIII. interfectus, ut Annaliſtæ Fuldenſis, Tilianus Petavianus, aliique teſtantur. Poſtquam *Hildebertus* Hildegario ſucceſſit, Eccleſiam Trajectenſem ad ſuum Epiſcopatum revocare voluit, ſed interceſſit *Bonifacius*, & rationes, quibus ad id moveretur, Stephano Papæ per literas ſignificavit. Quando *Zacharias* Papa Moguntiam Civitatem Metropolitenam declaravit, eique Eccleſiam Ultrajectenſem attribuit, nullam Privilegii a *Sergio* e ſuis Deceſſoribus uno conceſſi *Sancto Vvillibrordo* mentionem faciens, nullaque clauſula ſpeciali eidem derogans, ſecundum juris regulas Ultrajectenſis Eccleſiæ Privilegia, ſi antiquiora eſſent, non cenſebatur revocaſſe. Quare *Bonifacius* nullam in eam tanquam Moguntinus Metropolita Juriſdictionem exercuit; verum poſtquam Archiepiſcopatum illum abdicavit, Friſiamque petiit, de Archiepiſcopatu Ultrajectino juxta *Sergii* Papæ Privilegium reſtituendo cogitavit; eamque in rem *Zachariam* Papam conſuluit, eique ſignificavit, Epiſcopum Colonienſem eam Eccleſiam ſibi ſubjicere velle; ac præterea eumdem rogavit, ut ad ſe ſcriberet, an vellet, ut jura Eccleſiæ Ultrajectenſis defereret, promptum ſe ad omnia Pontificis mandata exhibens, *ſi autem*, inquit in Epiſtola ad eum data, *aliter juſtius Sanctitati Veſtræ videatur, conſilium Paternitatis Veſtræ mihi inſinuare dignemini, ut ſequar.* Sed non multo poſt in Friſia morti traditus nullum Roma reſponſum accepit: *Hanc igitur*, inquit Joannes de Beka in Chronico, *conſultationis Epiſtolam Bonifacius ad Romanam Curiam tranſmiſit, qui modico de hinc elapſo tempore, negotio nondum expleto vitam Martyrio conſummavit*, eodemque fere tempore *Eobanus* qui Coepiſcopus Ultrajectenſis a Bonifacio creatus fuerat.

Inde

Digitized by Google

*rum per iſtas infirmitates cito debeam finire. Propterea deprecor * magnitudinem Regis noſtri pro nomine Chriſti Filii Dei, ut mihi nunc viventi indicare, & mandare dignetur circa diſcipulos meos, qualem mercedem noſtram de illis facere voluerint. Sunt enim penes omnes peregrini; quidam presbyteri per multa loca ad miniſterium Eccleſiæ & populorum conſtituti; quidam ſunt monachi per cellulas noſtras, & infantes ad legendas litteras ordinati: ſunt etiam aliqui ſeniores, qui longo tempore mecum viventes laboraverunt & me adjuvabant.*

* celſitudinem.

XXXV. *De his omnibus ſolicitus ſum, ut poſt obitum meum non diſperdantur, ſed ut habeant mercedis veſtræ conſilium, & patrocinium celſitudinis veſtræ, & non ſint diſperſi, ſicut oves non habentes paſtorem, & populi prope Marcam Paganorum non perdant legem Chriſti. Propterea almitatis veſtræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, ut filiolum meum, & Coepiſcopum Lullum, ſi Deus voluerit, & ſi clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſterium populorum, & Eccleſiarum componere, & conſtituere faciatis prædicatorem, & doctorem presbyterorum, & populorum. Et ſpero, ſi Deus voluerit, quod in illo habeant presbyteri magiſtrum, & monachi regularem doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem, & paſtorem. Propterea hoc fieri maxime peto, quia presbyteri mei prope Marcam Paganorum pauperculam vitam habent, panem acquirere ad manducandum poſſunt: ſed veſtimenta invenire ibi non poſſunt, niſi aliunde conſilium, & adjutorem habeant, ut ſuſtinere, & adjuvare in illis locis ad miniſterium populi poſſint, eodem modo ſicut ego adjuvi. Et ſi pietas Chriſti hoc vobis inſpiraverit, & hoc, quod peto, conſentire, & favere volueritis: per hos Miſſos meos præſentes, aut per litteras pietatis veſtræ hoc mihi mandare non dedignemini, ut eo lætior in mercede veſtra vel vivam, vel moriar.* Hæc ad Fulradum S. Bonifacius: qui cum haud obſcuris verbis ſignificarit, ſe cito ex hoc ſæculo migraturum, divinum reſponſum de ſuo exitu accepiſſe, par eſt credere, ſicut Apoſtolo Petro ſcimus revelatum fuiſſe, quod ipſe teſtatur, dicens (a): *Certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſignificavit mihi.* Tamquam igitur non amplius reverſurus Bonifacius cuncta diſpoſuit. Qui enim poſt Willibaldum res ab eo geſtas eſt proſecutus, hæc ad finem habet:

De Lullo Epiſcopo.

(a) 2. Pet. 2.

XXXVI. *Antequam autem (b) tam periculoſo ſe daret itineri, ſciens abſurdum id eſſe, ſi quis, propriis poſthabitis ovibus, alienas curandas ſuſcipiat, ſanctum Lullum, qui prædicationum, & laborum ejus comes extiterat, cujuſque virtutes omni honore dignas noverat, conſentiente tum Pipino Rege, tum Epiſcopis, Abbatibus, canonicis, & proceribus, ad ipſius diœceſim pertinentibus, per ſe Epiſcopum ordinavit: id quod jam ante a Romano Pontifice impetrarat. Deinde manu ſua apprehenſum commendavit illum cunctis Principibus illic congregatis, ut ei tanquam patri obedirent, & in omni neceſſitate adjutores ſe illi præberent. Poſtea ad Thuringos, & Rheni accolas profectus, ſimiliter fecit. Poſtremo ipſum ſanctum Lullum adhortans ait: Quandoquidem tempus reſolutionis meæ appropinquat, decrevi proficiſci quocumque divina gratia viſum eſt me mittere. Tu ergo fili cariſſime, animarum mihi creditarum curam age,*

(b) Vit. S. Bonif. l. 2. cap. 18.

Lullus relinquitur curæ Eccleſiam Moguntinam.

PAGIUS Inde factum, ut Ultrajectenſis Eccleſia diu poſtea a Presbyteris fuerit adminiſtrata, ut ſuo loco oſtendi.

XIII. Porro ſicut, a *Sancto Bonifacio* in Conciliis Liptinenſi & Sueſſionenſi conſtituta effectum in omnibus non habuere, ut liquet ex promotione *Ardoberti* ad Archiepiſcopatum Senonenſem, & *Abelis* ad Archiepiſcopatum Remenſem, quorum neuter in poſſeſſionem Eccleſiæ ſibi conceſſæ immiſſus unquam fuit; ſic quæ *Zacharias* Papa de Epiſcopis ſuffraganeis Metropoleos Moguntinæ decrevit, correcta poſtea fuere. Is quinque tantum Civitates Moguntiæ ſubjecerat, Vormatiam, Spiram, Coloniam, Tungros & Ultrajectum, ut liquet ex ejus Epiſtola, in qua aliquam omiſſam fuiſſe aſſeri non poteſt; cum Hincmarus in Opuſculo de Jure Metropolitanorum eam laudet, & quinque illas Civitates recenſeat. Straburgum Primæ Germaniæ Civitas, uti Spira & Vormatia, Moguntiæ Metropoli tunc attributa non fuit, licet ejus Epiſcopi a Bonifacio ordinationem accepiſſent, quia ſcilicet tunc in Orientali Francia politia Eccleſiaſtica prorſus perturbata erat. Verum progreſſu temporis *Straburgum*, *Curia*, *Auguſta Vindelicorum*, aliæque quædam Civitates Metropoli Moguntinæ adſcriptæ, & ex ejus ſubjectione Colonia & Tungrorum Civitas exemptæ. Cointius anno DIII. num. IV. & anno DLXXVII. num. LII. arbitratus eſt, *Sanctum Crotoldum* anno DIII. dictum eſſe Vormatienſem Metropolitam, illudque jus a *Clodoveo* Rege Sedi Vormatienſi attributum fuiſſe, quo per utramque Germaniam ejus Succeſſores potiti ſint, donec hoc ſæculo Moguntiacenſis Eccleſia priſtinam gloriam recuperavit. Quam in rem laudat Franciſcum Irenicum de Pontificatu Vormatienſi lib. 3. cap. 31. ſcribentem: *Fuit penes Priſcos Vvormacienſis Pontificatus totius Germaniæ maximus, quem Clodoveum erexiſſe fama divulgavit.* Verum hæc Vormatienſium traditio fabulæ ſimillima, nulloque vel leviſſimo fundamento innixa. In Francia enim Orientali, ad quam *Vormatia* pertinebat, nullus Archiepiſcopus fuit ab anno circiter DCLXXI. uſque ad Sancti *Bonifacii* tempora, ut eo anno oſtendimus, & ante Sanctum Bonifacium Moguntia Sede Archiepiſcopali non decorata, ut ſuo loco demonſtratum.

XIII. Conſtituta a Zacharia PP. poſtea immutata.

XIV. Willibaldus in Vita S. Bonifacii de eo in Fi-

age. Tu populum ab errore revoca: Tu inchoatam baſilicam meam apud Fuldam abſolve & illic corpus meum, ubicumque tandem deceſſero, trade ſepulturæ. Tum præterea da operam, ut habeamus itineri noſtro res neceſſarias, & linteum, quo hoc decrepitum corpus poſt obitum obvolvatur, in librorum meorum theca repone. Hæc cum vir ſanctus dixiſſet: tametſi Lullus ab imo pectore multa traheret ſuſpiria, & præ dolore nimio lacrymas cohibere non poſſet: non tamen auſus eſt quicquam ſe illi opponere.

XXXVII. Habentur eadem in Vita S. Liobæ, a Rodalpho juſſu Rabani conſcripta, in qua, poſt narrata, omnia, quæ ſunt tranſacta cum Lullo, auctor iſta ſubiicit: *Cumque hæc, & alia hujuſmodi ei mandata dediſſet, accerſitam ad ſe Liobam virginem*, quam ex Anglia ad curandas Deo ſacratas virgines una cum aliis (ut dictum eſt ſuperius) accerſierat, *exhortatus eſt terram peregrinationis ſuæ non deſerere, nec aſſumpti propoſiti vigore laſſeſcere, ſed quotidie bonum, quod cœperat, omni ſtudio amplecti, dicens ei, corporis fragilitatem non eſſe conſiderandam, nec prolixa ætatis ſpacia computanda, nec arduum virtutis finem, nec gravem exiſtimandum perveniendi laborem; præſertim cum hujus temporis ſpatia ad æternitatem comparata, brevia ſint, & non ſint condignæ paſſiones præſentis temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.*

Commendavit autem illam Lullo Epiſcopo, & ſenioribus monachorum ſupradicti monaſterii, qui aderant, monens eos, ut cum honore & reverentia eam ejus agerent; ſuæque voluntatis eſſe affirmans, ut poſt obitum ejus, corpus illius ad oſſa ſua in eodem ſepulcro poneretur, quatenus pariter diem reſurrectionis expectarent, qui pari voto, ac ſtudio in vita ſua Chriſto ſervierant. Quibus dictis, dedit ei cucullam ſuam, rurſus admonens, atque conteſtans de non relinquendo peregrinationis ſuæ loco. Et ſic præparatis omnibus, quæ in itinere neceſſaria erant, in Friſiam perrexit. Hæc in Lioba Rodulphus. Quæ ſequuntur, ex rebus geſtis Bonifacii ſunt accepta.

Paucis poſt diebus navim cum delectis ad illud iter ſociis vir beatus ingreſſus per Rheni alveum, ad Freſonum regionem incolumis perlatus eſt. Ubi circumquaque progrediens verbum Domini cum multa fiducia prædicavit, & Eccleſias ingenti ſtudio extruxit. Tantam autem gratiam contulit illi Deus, ut intra breve tempus multa virorum, ac mulierum millia cum ſuo ſocio Eobano baptizarit. Eum autem Eobanum, ut ſuæ ſenectuti aliquod pararet levamentum, Epiſcopum Trajecti inſtituit. Aderant vero etiam ei presbyteri tres, & totidem diaconi, puta, Vuintrugius, Vualterus, & Adalberus, Stirchaldus, Hamuntus, & Boſo: Porro Vuaccorrus, Gundeeharus, Voilliherus, & Adolphus profeſſione erant monachi, eumque ſequebantur: atque hi omnes unanimiter cum illo laborantes in prædicatione Evangelii, meruerunt etiam palmæ martyrii eſſe conſortes. XXXVIII.

Cum enim per latas ipſorum terras diſcurriſſent, & ad Bortnam flumen per- XXXIX.
ve-

PAGIUS S. Bonifacius Eobanum Coepiſcopum Trajectenſem aſſumpſit. Friſia prædicante ſcribit: *Multa millia hominum, Virorum, ac mulierum, ſed & parvulorum, cum commilitone ſuo Coepiſcopo Cobaneo* (ſeu Eobano) *baptizavit quem ad ſubveniendum ſuæ ſenilis ætatis infirmitati, Freſonibus injuncto Epiſcopo in Urbe, quæ vocatur Trebis ſubrogavit.* Quod his verbis exprimit Othlonus: *Tantam gratiam Dominus famulo ſuo contulit, ut poſt paucos dies multa millia Virorum ac mulierum cum commilitone ſuo Chorepiſcopo Eoban baptizaret. Hunc namque ad ſublevandam ſenectutem ſuam, injuncto ſibi Epiſcopatu in Urbe quæ dicitur Tbret ſubrogavit.* Sed in Othlono, *Chorepiſcopus Eoban* idem eſt ac *Coepiſcopus Eoban.* Neque enim Othlonus hac in re diſſentit a Willibaldo. Baronius quidem num. XXXVIII. Othlonum ita loquentem inducit: *Eum autem Eobanum, ut ſuæ ſenectuti aliquod pararet levamentum, Epiſcopum Trajecti inſtituit.* Verum Baronius uſus eſt editione Surii ad diem V. menſis Junii, qui Othloni ſtylum immutavit, & quandoque corrupit. Hæc autem Eobani ordinatio anno DCCLIII. quo ſanctus Bonifacius Epiſcopatum Ultrajectenſem ſuſcepit & in Friſiam ab eo dependentem venit peracta. Licet autem S. Bonifacius *Archiepiſcopus* tunc appellaretur, ut liquet ex Diplomate Pippini Regis anno DCCLIII. num. VI. citato, Ultrajectenſis tamen Epiſcopus tantum erat, indeque idem *Pippinus* qui ibidem Bonifacium *Archiepiſcopum* ſimpliciter & ſine addito vocat, in alio diplomate in favorem Eccleſiæ Ultrajectinæ emiſſo, & a Cointio anno DCCLIII. num. XXVI. relato, ita loquitur: *Apoſtolicus Vir & in Chriſto Pater Bonifacius Urbis Traject. Epiſcopus, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit*, &c.

XV. S. Bonifacius cum Sociis Martyrium facit. Cum per latas Freſonum Regiones prædicandi cauſa Bonifacius diſcurreret, venit ad flumen quoddam, & ut inquit Othlonus, *ſuorum tantum clientum comitatu ſtipatus, juſſit ibi tentoria figi cupiens videlicet in eodem loco eorum, qui nuper baptizati erant, adventum expectare, confirmationis gratia. Dies enim appropinquabat, qui ad eamdem confirmationem ſtatutus erat. Cumque dies prædeſtinatus advenisſet, & ortus Sol altiores linea ſua gradus jam præceſſiſſet, tunc omnes qui quaſi filii a patre expectabantur indignam ad accipiendam Sancti Spiritus gratiam, quæ ipſo die, per gratiam confirmationis offerenda erat ſuper illos, verſa vice pro amicis inimici, pro novitiis fidei cultoribus novi lictores cum ingenti ſtrepitu horrendoque armorum ſumma in caſtra Sanctorum proruperunt. Quo viſo pueri ex caſtris proſilientes armiſque ſe ſe accingentes Sanctos contra populi furentis multitudinem defendere geſtiebant.* Poſtea narrat, Sanctum Bonifacium, Sociiſque inhuma-

venissent, quod eſt in confinio eorum, quos vulgari idiomate vocant Oeſter, & Vveſtereiche, S. Bonifacius ſoles comitibus ſuis ſtipatos, juſſit ibi tentoria figi, volens in eodem loco baptizatorum ſuſtinere adventum confirmationis gratia. Jam enim appropinquabat dies eidem Confirmationi deſtinatus. Is poſtquam advenit, ſole jam ſummos occupante gradus, omnes illi, qui haud aliter atque filii a patre expectabantur, indigni percipere gratiam Spiritus ſancti, quæ illo die per ſacram Confirmationem offerenda erat, ex amicis in hoſtes, & ex neophytis in lictores mutati, cum ingenti ſtrepitu armorum ad Sanctorum caſtra advolant. Id cernentes famuli, ſumptis armis, contra illam furentis populi multitudinem

Irruunt Friſii in S. Bonifacium. Sanctos tueri nitebantur. At ſanctus Bonifacius audito tumultuantis turbæ impetu, primo quidem ad ſpiritalis præſidii aſylum confugit, Sanctorum reliquias, quas ſemper ſecum circumferre ſolebat, arripiens: deinde acceitis ad ſe clericis, e tentorio proceſſit, famuloſque ad reſiſtendum paratos compeſcuit, dicens: Nolite quæſo pugnare, filii mei: nolite adverſariis bellum inferre, ſed etiam pro malis bona exhibere. Jamdiu optatus adeſt dies: jam tempus illud advenit, quo de laborioſa ſæculi hujus ærumna ad æternæ beatitudinis gaudia invitamur: Cur ergo tantam gratiam, tantam gloriam a vobis excludere vultis? Immo vero confortamini in Domino, & oblata cæleſtis

gratiæ munera gratis animis nos excipere patiamini. Sperate in Domino, & ipſe nos de periculis omnibus eripiet.

XL. His, & id genus aliis ſermonibus compeſcuit miniſtros ab armis hoſtibus inferendis. Deinde etiam clericos cujuſque ordinis patria & libera voce adhortatus: Fratres cariſſimi, inquit, ſi qua divini canna amoris, ſi qua apud vos mearum admonitionum reſidet memoria, hac hora jam declarate: in animum revocantes illa verba Salvatoris: (a) Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſpei veſtræ anchoram in Deo defigite, qui poſt vitam hanc momentaneam perpetuæ ſalutis bravium vobis rependens, ad civium ſupernorum conſortium vos perducet. Nolite, obſecro, diuturna invictarum mentium * præmia in hoc temporis puncto amittere: nolite improbis Gentilium blandimentis, & adulationibus enervari, ſed præſentiſſimum hoc mortis diſcrimen, quod nobis impendet, & pro illius amore, qui noſtrè cauſa paſſus eſt, conſtanter, & viriliter perferte, ut cum illo in æternum gaudere poſſitis.

(a) Matt. 10.

Bonifacius ſuos hortatur.

* premia

XLI. Martyrium S. Bonifacii. Nondum vero ſanctus Epiſcopus hujus ſaluiferæ exhortationis verba abſolverat, cum ecce furens illa Paganorum turba cum gladiis, & omnis generis infeſta armatura in eos irruit, cruentiſque manibus barbara quadam feritate eos trucidat. Inde ad tentoria eorum properant, & tum libros, tum ſacrarum reliquiarum

 ca-

PAGIUS mana cæde necatos, fuiſſe, idque *die quinta menſis Junii*. Mabillonius in Appendice ad Vitam S. Bonifacii num. IX. dicit Othlonum loco citato perperam ſcripſiſſe Bonifacium *a novitiis fidei cultoribus* Martyrio affectum fuiſſe. Verum hoc non aſſerit Othlonus, ſed ait, Bonifacium, ubi fidei novitios ſe reperire credebat, novos lictores inveniſſe, qui eum occiderunt. Villibaldus de populis, qui ad ejus ſepulcrum veniebant, ſcribit: *Priſtina dediti ſalute laudantes glorificabant Deum, qui ſuum dignatus eſt ſervum tanto munere decoratum ditare, honorare & præſentibus ac futuris ſæculorum temporibus patefactione coruſca miraculorum oſtenſu, quadrageſimo peregrinationis ejus anno revoluta glorificare; qui & Incarnationis Domini ſeptingenteſimus & quinquageſimus quintus annus cum Indict. octava, computatur. Sedit autem in Epiſcopatu annos XXXVI. menſes ſex & dies ſex, & ſic ordine ſupradicto, die Nonarum Junii, Martyrii triumpho remuneratus, migravit ad Dominum.* Quos omnes temporis characteres, Indictione excepta, exhibet etiam Othlonus.

XVI. *Hoc Martyrium ab hoc anno removeri non poteſt.* Sanctus itaque Martyr in Franciam venerat anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo ſexto, annoque ſeptingenteſimo decimo octavo ultimo Novembris die Divo Andreæ Apoſtolo ſacra Præco Chriſtianæ fidei, Legatuſque Sedis Apoſtolicæ dum Romæ eſſet, creatus eſt, ut auctoritate Apoſtolica Evangelium in Germania prædicaret, ipſumque concionandi Officium exerceret quod eſt inter præcipua Epiſcopi munia, & interdum Apoſtolatus nuncupatur. Anni enim illi XXXVI. menſes VI. & dies VI. ab anno inſequenti, quo literas Miſſionis ſuæ a Gregorio II. accepit, nec ab anno DCCXXIII. quo Archiepiſcopus Regionarius ordinatus eſt, deſumi poſſunt. Cumque *VVillibaldus* æqualis S. Bonifacio fuerit, mirum mihi accidit, Labbeum in Chronico, Henſchenium in Vita S. Ludgeri Epiſcopi Monaſterienſis Sect. 3. ad diem XXVI. Martii recitata, Mabillonium Sæc. III. Benedict. part. II. in Obſervationibus prævii ad Vitam S. Bonifacii, alioſque Viros Eruditiſſimos S. Bonifacii Martyrium ad diem V. menſis Junii præcedentis Chriſti anni retuliſſe. Si enim S. *Bonifacii* Martyrium anno ſuperiori contigiſſet, ejus Apoſtolatus initium ſumſiſſet a die ultima menſis Novembris anni DCCXVII. ſicque duas hyemes Romæ tranſegiſſet; cum certum ſit, eum inde menſe Maio anni DCCXIX. digreſſum eſſe, & tam Willibaldus, quam Othlonus tradant, unicam hyemem Bonifacium Romæ tranſegiſſe. Secundo, *Bonifacius* Carolomanno Monacho Pippini Regis fratri ſuperſtes, fuit, ut hoc anno num. VIII. oſtendimus. *Carolomannus* autem ante diem quintum menſis Junii antecedentis Chriſti anni mortuus non eſt; cum *bellum Italicum* menſe tantum Martio illius anni a *Pippino* Rege decretum fuerit, & ejus occaſione Carolomannus, qui in Monaſterio Caſinenſi vitam Monaſticam agebat Legatus ab *Aiſtulfo* Langobardorum Rege, qui Ticini morabatur, in Franciam miſſus fuerit, conſulto etiam antea *Ratchiſo* Monacho Aiſtul-

Digitized by Google

capſulas ſecum auferentes, arbitrantes ſe magnos in eis argenti, & auri theſauros reperturos. Mox ad naves advolant, alimenta omnia exportant; & cum aliquid vini illic repeririſſent, hilariter inde potitant. Poſtea inter ſe tractant de dividendo theſauro illo, quem ſe inveniſſe falſo exiſtimabant. Cumque longa diſceptatione nihil inter ſe pacifice poſſent conſtituere, repente inter illos immanis exiſtit diſcordia, quæ conſque proceſſit, ut eodem furore, eadem veſania, iiſdemque armis, quibus ſanctos Martyres ſuæ ſalutis miniſtros jugulaſſent, mutuo ſe conficerent. Ea cæde peracta, qui ex iis ſupererant, iterum ſpe pecuniarum incitati ad thecas illas properant, iiſque confractis, pro auro, & argento codices, & divina doctrina chartas inveniunt. Tum furore, & amentia perciti, codices illos partim per campi planitiem, partim per paludes diſpergunt, partim in loca incongrua abiiciunt. Qui tamen beneficio Dei, ut cujus eſſet meriti vir ſanctus innoteſceret, poſt longa temporis ſpatia illaſi, & inviolati reperti ſunt, & ad Eccleſias, in quibus hodieque manent, a ſingulis eorum inventoribus reportati.

XLII. *In iis autem repertus eſt ſancti Evangelii codex, quem vir beatus pro ſanctitate ſua jugiter apud ſe ferre conſueverat; qui licet enſe acuto (ut etiam nunc videre licet) per medium ſectus ſit, nulla tamen littera ea ſectione abolita eſt. Eum librum fertur ſanctus Epiſcopus tam, cum in ejus caput enſis vibraretur, ſicario objeciſſe, & pro tuendo capite (ut tali in periculo fieri ſolet)* vel pro ſpirituali clypeo. Et eſt ſane illuſtre miraculum, quo & Dei virtus, & beati viri ſanctitas declaratur, in ſecto libro nullos litteræ abolitionem videri. Fruſtrati autem ſpe ſua carnifices illi, domum triſtes abierunt.*

Ubi autem vicini Chriſtiani eam ſanctorum virorum necem perceperunt, terras latronum illorum armata manu invaſerunt: & cum ſe ad repugnandum homines impii compararent, ſed tanti ſceleris conſcientia preſſi, nihil poſſent in fugam acti, a Chriſtianis interfecti ſunt. Cumque res illorum diripuiſſent Chriſtiani, ad ſua reverſi ſunt. Ita qui ſalutis ſuæ miniſtros trucidare non ſunt veriti, duplici contritione contriti ſunt, corporis in hac vita, animarum apud inferos. Non diu poſt Trajectenſis Eccleſiæ clerici corpus S. Bonifacii Trajectum deportarunt, & cum multa veneratione tumularunt. Poſtquam autem reſcivit ſanctus Lullus, convocatis permultis tam clericis, quam laicis venerabilibus viris, indicavit eis necem S. Bonifacii, & quemadmodum Trajecti humatus ſit: ſimul etiam exponens eis, quo in loco ſe adhuc vivens juſſerit ſepeliri, petiit, ut ad ejus exequendam voluntatem ipſi velint adjumento eſſe.

Quomodo autem Dei nutu Trajecto Moguntiam, & inde Fuldam celebri pompa *tranſlatum* ſit, idem auctor pluribus narrat, itemque de miraculis illic fieri ſo- XLIII.

PAGIUS ſtulfi Regis fratre, quibus ſi addas tempus a *Carolomanno* in itinere conſumtum, & aliqualem ejus in Gallia moram, comperies hujus mortem ante diem V. menſis Junii illius anni accidere non potuiſſe. Denique S. Eigil Abbas Fuldenſis quartus, qui hoc ſæculo vixit eam opinionem plane jugulat, ut ex dictis anno DCCXLIV. num. X. & ex dicendis anno DCCLXXIX. cum de morte S. *Sturmionis* agemus, manifeſtum fiet.

XVII. *Contraria ſententia refellitur.* Mabillonius loco laudato autumavit, in hac de anno Martyrii Sancti *Bonifacii* controverſia ſubſcribendum eſſe Eginhardo, Continuatori Epitomes Bedæ, Hincmaro Rhemorum Antiſtiti in cap. 30. Epiſtolæ XLIV. Annalib. & Scriptoribus Fuldenſibus, quorum primus Eigil in Vita S. Sturmii Abbatis, Annalibus Metenſibus & Bertinianis, Mariano Scoto & Sigeberto. Verum Eginhardus ſeu verius Auctor Annalium ei attributorum per hæc tempora ſubinde in Chronologiam peccat, ut nullus negaverit; Continuator vero Bedæ de rebus ad Bonifacium pertinentibus tam male edoctus fuit, ut, ipſomet Bonifacio & tota Antiquitate reclamantibus, *Redgerum* ei Succeſſorem dederit. Idem dicendum de Mariano Scoto, qui ad annum DCCL. narrata Pippini unctione per S. Bonifacium, de hoc ſcribit: *Et inde ob id, poſt Papam ſecundus habetur Moguntinus Archiepiſcopus uſque in hodiernum diem;* cum tamen, ut notavit Blondellus lib. contra Primatum pag. 757. Conciliis hoc & duobus ſequentibus ſæculis celebratis modo Metropolita Senonenſis modo alii Galliarum Archiepiſcopi ante eum ſubſcripti reperiantur. Denique *Eigil* hujus ſæculi Scriptor male pro hac ſententia citatur, aliique adverſus *Willibaldum* Bonifacii coævum eo minus audiendi ſunt, quo hac in re aliorum tantum errores exſcripſerint, nihilque in quo eum erraſſe judicent, in medium attulerint. Quare hæc controverſia dirempta tandem cenſeri debet.

S. Bonifacius juxta Serarium in Notatione LIV. ad Vitam Sancti Bonifacii, vixit tantum annos quatuor & ſeptuaginta, ſed ſecundum ſupputationem Cointii ad annum DCCXXII. n. XLVIII. & ſeqq. annos circiter octoginta. Mabillonius laudatus oſtendit, Vitam *S. Livini* perperam a Serario Bonifacio martyri attributam fuiſſe, eamque fœtum eſſe alterius Bonifacii, ut de S. Livino loquentes jam obſervavimus. E Martyribus, qui paſſi ſunt cum S. Bonifacio ſolos undecim numerat Willibaldus, neque plures Othlonus recenſet. Continuator Epitomes Bedæ quinquaginta tres cum eo Martyrio coronatos dicit, ſed is de morte S. Bonifacii haud probe inſtructus eſt. In Martyrologio tamen Benedictino plurium nomina aſſeruntur. In Eccleſia Ultrajectina ad diem V. menſis Junii olim legebatur Collecta, ut tradit Molanus, in qua memorabatur *Martyrium Bonifacii, Eobani atque Adalarii, &* XVIII. *Socii Martyrii S. Bonifacii.*

So-

ſolitis, atque ad poſtremum hæc de tempore ſedis ejus, & necis habet: *Vixit, inquit, in Epiſcopatu S. Bonifacius annos triginta ſex, menſes ſex, & dies totidem. Paſſus eſt cum ſacris ſuis Nonis Junii, anno peregrinationis ſuæ quadrageſima, Incarnationis autem Dominicæ ſeptingenteſima quinquageſimoquinta.* Hæc auctor, qui poſt ejus diſcipulum Wilibaldum res ab eo geſtas, addidit epiſtolis proſequutus eſt.

Verum quod ad præſcriptum numerum ſpectat annorum trigintaſex Epiſcopatus ejus, totidem ſont non Epiſcopatus, ex quo videlicet ordinatus eſt Romæ a Gregorio ejus nominis ſecundo, ſed ex quo munus prædicationis accepit ab eodem anno Redemptoris ſeptingenteſimo decimonono, ut ſuperius demonſtratum eſt: Epiſcopatus vero Moguntini, quo a Zacharia Papa eſt creatus, non niſi anni decem numerantur.

XLIV. Sed & corrigendus auctor, qui auxit Bedæ Epitomen, dum habet eumdem S. Bonifacium Martyrem obiiſſe anno ſuperiori ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto, & quod addit, Redgerum poſt eum conſecratum Archiepiſcopum a Stephano Romano Pontifice; majoris enim eſt nobis auctoritatis, qui ejus Acta proſecutus eſt Wilibaldus ejus diſcipulus, immo & Bonifacii ipſius ſcriptæ epiſtolæ, & auctor, qui in meliorem ſtylum convertit, atque auxit vitæ ipſius hiſtoriam. Quod autem in Notis ad Romanum Martyrologium de anno obitus Bonifacii, priori ſententiæ inhæſerimus, quæ apud Bedæ Epitomen expreſſa habetur, per iſta emendari volumus. Sed non prætereundum, quod apud eumdem Bedam numerantur quinquagintatres Martyres, qui in itinere comites Bonifacii, una cum eo æque tunc ſubiere martyrium. Quorum omnium natalem diem, qui contigit Nonis Junii, notatum retinent tabulæ Eccleſiaſticæ, & præter Bonifacium nomine expreſſum quoque Eobanum habent, atque annis ſingulis publica memoria in Eccleſia repræſentant. Præter Willibaldum, & qui eum ſecutus eſt, auctorem, reperitur ſcripſiſſe vitam ejuſdem Bonifacii heroico carmine (*a*) Ruthardus Rabani diſcipulus.

(a) Tritb. in Chron Herſaug.

XLV. Non omittemus dicere recitari in Concilio (*b*) Triburienſi ſcite dictum Bonifacii, de antiquis ſacerdotibus aureis, celebrantibus in calicibus ligneis, & recentioribus ligneis, in calicibus aureis: ita Sanctus, cum ſui temporis ſacerdotum ignaviam deploraret. Sed de Bonifacio nec prætereat, ipſum ſimulac martyrio coronatum innotuit, ab Eccleſia Catholica in album Martyrum fuiſſe relatum, ejuſque diem natalem ſolemni ritu in Francorum Regno potiſſimum celebrari cœpiſſe: quod intelliges ex iis, quæ obiter (*c*) Lupus Ferrarienſis, qui ſub Ludovico Pio claruit, ſcribens ad Einardum (idem dictus Eginhardus) qui fuit a ſecretis Carolo Magno, docet his verbis: *Illuſtris Abbas Rabanus poſtquam egreſſus a palatio, foret necne per id temporis iſtic propter legationem ſibi commiſſam,*

(b) Conc. Tribur. c. 18. & de conſecr. diſt. 1. c. vaſa quibus.

(c) Lup. ep. 5.

Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS *Sociorum earum*. Fuit *Eobanus* Coepiſcopus Ultrajectinus, *Athalarius* vero ſive Adelarius Epiſcopus Erphesfordienſis, iſque primus & ultimus; eo enim mortuo Diœceſis illa Moguntinæ unita eſt. Bonifacio in Archiepiſcopatum Moguntinenſem jam ſucceſſerat *Lullus*, in Epiſcopatum vero Ultrajectinam ſucceſſit *Sanctus Gregorius* Abbas, ut refert S. Ludgerus ejus diſcipulus in illius Vita; ſed is quandio vixit, in Presbyterii gradu permanſit. *Ludgerus* enim ſæpe eum *Abbatem* ſuum, ſæpe *Præceptorem* ſuum appellat, numquam Epiſcopum. Immo Altfridus in S. Ludgeri Vita cum de S. *Aluberti* adventu in Friſiam, ubi Gregorii Chorepiſcopus fuit, loquitur, diſerte aſſerit Gregorium *ad gradum Epiſcopalem* ordinatum non fuiſſe, ſed *in gradu Presbyterii* perſeveraſſe. Sed de S. Gregorio Abbate & Rectore Trajectenſi infra ſermo erit. Superfluum hic eſſet quæ Blondellus loco laudato adverſus S. Bonifacii Vicariatum in Germania & Galliis profert refellere; cum ex iis quæ ſparſim ab anno DCCXVI. diximus, ſe ipſis corruant.

XIX. Vita S. Bonifacii paucis ab ejus obitu annis a *VVillibaldo* ſcripta, & ab *Othlono* Monacho, qui anno MLXII. vivebat, Epiſtolis Actis Conciliorum, aliiſque quibuſdam aucta. Sed is Willibaldus idem non eſt cum Willibaldo Eiſtetenſi Epiſcopo primo, ut arbitrati ſunt Serarius lib. 3. Rer. Mogunt. Not. 1. Mabillonius in Obſervationibus præviis ad Vitam illam, & Cointius anno DCCXVI. num. VII. ac anno DCCLXXXVII. numer. XXXII. & ſeqq. Willibaldus enim Vitæ Bonifacianæ ſcriptor his verbis prologum ſuum exorditur: *Dominis Sanctis & vere in Chriſto cariſſimis Lullo & Megingozo Coepiſcopis, VVillibaldus licet indignus in Domino Presbyter. Percepto piæ Paternitatis veſtræ affectu pariter & voto*, &c. Paulo poſt dicit, ſe ejus miracula ſcribere, *ſicut diſcipulis ejus*, inquit, *ſecum diu commorantibus vel nobis referentibus comperi.* Quare *VVillibaldus* iſte, nec diſcipulus S. Bonifacii fuit, neque Epiſcopus, ſaltem quando Vitam illam exaravit; cum tamen *VVillibaldus* Eiſtetenſis Epiſcopus cognatus Sancti Bonifacii fuerit, ab eodem Epiſcopus ordinatus, & aliquo tempore cum eo manſerit, ut Anonymus, qui ejus vitam edidit, in literas miſit. Adhæc nec Auctor antiquus Vitæ Sancti Willibaldi, nec Monialis Hildesheimenſis, quæ aliam ejus Vitam compoſuit, prætermiſiſſent obſervare eum fuiſſe Scriptorem Vitæ Sancti Bonifacii; præſertim cum tam pauca de rebus ejus geſtis calluerint. Imo opinionem noſtræ contrariam ipſum quo ea innititur fundamentum evertit. Georgius enim Wicelius in Hagiologio ſuo refert, extitiſſe in Bibliotheca Fuldenſi anno MDXLI. Vitam Sancti Bonifacii, & in fine ejus ſcriptum: *Ego VVillibaldus*

VVillibaldus Auctor Vitæ S. Bonifacii diverſus a VVillibaldo Eiſtetenſi Epiſc.

Digitized by Google

ſum, ad liquidum ſcire non potuit; atque ob eam rem hortatus eſt, ut reditum meum ad Nonas Junii differrem, quando ſolemnitas Bonifacii ſe abeſſe minime ſineret, niſi forte ipſi quoque Imperialis juſſionis, & ea quam graviſſima præjudicaret auctoritas. Hæc ibi. Quibus ſignificatur feſta dies natalis S. Bonifacii fuiſſe Francis ſolemniſſima.

XLVI. Sub hoc anno notata accepimus a docto viro Ducæo Frontone Societatis Jeſu ornatiſſimo profeſſore, eruta ea codice perveteſto capitula quædam a Pipino Rege facta, quorum eſt titulus: *Incipiunt capitula de alia Synodo ſub ipſo Domno Rege Pipino facta.*

Si homo inceſtum commiſerit, &c. Pluribus cohibentur putridæ inquinamenta carnis, quæ infelicitatem hujus temporis repræſentant; quibus reſecandis adhibita eſt cenſuræ gladius. Iſta omnia a Pipino facta videntur ante expeditionem in Longobardos adornatam, ut peccata cohibendo faceret ſibi Deum propitium, & benefacientes adjuvando conciliaret ſibi a Deo auxilium adverſus hoſtes: nam in eodem conventu hæc ſtatuta leguntur pro ſuſcipientibus peregrinationem ad loca ſancta.

De peregrinis humiliter conſtituimus, qui propter Dominum ad Romam, vel alicubi vadunt: ut ipſi per nullam occaſionem ad pontes, & ad Excluſas, aut navigio detineantur propter ſcripta ſua: nullus peregrino calumniam faciat, nec ullum teloneum ei tollat. Et ſi quis hoc fecerit, qualiſcumque homo hoc comprobaverit, de ſexaginta ſolidis, quos ſolvere debet qui hoc fecit, *triginta illi concedimus, & illi alii in ſacello Regis veniant.* Sic igitur Pipinus dum pietatis ergo peregrinantibus Romam proſpicit, ſecuritatis aperit ſibi viam, ut inter hoſtes liber, atque ſecurus Romam veniat, ut ſuo loco patebit.

Quod ad res Orientales pertinet, hoc anno Paulicianorum hæreſim, eamdem & Manichæorum in Thracia propagatam eſſe, Theophanes auctor eſt. Ita Imperator omnem errorem in Orientalem indu- XLVII. *Pauliciani heretici.*

PAGIUS *dus Epiſt. &c. Vitam & Paſſionem Bonifacii conſcripſi primum in ceratis tabulis ad probationem Lulli & Megingaudi. Poſt eorum examen in pergamenis reſcripſi: atque hoc, in loco, qui dicitur S. Valerie extra muros Moguntiæ, ubi Lullus & Rabanus vacabant orationibus.* Cum enim hæc clauſula poſt Lulli mortem exarata ſit, ut ex ejus lectione liquet, conſtetque inter omnes Willibaldum Eiſtetenſem ante *Lullum* vita functum, manifeſtum eſt *Willibaldum*, qui ea verba ſcripſit, eumdem non eſſe cum *Willibaldo* Eiſtetenſi, & priorem, qui Presbyter tantum erat, quando eam Vitam elucubravit, nonniſi poſt Sancti Bonifacii mortem eidem manum admoviſſe, ac aliquot poſt annos Epiſcopum renonciatum, illam clauſulam ei adjeciſſe.

XX. *Synodus Metenſis.* Ad num. XLVI. Circumfertur Synodus ſub Pippino Rege habita, *Metenſis* vulgo appellata, vel quod Metis coacta fuerit, vel quod ex Codice Metenſi deſcripta ſit. Canones octo complectitur, quorum priores tres Concilio Compendienſi, de quo infra, poſteriores quinque Concilio Vernenſi, de quo anno ſequenti Codex Palatinus attribuit, ut refert Holſtenius, & videre eſt Tom. VI. Concil. edit. Labbeanæ. Duorum priorum Canonum meminit hic Baronius. In ea Synodo nulla temporis character habetur.

Celebrata & Synodus *Vernenſis* ſub eodem Pippino Rege, quam Baronius in annum ſequentem non bene diſtulit, ut ibidem oſtendemus, & quæ ibi in medium adducemus, huc transferenda. [1] XXI. *Synodus Vernenſis.*

Ad num. XLVII. Theophanes ad an. XV. Conſtantini Imp. Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, ſcribit: *Hoc anno Nicetas Heliopoleos Epiſcopus ab univerſa Eccleſia cœtu anathemate percuſſus eſt. Imperator autem Conſtantinus, quos Theodoſiopoli & Melitinæ Syros & Armenios eduxit, in Thraciam tranſtulit: quibus Paulicianorum hæreſis aucta eſt. Urbe pariter tota civibus peſte ſublatis deſtituta, ex inſulis, Græcia, & inferioribus aliis Regionibus incolas alios cum integris etiam familiis aſportatos, ut eam habitarent, tranſtulit: atque ita civibus, ut prius refertam ac populoſam reddidit.* Ut enim anno DCCXLV. diximus Conſtantinopolis immani vaſtitate peſtilentiæ vi illata deſerta remanſerat, quod & Nicephorus in bre- XXII. *Pauliciani hæretici Conſtantinopolim introducti.*

NOTÆ [1] VErnenſe concilium ſequenti anno 756. celebratum fuiſſe colligo ex die, qua primum ejus Synodi patres coiverunt, ſubſcripto præfationi ejuſdem concilii. Cum enim die dominica patres in ſynodum primo coire ex veteri diſciplina conſueverint, ut paſſim per totam criticam ſuam Pagius animadvertit, annus ille concilio adſcribendus, quo dies indicti concilii in dominicam vel in feriam ſecundam cadebat. His conſtitutis, dies V. idus julii non quidem anno 755. quo cum feria ſexta componebatur; ſed anno 756. in dominicam incidit; cui proinde anno concilium Vernenſe illigandum eſt. Tunc quidem, fateor, annus quintus Pippini juxta Pagii ſupputationem non quartus ut præfertur in data concilii currebat; ſed error facile in nota numerali irrepere potuit. Forte etiam Pippinus regnum inivit anno quidem 752. ut egregie Pagius defendit, ſed aliquandiu poſt menſem martium, immo & poſt V. Id. Julii ejuſdem anni. Licet enim initio illi ſic ſtabilito repugnat diploma Goldaſtianum a Pagio ad A. 752. 3. productum, quo ante V. Id. majas regnum illud cœpiſſe Pagius probat, cum tamen illud pugnet cum altero Goldaſtiano diplomate a Mabillonio producto, & Pagio ad A. 752. 6. memorato, quod regnum illud ne in decembri quidem anni 752. cœptum præfert; hinc nihil ex eo certi adſtrui poteſt. Hæc igitur concilii epocha ut genuina admitti poteſt, & ex ea non inepta Pippiniani regni epocha ante diem XI. julii retraheretur. MANSI

duci Eccleſiam paſſus eſt, intentus tantum ipſe ad deſtruendum cultum ſacrarum imaginum. Porro de Paulicianis ſuperius ſæpius dictum eſt.

Sed quæ perſecutio, & diſperſio Orthodoxorum ſecuta ſit pſeudoœcumenicum concilium anno ſuperiori celebratum, auctor, qui his intererat, proſequutus Acta inſignis Martyris Stephani junioris, narrat his verbis: *Cernere erat audaciſſima illa facinora, atque impietatem omnem excedentia, quæ ſine ullo metu perpetrabantur. Nam & ſacroſancta vaſa ob venerandarum imaginum picturas pedibus obterebantur, & templorum decor,*

Copronymi perſecutio dira adverſus Orthodoxos.

& pulchritudo, quam ſacrarum imaginum picturæ pariebant, partim abradebatur, partim calce illinebatur. Etenim ubi Chriſti, aut Matris illius, aut Sanctorum imago erat, vel in ignem conjiciebatur, vel in pulverem redigebatur, vel etiam albario opere inducebatur. At ubi arborum, aut avium, aut beſtiarum effigies, aut etiam circus, ac venationes pictæ erant, his nimirum parcebatur, ac ſumma cura proſpiciebatur. Quo & Eccleſia tota eo ornatu, quem ipſæ ſacræ imagines afferebant, ſpoliabatur, & tamquam ſponſa conjuge orbata mœſto, & ſqualida, atque incompta cernebatur.

XLVIII. *Quis autem temporis illius calamitatem ſatis digne deplorare queat? quæ lingua, quæ perpetrata ſunt, ulla ratione complecti poſſit? Quæ aures placide, & ſedate hujuſmodi narrationem excipiet? Tempeſtivum ſcilicet tunc erat Prophetæ verba cum lacbrymis uſurpare* (a): *Periit ſanctus de terra, & qui bonum agat inter homines non eſt* (b). *In ſecuri enim, & aſcia Eccleſiæ Chriſti portas confregerunt, atque igne ſanctuarium ipſius incenderunt. Quænam alio myſtico ſenſu porta hic eſſe queat, quam divinarum imaginum pictura? Nam ea mentis aditum*

(a) Mich. 7.
(b) Pſal. 73.

Malo ob Iconoclaſtis illata Eccleſiis.

ad exemplar aperit, ac per ea, quæ in ſenſum cadunt, ad ea, quæ intellectu percipiuntur, introducit. Nam alioqui materiam non adoramus, quemadmodum impiis facere videmur. Sed ſpiritalem adorationem ad eam rem, quæ figura exprimitur, per picturam referimus. Siquidem imaginis honor (ut cum Baſilio loquar) ad exemplar aſcendit, atque hac ratione Crucem, ex quacumque tandem materia conſtructa ſit, adorare ita didicimus, ut non ipſi materiæ, ſed ei affixo cultum tribuamus.

Hujus porro venerandæ Crucis imago eſt omnis ad exemplaris formam depicta materia. Neque enim illud dumtaxat lignum, cui Chriſtus affixus eſt, adorare didicimus, verum alia quoque omnia, quæ ad Crucis formam expreſſa ſunt. Quamobrem aut divini ligni formæ cultus negetur, aut etiam Chriſti, & Sanctorum imaginibus honor habeatur. Atque hæc a me veluti per digreſſionem dicta ſint, ut iſtos ab Orthodoxa doctrina procul aberrare demonſtremus. Nunc vero eo, unde huc deflexit oratio, revertatur. XLIX.

Pergit dicere de diſperſione facta ſanctorum monachorum, qui civitates incolebant ad montana, deque his potiſſimum agit, qui confugerunt ad montem S. Auxentii, de quo diu ante, cum de Synodo Chalcedonenſi actum eſt, diximus. Ibi enim morabatur magni nominis Stephanus monachus, in quem (ut ſuo loco dicemus) idem Imperator dira prœlia concitavit: Ait igitur: *Ad hunc modum Eccleſia laborante ac male affecta, piorum multitudo in ſumma conſilii inopia, & mœrore verſabatur. Ac potiſſimum ſacrum monachorum agmen, utpote quod Orthodoxam Fidem arctius complecteretur, ita tamquam ex compacto, tum Byzantio, tum aliis Europæ urbibus, ac Bithyniæ excedentes ad Auxen-*

tia-

PAGIUS breviario pag. 42. etiam docet, & quæ hic refert Theophanes, ille uno tenore cum eadem peſte recitat. Porro illi *Pauliciani*, olim non erant quam Syri Monophyſitæ, quos poſt illam peſtem Conſtantinus Imp. Byzantium tranſtulerat, *ut* aſſerit Theophanes ad annum V. ejuſdem Imperatoris. Balſamon in Canone Niceno XIX. Paulianiſtas ſeu Paulicianos, de quibus ibidem, recte notat, eſſe Manichæos Paulicianos, ſic dictos *a Paulo Samoſateno mulieris Manichææ filio*, de quo an. DCLIII. egimus.

XXIII. Hoc anno *Pippinus Rex Septimaniam* ſeu Gothia potitus eſt, Saracenis ultra Pyrenæos montes ſummotis. Cum enim Annaliſta Metenſis ut anno DCCLII. oſtendimus, aſſerat obſidionem Narbonenſem per annos tres duraſſe, ejus expugnatio in hunc annum incidit, licet vetus Chronicon, de quo mox, hæc ad annum DCCLIX referat. Laudator illud Chronicon a Catello lib. 3. Hiſt. Occitaniæ pag. 538. itemque Auctor Annalium Anianenſium. Sic enim illic ſcriptum eſt: *anno DCCLIX. Franci*

Septimania a Pippino Rege Saracenis erepta.

Narbonam obſident; dataque ſacramento Gothis, qui ibi erant, ut ſi Civitatem partibus traderent Pippini Regis Francorum, permitterent eos legem ſuam habere. Quo facto ipſi Gothi Saracenos, qui in præſidio illius erant occidunt, ipſamque Civitatem partibus Francorum tradunt. Ex eo Chronico hanc ſententiam elegantius expreſſit Gervaſius Tilleberienſis Mareſchallus Regni Arelatenſis in libro de Otiis Imperialibus, a Ducheſnio Tom. III. Script. Franc. recitato: *Franci Narbonam diu obſeſſam per Gothos recipiunt, peremptis Saracenis, facta pactione cum Francis quod illic Gothi patriis legibus* (legibus nempe Gothicis) *moribus paternis vivant. Et ſic Narbonenſis Provincia Pippino ſubjicitur.* Eccleſiæ Narbonenſi Metropolitanæ, cum Franci Saracenos e Gallia penitus ejecerunt, hæ ſuberant Civitates, Biterrenſis, Agathenſis, Nemauſenſis, Magalonenſis, Carcaſſonenſis, Helenenſis, Ucecienſis, & Lutevenſis, quarum duæ poſtremæ prius ad Franciam aliquando pertinuerant, cæteræ nequa-

quam

tianum mantem ſe contulerunt, ac beatum Stephanum adeuntes, ab eo petebant, ut ducem ſe illis præberet, eoſque conſilio juvaret. Loquere (inquiebant) o pater ſi quis in te conſolationis ſermo eſt, menteſque ingenti mœſtitia oppreſſas cohortare, titubantem animum fulci, ne humano metu labefactatus, de ipſa ſalutis capite periclitetur, ac pietatem prodat.

Quemnam ſermonem tunc ad eos habuit ſanctus martyrii candidatus, idem auctor refert, cui potuit intereſſe: prætermimus eum inviti, brevitati conſulentes, illa tantum, quæ poſt habitum ſermonem locutus eſt, oſtendens, quo ſe conferre deberent, hic reddimus ex eodem auctore, dum ſubdit:

L. Fugam conſulit Stephanus & loca docet fugæ. *His, & aliis hujuſmodi ſermonibus ad monachorum, qui & ipſi lachrymis madebant, catervam uſus Stephanus, hæc verba inſuper adjecit: Ad has tres partes, quæ nefariæ hæreſis labem minime contraxerunt, ut fugiatis, cenſeo. Neque enim alius locus eſt, qui quidem ſub draconis hujus Imperio, ac poteſtate ſit, qui ab ejus veneno purus manſerit, quam ea, quæ ad acclive Ponti Euxini ſunt, hoc eſt Ziechia, & Cherſonis, & Boſphori, & Nicopſis, & Gothiæ, atque ea item, quæ ad Parthenium mare ſe porrigunt. Quin & id quod in antiquioris Romæ declivi eſt, ac Neopolitana & Neapolitana Metropolis, quæque ad Romanam uſque flumen protenduntur. Sed & Lyciæ provinciæ climata hoc eſt * ex Sylæi ſeu, ac denique Cypria inſula, quæque e regione ipſius ſunt uſque ad Tyrum, & Joppem. Hæ, inquam, partes ab exitiando hoc dogmate puræ perſtiterunt.* Pergit dicere de Romano Pontifice, & tribus Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano, qui ſuis ſcriptis camdem hæreſim proſciderunt, quæ nos anno ſuperiori, opportuna occaſione poſuimus. Et poſt hæc idem auctor:

Hæc, inquit, verba, ut pius ille cætus audivit, piumque virum velut extremum allocutus, atque complexus eſt, ad loca, quæ cuique commodiora viſa ſunt ſeſe contulerunt, in hoc quoque videlicet Chriſto obtemperantes (a): quippe qui eos qui perſecutionem patiuntur ex una urbe in aliam profugere jubeat: quandoquidem minime convenit, ut ipſi noſmet in pericula conjiciamus; quemadmodum contra reprehenſione non caremus, ſi in periculis conſtituti, animum deſpondeamus. Spectabatur itaque Byzantium, velut in expugnatione quadam captivitate oppreſſum, monaſticoque habitu privatum, & tamquam in ſqualorem redactum: ſublato nimirum atro colore, qui prius ad urbis ornatum albo mixtus erat. Etenim alius ad Euxinum Pontum navigabat, alius ad Parthenium pelagus amus feſtinationa contendebat, alius Cyprum petebat, alius ad antiquiorem Romam properabat. Hæc ibi, & alia, quæ ſuo loco reddita ſunt ſuperius, auctor habet. LI.

(a) Matth. 10.

Qui

PAGIUS quam. Illæ vero rurſus Metropoli Narbonenſi ſubjectæ ſunt. Lapſu tamen temporis factæ quædam in Septimania mutationes.

XXIV. In Annalibus Petavianis hoc anno legitur: *Venit Thaſſilo ad Martis Campo, & mutaverunt Martis Campum in menſe Maio. In hoc anno Domnus Remedius adeptus eſt Sedem Eccleſiæ Rotomagenſis.* De illa mutatione die quo Conventus Francorum ſingulis annis celebrari ſolitus erat, jam egimus anno DCCLII. num. IV. ejuſque meminit Annaliſta Maſciacenſis iiſdem fere verbis, quibus Petavianus. Remedium porro ſeu Remigium Pippini Regis fratrem hoc anno Rotomagenſem Archiepiſcopum renunciatum eſſe, docet etiam Chronographus Fontanellenſis cap. XI. qui ſubdit, eum ſubrogatum eſſe in locum Raginfridi ob morum inſolentiam, pravitatemque exauctorati, *anno XIII. poſtquam regimen Cœnobii Fontanellenſis amiſerat. Raginfredo tamen, cauſa miſericordiæ, aliquæ villæ, de eodem Rotomagenſi Epiſcopio attributæ fuerunt*, inquit idem Chronographus.

Dies Conventus Francorum mutatur, & Remigius fit Archiep. Rotomagenſis.

JESU CHRISTI ANNUS 756.	STEPHANI PAP. III. ANNUS 5.	CONST. COPRON. IMP. ANNUS 16.

I. QUI ſequitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus ſextus numeratur Indictione nona, quo Aiſtulphus Rex Longobardorum, ulciſcente numine, male periit: poſteris Principibus relinquens exemplum, maximo ipſorum damno Eccleſiaſtica jura tentari.

Obitus Aiſtulphi Regis.

Ne igitur rurſum ea quæ bene a Rege maxime pio Pipino conſtituta eſſent, ejuſdem perfidia Aiſtulphi labefactata corruerent, divina providentia factum eſt, ut fœdifragus ille e medio tolleretur hoc ipſo anno: de quo audi Anaſtaſium rem magnam paucis iſtis proſequentem: *Dum ergo hæc agerentur, ipſe infelix Aiſtulphus quodam loco in venationem pergens, divino ictu percuſſus, defunctus eſt*. Sic igitur accidit, ut infelix, qui adverſus Deum, Sanctoſque ejus, Regni cauſa ſæpe bella moviſſet, Regno pariter privaretur, & vita: & qui eadem ex cauſa ſæpe pacta conventa, atque jurata confregerat, eadem ſua morte relinqueret confirmata. Sed exoritur inter Longobardos de ſucceſſore turbatio.

II. Carebat Aiſtulphus prole, quæ evehi poſſet in Regem, & frater ejus Rachis jam illud pietatis cauſa dimiſerat, monaſticam vitam profeſſus. Sed ei inſidias pravus dæmon ingerebat in aures, ut qui miſerat manum ad aratrum, retro reſpiceret, ne fieret aptus Regno Dei: ſicque egit, ut ad temporale Regnum oculos, animumque converteret: ſed cito obſtitit ſummus Pontifex Stephanus, qui Ducem Tuſciæ Deſiderium, multa ſpondentem Eccleſiæ, in Regem promovit. Anaſtaſius enim cœptam proſequutus hiſtoriam, ait: *Tunc Deſiderius quidam Dux Longobardorum, qui ab eodem nequiſſimo Aiſtulpho Tuſciæ in partes erat directus, audiens præfatum obiiſſe Aiſtulphum: illico aggregans ipſius Tuſciæ univerſam exercitus multitudinem, Regni Longobardorum arripere niſus eſt faſtigium. Cujus perſonam deſpectui habens Rachis dudum Rex, poſtmodum monachus, germanus præfati Aiſtulphi, ſed & alii plures Longobardorum Optimates cum eo eumdem Deſiderium ſpernentes, plurimam trans Alpes vel cætera Longobardorum loca exercituum multitudinem aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti ſunt.*

Deſiderium regnum invaſit, & Rachis reſiſtit.

Ad hæc præfatus Deſiderius obnixe præfatum beatiſſimum Pontificem deprecatus eſt, ſibi ferre auxilium, qualiter ipſam regiam valeret uſumere dignitatem, ſpondens jurejurando omnem præfati Pontificis adimplere voluntatem. Inſuper & reſpublicæ redditurum ſe profeſſus eſt civitates, quæ remanſerant, immo & copiam daturum munerum. Tunc idem præcipuus Pater, & bonus Paſtor, inito conſilio cum ſæpe fato Fulrado venerabili presbytero, & Abbate, atque Conſiliario Chriſtianiſſimi Pippini Francorum Regis miſit ſuum Germanum Paulum ſcilicet diaconum, atque Chriſtophorum Conſiliarium, una cum Præfato Fulrado in partes Tuſciæ ad prædictum Deſiderium. Cum quo loquentes, confeſtim per ſcriptam paginam terribili juramento idem Deſiderius cuncta profeſſus eſt ſuperius annexam ſponſionem adimplere. III.

III. Deſiderius ope Stephani Pap. conſequitur Regnum.

Poſt hæc vero peracta ſtatim ſuum Miſſum, id eſt Stephanum venerabilem presbyterum cum Apoſtolicis exhortatoriis litteris præfato Rachiſi, vel cunctæ genti Longobardorum direxit; properans & prædictus Fulradus venire cum aliquantis Francis in auxilium ipſius Deſiderii; ſed & plures exercitus Romanorum, ſi neceſſitas exigeret, in ejus diſpoſiti occurrere adjutorium. Verum ubi accepit Rachis litteras Pontificias, nequaquam ulterius auſus eſt progredi, reverituſque ejus Apoſtolicam juſſionem, relictaque militia, rurſum ſeipſum Deo reddidit, cui ſe ſpoponderat in monaſterio ſervi- IV.

tu-

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCXCIV. Anno Hegiræ CXXXIX. inchoato die 3. Junii fer. 6. A. C. 756. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6249.

☉ 9. DC. ☽ 16. P. 28. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 756.

STEPHANI II. PAPÆ 5.

CONSTANTINI COPRONYMI 37. & 16.

LEONIS IV. 6.

A Num. I. ad VI. Annaliſta Metenſis hoc anno ſcribit: *Pippinus Princeps interiora Regni ſui pacifice ordinans, tam in Eccleſiaſticis rationibus, quam & in publicis negotiis & privatis, in nullam partem exercitum duxit. Aiſtulfus vero Rex Langobardorum, dum venationem in quadam Sylva exerceret, Divina ultione percuſſus, de equo in quo ſedebat, in terram projectus, tertia die vitam amiſit. Langobardi vero ex conſilio Pippini Regis & Procerum ſuorum* DESIDERIUM *Regem, Langobardorum inſtituunt.* Idem habent hoc anno Eginhardus, variique alii Annaliſtæ, & Sigebertus in Chronico. Electionem Deſiderii Tuſciæ Ducis, & geſta a Stephano Papa, ut ille in Regem a Langobardis ſuſciperetur, fuſe narrat Baronius ex Anaſtaſio in ejuſdem Stephani Vita.

Aiſtulfi Longobard. Regis interitus.

A num.

turum. Cujus & exhortatione etiam cœteri Longobardi illum ſuſceperunt in Regem, quem idem Stephanus Papa dediſſet Deſiderium: *Sic igitur* (inquit Anaſtaſius) *ſuffragantibus prædicti ſummi Pontificis Deo acceptis precibus, ita omnipotens Dominus diſpoſuit*, ut *ſine ullu unimarum periclitatione antefatus Deſiderius per jam dicti evangelici Papæ* * *conſenſum eumdem, quam ambiebat, uſſumeret regalem dignitatem.*

* concurſum.

V. Recipit ſuas civitates Stephan. Pap.

Dum vero hæc agerentur, direxit Miſſum ſum ſanctiſſimus Pontifex, & abſtulit ipſas civitates, quas ſæpe dictus Deſiderius Rex reddere promiſerat beatiſſimo eidem Papæ, id eſt, Fuventiam cum caſtro Tiberiano, ſeu Gabellum, & univerſum Ducatum Ferrariæ in integro, & annuente Deo Rempublicam dilatans, & univerſam Dominicam plebem, videlicet rationales ſibi commiſſas oves bonus Paſtor, animam ſuam ponens, omnes ab inſidiis eruit inimicorum. Hecuſque Anaſtaſius de rebus geſtis Stephani Papæ, uſque ad ſequentis anni menſem Aprilem, quo ex hac vita, Deo vocante, migravit. Sic igitur juſto Dei judicio factum eſt, ut cum Longobardi nollent Romanam Eccleſiam quidquam jurium in Italiæ civitatibus poſſidere, iidem ab ipſa ſupplices Regnum peterent, ut nonniſi ipſo volente Romano Pontifice poſſe regnare, cognoſcerent.

VI. Vidiſti Lector, ex uſu priſtino, ab exordio naſcentis Eccleſiæ, Deo ita diſponente ſua inenarrabili providentia, Romanam Eccleſiam perſecutionibus ſemper creſcere, & vexationibus dilatari conſueviſſe? Et quod ad hæc tempora ſpectat, id maniſeſtiſſime cunctis innotuit. Cum enim Leo Imp. inito fœdere cum Longobardis, aggreſſus eſt dire perſequi Romanam Eccleſiam, in eam commovens Luitbprandum; & ſub Conſtantino ejus filio Aiſtulphus eamdem Eccleſiam jugi ferme bello vexavit, prout qui extant gemitus in chartis, lachrymis exarati Gregorii Papæ ſignificant, & Stephani juſtæ querelæ demonſtrant: reſpexit tamdem Deus in ipſam Eccleſiam, eamdemque ab impiorum manibus vendicatam, liberam eſſe voluit. Quis neget omnia hæc divina providentia facta, qui ſciat quod Deus neque Gentiles ipſos injuſte a tyrannis oppreſſos, in eorum manibus reliquerit indefenſos, pro quibus ultorem inſurrexiſſe, innumeræ Gentilium prodent hiſtoriæ?

Romana Eccleſia dilatatur anguſtiis.

VII. Debet hoc ſibi Deus, ut juſtificetur (quod David cecinit *a*) in ſermonibus ſuis ut pro juſtitia vindex exurgat, nec relinquat (*b*) virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorem, ſed & ut exaltentur (*c*), cornua juſti cornua peccatorum confringat. Qui igitur (ut e noſtris mutuemur exemplum) laborantes Hebræos ſub duro ſervitutis jugo reſpexit, eorumque lachrymas exaudivit, & vindicans in libertatem, corripuit (*d*) pro eis Reges: idem ipſe lacrymas ſanctorum Pontificum non deſpexit, ſed reſpexit, & votis annuit, & per Gregorium, & Stephanum Pontifices adimplevit, juxta illud (*e*): *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.* Iſta enim tanta, atque adeo admiranda non niſi nudipedalia illa, litaniæ frequentes, vectationes illæ ſacrarum imaginum, proceſſiones ad ſacras baſilicas tanta a Deo conſequi meruerunt.

(*a*) Pſal. 50.
(*b*) Pſal. 124.
(*c*) Pſal. 74.
(*d*) Pſal. 104.
(*e*) Pſal. 125.

Sed de his alia occaſione rurſus inferius: Modo autem hic de legatione agendem, quam Stephanus Papa miſit ad Pipinum Regem in Gallias: atque in primis hic deſcribamus illas ipſas litteras, quas idem dedit Stephanus Papa ad eumdem Pipinum Regem Francorum de Regno Longobardorum Deſiderio tradito. Habent autem in primis cum exultatione gratiarum actionem, de tot, tantiſque acceptis a Deo his temporibus beneficiis (*f*):

(*f*) Ex ſcript. Cod. Pauvin. quas etiam to. 8. Centur. habent.

VIII. *Domino excellentiſſimo filio, & noſtro ſpirituali compatri, Pipino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Stephanus Papa,* Ex-

PAGIUS II. *Stephanus Papa Pippinum rogat, ut urbes ſibi a Langobardis ablatas reſtitui curet.*

A num. VI. ad XV. Poſtquam *Deſiderius* Langobardorum Regnum quiete obtinuit, & tumultus inter Langobardos poſt *Aiſtulfi* Regis mortem excitatus Stephani Papæ opere compreſſus eſt, is literas ad Pippinum Regem, tranſmiſit, quæ recitantur a Baronio extantque in Codice Carolino Epiſt. VIII. In iis Stephanus primo pro beneficiis in Sedem Apoſtolicam collatis gratias agit: *Elapſo*, inquit *anno illo in tempore valde ab hoſtium depopulo ſa impugnatione ſauciati, & ultra citraque circumdati affligebamur, nunc autem tuo potentiſſimo auxilio erepti ab imminentibus periculis, immenſo exultamus gaudio*, &c. Porro Roma anno ſuperiori Kalendis Januariis obſidione cincta, hæcque per menſes circiter tres continuata. Secundo, *Stephanus* Pippinum rogat, ut opus feliciter inchoatum perficiat, & Civitates, quas *Aiſtulfus* contra pactum ad mortem uſque retinuit, Eccleſiæ Romanæ, ut promiſit, tradendas curet. Tertio, Stephanus maniſeſtat tempus, quo Rex *Aiſtulfus* ex hac vita ſublatus eſt: *In ipſis quippe diebus, quibus ad hanc Romanam Urbem devaſtandam profectus eſt, poſt annui ſpatii circulum ita divino mucrone percuſſus eſt, ut profecto in eo tempore, quo fidem ſuam tentans diverſa piaculi ſcelera perpetratus eſt, in eo & ſuam impiam finiret vitam.* Quare erravit Erkempertus in ſua Hiſtoria, ubi ſcribit: *Aiſtulfus regnavit annis ſeptem, menſibus quinque.* Cum enim anno DCCXLIX. poſt Kal. Martias regnare cœperit, ut ſuo loco vidimus, & perierit ipſis diebus, quibus *ad Romanam Urbem devaſtandam* pro-

Digitized by Google

Stephani Pap. ep. ad Pipinum Regem.

Explere lingua, excellentiſſime fili, non valemus, quantum tuo opera, tua vita delectamur: facta quippe diebus noſtris virtute divina miracula vidimus. Quod per excellentiam tuam ſancta omnium Eccleſiarum Dei Mater, & caput, fundamentum fidei Chriſtianæ Romana Eccleſia, quæ valde ab hoſtium impugnatione lamentabatur, magna nunc gaudii ſoliditate nimirum eſt tranſlata, atque confirmata, & mærentes Chriſtianorum animæ tuo fortiſſimo præſidio maxime ſunt relevatæ lætitia.*

Ingens Pipini gloria ex liberata Eccleſia comparata.

Pro quo veſtro opere, & exultatione noſtra libet cum Angelis exclamare: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et quia elapſo anno, iſta in tempore valde ab hoſtium de populoſa impugnatione ſauciati, & ultra citraque circumdati affligebamur: nunc autem tuo potentiſſimo auxilio erepti ab imminentibus periculis, immenſo exulta-

PAGIUS profectus eſt, ut inquit Stephanus Papa, via ſeptimum annum abſolvere potuit. Sigonius quidem lib. 3. de Regno Italiæ, & Angelus de Nuce in editione Chronici Leonis Oſtienſis laudant aliqua Diplomata Deſiderii, ex quorum ſubſcriptione ſequitur, *Deſiderium* ſub hujus anni finem Regem Langobardorum renunciatum eſſe; ſed ex his Stephani Papæ literis liquet errorem in numeros, annos Regni Deſiderii, vel dies quibus data ſunt, exprimentes irrepſiſſe. [r]

III. Quarto, *Stephanus* Pippinum precatur, ut cum

NOTÆ [a] A Iſtulphum quidem hoc anno interiiſſe admitti facile poſſet, ſed in anni hujus exitu potius quam in exordio, ut perſpicue demonſtrat diploma quod ex autographo producit Cl. Saxius in notis ad regnum Italiæ Sigonii novæ editionis tom. 2. col. 206. Inſcriptum eſt illud anno *octavo regni Aiſtulphi VIII. Kalendas Novembris, indictione X.* quæ a ſeptembri hujus anni cœpit. Vivebat igitur adhuc die 25. Octobris hujus anni. Neque obſtant verba Stephani ſcribentis, *poſt annui ſpatii circulum* (ab obſidione ſcilicet Urbis facta in exordio anni 755.) *Aiſtulphum obiiſſe*. Non enim ait pontifex poſt unius vel duplicis, ſed tantum poſt anni circulum cœptum ab eo tempore quo Aiſtulphus arma in urbem movit, regem illum obiiſſe. Igitur cum Roma Kal. januarii 755. obſideretur, probabile eſt illum arma moviſſe poſtremis anni 754. menſibus ac labente anno 756. nempe evoluto anni duplicis circulo deceſſiſſe.

Poſt hæc ſcripta incidi in aliam perſimilem chartam vulgatam a Cl. Scipione Maffejo Veronæ illuſtratæ tom. I. pag. 46. append. quæ ſic enunciatur. *Regnante Domino noſtro Aiſtulpho anno regni ejus in Dei nomine octavo, die octavo Kal. novembris indict. X.* Ex hoc autem colligimus Deſiderium non quidem anni hujus exordio ſed potius in exitu illius regnum auſpicari potuiſſe. Quin & nonniſi anno ſequenti ſalutatum fuiſſe contendit P. Aſtezatus in peculiari hac de re ſcripta diſſertatione, & Cl. Saxius in notis ad regnum Italiæ Sigonii col. 207. Nec equidem niſi ab hoc anno 757. omnes diplomatum Deſiderii epochæ proficiſcuntur. Dies vero & menſis adhuc incerti ſunt; quamvis conſtat id contigiſſe ſpatio temporis inter januarium & Kalendas martii.

Sed neque his clariſſimorum virorum laboribus ſatis evolutam chronologicam hanc tricam arbitror. Juvabit igitur & mihi manum operi admovere. Mea igitur ſententia Romana Aiſtulphi obſidio uno anno, quam hic a Pagio factum ſit, ſerius conſignaretur, exordiente ſcilicet anno 756. atque ita ſua veritas conſtabit epiſtolæ Stephani aſſerentis regem illum obiiſſe poſt obſidionem Romanam exacto *annui ſpatii circulo*. Profecto ſecundam Pippini expeditionem, qua Romam ab obſidione liberavit, cum anno 756. illigat vetus Chronicon S. Galli, deſinens in annum 814. apud Baluzium Miſcellan. t. 2. pag. 494. Idem pariter inſinuat Anaſtaſius verbis a Pagio ad A. 755. 4. recitatis, aſſerens Pippinum exercitum in Longobardos moviſſe & coegiſſe Aiſtulphum ad confirmandum pactum *quod per elapſam octavam indictionem inter partes provenerat*. Indictio octava fluebat anno 755. uſque ad ſeptembrem; tunc autem, ideſt cœpto jam ſeptembri iniri pactum ſeu pax cum Longobardis potuit, quod dein Aiſtulphus motis in Romanos armis, obſeſſaque Roma abrupit. Sed Pippinus ſuperveniens cum exercitu confirmari coegit *Indictione nona* agente, & quidem poſt menſem januarium quo Roma obſeſſa fuit, ideſt currenti jam anno 756. Expoſitio iſta textus Anaſtaſii pronior eſt, quam quæ a Pagio affertur, qui ſtatuit Pippinum veniſſe in Longobardos & coegiſſe illos ad pacem cum Romanis componendam anno 755. indictione octava nondum elapſa; dein vero cœpta jam nona indictione, ſed nondum anno 755. evoluto, pacis ejuſdem confirmationem procuraſſe. Quorſum iſta pacis confirmatio poſt aliquot menſes, nulla novi belli neceſſitate cogente? Nec aſſertioni huic noſtræ repugnat auctor continuationis ad Fredegarium, qui expeditionem hanc Pippini in annum 755. confert. Namque id generis ſcriptores geſta plurium ſuccedentium annorum ſimul in unum annum colligere, nec novum nec eruditis ignotum eſt.

Hæc olim ſcripſeram cum tandem felici caſu incidi in Chronologum Brixianum a Muratorio vulgatum, quem nos in nota ad A. 744. 6. ſcripſiſſe ſæculo IX. anno ſcilicet 883. animadvertimus, cum in opere illo ſuo ſcribat. *Karolus minor* (nempe Craſſus) *nunc III. agit annum per Indictionem I. anni Domini DCCCLXXXIII. &c.* Ille vero totum hunc nodum hiſtoricum de obitu Aiſtulphi, a Deſiderii exordio ita explicat, ut Chronologorum tricas omnes tollat. Ita enim ille *Aiſtulphus Rex obiit, gubernavitque palatium Ticinenſe Ratchis glorioſus germanus ejus dudum rex: tunc autem Chriſti famulus, a decembrio* (anni 756. quo proinde Aiſtulphus deceſſit) *uſque martium. In menſe martio ſuſcepit regnum vir glorioſiſſimus Deſiderius anno incarnationis Domini DCCLVII. indictione X.* Ex his porro conſtare arbitror quæ vera ſit regni Deſiderii epocha, & qui ſunt certi fines regni Aiſtulphi. Quibus ita ſtabilitis reliqua omnis noſtra chronologia conſiſtit. MANSI

tamus gaudio, & benedicentes nomen Domini cum Pſalmographo conſona dicimus voce (a): Hæc eſt immutatio dexteræ Altiſſimi. Et rurſum (b): Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Cujus enim vel ſaxeum pectus tam benigno opere a tua præclara bonitate peracto, cognitoque non ſtatim in omnipotentis Dei laudibus atque in tua excellentia amorem emolleſcat? Hæc me, fateor, excellentiſſime fili, & ſpiritualis compater, quæ per te mirabiliter facta ſunt, ſæpe convenientibus ex univerſo orbe terrarum nationibus dicere, ſæpe cum eis pariter admirari delectat extenſa voce melliflua excellentiæ tuæ laudes perſolvere indeficienter.

(a) Pſal. 76. (b) Pſal. 29.

IX. Celebrat jure Papa Pipinum laudibus.

Hæc me pleramque etiam in momento horarum excitans indeflexibili oculo, pro immenſa bonitatis tuæ, & univerſæ gentis Francorum ſoſpitate omnipotenti Deo fundere preces. Denique, amantiſſime, & a Deo inſpirate victor felix, & divina prudentia fortiſſime Rex, qualiter beatus Petrus Apoſtolorum Princeps tuæ devotionis affectum, quem pro ejus cauſa decertans adhibuiſti, ſuſcepit, ipſa eventus liquido veſtra victoria teſtatur. Scriptum quippe eſt (c): Vota juſtorum placabilia. Licet quippe omnino excellentiſſime fili, tuæ bonitati magnas gratiarum perſolvere laudes, & nomen Domini pro tam maxima benignitate glorificantes exhilarata voce canere (d): Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit plebem ſuam: & redemptionem facere ſapiens populo ſuo, ſuſcitavit te nobis, Chriſtianiſſime victor Rex, diebus noſtris fortiſſimum liberatorem. Quid enim aliud, quam novum te dixerim Moyſen, & præfulgidum aſſeram David Regem? Quoniam quemadmodum illi ab oppreſſionibus Allophylorum populum Dei liberaverunt: ita tu quoque, benedicte a Deo victor, fortiſſime Rex, tuo certamine Eccleſiam Dei, & ejus afflictum populum, ab hoſtium impugnatione eruere ſtuduiſti.

(c) Prov. 15. (d) Luc. 1.

X. Benedictiones multiplices Pap. erga Pipinum.

Benedictus es, eximie fili, a Deo excelſo, qui fecit cælum & terram. Et benedictus Deus, quo protegente, in manibus tuis hoſtes ſunt. Benedicat tibi Dominus, pulchritudo juſtitiæ, & tuos amantiſſimos natos, meoſque ſpirituales filios, Dominum Carolum, & Carolomannum, a Deo inſtitutos Reges Francorum, & Patricios Romanorum cum Chriſtianiſſima eorum matre excellentiſſima Regina, dulciſſimaque conjuge, fideli Dei ſpirituali noſtra commatre, tueatur, & in omnibus protegat. Dilatet Deus ſemen veſtrum, & benedicat in æternum, atque ſolium Regni fruendum perenniter concedat, & univerſam gentem Francorum ſub veſtra ditione permanentem illæſam cuſtodiat. Vale in Domino Rex benigniſſime, quia per te ſanctæ Dei Eccleſiæ inimici humiliati ſunt, & magna lætitia ipſa Dei Eccleſia eſt relevata, & ejus peculiaris populus jucundatur, & per te benedicitur Deus, pro quo & ejus benedictio ſuper te plenius eſt effuſa: gaudium enim uberrimum in univerſum orbem terrarum intuliſti. Magna ſunt hæc, & omnipotentis Dei laudibus tribuenda. Sed inter hæc miſericordiſſimi Dei noſtri clementiam indeſinenter petimus, ut cæleſtis ſui Regni gaudia vobis tribuat viciſſitudinem.

XI.

*Quapropter cum magna fiducia tamquam præſentialiter coram tuo mellifluo conſiſtens aſpectu, flexis genibus petens pectore, & animo coram Deo vivo deprecor, ut * jubeas firmiter in hoc bono opere, ſicut certe confidimus, uſque in finem permanere pro ſanctæ Dei Eccleſiæ perfecta exultatione, & ejus populi liberatione, & integra ſecuritate: & plenariam juſtitiam eidem Dei Eccleſiæ tribuere digneris, atque optimum, ac velocem finem in cauſa fautoris tui beati Petri adhibere jubeas, ut reliquas civitates, quæ ſub unius domini ditione erant connexæ, atque conſtitutos fines, & territorio in integro matri ſuæ ſpirituali ſanctæ Eccleſiæ reſtituere præcipiatis, ut populus Dei, quem a manibus inimicorum redemiſti, cum magna ſecuritate, & delectatione tuo auxilio adjutus vivere valeat. Quoniam & filius noſter Deo amabilis * Vuolradus, fidelis veſter, omnia conſpiciens, ſatis teſtatus eſt, quod nequaquam iſte populus vivere poſſit extra eorum fines, & territoria atque poſſeſſiones, abſque civitatibus illis quæ ſemper cum eis ſub unius domini ditione erant connexæ. Peto te fili, peto te coram Deo vivo, & fortiter conjuro, ſpiritualis compater, ut in hoc bono opere perfectius maneas, & non hominum blanditiis aut ſuaſionibus, vel promiſſionibus, quod abſit, faveas & in alteram declines partem: ſed magis vere timens Deum, omnia, quæ beato Petro ſub jurejurando promiſiſti, adimplere jubeas, & ſicut cœpiſti, plenariam juſtitiam illi impartire.* Et-

* Iubeat

Agit pro reſtitutione plena aliarum civitatum.

* Fulradus.

PAGIUS — *Varias res ad Eccleſiam pertinentes ſignificat*

cum *Deſiderio* quem *Aiſtulfo* Regi ſucceſſiſſe ſignificat, ubi promiſſa impleverit, amicitiam, fœduſque paciſcatur. Quinto, ut cum Græcis agat de cuſtodienda fide Catholica, quam *Conſtantinus Imp.* impugnat. Sexto, ut exemplar literarum, quas *Silentiario* Conſtantini Legato dederit, ad ſe Romam tranſmittat, quatenus manifeſta fiat omnibus concordia, quæ Sedem Apoſtolicam inter ac Franciam intercedit. Septimo, *Folradum* Abbatem Monaſterii Sancti Dionyſii, qui Roma tunc in Franciam reverſebatur, ob operam naviter adverſus Lango-

XII. De miſerando interitu Aiſtulphi.

*Etenim tyrannus ille ſequax diaboli Aiſtulphus, devorator ſanguinum Chriſtianorum, Eccleſiarum Dei deſtructor, divino ictu percuſſus eſt, & in inferni voraginem demerſus. In iſtis quippe diebus quibus ad hanc Romanam Urbem devaſtandam profectus eſt, poſt anni ſpatii circulum ita divino mucrone percuſſus eſt, ut profecto in eo tempore, quo fidem ſuam tentans, diverſa piaculi ſcelera perpetratas eſt, in eo & ſuam impiam finiret vitam. Nunc autem Dei providentia per manus ſui principis Apoſtolorum beati Petri, ſimul & per tuum fortiſſimum brachium, præcurrente Deo, induſtria amabilis viri * Vvolradi tui fidelis noſtri dilecti filii, ordinatus eſt Rex ſuper gentem Longobardorum Deſiderius, vir mitiſſimus: & in præſentia ipſius Fulradi ſub jurejurando pollicitus eſt reſtituendas beato Petro civitates reliquas Faventiam, Inſubres, & Ferrariam, cum eorum finibus ſimul, & ſaltora, & omnia territoria: necnon & Auſimum, Anconam, & Humanam, civitates cum eorum territoriis: & poſtmodum per Garinodum Ducem, & Grimoaldum nobis reddendam ſpopondit civitatem * Bonam cum finibus ſuis, & in pacis quiete cum eadem Dei Eccleſia, & noſtro populo ſemper manſurum, profeſſus eſt. Atque fidelem erga a Deo protectum Regnum veſtrum eſſe teſtatus eſt: & petiit nos quatenus bonitatem tuam deprecaremur, ut cum eo, & cuncta gente Longobardorum magnam pacis concordiam confirmare jubeas. Nam & Spoletini Ducatus generalitas per manus beati Petri, & tuum fortiſſimum brachium conſtituerunt ſibi Ducem: & tam ipſi Spoletini, quamque etiam Beneventani, omnes ſe commendare per nos a Deo excellentiæ tuæ ſervata cupiunt, & imminent anhelantius, in hoc deprecando bonitatem tuam. Unde petimus te excellentiſſime fili, & ſpiritualis compater, ut ſi prædictus Deſiderius quemadmodum ſpopondit, juſtitiam ſanctæ Dei Eccleſiæ, Reipublicæ Romanorum beato Petro protectori tuo plenius reſtituere, & in pacis quiete cum Eccleſia Dei, & populo noſtro, ſicut in partibus a tua bonitate confirmatis continetur, permanſerit cum univerſa ſua gente: jubeas in id, quod petiit tuas a Deo inſpiratas aures inclinare.*

* Fulradi

* Bononiam

De Rege Longob. creato Deſiderio.

XIII. *Hoc interea anhelamus, ut nimis velociter eidem Deſiderio Regi, obteſtando, admonendo etiam, & præcipiendo dirigere jubeas, ut reliquas civitates, loca, fines, atque territoria, & patrimonia, & ſaltora in integro ſanctæ Dei Eccleſiæ reddere debeat: & tale fundamentum & optimum finem in cauſa ejus imponere jubeas, ut auxiliante Domino, ipſa etiam Dei Eccleſia ſecura maneat uſque in finem ſæculi; ut plenaria juſtitia a Juſto Judice Domino Deo noſtro, & memoriale nomen tibi in ſæcula maneat, vel etiam cunctæ Chriſti protectæ genti veſtræ Francorum. Inſpiratus autem a Deo, nimis feſtinanter cauſam ſanctæ Eccleſiæ perficies.*

*Quia ſunt aliæ canonicæ cauſæ, quas perficere debeamus, pertinentes ad magnam Regni tui laudem, & magnam animæ tuæ, vel cunctæ gentis Francorum immenſam mercedem: & hoc obnixe poſtulamus præcelſam bonitatem tuam, ut inſpiratus a Deo, & ejus Principe Apoſtolorum beato Petro, ita diſponere jubeas de parte Græcorum, ut fides ſancta Catholica, & Apoſtolica per te integra, & inconcuſſa permaneat in æternum; & ſancta Dei Eccleſia ſicut ab aliis, & ab eorum peſtifera malitia liberetur, & ſecura reddatur atque omnia proprietatis ſuæ percipiat: unde pro anima veſtra ſalute indefeſſa luminarium concinnatio Dei Eccleſiis permaneat, & eſuries pauperum, egenorum, vel peregrinorum nihilominus reficeatur, & ad veram ſaturitatem perveniant. Qualiter autem cum Silentiario locuti fueritis, vel quomodo eum tua bonitas abſolverit, una cum exemplari litterarum, quas ei dederitis, nos certiores reddite: ut ſciamus qualiter in communi concordia agamus, ſicut inter nos, & * Vvolradum Deo amabilem conſtitit. Ipſe vero dilectus filius noſter * Vvolradus in omnibus cauſis juxta tuam præceptionem peregit, & maximas gratias illi egimus pro ſuo certamine, qui videlicet ad vos revertens, omnia, qualiter acta ſunt, bonitati veſtræ intimabit.*

Agit pro reſtituendis rebus a Græcia ablatis.

* Folradum

* Fulradus.

Præſentes vero fideliſſimos noſtros, id eſt, Georgium reverendiſſimum, & ſanctiſſimum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum, atque Joannem Regionarium, noſtrumque ſacellarium, petimus, ut hilariori ſuſcipiens vultu, in omnibus acceptari jubeas: & quicquid noſtra vice bonitati tuæ locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris; atque cum effectu cauſæ, & lætabundis nuntiis ad nos remeandos abſolvere jubeas. Nam & hoc obſecramus bonitatem tuam, ut nimis celeriter ad nos XIV.

XIV. Commendat Legatos.

PAGIUS gobardos impenſam apud Pippinum commendat. Octavo, precator, ut *Georgium* Epiſcopum & Joannem Sacellarium, qui Roma cum *Fulrado* Abbate ſimul in Franciam proficiſcuntur, quique ſuas literas deferunt, hilari vultu ſuſcipiat. Denique Pippinum certiorem facit, quod *Optatus* Abbas monaſterii Caſinenſis a ſe repetiit Monachos, qui cum Carolomanno in Franciam profecti erant. Optatus *annos X.* ut Leo Oſtienſis lib. c. cap. teſtatur monaſterium illud rexit, ab anno nempe DCCXLVII. uſque ad inſequentem, ut oſtendit Cointius anno DCCXLIX. num. LX. Ad

commiſerandum abſolvere præcipias reverendiſſimum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum.

Bene precatur Papa Pipino & ſuis. *Omnipotens autem Deus in cunctis actibus, excellentiſſime victor Rex ſeu dexteræ extenſione te protegat: tibique & præſentis vitæ proſpera, & poſt multorum annorum curricula gaudia æterna concedat: ſocietque cum tua dulciſſima conjuge excellentiſſima Regina, ſpirituali noſtra commatre, & veſtris, meiſque dulciſſimis filiis maximo gaudio jucundari, & Regni veſtri gubernaculo, a Deo vobis conceſſo, perfrui, & qui in præſenti vita Regni poteſtatem tenetis, etiam futuro in ſæculo cum Chriſto in æternum regnetis, promerentes illam Dominicam promiſſionem audire: Venite benedicti Patris mei; pro eo quod certamen bonum certaſtis, curſum conſummaſtis, fidem ſervaſtis, ſumite repoſitas vobis coronas, & accipite Regnum vobis ab origine mundi præparatum. Nam & ex hoc, præcelſæ & a Deo protectæ, & cuſtoditæ excellentiæ veſtræ innoteſcimus: quia petiit nobis optatus religioſus Abbas veſtri monaſterii ſancti Benedicti pro monachis ſuis, qui cum tuo germano profecti ſunt, ut eos abſolvere jubeas: ſed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere jubeas. Incolumem excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.* Hactenus Stephani Papæ epiſtola per eoſdem Legatos miſſa. Quæ autem per eos firmata ſint, ſunt nobis inexplorata.

Hoc anno, qui numeratur quartus ☞ abſolutus, & quintus inchoatus ☜ Pipini Regis, ex quo a Zacharia Pontifice XV.

PAGIUS IV. *Synodus Vernenſis.* Ad num. XV. Synodus Vernenſis ad annum ſuperiorem retrahenda. In Præfatione enim ejus legitur: *Datum V. Idus Julii, anno IV. ſupra ſcripti glorioſiſſimi Regis*, deducto ſcilicet a menſe Martio anni DCCLII. Quod ſi Pippinus annos Regni ſui ab anno quo unctus eſt a Stephano Papa dinumeraſſet, ut voluit Baronius, Synodus hæc ad annum ſequentem pertineret. Verum hæc opinio ſupra a nobis confutata. Cointius anno DCCLV. num. CLXXXII dicit, *Veraum* poſitum fuiſſe ad Sequanam in Diœceſi Ebroicenſi, ſed *Verno* Oppidum quidem erat ad Sequanam, at *Vernum* erat villa Regis jam inde a Clotario III. ad flumen Iſaram in Bellovacis, ſita media in ſylva ejuſdem nominis, ut Hadrianus Valeſius in Notitia Gall. & Mabillonius lib. 4. de Re Diplom. pag. 335 demonſtrant, . In eaque hanc Synodum habitam fuiſſe oſtendunt. In Codice quo uſus eſt Baronius, deſcripti erant Canones XXVI. ſed in accuratioribus exemplaribus referuntur tantum Canones viginti quinque. Eidem omnes pene Galliarum Epiſcopi adfuere, actumque de reſtauranda diſciplina, ſtatutum, ut Epiſcopi per ſingulas Civitates eſſent, ſeu prohibitum, ne plures Epiſcopatus unus poſſideat, variaque alia ſancita.

V. *Saraceni Theodorum Epiſc. Antiochiæ & Orthodoxos vexant.* Theophanes ad annum Conſtantini Imp. XVI. Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoatum ait: *Hoc anno terræ motus haud levis in Palæſtina & Syria contigit menſis Martii die nono* (idemque ſequenti Chriſti anno.) *Theodorus Antiochiæ Patriarcha in exilium deportatus eſt Arabum invidia, qui ſequentioribus literis ad Imp. Conſtantinum ſcriptis, res Arabum eum manifeſtare criminati ſunt. Quare Patriarchatus terminis exterrem in Provinciam Moabitidem, qua fuit ejus patria, transferendum Salem Arabum Dux edixit. Idem novas Eccleſias nuſpiam inſtaurari, crucem publice videndam non exponi, Chriſtianum cum Arabibus de fidei dogmatibus non diſſerere lata lege ſanxit.*

VI. *Bellum civile inter Saracenos Hiſpaniæ.* Joſepho Saracenorum Hiſpanienſium Præfecturam adminiſtrante, cum multi in eum inſurgerent, *Abderramen* Muaviæ Caliphæ filius qui ex Oriente in Africam fugerat dum parentes ejus neci tradebantur, cernens Hiſpaniam Saracenicam adverſus Joſephum Præfectum valde commotam, *Bederem* libertum ſuum clanculum miſit, qui præcipuorum Muſulmanorum voluntates exploraret, ut Joſephum Præfectum e medio tollere poſſet, qui inter hos tumultus nullam conjurationis ſuſpicionem habens *de bello Chriſtianis inferendo cogitabat*, inquit Ebngoutia Arabs. Interim cum *Abderramen* quamplurimos ſibi favere accepiſſet, in Hiſpaniam ciſfretavit menſe circiter Septembri ſuperioris Chriſti anni, ut inſinuat Anonymus Andaluſianus, idque eo tempore, quo Joſephus Cæſarauguſtæ Cives, ut ſibi *Hameirem* rebellium Ducem, & ſceleris conſcios traderent, cogebat, quos cum interfeciſſet, multorum in ſe odium concitavit. Eodem tempore, ſed ante *Hameiria* interitum Joſephus ingentes copias *Pampilonem* miſit quæ Regionem devaſtarent; quod Oppidum, inquit laudatus Anonymus, ſeſe in libertatem aſſeruerat, cum Chriſtiani Gallæciæ Muſulmannos expulerant. Verum exercitus ille a Pampilonenſibus fuſus fugatuſque, ejus Dux Solimanus appellatus in ipſa pugna occiſus & qui incolumes evaſere, Cæſarauguſtam aufugerunt. Præerat hoc tempore Navarræ *Garcia Ariſta*, cujus filius *Eneco Garſeanis* vocatus poſt triennium, patre demortuo, Regium titulum ſumſit, ut infra videbimus; interimque ex hac Anonymi Andaluſiani narratione intelligimus, erraſſe Viros eruditiſſimos qui Navarræ Regni initium in ſæculum nonum diſtulere; cum hoc ipſo tempore *Pampilo* Saracenorum jugum jam excuſſiſſet. Hæc anno præcedenti geſta.

Currenti vero qui *Abderraminis* partes ſequebantur, poſtquam *Joſephum* publice dignitate depoſuiſſent, eum Regem in Provincia Andaluſiæ acclamarunt. Ineunte vere utraque pars exercitum eduxit, ſed menſe Maio actum de pace, parumque abfuit, quin *Abderraminis* fautores ad propoſitas ſibi conditiones deſcenderint. Verum die Veneris, quo Muſulmanni ſolemnitatem Minoris Bairami, quæ hoc anno in diem viceſimum primum menſis noſtri Maii incidit, celebrabant, omnis ſpes pacis evanuit, prælioque inito *Abderramen* ex eo victor diſceſſit, & *Joſephus* Toletum profectus eſt, eoque poſt triennium occiſo, *Abderramen* pacificam Regni poſſeſſionem iniit. Quæ pluribus laudatus Anonymus refert; ſummatim vero Rodericus in Hiſt. Arabum cap. 18. Hoc tamen anno *Abderramen* regnare cœpit, ut etiam Elmacinus lib. 2. cap. 3. recte obſervavit, qui cum eum *Muaviam* appellet, apparet binominem fuiſſe. Is ſe tantum *Amiram* appellavit, quod no- VII. *Abderramen ſe primus Rex Saracenorum Hiſpaniæ.*

ſice Rex conſtitutus eſt, ab eodem Rege Synodus celebrata eſt in palatio, Vernis, dicto, in qua habentur ſanciti canones viginti ſex, qui ad diſciplinam, & jura Eccleſiaſtica reſtituenda pertinent. Inter alia vero illud monuit pius Rex, ne quid exigeretur a peregrinis, qui religionis cauſa viſiſerent loca ſancta.

Quod ad res pertinet Orientales, *hoc anno decimo ſexto Imperii Conſtantini* (inquit Theophanes) *terræmotus haud modicus factus eſt in Palæſtina, & Syria ſeptimo Idus Martii: & exul factus eſt Theodorus Antiochenus Patriarcha, invidia Arabum, quod dicerent crebro Imperatori Conſtantino cauſas eorum per litteras indicare. Miſit hunc ipſe Princeps Halem nomine in Moabitidem regionem patriam ſuam, prohibens, ne Eccleſias ædificaret, ac cruces erigeret, vel Evangelium prædicaret.* Hæc ex Theophane. — *Theodorus Epiſc. Antiochenus exulat.*

XVI. Porro plures Chriſtianorum ſub eodem Sat-

PAGIUS

nomen omnibus Proregibus commune. Falluntur enim tam Elmacinus, quam Rodericus [illegible], quando aiunt, Caliphæ nomen Abderramini attributum; Anonymus quippe Andaluſianos teſtatur, tam eum, quam ejus hoc & ſequenti ſæculo Succeſſores *Amera* titulo contentos fuiſſe, quod ex infra dicendis magis innoteſcet. Neque *Caliphæ* titulus ante ſæculum decimum ab Ameris Hiſpaniæ aſſumtus, ut anno CMXIII. quo hæc innovatio facta, oſtendemus.

VIII. *Vichterpus primus Epiſcopus Ratiſponenſis moritur.* Vichterpus ſeu Victerbus quem ex Poeta incerto in verſibus *de Ordine Comprovincialium Pontificum*, qui Metropoli Salisburgenſi ſubduntur, primum Epiſcopum Ratiſponenſem fuiſſe oſtendi, hoc anno ſupremum diem obiit, ut his verbis legitur in veteri Additamento ad Annales Maſciacenſes ab anno DCCXXVI. ad currentem perductos, & a Labbeo Tom. II. Biblioth. pag. 733. publicatos: *Anno DCCLVI. anno V. regnante Pippino Rege, obiit Vuicterbus Epiſcopus & Abba Sancti Martini. Fuit autem Bougarius genere Heilolwingus: ſenex & plusquam octogenarius, usque ad id tempus ſedebat propria manu ſcribens libros.* Quare, quod hactenus ignoratum fuerat, *Sanctus Garibaldus*, quem Sanctus Bonifacius Epiſcopum Ratiſponenſem ordinavit, Vichterpi Coadjutor fuit, ut ex his verbis colligitur, eique ſupervixit. Cointius hoc anno num. XXXVI. & ſeq. poſt cujus mortem laudati Verſus lucem viderunt, exiſtimavit, *Vichterpum* in laudato Additamento memoratum, Abbatem fuiſſe Sancti Martini apud Turonas, & Epiſcopum tantum Regionarium; qua in ſententia alii Viri doctiſſimi etiam fuere. Broſchius vero Tom. I. de Epiſc. German. ac Bucelinus part. I. German. Sacræ Sanctum Vichterbum ſive Wicterpum inter Auguſtanos Epiſcopos collocant. Verum nunc nobis locus Epiſcopatus ejus innoteſcit, liquetque Abbatiam S. Martini, quam rexit, extra Ratiſponam, aut ſaltem extra Germaniam quærendam non eſſe. Eam veroſimile eſt temporis progreſſu cum Monaſterio Sancti Emmerammi unitam; in eo enim Monaſterio Sanctus Præſul ultimos vitæ ſuæ annos tranſegit, ut ſtatim videbimus. *Agilolfingorum* vero familia e qua originem duxit, Bagoariæ dominabatur; cum in legibus Bajuvariorum a Dagoberto Primo Francorum Rege editis tit. 2. cap. 20. legatur: *Dux qui præeſt in populo, ille ſemper de genere Agilolfingorum fuit, & debet eſſe; quia ſic Reges Anteceſſores noſtri conceſſerunt eis.*

IX. *Vichterbus hactenus penitus incognitus.* Aventinus lib. 3. Annal. Bojorum pag. 262. loquens de celebri Eccleſia Sancti Emmerami, in qua viſuntur Mauſolæa Principum Bojoariæ, Victerbi meminit, aitque: *Servatur ibi libellus, in quo Epiſcopus hortatur amicum ad pietatem: adeo vetuſtis literarum notis ſcriptus eſt in membrana, ut mihi de integro in literarium ſiſtriinum redeundum, & elementorum figura condiſcenda fuerint.* „*Ad umbilicum hæc verba ſcripta ſunt:* Scripſi ego ipſe Vichterbus, quamquam peccator, Epiſcopus jam ſenex, puto nonagenarius, aut ſupra, dolentibus membris & caliginantibus oculis hoc non quaſi potens, ſed pro ſtudio charitatis, quam circa te habeo, quia volebam, dum ſæculi dignitatem Regis, vitam æternam numquam perdis. Pax tibi, & vita a Domino augeatur, Amen, & fiat, fiat. Tertio anno regnante Pippino filio Caroli, Rege Francorum, in menſe Junio, in diebus decem ſcripſi hunc libellum, hoc eſt anno DCCLIIII. a Nativitate Chriſti, ſeptima Indictione. *Hunc ego Vichterbum in Carminibus quæ ſub Ludovico Pio Auguſto filio Caroli, de Epiſcopis Bojoaria ſcripta extant in eo Monaſterio, Pontificem Reginoburgenſem fuiſſe reperio: cui a D. Bonifacio & Utilone Bojorum Regulo ſuffectus ſit Grovaldus.* Ita Aventinus; ſed loco, *anno DCCLIIII.* legendum, *anno DCCLIV.* quo Indictio VII. menſe Junio currebat, & exiſtimandum numerum L. temporis progreſſu detritum ab Aventino legi non potuiſſe.

X. *Totius Bajoariæ Epiſcopus fuit.* Carmina illa ab Aventino memorata ſummo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ bono publicavit Mabillonius, qui tamen animum non adverterat ad hunc Aventini locum. Erat itaque Vichterbus Ratiſponenſis Epiſcopus; cum Sanctus Bonifacius, ut anno DCCXXXIX. num. I. vidimus, eam Provinciam in quatuor Parochias ſeu Diœceſes diviſit, totidemque Epiſcopos eiſdem præfecit. Sed cum tunc Garibaldum Ratiſponenſem Epiſcopum renunciarit, hinc vulgo creditus fuit primus ejuſdem Urbis Epiſcopus, licet ante eum *Vichterpus* Ratiſponæ ſederit. Ob eandem rationem Arnolfus Sancti Emmerammi Monachus apud Caniſium Tom. II. in lib. 1. de Miraculis ejuſdem Sancti, de Sancto Bonifacio ſcribit: *Provinciam* (nempe Bajoariam) *in Parochias diviſit, & Epiſcopos in his Canonica ordinatione conſtituit. Inter quos prædictum Gaubaldum Hiatoſpolitanæ* (id eſt Ratiſponenſi) *Sedi præfecit.* Paulo quidem antea dixerat Arnolfus de eodem Garibaldo, quem Gaubaldum appellat; *ante quem non ſolum hæc eadem, de quo nunc mihi eſt ſermo, ſed cetera in Bajoaria abſque certis Epiſcopis erant Eccleſiæ;* ſed in eo fallitur; quod mirum videri non debet, cum in Epiſtola ad Proviſorem Sancti Emmerammi ibidem relata teſtetur, ſe eam ſcribere *Chunrado imperante, & nihilominus Henrico filio ejus regnante*, ideoque vixerit trecentis circiter annis poſt *Garibaldum* ad Epiſcopatum Ratiſponenſem evectum, & facile labi potuerit. Conradus enim Salicus anno MXXVIII. Henricum filium Germaniæ Regem dixit. Porro ex laudatis Vichterpi verbis conſtat *Pippinum* anno DCCLII. ante menſem

Digitized by Google

Martyres ſub Hali Principe Sarracenorum. Sarracenorum Principe Hali coronatos fuiſſe martyrio, certum eſt. Eſt enim in Menologio Baſilii, die prima Octobris, mentio monachorum, qui ab eodem cauſa fidei trucidati, adepti ſunt coronam martyrii. Hæc enim de his ibi leguntur: *Sanctus Michael cum ſexaginta ſex monachis, qui prope Sebaſtopolim monaſticam vitam ſectabantur, a Principe Sarracenorum Hali nomine tentus, cum ab eo cogerentur negare Chriſtum; omnes illi ſanctiſſimi Patres id facere penitus negaverunt, & adverſantes reſponderunt: Non timemus tormenta, neque veſtram faciemus voluntatem, cum ſitis Chriſti Crucis inimici, ſed veſtram conculcamus impietatem, virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti confirmati. Cumque illi necem illis inferre parati eſſent: Michael Abbas omnes conſtanter agere adhortatus, ſingulis capite truncatis, ipſe noviſſime gladio percuſſus, una cum illis martyrii coronam promeruit.* Hæc ibi.

An-

PAGIUS ſem Junium Francorum Regem renunciatum fuiſſe. Denique ſi geſta Sancti Vichterpi Epiſcopi Auguſtani, cum quo *Vichterpus* noſter a pleriſque Scriptoribus confuſus, denſis tenebris obvoluta ſint (ut apparet ex iis, quæ de eo Henſchenius ad diem XVIII. menſis Aprilis, quo Auguſtæ colitur, in medium affert) quæ pertinent ad *Vichterpum* Ratiſponenſem Epiſcopum, qui integro poſt illum ſæculo e vivis exceſſit, non minus hactenus obſcura; cum in omnium Ratiſponenſium Epiſcoporum Catalogis prætermiſſus fuerit, & quilibet de ejus Epiſcopatu ac Monaſterio in quo ultimos vitæ ſuæ annos tranſegit, uti de rebus ab aſpectus judicio remotis ſententiam tulerit.

XI. *Feſtum S. Bonifacii in Anglia præcipitur.* *Cuthbertus* Doroveruenſis Antiſtes Sancti Bonifacii morte intellecta, Epiſcoporum & Abbatum Synodum collegit, & communi ſuffragio ſtatuit, quintam Junii qua die Martyrii corona donatus eſt, ſolemniter in ejus Sociorumque memoriam ab omnibus Anglo-Saxonibus celebrandum eſſe. Recitat Cuthberti Epiſtolam Alfordus hoc anno, quo Spelmannus Synodum illam collocat, ex Codice Bonifaciano num. LXX. Data eſt ea non tantum a *Cuthberto*, ſed & a Presbyteris & Abbatibus in Concilio congregatis ad *Lullum* Archiepiſcopum Moguntinum, ejuſque Epiſcopos ac Sacerdotes. *Cuthbertus* de laboribus & virtutibus S. Bonifacii pluribus diſſerit. Recitat etiam ibidem Alfordus aliam Epiſtolam a *Cyneardo* Ventanæ Civitatis Epiſcopo, alteramque a *Milredo* Wigornienſi Epiſcopo, qui Bonifacium viventem unice coluerat, ad eundem Lullum datas, quæ habentur inter Bonifacianas num. LXXIV. & LXXVIII. Uterque Præſul Bonifacii laudes pleno ore congerit. Certe ad Germaniæ converſionem non ſolum Willibrordus, Suibertus, & Bonifacius, labores ſuos contulerunt, ſed etiam plures alii Angli pietate & fidei fervore illuſtres; indeque mirum non eſt, ſi Bonifacii mortis nuncium toti inſulæ triſtiſſimum acciderit, & anniverſarius Martyrii ejus dies tam cito ſolemnis in Anglia fuerit.

XII. *Ethelbaldus Merciorum Rex occiditur.* Continuator Epitomes Bedæ hoc anno ſcribit: *Edilbaldus Rex Merciorum a ſuis tutoribus nocte, morte fraudulenta, miſerabiliter peremptus occubuit;* quæ verba Baronius an. DCCXLVII. num. XX. recitat perperamque eum tunc mortuum tradit. Eam enim cædem hoc anno patratam tradunt etiam Hovedenus, Annaliſta Mailroſenſis, & Malmesburienſis lib. 1. Reg. cap. 4. his verbis indicat: *Ethelbaldus alta pace, ut multo tempore, ideſt, quadraginta annis, rerum perfruitus, noviſſime a ſubjectis occiſus, fortune rotam volvit.* Beornredus Regnum poſt eum iniit, ex quo mox ejectus eſt, quod indigniſſimus corona eſſet. In ejus locum *Offa* ſubſtitutus, qui diu & varia fortuna regnavit, ut tradunt Hiſtorici Anglici.

Google

JESU CHRISTI ANNUS 757.	PAULI PAP. ANNUS 1.	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS 17.

I. Stephani Papæ obitus. ANnus Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus ſeptimus adeſt, Indictione decima conſignatus in Faſtis, quo Stephanus Papa poſt immenſos labores pro Romana Eccleſia honeſte perfunctos, ex hac vita migravit ſexto Kalendas Maii, cum ſediſſet annos quinque, & dies vigintiocto, ut Anaſtaſius habet, qui poſt alia annis ſingulis ſuperius enarrata, hæc de eodem habet: *Curſum conſummans, & omnem utilitatem perficiens, Dei vocatione vitam finiens, ad æternam migravit requiem. Qui fecit ordinationem unam per menſem Martii, creavit presbyteros duos, diaconos duos, Epiſcopos per diverſa loca numero viginti. Sepultus in baſilica beati Petri Apoſtolorum principis, ſexta Kalend. Maii, Indictione decima: & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies triginta duobus.* Hæc Anaſtaſius. Ex cujus ſententia dicere opus eſt, Paulum fuiſſe creatum ſucceſſorem Pontificem die xxviii. menſis Maii. Porro idem Anaſtaſius Pauli vitam a primordio ejus ætatis ita recenſet:

II. Paulus Papa creatus. *Paulus natione Romanus ex patre Conſtantino genitus, ab ineunte ætate in Lateranenſi Patriarchio cum proprio ſeniore germano Stephano prædeceſſore ejus Pontifice pro eruditione Eccleſiaſtica diſciplinæ traditus eſt temporibus domni Gregorii ſecundi junioris Pontificis, poſtmodum a domno Zacharia beatiſſimo Papa in diaconii ordine pariter cum antefato ſuo germano conſecratus eſt.* Hæc uſque ad diaconatus promotionem: quomodo autem in Romanæ Eccleſiæ Pontificatum aſſumptus ſit, ita pergit dicere:

Cum idem ejus germanus, & anteceſſor Stephanus Pontifex ad extremum pertingeret vitæ: illico & populus hujus Romanæ Urbis diviſus eſt, & alii Theophylactum Archidiaconum tenentes, in ejus domo congregati reſidebant: alii vero eidem beatiſſimo concordabant Paulo diacono, plurima pars Judicum, & populi cum eo tenentes, quam cum prædicto Theophylacto Archidiacono. Ipſe autem ſanctiſſimus vir, vivente Stephano, nequaquam a Lateranenſi Patriarchio receſſit, ſed cum cæteris fidelibus ſuo ægrotanti germano, & prædeceſſori Pontifici perſeveranter famulabatur. Dum vero de hac vita prædictus ejus germanus prædeceſſor Pontifex migraſſet, eoque cum in-

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hiſpan. DCCXCV. Anno Hegiræ CXL. Inchoato die 24. Maii fer. 4. A.C. 757.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6250.

☉ 10. B. ☽ 17. P. 10. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 757.

PAULI PAPÆ. I.

CONSTANTINI COPRONYMI 38. & 17.

LEONIS IV. 7.

1. *Moritur Stephanus II. Papa.* ANum. I. ad V. *Stephanus II.* hoc anno mortuus, *ſepultus eſt*, inquit Anaſtaſius, *in Baſilica B. Petri Apoſtolorum Principis, ſexta Kalendas Maii, Indictione X.* Quare cum ordinatus fuerit die viceſima ſexta menſis Martii anni DCCLII. ſederitque *annos quinque & dies viginti novem*, ut habent duo exemplaria Freheriana, tres Catalogi noſtri, aliique a Scheleſtratio in Antiquitate Eccleſiæ publicati, non vero dies XXVIII. ut legitur in Anaſtaſio vulgato, mortuus eſt die viceſima quarta menſis Aprilis, dieque XXVI. ejuſdem menſis, ſeu VI. Kalend. Maii ſepulturæ mandatus, non vero V. Kalend. Maii, ut legitur in MS. Cæſareo mox citando. Cumque Sedes vacaverit dies XXXV. uti in Anaſtaſio Colbertino num. 427. & in variis Catalogis notatur, vel menſem unum, dies V. ut habet vetuſtiſſimus Codex Biblioth. Cæſareæ, ad Ludovici Pii tempora pertinens, ſicut nos docet Lambecius Tom. II. ejuſdem Biblioth. pag. 927. & ſeq. in editione Anaſtaſii perperam legitur, Sedem vacaſſe dies XXXII. & *Paulus* ejus frater conſecratus eſt Pontifex Romanus die viceſima nona menſis Maii in quam Dominica cadebat, non vero die XXVIII. uti exiſtimavit Baronius, qui diei Dominicæ rationem non habebat, vel die XXII. ejuſdem menſis Maii, ut arbitratus eſt Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, qui ad diem quidem Dominicam reſpexit, ſed contra Anaſtaſii teſtimonium, Stephani II. mortem die XVI. menſis Aprilis collocavit, & exequias ejus uſque ad diem XXVI. ejuſdem menſis perperam diſtulit. [1]

Cum ante Stephani II. mortem *Immo a Pippino Rege Romam miſſus fuiſſet*, *Paulus*, qui tum Diaconus erat, Immonem Romæ detinere ſtatuit, donec ipſe Pontifex Romanus ordinaretur, ut ipſemet Paulus in Codice Carolino Epiſtola XIII. ad Pippinum Regem ſcripta II. *Paulus Papa ſcribit Pippino Regi ſe ſedus cum eo initurum ſervaturum.*

NOTÆ [1] SI vetuſtus codex Anaſtaſii per hos annos deſcriptus in Bibliotheca metropolytana Lucenſi, ſervatus, de quo nos in nota ad A. 731. 2. conſulatur, Pauli Pontificis conſecratio iſto quidem anno, ſed die XV. Maii, quæ tunc incidit in dominicam peracta eſt. Si enim cum Pagio ſtatuerimus Stephanum die XXIV. vel XXIII. Aprilis deceſſiſſe, ac dein ſucceſſiſſe interpontificium dierum XXII. ita enim ſtatuitur in eodem Codice, ad diem illam maii facile pertingemus. MANSI

ingenti honore in baſilica ſancti Petri ſepulto: continuo eadem populi congregatio, quæ cum ſæpe fato beatiſſimo Paulo tunc diacono tenebat, quoniam validior, & fortior erat, eum in Pontificatus culmen elegerunt. Poſt hæc hi, qui cum, præfato Archidiacono congregati erant diſperſi ſunt. Et ita Deo annuente, idem ſanctiſſimus vir in Apoſtolicam beati Petri Sedem conſecratus Pontifex eſt. Hæc de electione. De moribus autem iſta ſubdit:

III. Egregii mores Pauli Papæ. *Erat mitis, & multum miſericors, nulli umquam malum pro malo reddens: & ſi pro madieu quemquam per iniquos ſatellites tribulatum audiebat: tamen pietate motus, conſolationis illi referebat miſericordiam. Hic (ut multi teſtati ſunt) nocte per ſemetipſum cellas pauperum infirmorum projacentium, qui nequaquam ex ſuis valebant exurgere lectulis, acemon & aliorum inopum cum ſuis familiaribus nactis circuibat ſilentio, ampliſſima illis miniſtrans alimenta, aliique ſubſidii ferens opem. Sed & carceres, atque alia clauſtra per eadem noctium ſecreta viſitabat. Et ſi quas inveniebat retruſas, a mortis eruens periculo, liberos ire relaxabat. Sed & plures, qui debitis obligati, atque afflicti a ſuis fœneratoribus opprimebantur, reddita illis ipſo debito, a jugo redimebat ſervitii, viduis, & pupillis, & omnibus egentibus opem ferens.* Hæc Anaſtaſius de ejus vitæ inſtituto cum Pontifex eſſet, nimirum agens quod erat, patrem atque paſtorem, non quæ ſua ſunt quærens, ſed quæ aliorum.

Ubi autem creatus eſt Pontifex Paulus, ad Pipinum Francorum Regem litteras dedit, quibus obitum Stephani fratris, & ſuam ordinationem exponit; indicatque ſe in amicitia ab eodem Stephano inita cum Francis perſeveraturum, petens ab eo, ut idem præſtaret. Hæ fuerunt primæ litteræ ab ipſo Paulo ad Pipinum datæ, primoque loco in codice poſitæ, aliæque plures in indice datæ ſequuntur: de quibus ſingulis dicendum inferius: magna enim ſollicitudine res, ad Romanam Eccleſiam pertinentes, ut ſalvæ ipſi eſſent ab invaſione Longobardorum, curavit.

Cæterum iſta peragens ſanctiſſimus Papa Paulus, majori ſtudio ea, quæ erant Fidei Orthodoxæ, & ad univerſalem Eccleſiam ſpectare ſciebat, adminiſtrabat, enixius laborans, ſi poſſet impium Conſtantinum ad pietatem revocare, ut quam læſerat Eccleſiaſticam in ſacrarum ima- IV. Paulus Papa fruſtra agit de converſione Conſtantini.

PAGIUS pta ſignificat, additque: *quoniam nos pro certo agnoſcas, Excellentiſſime & a Deo protecte noſter poſt Deum auxiliator & defenſor Rex, quod firmi & robuſti uſque ad animam, & ſanguinis noſtri effuſionem, in ea fide & dilectione, & caritatis concordia, atque pacis fœdere, quæ præfatus beatiſſimæ memoriæ Dominus & germanus meus Sanctiſſimus Pontifex vobiſcum confirmavit, permanentes, & cum noſtro populo permanebimus uſque in finem.* Scripſit præterea Paulus Pontifex Epiſtolam ad omnes Francos, quæ in Codice Carolino legitur num. XXII. in qua & gratiarum actiones uberrime continentur, Ut omnibus Francia eas literas ſcriberet, impulſus videtur litteris, per quas *Pippinus* Senatum ac populum Romanum cohortatus eſt, ut fidem erga Romanam Eccleſiam, & eundem Pontificem religioſiſſime cuſtodirent. Extat ad illas Pippini literas reſponſio Pauli Papæ in Codice Carolino num. XXXVI.

III. *Deſiderius Rex Langobard. Dictionem Pontificiam infeſtat.* Porro *Deſiderius* Langobardorum Rex, priuſquam Romam anno currenti veniret, multa nefarie peregit, igne ferroque vaſtavit Provinciam *Pentapoleos* cum Ducatibus Spoletano & Beneventano; *Albinum* Ducem Spoletanum, nonnulloſque Proceres, qui ſe Beato Petro, Pippinoque Regi ſummiſerant, graviſſimis vulneribus excepit, atque in vincula detruſit. Quis vero Dux Beneventanus fugit in *Otarantinam* Civitatem (vulgo Otrante), nec induci potuit allis artibus, ut ex ipſa ſua Civitate pedem efferret, Beneventanis Ducem præfecit Virum *nomine Argis*, Præterea *Georgium* Conſtantini Legatum, qui prius in Franciam directus fuerat, accerſivit Neapoli, communicatoque conſilio Imperatorem literis ſollicitavit, ut Ravennatibus bellum directo in Italiam exercitu, Otorantinis Sicali Claſſe gereret, ſeque ſubſidiarias copias utroque pro viribus miſſurum ſpopondit, ea tantum lege, ut poſtquam Ravenna & Otorantum in poteſtatem Conſtantini Auguſti veniſſent, ſibi dederentur Dux Beneventanus & Joannes ejus nutritor, qui capto Benevento ſe receperant *Otorantum*. Sciebat ſane hæc non latere Pontificem, nihilominus ad eum Romam venit, rogantique, ut reſtitueret Imolam, Bononiam, Auximum, Anconam, & alias Civitates, quas præſentibus Franciæ Legatis, *Folrado* ſcilicet Abbate & *Rodberto* hoc anno a *Pippino* Rege miſſis, ſe redditurum promiſerat, haud acquievit, ſimulatque reſpondit, ſe pacem ultro amplexurum cum Sede Apoſtolica, modo ſibi remitterentur obſides, quos Pippino Regi tradiderat. Papa periculum ratus in mora *Pippino* ſcripſit ſemel atque iterum, veritusque, ne utræque literæ occidiſſent in manus Langobardorum tertias exaravit, tranſmiſitque per Georgium Epiſcopum & Stephanum Presbyterum, quos in Franciam Legatos deſtinabat, & per *Robertum* Pippini Regis Oratorem, qui res nefarie geſtas a *Deſiderio* teſtis oculatus viderat. Ut autem tutius ad Pippinum deferrentur, has accommodavit ad mentem *Deſiderii* pro reddendis obſidibus, ſed aliud agendum verbo Legatis præcepit, imo contrarias prioribus ſuis literas dedit, quibus auxilium a *Pippino* popoſcit ad repetendas Civitates, quas Rex Langobardorum Apoſtolicæ Sedi nondum reſtituerat, Conſtant hæc ex Epiſtola XV. Codicis Carolini a Paulo Papa *Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum* data.

IV. Pippinus per Wlfardum Abbatem Monaſterii Sancti Martini apud Turonos tranſmiſit ad Paulum Papam, Sabanum, in quo Giſlana ejus filia *ſacratiſſimo lavacro abluta, ſuſcepta eſt, quem*

Digitized by Google

Imaginum deſtructione antiquam traditionem, in integrum reſtitueret. Tentavit id ſæpius, ſed fruſtra, cum perfidus homo in lapidem obduruiſſet. Deſiderantur litteræ, quæ ab ipſo eo argumento ſunt ſcriptæ, tantummodo mentio de eis eſt in epiſtola Hadriani Papæ ad Conſtantinum, & Irenem Auguſtos. Meminit & de his Anaſtaſius iſtis verbis: *Erat Paulus fortiſſimus Orthodoxæ Fidei defenſor, Unde ſæpius ſuos Miſſos cum Apoſtolicis obſecratoriis, atque commonitoriis litteris præfatis Conſtantino, & Leoni Auguſtis direxit pro reſtituendis, confirmandiſque in priſtino venerationis ſtatu ſanctiſſimis imaginibus Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæque ejus Genitricis, atque beatorum Apoſtolorum, omniumque ſanctorum Prophetarum, Martyrum, & Confeſſorum*. Hæc Anaſtaſius,

V. Cæterum Orientalis Eccleſia non ſolum laboravit vexata tyrannide ſcelerati Copronymi, ſed etiam dira perſecutione Sarracenorum. *Hoc namque anno* (inquit Theophanes) *Habdalas Princeps Sarracenorum tributorum rationem Chriſtianis ampliavit, adeo ut omnes monachos, & inclaſos, atque Leonitas, qui Deo placere noſcebantur, ſub tributis redigeret. Signavit autem & Eccleſiarum cemilia, id eſt, pretioſa Eccleſiæ ornamenta, & adduxit Hebræos ad venundandum illa, & emerant illa libere*. Hæc Theophanes hoc anno decimoſeptimo Conſtantini. Ex quibus intelligere poſſis, quam gravis iſta preſſura fuerit, videre expoliari Eccleſias omnibus ornamentis, eademque a Judæis perfidis emi.

Perſecutio a Rege Sarracenorum in Oriente.

VI. Quod ad res Francorum ſpectat, qui defendendo Romanam Eccleſiam a Longobardis Pipinus Rex divinum numen ſibi conciliavit, æque ipſum adjutorem in bellicis rebus ſenſit. Siquidem bellicoſiſſimos Saxones hoc anno compreſſit, atque ſub tributo redegit. Ita Regino, & Sigebertus. Sed & ſequentibus annis eidem jugiter affuit Deus, ut de hoſtibus ſemper victoriam referens, ipſe invictus extiterit, ut inferius ſuis locis dicetur.

Pipinus debellat Saxones.

PAGIUS

Paulus Papa luſtralis pater Giſlanæ Pippini filiæ.

inquit Pontifex in Codice Carolino Epiſt. XXVII. *& cum magna jocunditate & aggregata populi caterva, infra Aram ſacrati corporis auxiliatricis veſtræ Beatæ Petronillæ, quæ pro laude æterna memoria nominis veſtri nunc dedicata dignoſcitur, celebrantes Miſſarum ſolemnia, cum magno gaudio ſuſcepimus, & per allatum eumdem Sabanum, eam tanquam præſentialiter nos ſuſcepiſſe gaudemus*. Significat *ſabanum*, ut videre eſt in Gloſſario Mediæ Latinitatis, pannum ſubtilem, vel ad tergendas manus, vel quo homines utebantur in balneis; quare *Pippinus* ad Pontificem tranſmiſit linteum illud, quod filiæ ſuæ jam baptizatæ tegumentum præbuerat, quod Paulus accepit, ac ſi præſens Regiam puellam e ſancto lavacro ſuſcepiſſet, & exinde *Pippinum* compatrem, *Bertradam* Reginam commatrem, *& Giſlanam* ſpiritalem ſuam filiam dixit, *Giſlam* autem hoc anno in lucem prodiiſſe teſtatur Annaliſta Petavianus. Subdit Paulus: *Sergio vero Archiepiſcopo* (nempe Ravennatenſi) *juxta id, quod Veſtra innotuit Excellentia indeſinenter imminemus, ut ſuæ reſtituatur Eccleſiæ*. Sergius, uti habet Ughellus in Italia Sacra Tom. II. electus Archiepiſcopus Ravennatis *Euphemiam* nobiliſſimam feminam, quam habebat in matrimonio, in clauſtro clauſam Diaconiſſam ordinavit. Tametſi autem ſanctiſſimis moribus eſſet, ab invidis accuſatus eſt, quod uxoratus foret, ideoque Romam conceſſit, ut ſuæ reſtitueretur Eccleſiæ.

V. Paulus PP. Langobardos ad auxilium adverſus Græcos pertrahere tentat.

Vix *Paulus* illas literas ſcripſerat, cum alias ab eodem *Sergio* accepit, quarum exemplar *Pippino* ſtatim direxit, ut eum de rebus, quæ tunc in Italia gerebantur, certiorem faceret. *Conſtantinus* Imp. ut Ravennam totumque Exarchatum ad defectionem ſollicitaret, *Leonem* Miſſum Imperialem cum literis eo direxit. Exemplar illius Epiſtolæ, XXVIII. Codicis Carolini *Sergius* Romano Pontifici deferendum curavit. *Paulus* acceptum tranſmiſit *Pippino* cum literis ipſius Sergii; rogavitque eundem Regem, ut *Deſiderium* Langobardorum Regem hortaretur ad auxilium Ravennæ ex Civitatibus maritimis Exarchatus ferendum, ſi quid adverſus eam Græci molirentur. Quod & ex embolo ipſis literis ſubjecto liquidius patet. *Paulus* Epiſtolas ſuas tempori ſapienter accommodavit; In prioribus, quia Græci tunc quieſcebant, de Langobardorum Rege queſtus eſt, quod nequaquam inclinaretur *juſtitiam Beati Petri reſtituere*; in poſterioribus vero, quia Græci bellum minentur, agit apud Pippinum, ut eundem Langobardorum Regem hortetur auxilium præſtare *tam Ravennæ, quam Pentapoleos maritimis Civitatibus*. Pippinus antea per literas Paulo ſuaſerat, ut pacem cum Deſiderio ſervaret, quod ex reſponſione Pontificis conſtat, in quo ait Pontifex; *convenit inter nos & eumdem Langobardorum Regem, ut pariter nos in Ravennatium Urbe præſentare ſtudeamus ad perficiendas quaſdam utilitates ſpiritalis Matris veſtræ Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, & pertractandum pro Græcorum malitia, qui quotidie imminent in ipſam Ravennam ingredi Civitatem*. Legendæ Epiſtolæ XXX. & XXXIII. Codicis Carolini. Porro colloquium inter Papam & Regem Longobardorum Ravennæ habitum non eſt; *Deſiderius* tamen ſub autumnum Romam venit ad Apoſtolorum limina, promiſitque Romano Pontifici *Imolam* ſe redditurum, modo Pippinus, quos acceperat obſides, redderet, pacemque cum Longobardis confirmaret, ut conſtat ex Epiſtola XXIX. Cod. Carol. recitata a Cointio hoc anno, quo jam laudatas etiam refert.

VI. Conſtantinus Imp. Organum ad Pippinum mittit.

Ad num. VI. Annaliſta Metenſis hoc anno ſcribit: *Conſtantinus Imper. miſit Regi Pippino inter cætera dona Organum, quod antea non viſum fuerat in Francia. Eodem anno Rex Pippinus tenuit Placitum ſuum in Compendio villa publica, in quo etiam Taſſilo Dux Bajoariorum fuit. Quem pro fidei firmitatis cauſa, & ejus homines Majores natu, qui cum eo erant, Domnus Pippinus jurare fidem ſibi fecit ſuper ſacratiſſima corpora Sancti Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii, nec non & Sancti Germani & Sancti*

Digitized by Google

Hoc item anno Alſonſus, ſive Adefonſus Rex Gallæciæ cognomento Catholicus, ubi regnaſſet annos decem & novem, glorioſus Sarracenorum triumphis migravit ad dominum: De quo iſta Tudenſis: *Poſt multa, quæ ſibi feliciter ſucceſſerunt, obiit, & voces in ejus obitu auditæ ſunt in aere laudantium Dominum, & dicentium: Ecce quomodo tollitur juſtus, & nemo conſiderat, ablatus a facie iniquitatis, & erit in pace memoria ejus. Regnavit annis XIX. & ſepultus eſt una cum uxore ſua Hermeneſenda in territorio Comgas in Eccleſia S. Mariæ.* Hæc ipſe.

VII. Porro eodem hoc anno poſt * Adefonſum Catholicum Regem defunctum, ſucceſſit in locum ejus Froilanus (Froilam alii dicunt) ipſius filius Æra ſcilicet ſeptingenteſima nonageſima quinta, ut idem Tudenſis Chronicon habet. Durum dominium Sarracenorum, & juges tumultus bellici plane effecerant, ut vetus, ac nobilis Hiſpaniorum Eccleſia ſoluta diſciplina ſilveſceret, ut dormitantibus, vel potius de correctione deſperantibus qui reſidui erant Epiſcopi, fuerit piis Regibus laborandum, ut canones exules poſtliminio redderentur. Quod & quantum licuit egregie præſtitit Froilanus: de quo idem iſta Tudenſis: *Perquiſivit etiam diligenter ſacros Eccleſiæ Chriſti canones, & prohibuit, ne miniſtri Eccleſiæ carnalia matrimonia ulterius ſortirentur, ſed in ſuis ordinibus abſque feminarum manifeſto conjugio miniſtrarent. Pro qua re (quamquam in quibuſdam aliis auſterus fuit) quia magnum Deo exhibuit famulatum, ei divina virtus de inimicis multoties dedit triumphum.*

* Alfonſum

Froila Rex pietate inſignis.

Siquidem, ut addit, *Maurorum Ducem Gallæciam invadentem, vicit glorioſa victoria, cæſis ex Sarracenis quinquaginta quatuor millibus: qua victoria nulla ſublimior hactenus fuerat de Sarracenis accepta: Cum & Ducem eorum * Amayna, & alios plures capiens, omnes æque neci tradidit. Sed & rebellantem Gallæciæ populum ſuperavit, perdomuitque Navarros itidem rebellantes.* Hæc de ipſo Tudenſis.

* Omar

Porro qui nimiam ejuſdem Regis ſeveritatem in crimen adducunt, objiciunt necem fraternam, quæ haud mediocrem nomini ſuo labis notam inuſſit. Laudi autem Froilæ tribuitur, quod Ovetum civitatem in Aſturibus condidit, in eaque templum duodecim Apoſtolis dedicavit, duodecim pariter altaribus auctum. VIII.

Hujus Regis tempore claruiſſe tradunt in Hiſpania Verum Archiepiſcopum Hiſpalenſem, tum ſcriptis, tum vita inſignem: ſed & celebrem fuiſſe Petrum Præſulem Toletanum, qui de ratione Paſchatis libellum accurate conſcripſit, cum incuria diſciplinæ in calculo diei Paſchatis erratum eſſet.

☛ Quo pariter tempore cum innotuiſſet in Galliis creatio novi Pontificis Pauli, Archiepiſcopus Viennenſis ejus interpellavit auxilium apud Carolum Regem, pro reparatione eccleſiæ Viennenſis, incurſu Sarracenorum vaſtatæ, neque hactenus reſtitutæ, quamvis prædeceſſores Archiepiſcopi (ut vidimus) alios anteceſſores Romanos Pontifices de iiſdem rogaſſent. Quibus acceptis litteris ab Archiepiſcopo Viennenſi, Paulus Papa pro eadem Eccleſia ad Carolum Regem litteras dedit (a):

Domino piiſſimo, & ſereniſſimo, ac triumphatori filio Carolo Regi, Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,

(a) Bibl. Floriac. edit. a Jo. a Boſco Celeſt. par. 2. pag. 45.

Ho-

PAGIUS *Si Martini, ſpondentes ſe fideles eſſe Pippino Regi & filiis ejus omnibus diebus vitæ ſuæ.* Eadem fere habet Annaliſta Bertinianus, qui addit; *eodem anno celebravit Natalem Domini in Corbonaco, & Paſcha, & immutavit ſe numerus annorum Domini in DCCLVIII.* Scripſit autem Anonymus ille Annales ſuos anno DCCCLXXXII. Idem habent de Organo a Conſtantino Imper. in Franciam miſſo Annaliſtæ Nazarianus, Meſciacenſis, Tilianus, Petavianus, & Eginhardus in Annalibus.

VII. Auctor ſecundæ Appendicis ad Continuatorem Fredegarii, narrata Aiſtulfi Regis Langobardorum morte, & inſtitutione Deſiderii in Regem, ſubdit; *Dum hæc agerentur, Rex Pippinus Legationem Conſtantinopolim ad Conſtantinum Imperatorem pro amicitiæ cauſa & ſalute patriæ ſuæ mittens, ſimiliter & Conſtantinus Imp. Legationem præfato Regi cum multis muneribus mittens, & fidem per Legatos eorum viciſſim inter ſe promittunt. Neſcio quo faciente, poſtea amicitia, quam inter ſe mutuo promiſerant, nullatenus ſortita eſt effectum.* Quare inter illa Conſtantini Imp. munera fuere Organa, perperamque Cointius ad. DCCLVIII.

Mutuæ Legationes Conſtantini Imp. & Pippini Regis.

num. XVIII. hæc laudata Anonymi verba refert ad Legationem, quæ habita fuerit anno Chriſti inſequenti.

Bellum Saxonicum hoc anno a Baronio ex Sigeberto & Reginone relatum, anno tantum ſequenti procul dubio geſtum; omnes enim Annaliſtæ illud cum eo anno alligant, & ex iis pleriique aſſerunt, anno ſuperiori ac currenti nullum bellum habitum fuiſſe. His adde Reginonem & Sigebertum per hæc tempora ſæpe in Chronologiam peccare. Eginhardus in Annal. hæc de illo bello anno ſequenti tradit; *Pippinus Rex cum exercitu Saxoniam aggreſſus eſt; & quamvis Saxonibus validiſſime reſiſtentibus, & munitiones ſuas tuentibus, pulſis prælio propugnatoribus, per ipſum, quo patriam defendere conabantur, vallum intravit. Commiſſiſque paſſim præliis, plurimam ex ipſis multitudinem cecidit, coegitque ut promitterent, ſe omnem voluntatem ejus facturos, & ſingulis annis honoris cauſa ad generalem Conventum equos CCC. pro munere daturos. His ita compoſitis & more Saxonico, ut rata eſſe deberent, confirmatis, in Galliam ſe ſe cum exercitu ſuo recepit.* VIII.

Pippinus bellum adverſus Saxones gerit.

Ad num. VII. & ſeq. Hoc vel ſequenti an- IX.

no

Paulus Papa pro Eccleſia Viennenſi ad Carolum Regem ſcribit.

*Humanæ ſubſtantiæ univerſitas hoc viſibili mundo diffuſa, veſtra ſerenitate, cum pollet, tranquillitate clarius rutilat: atque viget eccleſiarum etiam vigor ſanctarum. Quia ea ſemper perficere cupitis, quæ ſalutaris & benefica operationis exiſtunt. Pro quo immenſas indeſinenter omnipotenti Deo referimus grates, qui vos ad augmentum Catholicæ Fidei conſervare dignatur, atque tutamen. Sciat igitur clementia veſtra, Viennenſem Archiepiſcopum de nudatione eccleſiæ ſuæ nobis ſcripta miſiſſe: dicentem, ſe antiqua eccleſia ipſius gloria expoliatum. Et cum fuerit inter claras eccleſias clariſſima, præ cæteris humilior rebus jam invenitur. Conſpiciat ergo ſapientia veſtra, quam alte de privilegiis prædeceſſorum noſtrorum, hæc eadem Eccleſia adornata floruerit: quam ſemper & venerabilem tenuerunt, & de munere Apoſtolico venerabiliter extulerunt. Quæ Apoſtolorum collegam Creſcentem magiſtrum habere meruit, & de integritate Fidei gloriari. Pro qua re, neque dignum eſt, ut aut dignitate * præſtita careat; aut rebus ſuis tenuata dehiſcat. Servetur ergo honor a Patribus magnis eccleſiis conceſſus; utantur privilegiis ſuis diuturnitate roboratis; nec ullo modo ſolvatur, quod per tot curricula annorum manet indiſſolubile. Non tranſgrediuntur normam in limitibus eccleſiarum fixam, quos poſuerunt Patres noſtri. Si honorem Deo dantes hæc paſſi non fueritis, creſcet vobis temporale regnum cum mercede ſempiterna. Dextera divinæ clementiæ ſuo vos ſemper umbraculo protegat, & omnium * cervices veſtris conterat ſub pedibus atque conculcet.* ☞ Hæc Paulus.

* f. priſtina

* inimicorum

PAGIUS

Moritur Alphonſus Rex Hiſpaniæ.

no *Alphonſus Catholicus* hujus nominis primus multis victoriis de Saracenis reportatis e vivis exceſſit, cui *Froila* in Regnum Aſturiarum ſucceſſit. *Froila* a quibuſdam *Fruela* appellatur, cujus victoriam de Navarræis a Baronio memoratam anno ſequenti num. XII. referemus.

JESU CHRISTI ANNUS 758.	PAULI PAP. ANNUS 2.	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS 18.

I. Paulus Papa e dirutis cœmeteriis corpora SS. transfert.

REdemptoris annus ſeptingenteſimus quinquageſimus octavus ſequitur, Indictione undecima, quo Paulus Papa, conceſſa Eccleſiæ pace ad cœmeteria, quæ ſub Aiſtulpho obſeſſa Urbe, maximum detrimentum a Longobardis (ut ipſe ſuis teſtatus litteris inferius recitandis) acceperant, inviſenda intentus, ne rurſum Sanctorum corpora hoſtili manu injuriam aliquando pati poſſent, conſilium iniit, ut quæcumque illic obvia eſſent Sanctorum veneranda corpora, e ſepulcris elevata in Urbem transferret. Erat inter alia vetus cœmeterium, S. Petronillæ dictum, ex quo idem Pontifex ſacrum corpus ejuſdem Sanctæ ſublatum, tranſtulit apud baſilicam Vaticanam (a) hoc anno. (a) Sigib. in Chron. hoc anno.

II. Porro de pio hujuſcemodi Pauli Pontificis ſtudio ita Anaſtaſius Bibliothecarius: *Hic beatiſſimus Pontifex cum omnibus ſpiritualibus ſuis ſtudiis, magnam ſolicitudinis curam erga Sanctorum cœmeteria indeſinenter gerebat. Unde cernens plurima eorumdem Sanctorum cœmeteriorum loca neglecta, ac deſidia, & antiquitate maxima demolita, & alia jam ruinæ proxima: protinus eadem Sancto-*

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXCVI. Anno Hegira CXLI. inchoatu die 13. Maii fer. 1. A. C. 758.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6252.

☉ 21. A. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 758.

PAULI PAPÆ 2.

CONSTANTINI COPRONYMI 39. & 18.

LEONIS IV. 8.

I. *Paulus PP. auxilium petit a Pippino adverſus Græcos.*

ANnum. I. ad IV. Quæ deſunt in Annalibus Eccleſiaſticis hoc anno ſupplebimus ex Codice Carolino cum Cointio, qui num. II. & ſeqq. Epiſtolas Pauli Papæ in eo contentas accurate digeſſit. Sub initium itaque currentis anni Romanus Pontifex *Vulcharium* Epiſcopum & *Felicem* Religioſum, qui Romam anno ſuperiori cum Radberto ſeu Rodberto Viro illuſtri venerant, ut liquet ex Epiſt. XXXIV. Cod. Carol. eoque ad Pippinum reverſo, remanſerant in Civitate Romana; remiſit etiam in Franciam, ac paulo poſt adverſus Græcos auxilium ab eodem Pippino poſtulavit, ut ex eadem Epiſtola apparet. In ea ſignificat *quod nefandiſſimi Græci, inimici Sanctæ Eccleſiæ Dei, & Orthodoxæ fidei expugnatores, Deo ſibi contraria, ſuper nos & Ravennatium partes irruere cupiunt, atque motionem facere.* Quare rogat, ut dirigat *Deſiderio Langobardorum Regi miſſum, ut, ſi neceſſitas fuerit,* inquit, *ſignificatum auxilium nobis pro incurſione eorumdem inimicorum impertire debeat, præcipiens Beneventanis, atque Spoletinis, ſeu Tuſcanis, nobis e vicino conſiſtentibus, ut ipſi noſtro occurrant ſolatio. Deprecantes & bonam a Deo inſtitutam Excellentiam Veſtram, ut ad nos, hoc adveniente Martio menſe, veſtrum dirigere jubeatis Miſſum, qui hic Romæ nobiſcum demorari debeat, & ipſe, ſi neceſſitas exigeret, apud Deſiderium imminere debeat Regem pro eodem nobis tranſmittendo ſolatio, quia, ut pleniſſime ſatisfacta eſt Veſtra Excellentia, non ob aliud ipſi nefandiſſimi nos perſequuntur Græci, niſi propter Sanctam & Orthodoxam fidem, & Venerandorum Patrum piam traditionem, quam cupiunt deſtruere atque conculcare.* Per Epiſtolam XXXVII. Cod. Carol. rurſum Pippinum, ut nuncium Romæ demoraturum mitteret, rogavit.

II. Paulus hoc intendebat potiſſimum, ut contra Græcos Orthodoxam fidem, ſuumque Principatum tueretur; neque ſibi videbatur quicquam acturus magis opportune, quam ſi *Pippinum*, Regem ab Imp. Conſtantino diſſociaret. Ut id aſſequeretur, nihil intentatum reliquit; amorem ſingularem erga *Pippinum*, odium vehemens adverſus *Conſtantinum* ſignificavit; palamque teſtatus eſt in Pippino poſt Deum ſpem omnem ſe ſe collocaſſe, & ſibi ab uno Conſtantino metum ac terrorem incuti. Ne literas quidem ab Alexandrino Patriarcha per Monachum *Acoſmam* accepit, quin earum exemplar Pippino, ut Orthodoxo Regi & Defenſori Catholicæ fidei tranſmitteret. Teſtis Epiſtola XXXV. Cod. Carol. quam eodem pene tempore, quo ſuperiorem ſcripſit, poſtquam Wicharium Epiſcopum & Felicem Religioſum Roma jam dimiſiſſet: *Innoteſcimus,* inquit, *jam abſolutis veſtris Miſſis, conjunxiſſe ad nos navigium a partibus Africæ, in quo quidam Monachus Acoſma ab Alexandrino Patriarcha cum literis directas advenit, quarum inſtar profulgida Excellentiæ Veſtræ miſimus intuendum, ut ea, quæ nobis pro integritate fidei ab Orientalibus Præſulibus & ceteris nationibus diriguntur, agnoſcatis, & lætetur cor veſtrum in ejuſcemodi eorum affecta, quem in mandatis Dei habere videntur, quia dum pia conſiderationis ſtudio mens veſtra evicata exſiſtit, nimirum appide gaudere vos credimus, ſi ea nobis quæ pro integritate fidei pertinent, innoteſcimus.*

Paulus PP. nihil omittit ut Pippinum a Conſtantino Imp. diſſociet.

III. Eodem quoque conſilio Paulus de Marino Presbytero ſuo, quod in Francia degens ibi familiaritatem cum Georgio, qui Conſtantino Imp. erat a Secretis, iniret, conqueſtus eſt, atque inde nefarias molitiones contra Sedem Romam, Regnumque Franciæ ſuſpicatus, *Pippinum*, quatenus Marinum illum in Regno ſuo Epiſcopum per Wicharium vice Apoſtolica ordinari juberet, multis precibus rogavit; ſic enim arbitratus eſt fore, ut reum perpetrati ſceleris pœniteret: *Omnino compertum habet Veſtra Chriſtianiſſima Excellentia, qualiter Marinus Presbyter noſter ibidem ad vos moratur, iniqua operatione contra Sanctam Dei Eccleſiam, fidemque Orthodoxam, Deo ſibi contrario, cum Georgio quodam Imperiali a Secretis, conſilia Sedi noſtræ contraria & veſtra ſimili modo ingerere cupiens. Quod quidem & idem Imperator Veſtra a Deo protecta Excellentia per ſuas innotuit literas. Unde, quia Defenſorem fidei Orthodoxæ atque propugnatorem gregis ſui, vel populi Chriſtiani Liberatorem, Chriſtianiſſimam Bonitatem Veſtram Bea-*

Paulus PP. Marinum a quo proditus fuerat, Epiſcopum in Gallia fieri curat.

by Google

ctorum corpora de ipſis dirutis abſtulit cœmeteriis. Quæ cum hymnis, & canticis ſpiritualibus intra hanc civitatem Romanam introducens, alia eorum per Titulos, atque Diaconias, ſeu monaſteria, & reliquas Eccleſias condecenti ſtuduit recondi cum honore. Hæc Anaſtaſius.

Memoria S. Petronillæ in Vaticano. Petronillæ autem memoriam apud S. Petri baſilicam in Vaticano fuiſſe, idem Anaſtaſius inferius in eodem Paulo, dum agit de Oratorio, illic ab ipſo conſtructo, his verbis meminit: *Intra Eccleſiam beati Petri Apoſtoli foras muros hujus civitatis Romanæ noviter Oraculum*, Oratorium ſcilicet, *in honorem ſanctæ Dei Genitricis conſtruxit, juxta Oratorium S. Leonis Papæ, ſecus ſecus introitus S. Petronillæ, atque beati Andreæ Apoſtoli, muſivis, & diverſis metallis eum adornans: ibi & effigiem ſanctæ Dei Genitricis in ſtatua ex argento deaurato, quæ penſat libras C. conſtruxit. In quo Oraculo, & ſepulturam ſibi conſtruxit.* Hæc Anaſtaſius.

Dum in his eſſet Paulus Papa, Deſiderius quoque Rex Longobardorum, & ipſe bono pacis bene uſus, ad religioſa loca conſtruenda animum addixit. Ædificare enim cœpit monaſterium nomine S. Be- III.

PAGIUS *Beatus Apoſtolus & Princeps Apoſtolorum Petrus eligere & confirmare dignatus eſt; idcirco adoptamus atque deprecamur eximiam Bonitatem Veſtram, optime Rex & ſpiritalis Compater, ut jubeas ſanctiſſimo fratri noſtro Wilchario præcipere, quatenus ipſe eumdem Marinum noſtra vice Epiſcopum conſecrare debeat, & in una Civitatum veſtrarum illis in partibus conſtituta, in qua providerit Veſtra ſapientiſſima Eximietas, eum ordinari diſponite, quatenus perpetrati ſceleris ſui recordans, ſe inique egiſſe pœniteat; ne in eo quod abſit, antiquus humani generis hoſtis mentem illius vagantem inveniens, quaſi in ſublime extollat, ſæviſſimeque quoque modo valeat funditus diſperdere*, inquit Paulus in Epiſt. XXXIX. Cod. Carol.

IV. *Marinus Presbyter in priſtinum honorem reſtituitur.* Frequentes illis temporibus ultro citroque curſitabant Nuncii, cum Pontifici, tum Regi. Paulus, quantum conjicere eſt, literas poſtremo recitatas, in quibus meminit Marini Presbyteri, ſcripſit menſe Januario. Vix autem has emiſerat, cum alias a Pippino accepit poſtolante, ut Titulus Beati Chryſogoni Martyris eidem Marino Presbytero concederetur ſeu redderetur. Extat enim reſponſio in Cod. Carol. Epiſt. XXV. quæ gratiarum actiones & benedictiones uberrimas pro incolumitate Pippini Regis, ac Bertradæ Reginæ, triumque liberorum Caroli, Carolomanni, & Giſelæ, complectitur ſubjectumque habet embolum, in quo Romanus Pontifex, dicit, id ſibi Pippinum petiiſſe: *De quo* (nempe Titulo) *& Præceptum nobis dirigi petiſtis, quod nempe ob veſtram dilectionem, & in eo quo fidelis veſter noſterque idem ſanctiſſimus atque dilectiſſimus Marinus Presbyter exiſtit, præfati Tituli præceptum, cum omnibus locis & poſſeſſionibus ſibi pertinentibus urbanis vel ruſticis, nobis exaratum, atque manu noſtra roboratum, per harum latorem direximus Eximietati Veſtræ deportandum.* Hæ quoque literæ cum ſuo embolo ſcriptæ videntur prædicto menſe Januario, quia Pippinus lectis hiſce literis eidem Papæ poſtea reſcripſit, *quod juxta ejus Præceptum Marinus demum in priſtino eſſet conſtitutus honore*, Pippinoque Regi ſuper eo negotio reſponſum fecit Romanus Pontifex menſe Martio, hyeme nondum tranſacta, ut mox dicturi ſumus.

V. *Cantus Romanus in Galliam ſenſim introducitur.* In prænotato embolo, Papa mentionem quoque fecit quorumdam librorum, quos Pippino Regi loco muneris tranſmiſit: *Direximus etiam Excellentiſſimæ Præcellentiæ Veſtræ & libros, quantos reperire potuimus, idest, Antiphonale, & Reſponſale, inſimul artem Grammaticam* (Ducheſnius in margine *Dialecticam* reponit) *Ariſtotelis, Dionyſii Areopagitæ libros, Geometricam, Orthographiam, Grammaticam, omnes Græco eloquio Scriptores, nec non & horologium nocturnum.* Antiphonale & Reſponſale, libros hujuſcemodi Roma ſæpe tranſmiſerunt in Franciam Romani Pontifices, ex quo Divina Officia Romana cum Romano cantu in Galliam ſunt introducta Stephano II. tum Pontifice ac Pippino Rege, ut obſervat Baronius an. DCCLIV. num. VII. Frequenter e Gallia Romam, viciſſim Roma in Galliam directi ſunt Nuncii, qui libros hujuſmodi aut a Romano Pontifice poſtularent, aut ab eodem Pontifice Regi Francorum tranſmiſſos deferrent. Exiſtimat autem Cointius hoc anno num. VI. ordinem Romanum regnante quidem Pippino ſuſceptum a Gallis, ſed multo citius conſcriptum fuiſſe, ac poſtea interpolatum, ut libris ejuſdem generis ſæpius contigit. Quod ſpectat ad cantum Romanum, ut a Gallis ediſceretur, plurimum adlaborarunt Paulus Pontifex & Remegius Rotomagenſis Archiepiſcopus, & Pippini Regis frater, ut teſtatur Epiſtola XLIII. Cod. Carol. a Paulo ad Pippinum data: *In eis* (ideſt literis) *comperimus exaratum, quod præſenter Deo amabilis Remedii germani veſtri Monachos Simeonis ſcholæ cantorum priori contradere deberemus, ad inſtruendum eos in Pſalmodiæ modulatione, quam ab eo adprehendere tempore, quo illic in veſtris Regionibus extitit, nequiverant. Pro quo valde ipſum veſtrum aſſeritis germanum triſtem effectum in eo, quod non ejus perfecte inſtruxiſſet Monachos, &c. propter quod & præfatos germani veſtri Monachos, ſæpe dicto contradidimus Simeoni, eoſque optime collocantes, ſolerti induſtria eamdem Pſalmodiæ modulationem inſtrui præcepimus, & crebro in eadem donec perfecte eruditi efficiantur, pro ampliſſima Veſtra Excellentia atque nobiliſſimi germani veſtri dilectione, Eccleſiaſtica doctrina cantilena diſpoſuimus efficaci cura permanere.*

Reſponſorias autem Pauli Papæ literas ad Pippinum, poſtquam Marinus Presbyter in priſtino conſtitutus eſt honore, ſeu Titulum S. Chryſogoni Martyris ex Pontificio Præcepto recuperavit, datas menſe Martio ex eo, colligit Cointius num. VI. quod Paulus aſſerat ſe propter hyemis aſperitatem nihil adhuc audiiſſe de ſuis Regiiſque Nunciis, qui Conſtantinopolim ſimul anno ſuperiori profecti ſunt, *Dum profecto*, inquit, *nobis incognitum non eſt, quod pro tam ſæva hujus hyemalis temporis aſperitate nullus de illis partibus adveniens nobis adnunciavit, qualiter circa eos agatur*, ut legitur in Epiſtola XXXII. Cod. Carol. in qua Paulus maximam teſtatur lætitiam, quod eum cum uxore ac liberis ſoſpitem eſſe reſcierit. Secundo, Pippino ſciſcitanti, utrum circa Sanctam VI. *Paulus PP. arcanum ſpem in Pippino Rege ponit.*

Digitized by Google

Deſiderius Rex religioſis operibus intentus. S. Benedicti in agro Brixiano: quod extructum latifundiis locupletavit. Inſuper & monaſterium monialium erexit in Anſilbergæ filiæ virginis gratiam, quæ ibidem vitam monaſticam profeſſa eſt. Quod quidem cum ampliſſimis redditibus auxiſſet, rogavit Paulum ſummum Pontificem, ut Apoſtolico illud privilegio communiret; quod & fecit. Sed hoc factum eſt poſt quinquennium, prima Indictione currente, ut datæ ab eodem Paulo Apoſtolicæ litteræ docent, quæ in eodem monaſterio adhuc integræ aſſervari dicuntur. Ita quidem proſpere feliciterque abſque obice novum Regnum ab Apoſtolica Sede acceptum, novus Rex Deſiderius ſumma tenuit tranquillitate, quod & felicioribus ſucceſſibus eſt propagatum, donec ipſe ſanctis fuit intentus operibus. Ubi vero ſumma ingratitudine in ſanctam Romanam Eccleſiam arma convertit, ceſſere illi omnia infelicia, donec & ipſum Regnum Longobardorum penitus exciſum defecit. Sed de his inferius ſuis locis.

Eo-

PAGIUS ctam Dei Eccleſiam, circa Papam, circa populum Romanum, proſpera eſſent omnia, reſpondet *omnia proſpera circa Sanctam Dei Eccleſiam atque noſtram mediocritatem vel nobis commiſſum populum exiſtunt*, & gratias agit, *ob tantam benignitatem & ſollicitudinem, quam circa Sanctam Dei Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, vel ejus familiarum populum* habet. Tertio, Paulus Pippino ſcribenti, quod per ſuos Nuncios, qui Roma redierant, accepiſſet malevolos in eadem Urbe verſari, qui Romano Pontifici, ſi quid diſcriminis ab hoſtibus experiretur, nullam opem ſe laturum falſo ſpargerent, reſpondit ſe nihil unquam remiſiſſe de fiducia, quam in ejus auxilio collocavit: *Et hoc*, inquit, *in ipſis veſtris relationum apicibus continebatur, per veſtros nobis fuiſſe nunciatum Legatos, quod a quibuſdam malignis & mendacium proferentibus, in iſtis partibus divulgatum eſſet, quia ſi nobis aliqua neceſſitas eveniret, nullum nobis auxilium præbere voluerітis. De quo nefario dicto nequaquam nobis fuit, aut eſt haſitatio, quia, divina fatiente miſericordia, magnam in Vobis, poſt Deum, ſpem & fiduciam habemus.*

VII. Paulus PP. a Pippino Rege petit ut Marinum Presbyterum Romam remittat. Quarto, Paulus per literas rogatus, ut nullam cum eis ſocietatem iniret, qui Pippinum Regem aut oderant aut ſpernebant reſpondet: *Ubi veſtros amicos agnoverimus, tanquam amicos & fideles Sanctæ Dei Eccleſiæ dilectare & amplecti cupimus, & ubi veſtros inimicos invenerimus, veraciter tanquam inimicos Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtros proprios, ita eos reſpuimus atque perſequimur, quia veſtri amici Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri exiſtunt, & qui inimicitias contra vos machinantur, profecto inimici Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri eſſe comprobantur.* Quinto denique Paulus Marini Presbyteri cauſam his verbis exponit: *De Marino presbytero ſcripſit nobis Chriſtianiſſima Excellentia veſtra, quod denuo in priſtino eſſet conſtitutus honore ſecundum qualiter vobis poſtulantes direximus, niſi propter lacrymas & quotidianas lamentationes, quas ejus genitrix effundere non ceſſat, quæ orbata luminis exiſtit & ideo vobis direximus, ut apud vos eum abſolvere debuiſſetis, quia nihil de vobis fuit aut eſt, ſed nec nobis niſi tantummodo de ejus iniqua malitia, quam contra Sanctam Dei Eccleſiam maligna atque perverſa mente audacia agere præſumpſit. Sed de hoc, ſicut, per anteriores noſtras literas Excellentiæ Veſtræ direximus, in veſtro ſit arbitrio vel poteſtate, quid de eodem diſponere volueritis*, &c.

VIII. Paulus non illas tantum literas per Petrum primum Eccleſiæ Defenſorem *Pippino* Regi; ſed alias etiam in Codice Carolino num. XLII. relatas per eumdem Petrum deferendas curavit Carolo & Carolomanno, quos vehementer hortatus eſt, ut in ſuſcipienda Eccleſiæ defenſione parentibus ſuis *Pippino & Bertrada*, proavoque, ſed legendum, avoque, Carolo pares ſe præſtarent. Petrus Romam reverſus prædictorum Caroli & Carolomanni literas obtulit Papæ qui denuo ſuis eos literis in eodem Cod. num. XL. recitatis hortatus eſt, ut in Eccleſia protegenda virtutem Pippini patris æmularentur. Extant etiam ad illos in eadem materia tertiæ Pauli literæ in Cod. Carol. num. XLI. quas *Droctegangus & VVlfardus* Abbates in Franciam attulerunt, poſtquam Romæ innotuit Pippinum iter in Saxoniam ſuſcepiſſe. Tunc Pontifex per eoſdem Abbates literas ad Pippinum direxit, de cujus ſalute plurimum ſollicitus erat; deinde & alias in Cod. Carol. n. XXXVIII. relatas tranſmiſit, poſtquam felicem illius e Saxonia reditum ex relatione peregrinorum reſcivit: *Et dum tanto*, inquit, *evoluto tempore nullam a vobis reſponſionis ſeriem de hujuſmodi re* (de eo nempe quo profectus erat *itinere*) *agnovimus, vehementer noſter attritus eſt animus. At vero per diverſum, ex ipſis Regionibus liminibus Apoſtolorum advenientes peregrinos didicimus ſoſpitem te ad propria, præcellentiſſime fili & ſpiritalis compater eſſe annuente Deo reverſum.* Paulo poſt: *Ecce haƈtenus nullam rei veritatem de noſtris Miſſis qui a Regia profecti ſunt Urbe, addiſcere valuimus, quid erga eos ageretur, & ideo nequaquam vobis quidpiam de eis ſignificare valuimus.*

Paulus PP. Pippini filios hortatur, ut patrem imitentur.

IX. Deſiderius Rex Paulo Papæ ſatisfacit. Autumnali tempore *Deſiderius* Langobardorum Rex adiit Apoſtolorum limina, colloquium habuit cum Romano Pontifice, deque reſtituendis Eccleſiæ quibuſdam in Tuſcia & alibi patrimoniis cum eo convenit. Paulo poſt Petrus Notarius Regionarius & Joannes manſionarius Confeſſionis Baſilicæ S. Petri, quos Papa in Franciam direxerat, Romam reverſi ſunt cum Regiis Nunciis, *VVlfardo* Abbate Sancti Martini Turonenſis jam laudato, & altero cujus nomen in Codice Carolino recitetur. Tunc *Paulus* e *Pippini* literis accepit ſuos Nuncios, qui ſimul cum Francis anno ſuperiore Conſtantinopolim perrexerant, in Franciam appulſos eſſe cum Græcis, mox Epiſtolam XXVI. Cod. Carol. ad eamdem Pippinum miſit bene longam, in qua poſt uberrimas laudes, & alia quæ particularia negotia, hæc ſubmonuit; *Interea duos veſtros Miſſos ideſt VVlfardum & ejus ſocium, ſecundum veſtram præceptionem pro utilitatibus Sanctæ noſtræ Eccleſiæ ſpiritalis matris veſtræ in his partibus retinuimus. Illud præterea Excellentiæ Veſtræ innotuit, Deſiderio vos Langobardorum Regi direxiſſe, ut Saxulum puerum noſtrum, qui a nobis fugam arripue-*

rat

IV. Eodem anno egregium ſpecimen religioſiſſimi Regis edidit Eadbertus Rex Nordanhumbrorum in Anglia, cum ſublimioris Chriſtianæ philoſophiæ amore nuncium remittens Regno, Oſuulfo filio relinquens illud, inter monachos profiteri cœpit (*a*).

De rebus vero Orientalibus nihil præterea in Annalibus hoc anno, niſi Perſarum Magorum veſania, cum ita miſeros dæmones deceperunt, ut ad cælum volatum iiſdem ipſi ſuaſerint: Et cum nudi ex eminentibus locis ad volatum ſeſe præcipites darent, periere. Por-

(*a*) *Apud Bed. in Epit. hoc anno.*

PAGIUS *rat, reddere deberet. Sed agnoſcat Chriſtianitas Veſtra, quod etiam vos credimus cognitum habere puto, conjunxiſſe hoc præterito autumni tempore eumdem Deſiderium Langobardorum ad Apoſtolorum limina, cauſa orationis, eumdemque noſtrum puerum ſecum deferens nobis contradidit. Cum eodem quippe Rege pro juſtitiis inter partes perficiendis loquento conſiſtit, ut, veſtris ejuſque Miſſis per diverſas civitates progredientibus, ipſa præparata fuiſſent juſtitia. Et ecce, Deo propitio, de partibus Beneventaniæ atque Tuſcanenſibus, & fecimus & ad raviſem noſtras recepimus. Sed & reliquas quæ remanſerunt modis omnibus, pleniſſime inter partes facere ſtudeat.*

X. *Pippinus Deſiderium Regem monuerat, ut Paulo PP. ſatisfaceret.* Deinde inter alia, hæc Paulus addidit in embolo: *Direxit nobis a Deo protecta Excellentia Veſtra, præfatum vos Deſiderium admonuiſſe Regem Neapolitanos ac Cajetanos conſtringere ob reſtituenda patrimonia Protectori veſtro B. Petro, illic Neapoli ſita; & largiri licentiam electis ſolite ad ſuſcipiendam Epiſcopalem conſecrationem ad hanc Apoſtolicam properandi Sedem. Quapropter maximas de hoc, & de omnibus, excellentia Veſtra referimus grates.* Baronius anno DCCLXVII. num. I. & ſeq. harum litterarum hoc & ſuperiori anno a nobis memoratarum, inſcriptiones & argumenta recitat, doletque, quod literæ integræ ad ſuas manus pervenire non potuerint, ut ſingulas Annalibus Eccleſiaſticis inſereret, & ſuis annis redderet, quia ejus tempore lucem non viderant.

*XI. *Eadbertus Northumbrorum Rex fit Clericus.* Ad num. IV. Hoc vel ſuperiore anno *Fuldedus* Abbas e Northumbriæ Regno Romam profectus, apud Romanum Pontificem querelam depoſuit, ablata ſibi Monaſteria eſſe *Eadberti* Northumbriæ Regis juſſu: quæ tamen non Regii, ſed Eccleſiaſtici juris eſſent, oravitque mandato Apoſtolico illa ſibi reſtitui. Quare Paulus Papa ad Regem Northumbriæ & Egbertum Eboracenſem Archiepiſcopum literas dedit, ab Alfordo anno DCCLVII. num. II. recitatas, & ab eodem primum publicatas: *Veniens*, inquit Pontifex, *ad limina Protectorum veſtrorum, Beatorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, præſens Fuldedus religioſus Abbas, retulit nobis, inquiens, quod tria Monaſteria illi conceſſa fuiſſent a quadam Abbatiſſa; ideſt, Monaſteria, quæ Stauinga, Frago ſeu Cuchavvalda, & Donemude dicuntur: quæ videlicet Monaſteria, per vim ab eo abſtulit Excellentia Tua, & cuidam Patricio fratri ejus nomine Mol, tribuit. De qua re eo nimis triſtes effecti ſumus Excellentiſſime fili; quoniam contra præceptum Dei hoc omnino egiſti; & liquet profecto, quod ad excidium animæ tuæ pertinet: dum eadem Monaſteria ab eo, qui in officio Divini cultus perſeverat, abſtuliſti: & ei qui in hujus mundi curis diſſudat, concedere ſtuduiſti.* Poſtea hortatur Regem Pontifex, ut tria illa Monaſteria reſtitui curet, & *nulli laicorum, vel alii cuilibet perſonæ, denuo licentia admittatur, priorum pertinentia locorum invadendi.* In illis literis Egberti Archiepiſcopi mentio

tantum in epigraphe, forteque, inquit Alfordus, Mollo Patricius operam ſuam Regi accommodarat in bello nuper ab eo geſto, & quia ſolvendo impar Rex erat, ab Eccleſia ſtipendium petiit. Porro Annaliſta Mailroſenſis ſcribit: *Anno DCCLVIII. Eadbertus Rex Northumbriæ, tonſura capitis pro Deo accepta, apud Eboracum ſub Archiepiſcopo Egberto factus eſt Canonicus, Regnumque Oſulfo filio ſuo reliquit; qui cum anno uno regnaſſet, a ſuis nequiter occiſus apud Methel Vvongtune X. Kal. Auguſti Moladelvvaldum Regni reliquit hæredem. Anno DCCLIX. Edelvvald, qui & Moll, cœpit regnare in Northumbria menſe Auguſto.* Idem habent Hovedenus, & Continuator Epitomes Bedæ. Quare *Eadbertus* Ceolwlfi Deceſſoris ſui exemplum ſecutus eſt, niſi quod Ceolwlfus Monachus, Eadbertus vero Canonicus factus. Is juxta Huntiodonium pagin. 341. vixit uſque ad annum DCCLXVIII. & ejus nomen ſcriptum eſt in Martyrologio Anglicano ad diem XI. menſis Junii.

Mortuus eſt hoc anno *Garcia* cognomento *Ariſta*, primus Navarræ Princeps, cui ſucceſſit filius appellatus *Eneco Garſeanis*, vel *Inigo Garſeis Ariſtha*, qui primus hoc anno, ut ſcribit Avalus Piſcina ex Chronico Vallis Iſcarbia, & uti legitur in Chronicis Theobaldo Campano in Navarra regnante ſcriptis, Regis nomen aſſumſit. Convenit vero inter Scriptores omnes, Navarræ Regem Inigo Ariſtham eſſe *Inigo Garſeez* vel *Garſeis*, non vero *Inigo Ximenem*. Inigo diu commoratus eſt Calahorræ, ut oſtendit Joſephus Moretus in Annal. Navarræ ex inſtrumento publico. Quare ejus Regni initio non ſolum Pampelo, Deyerri, Berruca, & Vallis tam Roncalis quam Aragoniæ ejus Dominationem agnoſcebant; ſed etiam Calahorra, Rioja, Bureba, Alava & Vizcaia, cum Vaſconum nomine loca illa comprehendantur. Veroſimile eſt, horum Vaſconum partem alias paruiſſe Aſturiarum Regi, & poſtea ſe ſe ſubmiſiſſe Eneconi Ariſthæ, cum Sebaſtianus Salmanticenſis de *Fruela* Aſturiarum Rege ſcribat: *Vaſcones rebellantes ſuperavit atque edomuit. Muniam quandam adoleſcentulam ex Vaſconum præda ſibi ſervari præcipiens, poſtea eam in Regale conjugium copulavit, ex qua filium Aldefonſum ſuſcepit.* Scriptores Caſtellæ male inde inferunt, Navarræos fuiſſe tunc Aſturiarum Regibus ſubditos; cum Sebaſtianus Salmanticenſis de una tantum eorum parte verba faciat, & Moretus in Annal. Navarræ multis documentis oſtendat, *Fruelam* dominatum tantum eſſe *Vaſconibus* Alavam & Burelam habitantibus. His adde Calahorram, quæ in poteſtatem Regum Aſturiarum venit, & quam Mauri occuparunt anno DCCCXVIII. aut inſequenti juxta Rodericum Toletanum; a quo tempore diu iiſdem Regibus ſubdita fuit. De hac *Fruelæ* victoria mentionem facit Baronius anno DCCLVII. num. VII. Porro neque Oihenartus in Notitia utriuſque Vaſconiæ, neque Marca in Hiſtoria Bearniæ, qui in rebus XII. *Eneco Garſeanis primus Navarræ Rex.*

Porro Habdallas Rex Sarracenorum in eorum primores ſexdecim animadvertens ſectam extinxit. Habet iſta Theophanes hoc anno.

Sep-

PAGIUS

bus Navarricis elucidandis egregiam operam poſuere, & multa e tenebris eruere, quam antiquum ſit hoc Regnum, intellexere. Ex iis tamen quæ in Regum Navarrorum ſucceſſione ſuis locis in medium afferemus, conſtabit eam gentem, quo hoſtes validius repellere poſſet, hoc tempore ſibi Regem præfeciſſe. Bellum *Saxonicum* a Pippino Rege geſtum, ut anno ſuperiori vidimus.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 759. | PAULI PAP. ANNUS 3. | CONST. COPRON. IMP. ANNUS 19.

I. SEptingenteſimus unde ſexageſimus Redemptoris agitur annus Indictionis duodecimæ, quo Nonas Februarias Paulus Papa Apoſtolicas dedit litteras pro Immunitate monaſterii S. Hilari Galiatenſis dicti ſub Ravennate Eccleſia poſiti, cujus quæ in ſua Ravennati hiſtoria recitat (a) Rubeus, hic intexamus. Tanti enim Pontificis quæcumque reperiri poſſunt, monumenta Annalibus ſunt attexenda. Sic enim ſe habent, poſt plura de Pontificio munere præclare præpoſita:

(a) Rub. hiſt. Rav. lib. 5. an. 759.

Paulus Papa revocat ſub Eccleſ. Ravenn. Monaſterium Galiſtenſe.

Igitur dum divino nutu ante horum .... annorum ſanctæ recordationis dominus & germanus noſter beatiſſimus Stephanus, hujus Apoſtolicæ Sedis Præſul ad redimendam Italiæ provinciam, ſimulque Exarchatum Ravennatium de manibus gentium Franciæ properaſſet regionem: contigit, eo revertente, ſuum peragrari iter per monaſterium beati Hilari, ſitum in territorio Populeoaſe, ceſſante æmulorum ſævitia, gratiſſime, atque cum maxima honoris humilitate ſuſceptus eſt ab Anſchauſo quondam Pampilienſi Epiſcopo, & Abbate ipſius venerabilis monaſterii: & .... eumdem beatiſſimum Pontificem .... prædictus quondam Auſcanſus Epiſcopus affluenter ipſius itineris ſubſidia illi tribuit.

II. *Et dum idem beatiſſimus prædeceſſor noſter hujus Apoſtolicæ Sedis Antiſtes ſuo laborioſo certamine provinciam illam videlicet Exarchatum Ravennatium, a jugo ſervitutis diſtonis gentium Dei providentia redemit: tunc viciſſitudinem propenſi beneficii eidem Auſcauſo Epiſcopo erogans, prædictum monaſterium diebus vitæ ſuæ fruendum illi conceſſit. Unde & nos hujuſmodi conceſſi præſidii largitatem ſub Apoſtolicæ præceptionis pagina confirmavimus, atque juriſdictioni ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ſubmiſimus eum.*

Nunc vero divina vocatione ipſo Anſcauſo de hac migrante luce, agnoſcentes rei veritatem, prædictum venerabile monaſterium juris ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ a diuturnis exiſtere temporibus, ideoque perpendentes contra omnem rationem eſſe, ut ipſe venerabilis locus a ſancta Ravennate Eccleſia abſtrahatur ..... ea quæ pridem pro ejus ſubtractione promulgata ſunt, incongrue atque irrationabiliter omnia irrita, & invalida eſſe ſtatuentes, ſtatuimus.

*Unde per hujus noſtræ Apoſtolicæ præceptionis paginam denuo ipſum venerabile monaſterium beati Hilari cum omnibus ei pertinentibus ſub juriſdictione Ravennatis Eccleſiæ, atque reverendæ fraternitatis tuæ ſucceſſorumque tuorum perpetuis, atque perennibus temporibus ſtatuimus permanendum, & ut tuæ..... ſucceſſoribuſque tuis placuerit, perenniter ipſe venerabilis locus diſponatur. Statuentes Apoſtolica cenſura ſub anathematis interdictione, & divini judicii obteſtatione, nulli cuilibet perſonæ parvæ, vel magnæ quoquomodo licere idem venerabile monaſterium a juriſdictione ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ atque tua fraterna reverentiæ, ſucceſſorumque tuorum auferre, ſed etſi quodlibet monimen de eodem monaſterio contrarium Eccleſiæ veſtræ Ravennati repertum fuerit, vacuum & inane eſſe decernimus. Data Non. Februarii imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore ann. XL. & pacis ejus ann. * XX. ſed & Leone Imper. ejus filio ann. VII. Indictione XII.* Hactenus Pauli Papæ conſtitutio. III.

* XIX.

PAGIUS Sæc.VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCXCVII. Anno Hegiræ CXLII. inchoato die 3. Maii fer. 6. A. C.759. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6252.

☉ 12. G. ☽ 29. P. 22. Aprii. Indict. 12.

JESU CHRISTI 759.

PAULI PAPÆ 3.

CONSTANTINI COPRONYMI 40. & 19.

LEONIS IV. 9.

ANnum. I. ad IV. Cum Monaſterium *Galiatenſe* Sancti *Hilari* a Ravennatenſi Eccleſia abſtractum fuiſſet, *Paulus Papa* illud ſub Juriſdictionem ejuſdem Eccleſiæ reſtituit ad petitionem *Sergii* Ravennatum Epiſcopi. *Pauli* Diploma refert Baronius ex Rubeo lib. 5. Illudque cum eodem Auctore hoc anno datum putat. Et quidem recte, ut Indictio XII. cum menſe Februario illigata oſtendit; ſed reliquæ notæ temporariæ corruptæ. Hæc enim ſubſcriptio habet: *Dat. Non. Febr. Imp. Domno piiſſ. Auguſto Conſtantino a Deo coronato Magno Imp. an.* XL. (legendum, *anno XXXIX.* Conſtantinus enim menſe Martio anni DCCXX. in conſortium Imperii a *Leone* patre adſcitus) & *pacis ejus anno XX.* (legendum, & *P. C. ejus anno XVIII.* anno enim DCCXLI. menſis Junii patri ſucceſſit, eodemque die Conſulatum & Imperium, ut moris erat, iniit. *Sed & Leone Majore Imp. ejus filio anno VII. Indict. XII.* Verum, legendum, *Leone* Magno Imp. ejus filio *anno VIII.* & retinenda Indictio XII. juxta quem characterem alii emendari debent. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, dum de Paulo Papa loquitur, dicit hoc Privilegium de ſuppoſitione ſuſpectum eſſe ob Indictionem XII. quæ cum aliis characteribus Chronologicis convenire non poteſt. At Indictio recte,

Paulus PP. Monaſterium S. Hilari reſtituit Eccleſiæ Ravennæ.

IV. Eccleſia Germanorum in deterius lapſa.

Hoc eodem tempore conciliabulum in Germania agitur, in quo damnatur S. Othmarus Abbas monaſterii S. Galli. Ita accidit, ut dum viveret ſanctiſſimus Bonifacius Moguntinus Epiſcopus, atque totius Germaniæ Apoſtolus, Concilia cogerentur, quibus nefarii damnarentur; eo autem per martyrium ex hac vita in cœlum vocato, in Germania ad deponendos e loco Sanctos pſeudoſynodi vocarentur. Quorum autem ſtudiis, ignorante pio Rege Pipino, tantum ſit facinus perpetratum, ex Walfrido Strabone viro doctiſſimo hic in medium adducemus: duos ipſe libellos ſcripſit, quorum altero res præclare geſtas ſancti Othmari proſequutus eſt, alio quo edita poſt obitum ab ipſo (a) miracula ſcripſit. Atque ubi de Pipini Regis Francorum erga ſanctum virum ſtudiis & officiis egit, hæc de pravorum hominum perſecutione (b) ſubjungit:

(a) Extant apud Sur. to. 6. die. 16. Nov. (b) Ibid. c. 4.

V. *Igitur cum jam Dominus meritis ejus digna rependere decreviſſet, callidus univerſæ bonitatis inimicus bonis ejus actibus invidens, ejuſque exemplis aliorum vitam dolens proficere, quietem, quam in Chriſti ſervitio, licet non parum laboranda poſſedit, perturbare contendit. Sed quamvis flatibus adverſitatis temporaneæ pulſata, radicem petræ veritatis habens infixam, paradiſi cedrus inconvulſa permanſit. Nam Vvarinus, & Ruadhardus, qui tunc temporis totius Alemanniæ curam adminiſtrabant, diabolo ſuadente, immaniſſimo avaritiæ morbo præventi, res Eccleſiarum, ſub ſua poteſtate ſitarum, magna ex parte in proprietatis ſuæ dominium per vim contraxerunt. Qui cum ſibi de poſſeſſionibus beati Galli per plura eodem violentiæ auſum vindicaſſent; vir Dei Othmarus non poſſeſſionibus terrenis inhians, ſed cœnobialis vitæ, eodem in loco rerum ingruente penuria, defectum præmetuens, Pipinum Regem adiit; ipſi tyrannicam eorum præſumptionem expoſuit, pariter proteſtatus, grave eum crimen incurſurum, ſi eorum actibus conſentiendo faveret.*

Othmarus Pipinum Regem adit.

Pro qua cauſa benevolus Princeps utrumque conveniens, interminatus eſt eis, gratia ſua illos omnimodis carituros, ſi non Eccleſiis Dei, quæ injuſte abſtraxerunt, abſque procraſtinatione reſtituerent. At illi patriam repetentes, vitio rapacitatis infecti, & beſtiali ſævitia efferati juſſionem regiam neglexerunt. Virum etiam Dei Othmarum, cum pro hac re iterum Principem adire vellet, miſſis clanculum poſt eum militibus, vinculis injectum per vim redire fecerunt. Necnon & Lamberto cuidam, qui fratribus ejus profeſſione connumeratus erat, non vita ſanctitate, perſuaſerunt, ut ei ficta quadam machinatione luxuriæ crimen impingeret; id elaborantes, ut ſanctitate ejus hujuſmodi ſuſpicionibus infamata, deponendi eum occaſionem invenirent. Qua cauſa plurimi tam doloſæ factionis ignari, ad Concilium evocantur.

VI. In Concil. Othmarus reus conſtituitur.

Itaque vir venerabilis caſtitate integer vitæ, & morum maturitate grandævus in medio collocatur: & in ejus accuſationem Lambertus falſitatis miniſter coram omnibus præſentatur. Acceptaque loquendi licentia, veritatis oblitus, falſitatis aſſertor, dixit, ſe quamdam feminam

PAGIUS

cæteræ vero notæ temporariæ mendoſe exaratæ. Nec ea ſtimandum, Privilegium illud ſuppoſititium; impoſtor enim formulam, quam non intelligebat, non uſurpaſſet; cum in poteſtate ejus eſſet, aliam faciliorem & uſitatiorem adhibere.

II. *Moritur S. Othmarus Abbas Sangallenſis ſecundus.*

A num. IV. ad VIII. Iſo Monachus Sangallenſis, qui Vitæ *Sancti Othmari* a Walafrido Strabo Augienſi Abbate ſæculo IX. ſcriptæ, & a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. I. recitatæ, librum de Miraculis ejuſdem Sancti Othmari ſubjunxit, illius obitum cap. 5. His verbis conſignavit: *Septimo anno, regnante Pippino, Vvarini & Ruadhardi potentia injuſte oppreſſus, plenus dierum, plenus etiam Sanctitate meritorum, de anguſtiis hujus vitæ eripitur.* His addit Walafridus Strabo in Vita Sancti Othmari cap. 5. Sanctum Abbatem *decimo ſexto Kalendarum Decembrium die* ad Deum migraſſe. Quare dubium eſſe non poteſt, quin Sanctus *Othmarus* anno currenti mortuus ſit, quo ſeptimus Pippini menſe Martio inchoatus eſt. Ad illum etiam Chriſti annum Hepidannus in Annal. ejus mortem refert.

III. *Tranſlatio S. Othmari.*

Præterea Walafridus poſtquam prodidit, *Sanctum Othmarum* in quadam Rheni fluminis inſula *nomine Stein* ſpiritum Deo reddidiſſe, ſubdit: *Evolutis poſt tranſitum ejus decem annis fratres illius per viſionem a Domino* commonitos eſſe, *ut corpus chari Patris ad Monaſterium reducerent.* Hepidannus vero in ſuis Annalibus ſcribit: *DCCLXVIII. Tranſlatio S. Othmari Abbatis de inſula Rheni ad Monaſterium S. Galli.* Hermannus quidem Contractus in Chronico hanc Tranſlationem refert ad annum DCCLXIX. indeque Mabillonius *S. Othmari* mortem currenti Chriſti anno contigiſſe exiſtimat. Verum Hermanni teſtimonium præ Iſonis & Hepidanni S. Galli Monachorum teſtimonio leve reputari debet. *S. Galli* Monaſterium etiamnum celeberrimum, Oppidoque S. Galli nobilitatum, ſitum eſt ad lacum Acronium in finibus Helvetiorum & Vindelicorum, ac in Epiſcopatu Conſtantienſi.

IV. *Monaſterii illius inſtaurator fuit.*

Aliquot annis poſt Sancti Galli mortem illud everſum fuit, ſed quotidianas excubias apud ſacri corporis ejus Reliquias, *vel diſcipulatus ejus memoria, vel Divino amore ſuccenſi uſque ad Carolum patrem Carlomanni & Pippini*, egerunt quidam Monachi. *Cumque res largitione fidelium collata*, aliquantulæ Monachorum congregationi viderentur ſuppetere poſſe, *VValdramnus* quidam Cellam conſtruxit, eamque commiſit religioſo cuidam Presbytero, *Othmaro* nomine; tandemque obtinuit a Carolo, ut eidem loco præficeret Othmarum, cui Carolus præcepit, ut

minam eſſe, quæ a beato viro vim pollutionis fuiſſet perpeſſa. Ad quod nullum penitus dediſſe fertur reſponſum. Cumque a plurimis reſpondere cogeretur objectis, hujuſmodi dictu temperavit eloquium: Fateor, me quidem ſupra modum in multis peccaſſe: de hujus autem objectione criminis, ſecreti mei inſpectorem Deum invoco teſtem. Illis autem, ut hujus facti ſe excuſatione purgaret, attentius ei inſiſtentibus; mente ſecurus, & conſcientia liber tacitus perduravit. Et quia accuſandi licentiam apud judices patere cognovit: maluit pro ſinceritate ſui pectoris divino, quam humano pro excuſatione criminis placere judicio.

Mox ergo ut cunctis clareſceret, ipſius caſtimoniam falſo, fuiſſe infamatam, Lambertum divina ultio corripuit: nam febrium vexatione pervaſus, paulatim reſoluto membrorum vigore, contrahi cœpit, ſicque omnibus membris ſtatus ſui amittentibus rectitudinem, & formam, capite ad terram more quadrupedis inclinato, non ſolum deformitate figuræ terribiles, verum etiam viva voce, in Sanctum peccaſſe, omni tempore fatebatur.

VII. *Concilio autem inique inchoato, & iniquius terminato, vir Dei Othmarus ad villam Potamum palatii incluſus eſt. Quod cum nullus intrare, & colloqui cum eo permitteretur, aliquot dies abſque corpo-*

ralis ſuſtentatione victus tranſegit. Cumque diuturna famis vexatione laboraret, Perpetuus quidam e fratribus ejus noctu advenire ſolebat, & ei victus ſolatia miniſtrare. Poſtmodum vero Gozbertus quidam vir potens, dum ſibi virum Dei commendari ab iniquis Principibus impetraſſet, in quadam Rheni fluminis inſula, nomine Stein, juxta prædium ſuum cuſtodia illum deputavit. Ubi ſanctus pater ſpiritali tantummodo exercitio, id eſt, orationibus, ac jejuniis vacans, eo liberius Domino deſerviviſt, quo ab humana frequentatione, curiſque ſæcularibus fuerat abſolutus. His, & ſimilibus nutu devotionis inſiſtens operibus, exacto jam multo temporis ſpatio, ab his mundanæ perturbationis anguſtiis ad cæleſtis lætitudinem gaudii decimoſexto Kalendarum Decembrium die migravit. Quod, ut (*a*) inferius dicetur, contigit poſt biennium, anno ſeptimo Pipini Regis, qui numeratur Domini ſeptingenteſimus ſexageſimus primus. Quæ autem miracula contigerunt poſt elevationem, & tranſlationem corporis ejus poſt decennium factum, duobus ſcriptis omni fide libris ſignificantur. Tu ipſos conſule. Porro annis quadraginta præfuiſſe S. Othmarum monaſterio S. Galli, idem Walfridus alibi teſtatur (*b*).

Obitus S. Othmari.

(*a*) *In vit. ejus l. 2. c. 3.*

(*b*) *Vualfr. in vita S. Galli lib. 2. cap. 24.*

PAGIUS ut regularem ibi vitam inſtitueret, ut narrat Walafridus Strabo in libro de Miraculis S. Galli cap. 11. & confirmat Iſo lib. 2. de Miraculis S. Othmari cap. 5. Quare ubi in Vita S. Othmari idem Walafridus ait, Waldramnum *ad Pippinum Regem* profectum eſſe, & Othmarum Abbatem ei præſentaſſe, loco Pippini nomen Caroli ſubſtituendum, & ille Librarii error corrigendus, niſi ibidem Strabo intelligendus ſit non de primo ad Carolum, ſed de ſecundo Othmari ad Pippinum Regem acceſſu, cui etiam eum Waldramnus præſentavit. Quidquid hac de re ſit, teſtantur idem Hepidannus in Annalibus ad annum DCCXX. & ad eundem annum Hermannus Contractus juxta Caniſium Othmarum anno DCCXX. Abbatem dictum eſſe. Ad ſuſcipiendos leproſos hoſpitiolum haud longe a Monaſterio conſtituit Othmarus, & capita eorum, pedeſque abluens ſuis manibus eorum, vulnera detergebat, *ſicque factum eſt, ut cunctorum, qui eum noverant veneratione ſublimis Pater pauperum appellaretur in pluribus*. Sed Warino & Ruadhardo, qui totius Alamanniæ curam adminiſtrabant, immaniſſimo avaritiæ morbo præventi cuidam Lamberto Monacho perſuaſerunt, ut ei in Concilio crimen luxuriæ impingeret, eandemque Vir Dei iniquo judicio in Palatio incluſus, relegatus, & variis afflictus eſt ante mortem ſuam, uti narrat Baronius ex Walafrido. Is in lib. de Miraculis S. Galli cap. 11. Ratpertus in libro de Caſibus Monaſterii S. Galli, & Auctor Chronici Conſtantienſis Othmarum annos quadraginta Cellæ S. Galli præfuiſſe tradunt; ſed cum anno DCCXX. Abbas nuncupatus fuerit, Auctores iſti numero rotundo loquuntur.

V. *Unus Othmarus in duos perperam diviſus.*

Cointius, qui non animadverterat, Vitam *Sancti Magni ſeu Magnoaldi* Fauceuſis Abbatis primi, & Sancti Galli diſcipuli a Surio ad diem VI. Septemb. recitatam, ſuppoſitam fuiſſe *Theodoro* S. Magni diſcipulo, & fabulis ſcatere *Othmarum* Cellæ S. Galli Abbatem in duos diſtinxit, credideritque primum anno DCXXVIII. *eidem* monaſterio paulo poſt ejus everſionem præfectum fuiſſe, annoque DCLXVIII. vivere deſiiſſe. Tum anno DCCLII. n. LXXXVII. dicit, apud Goldaſtum Tom. II. & III. Rer. Alaman. compluras inveniri Chartas donationum, quæ Monaſterio S. Galli prius factæ ſunt quam Pippinus ad Regiam dignitatem promoveretur, nullam vero Othmari nomen repræſentare ante Majoratum Carolomanni, cujus tempore Lautpertus quidam in Charta *data ſub IV. Id. Septemb. anno III. Carolomanni Majoris Domus*, ait: *Omnia & ex integro in donationem Eccleſiæ S. Galli vel Authmaro Abbati trado atque transfundo*, &c. Inde deducit Vir doctiſſimus, S. Othmarum ſerius Cellæ S. Galli Abbatem creatum fuiſſe, & annos XL. Præfecturæ Othmaro adſcriptos, de priori Othmaro intelligendos. Denique ait Walafridum & Iſonem Monachum inſinuare S. *Othmarum* paucis annis S. Galli Monaſterio præfuiſſe, ut apud eum videre eſt anno DCLXVIII. *n.* XX. Verum fabulatorem cui ſoli innititur, de S. Othmaro loqui ex eo intelligitur, quod Pippinum Regem appellet, & Othmarum *a peſſimis Comitibus VVarino & Ruadhardo* vexatum fuiſſe tradat. Cum vero Mabillonius Sæc. II. Benedict. jam do-

Digitized by Google

VIII. Sed quæ pœna ſequuta ſit Sidonium Conſtantienſem Epiſcopum, jura ejuſdem S. Galli vendicantem, idem Walfridus narrat his verbis (a): *Hoc itaque nempe S. Othmaro, rebus humanis ſubtracto, prædicti Comites ſublatas ſancti loci poſſeſſiones retinentes, Joannem quemdam monachum de proximo monaſterio in locum ejus ſubrogarunt, ac deinde, ut ſuæ tyrannidis crimen augmentarent, Sidonium Conſtantienſis Eccleſiæ præſulem inſtigarunt, ut idem monaſterium Epiſcopii partibus ſubiicere ſtuderet. Et hoc idcirco fecerunt, ut eo licentius, ipſo machinationibus eorum favente, ea, quæ iniuſte abſtulerant, retinere potuiſſent. Pontifex igitur cum ſuaſionibus eorum libenter præberet aſſenſum, monaſterium ingreſſus, fratres opprimere, & eumdem locum rebus Epiſcopii ſubiicere molitus eſt. Porro fratres, dum potentiæ illius reſiſtere non auderent, maluerunt ejus ditioni parere, quam tot adverſitatibus implicari. Sed ſequentia probant, quam perverſe egerit, qui per avaritiæ morbum ſacri loci privilegium auſus eſt violare.*

(a) Sur. to. 5. die 26. Octob. Idem li. 2. c. 15. 26. 27.

Sidonius Epiſc. Conſt. invaſor monaſt. S. Galli.

Fertur ſiquidem, eumdem Epiſcopum aliquando ad iter hoſtile ſibi de ipſius monaſterii ſumptibus viaticum præparare juſſiſſe. Quod cum fratres prætermittere non auderent, ea, quæ fuerant juſſa, navi impoſita per quorumdam manus fratrum ad Epiſcopum tranſmiſerunt. Sed ea una cum aliis rebus, Epiſcopi ad iter parata, incendio divinitus immiſſo, conflagraſſe tradit. At vero quæ eumdem Sidonium dira eſt vindicta, ſecuta, ſic idem auctor narrat rem memoratu dignam. IX.

Tempore quoque alio idem Epiſcopus ad monaſterium veniens, dum quadam violentia Epiſcopio ſubiicere, ſuæque tyrannidi non conſentientes monachos, quaſi rebelles afficere tentaviſſet: Tello quidam

PAGIUS demonſtraverit, eam Vitam fabuloſam eſſe, idque jam indicaverimus anno DCXXVII. cum de S. *Galli* morte verba fecimus, uti & quando egimus de Sancto Magnoaldo, ſuperfluum eſſet, in fictitia *illa* Othmaro refellendo hic immorari.

VI. Ad num. VIII. & ſeqq. poſt mortem Sancti Othmari *Sidonium* Epiſcopum Conſtantienſem & Abbatem monaſterii Augiæ, Abbatiam Sancti Galli invaſiſſe, & miſere periiſſe narrat Baronius ex VValafrido in lib. de Miraculis S. Galli cap. 16. & ſeqq. quod & diſerte oſtendit Ratpertus in libro de Caſibus Monaſterii S. Galli. Subdit Ratpertus: *Poſt cujus* (nempe Sidonii) *obitum Joannes Monachus Augenſis Conſtantiæ Epiſcopus ordinatus, amborum regimen ſuſcepit Cœnobiorum* Augienſis ſcilicet & Sangallenſis. Hepidannus tamen anno DCCLVIII. Divi Othmari morte narrata, ait: *Eo ipſo anno Joannes Epiſcopus adminiſtrationem Cœnobii noſtri per vim ſuſcepit*. Sidonium ipſo Epiſcopatus ſui initio de San-Gallenſi Monaſterio invadendo cogitaſſe, indicat Hepidannus in Annalibus, ubi anno DCCXLVI. ſcribit: *Sidonius Epiſc. Conſtantienſis Eccleſiæ, & Abbas Augiæ, B. Othmarum in Synodo de adulterio accuſatum damnavit mox miſſum in exilium*. Nec eſt quod quis dicat cum Mabillonio citato in Notis ad Vitam Sancti Othmari pag. 157. hæc Hepidanni verba referri ad exilium *Othmaro* poſt accuſationem Lamberti Monachi irrogatum, Hepidannus enim utriuſque accuſationis diſerte meminit, & poſteriorem cum anno mortis ejus illigat. Certe Hepidannus de hoc ultimo Sancti Othmari exilio intelligi non poteſt; cum ex Walafrido, qui prioris hujus exilii mentionem non facit, quod ut videtur breviſſimum fuerit, conſtet *Sanctum Othmarum* Pippino Regi a Waltramno præſentatum fuiſſe, & *Othmarum* ab eodem Rege juſſum, ut Regularem vitam in Monaſterio Sancti Galli reſtitueret, *Pippinus* autem anno tantum DCCLII. ad Regium ſolium evectus.

VI. *Sidonius Monaſterii Sangallenſis invaſor miſere perit.*

VII. Porro ex Laudatis Hepidanni verbis, & priori Sancti Othmari damnatione liquet, Cointium anno DCCXLVIII. num. LXXIX. perperam ſcripſiſſe eo Chriſti anno *Benfridum* Epiſcopum Conſtantienſem & Augienſem Abbatem mortuum eſſe, eique in utrumque munus *Sidonium* ſucceſſiſſe; id enim contigit an. DCCXLVI. ut jam ex Hepidanno diximus, & teſtantur etiam Auctor Chronici Conſtantienſis, Hermannus juxta editionem Caniſii & Walafridus Strabo Monachus & Abbas Augienſis in Carmine, in quo agit de Succeſſoribus Sancti Pirminii Abbatis in Alamannia; qui annos tredecim Præfecturæ Sidonio attribuunt. Hæc enim de Sidonio & Joanne ejus Succeſſore canit Walafridus:

Initium & finis ejus muneris Epiſcopalis & Abbatialis.

Sidonius ternis denisque ibi præfuit annis,
Vicenos binoſque receperat inde Joannes.

quare Cointius, qui adverſus illos animum non adverterat, quique *Sidonio*, cujus mortem hoc anno conſignat, annos tantum Epiſcopatus & Abbatiæ undecim attribuit, Deceſſorum & Succeſſorum *Sidonii* in munus Epiſcopale & Abbatiale Chronotaxim non potuit non labefactare; quod obiter dictum ſit.

Revocanda & ad hunc annum mors *Sancti Pirminii* Abbatis, & Epiſcopi Regionarii, ac multorum Cœnobiorum conditoris quam Auctor ejus Vitæ aſſerit contigiſſe, *tertio Nonas Novembris*. Recitat eam Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. tribuiturque a Browero in Vitis Illuſtrium Sanctorum Germaniæ, & a Cointio anno DCCXXI. num. LXXXIII. Othlono Fuldenſi Monacho, qui ſæculo undecimo vixit. Verum licet verum ſit, eam ſcriptam ab Auctore, qui procul ab hujus Sancti ætate floruit, eum nævis non paucis deturpetur; Mabillonius tamen in Obſervationibus ad eam præviis, ubi exiſtimat eam fœtum eſſe Warmanni tum Monachi Augienſis & poſtea Conſtantienſis Epiſcopi, recte cenſet eam Othlono adjudicandam. Idem Mabillonius Tom. IV. Analect. pag. 404. in lucem emiſit egregium libellum Anonymi Monachi Ratiſponenſis *de Ipſius tentationibus, varia fortuna, & Scriptis*, ubi cum teſtetur Auctor, Acta Sancti Bonifacii ſe novo ſtylo donaſſe ac amplificaſſe, ſcite Vir doctiſſimus conicit, Monachum illum diverſum non eſſe ab Othlono, præſertim cum pag.

VIII. *Moritur S. Perminius primus Augienſis Abbas.*

dam, Curienſis Eccleſiæ præſul, miſit ad eum, humiliter deprecans, ut ſui amoris cauſa (quoniam eorumdem fratrum aliqui conſanguinitatis vinculo illi erant conjuncti) ab eorum ceſſaret injuriis, nihilque incommodi Dei famulis irrogaret. Quam petitionem furore dictante, ſuperbe contemnens, remandavit, ſe illius precibus nullo pacto conſenſurum; verum reſiſtentibus ſibi celerem pro contemptu illaturum vindictam. Et mox Oratorium beati Galli Confeſſoris, quaſi oraturus ingreditur, & ante aram, ipſius nomine conſecratam, conſiſtit. Quidque ad ſalutem non merebatur audiri: afflictiones, quas aliis ſe irrogaturum, juraverat, convenienti ſatis talione recepit.

X. Vindicta in Sidonium Epiſc. Conſtantienſem.

Nam inteſtina ejus, more ſartaginis igni ſuperpoſitæ, fervere cœperunt, & tam diræ viſcerum torſiones illum invaſerunt extemplo, ut ſine aliorum adminiculo nequaquam egredi potuiſſet: ſed (quod dicere pudet) egeſtio naturæ turpi impetu prorumpens, cum aſtantes nimio fœtore gravaret, ſine mora ab Eccleſia ejectus e orbiculo, quo decedere monaſterio poſſet (ſicut rogaverat) eſt impoſitus. Sicque immoderato fluore, naturæ conſuetudine ca-

PAGIUS pag. 442. memoret incendium, quod anno MLXII. contigit, quo tempore Othlonus vivebat. Anonymus autem enumerat varias Sanctorum Vitas a ſe ſcriptas, nulla Vitæ Pirminii mentione facta. Cæterum cum Hermannus Contractus Monachus Augienſis fuerit, & initio ſæculi XI. floruerit, quæ ad Sanctum Pirminium pertinent, certius ex eo diſcimus, quam ex Auctore Vitæ illius, Scriptore parum accurato. Hermannus itaque in editione Piſtoriana ad annum DCCXXIV. ait: *Sanctus Pirminius ad Augiam inſulam venit.* In editione vero Caniſiana: *Sanctus Pirminius Abbas & Chorepiſcopus, a Berchtoldo & Nebi Principibus ad Carolum ductus, Augiaque inſula ab eo præfectus, ſerpentes inde fugabat, & cœnobialem inibi vitam inſtituit tribus annis.*

IX. A Theobaldo Alamanniæ Duce relegatus fuit.

Poſtquam annis tribus Abbatiam Augienſem rexit, eam deſerere coactus fuit, quia ut ſcribit idem Hermannus ad annum DCCXXVII. *Sanctus Pirminius a Theotbaldo Gotefridi filio expulſus, Etonem Abbatem conſtituit, & ipſe in Alſatiam venit.* Gothofridus Alamanniæ ſeu Sueviæ Dux anno DCCIX. vita functus eſt, & poſt ejus mortem Theobaldus filius & Lantfridus, diverſas Alemanniæ partes rexere, ac *Theobaldus* Pirminium ex Monaſterio Augienſi expulit. Cointius anno DCCXXX. num. III. & ſeqq. ejus exilium uſque ad eum Chriſti annum differt, quod *Lantfridus* juxta Annales Tilianos, aliosque quoſdam, eo anno mortuus fuerit, exiſtimatque *Theobaldum*, non Gothofridi, ſed Lantfridi filium fuiſſe ac Succeſſorem. Verum Hermannus recte ſcribit, *Theobaldum* filium extitiſſe *Gothefridi*, eique ſubſcribunt Continuator Fredegarii pag. 773. num. 30. & Appendix ad Geſta Francorum ibidem apud Dacheſnium Tom. I. pag. 722. Ad hæc Annaliſta Metenſis, qui circa annum DCCCC. Opus ſuum abſolvit, ad annum DCCXLV. Theobaldum filium *Godefridi Ducis Alamannorum* diſerte vocat. Pirminius itaque non a Lantfrido, ut putavit Cointius, ſed a Theobaldo relegatus, & uno eodemque tempore plures Duces Alamanniæ, quæ & Suevia appellata, præfuere, quia ea Regio Major erat, quam ut uni Duci a Francorum Regibus tota committeretur, ut jam obſervavit Hadrianus Valeſius lib. XXIV. Rer. Franc. quem ea in re ſecutus eſt ipſemet Cointius anno DCXCIII. num. XXXVIII. & ſeq. Certe anno DCCXXIV. non ſolum *Lantfridus* & *Theotbaldus* Duces Alemanniæ erant, ſed etiam *Berchtoldus*, ut liquet ex Hermanno Contracto, cujus verba numero ſuperiori retuli, & ex Bernone Abbate Augienſi in Vita S. Meginradi a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. II. recitata, qui de Monaſterii Augienſis conditu loquens de *Sindlacho*, ſeu, ut in Vita S. Pirminii appellatur de Sindlaz, ait: *Primo in ea (nempe inſula) habitacula Monachorum conſtruxit, & ſecum Pirminium cum ſociis ad habitandum eo induxit, juſſu Bertoldi nobiliſſimi Alemannorum Ducis.* Cointium decepit Hepidannus Monachus S. Galli in Brevibus Annalibus uſque ad annum MXLIV. perductis, ubi ad annum DCCXV. de Liutfrido Alamanniæ Duce loquens, inquit, *cujus filius Theotpaldus S. Pirminium pepulit.* Verum Hepidannus paris non eſt auctoritatis cum Hermanno qui in Monaſterio Augienſi vixit, & cum aliis Auctoribus ſupra laudatis.

X. Idque anno DCCXXVII.

Præterea fallitur etiam Cointius dum Pirminii exilium cum anno DCCXXX. connectit, ut tam Hettonis, ſeu Heddonis, aut Ethonis Pirminii in Abbatiam Augienſem Succeſſoris, quam ipſiuſmet Pirminii Præfecturæ duratio demonſtrat. Walafridus enim Strabus Monachus & Abbas Augienſis in Carmine de Obitu Wettini Monachi Augienſis, de quo ſuo loco agemus, Abbates Augiæ enumerans, inquit:

Primus in hac Sanctus conſtruxit mœnia Præſul
Pirminius, ternisque gregem protexerat annis.
Poſtea ſeptenis præſedit curſibus Eto.

quamobrem cum Cointius anno DCCXXIV. n. XXXIII. fateatur, *Pirminium* eo Chriſti anno Monaſterium Augiæ condidiſſe, & anno DCCXXXIV. num. XI. ſcribat, Hettonem Epiſcopum Argentoratenſem renunciatum eſſe, quæ duo profecto negari non poſſunt, diſerte traduntur ab eodem Hermanno, non video quomodo Cointius contra Antiquorum auctoritatem regimen *Pirminii* quadriennio augere, & triennio *Hettonis* adminiſtrationem decurtare potuerit.

XI. Gregorius II. Pirminium Theoderico Regi Franc. commendavit

Auctor Vitæ Sancti Pirminii refert, hunc Sanctum Pontificem Romam cum *Sindlace* Comite, qui pia ejus conſilia promovebat, profectum eſſe, & Summo Pontifici ſignificaſſe Franciam *denuo in Paganiſmum ruituram, niſi aliquis Divino Zelo inſtinctus ſuccurrere properaret*, & Papam, poſtquam utrumque ſanctæ exhortationis animavit eloquio, ſcripſiſſe *ad Regem Francorum Theodoricum*, & ab eo petiiſſe, ut Viri Dei votum pia opitulatione duceret ad effectum: edocentem hoc ita fieri poſſe, *ſi cunctis tam Alamannia quam Francia Præſulibus conventus imputaret neglectus ipſo-*

eum

carens, vaſi, in quod egeſta defluerent, ſuper ſidens, egreſſus eſt, & ad vicinum monaſterium, quod Aurea nominatur, cui & tunc præerat, perductus eſt. Ubi etiam ingraveſcente languore, tantum ſibimet *famulantibus ob nimium fœtorem intolerabilis factus eſt, ut etiam pene nullus impendere obſequia* * *ſolito potuiſſet. Tali itaque pœna mulctatus, cum hoc factionum ſuarum præmio poſt aliquot dies de cloa-*

* ſolita

PAGIUS *rum deſidiam, vectus notificavet pondus: quod nequirent evadere, niſi Beatiſſimum Pirminium ad ſuas Diœceſes ducerent, poſſundatique gregis damna reſtaurare flagitarent*, inquit idem Anonymus ſubditque Regem Epiſcopos convocaſſe, hoſque ſe *Pirminium* in omnibus adjuturos ſpopondiſſe. Ubi Anonymus loquitur tantum de Francia Orientali, & de privata Epiſcoporum coadunatione. Cointius an. DCCXXI. num. LXXXIX. & ſeqq. univerſam hanc narrationem commentitiam arbitratur, quod ejus nulla alibi memoria occurrat, Epiſtolæ Gregorii II. quæ Sancti Bonifacii Apoſtolatum commendant, adhuc extent, nulla vero quæ mentionem Pirminii faciat. Alii Epiſtolam Gregorii II. ad Theodoricum Regem falſam ſuſpicantur, quod ille Bonifacium per literas non Theodorico commendarit, ſed Carolo Duci, univerſis Eccleſiaſticis Viris, Principibuſque in Germania conſtitutis, ut prodit Othlonus in ejus Vita lib. I. cap. 20. ubi & Gregorii II. literas recitat. Verum hæ rationes ab argumento inficiſtivo deductæ non magis urgent, quam aliæ, quæ ex Epiſcoporum convocatione petuntur. Pauciſſimi enim tunc erant in Alamannia & Francia Orientali Epiſcopi, & Anonymus aliquam Synodum convocatam fuiſſe non dicit.

XII. *Varia Monaſteria a S. Pirminio condita.* Quoad *Theodoricum*, licet is nomine tantum, non vero re Franciam regeret, omniſque adminiſtratio penes Carolum Majorem Domus eſſet, Regis tamen nomine omnia gerebantur, ut Chartæ quæ ſuperſunt fidem faciunt. Mabillonius lib. 6. de Re Diplom. pag. 488. refert ejuſdem *Theodorici* Calcoſis appellati Præceptum, quo anteriora Privilegia Monaſterio Sancti Dionyſii confirmantur, in quo dicit Theodoricus, *miſſa petitione per illuſtri viro Carlo Majorem Domus noſtro, clementiæ regni noſtri reddiderunt*, &c. nempe Monachi Dyoniſiani. Tum pag. 511. ubi teſtamentum Abbonis recitatur in eo Abbo ait, *res illas quæ fuerunt Riculfum filium Rodulfum quondam, quam per Præceptione Domno Theoderico Rege, & inluſter vero Domno Karolo, in pago Dienſe, &c. conqueſivimus*. Quare mirum videri non debet ſi Gregorius II. Pirminium Theodorico Regi, Bonifacium vero Carolo Majori Domus literis commendarit. Plura Monaſteria in Germania conſtruxit *Pirminius*, de quibus Mabillonius loco citato, ſuperſteſque fuit *S. Bonifacio*, ut ea ejus Vita patet, anno incerto poſtea mortuus. Quæ ad Annales, in quibus *Pirminii* Baronius non meminit, ſupplendos fuſius tractanda fuere. *Augienſe* Monaſterium in inſula Rheni paulo infra Conſtantiam ſitum, vulgo *Richenow* dictum, diſtinguiturque ab Augia Majore, quæ ad Lacum Brigantinum poſita eſt. Prætermiſeram monere Mabillonium Tom. IV. Analect. pag. 569. referre libellum Abbatis Pirminii *de Singulis Libris Canonicis* in modum Parænitici ſermonis contextum, in quo illius temporis diſciplinam repræſentat, præſertim uſum ac neceſſitatem confeſſionis ac pœnitentiæ ante Sacram Communionem.

Hoc tempora Chriſtiani Hiſpaniarum, qui Abderamini Regi ſeu Ameræ Saracenorum Hiſpanienſium ſubeſſe nolebant, variis Comitibus parebant, tempuſque opportunum expectabant, quo a Saracenorum ſervitute Regnum liberare poſſent. Exortus tunc Comitatus Aragoniæ ex parvis principiis, qui poſtea ſæculo undecimo ſurrexit in Regnum. In antiquis Codicibus Monaſterii S. Joannis Pennatenſis in hodierno Aragoniæ Regno poſiti legitur: *Chriſtiani . . . . . in excelſo quodam monte, qui dicitur Oroli in Aragona Provincia . . . . qui perſpicientes in loco, qui vocatur Panno, fabricare conati ſunt muros . . . . . Nunciatum eſt hoc Regi Cordubenſi nomine Abderramen Iben Mahabia. Tunc Rex . . . . miſit exercitum validum . . . cum Duce quodam nomine Abdelmelic Iben Katan . . . cumque Abdelmelic veniſſet in ſupradicto monte, fixere tentoria in planitie Panni, & facto impetu adverſus eos* (ſc. Chriſtianos) *mox ab ipſis fundamentis diruerunt muros, ſicuti cernitur hodierno in tempore & duxerunt uxores, & filios, filiaſque eorum in captivitatem*. Primum Aragoniæ Comitem ſtatuunt omnes *Aznarium* qui Aragoniam tunc parvis limitibus circumcluſam Comitatus titulo ſub Navarræ Regibus obtinere cœpit, & multos Succeſſores habuit. Non deſunt Hiſtorici Hiſpanici, etiam ex celebrioribus & doctioribus, qui velint magnificum S. Joannis Pennatenſis Monaſterium in eo Comitatu hoc ſæculo conſtructum fuiſſe; cum tamen ejus initium ad decimi ſæculi initium pertineat, ut ſuo loco videbitur.

XIII. *Comitatus Aragoniæ exordium.*

XIV. *Paulus PP. optat fieri patrinus filii Pippini.* Annaliſta Metenſis ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCLIX. Pippinus præter domeſticas interius Regni ſui cauſas corrigendas nullum exercuit iter. Natus eſt autem ei filius, cui nomen ſuum impoſuit. Qui vixit duos annos, & in tertio defunctus eſt. Celebravit autem glorioſus Rex Pippinus eodem anno Natalem Domini in Longlare & Paſcha in Jopila.* Nullam etiam hoc anno ſuſceptam expeditionem docet Chronographus San-Gallenſis, & natum eſſe hoc anno Pippino filium cui ipſe impoſuit nomen ſuum, teſtantur pariter Regino, & varii Annaliſtæ. Quod cum accepiſſet Paulus Papa Pippinum Regem mox per Epiſtolam XXIII. Codicis Carolini enixe rogavit, *ut a ſacratiſſimo Baptiſmi lavacro eumdem ſuſcipere* mereretur.

XV. *Chriſtiani in Oriente a Saracenis vexati.* Theophanes anno XIX. Conſtantini Imper. Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoato hæc refert: *Hoc anno a publicis veſtigalium actis conſcriendis ad breve temporis ſpatium Saraceni invidia moti Chriſtianos prohibuerunt: rurſus autem neceſſitate compulſi, quod ipſi numeros & ſummas ſcribere non poſſent, eadem res repoſuerunt in manus: & irruptione in Romaniam facta plures abduxerunt captivos, Pauluſque Armeniorum Ducem, inito ad Melam cum eo certamine, exercituſque partem non contemnendam, quadraginta duobus Viris a Romana Ditione ſpectatiſſimis, pluribuſque aliis compedibus aſtrictis in captivitatem ſecum abductis, proſtraverunt. Imperator autem armis in Bulgariam motis venit Beregabam: ut Bulgari ad clauſuram obviam facti plurimos ex ejus militibus deleverunt, inter*

quas

cloaca corporis ſpiritum exhalavit. Hactenus de his Walfridus, qui & alia ſuperaddit admiratione digna, ſed hic de his finis.

Sep-

PAGIUS *quos Leo Patricius & Thracenſium Dux, alter Leo curſor publici Logotheta, & ex confuſa plebe non pauci deſiderati. Eorum arma acceperunt Bulgari: atque ita Romani cum dedecore redierunt*. Eſt hoc primum bellum Bulgaricum a Conſtantino Imper. anno Chriſti ſequenti geſtum. De ſecundo anno DCCLXIII. agemus.

Digitized by Google

I. Sequitur annus ſeptingenteſimus ſexageſimus decimætertiæ Indictionis, quo reddunt Annales Græcorum, ex Emeſa in Syria tranſlatum fuiſſe ſacroſanctum caput præcurſoris Domini Joannis Baptiſtæ, quod ibi diu (ut dictum eſt) fuerat aſſervatum. Habet enim de his iſta Thophanes: *Eodem anno vigeſimo Conſtantini Imperatoris, tranſlatum eſt caput ſancti Joannis præcurſoris atque Baptiſtæ a monaſterio Spelei in templum ſuum Emeſæ ſitum quod eſſet illuſtre, & deſcenſus, nempe Confeſſio, ædificatus eſſet. Ibi uſque hodie a fidelibus honoratum, & adoratum, omni ſuavitatis, corporali ſcilicet & ſpirituali, honoratur odore, & emanans effundit omnibus ſanitatem qui fide flagrantes occurrunt.* Hæc Theophanes ſui temporis hiſtoriam proſequutus, quo redarguuntur omnes, qui ante hæc tempora ejuſdem capitis tranſlationem factam referunt in Occidentem.

Caput ſancti Joannis Baptiſtæ tranſlatum.

II. Quod ad res Francorum pertinet, hoc anno Pipinus bellum movet adverſus Waipharium Aquitaniæ Ducem, res Eccleſiarum invadentem; ductoque in Aquitaniam exercitu, rerum Eccleſiæ injuſte ablatarum reſtitutionem facere, exhibito juramento, obſidibuſque datis, promittere ipſum coegit. Hæc facta hoc anno, vetus Chronicon docet, ſed hæc pluribus apud Aimoinum his verbis: *Vvaipharius Dux Aquitaniæ cum res, quæ in ſua poteſtate erant, & ad Eccleſias ſub manu Pipini Regis conſtitutas pertinebant, rectoribus ipſarum venerabilium locorum reddere nollet, ipſumque Regem pro his ſe per Legatos ſuos commonentem audire contemneret, contumacia ſua ad ſuſcipiendum contra ſe bellum concitavit. Nam Rex contractis undique copiis Aquitaniam ingreſſus, bello ſe res, & juſtitias Eccleſiarum exacturum, pronuntiavit. Cumque in loco, qui Theodund vocatur, poſitis caſtris, conſediſſet, Vvaipharius bello certare non auſus, miſſa ad Regem legatione, ſpondet, ſe imperata facturum, Eccleſiarum poſſeſſiones, & res debitas redditurum, obſides, quos imperaretur, daturum. Dedit*

Pipinus vindicem agit rerum Eccleſiaſticarum.

PAGIUS

Sæc. VIII. Anno Æræ Hiſp. DCCXCVIII. Anno Hegiræ CXLIII. inchoato die 21. April. fer. 3. A. C. 760.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6253.

☉ 13. FE ☽ 1. P. 6. April. aliis 13. April.

Indict. 13.

JESU CHRISTI 760.

PAULI PAPÆ 4.

CONSTANTINI COPRONYMI 42. & 20.

LEONIS IV. 20.

I. Bellum Aquitanicum a Pippino Rege inchoatum.

I. Ad num. II. & ſeqq. Pippinum hoc anno bellum adverſus VVaifarium Aquitaniæ Ducem geſſiſſe, tradunt, non ſolum Regino, ſed etiam Annaliſtæ Nazarianus, Petavianus, Metenſis, aliique. Belli ſuſcipiendi cauſam hanc Annaliſta Fuldenſis memorat: *VVaifarius Dux in Aquitania tyrannidem exercens, preſbyteros Eccleſiarum Dei movit, deprædationes & injuſtitias multas fecit.* Bellum illud his verbis Auctor ſecundæ Appendicis ad Continuatorem Fredegarii enarrat: *Rex Pippinus Legationem ad VVaifarium Aquitanicum Principem mittens, petens ei per Legatos ſuos, ut res Eccleſiarum de Regno ipſius, quæ in Aquitania ſitæ erant, redderet, & ſub immunitatis nomine, ſicut ab antea fuerant, conſervatas eſſe deberent, & Judices ac exactores in ſupradictas res Eccleſiarum, quod a longo tempore factum non fuerat, mittere non deberet; & Gothos prædicto Regi, quos dudum VVaifarius contra legis ordinem occiderat, ei ſolvere deberet. Hæc omnia VVaifarius, quæ prædictus Rex per Legatos ſuos ei mandaverat, hoc totum facere contempſit. Igitur Pippinus Rex invictus evarſitus undique commovit exercitum, & partibus Aquitaniæ per pagum Trecaſſinum uſque Autiſſodorum Urbem acceſſit. Inde ad Ligerim fluvium cum omni exercitu Francorum ad Maſuam vicum in pago Autiſſiodorenſi Ligerim fluvium tranſmeavit. Per pagum Bituricum uſque Arvernico acceſſit, Regionem illam pervagans, & maximam partem Aquitaniæ igne concremavit. VVaifarius Princeps Aquitaniæ per Legatos ſuos pacem ſupplicans, ſacramenta vel obſides ibidem donat, ut omnes juſtitias, quas præfatus Rex Pippinus per Legatos ſuos ei mandaverat, in Placito inſtituto facere deberet. Rex Pippinus cum omni exercitu ſuo illæſo reverſus eſt ad propria.* [1]

II. Annos novem duravit.

II. Paulus Papa, Pippino ex Aquitania reverſo litteras ſcripſit in Codice Carolino num. XXXI. relatas, in quibus ait, quod cum nullam ſoſpitatis ejus relationem ſuſceperit, *nimio anxietatis fervore deſiderii noſtri affectio in hoc ipſum addiſcendum ſedulo provocatur, præſertim dum & a noſtris veſtriſque inimicis adverſa nobis de iſtis partibus annunciantur.* Baronius num. II. tradit, bellum Aquitanicum uſque ad annum DCCLXV.

NOTÆ

[1] Ad hunc vel circiter annum pertinet ſynodus quædam Hieroſolymitana celebrata pro SS. Imaginum cultu vindicando, quam cogendam ſuaſit S. Joannes Gotthiæ epiſcopus poſt pſeudo-ſynodum Conſtantinopolitanam anno 754. ordinatus, qui priori triennio ordinationis ſuæ loca ſancta peregrinando excurrit, ac dein redux ad patriarcham Hieroſolymitanum ſcripſit, rogans ut ſynodum cogeret. Quod & factum eſt, ut ſcribit geſtorum viri ſancti author anonymus. Acta SS. ad diem 26. Junii pag. 191. MANSI

dit etiam de primoribus gentis duos Adalgarium, & Itherium, & hoc facto, commotum contra ſe Regis animum adeo mitigavit, ut ſtatim bella deſiſteret. Nam acceptis obſidibus, qui ad fidem promiſſionibus faciendam dati ſunt, Rex bello abſtinuit, domumque reverſus, dimiſſo exercitu, in Villa Cariſiaco hiemavit, in qua & Natalem Domini, & Paſcha celebravit. Hæc ipſe. Pergit vero dicere de perfidia Waipharii, qui perjurus, reddere Eccleſiis, quæ promiſerat, recuſavit, adeo ut opus fuerit, rurſum anno ſequenti Pipinum exercitum comparare, ac iterum poſt annum adverſus eumdem bello agere, cum tandem anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto eodem occiſo perjurio, tota potitus eſt Aquitania.

III. Sed hic opportune reddenda putamus, quæ Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus ſcripſit in priori tranſlatione S. Remigii de iis, quæ eidem Pipino jam in Regem inuncto accidere. At primum meminiſſe debemus, quæ dicta ſunt ſuperius, conceſſum eidem Pipino a Romano Pontifice, ut ablata antea quædam bona Eccleſiaſtica, annuo perſoluto cenſu, retinere poſſet. Sed quid ipſi accidit, cum villam a ſancto Remigio donatam Dei Genitricis Mariæ Eccleſiæ ſub eodem perſolvendo cenſu vendicare vellet, ab eodem auctore ſic accipe: *Proceſſu denique temporis Pipinus Rex, Caroli Magni pater, volens Epiſcopii Laudunenſis villam, quæ Anſiacus, ſive Anciacus dicitur, accipere quaſi ſub cenſu, ſicut & alias quaſdam fecerat: venit in ea manere. Ubi cum dormiret, venit ad eum ſanctus Remigius, dicens: Tu quid hic facis? Quare intraſti in hanc villam, quam mihi te devotior homo dedit; quamque ego Eccleſiæ Dominæ meæ ſanctæ Dei Genitricis donavi? Et flagellavit eum ſatis duriter, ita ut livores poſtea in corpore ejus apparerent. Et cum diſparuit ſanctus Remigius, Pipinus valida correptus febre, quantocyus ab ipſa villa receſſit, qua febre non parvo tempore laboravit. Et deinde Princeps Regni uſque ad moderna tempora ibi non manſit, licet nec in Cudiciaco, vel Ju-* Corripitur a S. Remigio Pipinus Rex.

PAGIUS DCCLXV. protractum fuiſſe, eoque Pippinum tota *Aquitania* potitum eſſe poſt occiſum tunc Waifarium. Verum certum eſt bellum iſtud uſque ad annum DCCLXVIII. perduraſſe, eoque *Vvaifarium* interfectum, ac Eginhardum initio Vitæ Caroli M. recte ſcribere: *Pippinus finito Aquitanico Bello, quod contra Vvaifarium Ducem Aquitaniæ ab eo ſuſceptum per continuos IX. annos gerebatur, diem obiit.* Ubi *gerebatur*, ponitur loco, *geſtum fuit*, juxta modum loquendi a Scriptoribus mediæ ætatis frequenter uſurpatum, qui & præteritis pluſquam perfectis loco perfectorum uti ſolent, & ſcribere v. g. *compleverat*, *pro complevit* ut jam Viri docti obſervarunt. Quæ ſingulis belli Aquitanici annis peracta ſunt locis inſinuabimus, ad pleniorem Annalium Eccl. illuſtrationem.

III. *Deſiderius Longob. Rex ex parte ſatiſfacit Paulo Papæ.* Sub hujus anni initium pervenerunt in Italiam *Remedius ſive Remigius* Archiepiſcopus Rotomagenſis Pippini Regis frater & *Autharius* ſive Andegarius Dux, ejuſdem Pippini Oratores, quibus *Deſiderius* Longobardorum Rex ſpopondit ſe Paulo Romano Pontifici omnia Beati Petri patrimonia, jura etiam, loca, fines, & territoria diverſarum Civitatum, quæ Reipublicæ Romanorum fuerant, pleniſſime reſtituturum, hac ipſa Indictione XIII. menſe Aprili. Atque reipſa partem reddidit, aliam partem pollicitus, ſe paulo poſt quoque redditurum. Rogavit inſuper Romanum Pontificem, ut Pippinum de rebus illis certiorem faceret, quod quidem Paulus legitur præſtitiſſe literis, miſſoque etiam in Franciam *Petro* Presbytero, ita tamen ut Regi Francorum ſupplicaret, ne deſiſteret a ſollicitando *Deſiderio*, donec is rite ſuas omnes pollicitationes exſolviſſet. Conſtant hæc ex Epiſt. XXI. Cod. Carol. *Innoteſcimus*, inquit Paulus, *præcelſæ Chriſtianitati veſtræ, quod nuper dum ad nos conjunxiſſent fideliſſimi veſtri, ſcilicet Deo amabilis Remedius veſter* (germanus, quam vocem omiſit Librarius) *atque Autharius glorioſiſſimus Dux, conſtitit inter eos & Deſiderium Longobardorum Regem, ut per totum inſtantem Aprilem menſem iſtius XIII. Indictionis, omnes juſtitias Fautoris veſtri Beati Petri Apoſtolorum Principis, omnia videlicet patrimonia, jura etiam, & loca, atque fines, & territoria diverſarum Civitatum noſtrarum Reipublicæ Romanorum, nobis pleniſſime reſtituiſſet. Unde ex parte quidem eaſdem juſtitias ſe profitetur atque omnino ſpondet nobis eſſe facturum. Quapropter impenſius nos præfatus Deſiderius Longobardorum Rex obſecratus eſt, ut veſtræ a Deo protectæ Excellentiæ noſtris Apoſtolicis relationibus intimare debuiſſemus, & nos ſicut noſtro poſt Deum Liberatori hoc ipſum eximiæ atque ſublimiſſimæ & a Deo protectæ Chriſtianitati Veſtræ per has Apoſtolicas noſtras innotuimus ſyllabas. Dirigentes magnopere ad Veſtram a Deo inſpiratam præcelſam ſublimitatem præſentem dilectum filium noſtrum Petrum Presbyterum, quem petimus benigno ſolito aſpectu a Vobis ſuſcipi & cum effectu atque proſpero nuntio, de perfecta plenariaque juſtitia diverſarum cauſarum Fautoris veſtri Beati Petri Apoſtolorum Principis ad nos remeandum abſolvere dignemini. Si vero in ea, quam præfatus Deſiderius Rex, vel ejus Longobardorum gens profitentes pollicentur, permanſerit ſponſione nobiſque omnia, ſecundum ut conſtitit, & prædictorum fœdera continent, reſtituta ab eis nobis fuerint, tunc a Deo conſervanda Excellentia Veſtra meritum intimantes innoteſcemus ei.*

IV. *Patrimonia Eccleſiæ Rom. ab ejus juribus diſtinguenda.* Viderat tantum hujus Epiſtolæ argumentum Baronius, ut ipſemet refert anno DCCLXVII. Epiſt. XX. In hac patrimonia diſtinguuntur a juribus, locis finibus, ac territoriis Civitatum ut obſervat Cointius hoc anno num. VII. Nam jura, loca, fines, ac territoria Civitatum pertinent ad Donationem Pippinianam, partemque conſtituunt Principatus a Pippino Rege Pontifici Romano collati. Patrimonia vero tum intra tum extra Donationem Pippinianam conſiſtunt, *pro ſubſidio tantum & alimento pauperum Chriſti ſeu luminarium concinnatione*, ut Gregorius III. Papa in literis ad Carolum Majorem Domus patrem Pippini Regis anno DCCXL. num. XX.

liaco, niſi Ludovicus Rex Germanorum, quando ſuper fratrem ſuum Carolum Regnum ejus invaſit, in Juliaco manſit, & in die craſtina turpiter ante ipſum fratrem fugiens, vix evaſit. Hucuſque Hincmarus.

IV. Sic Deus corripi voluit filium, quem diligebat: quod ſi qui ſacrilegi talem haud experti ſunt actionem, meminiſſe debent ab Apoſtolo dictum, non eſſe filium, qui non eſt ſub diſciplina. Nam ad Hebræos (a): *Quem diligit Dominus caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit: tamquam filiis vobis offert ſe Deus: Quis enim filius, quem non corripiat pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filii eſtis.* Ut ex iis, intelligas, quam male agatur cum illis, qui dicunt: *peccavi (b) & quid mihi accidit triſte?* Utpote quod non ſint filii, ſed reprobi, non filiorum flagello ad emendationem, ſed paratis diabolo, & angelis ejus ad perpetuam damnationem ſuppliciis ſunt puniendi. Sed & hic meminiſſe oportet diri anathematia, quod in ſuo S. Remigius ſcribi voluit teſtamento adverſus Reges Francorum, ſi quis ex eis, quæ Eccleſiis donata eſſent, aliquid quoquo modo ſurripere auſus eſſet. Qui igitur Rex maxime pius, ut filius a Deo correptus eſt, tantum abfuit, ut quovis honeſto titulo res Eccleſiarum acciperet, ut potius adverſus eos, qui ea tentaſſent invadere, mox vindex inſurgeret, ut factum vidimus adverſus, quem diximus, Aquitaniæ Ducem. Diſcant homines, quam periculoſe ſive ſub annuo prætenſo cenſu, ſive alio modo laicus homo poſſideat res Eccleſiæ, quas ſæpe invitus, ac nolens, fatigatus precibus, vel aliis compulſus occaſionibus, vel deceptus falſis ſuſſionibus Pontifex Romanus illis poſſidendas, indulget.

(a) Hebr. 12.

(b) Eccl. 5.

Sep-

PAGIUS recitatis loquitur. Sita erant illa patrimonia in Ducatibus Beneventano, Spoletano & Tuſco, nec non in territoriis Neapolitano & Cajetano, & pertinebant ad Pontifices Romanos ante Donationem Pippinianam, ut liquet ex Epiſtola XXVI. Cod. Carol. a Paulo Papa ad Pippinum Regem data, & a nobis anno DCCLVIII. n. IX. & ſeq. ſummarie relata.

V. *Obitus Edilberti Cantii Regis.* Mortuus eſt hoc anno *Edilbertus* vel *Ethelbertus* Rex Cantii & filius Wictredi Regis, ut docet Huntindonius his verbis: *Cum Kinevvulf* (Occidentalium Saxonum Rex) *ſex annis regnaſſet, Edelbricht Rex Centenſis; metas vivendi attigit.* Alii etiam Scriptores Anglici Succeſſorem Eadberti Edilbertum fuiſſe docent, perperamque Alfordus hoc anno, & alibi putavit, non *Ethelbertum*, ſed *Edbertum* ejus fratrem hoc anno vitam cum morte commutaſſe. Ethelbertum enim poſt *VVictredum* patrem aliquot annos regnaſſe, & poſtea abdicaſſe, rurſumque anno DCCXLVIII. poſt *Eadberti* fratris mortem Regnum reſumſiſſe jam demonſtravimus anno DCCXXV. n. XII. & DCCXLVIII. num. VII. & nodum qui indiſſolubilis videbatur, ſolvimus. *Ethelberto* ſucceſſit *Alricus*, vel *Aldricus* frater, qui multos annos ſatis inglorius regnavit.

Theophanes anno XX. Conſtantini Imp. Kal. Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno error in celebrando Paſchatis feſto admiſſus eſt, Orthodoxis per Orientales tractus menſis Aprilis die ſexto, hæreticis autem, quorum id fuit erratum tertio decimo ſolemnitatem illam agentibus.* Sed Theophanes rem hanc uno anno tardius narrat. Qui ſequebantur Cyclum Victorii hoc anno Cyclo Lunæ primo quando terminus Paſchalis eſt die V. Aprilis noluerunt ſequenti die Dominica die ſexta Aprilis Paſcha celebrare, ſed diſtulerunt illud uſque ad diem XIII. ejuſdem menſis. Cyclum Victorii ſequebantur Galli, qui tandem ſub Carolo M. & non antea, in Alexandrinorum placita conceſſere. VI. *A quibuſdam in celebratione Paſchatis peccatum eſt.*

I. Concilium Romanum ſub Paulo Papa.

SEptingenteſimus ſexageſimus primus Chriſti annus volvitur, Indictione decimaquarta, quo celebratum eſt Romæ Concilium, in quo inter alia Paulus Papa Conſtitutum fecit de Eccleſia, & monaſterio a ſe erectis in paternis ædibus ſub titulo ſanctorum Stephani Papæ & Martyris, nec non Silveſtri Pontificis & Confeſſoris, illatis in eam compluribus ſanctorum Martyrum corporibus, e diverſis cœmeteriis erutis. Sacrum autem ejus diploma, dignum monumentum, hucuſque ſervatum ejuſdem ſancti Pontificis ſic ſe habet (*a*):

(*a*) Extat apud Moniales S. Silveſtri Romæ.

II. * Leontio

*Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei * Icontio religioſo presbytero, & Abbati venerabilis monaſterii ſanctorum Stephani Martyris, atque Silveſtri Confeſſoris Chriſti, & aliorum innumerabilium Martyrum, & Confeſſorum Dei, in eodem ſancto monaſterio a nobis, annuente Deo, fundato quieſcentium, & cum eo ipſi venerabili monaſterio in perpetuum.*

Sacrum diploma Pauli Papæ.

Inter diverſa ſtudiorum examina, & varias humanæ inconſtantiæ operationes, quæ nimirum in hac temporali vita pertractantur: illa præſertim toto mentis niſu perficienda ſunt, quæ ad laudem Domini Dei noſtri, & ſanctorum ejus celeberrimum reſpiciunt honorem. Et profecto omnia ſequuntur proſpera, ſi primitus quæ Deo ſunt glorioſa, & Sanctis ejus præfulgida, procuramus. Ob hoc nempe, dum divina Redemptoris noſtri ineffabilis potentia gratia in meam reſpicere dignata eſt exiguitatem: magna cura iæſiſtere, & anhelante fere delectionis affectu, diuturna ejus benignitate ac miſericordia procuramus laudes, & meorum ipſi offerre majeſtati deſideria votorum. Atque ex hoc divinæ illuſtrationis compunctus inſpiratione, vehementer, licet immeritus, procurare ſtudui ea, quæ ad cultum Dei, & dignam Sanctorum pertinent venerationem, & maxima roborationis cenſura confirmare.

III. *Quoniam valde me, fateor, opimis beneficiorum eorumdem Sanctorum ſuffragiis apud divinæ majeſtatis miſericordiam, pro eo quod nullis virtutum profectibus mereor inſtitutum, ſcilicet gravi peccatorum mole prægravatum, adeo magnum, & terribile Apoſtolicæ * Sedis officium proſequi, niſi eorum præſidio divina me prævenerit dignatio: Verumtamen in hoc omnipotentia ſua cunctorum præſcius, conditor & Redemptor Dominus noſter Jeſus Chriſtus demonſtrat indicia, quod ea, quæ apud eos ipſos deſpecta ſunt, nobis ad ſpem profectus, potentia ſua gratia illuſtrante, perducit: quod in me nimirum cernitur eveniſſe. Idcirco ingenti gratulationis lætitia refectus, laudem Domini loquitur os meum, cor & lingua benedicit ſanctum nomen ejus, atque intra cordis affectum, ejus magnæ pietatis clementiæ congruenter confero vota.*

* vicis

Cœmeteria collapſa antiquitate a Long. diruta.

Igitur cum per evoluta annorum ſpatia, diverſa ſanctorum Chriſti Martyrum, atque Confeſſorum ejus foras muros hujus Romanæ Urbis ſita antiquitus cœmeteria neglecta, ſatis manerent diruta: contigit poſtmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditus eſſe demolita. Qui etiam & aliquanta ipſorum effodientes Martyrum ſepulcra, & impie devaſtantes; quorumdam Sanctorum deprædati, auferentes ſecum deportaverunt corpora. Et ex eo tempore omnino deſidioſe, atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam & (quod dici nefas eſt) etiam & diverſa animalia in aliquantis eiſdem Sanctorum cœmeteriis aditum habentia: illic etenim eorum exiſtebant ſepta animalium, in quibus fœtoris egerebant ſqualorem.

IV. *Unde conſpecta eorumdem ſanctorum locorum deſidiaſa incuria, & ex hoc vol-*

PAGIUS Anno Periodi Græco-Romanæ 6254.

SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXCIX. Anno Hegiræ CXLIV. inchoato die 10. Apr. fer. 7. A. C. 762.

☉ 14. D. ☽ 2. P. 29. April. Indict. 14.

Jesu Christi 761.

Pauli Papæ 5.

Constantini Copronymi 42. & 21.

Leonis IV. 11.

I. ANnum I. ad XV. Recitat Baronius Conſtitutum ſeu Privilegium datum a Paulo Papa, quando ædes paternas in Eccleſiam & Monaſterium Monachorum convertens, eandem in honorem SS. Stephani Papæ ac Martyris, & Silveſtri Pontificis Rom. Deo dicavit. Refert illud Privilegium aſſervari apud Moniales Sancti Silveſtri Romæ; quæ iden temporis proceſſu in Monachorum locum ſubrogatæ ſunt. Verum ſubſcriptio mendoſe deſcripta eſt his verbis: *Datum quarto Nonas Junii, imperante Domino Conſtantino Auguſto a Deo coronato magno Imperatore anno quadrageſimo primo, ex quo cum patre regnare cæpit: & poſt Conſulatum ejus anno viceſimo primo, Indictione decima quarta.* Nec dici poteſt, mendum cubare in Indictione, cum in eadem membrana dicatur, *menſe Junii XIX.* ita apud Baronium in Concil. edit. Labbei Jalii, corpus Beati Silveſtri, & menſe Auguſti *die XVII.* corpus Beati Stephani Martyris, *Indictione XIV.* tranſlata eſſe. Cum itaque Conſtantinus die XXXI. menſis Martii anni DCCXX. Imperii paterni conſors dictus fuerit, annoque DCCXLI. die XVIII.

Monaſterium SS. Stephani & Silveſtri Paulus PP. conſtruit.

E cœmeteriis tranſlata Martyrum corpora.

de ingemiſceas, atque plurima doloris atteritur mæſtitia: aptum proſpexi, Deo annuente, eoſdem ſanctos Martyres, & Confeſſores Chriſti, & Virgines ex iiſdem dirutis auferre locis. Quos & cum hymnis, & canticis ſpiritualibus in hanc Romanam introduximus Urbem, & in Eccleſiam, quam noviter a fundamentis in eorum honorem conſtruxi (intra mœnia ſcilicet in domo, quæ mihi parentali ſucceſſione obvenit, in qua me natum conſtat, atque nutritum) eorum ſanctiſſima collocans condidi corpora. Ubi congregationem conſtitui monachorum ſpeciali cenſura in honorem, & nomina beatorum Stephani Papæ & Martyris, atque Silveſtri Papæ & Confeſſoris Chriſti: in quo veneranda eorum quieſcunt corpora. Monaſterium virorum monachorum eſſe cenſui, ſcilicet ad modulationis exercendam pſalmodiam, in perpetuum eſſe decrevi, conſtituens ſedulas ibidem Domino Deo Redemptori noſtro referri laudes, & æternam eorumdem Sanctorum, illic quieſcentium, venerationis memoriam ad gloriam divinæ potentiæ celebrari, atque pro dilatatione, atque ſtabilitate Reipublicæ, necnon & ſalute omnium fidelium Chriſtianorum, & ob meorum veniam delictorum quotidianas fundi preces, & debitum, & condecentem eiſdem omnibus Dei Sanctis exhiberi honorem.

V. De cultu SS. Martyrum.

Quoniam dum ipſi Martyres Chriſti, contemptis humanæ gloriæ blandimentis, atque diverſa tormentorum ſupplicia perpeſſi, pro Chriſti ſunt nomine capite truncati, & amici Dei effecti: omnino congruit, ut ſicut eorum animæ in cœleſtibus Regnis cum Angelis triumphant; ita & in terris quoque eorum ſacratiſſima corpora, lucidiſſimis habitaculis collocata, optime ab omnibus venerentur Chriſtianis, dum nimirum impenſius pro ſuis cultoribus divinam non deſiſtunt implorare omnipotentiam. Ipſorum quippe me Sanctorum confero præſidiis, confidens eorum me ſuffragiis a peccatorum, qua premor, exui mole.

* Sed &

*Et * ecce, propitiante Domino, idem a nobis in eorum honorem fundatum monaſterium diverſis prædiis, atque rebus, & poſſeſſionibus urbanis, vel ruſticis, & cunctis neceſſariis utenſilibus optime ditantes, omnia, quæ ad concinnationem luminariorum, & ſedulam ſacrificiorum oblationem, vel ea, quæ ad uſus illic conſiſtentium monachorum ſufficiunt, conteſſimus, id eſt, maſſas, fundos, caſales, colonias, vineas etiam, atque hortos, & oliveta, ſeu domos, & hoſpitia, ſalinas, & aquimolas, vel piſcarias, & reliqua poſſeſſionum prædia in diverſis locis, & civitatibus ſita, ſimulque & ſervorum famulantium ſecum peculia. Addentes etiam, & ſub jure, & ditione ipſius noſtri monaſterii confirmantes aliqua monaſteria, & venerabilia loca cum univerſis, poſſeſſionibus & omnibus eis generaliter & in integro pertinentibus.*

Eccleſia & Monaſterium erectum a Paulo Papa.

VI. Donatio facta monaſterio.

Hæc nempe omnia loca, poſſeſſiones, vel prædia urbana, vel ruſtica, cum univerſis generaliter, & in integro eis pertinentibus, ubi & quocumque loco, & civitate conſiſtunt, & a nobis jam præfato noſtro monaſterio conceſſa ſunt, vel in poſterum fuerint largienda, per præcepta Pontificalia, & cæteras monitiones ibidem ſunt vel fuerint confirmata: præſidente ſacerdotali Concilio, ſtatuentes, ſancimus Apoſtolica cenſura, & ſub divini judicii obteſtatione a noſtris ſucceſſoribus Pontificibus ſervanda, decernimus, ut in eodem venerabili monaſterio perenniter permaneant, atque in ejus uſu pro quotidiana ſacrificii oblatione, in luminarium concinnatione, atque ſuſtentatione, illic exiſtentium monachorum, ſempiterno jure proficiant.

Ne quid oblatum monaſterio auferatur.

Unde & ſub terribili & tremenda futura eventus die adventus magni Domini noſtri Jeſu Chriſti, in qua judicaturus eſt vivos & mortuos & ſæculum per ignem, etiam & maximis ſub anathematis interdictionibus, Domini noſtri Jeſu Chriſti & B. Petri principis Apoſtolorum auctoritate determinus, nulli quoque modo noſtrorum ſucceſſorum Pontificum licere, vel alicubi magna, parvaque perſona cujuſcumque ſit honoris prædita dignitate, qualibet exquiſitione ingenii arte diſſolvere hæc, quæ a nobis pio intuitu ad laudem Redemptoris noſtri, & honorem Sanctorum ejus

PAGIUS XVIII. menſis Junii patri ſucceſſerit, & de more Conſulatum eodem die capeſſierit, manifeſtum eſt, annum XLI. ejus Imperii cum anno XXI. ejus Conſulatus nunquam ſimul concurrere poſſe, ideoque in utroque anno errorem reperiri. Loco itaque, *anno XLI.* legendum, *anno XLII.* loco vero, *poſt Conſulatum ejus anno XXI.* legendum *poſt Conſulatum ejus anno XX.* In editione Conciliorum Labbeana hæc ſubſcriptio cum iiſdem erroribus exhibetur, & in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XXXI. menſis Decembris Baronius memoriæ lapſu ſcribit, præfatam Eccleſiam in honorem SS. Stephani Protomartyris & Silveſtri Romani Pontificis dedicatam fuiſſe; cum tamen in laudato Conſtituto & in Anaſtaſio dicatur conſtructa in honorem Sancti Stephani Papæ & Martyris, atque Silveſtri Papæ & Confeſſoris. Hoc porro Conſtitutum in Concilio Romano ſubſcriptum. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico dum de Paulo Papa ſermonem habet, ſuſpicatur hoc Privilegium ſuppoſititium eſſe, quod notæ temporariæ laudatæ inter ſe non conveniant. Verum ſi hæc ratio valeret, pleraque vetera Diplomata, quæ fidei ſunt indubitatæ, rejicienda forent, cum in notis temporariis deſcribendis Librarii ſæpius peccaverint.

ejus conſtituta ſunt. Nec penitus ex eiſdem locis, vel poſſeſſionibus, atque rebus, & facultatibus, familiis etiam & peculiis, vel quicquid ad idem venerabile monaſterium pertinere dignoſcitur, auferre neque quoquo modo alienare; potius autem omnia (ut prælatum eſt) in eodem Sancto loco perenniter in integro permaneant. Sed nec Abbas, qui pro tempore curam ipſius monaſterii geſſerit, quoquo modo præſumat quemlibet locum, qui in uſu exiſtit monaſterii, cuiquam locare, aut venundare, nec quicquam ex rebus, ei pertinentibus, uſurpare, ac fraudare.

VII. *Statuentes interea, & hoc decernimus, ut cuncta congregatio monachorum in eodem Sancto conſiſtentium monaſterio, ſepties in die Domino Deo noſtro referant laudes, & debitum, illic quieſcentibus Martyribus atque Confeſſoribus Chriſti perſolvant honorem. Sed etiam, ei qui vere ſubvenit, ampliſſimas omnium Redemptori noſtro ſtudeant referre laudes: quoniam ſcriptum eſt* (a): *Et adiiciam ſuper omnem laudem suam. Nam & hoc promulgantes, ſancimus, & per omnipotentis Dei noſtri virtutem, ſub terribili anathematis obligatione, omnes obteſtantes, decernimus, nullum unquam præſumere quamlibet contrarietatem, aut molitium in eodem noſtro monaſterio, vel pertinentibus ei cauſis inferre; ſed magis pro Dei timore, & maximo Sanctorum ejus honore cuncti juvamina, & auxilii opem ipſi, vel pertinentibus ei cauſis, atque utilitatibus ingerant, ut participes & ipſi hujus boni efficiantur operis, & mercedis præmia hujuſcemodi beneficio ab omnipotente Deo conſequantur.*

(a) Pſal. 70.

VIII. *Hæc vero omnia a nobis ad laudem Redemptoris noſtri promulgata, & ab universo ſacerdotali Concilio confirmata, & maximis obligationibus corroborata Deo vivo & vero decernimus, perenniter conſervanda. Si quis autem ex noſtris ſucceſſoribus Pontificibus, aut ex quocumque homine potente, vel inferiori magna ſcilicet, parvaque perſona, cujuſcumque ſit honoris præditus, & dignitatis, præſumpſerit quocumque argumento, vel exquiſita occaſione, hæc, quæ a nobis ad cultum Dei ſtatuta ſunt, deſtruere, aut diſſolvere, vel quoquo modo temerare, aut etiam frangere, & (quod non optamus) quemlibet locum aut poſſeſſionem, vel quicquid prædicto venerabili monaſterio pertinere dignoſcitur, auferre, aut alienare ex eodem ſancto loco conatus fuerit: ſciat, ſe Domini noſtri Jeſu Chriſti, atque beati Petri principis Apoſtolorum auctoritate, inſolubili anathematis vinculo innodatum eſſe, & a Regno Dei alienatum, contrarios ſibi ſentiens omnes eoſdem ſanctos martyres, & Confeſſores, & Virgines Chriſti, & cum ipſis ante tribunal Dei omnipotentis in tremendo examinis die judicii debeat cum eiſdem ſanctis facere rationes.*

Dirum anathema illatum in violantes jura monaſterii.

IX. *Ipſum enim Judicem peto, qui eſt retributor omnium, pro cujus laude hæc nos conſtituiſſe dignoſcimur, ut iram ſua potentia omnibus hujus noſtri Apoſtolici Conſtituti transgreſſoribus inferat, & inſanabili ultionis vulnere percutiat cunctos, qui prædictum noſtrum monaſterium lædere, vel contrariam mentem in cauſis pertinentibus ei, exhibere tentaverint, vel quicquam ex omnibus, ei pertinentibus * abſtollere præſumpſerint; ut ſit vita eorum laborioſa, & peſſima, nimiſque lugubris; atque languentes deficiant, & ſuorum minime conſequantur, niſi reſipuerint, veniam delictorum, ſententiam ſumentes Ananiæ, & Saphyræ, qui mendacii noxa, ſuſcepti ante pedes Apoſtolorum expiraverunt. Contingatque eis ſicut Dathan & Abiron, quos aperiens terra os ſuum, vivos deglutivit. Et cum diabolo, ejuſque atrociſſimis, & teterrimis pompis, atque cum Juda traditore Domini noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti, & omnibus impiis deputati in tartareo igne, & inextinguibili incendio, & in voragine chaos demerſi, crementur in æternum.*

* abſtrahere

X. *Porro qui inventi fuerint monaſterium noſtrum defendere, quod ad laudem Dei & honorem Sanctorum ejus conſtituimus, & omnia, quæ in hoc Apoſtolico continentur Conſtituto annexa, cuſtodientes, integra mentis ſinceritate obſervaverint: a dextris Dei inveniantur in loco lucis conſtituti, & omnes ſanctos Dei martyres, Confeſſores & Virgines Chriſti qui in eodem venerabili monaſterio quieſcunt firmos habeant protectores, eorumque ſuffragiis, & in præſenti vita adjuventur, & in futura beatitudine cæleſtis Regni gaudere cum Angelis Dei & omnibus Sanctis, & electis per infinita conſequantur ſæcula.* Hactenus ſacrum diploma, quod Conſtitutum nuncupare conſueverunt: dies autem, & annus, quo datum eſt, poſt ſubſcriptionem Epiſcoporum, & Cardinalium, poſiti habentur. Sequitur modo ſubſcriptio Epiſcoporum & Cardinalium S. R. E. qui eidem Concilio interfuerunt, primoque loco poſitum chirographum ejuſdem Romani Pontificis his verbis:

XI. Subſcriptio Epiſcoporum.

Paulus Epiſcopus ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ huic Conſtituto, a nobis facto, ſubſcripſi.

Joannes humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Nepeſinæ huic Conſtituto, a nobis facto, interfui, & ſubſcripſi.

Joannes humilis Epiſcopus Eccleſiæ Tiburtinæ huic Conſtituto, a nobis facto, interfui, & ſubſcripſi.

Gratianus humilis Epiſcopus Velitrenſis Ec-

Digitized by Google

Eccleſiæ huic Conſtituto, a nobis facto interfui, & ſubſcripſi.
Petrus humilis Epiſcopus Eccleſiæ Labicanenſis huic Conſtituto, a nobis facto, interfui, & ſubſcripſi.
Parvus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ in Tribus tabernis huic Conſtituto, a nobis facto, interfui, & ſubſcripſi.
Boniſacius humilis Epiſcopus Eccleſiæ Tiferna, &c. ut ſupra.
Domnus humilis Epiſcopus Eccleſiæ * *Maturanenſis*, &c. ut ſupra.

* Marturanenſis

Epiphanius peccator Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Peruſinæ, &c. ut ſupra.
Conſtantinus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Anagninæ, &c. ut ſupra.
Anaſtaſius humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Senogallienſis, &c. ut ſupra.
Leo humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Salernitanæ, &c. ut ſupra.
Petrus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Cerenſis, &c. ut ſupra.
Leo humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Albanenſis, &c. ut ſupra.
Gregorius humilis Epiſcopus Eccleſiæ Præneſtinæ, &c. ut ſupra.
Jordanus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Senenſis, &c. ut ſupra.
Adam humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Hortanæ, &c. ut ſupra.
Rodulphus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ * *Cellenſis*, &c. ut ſupra.

* Callienſis vel Vercellenſis.

Gregorius humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Silvæ candidæ, &c. ut ſupra.
Sunalbus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Amerinæ, &c. ut ſupra. Et alii cæteri, qui capere non poſſumus. *Ita ibi.*

XII. Subſcriptio Cardinalium.

Sequitur poſt hæc ſubſcriptio Cardinalium S. R. E.

Gregorius Archipresbyter S. R. E. tituli ſanctæ Balbinæ.
Philippus humilis presbyter S. R. E. tituli S. Marci.
Gregorius S. R. E. presbyter tituli ſanctæ Anaſtaſiæ.
Theophilus S. R. E. humilis presbyter tituli S. Sabinæ.
Euſtochius humilis presbyter S. R. E. tituli .....
Stephanus humilis presbyter S. R. E. tituli S. Cæciliæ.
Conſtantinus humilis presbyter S. R. E. tituli SS. quatuor Coronatorum.
Marinus humilis presbyter S. R. E. tituli S. Laurentii, qui vocatur Damaſi.

Hos ſequitur ſubſcriptio trium Epiſcopoporum qui reſidui erant, ſed defectu chartæ abſque ſubſcriptione præterierant.

» *Suthinius Epiſcopus Tranenſis Eccleſiæ.*
» *Leontius Epiſcopus Amiternina Eccleſiæ.*
» *Stephanus Epiſcopus Ferentinatis Eccleſiæ.*

Sequitur ſubſcriptio reliquorum Cardinalium.

Theopemptus presbyter S. R. E. tituli S. Euſebii.
Leontius presbyter S. R. E. tituli S. Suſannæ.
Euſebius presbyter S. R. E. tituli S. Laurentii in Lucina.
Benedictus presbyter S. R. E. tituli S. Marcelli.
Clemens presbyter S. R. E. tituli S. Anaſtaſiæ.
Chriſtophorus presbyter S. R. E. tituli S. Vitalis.
Donatus presbyter S. R. E. tituli Sanctæ Sixti.
Andreas presbyter S. R. E. tituli S. Mariæ in Calliſto.
Saxolus presbyter S. R. E. tituli S. Cyriaci.
Hermogenes presbyter S. R. E. tituli S. Priſcæ.
Petrus humilis Archidiaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.
Datum quarto Nonar Julii, imperante Domino Conſtantino Auguſto a Deo coronato magno Imperatore, anno quadrageſimo primo, ex quo eum patre regnare cœpit: & poſt Conſulatum ejus anno vigeſimo primo, Indict. decimaquarta.

Porro in eadem membrana Pauli Papæ verbis hæc addita reperiuntur: Menſe Junii die decimanona introduximus in hoc oraculum corpus beati Silveſtri Epiſcopi & Confeſſoris Chriſti. Menſe Auguſti die ſeptimadecima introduximus corpus beati Stephani Martyris atque Pontificis, tempore Conſtantini, & Leonis, Auguſtorum, & Pipini excellentiſſimi Regis Francorum & Defenſoris Romani Indictione quartadecima. Quod autem & in cœmeterio Calliſti, æque corpus S. Stephani Papæ & Martyris poſitum adhuc dicatur: inde id proveniſſe putatur, quod ſicut in aliis fieri conſuevit, cum transferri ſolerent ſacra Sanctorum corpora, pars aliqua in loco priori relinqui ſoleret. XIII.

Sed quæ de his habeat Anaſtaſius Bibliothecarius, ut auctoritas auctoritate firmetur videamus: *Hic ſanctiſſimus præſul in ſua propria domo monaſterium a fundamentis in honorem S. Stephani Papæ ſcilicet, & Martyris, necnon & beati Silveſtri itidem Pontificis & Confeſſoris Chriſti conſtruxit. Ubi & oraculum in ſuperioribus ejuſdem monaſterii mœniis ædificans, eorum corpora magna cum veneratione condidit. Infra clauſtra* XIV.

ve-

vero ipſius monaſteris Eccleſiam mira pulchritudinis a fundamentis noviter conſtruxit: quam muſivo, & marmoribus decorans, & omnem illic ornatum ex auro argentoque & diverſis ſpeciebus largiens, etiam ciborium ibidem ex argento librarum . . . . fecit; illicque innumerabilium Sanctorum corpora quæ de præfatis demolitis abſtulit cœmeteriis, maxima venerationis condidit affectu. In eodem quippe monaſterio plura contulit prædia, & poſſeſſiones loca, urbana vel ruſtica, ſuperfluenter, & abundanter eum ditans in auro, & argento, aliiſque variis ſpeciebus, & omnibus utilitatibus: ubi & monachorum congregationem conſtruens, Græcæ modulationis pſalmodiam cœnobium eſſe decrevit, atque Domino noſtro omnipotenti, & omnibus ibidem requieſcentibus Sanctis, magnis ſub interdictionibus ſedule, ac indeficienter laudes ſtatuit perſolvendas. Hactenus de his Anaſtaſius.

XV. Ut autem Græca lingua illic voluerit Paulus Papa pſalmos occini: id inde accidiſſe putamus, quod cum Copronymus impius Imperator, edicto promulgato, vetuerit eſſe monachos in Oriente: ingens monachorum Orientalium multitudo, ſeſe in Urbem infuderit, quorum cum Græca lingua peculiaris eſſet, eoſdem in monaſteriis collocatos voluerit ea præſtare, quæ conſueviſſent in monaſteriis Orientis, ut pſalmorum cantum, aliaque officia Eccleſiaſtica ſua ipſorum lingua perſolverent.

Sed jam, quæ anni hujus reperiuntur res geſtæ Orientalis Eccleſiæ videamus.

Perſecutio Imp. Conſtantini recrudeſcit. Hoc quidem anno recrudiuiſſe quam acerbiſſime perſecutionem ab eodem Conſtantino Copronymo adverſus Orthodoxos Chriſtianos excitatam, teſtatur Theophanes verbis iſtis, hoc ipſo anno vigeſimoprimo ejuſdem Imperatoris: *Eodem quoque anno Conſtantinus perſecutor Andream memorabilem monachum, qui dicebatur Calybites, apud Blachernas, flagris in hippodromo ſancti Mamma occidit, redarguentem impietatem ejus, & Valentinianiſtam ac Civilianum appellantem eum; quem & in rheuma maris jactari præcepit, niſi ſorores ejus hunc rapientes, in Emporio Leucadii ſepeliiſſent.* Hucuſque Theophanes, & alii, ſed breviter ac ſuccincte nimis ingentis molis opus abſolvunt. Nos autem tum ejus, tum aliorum Orthodoxorum glorioſas confeſſiones his inſeremus, petitas e Græcis fontibus, ex ejuſdem Andreæ martyrii Actis: (a) Atque primo de edicto Imperatoris ſic:

(a) *Apud Sur. die 17. Oct.*

XVI. *Conſtantinus doctus a maligno ſpiritu, juſſit per omnem terram, quæ ſub cœlo, ipſi tamen ſubjectam Imperio, procedere, & ad extremos fines pertranſire alienum hoc edictum, omne genus ſupplicii omni generi, & ætati aſpere minitans, ſi quis ſuo decreto non pareret, promptoque & alacri animo illud non exciperet; immo ſi divinam aliquam figuram verbotenus videretur honorare.* Decretum ſuum nominat, quod de abiiciendo cultu ſacrarum imaginum ab œcumenica (quam dicebat) pſeudoſynodo (ut vidimus) ſancitum fuit.

Quod vero illud decretum a piis contemptui haberetur: inde cauſa manavit, cur tantopere ira exæſtuaret, atque ad corroborandum illud, & auribus omnium ingerendum præſens edictum hoc anno promulgaret: hoc agens, ut quod haud pridem concilium celebratum adverſus ſacras imagines eſſet, quod (ut vidimus) œcumenicum appellavit, ſciens illud ab Orthodoxis haberi ludibrio, quod nec nomine quidem Concilii dignum eſſe dicebant: hujus rei gratia minas illas per edictum promulgat, quæ adeo vehementes erant, & fortes, ut magnopere Orthodoxorum perculerint animum. Nam ſubdunt Acta:

XVII. *Propter has ergo aſperas, & ſævas minas, licebat tunc videre civitates effectas in ſolitudinibus, eſſe autem plane deſertas civitates propter multitudinem eorum, qui ad eas veniebant ſolitudines. Nimis arcta reddebantur cuſtodia, replebantur carceres non latronibus (proh dolor!) non expilatoribus, aut aliis hujuſmodi maleficis hominibus, ſed viris piis ac religioſis, & Dominum timentibus, quorum erant per noctes ſtationes, qui ſunt ex Deo ſudores & nocturnæ lacrymæ, & quos Hieruſalem vocabat libera civitas, honorifice apud eam diverſantes.* Hæc quidem omnia conſentientia illis omnibus, quæ ſuperius dicta ſunt ex Actis Stephani Martyris ab hujus temporis auctore conſcriptis. Sed certamen, quod hoc anno contigit, intueamur Andreæ

PAGIUS II. *S. Andreas Criſit ob Sacras imagines morte adfectus.* A num. XV. ad XXVIII. Recitat Baronius *Martyrium Sancti Andreæ, qui eſt in Criſi*, Auctore Simeone Metaphraſte, ut habet titulus huic Martyrio præfixus a Surio ad diem XVII. menſis Octobris. Allatius tamen in Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 76. enumerans aliquas Sanctorum Vitas Simeoni attributas, quæ vere ejus non ſunt, inter eas ponit hanc S. Andreæ Martyris in Criſi Vitam. Inſcribitur Sanctus *Andreas Criſit* Menæo Græcorum ad diem XVII. menſis Octobris, paſſuſque eſt Sacrarum Imaginum cauſa, anno XX. Conſtantini Imp. ut habet Theophanes. Erat aliud Conſtantinopoli Monaſterium in hujus S. Martyris honorem conſtructum, ut docet Ducangius in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4. paragr. 5 num. VI. Baronius anno DCCLXII. n. 2. hunc Andream cum Cretenſi perperam confundit.

Cur Andreas ſe prodit in medium.

dreæ ſanctiſſimi monachi. Cum enim (ut dictum eſt) ob perſecutionem, peculiariter indictam adverſus monachos, alii aliò commigraſſent ad tutiora loca: hic diu moratus, tandem ab eodem ſpiritu, qui alios impulit in deſertum, hic eſt immiſſus in Conſtantinopolitanam civitatem, ne ſine patenti confeſſione oppreſſa veritas veluti extincta putaretur, cum e contra in tanta civitate præconio confeſſionis frequenti populo celebrata, magis vero clamore ſanguinis exaltata, fronde feſta vireſcens, erigeret de ſuperata impietate trophæa: Sed quomodo id acciderit, audi:

XVIII. *Cum ergo tam magnum, & tam grave bellum eſſet excitatum, & multi ſtatim tempori ceſſiſſent, ſerviliterque & liberaliter omnino loquerentur: beatus hic Andreas non ferens hunc novum modum captivitatis, neque pias animas, quæ ſuperna civitate miſere privabantur, deſpiciens, ſed tempus aptum eſſe arbitratus, ad zelum magno, & excelſo animo oſtendendum, quem pro pietate jamdiu parturiebat, relicta terra patria, & ſolo, quod eum aluerat, venit ſtatim Byzantium, tamquam quiſpiam fortis, & generoſus athleta, qui in exercitatione ſatis ſtudii poſuerat, & in ſtadium ſæpius deſcenderat. Itaque nec metum magiſtratuum, neque aliquid aliud grave reputans, in medium progreſſus, Imperatoris, & eorum, qui erant ex ejus parte, palam ſectam libere arguebat; & honorem, qui divinis debebatur figuris, docebat, & ſtatuebat: ſic dicens: debet coli Deus, ſic venerari imagines.*

XIX. Cauſam ſui adventus Conſtantinopolim Andreas prodit.

Porro autem dicebat ſe eo veniſſe, ut evelleret, quæ a diabolo parabantur, inſidias, & eos quidem, qui ſuam ſalutem prodiderant, adduceret ad pœnitentiam, & animum eis adderet, ut rurſum pugnarent; rurſus vero eos, qui ſtabant, precibus, adhortationibus, & conſilio muniret, tutoſque redderet. Hæc cum publice prædicaret, nec tantillum quidem de dicendi libertate remitteret: ea ſignificantur Imperatori. Qui cum ante ædem Martyris Mamantis, quæ dicitur baſilica, cum ſuo conſueto conſediſſet ſupercilio, & magnum quidem ex ſcenica illa ſpecie faſtum, magnam autem ex aſſentante illo ſatellitio gloriam ſibi induiſſet, nec eos quidem, qui aderant, ſolum intueri ſuſtineret, Orthodoxos vero torve, & ferociter aſpiceret, & nihilo mitior, quam fera agreſtis in eos ferretur, & alios quidem boum nervis crudeliſſime cæderet, alios autem igni, & aliis ſuppliciis traderet, multorum vero etiam ipſos oculos, & linguam erueret, ut illis quidem oculis ſcilicet aliorum athletarum non aſpicerent animi magnitudinem, nec hi tolerantia magnam acciperent ſolatium; hac autem adempta, non poſſent alios excitare ad certamen, neque eis veluti manum præbere per conſilium, & ſuaſionem: aliis autem ſimul manus, ac pedes auferret propter iram vehementiam, & acerbitatem.

Hic beatus Andreas animo ſauciatus, & pro Domino ſpirans virtutem, & animi magnitudinem, cum & e medio corde ſibi eſſet precatus, & ſubinde dictitaſſet: Domine ſerva, Domine dirige, ſeipſum in media injecit pericula, & eorum, qui circumſtabant diviſa multitudine, latens eos, qui ambigebant, & cum veniſſet in conſpectum Imperatoris: Cur (inquit) o Imperator (ſi es Chriſtianus) hæc mala machinaris adverſus Chriſti imaginem, & ejus ſervorum? Ille autem non ferens hanc loquendi libertatem, ſed apertam contumeliam eam rem eſſe exiſtimans, loquentem Sanctum ſtatim interrupit, & jubet eis, qui aſtabant, eum comprehendere. Ii autem cædem ſpirantibus manibus in eum irruentes, & alii quidem ejus caput, alii autem manus apprehendentes, alii vero ſuperhumerale, & alii tunicam per ſummam contumeliam, & ut ei qui juſſerat magis gratificarentur, eum humi dejiciunt, qui erat animo excelſo; neque prius ceſſarunt eum trahere, donec ipſe Imperator poſtquam ſatis ultus eſſet dicendi libertatem athletæ, volens utique videri clemens, juſſit eum relaxari. XX. Martyrium ſuum Deo commendat Andreas.

Cum autem proxime adducendum, & ſiſtendum curaſſet, cum eum prius terruiſſet ſævitia, deinde etiam alliceret manſuetudine: Undenam, inquit, hæc tanta tibi audacia, & inſcitia, ut juſſis repugnes Imperatoris, & coram eo intempeſtive, & citra ullam rationem libere quævis loquaris? ſed (ut videtur) volens aliquo modo notus nobis evadere, hanc viam ingreſſus es. Voluntas itaque tua deducta eſt ad effectum, & tibi tuus recte ſuccedet ſcopus, dummodo ſententiæ noſtræ aſſentiaris, & quæ valde recte ſe habet, confitearis religionem: tunc namque tibi omnia eveniant ex ſententia. XXI. Quid in Andream Imperator.

Ad hæc Andreas ille admirabilis: Non, inquit, audacia, nec inſcitia motus, o Imperator, nec ut tibi notus, & tua evaderem potentia, huc veni. Quid enim mihi rei eſt cum tuis? ſimiliter autem poſſum omnino etiam dicere cum iis, quæ ſunt hujuſmodi, a quo quidem jam olim deſpecta ſunt tanquam ſomnium: ſola autem ſola grata eſt quies, & ſeorſum verſari cum Deo. Sed poſtquam accepi, te ſentire aliena a Fide Orthodoxa, & privare Chriſtianos honore, qui debetur divinis imaginibus, & ſic quidem perturbare eos, qui tuo parent imperio, conturbare autem etiam Eccleſiam: non potui hanc ferre injuſtitiam: ſed patria relicta, & meis tantum maris ſpatium emen- Suam agit cauſam Andreas.

menſus, venio magno cordis zelo incenſus, vel vos ab hoc errore liberaturus, vel pro meo Chriſto meam animam poſiturus, qui ſuam, etſi eſſet Dominus, pro me poſuit, & ſua imagine.

XXII. *Imperator autem: Veniſti quidem certe, inquit, magna viſione apprehendens, & animo agitans, nempe ut ipſum Imperatorem, & omnes magiſtratus, & pontificalis dignitatis venerandum, quantacumque ea ſit, canitiem traducas ad id, quod tibi videtur. Sed ut prolixis uti verbis mittamus, audi me ea, quæ oportet conſulentem, & ab hac profunda emergens caligine, pare iis, quæ noſtea decernit potentia, & ipſe quoque ſis contentus ſequi communem ſententiam; ſin minus, te omnino docebis experientia, quantum malum ſit conſilii inopia, & vana de ſe perſuaſio, & ſuam tantum ſequendo ſententiam, ſe adroganter gerere adverſus Imperatores.*

Andreæ fortis confeſſio. *Audivit Martyr, & cælos aſpiciens: Non te negabo (inquit) Chriſte Salvator. Non te pulchra fruſtrabor confeſſione: Non tuam contemptui habebo imaginem: non deſpiciam, quod ad me quidem attinet, male patientem. Cadatur meum corpus, o Imperator, lingua ſecetur, pedes excindantur. Nam ego quidem paratus ſum omnia pati potius, quam meum Chriſtum, vel umbratenus vilipendere, quem habeo pro omnibus, & quem olim ſolum ſequi conſtitui. At hæc Tyrannus: Quæ nam eſt (inquit) tanta amentia, & quam eſt craſſi, & hebetis ingenii, craſſæ, & in quam cadit interitus, materiæ, Deò ab interitu remoto, & materiæ expertis gloriam tribuere, & nec audire quidem, quod a Moyſe prohibetur legiſlatore, qui dicit* (a): *Non facias ſimilitudines? Undenam ergo graviſſimus hic morbus, qui veſtræ menti inſedit, effecit, ut non ſolum ſcienter reſiſtatis, ſed vos etiam conjiciatis in periculum? Sed enim intellige, non pro veritate, neque pro Chriſto, ſed pro ipſa ſola, quæ eſt a ratione aliena, audacia, extrema patieris.*

(a) Exod. 30. Levit. 20. Deut. 4.

XXIII. Pro Sacrarum imaginum cultu cauſam agit Andreas. *Hoc in loco cum ferre non potuiſſet vir generoſus blaſphemæ linguæ contumeliam, ſed perinde atque honeſti proditionem arbitratus, ſacræ imagines pati contumeliam: Execrandum, inquit, caput: Non tibi videtur pati pro Chriſto, qui pro illius forma patitur, neque ad primum exemplum credis tranſire ignominiam, qua imago afficitur? Et quomodo vos, eos ſæpe, qui Imperatorias contumelia affecerunt ſtatuas, perinde ac eos, qui Imperatorem ipſum ſunt inſectati, ultimis affeciſtis ſuppliciis? quos quidem ego novi in ſtatuis æneos, vel etiam aureos extrinſecus, pice intus eſſe repletos, & ſtuppis, & lignis, & alia vili, & abjecta materia. Quod ſi vos, qui nunc eſtis pulvis, & cras non eſtis futuri, ſic adoramini ſtatuis, ac imaginibus, & propemodum tamquam dii vultis adorari, & eos, qui in Imperatorias peccaverunt ſtatuas, acerbiſſime punitis: adverſus Chriſti ſacram aliquid audere imaginem, non reputatis eſſe archetypo ipſius exemplaris ignominiam? Nec eos, qui ſunt parati pro eo pati omnia, exiſtimates periculum adire pro veritate?*

XXIV. Imper. in Martyrem infenſus. *Deinde cum jam hæc dixiſſet Martyr, & de Moyſe vellet explicare, cujuſnam juſſiſſet non facere ſimilitudinem, & quomodo ille effinxiſſet Seraphim, cum ipſum etiam exemplum ſit incorporeum: Imperator abrumpens orationem: Jam tempus eſt, dixit circumſtantibus, docere eum eſſe moderatum, ac temperantem, & temerariæ illius linguæ referre ei gratiam. Si enim ii, qui regias ſtatuas (ut ipſe dicit) injuria afficiunt, acerbum, & inexorabile ſupplicium ſubeunt: qui adeo impudenter, & audacter ſceleratam in nos linguam immittit, quaſnam luent pœnas punietur pro meritis? Sic dixit, & irato vultu Martyrem ſtatim intuens, & manum de more movens, & valde exclamans, eum jubet nudari, deinde etiam extenſum funibus vehementer flagellari.*

Ille autem nec ſic puſillo, & abjecto animo ſe geſſit adverſus ſententiam, ut que ejus promptum animi ſtudium retardarunt quæ jam expectabantur plagæ, & flagella: ſed id magis reddebunt attentius, ut quod ſpiritu a ratione alienis appetitionibus, & Imperatoriis minis accenderetur. Cum ergo Imperator vidiſſet ſic ſe habentem virum fortem, & nihil omnino formidantem, ſed eſſe omnino paratiorem flagella ſuſtinere, quam dimittere illam rationem ſententiæ: timens, ne ſi ipſe Sanctus tormenti faceres periculum, fieret inde in confeſſione conſtantior, & minime traduci poſſet, quomodo fortia animalia poſt plagam: inducens perſonam benignitatis: Priuſquam (inquit) facias periculum tormentorum (ad Martyrem aſpiciens) noſtro parens decreto, libera te ab iis, quæ te expectant malis.

XXV. Redarguitur Imper. ab Andrea. *Martyr autem Chriſti ad ſuum agonothetam ſublatis oculis tam corporis, quam animæ, cum ſibi eſſet peccatus firmam, & immutabilem divinarum imaginum venerationem: & deinde etiam deorſum aſpexiſſet, & in Tyrannum parum oculos conjeciſſet: a Imperator, inquit, miſſis bellis, quæ geres contra barbaros, & civilium rerum adminiſtratione, totum, ut video, aperte tuum poſuiſti ſtudium contra Chriſtum, & ejus ſervos. Et hæc agens, exiſtimas, te poſſe in pace tenere ſceptra Romani Imperii? Numquidne Dei quidem times judicium, neque illum tuorum factorum expectas examinatorem?*

Hoc in loco convicta fuit ficta manſue-

Cæditur diriſſime Martyr. *tudo Imperatoris, & aperta fuit ſimulatio. Nam ſoluta detecta feritate, Martyr vehementiſſime cædebatur boum nervis. Qui autem circumſtabant, volentes iræ Regis morem gerere, partim quidem juſſi verberare, plagas crudeliter intentabant, & adeo crudeliter, ut fluerent rivi ſanguinis ex pretioſo illo corpore, & ſubjectum ſolum fieret alte purpureum: partim autem gladios accipientes, irruebant ad interficiendum athletam: multi etiam lapides in ipſum jaciebant, & omnibus modis injuria afficiebant, non illum, ſed ſeipſos, ſic quidem Regi, qui eſt ad tempus, ſtudentes conjungi: animo autem ignorantes miſeri, quantum hæc agentes, ſe procul a Deo removerent, & qualem ad tempus judicii illi quidem lætitiam, ſibi autem lachrymas, & dolores miſerabiliter reconderent.*

XXVI. Conſilium variom Imper. *Sed Imperator movebat omnem lapidem, ut poſſet Sanctum in ſua habere poteſtate. Neſcia eum quomodo etſi eſſet inſipiens, non ignorabat tamen hac in re quidem certe, ſe ſapienter gerens, fore, ut ſi illa potiretur, multos alios ex Orthodoxis ſtatim caperet, eum tamquam caput, corpus, & membra conſequentes. Hæc cum ille ſciret, jubet ipſum rurſus relaxari a plagis, & rurſus perſuaſione, & prætextu benevolentiæ eum aggredi tentat. Cum ergo eum curaſſet prope ſiſtendum, & ſuum ſermonem molliiſſet pluſquam oleum, acutum tamen jaculum adverſus pios, & acutum gladium, poſtquam vidit virum ne tantillum quidem allici blanditiis, ſed cum majore dicendi libertate ejus arguere amentiam, depoſita pelle ovina, erat lupus manifeſtus; juſſitque lapidibus conſtringi maxillas Martyris, hæc reddens pro verbis, quibus cor ejus fuerat conſauciatum.*

Ille autem erat plane alius Stephanus, iis, qui illi injuriam faciebant, preces reddens. Deinde Martyrem quidem Imperator tamquam reum condemnatum miſit rurſus in cuſtodiam. Sed ignorabat, ſe iis, qui in ea habitabant Chriſtianis, valde promptum mittere doctorem. Gaudebat autem ipſe quoque ſicut Paulus, propter Chriſtum paſſionibus, & afflictionibus, benignoque & clementi Deo magnas agebat gratias, quod dignus eſſet habitus plagis, & carcere propter illius nomen.
Conſtantia, & pietas Martyris. *Quamobrem & iis, quæ dicebat, eos, qui aderant valde inſtruebat, & confirmabat, & eo quod quæ erant moleſta, & aſpera ferret cum gratiarum actione. Et corpus quidem erat vinctum in cuſtodia, anima autem etiam antequam illinc ſolveretur, jam cæleſtia viſione intelligenter apprehendebat, adeo ut Tyrannum propemodum reprehenderet, quod non ipſum citius liberaret a pondere carnis, & a vinculis naturalibus. Corpus enim erat illi carcer, qui ejus arctabat animam, & ſuo tegumento eam ſejungebat a tabernaculis, quæ eam exceptura erant, & inenarrabili, quæ illic eſt, beatitudine.*

XXVII. Fruſtra Imp. laborat pervertere Martyrem. *Dies interim non multi prætereunt, & rurſus acceſſit Imperator Martyrem e carcere metu earum, quæ expectabantur, & dolore malorum, quæ obvenerant, fractum ad futura ejus animum, & futurum multo meliorem, & ignaviorem exiſtimans. Poſtquam autem productum ſanctum virum vidit audaciorem, & magis ſpirantem acrem propter Chriſtum amorem: eum veſte exuit, & prope eum lictores rurſus jubet aſſiſtere, & flagellis vehementer cædere, adhuc priorum plagarum aperta per univerſa membra ferentem veſtigia. Illi autem laniabant quidem corpus, & fodiebant ejus latera, & plurimam ejus carnis partem auferebant. Sed ne ſic quidem poterant ſuffocari theſaurum illius fidei.*

Poſtquam ergo vidit Tyrannus omnia a ſe ſic temere, & fruſtra fieri, jamque eſſet plane animi dubius & perplexus: eo deſcendit, ut ſe fateretur ſuperatum, nempe ut eum morte deinceps damnaret. Et jubet, ut funibus alligatis illis beatis pedibus in ſola traheretur per totam viam publicam: deinde ut cum deductus fuiſſet ad locum maleficorum, ibi jaceretur, qui Eden, qui ſuperais tabernaculis, qui erat dignus ipſis cælis. Cum autem curreret Martyr hunc curſum decertationis & in terra per plenum urbis forum traheretur: vir quidam, qui e mari fuerat piſcatus piſciculos, & eos in foro proponebat venales (ſedebat autem ſuper cathedram peſtilentiæ, cum vidiſſet eum tam turpiter trahi, & quænam eſſet cauſa accepiſſet) exiliis ſtatim tamquam a malo aliquo motus dæmone, & cum e propinqua cultrum macelli arripuiſſet, eo & pedem ſacri corporis amputat, & ſiſtit Martyri
Andreas conſummat Martyrium. *curſum decertationi, eique finem imponit certaminis: nam ſimul cum pedis amputatione e vita quoque excedit vir generoſus, vel potius ad cælum currit, & ad eum aſcendit qui poſuit ejus vitam nulli reprehenſioni affinem, & perfecit (a) pedes ejus tamquam cervi, & collocavit ſuper excelſa.* Hactenus de martyrio auctor.
(a) Pſ. 17.

Quæ autem ſequuntur de projectione corporis ad feras, & de ejus inventione, Deo cogente, per arreptitios facta, diſcrepant a Theophane, qui eum a ſororibus ſublatum, antequam proiiceretur, affirmat atque ſepultum. Quod vero locus ſepulturæ Chryſis diceretur, inde & accidit, ut diceretur ipſa Martyr, ſanctus Andreas in Chryſi, quo titulo reperitur inſcriptus in ſacris Eccleſiæ tabulis, in quibus anniverſaria dies natalis celebranda proponitur.

Hoc

XXVIII. Hoc anno (ut jam res Occidentales inviſamûs) cum novis cladibus agitaretur Hiſpania, & Valentia, civitas in Tarraconenſi provincia, a Sarracenis exciſa jam eſſet, Chriſtianique ſacra Vincentii Martyris oſſa inde auferentes, deportaſſent in extremam Luſitaniæ partem, in locum, qui ex eo poſtea Promontorium ſancti Vincentii eſt appellatum: tuoc cœptum eſt ejuſdem ſancti Vincentii nomine monaſterium perinſigne erigi Oveti, cujus antiquæ memoriæ extant veſtigia apud Ambroſium Moralem (a): ut plane appareat, haud exaruiſſe virorem Chriſtianæ religionis in Hiſpania. Licet enim tot anguſtiis vallati eſſent fideles, in retinenda tamen antiquitus tradita obſervantia monachali, ita ferbuerunt, ac ſi ſumma pace fruerentur, frequentique concurſu eam colere omni ſtudio laborarent; ſed & eo propenſiorem cultum Vincentio Martyri exhiberent, quo magis a Sarracenis gravioribus injuriis ſe conſpicerent affici. Sicque factum, ut ita colentes

(a) Ambr. Moral. l. 13. c. 28.

PAGIUS III. *Corpus S. Vincentii Martyris a Chriſtianis in Luſitaniam delatum.* Ad num. XXVIII. *Raſis* Arabs Marrochiorum Miramolini ac Cordubæ Regis Hiſtoricus ſcripſit Hiſtoriam Regum Saracenorum, qui in Hiſpania regnarunt, ex qua Bollandus ad diem XXII. Januarii Sancto Vincentio Martyri Archidiacono Cæſarauguſtano ſacram refert, *Raſim* tradere *Abderamen* in Hiſpaniam veniſſe *Era Arabum CXXXVIII.* qui annus die XV. menſis Junii anni Chriſti DCCLV. auſpicatus eſt, & Urbes omnes & Oppida, quæ Saraceni habebant in Hiſpania, in ſuam poteſtatem redegiſſe, bello quoque Chriſtianis illato: *ſed habitatores*, inquit Raſis, *Deſertis Civitatibus confugiebant ad Aſturia montes. Hic omnes Hiſpaniæ Eccleſias, quas adhuc integras invenit, deſtruxit. Erant autem multo & egregia fabricato, tam a Græcorum, quam a Romanorum temporibus. Hic omnia corpora illorum in quos Chriſtiani credunt quoſque venerantur, Sanctoſque appellant, rapta de Eccleſiis comburi faciebat. Quo viſo, Chriſtiani, ut quique poterant, cum talibus hic rebus fugiebant ad montes, & tuta atque inacceſſa loca. Itaque pleraque omnia quæ in Hiſpania erant, ſecundum Chriſtianorum fidem religioſe culta ad Aſturia montana ſunt deportata.* Subdit Raſis, cum Abderamen appropinquaſſet Valentiæ, Chriſtianos fugiſſe, & *corpus cujuſdam hominis mortui, cui nomen erat Vincentius*, ſecum portaſſe, in extremæ ſcilicet Luſitaniæ partem eam, inquit Mariana lib. 7. de Reb. Hiſp. cap. 6. qua promontorium factum excurrit in mare. A quo tempore promontorium illud nomine S. Vincentii appellatum. Corpus S. Vincentii ad illud promonturium an. DCCLIX. Mariana anno DCCLVII. Vaſæus in Chronico delatum fuiſſe ſcribunt.

IV. *Moritur Egbertus Archiep. Eboracenſis.* Baronius, qui initium Præſulatus Egberti Antiſtitis Eboracenſis accurate cum anno DCCXXXII. alligavit, mortem ejus perperam in præſentem annum confert. Citat quidem in margine Epitomen Bedæ, quo nomine Continuationem ejus intelligit. Verum Continuator habet: *Anno DCCLXVI. Egbertus Archiepiſcopus proſapia Regali ditatus ac Divina Scientia imbutus* ad Dominum migravit. Idem prodit Hovedenus, qui addit, mortem ejus contigiſſe decimo tertio *Kalendas Decembris, triceſimo quarto anno Epiſcopatus ſui.* Eumdem diem mortis Egberti, annum Chriſti DCCLXVI. annoſque Epiſcopatus XXXIV. exhibet Simeon Dunelmenſis lib. de Geſtis Reg. Angl. nullaque inter Hiſtoricos Anglos de anno ejus emortuali, aut duratione Sedis ejus controverſia, niſi quod in Malmesburienſi numerorum errore ei tribuuntur anni XXXVI. Poeta Anonymus, cujus fragmentum de *Pontificibus & Sanctis Eccleſiæ Eboracenſis* recitat Mabillonius Sæc. III. Benedict. *Egbertum* plurimum laudat ab ejus eleemoſinis, doctrina, aliiſque egregiis virtutibus, proditque etiam eum rexiſſe Eccleſiam Eboracenſem annis XXXIV. ac ei ſucceſſiſſe *Ælbertum*, quem aliqui *Albertum*, aliqui *Adelbertum* appellant, Præſulem etiam doctrina & virtute illuſtrem, ut in ejus morte videbimus. *Egbertus* Præceptor fuit Alcuini, ut habet Baronius, & ſcripſit Dialogum *de Inſtitutione Eccleſiaſtica*, Opuſculum *de Jure Sacerdotali*, & Opus *Pœnitentiale libris quatuor diſtinctum* MS. in Biblioth. Cantabrigienſi. Duo priora Opera a nobis memorata immixta ſunt Tom. 6. Concil. editionis Labbeanæ.

V. *Annus II. belli Aquitanici.* Pippinus Francorum Rex *evoluto anno*, inquit Auctor ſecundæ Appendicis ad Continuationem Fredegarii, ſive anno proximo poſt bellum Aquitanicum anno ſuperiori narratum, *anno decimo Regni ipſius omnes Optimates Francorum ad Dura in pago Ripuarienſe* (Coloniam inter & Aquiſgranum poſito) *ad Campo Madio, pro ſalute patriæ, & utilitate Francorum tractanda, Placito* (ſive Conventu) *inſtituto, ad ſe venire præcepit. Dum hoc agerentur, Vvaiforius* (Aquitaniæ Dux) *iniquo conſilio, contra Pippinum Regem Francorum inſidias parat, exercitum ſuum cum Uniberto Comite Bitorino* (ſeu Bitoricenſi) *& Blandino Comite Arvernico, qui dudum ante annum ſuperiorem ad prædictum Regem Pippinum cum Bertellano Epiſcopo Bitorico Civitatis miſſus fuerat, & animum Regis ad iracundiam nimium provocaſſet, cum reliquis Comitibus elam hoſtiliter, uſque Cavallonnum*, (Gallice, Chalon ſur Saone), *igne cremavit & ſuburbana Cavallonni Urbis, quidquid ibidem repererunt, omnia vaſtaverunt. Meliacum villam publicam incenso cremaverunt, cum multis ſpoliis & præda nullo reſiſtente reverterunt ad propria. Cum hoc Pippino Regi nunciatum fuiſſet, quod Vvaiforius maximam partem Regni ſui vaſtaſſet, ſacramenta, quæ ei dederat fefelliſſet, nimium ira commotus jubet omnes Francos, ut hoſtiliter, Placito inſtituto, ad Ligerem veniſſent. Commotoque exercitu cum omni multitudine uſque ad Trecas acceſſit, inde per Autiſſodorum ad Nivernum Urbem veniens, Ligeris fluvio tranſmeato, ad Caſtrum, cui nomen eſt Burbone* (vulgo Bourbon) *in pagum Bitoricum pervenit. Cumque in gyro caſtra poſuiſſet, ſubito a Francis captus atque ſuccenſus eſt, & homines Vvaifarii, quos ibidem invenit, ſecum duxit, maximam partem Aquitaniæ vaſtans, uſque Urbem Arvernam cum omni exercitu veniens, Claremontem Caſtrum captum atque ſuccenſum bellando cepit, & multitudinem hominum tam Virorum, quam feminarum, vel infantium plurimos in ipſo incendio cremaverunt. Blandinum Comitem ipſius Urbis Arvernico captum, atque ligatum ad præſentiam Regis adduxerunt, & multi Vvaſcones* (ideſt Aquitani; Waſconia enim & Aquitania promiſcue hoc ſæculo a Scri-

tes Vincentiam, vincendi aliquando penitus Sarracenos aperuerint ſibi viam, prout declaraverant eventa.

XXIX. Hoc eodem anno (*a*) in Anglia Egbertus Archiepiſcopus Eboracenſis, Regis germanus, ſcientia, & ſanctitate clarus diem clauſit extremum, ubi ſediſſet annos undetriginta. Fuit iſte magiſter Albini, qui & Alcuinus Flaccus dictus invenitur, qui ipſam pluribus laudat in litteris ad Carolum Magnum ſcriptis, utpote quod inter alia inſignia ejus opera, publicum litterarum ſacram gymnaſium Eboraci conſtituit, eamque Eccleſiam nobili valde bibliotheca ditavit. Dicendum rurſus de eo inferius, cum de Albino agendum erit.

S. Egberti Epiſcop. Eboracenſis obitus.

(*a*) *In Epiſt. Appendix ad Beda hiſt.*

AP.

PAGIUS

Scriptoribus aſurpata) *in eo prælio capti atque interfecti ſunt. Igitur Rex Pippinus Urbe capta ac Regione illa tota vaſtata, cum præda & ſpolia multa, Deo auxiliante, cum illæſo exercitu iterum remeavit ad propria. Factum eſt autem, poſtquam Pippinus Rex Urbem Arvernum cepit, Regionem illam totam vaſtavit.*

VI. Hæc quæ decimo Pippini Regis anno Anonymus iſte, qui hoc tempore vivebat, contigiſſe prodit, Annaliſtæ Metenſis, Bertinianus, Tilianus, Loiſelianus, Nazarianus, Petavianus, Laureshamenſis cum Reginone anno præſenti conſignant, indeque Cointius hoc anno num.I. recte tradit, conſtare initium Regni Pippini ab anno DCCLII. Veteres Francorum Scriptores deduxiſſe. *Pippinus* Paſcha, quod die XXIX. menſis Martii hoc anno habitum, *celebravit in Cariſiaco*, ut notarunt Annaliſtæ Metenſis, Loiſelianus, aliique cum Reginone. Cariſiacum autem ad Iſaram fluvium ſitum fuit, ut jam contra vulgarem quorundam ſententiam monuimus.

Pippinus Rex Cariſiaci Paſcha celebravit.

VII. Hoc circiter tempore mortuus eſt *Sanctus Garibaldus* Ratiſponenſis Epiſcopus ſecundus ibidem anno DCCXXXIX. conſtitutus, quando Bajoaria in quatuor Epiſcopatus a Sancto Bonifacio diviſa; ſecundum enim Chronicon Sancti Emeranni, cujus reliquias refodit, ornatiuſque recondidit Garibaldus, ut teſtatur Arnolfus in Vita Sancti Emmerami lib.2. præfuit Epiſcopatui Ratiſponenſi ſeu Reginoburgenſi annis XXII. Notat vero idem Arnolfus hanc illius Eccleſiæ conſuetudinem; *Ex eo tempore, quo primum a B. Bonifacio in Bajoaria ordinabantur Epiſcopi, viciſſim ſibi ſuccedebant in Epiſcopatu Monachi atque Canonici; ita ut ſi Anteceſſor eſſet Canonicus, fieret Succeſſor Monachus.* Colitur Sanctus Garibaldus die VIII. menſis Januarii. Sancto Garibaldo ſucceſſit in Epiſcopatum, non *Sindbertus*, ut arbitratus eſt Cointius hoc anno num.XXIII. ſed *Sigericus*, ut liquet ex dictis anno DCCXXXIX. num. II. ubi & videre eſt, *Sindbertum* fuiſſe quartum Ratiſponæ Epiſcopum. Porro *Garibaldum* ſeu Gaubaldum, Goebaldum, vel Gaibaldum, vel Geovaldum, quem paſſim alii primum Epiſcopum ordinarium Ratiſponenſem appellant, ſecundum tantum fuiſſe ſupra oſtendi.

Moritur S. Garibaldus Epiſc. Ratiſponenſis.

APPENDIX

AD ADNOTATIONES IN BARONIUM

ad A. 743. num. XXX. ad ea verba : *Duas maſſas* &c. *juris exiſtentes reipublicæ* &c.

EX hac mendoſa apud Baronium lectione, ubi habetur, *Conſtantinum* Auguſtum : *duas Maſſas, quæ Nymphas & Normias appellantur, juris exiſtentes Reipublicæ eidem Sanctiſſimo Papæ* (Zachariæ) *Sanctæque Romanæ Eccleſiæ jure perpetuo poſſidendas* donaſſe, ii qui in Vindices jurium Apoſtolicæ Sedis inſultant, ita argumentantur : *Si geminæ illæ Maſſæ*, inquiunt, *ad jus Reipublicæ antea ſpectabant, eaſque Imperator Romanus in futurum Eccleſiæ conceſſit : ergo ſub Reipublicæ nomine Romanum tantum veniebat Imperium. Quod jamdiu agnovit Eminentiſſimus Baronius, dum ea ipſa verba in ſuos Annales intulit*. Hæc illi. At mendoſam in primis eſſe hujuſmodi lectionem ii non ignorant, qui hæc proferunt, aut ignorare non debuiſſent; nam in editione Anaſtaſii Moguntina an. 1602. legitur : *juris exiſtentes publici*, ita in regia Pariſienſi an. 1649. cura Caroli Annibalis Fabroti cum regiis codicibus collata, ita in Mediolanenſi an. 1723. opera & ſtudio Ludovici Antonii Muratorii, ac ita in Vaticano codice 3762. ſane vetuſto. Præterea jurium Sedis Apoſtolicæ Defenſores loco a Baronio allato minime uſi ſunt; ſed eorum ſententia fuit *Romanæ Reipublicæ*, & ſimpliciter *Reipublicæ* voce, ut ex pluribus Anaſtaſii locis patet, *Exarchatum Ravennatem* cum ſuis finibus, & *Romanum Ducatum* ſignificari. Sæpe quidem Anaſtaſius in Vita *Stephani* II. *Reipublicæ*, & *Romanorum Reipublicæ* voce uſus eſt, dum de iis civitatibus, & locis, quæ in *Exarchatu*, & in *Ducatu Romano* a Langobardis occupabantur, & infeſtabantur, ſermonem habet. Quid ergo aliud Anaſtaſius his vocibus deſignare voluit, niſi eundem *Exarchatum* cum ſuis finibus, qui late protendebantur, & Romanæ urbis provinciam, quum tam Exarchatus, quam Romani Ducatus loca, aut occupata, aut infeſtata a Langobardis eſſent? Ubi vero Pippinus B. Petro, & Romanis Pontificibus perpetuo poſſidenda loca & civitates, quæ a Longobardis occupabantur, ſolemni donatione emiſſa, devictoque Aiſtulpho Longobardorum rege abſtulit, quid hac voce intelligeretur, ipſimet Romani Pontifices ſatis declarant, atque in primis *Stephanus* II. cui a *Pippino* eadem donatio facta eſt, qui in epiſtolis ad eumdem Pippinum datis, poſtquam *Aiſtulphus* fœdifragus, neque reſtituerat, quæ promiſerat, imo donata Romanæ Eccleſiæ oppida invadere conabatur, *Romanorum Reipublicæ populum*, non populum Romano Græcorum Imperio addictum ſed *noſtrum*, ideſt Romani Pontificis ditioni & poteſtati ſubjectum appellat : *Cunctus namque* (inquit in epiſt. III. Codicis Carolini *NOSTER POPULUS REIPUBLICÆ ROMANORUM magno dolore & amariſſimis lacrymis una nobiſcum tribulantur &c.* quod ſcilicet *Pippinus* ad auxilia ferenda Eccleſiæ Romanæ contra *Aiſtulphum* præſto eſſe non videretur. Epiſtola IV. eidem regi ea de re data : *Nulli alio*, inquit, *niſi tantummodo tuæ amantiſſimæ Excellentiæ, vel dulciſſimis filiis & cuncta genti Francorum per Dei præceptionem & B. Petri, Sanctam Dei Eccleſiam, & NOSTRUM ROMANORUM REIPUBLICÆ POPULUM commiſimus protegendum*. Epiſt. VI. eidem adverſus *Deſiderium* Langobardorum regem *Aiſtulfi* ſucceſſorem : *Unde petimus te*, ait, *ut ſi prædictus Deſiderius, quemadmodum ſpopondit, juſtitiam Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſive REIPUBLICÆ ROMANORUM, B. Petro protectori tuo plenius reſtituere, & in pacis quiete cum Eccleſia Dei, & NOSTRO POPULO, ſicut in pactis a tua bonitate confirmatis continetur, permanſerit cum ejus vaſta gente, jubeas in id quod petiit tuas a Deo inſpiratas aures inclinare*. Ipſemet Pagius ad an. 796. n. XI. his Stephani II. teſtimoniis uſus eſt ad refellendos eos, qui Imperatores Græcos uſque ad an. 796. Romæ dominatos eſſe contendunt. Attamen novi adhuc Apoſtolicæ Sedis oppugnatores, præfracte volunt, *Reipublicæ* nomen barbaris temporibus ſignificare quidem non Romani Senatus ac Populi liberam dominationem, qualis ante Julium Cæſarem fuit, ſed *Romanum Imperium*, cui præerant Imperatores, non nomine, ſed poteſtate reges, nunquam vero populum Romani Pontificis poteſtati, & ditioni obnoxium. Audiant iterum *Stephanum* II. in epiſt. VIII. Codicis Carolini ad *Pippinum* ejuſque filios *Carolum*, & *Carolomannum* data, ubi queritur, quod *Aiſtulfus nec unius palmi terræ ſpatium B. Petro, Sanctæque Dei Eccleſiæ, vel REIPUBLICÆ ROMANORUM reddere paſſus eſt*, & ſi iidem Francorum reges, *propria voluntate per donationis paginam B. Petro, Sanctæque Dei Eccleſiæ, & REIPUBLICÆ reſtituenda confirmarint*. Ex quibus verbis, inquit Pagius ad an. 755. n. II. uti ex variis Anaſtaſii locis, liquet, hanc *Aiſtulfo* fuiſſe legem impoſitam, ut ablata, tum Eccleſiæ Romanæ, tum Reipublicæ Romanorum reſtitueret, non vero *Imperio Romano*, ut perperam explicat Cointius. Exinde vero frequens *Reipublicæ* vox in Romanorum Pontificum epiſtolis, ad populum deſignandum eorundem ditioni obnoxium. *Paulus* Pontifex hujus nominis I. in epiſtola ad Pippinum an. 760. ſcripta ſignificat *Deſiderium* regem aliquot civitates Apoſtolicæ ſedis reſtituiſſe : *Innoteſcimus*, inquit, *præcelſæ chriſtianitati veſtræ quod nuper dum ad nos conjunxiſſent fideliſſimi veſtri, ſcilicet Deo amabilis Remedius veſter* (germanus) *atque Autharius glorioſiſſimus Dux conſtitit inter eos & Deſiderium Langobardorum regem, ut per totum inſtantem Aprilem menſem iſtius XIII. Indictionis, omnes juſtitias Fautoris veſtri B. Petri Apoſtolorum Principis, omnia videlicet patrimonia, jura etiam & loca, atque fines & territoria diverſarum CIVITATUM NOSTRARUM REIPUBLICÆ ROMANORUM, NOBIS pleniſſime reſtituiſſet. Unde ex parte quidem eaſdem juſtitias ſe profitetur, atque omnino ſpondet nobis eſſe facturum*. Mox. *Si vero ea, quam præfatus Deſiderius rex, vel ejus Langobardorum gens profitentes pollicentur, permanſerint ſponſione, NOBISQUE OMNIA, ſecundum ut conſtitit, & prædictorum fœdera continent, RESTITUTA AB EIS NOBIS fuerint, tunc a Deo conſervanda Excellentia veſtra meritum intimantes innoteſcemus ei*. Alia epiſtola ideſt Cod. Carol. epiſt. 24. an. Chriſti 763. ab eodem *Paulo* Pontifice eidem *Pippino* regi ſcripta, *Deſiderium* regem nondum plene ſatisfeciſſe monet : *Ipſe vero* (Deſiderius) *varias exhibens occaſionum verſutias nequaquam NOBIS promiſſam, ut conſtitit, PLENARIAS DE OMNIBUS SUIS CIVITATIBUS facere voluit, quas ex-*

Antiquit. Ital. med. ævi tom. I. pag. 589.

quæ.

quirimus juſtitias, *& ita demum ſuas in integro ex* OMNIBUS NOSTRIS CIVITATIBUS *recipere ſed ſingillatim tantummodo de una civitate facere*, *& de alia recipere maluit*; *volens per hoc dilationem inferre*, *ne pars* NOSTRA ROMANORUM *propriam conſequatur juſtitiam*. Ad Anaſtaſium redeamus, qui in Vita *Hadriani I.* habet, *viriliter* Hadrianum *ſua virtute inimicis Sanctæ Dei Eccleſiæ ac* REIPUBLICÆ impugnatoribus reſtitiſſe. Idem Hadrianus epiſt. 59. Codicis Carolini Carolo regi Francorum & Langobardorum ſcripta, *Sanctam Dei Eccleſiam*, & NOSTRUM ROMANORUM REIPUBLICÆ POPULUM memorat. Sæculo inſequenti adhuc in Pontificum Epiſtolis *Reipublica* vox, ad temporalem Romanæ Eccleſiæ ditionem ſignificandam uſurpabatur. Joannes VIII. epiſt. 54. Lamberto Duci Spoletano ſub an. 878. ſcribit ſe in Gallias proficiſci: *pro defenſione Sanctæ Dei Eccleſiæ*, *&* REIPUBLICÆ UTILITATE. Epiſt. 88. Ludovico Bavariæ Duci ſignificat, ſe in Gallias iturum: *pro ſalvatione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ*, *&* REIPUBLICÆ STATU. Epiſt. 128. & 131. Berengario Duci Forojulienſi ſcripta, eum Romam invitat: *ut Sanctarum Dei Eccleſiarum*, *&* QUIETEM REIPUBLICÆ *cum honore una vobiſcum tractemus*. Epiſt. 308. Supponem Piceni Comitem Romam vocat: *ut Sanctarum Dei Eccleſiarum &* REIPUBLICÆ QUIETEM *una vobiſcum conſideremus*. Obiciunt Continuatorem Fredegarii, apud quem P. IV. §. CXX. legitur *Pippinum* cum exercitu e Gallia ad Italiæ fines adverſus *Aiſtulfum* veniſſe; Aiſtulfum vero cum militaribus copiis uſque ad *Clauſas*, ſeu ad Seguſianam vallem Pippino obviam factum; *& cum telis & machinis*, *& multo apparatu*, *quæ nequiter contra* REMPUBLICAM, *& Sedem Romanam Apoſtolicam* admiſerat, *nefarie nitebatur defendere*. Reipublicæ voce Romanum imperium hoc loco deſignari ajunt. Hic in primis de iis, quæ ante Pippini donationem contigerunt, ſermo eſt. Quid autem nequiter *Aiſtulfus* egiſſet diſcimus ex Anaſtaſio: Romam & finitimas ejus Civitates invadere moliebatur. Legatos ad pacem cum eo ineundam anno Chriſti 752. *Stephanus* Papa hujus nominis II. miſit, & fœdus in annos quadraginta ictum eſt. Mox fœdus ab Aiſtulfo violatum, & in Pontificem, *& in cunctum populum Romanum* minas intendebat, & *cunctam hanc provinciam* (Romanam) *invadere*, *& oneroſum tributum hujus Romanæ Urbis habitantibus adjicere nitebatur*. Alios idcirco Legatos ad eundem Aiſtulfum, atque cum iis Conſtantinopolitani Imperatoris Oratorem Pontifex miſit; at ii re infecta redierunt. Itaque anno Chriſti 753. Apoſtolicos Apocriſarios ad Imperatorem Conſtantinum idem Pontifex deſtinavit eum deprecans, *ut juxta quod ei ſæpius ſcripſerat*, *cum exercitu ad tuendas has Italiæ partes*, *modis omnibus adveniret*, *& de iniquitatis filii morſibus Romanam hanc urbem*, *vel cunctam Italiam provinciam liberaret*. Inter hæc Aiſtulfus vehementi furore exarſit: *& fremens*, *ut leo*, *peſtiferas minas Romanis dirigere non deſinebat*, *aſſerens omnes uno gladio jugulari*, *niſi ſua*, *ut præfatum eſt*, *ſe ſubderent ditioni*. Quid interea *Stephanus*? Legatos iterum cum multis muneribus ad *Aiſtulfum* miſit, qui minime placari potuit, quumque ab Orientis imperio nulla auxilia expectari poſſent, ad *Pippinum* Francorum regem Prædeceſſorum ſuorum exemplo per nuncios & litteras confugit. Accepto Pippini per nuncios alios reſponſo Papiam uſque ad Aiſtulfum deprecandum progreſſus eſt, qui quum flecti non poſſet, ut Ravennatium civitatem *Exarchatum*, & reliqua *Reipublicæ* loca quæ, Langobardi reges invaſerant, reſtitueret, in Gallias Pontifex profectus eſt, & Pippinus jurejurando ei promiſit, ſe effecturum, ut Exarchatus Ravennæ & *Reipublicæ jura*, ſeu loca redderentur. Ad hæc in Italiam an. 754. venit Pippinus, & Aiſtulfum devicit. Itaque continuator Fredegarii, dum nefaria Aiſtulfi hactenus geſta innuit, non alia ſunt, quam ea quæ retulimus. Ad hæc idem Continuator narrat, Aiſtulfum pacem a Pippino *per Sacerdotes & optimates Francorum petens*, *ditiones ſupradicto rege Pippino faciens*, *& quidquid contra Romanam Eccleſiam*, *vel Sedem Apoſtolicam contra legis ordinem fecerat*, *pleniſſima ſolutione emendaret*, *ſacramenta & obſides ibidem donat*, *ut nunquam a Francorum ditione ſe abſtraheret*, *& ulterius ad Sedem Apoſtolicam Romanam &* REMPUBLICAM *hoſtiliter nunquam accederet*. Videant alii, num his locis *Reipublica* vox ad labefactanda Apoſtolicæ Sedis jura uſurpari poſſit. Fidem fregit Aiſtulfus, nihil ille *Beato Petro ſanctæque Dei Eccleſiæ*, *vel Reipublicæ Romanorum* reſtituit, quin Romam an. 755. iterum obſedit; itaque Pippinus iterum in Italiam rediens, Aiſtulfum ad Ticinum profligavit: *Hæc Aiſtulfus cernens*, ut inquit Anonymus coævus in Appendice II. ad Continuationem Fredegarii, quum *etiam nullam ſpem ſe evadendi ſperaret*, *iterum per ſupplicationem Sacerdotum*, *& Optimatum Francorum*, *veniam & pacem prædicto* (regi) *ſupplicans*, *& ſacramenta*, *quæ præfato regi dudum dederat*, *ut*, *quæ contra ſedem Apoſtolicam rem nefariam fecerat*, *omnia judicio Francorum*, *& ſacerdotum pleniſſima ſolutione emendaret*. De civitatibus ex *Aiſtulfo* receptis donationem *Pippinus* Apoſtolicæ ſedi fecit, uti Anaſtaſius narrat; & habes inferius ad ann. 755. num. XXVI. Hæc, licet rerum Eccleſiaſticarum peritis obvia, pluribus egimus, ne fucus rudioribus fieret, atque ad ſarta tecta Sedis Apoſtolicæ jura ſervanda. GEORGIUS

DOMINICI GEORGII
MONITUM.

De variantibus Lectionibus, quæ ad Anaſtaſii Bibliothecarii textum, a Baronio identidem Annalibus inſertum, nunc ex codicibus Vaticanis ſuis locis exhibentur.

Quum nondum per id temporis, quo Baronii Annales prælo committebantur, ac in iis res geſtæ Summorum Pontificum a beato *Petro* ad *Hadrianum* II. jam enarratæ eſſent, clarorum virorum labores in emendando, illuſtrandove auctore libri Pontificalis, ſeu Anaſtaſio Bibliothecario de Vitis Romanorum Pontificum prodiiſſent, factum eſt, ut magnus ille Annalium Eccleſiaſticorum parens, licet Codices conſuluerit, tamen parum caſtigatis codicibus, aut corruptis etiam librariorum vitio uſus ſit. Poſt editos Annales ad noſtra uſque tempora variæ Anaſtaſii editiones procuſæ ſunt, in quarum fere ſingulis ſummo ſtudio elaboratum eſt, ut ad fidem MSS. Codicum caſtigatiores eſſent. Prima vero, quæ ſeorſim prodierit Anaſtaſii Bibliothecarii de Vitis Romanorum Pontificum editio, ut viris eruditis notum eſt, fuit *Moguntina, ex typographia Jo. Albini* an. 1602. cui *Johannes Buſæus*, Societatis Jeſu presbyter, adjutrices manus porrexit, uti Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro tom I. pag. 830. teſtatur, & ex eo alii. Typographus in Præfatione monet, ſe ad oram varias lectiones transtuliſſe, quarum quædam Manuſcripto exemplari, quo uſus eſt, inerant; quædam vero, vel ex duobus Conciliorum tomis Surianæ editionis, vel ex Annalibus Baronianis, in quibus verba Anaſtaſii paſſim in ſingulis Pontificibus, paucis prætermiſſis, citantur, ſumptæ fuerant. Lubentius tamen ſe ſecutum idem typographus ait, Baronii varias lectiones, quod Annalium parens affirmet, ſe vetuſtiſſimorum quorumque exemplarium ſcripturam conſuluiſſe. Ex quibus patet, Pontificum Romanorum pleraſque Vitas, quæ Anaſtaſio S. R. E. Bibliothecario tribuuntur, licet mutilas & mendoſas primum lucem vidiſſe in editione Conciliorum Laurentii Surii, quæ Coloniæ Agrippinæ an. 1567. prodiit, quamquam ibi multæ Pontificum Vitæ deſiderentur, aliæ ſummatim recenſeantur; deinde in Annalium Eccleſiaſticorum evulgatione, ubi a *Gregorio* præſertim II. & deinceps, fuſe nonnullis reſectis fere omnium Pontificum Romanorum res geſtæ, ex Anaſtaſio deſcribuntur. Rudi ſtilo, & barbaro, atque cum pleriſque ſolæciſmis hujuſmodi Vitas conſcriptas eſſe, fatentur omnes; virique docti mirarentur, ſi, per ea tempora quibus Latina lingua collapſa erat, eæ eleganter, ac latine ſcriptæ eſſent. Illud certe dolendum, Librariorum vitio errata tam frequentia, ac tam fœda in exemplaria irrepſiſſe, ut nihil coinquinatius in nonnullis exemplaribus legi potuerit. His medicas manus afferre in primis ſtuduit Baronius, deinde editor Moguntinus, qui tamen in eadem, qua diximus Præfatione faſſus eſt, nihil ſe loco moviſſe, præter barbariſmos, & ſolæciſmos, quoſdam fœdiores, qui citra cachinnum legi non poterant; qua in re Baronii non ſolum exemplum ſe ſecutum ait, verum etiam eorum, qui jam olim pleraſque vitas in Conciliorum tomos retulerunt. Viſa tamen eſt mendoſa Moguntina editio viris eruditis, inter quos *Lucæ Holſtenio*, qui de Anaſtaſii collationibus nonnulla anno Chriſti 1647. datis literis ad Petrum Lambecium ſcripſit. Hanc Epiſtolam habes tom. VI. Bibliothecæ Cæſareæ pag. 265. Sub idem fere tempus nimirum an. 1649. *Pariſiis*, ex typographia regia præter Hiſtoriam Eccleſiaſticam Anaſtaſii, excuſæ ſunt junctim vitæ Romanorum Pontificum diligenter cum regiis, Mazarinianis, ac Thuanis codicibus a *Carolo Annibale Fabrotto* collatæ. Holſtenii vero curæ in Anaſtaſio emendando in Vaticanam Bibliothecam delatæ, ibidem hactenus

aſſer.

aſſervantur. Ad oram ſcilicet editionis Moguntinæ, varias lectiones, quas ex codicibus Vaticanis, Florentinis, Reginæ Svecorum, & ex Farneſiano litteris quadratis exarato, excerpſerat, accurate adnotaverat. Ex his nonnulla, quæ ad ſtilum, ac auctores quarundam Vitarum, ejus judicio, pertinent, delibavimus, hic ſubiicere exiſtimavi; multum enim lucis allatura erunt. Ad pag.107. initio vitæ Zachariæ, hæc notat: *Vita Zacharia, Papa ſtilo nonnihil purior eſt, & nervoſo ſcripta eſt, & tota hiſtoria*. Ad pag. 115. In Stephano III. *Collatus*, inquit, *cum MS. Sereniſſima Regina, qui hic incipit, & finit poſt vitam Hadriani. Ejuſdem ſtili cum praecedente*. Nunc eſt Cod. Reg. Svec. 1964. Ad pag. 127. In S. Paulo Pontifice: *Hac vita valde jejuna, nihil hiſtoricum habet: ejuſdem cum ſuperioribus ſtili*. Ad pag. 130. In Stephano IV. *Vita Stephani Papa ſcripta eſt ſtilo diverſo a ſuperioribus, modoſque loquendi, ſive barbaris mos peculiares habet, qui neſcio quem Africaniſmum ſapere videntur*. Ad pag. 231. in Valentino Pontifice: *Hac vita* inquit, *peculiari ſtilo phalerata agnoſcitur*. Pag. 245. in vita Gregorii IV. ad ea verba: *Hactenus facere nullatenus ceſſat*, hæc Holſtenius tantum habet: *Ætas auctoris*. Ad pag. 293. ubi in editione Moguntina adnotatur: *Hic a quibuſdam falſo interiicitur Johannes VIII. femina*, Holſtenius hæc habet; *Martinus Polonus hujus fabula auctor, omiſſo Benedicto III. qui ſequitur, ejus loco hypobolimaeam hanc Papiſſam ſubſticuit inter Leonem IV. & Nicolaum I, in meo MS. Codice antiquiſſimo, & circa ipſam auctoris atatem ſcripto. Fabula hujus originem refero ad Johannem Diaconum illum qui Sedem Apoſtolicam invadere praſumpſit contra Sergium II. ſupra* pag.148. At de hujus fabulæ auctore confer, quæ habet Pagius ad an. 853. n. XIV. XV. In Benedicto III. pag. 294. *Hic*, inquit, *affectatam & ineptiſſimum exaggerandi profluvium obſerva, & numeros poeticos*. Ad pag. 305. in Nicolao I. *Hanc vitam*, ait, *a Sedis Apoſtolica Bibliothecario ſcriptam docet frequens Scrinii Eccleſiaſtici mentio*. Ad pag.318. hæc habet: *Ita & Ciaconius poſt Nicolaum I.* Ad pag. 301. *E contra Baronius, Anaſtaſium collectorem potius, quam ſcriptorem vitarum praeteritorum Pontificum Romanorum affirmat ad an.* 897. n. CXXXIX. *ſequentem autem Hadriani vitam ab eo ſcriptam exiſtimat, & meo quidem judicio, rectiſſime*. Pag. 345. ad nomen *Johannis VIII.* hæc notat: *Habetur in Codice regio, Pariſiis, teſte Annibale Fabrotto, in principio Hiſtoria Eccleſiaſtica Anaſtaſii Bibliothecarii, & in Vat.* MS. 4985. Hæc de auctoribus harum vitarum Holſtenius, de quibus fuſe apud Ciampinum in Examine libri Pontificalis, qui tamen Anaſtaſium Bibliothecarium auctorem eſſe Vitarum *Gregorii* IV. *Sergii* II. *Leonis* IV. *Benedicti* III. & *Nicolai* I. exiſtimat. Duos Anaſtaſios S. R. E. Bibliothecarios, ſynchronos diſtinguit Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad an. 853. pag. 32. Varias lectiones ab Holſtenio collectas, omiſimus, quod earum pleræque e codicibus Vaticanis excerptæ ſint, de quibus mox. Poſt regiam Pariſienſem Anaſtaſii editionem ad regios codices collata, prodiit *Roma* an. 1718. *ex typographia Vaticana* tomus primus Anaſtaſii Bibliothecarii ad fidem variorum codicum, cum Prolegomenis, Anecdotis, Chronologia, ac Notis V. C. *Franciſci Blanchini*, quibus aliæ aliorum Notæ additæ ſunt. Quo quidem volumine Vitæ Romanorum Pontificum a *B. Petro* ad *Stephanum* VI. continentur. Eæ autem vitæ in poſteriores tomos diſpertitæ ſunt, ac earum ſingulis. Adnotationes virorum eruditorum etiam poſt Blanchini viri doctiſſimi æque ac piiſſimi obitum, acceſſere. Inter hæc alia an. 1723. Mediolani, Anaſtaſii editio cum Codicibus Ambroſianæ Bibliothecæ collata, curante *Ludovico Antonio Muratorio*, lucem vidit, quæ tomo tertio Scriptorum rerum Italicarum inſerta fuit. Subinde anno 1724. Romana altera Anaſtaſii editio prodiit, in forma quarti, opera & ſtudio *Johannis Vignolii*, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtodis, cui videbatur vulgatus Anaſtaſius ope Vaticanorum codicum, ut emendate lucem aſpiceret, maxime indigere. Summa itaque diligentia Vaticanos codices volutavit, & contulit, atque opportune Holſtenii labori-

bus

bus uſus eſt. Unum tantum volumen edidit, in quo Vitæ Romanorum Pontificum a *S. Petro ad Siſiaainm* habentur. Reliqua parabat, quum ſato interceptua obiit. Horum ſtudiis nos exciti, eoſdem Vaticanos codices conſuluimus, & variis lectionibus iis omiſſis, quæ levioris momenti videbantur, eas tantum, quæ ab editis multum diſcrepare, aut pleraque quæ in iis deſiderantur, & in codicibus leguntur, ſelegimus, & ſuis locis ad vulgati Anaſtaſii loca, quæ a Baronio afferuntur, a *Zacharia ad Hadrianum II.* ſubiicenda eſſe putavimus. Vignolius, ne paſſim numerum Arabicum Codicum citaret, aliam iniit rationem, & loco numerorum, *Vaticanum* I. II. &c. citavit; ac initio, quo numero in pluteis Vaticanis ſiti eſſent hi codices, quave ætate ſcripti deſignavit. Nos item hoc loco eadem præmonemus.

Vaticanus I. eſt Codex Vaticanus 3764. qui fuit monaſterii Cavenſis, ex cujus exemplari editio *Moguntina* an. 1602. prodiiſſe videtur. Incipit a B. *Petro* uſque ad *Stephanum* V. ſeu VI. cujus vitæ poſtrema deſiderantur. *Sæculi* X.

Vaticanus II. eſt Cod. Vaticanus 5269. qui Holſtenio Vaticanus minor dicitur. Incipit a B. *Petro* ad initium vitæ *Gregorii* II. *Sæculi* XIII.

Vaticaaas III. eſt codex Vaticanus 629. qui collectionem Canonum Iſidori Mercatoris continet. A Beato *Petro* ad *Hadrianum* I. *circiter Sæculum* XI.

Vaticanas IV. eſt Cod. Vat. 3762. A Beato *Petro* ad *Honorium* II. A Petro Guillermo Bibliothecario, ex libro Pontificali deſcriptus. Reliquorum Pontificum Vitæ alio charactere uſque ad *Martinum* III. ſunt Pandulphi Piſani. *Sæculi* XII.

Vaticanus V. eſt Cod. Vat. 341, *Sacali* XII.

Vaticanus VI. eſt Cod. Vat. 1340. *initio Sæculi* XIII.

Vaticanus VII. eſt Cod. Vat. 1464. A B. *Petro* ad *Nicolaum* I. *Sæculo* XV. *ſcriptus*

Vaticanus VIII. eſt Cod. Vat. 3761. *Sacali* X.

Alexand. II. eſt Cod. Reg. Svec. 545. A B. *Petro* ad *Leonem* III. *Sæculi* XI.

Cod. Reg. Svec. 2190. Caret principio. Ab *Innocentio* I. ad *Stephanum* II. *Sacali* X.

Cod. Reg. Svec. 586. eſt fragmentum Vitæ Stephani II. *Sæculo* X. *ſcriptus eſt*.

Cod. Reg. Svec. 1964. Continet Vitas *Stephani* II. & *Hadriani* I. De eo Holſtenius in variis lectionibus ad Anaſtaſium in Vita Stephani III. *Collatus*, inquit, *cum M. S. Sereniſſima Regina, qui hic incipit, & finit poſt vitam Hadriani Sæculi* X.

Urbinas 773. Eſt Codex olim Ducum Urbinatum, nunc Bibliothecæ Vaticanæ A. B. *Petro* ad *Martinum* V. *Sæculi* XV.

Hæc de variis Codicibus, quibus ad varias Lectiones uſi ſumus, te præmonitum, Lector, eſſe voluimus. Boniconſule.

VARIANTES LECTIONES
ANASTASII.

BAronius A. C. 743. pag. 498. lin. 17. col. 1. *& Ceſenatenſe Ravennatibus redderet caſtram.*	Vat. I. *civitatis , & utrarumque Pentapolim, & Caſinate Ravennatanis redderet caſtrum.*
Eod. ann. pag. 499. lin. 2. col. 1. *ad Padum eidem ſancto viro * conviatus deduxit illum.*	Vat. IV. *ad Padum eumdem ſanctum virum convians deduxit.*
Eod. ann. & pag. lin. 5. col. 1. *ad repedandum abſolvit.*	Vat. IV. *eam repedara abſolvit.*
Eod ano. & pag. lin. 7. col. 1. *qui ſape dicta.*	Vat. IV. *qui jam dicta.*
Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 1. *Ceſenam.*	Vat. IV. *Ceſinate*
Eod. ann. & pag. lin. 9. col. 1. *Quod ita factum eſt.*	Vat. IV. *quod & factum eſt.*
Eod. ano. pag. & lio. uſque ad 13. col. 1. *Deus enim* &c. uſque *Regreſſus autem,*	Vat. IV. *Operatus eſt enim Deus mirabilia Ravennatium & Pentapolenſium populis eos ab oppreſſione* &c. *liberans, & ſaturati ſunt frumento, vino, & oleo. Reverſus autem Papa* &c.
Eod. ano. & pag. lio. 15. col. 1. *Gratiae agentes.*	Vat. IV. *Gratias agens*
Eod. ann. & pag. lio. 16. col. 1. *Natale Beatorum Principum.*	Vat. IV. *natale Apoſtolorum Principum.* Vat. VIII. *natala Apoſtolorum Principum Beatorum Petri & Pauli.*
Eod. Ann. & pag. lio. 20. col. 1. *Luthprando*	Vat. IV. *Leutprando*. Vat. VIII. *Luitprando*
Eod. ann. & pag. lin. 21. col. 1. *Cujus preces.*	Vat. VIII. *Hujus preces.*
Eod. ann. & pag. lio. 26. col. 1. *Et Ravennatibus, ſed etiam & genti Longobardorum.*	Vat. IV. *Sed & Ravennianis & gentè Longobardorum.* Vat. VIII. *Sed etiam Ravineanis*
A. C. 752. pag. 573. lin. 1. col. 2. *Hic in Lateranenſi.*	Vat. IV. *Hic Papa venerabilis in Lateranenſi*
Eod. ann. & pag. lin. 4. col. 2. *marmoribus, & vitro, metallis.*	Vat. IV. *marmorum, & vitri metallis* Vat. VIII. *& vitro metallis*
Eod. ann. & pag. lin. 6. col. 2. *ſed & ſacris imaginibus.*	Vat. IV. *ſacras imagines tum oratorii* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 7. col. 2. *quamque & porticum.*	Vat. IV. *quamque & voreicus*
Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 2. *& omnem ſubſtantiam ſuam.*	Vat. IV. *& ſuam ſubſtantiam omnem*
Eod. ann. pag. 574. lin. 1. col. 1. *& per figuram Salvatoris.*	Vat. IV. *& figuram Salvatoris*
Eod. ann. & pag. lin. 3. col. 1. *Et per aſcendentes ſcalas.*	Vat. IV. *Per aſcendentes ſcalas*
Eod. ann. & pag. lin. 7. col. 1. *Et omne patriarchium.*	Vat. IV. *omne etiam patriarchium*
Eod. ann. & pag. lin. 10. col. 1. *invenerat. Hic in Eccleſia Apoſtolorum Principum.*	Vat. IV. *invenerat. In Eccleſia quoque Sanctorum Principum Apoſtolorum.*
Eod. ann. & pag. lio. 12. col. 1. *fecit. Hic in Eccleſia &c.*	Vat. IV. *fecit. In prædicta etiam Eccleſia beati Petri omnes matutinos armarii opere ordinavit.*
Eod. ann. & pag. lin. 16. col. 1. *domum cultam Lauretum noviter ordinavit, adjiciens & maſſam Fontaianam, quæ cognominatur Pannaſia.*	Vat. VIII. *domum cultam Laureatum adjiciens ei & maſ. Fontilianam, qua cognominatur Pannaria. Ita* Vat. IV. *in qua ſequitur : Ipſe etiam XX. auri* &c.
Eod ann. & pag. lin. 24. col. 1. *obligavit. Hic fecit &c.*	Vat. IV. *obligavit. Fecit & veptem ſub altare Domini Dei noſtri ornavitque.*

Eod.

Eod. ann. & pag. lin. 29. col. 1. *ornavit in vôtis.*	Vat. VIII. *ornavit in rotis,*
Eod. ann. pag. lin. 18. col. 2. *magnifici Cutuxuntis, ob veniam.*	Vat. IV. *Megiſti Catafanti* Vat. VIII. *Catafantu, quae ob veniam*
Eod. ann. & pag. lin. 21. col. 2. *quinto ab hac* &c. *milliario.*	Vat. IV. *quinto milliario ab hac* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 23. col. 2. *reliquit.*	Vat. IV. & VIII. *dereliquit*
Eod. ann. & pag. lin. 24. col. 2. *beatiſſimus Papa.*	Vat. IV. *Venerabilis Papa*
Eod. ann. pag. 574. lin. 31. col. 2. *amica partione pretio emit prædia.*	Vat. IV. *amica partione emit pretio* [prædia]
Eod. ann. & pag. lin. 31. col. 2. *Conſtruxit quippe in ea.*	Vat. IV. *Conſtruxit quoque in ea & oratorium*
Eod. ann. & pag. lin. 39. col. 2. *Dominicæ videlicet traditioni deſcripſit. Hic conſtituit &c.*	Vat. IV. & VIII. *dominicæ videlicet rationis deſcripſit : Conſtituit etiam*
Eod. ann. & pag. lin. 44. col. 2. *Eccleſiæ permanendum, ut tam loca, quam annua relicta quædam Agathonis primicerii beato Petro &c.*	Vat. IV, *Eccleſiæ permanenda tam loca, quæ ab Anna relicta ſunt, quam quæ ab Agathone Primicerio, beato Petro,* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 48. col. 2. *Antios & Formias.*	Vat. IV. & VIII. *Aatins & Formias*
Eod. ann. & pag. lin. 49. col. 2. *iure beati Petri acquiſivit.*	Vat. IV. *juri beati Petri adquiſivit*
Eod. ann. & pag. lin. 50. col. 2. *& de omnibus ſuperius.*	Vat. IV. *De omnibus itaque ſuperius*
Eod. ann. pag. 575. lin. 23. col. 1. *eleemoſyna* &c. *appellatur.*	Vat. IV. *eleemoſina* &c. *appellantur*
Eod. ann. pag. 575. lin. 25. col. 1. *pauperibus & peregrinis &c.*	Vat. IV. *pauperibus & infirmis per univerſas &c. conſtitutis curioſe diſtribuerentur*
Eod. ann. & pag. lin. 32. col. 1. *qui ſanctiſſimus vir cum tota ſua &c.*	Vat. IV. *Qui vir venerabilis tota ſua &c.*
Eod. ann. & pag. lin. 34. col. 1. *antiquitas fuit.*	Vat. IV. *antiquitus fuerat*
Eod. ann. & pag. lin. 39. col. 1. *Eccleſiam fecit. Hic dilexit &c.*	Vat. IV. *Eccleſiarum fecit. Sequitur in codice. Hic præcipuus Pontifex fecit veſtes ſuper altare beati Andreæ Apoſtoli, & ad beatum Petrum nimis optimam. Multa etiam loca ſanctorum in meliorem ſtatum perduxit &c. ut in editis.* Cod. Reg. Suec. 545. *deduci fecit, & per diverſa loca dirutas Eccleſias reſtauravit, ſicut ab antiquis fuerant reſtaurata, & veſtes & dona obtulit. Hic præcipuus Pontifex clerum ſuum valde dilexit &c. Hujus denique temporibus &c.*
Eod. ann. & pag. lin. 48. col. 1. *prudentiſſimo ſtudio &c.*	Vat. IV. *prudentiſſimo ſtudio* IIII. *dialogorum libros, quos beata &c. fecit, de Latino in Græcum tranſtulit eloquium.* *Cod. Farneſianus in ſchedis Lucæ Holſtenii in Græcum tranſlatavit.*
Eod. ann. & pag. lin. 52. col. 1. *Latinam ignorant lectionem.*	Vat. IV. *Latinam ignorabant Hiſtoriam. Hic dilexit clerum* &c. ut ſupra in editis. Cod. Farneſianus in ſchedis Holſtenii : *per eorum illuminavit lectionis hiſtoriam*
Eod. ann. pag. 576. lin. 25. col. 1. *per menſem Martiam.*	Cod. Farneſianus in ſchedis Holſtenii : *per menſem Martium & Decembrium*
Eod. ann. & pag. lin. 26. col. 1. *presbyteros triginta.*	Holſten. ex Luitprando : *presbyteros* XXIII.
Eod. ann. & pag. lin. 27. col. 1. *diaconos V.*	Holſten. *diaconos* VI.
Eod. ann. & pag. lin. 28. col. 1. *Epiſcopos &c. Octoginta quinque.*	Holſten. ex Luitprando, & ex Cod. Farneſiano : *Epiſcopos* &c. XXXV.
Eod. ann. pag. 578. lin. 40. col. 2. *ubi de Stephani II.*	Cod. Reg. Suec. 1964. *ita* inſcripſit *Stephanus natione Romanus ex patre Conſtantino*

Eod. ann. & pag. lin. 44. col. 2. *populus ſibi elegit &c.*

Vat. IV. *populus elegit* &c. *ubi biduo* &c. Vat. VIII. *ſibi elegerunt, & exinde intus venerabile patriarchium juxta morem intromiſerunt.*

Eod. ann. pag. 579. lin. 12. col. 1. *miſericordiam Domini Dei noſtri petentes.*

Vat. IV. *ubi omnes miſericordiam Dei petentes & ipſius domini genitricis Virginis Mariæ, bono animo, conſona voce* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 20. col. 1. *eligunt & exinde intus venere.*

Vat. IV. *& exinde intra venerabile patriarchium juſta morem* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 24. col. 2. *permanenda munivit.*

Vat. IV. *permanſura munivit*, Cod. Reg. Suec. 1190. *permanenda munivit*. Inde ſequitur in Cod. *Hujus temporibus adveniens Humaldus Dux Aquitaniæ ad limina Apoſtolorum, ibique ſe perſeveraturum eſſe promiſit: qui poſtmodum diabolica fraude deceptus, votum frangens, Langobardis expediens maligna adhortans, ſed ſicut meruit, lapidibus digna morte finivit. Inter hac vero* &c.

ADNOTATIO

Hunaldus poſt *Eudonis* patris mortem factus eſt an. 735. Aquitaniæ Dux, & Carolo Martello, ac filiis fidem juravit, ut Annaliſta Metenſis tradit, qua de re Pagius ad an. 755. n. V. A Pippino an. 742. defecit, ſed fugatur; anno vero 744. Pippino ſeſe committit, quo item anno *Hattonem* fratrem excæcavit: at pœnitentia ductus fit monachus in inſula Radenſi, & *VVaifarium* filium ſuum Aquitaniæ Ducem creat. Hæc item narrat Annaliſta Metenſis ad annum 744. Anno autem 769. Waifario interfecto, Hunaldus ſe iterum Aquitaniæ Ducem dixit, quare contra eum Carolus Magnus Rex profectus eſt, ac vincitur. De eo item obiter Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. XXI. §. V. ubi: *felix*, inquit, *ſi inſons* in monaſterium *intraſſet & numquam a propoſito defeciſſet*. A Carolo Magno an. 769. bello captus, poſt biennium dimiſſus eſt, Romam ſe iturum ſimulans, ac ibi perſeveraturum. At perduellis Roma ad Longobardos profugit, a quibus an. 771. lapidibus eſt obrutus. Hæc Baronius ad an. 769. num. XV. ex Sigeberto, & Chronico Pithœano. Sunt igitur allata a nobis initio verba, lacinium quoddam *Stephani III.* Vitæ inſertum, quod ad *Stephanum IV.* pertinet, quo ſedente *Hunaldus* Romam venit, ac a Langobardis peremptus eſt.

Eod. ann. pag. 580. lin. 1. col. 1. *Inter hac vero dum magna &c.*

Vat. IV. *Inter hac vero bona quæ agebat, magnam perſecutionem Langobardorum rex Aiſtulfus in hac Romana urbe, vel ſubiacentibus civitatibus fecit. Sed iſdem beatiſſimus Papa tertio menſe ordinationis ſuæ germanum ſuum ſanctiſſimum &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 10. col. 1. *eundem Longobardorum Aiſtulphum regem &c.*

Vat. IV. *eumdem regem Langobardorum nomine Aiſtulfum ob pacis ordinanda atque firmanda fœdera miſit. Qui viri ad eum jungentes, impertites &c.*

Eod.

Eod. ann. & pag. lin. 16. col. 1. *pacti fœdus*.	Vat. IV. *fœdus*, tantum. *Cod.* Reg. Suec. 1190. *pacti fœdus*.
Eod. ann. pag. 580. lin. 27. col. 1. *multas in præfatum &c.*	Vat. IV. *multas etiam præfato viro, vel omni populo* &c. *dirigebat*.
Eod. ann. & pag. lin. 31. col. 1. *quippe, Deo non ſibi contrario.*	Vat. IV. *quippe eo contrario*.
Eod. anno & pag. lin. 8. col. 2. *Sanctiſſimus Papa, validam &c.*	Vat. IV. *Sanctiſſimus Papa perniciosam ſævitiam regis imminere magnopere, nec erſitis ad ſe* &c. *Eidem miſit crudeliſſimo regi* &c. *fœdera cum quiete* &c. *confirmandu*.
Eod. ann. & pag. lin. 27. col. 2. *lamentationem. Et dum &c.*	Vat. IV. *lamentationem. Dum hac agerentur, pervenit Romæ* &c. *deferens eidem beatiſſimo juſſionem* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 32. col. 2. *detulit adhortationis unnexa verba.*	Vat. IV. *retulit, adhortationis verba ut ſcilicet reipublicæ*.
Eod. ann. pag. 581. lin. 4. col. 1. *Confeſtim Stephanus &c.*	Cod. Rec. Suec. 1190. *adhortationis adnexa verba juſſionem* &c. *proprio reſtituerat domino. Ipſe autem Pontifex cum eodem Imperiali miſſo confeſtim ſæpefatum ſanctiſſimum Paulum diaconum ad eumdem Regem* &c.
Eod. ann. pag. 581. lin. 14. col. 1. *Confeſtim ſæpefatus &c.*	Vat. IV. *confeſtim præfatus Papa cum ſuo germano Paulo prædicto diacono ad regem miſit*.
Eod. ann. & pag. lin. 11. col. 1. *ad regiam properandum urbem.*	Vat. IV. *ad regiam profecturum urbem reverſique Romani, ac beatiſſimo Papæ*, &c. Cod. Reg. Suec. 1190. *ad regiam properavit urbem*.
A. C. 753. pag. 583. lin. 21. col. 1. *Tunc præfatus &c.*	Vat. IV. *Tunc beatiſſimus Papa, agnito* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 27. col. 1. *quod ei ſæpius ſcripſerat.*	Vat. IV. *quod eis ſæpius tribulatis ſcripſerat, hac Italia in partes modis omnibus adveniret, & de morſibus filii iniquitatis* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 31. col. 1. *vel cunctam Italiam provinciam.*	Vat. IV. *& cunctam Italiæ provinciam. Ita Cod. Reg. Suec.* 1190.
Eod. ann. & pag. lin. 11. col. 2. *Acherophæta* 70.	Vat. IV. *Aiberopſita*. ita Urbinas. Vat. VIII. *Arcbiropſita*. Cod. Reg. Suec. 1190. *Acheroſita*.
Eod. ann. & pag. lin. 14. col. 2. *reliquis ſacerdotibus &c.*	Vat. IV. *reliquis Sacerdotibus geſtans nudis pedibus tam ipſe, quam univerſa plebs pergentes ad Eccleſiam* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 20. col. 2. *maximo ejulatu pergentes.*	Vat. IV. *maximo fletu & ululatu miſericordioſiſſimum Dominum Deum deprecati ſunt. Alligavit quoque & connexuit adorandæ cruci Domini Dei noſtri* &c. Cod. Reg. Saec. 1190. *miſericordiſſimum Dominum adorabunt, alligans & colligans, connectenſque ad adorandam crucem Domini noſtri, pactum ſcilicet illud*.
diſrupit diſruperat.	Vat. IV. *diſruperat*.
Eod. ann. pag. 583. lin. 41. col. 2. *ſeſe cuſtodire. Hic beatiſſimus &c.*	Cod. Reg. Suec. 1190. *ſeſe cuſtodire*. Sequitur in Codice: *Omnibus autem prænominatis ſacerdotibus, dum de cæleſtibus ſuadebat terrenis honoribus & donationibus attrahebat, ut cuncti ornati in Eccleſia invenirentur, tunicas, planetas, aut caſulas utcunque honorem tribuens, aliis pretiis dationem, ut qui crediti a fœneratoribus fuerant, liberarentur, ut tota Eccleſia Dei in ſummum deveniret honorem. Hic beatiſſimus vir* &c.
Eod. ann. pag. 584. lin. 4. col. 1. *ad beatum Paulum Apoſtolum.*	Cod. Rec. Suec. 1190. *ad beatum Paulum Apoſtolum*. Inde Codex: *Hic fecit rugas ante altare Sanctæ Mariæ ſemper*

Eod.

Eod. an. & pag. lin. 13. col. 2. *iteravit vicibus innumerabilia.*

Eod. ann. & pag. lin. 16. col. *ſcilicet pro univerſo exercitu Ravennæ &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 19. col. 2. *& dum nihil ab eo &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 24. col. 2. *Gregorius ſecundus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 26. col. 2. *Carolo excellentiſſimæ memoriæ.*

Eod. ann. & pag. lin. 35. col. 2. *nimio dolore huic provinciæ inhærente &c.*

Eod. ann. pag. 585. lin. 5. col. 1. *ſubito coniunxit.*

Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 1. *Rodigandus.*

Eod. an. & pag. 585. lin. 11. col. 1. *& poſtmodum &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 27. col. 1. *ita etiam ut Cieanenſe caſtellum.*

Eod. ann. & pag. lin. 28. col. 1. *quod colonorum* &c. *illius ab regia* &c. *deferens ſecum* &c. *& iuſſionem Imperialem.*

Eod. ann. & pag. lin. 32. col. 1. *ſecum, & qua deportaret &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 35. col. 1. *inerat inſertum &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 3. col. 2. *Ipſoque reverſo &c.*

Eod. ann. pag. 586. lin. 18. col. 1. *audere verbum illi dicere &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 24. col. 1. *quod nullius trepidationis* &c. *Coniungente vero Papiam* &c. *præſentato &c.*

Virginis quæ appellatur ad præſepe, quas ex argento veſtivit, penſantes libras XI. Hic reſtauravit baſilicam S. Laurentii &c. *Clementem & tegumen quæ a diuturnis* &c. *manebant* &c. Sequitur in Cod. *Fecit autem & veſtem altaris ad Sanctam Dei Genitricem, quæ vocatur ad martyres, quam & ipſe illuc cum Licantia pergens, ſuis propriis manibus inveſtivit. Itaque iſdem ſanctiſſimus vir iam præfato peſtifero Longobardorum regi cum innumerabilia munera immenſis vicibus tribuens* &c.

Vat. IV. *univerſis vicibus innumera.*

Cod. Reg. Suec. 1190. *ſcilicet pro univerſo Exarchatu Ravennæ, atque cunctæ Italiæ provinciæ populo* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *Et cum ab eo nihil de hac re obtinere ſe cerneret* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *& item Gregorius, atque Zacharias B. Pontifices Karolo* &c.

Vat. IV. *Karolo excellentiſſimo bonæ memoriæ*

Cod. Reg. Suec. 1190. *nimium dolorem hujus provinciæ Continentes. Quibus etiam rogavit, ut ſuos idem Francorum rex Romam dirigeret miſſos, per quos ad ſe eum accerſens venire feciſſet.*

Vat. IV. *ſubito advenit*

Vat. IV. *Rotdingandus.* Vat. VIII. *Rotbdigangus.* Urbinas. *Rutdegangus.*

Vat. IV. *Poſtmodum vero & alios miſſos familiares ſibi direxit, ea ipſa adnuntiantes.*

Vat. IV. & VIII. *ita etiam ut & Caeanenſe caſtellum.*

Cod. Reg. Suec. 1190. *quod Coloniæ* &c. *illico a regia urbe ſæpe dictus Johannes* &c. *ſecum ea quæ* &c. *deportaret* &c. *ſimul & juſſionem Imperialem miſſam, in qua erat inſertum ad Langobardorum regem eumdem ſanctiſſimum Papam eſſe properaturum* &c.

Vat. IV. *ſecum quem portaverat iniqui regis miſſum* &c. *Erat inſertum, ad Langobardorum regem eumdem Papam eſſe properatum* &c. Vat. VIII. & Urbinas habent: *properaturam ad recipiendo* &c. *urbem Ravennam* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *Ipſoque reverſo, mox & miſſi jam venerant, ideſt Rotbgandus* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *auderet illi verbum dicere de repetenda Ravennatium civitate & Exarchatu ei pertinente.*

Cod. ut ſupra, *quod per trepidationis terrorem ſileret hujuſcemodi cauſam coniungente vero ei Papiæ civitati; prædicto nefando regi præſentatus, multa tribuit munera, nimis eum obſecrans, atque lachrymis petens profuſis, ut reſtitueret: quod nullo modo impetrare valuit. Nam imperiales litteras illi tribuit, & nihil obtinere valuit.*

Eod.

Eod. ann. & pag. lin. 13. col. 2. *pergere relaxaret. Ad hæc convocans &c.*

Eod. ann. & pag. lio. 18. col. 2. *unde ille ut leo &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 19. col. 2. *pro quo & diverſis &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 26. col. 2. *ambulandi.*

Eod. ann. pag. 587. lin. 4. col. 1. *Voillarium Epiſcopum Nomen tantum &c. Bonifatium ſecundum &c. regionario ſecam & cæteros.*

Eod. ann. & pag. lin. 12. col. 2. *prædictæ ſeptimæ Indictionis.*

Eod. ann. & pag. lin. 14. col. 2. *in Franciam profectus eſt iter*

Eod. ann. & pag. lin. 15. col. 1. *Et poſt ejus &c. nitebatur.*

Eod. ann. & pag. lin. 17. col. 1. *a prædicto itinere eum deviare.*

Eod. ann. & pag. lin. 18. col. 1. *Sanctiſſimum virum Intuit.*

Eod. ann. & pag. lin. 24. col. 1. *Deo reddidit. Et cœptum gradiens iter &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 2. *aliquantis demoratae diebus conjunxerant &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 13. col. 2. *petentes eamdem &c.*

Eod ann. & pag. lin. 20. col. 2. *Pro quo & offerens centum millia &c. Papæ direxit &c.*

Eod. ann. pag. 588. lin. 16. col. 1. *intus in oratorium.*

A. C. 754. pag. 589. lin. 14. col. 1. *Pariſios apud venerabilem &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 15. col. 1. *Ad habitandum pergere rogavit quo pervento &c.*

Eod. ano. & pag. lin. 17. col. 1. *Cum jam præfato &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 1. col. 2. *At beatiſſimus Papa &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 2. col. 1. *temporis inæqualitate &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 7. col. 2. *capiens Dominum &c.*

Eod. ann. pag. 591. lin. 19. col. 1. *cum admonitione & gratia.*

Eod. ann. pag. 593. lin. 7. col. 1. *Interea nefandiſſimus &c.*

Cod. Reg. Suec. 1190. *pergere ne permitterent: quæ convocans eamdem beatiſſimam Papam* &c.

Cod. ut ſupra. *Unde ipſe Rex commotus ut leo* &c.

Cod. ut ſupra *pro quo & frequentius ſuos* &c. *at eam quoque modo deceatam ad alia declinarent. Sequenti vero die, iterum præfato Rodigando Epiſcopo* &c.

Cod. ut ſupra

eſt ambulandi? & ille reſpondit ita. Quod ſi tua eſt voluntas relaxandi, mea omnino eſt ambulandi.

Cod. Reg. Suec. 1190. *VVilichariam Epiſcopum Nomento, Georgium & Gemulum* &c. *Bonifacium ſecundicerium* &c. *regionarios ſio: & cæteros* &c.

Cod. ut ſupra: prædicta VII. *Indictione.*

Cod. ut ſupra *Franciam cœpit proficiſci.*

Cod. ut ſupra: *Poſt ejus autem abſolutionem nitebatur nequiſſimus rex Haiſtulphus a prædicto eum deviare itinere.*

Cod. ut ſupra: *eamdem beatum latuit.*

Cod. ut ſupra: *Deo reddidit. Inde quoque cœptum gradiens iter* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *aliquantis demorantes diebus, ibi Ambroſius Primicerius febre correptus defunctus eſt. Conjunxerunt quoque ſe illi in prædicto monaſterio Fulradus* &c.

Cod. ut ſupra: *petentes beatiſſimum virum atque Pontificem ad eumdem progredi regem.*

Cod. ut ſupra: *Pro quo & non pauca milia cum filio ſuo Karolo in occurſum ipſius* &c. *Papæ præmiſit cum pluribus ex ſuis optimatibus.*

Cod. ut ſupra: *intus in oratorio.*

Vat. IV. *Pariſiacum.* Vat. VIII. *in Pariſio apud venerabilem* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *ad hiemandum pergere rogavit. Quo peracto, & eo in idem monaſterium ad jam præfatum Papam conveniente* &c.

Vat. IV. *cum rege conoivante, poſt aliquantos dies iſdem Pipinus rex ab eodem Papa* &c.

Cod. ut ſupra: *Quo tempore idem beatiſſimus Papa præ nimio* &c. *fortiter ægrotavit, ita ut etiam* &c.

Vat. IV. *& temporis inæqualitate in tantum infirmatus eſt, ut omnes* &c. Vat. VIII. *fortiter infirmavit.*

Vat. IV. & VIII. *incipiens omnem hominem fieri dum eam* &c.

Vat. IV. *cum admonitione gratia, & oratione Pontificis.*

Vat. IV. *Interea Aiſtulfus Karolo magno fratri Pipini, qui in monaſterio B. Benedicti monachus degebat, ſuadens, eum in Franciæ provinciam ad ſibi obedicndam, atque ad adverſandam,* &c.

Eod.

Eod. ann. & pag. lin. 19. col. 1. *Aiſtulpho tyranno &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 24. col. 1. *Comperta aequiſſimi &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 37. col. 2. *Porro chriſtianiſſimus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 41. col. 2. *ſuos miſſos &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 44. col. 2. *Eccleſia & Reip.*

Eod. ann. pag. 596. lin. 35. col. 2. *proprii ſaluberrime &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 39. col. 2. *Aiſtulpho miſit miſſos.*

Eod. ann. & pag. lin. 42. col. 2. *examinis diem &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 44. col. 2. *propria ſancta Dei Eccleſia &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 28. col. 2. *Francorum exercituum graderentur cunei* &c. *humanis.*

Eod. ann. & pag. lin. 35. col. 2. *ſanguinis effuſione &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 41. col. 2. *admonitionis & exhortationis.*

Eod. ann. pag. 597. lin. 8. col. 1. *iter ſuum proſequutus eſt, præmitteas &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 15. col. 1. *regis præſtolantes adventum. Audiens &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 16. col. 1. *Audiens itaque protervus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 22. col. 1. *judex Dominus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 27. col. 1. *fuga arreptas &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 25. uſque ad 28. col. 1. *& multitudinem illam Lango-*

Vat. IV. *Aiſtulfo Rege fuerat directus. Sed Domino propitiante, germanus Pipini* &c. *in hoc cor.*

Vat. IV. *comperto Aiſtulphi ingenio, tota ſe* &c.

Vat. IV. *Porro Pipinus, ut vere Chriſtianiſſimus Francorum Rex jam fati Pontificis obtemperans juſſie.*

Vat. IV. *ſuos nuntios Aiſtulpho Regi Longobardorum.*

Vat. VIII. *Eccleſia Reip.*

Vat. IV. *propriis reſtituere ſaluberrime ſuaderet, abſque.*

Vat. IV. *Aiſtulfo regi miſit nuntios. Sed & Papa ut vere litteras, conjurans eum, atque obteſtans fortiter per omnia.*

Vat. IV. *examinis diem, ut pacifice* &c.

Vat. VIII. *propria Eccleſia Reipubl. Romanorum reddidiſſet. Sed acquieſcere maluit.*

Vat. IV. *propria Sancta Dei Eccleſia redderet. Sed ille obſiſtens nequaquam adquieſcere Pontifici & Pipino regi* &c..

Cod. Reg. Suec. 1190. *Francorum exercitus graderentur cunei, rurſum ſanctiſſimus vir & benignus Pontifex regem benignum deprecatus eſt Pippinum* &c. *Haiſtalfo dirigi aliquem miſſum, ut quo quomodo potuiſſet* &c. *abſque humani ſanguinis effuſione. Quod ita & fecit, ac denuo eidem Haiſtulfo miſſos miſit. Sed & idem Papa, ut pius pater* &c. *admonitionis & exhortationis ex Apoſtolica auctoritate ei direxit litteras, per quas eum fortiter conjurans, obteſtatus eſt, ut* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *iter ad eam eundi arripuit, præmitteas* &c.

Cod. ut ſupra: *regis præſtolantes adventum*. Sequitur in Cod. *Veniens itaque præfatus rex una cum eodem Papa Maurianna in Eccleſia S. Joannis Baptiſta ibi devotiſſime Miſſas celebrarunt, eumdemque Pontificem, ſicut & antea fecerat, tam ipſi, quam omnibus proceribus ſuis iterum addens, magnifice honoravit. Munera quoque quæ Haiſtulfo per miſſos ſuos dare promiſerat, Deo offerens, per manus ſanctiſſimi viri diſpenſanda tribuit, & in ejus orationes ſe ipſum commendans, prædictos exercitales ſubſecutus eſt. Audiens itaque* &c.

Vat. IV. *Audiens Aiſtulfus rex parvum numerum in illis Francis adfuiſſe, qui ad cuſtodiendas proprias cluſas venerunt, fidens in ſua fortitudine* &c.

Vat. IV. *judex Deus noſter victoriam illic pauciſſimis tribuens Francis, multitudinem illam Langobardorum* &c.

Vat. IV. *fuga ereptus, ub eorum evaſit manibus, & uſque Papiam civitatem fugam arripuit, in qua cum ſuis habitavit.*

Cod. Reg. Suec. 1190. *& multitudo illa Langobardorum ſuperata & trucida-*

bar-

bardorum &c. *potuiſſet manibus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 1. col. 2. *multa auferentes. Coniungens &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 1. col. 2. *Coniungens autem &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 7. col. 2. *conſtrinxere. Tunc. &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 13. col. 2. *At hanc &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 24. col. 2. *in eodem pacti fœdere &c.*

A. C. 755. pag. 612. lin. 27. col. 1. *repletus adverſarius ille &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 29. col. 1. *quæ promiſerat minime adimplevit &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 37. col. 1. *demolitus conſumpſit &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 41. col. 2. *effodiens eorum ſacra cœmeteria &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 30. col. 1. *promiſerat minime adimplevit &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 2. *ad eum in Franciam*

Eod. ann. & pag. lin. 12. col. 2. *& cuncta quæ geſta ſunt &c. & quæ crudeliter* &c. *peregit* &c.

taeſt, ita ut ipſe Haiſtulfus fuga lapſus vix ab eorum evadere potuiſſet manibus & uſque Papiam civitatem armis nudatus vix pervenit, in qua præ timore eorum ſe inclusit. Franci vero introeuntes clauſas &c.

Vat. IV. *multa auferentes. Pippinus vero Rex ſequipes factus ejus & antedictus Papa uſque* &c.

Cod. ut ſupra. *Coniungens vero Pippinus rex & præfatus Pontifex cum illis uſque ad muros civitatis Papiæ ſimul omnes venerunt. Quam & aliquantos obſidentes dies, viriliter Haiſtulfum cum ſuis infra civitatem conſtrinxerunt.*

Vat. IV. *conſtrinxit. Tunc Papa Pipinum deprecatus eſt, ut* &c.

Vat. IV. *Ad hæc Pipinus rex audiens eos paci inhiantes, atque in ſcripto fœdere pactum promittentes, dixit ſummo Pontifici: Fiat ſecundum præceptum tuum benigniſſime pater. Aiſtulphus denique rex cum ſuis judicibus* &c.

Vat. IV. *in eodem pacto per ſcripturam affirmavit.*

Vat. IV. *repletus Hiſtulphus, non ſolum ea quæ* &c. *ſed etiam generalem facit motionem & cum* &c.

Cod. Reg. Suec. 1190. *quæ promiſerat reddere diſtulit. Pippinus itaque rex fratrem ſuum Hieronymum* &c. Vide quæ diximus in notis ad an. 754. n. XVI.

Vat. IV. demoliens. *Imminebat enim ad hoc vehementius, ut hanc Romanam ſi potuiſſet, caperet urbem. Multa quoque ſanctorum cimiteria effodiens, eorum corpora ſacra abſtulit. Caſtrum autem illud Narnienſe, quod pridem reddiderat Aiſtulphus miſſis Francorum, a jure B. Petri abſtulit. Hæc itaque ab Aiſtulfo geſta, quam citius prædicti regis Francorum inſonuerunt auribus.* Cod. Reg. Suec. 1190. *effodiens eorum ſacra cymiteria abſtulit. Hæc non caſtrum Narnienſe, quod pridem miſſo Francorum reddidit, ac jure beati Petri abſtulit. Hæc itaque impie ab Aiſtulpho geſta, quantocius Francorum regi inſonuit auribus.*

Cod. Reg. Suec. 190. *promiſerat reddere diſtulit. Pippinus itaque fratrem ſuum* &c. ut in notis ad an. 754. num. XVI. Sequitur in Cod. *non ſolum ea quæ promiſerat minime adimplevit, ſed etiam ad pejora, ſi facere potuiſſet, delapſus eſt. Sed beatiſſimus Papa* &c. *ut ſupra in eiſdem notis uſque obſidens atque* &c.

Vat. IV. *ad eum in Franciam ſuos dirigens miſſos una cum viro nomine Vuarnerio.*

Cod. Reg. Suec. 1190. *In Franciam direxit* &c. *religioſo viro Hunario, qui ab eodem rege Pipino Romam directus fuerat. Haiſtulfus tyrannus crudeliter geſſerat, ſubtili relatione ſuis Apoſtolicis litteris eidem regi intimans ſimulque implorans, ut ea quæ B. Petro promiſo-*

rat nunc pro viribus adimpleret. Ad hæc vero chriſtianiſſimus &c.

Vat. IV. *& quæ Aiſtulphus peregit, ſubtiliter ſuis Apoſtolicis relationibus ſæpe dicto Pipino intimavit regi* &c. *ſub divini judicii die obteſtans, ut cuncta adimpleret.*

Fragmentum Cod. Reg. Suec. n. 586. ſæculi X. *quæ Aiſtulphus geſſerat, ſuis Apoſtolicis litteris eidem regi intimans, ſimulque implorans, ut ea quæ S. Petro promiſerat, nunc pro viribus adimpleret.*

Eod. ann. pag. 617. lin. 29. col. 2. *Ad vero hæc chriſtianiſſimus Pipinus &c. generalem faciens motionem* &c.

Vat. IV. *Ad hæc vero Pipinus fervore* &c. Cod. Reg. Suec. 586. *Ad hæc vero Pipinus rex fervore fidei, iterum cum Dei virtute generalem facicas motionem, Langobardorum partes adiit, & clauſas eorum evertit funditus. Interea eum ad prædictas Langobardorum clauſas rex Pipinus appropinquaſſet, conjunxerunt* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 32. col. 2. *partes conjunxit ad clauſas*

Vat. IV. *partes venit & clauſas funditus evertit. Dum vero ad prædictas evertit. Dum vero ad prædictas Langobardorum clauſas Pipinus rex appropinquaret, venerunt in hanc urbem* &c. *Georgius ſcilicet protho a ſecretis* &c. Cod. Reg. Suec. 586. *evertit funditus. Interea, dum ad clauſas venit comunxerunt in Roma Imperiales miſſi Georgius ſcilicet proto a ſecreta; & Johannes ſilentiarius directi* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 40. col. 2. *directi ad prædictum* &c.

